Digitized by Google

OTECA NAZ
orio Emanuele III
XXII
F
33
NAPOLI
XXII
F
33.
Digitized by Google

PAVLI RVBEI
I. C. ROMANI
RESOLVTIONES CENTVM PRACTICABILES.

Digitized by Google

Digitized by Google

PAVLI RVBEI

IVRISCONSVLTI ROMANI

RESOLVTIONES

PRACTICABILES

CIRCA TESTAMENTA,

aliasque dispositiones ad pias, & non pias causas.

IN QVIBVS

CELEBRIORES, ET IN VSV FORENSI FREQVENTIORES QVAESTIONES ex Theoria, ac Supremorum totius Orbis Tribunalium, & presertim Sacra Rota Romane decisionibus illustrantur, & resoluuntur.

Et signanter agitur

1 De forma, solemnitatibus, & probatione Testamentorum, & cuiusq. alterius dispositionis ad pias causas.

2 Quando Testamentum dicatur perfectum ratione formæ, & voluntatis.

3 De Testamento dementis, furiosi, fatui, & similium, & quando valeant fauore piæ causæ, & incidenter tota ferè materia dementiæ, & furoris explicatur.

4 De numero, & qualitate testium in Testamento ad pias causas requisitorum, & obiter abundè materia testium Testamentorum, enucleatur.

5 De Testamento per cedulam, & scripturam priuatam seu per relationem ad cedulam, & aliam scripturam, confecto.

6 De recognitione scripturæ testamenti, & hinc tota materia recognitionis scripturarum per comparationem per peritos, & alios modos, tractatur.

7 De Testamento condito coram Parocho, iuxta formam cap. cum esses de testam. amplè discutitur.

8 De Testamento, alijsque dispositionibus nutu, & signis, factis.

9 De dispositionibus captatorijs ad pias, & non pias causas factis, & quæ dicantur captatoriæ dispositiones.

10 An legata ad pias, & non pias causas sustineantur in Testamento pio minus solemni, vel imperfecto, & quid eo existente nullo, aut aliàs irrito, & quid in Testamento reuocato.

11 Quando legata pia, & non pia patiantur diminutionem, & legatarij teneantur contribuere.

12 De executoribus testamentarijs, eorumq. deputatione, munere, & authoritate, quoad legata pia.

13 Legata pia an vitientur incertitudine, & quando dicantur incerta, & obiter latè tractatur de priuilegijs, & authoritate fabricæ Sancti Petri Vrbis, & quando inhærent eius priuilegia.

14 De donationibus inter viuos, earumq. solemnitatibus, quo ad insinuationem, plenè pertractatur.

Et quamplurimæ aliæ materiæ in foro, & praxi currentes latè explicantur, & quicquid à multis sparsim scriptum fuit, hic summo studio, & pleno calamo collectum, digestum, ampliatum, & nouis doctrinis elucidatum legitur.

Opus omnibus tam in Scholis, quàm in Palatijs versantibus, theoricis, & practicis vtile, & opportunum.

Argumentis, Summarijs, & diuersis Indicibus, & presertim Materiarum locupletissimo decoratum

CVM PRIVILEGIO PONTIFICIO AD ANNOS XX.

ROMAE,

Sumptibus Io. Baptistæ, & Ioseph Corbi Bibliopol.

Superiorum Permissu. MDCLIV.

Digitized by Google

SIGNATVRAE GRATIARVM DIVINARVM PRAEFECTISSAE, HVMANIQVE GENERIS ADVOCATAE.

PAVLVS RVBEVS ROMANVS ABIECTISS. CLIENS.

TRAHAT ſua, vnumquemque voluptas? & pro arbitratu ſuo operibus, libriſq. ſuis Patronos, vt plurimum, ſublunares paret licèt ampliſsimos; TV ſola mihi Principis Principum Parens, Patrona es. quæ illum genuiſti, qui aufert ſpiritum Principum, & Glorioſos Terræ humiliare valet. Imò Tu mihi lōgè ſupra omnes es, ò VIRGO POTENS; quæ Cœli, Terræq. poſt DEVM obtines Principatum; Data enim eſt Tibi omnis poteſtas in Cælo, & in Terra, Iureque S. Ioannes Damaſcenus nuncupat Te, Receptaculum Diuinæ omnipotentiæ, nec ſine quare Imperator noſter Iuſtinianus, præexcellētium

facto-

factorum gloriam adhuc spirans in præcibus tuis efficacibus summam reponebat fiduciam, vt præsertim habetur, in l. quas gratias 1. ibi, Hoc etiam deprecantes exoramus, Sanctæ, & Gloriosæ semper Virginis, & DEI genitricis MARIAE præcibus, vt quidquid minus est Reipublicæ nostræ, per nos vltimos seruos suos, restituat in suo nomine DEVS &c. C. de offic. Prætor. Affric. Et insuper Tibi templum magnificentissimum erexit, & quidem tale, vt par non inuenit. Eòque alacrius præsens Volumen Resolutionum Iuris Practicabilium ad scabellum pedum tuorum pono, quia in eo potissimũ, materia grato pietatis odore redolens, pertractatur, cùm Tu optima, & alma Pietatis MATER sis, & nuncuperis, & talis, ac tanta est tua pietas, vt nec litera, nec dabit ætas, & per Te, ipsum DEVM valdè benignum, suauemque experimur, Sol namque materialis per Zodiacum discurrens, dum in signo Leonis persistit, geminatu æstu, terram, homines sq vrit, sed hospitans in subsequens signum Virginis perbellè mitigatur, ita SOL Iustitiæ CHRISTVS DEVS noster in veteri testamento erat, vt Leo rugiens, terribilis, & DEVS vltionum nuncupatus, sed amoris ardore in vterum tuum virginalem intrans, factus est totus, vt dicebam, benignus, suauis, & humanus, Et sicut meditatur Theophil. Alexand. Gaudet Filius, aduocante Matre, & omnia, quæ pro nobis intercedit, ipsi Matri, se dare putat, & ideo Tu,

secun-

secūdùm S.Io.Chrysostomum, Mater DEI prælecta es ab æterno, vt quos ipse DEVS per suā non potest saluare merissimam iustitiam, Tu per tuam saluares pietatem, & misericordiam. O verè fœlix, ac in Cælorum fastis iam adscriptus, quem, inuidenda sorte, Tu, tanquam Aduocata, defendis, nam, etsi per ostium Cœli intrare non valebit, ad instar latronum, intrabit per fenestram, quoniam, & Tu Cœli fenestra facta es. Quare mihi verendum non erit, si Tu mihi peccatori omnium nefario, cum sis Refugium peccatorum, Patronam eligere sim ausus, & sub vmbra alarum tuarū, me ipsum, meaque omnia ponere, Te suppliciter exorando, vt ne me despicias, sed respicias, nam attestāte S. Anselmo, Omnis peccator ad Te conuersus, & à Te respectus, impossibile est, vt pereat, Lubēter quoque præsens munusculum suscipe, imitando naturam Filij tui, qui ad minimum illud, quod paupercula vidua obtulit, respexit, & laudatus est. Quod accepi, reddo, ne sudario talentum inuoluisse videar, & si quid insuper lucratus sum, quod sanè non video, tua factum est, pietate, protectione, & auxilio.

Vale, ò ualde decora, & pro nobis CHRISTVM exora.

Impri-

Imprimatur, si uidebitur Reuerendissimo Patri Sac. Pal. Apost. Mag.

Ascanius Riualdus Vicesgerens.

APPROBATIO.

LIBRVM *inscriptum* Resolutiones Practicabiles, *Authore Doctissimo & Eruditissimo Viro D. Paulo Rubeo Iure Consulto Romano, summa animi voluptate diligenter perlegi, Reuerendiss. Patris Vincentij Candidi Sac. Palatij Apostolici Magistri permissu, nihilque in eo inueni, quod Sacrosanctam Catholicam Fidem, Sacrorum Canonum Decreta, aut bonos mores offendat, sed imò omnia piè, ingeniosè, & eruditè pertractata reperij, & digna quidem, vt quàm citiùs ad publicum bonum, & Studiosorum solatium prælo committantur. In quorum &c. hac die 26. Aprilis 1653.*

Ita est Io. Baptista Honoratus S. D. N. Papæ Referendarius.

Imprimatur.

Fr. Vincentius Fanus Mag. & Socius Reuerendiss. P. Fr. Vincentij Candidi Sac. Pal. Apost. Mag. Ord. Prædicatorum.

SVMMA PRIVILEGII APOSTOLICI.

VRBANVS PAPA VIII felic. recordat. Datis literis apud S MARIAM Maiorem, sub anulo Piscatoris, die 23. Iulij 1641. Pontificatus anno 18. signatis M A. Maraldus. Indulxit Paulo Rubeo V.I.D. Rom. ne quis durante termino viginti annorum, tam protsùs in Statu Ecclesiastico mediatè, & immediatè subiecto, quàm alibi vbicunque citra, & vltra Montes existeñ. omnia, & singula per d. Paulum, iam ędita, & deinceps etiam ædenda Volumina, & Opera, prout sunt præsentes *Practicabiles Resolutiones Legales &c.* sine speciali d. Pauli eiusque hæredum, & successorum licentia in scriptis habita, imprimere, vel ab alio, seu ab alijs imprimi facere, seu impressas vendere, aut venalia habere, proponere, vel aliter ædere, aut euulgare, seu etiam pro vsu proprio habere, vel tenere possit, sub pœna violatoribus *excommunicationis maioris latæ sententiæ*, à qua, nisi à Romano Pontifice pro tempore existentibus, præterquàm in mortis articulo, absolui nequeant, ac in d. Sedis Apostolica ditione existentibus, etiam *sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis Librorum*, pœnis toties, quoties contrauentum fuerit, ipso facto, & absque declaratione incurrendis, & aliàs, prout latiùs habetur in dictis litteris Apostolicis, de quibus supra, & per extensum habentur in 3. & 4. part. Decisionum Recentiorum Rotæ Romanæ, & in 2. & 3 Tom. eiusdem part. 4. recent & in part. 5. & 7. pariter recent. & in alijs Voluminibus ab eodem Paulo Rubeo in lucem datis.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
PRAECIPVARVM CONCLVSIONVM, QVÆ IN PRÆSENTI VOLVMINE pertractantur.

Alphabetico ordine iuxta Materiarum seriem dispositus.

donator

absq.

L

Paro-

Testa-

Testamen-

pro

V

IO.

IO. BAPTISTA, ET IOSEPH CORBI
BIBLIOPOLAE IN VRBE.

BENEVOLO LECTORI.

QVANTVM commodi, & vtilitatis afferant studiosis Iuris theoricis, & practicis tractatus alicuius materiæ diligenter elaborati, nemini, qui per hæc studia versatur obscurum est. His enim quæ de materia varijs in locis dispersa sunt, & à Doctoribus abruptè, àut confusè tractata simul in vnam quasi consonantiam distributa, & redacta, solidè discutiuntur, & explicantur, ac ex veritate Iuris, non autem ex affectione, vt in consilijs plerumque fieri solet, deciduntur, quæ dum ipsi mente reuolueremus, & de alicuius insignis Authoris tractatum aliquem prelo committere cogitaremus; Veluti qui publicæ vtilitati nouis quotidie impressionibus prodesse studemus, Incidit in manus Opus PAVLI RVBEI Doctissimi Iurisconsulti Romani, in quo per centum quæstiones totam testamentariæ successionis materiam luculenti, & pleno calamo tractat, & illustriores & in practica frequentiùs occurrentes quæstiones examinat, resoluit, & solida doctrina, crebrisque omnium Tribunalium Europæ Decisionibus confirmat. Quare auidè ad illum imprimendum manum admouimus, & maximo nostro sumptu, & assidua cura tandem absolutum tibi exhibemus, & quia materia præ alijs in hominum actibus frequentissima est, & vtilissima, & à doctissimo Auctore doctissimè explicata nostrum laborem gratum, & acceptum fore speramus, dum alios libros quotidiè paramus diuersarum facultatum, disciplinarumque Auctores nostris impensis euulgaturos. Vale.

SEQVITVR INDEX
ARGVMENTORVM
PROVT IN VOLVMINE IACENT.

INDEX

Digitized by Google

INDEX ARGVMENTORVM.

b Cum

Cum solùm censeatur sublata prohibitio supradicta, vnde communiter damnatur, ac improbatur Bart dum contrarium sentit, & propter dictam opinionem Bald. eum vocat virum saturninum, quia id quod dixit, neq; vmquam relatum est, nec vmquam receptum.

Prædicta enim inquiruntur, quia aliàs cap. relatum 11. de testament. vbi determinatur quod super relictis ad causas pias non secundùm leges Ciuiles, sed secundùm Decretorum statuta iudicaretur, id frustratorium fuisset, si etiam de Iure Ciuili nullæ solemnitates in prædictis testamentis obseruari deberent, Et ex prædicta conclusione ad multa notabilia inferuntur.

C A P V T V.

Vltimarum voluntatum forma intrinseca, seu essentialis, cum consistat in ipsa perfecta, ac deliberata voluntate testatoris, sine qua nulla datur perfectio, & esse in actibus voluntarijs. Vnde spretis magnis priuilegijs piarum causarum, nisi ea deliberatè, & perfectè interueniat in dispositionibus pijs, talia priuilegia meritò spernuntur, Et non sine eur communiter tàm in Scholis, quàm in Palatijs damnatur Bart. Tiraquell. & sequaces dum contrarium senserunt.

Piæ causæ ratio, cum sit religio, & pietas ergà DEVM, ideoque multò magis in eis requiritur deliberata voluntas, cum DEVS, non ea, quæ offeruntur, sed voluntatem, respicit offerentium. Hinc est, licet pro professione Religionis semper sit iudicandum, tamen id non procedit, quando nullitas prætenditur ex defectu voluntatis deliberatæ. cum DEVS volũtarium militem, & non coactum diligat. Ecclesia, quare abstinet à coactis nuptijs.

Testatoris voluntas, & mens ita debet conseruari, vt extra limites voluntatis testatoris non trahatur, quod procedit etiãsi agatur de dispositionibus pijs, cum tempus in omne sit inuiolabile axioma, quod voluntas testatoris in testamẽto sit totum fac, & omnia dominetur, quantumuis testamentũ sit pium, aliàs si præter, vel contra voluntatem prætenderetur extensio, id non pietas, sed impietas, & nõ æquitas, sed iniquitas esset.

C A P V T VI.

Voluntas imperfecta, & non deliberata, donec per dispositionem ad suam essentiam nõ fuerit deducta, tamquam actus abortiuus non venit attendenda, Testator, si non ordinauerit certum quid fieri de suis bonis, vana erit eius simplex voluntas, cum voluntas imperfecta non dicatur voluntas, Homines multa dicunt, quæ ad perfectionem non deducunt.

Verbum, volo, iniunctum infinitiuo, vendere, donare, & similibus, sicuti in contractibus nõ inducunt aliquam dispositionem, nec aliquid ponunt in esse, ita quoque est in vltimis voluntatibus, veluti, volo, relinquere, legare &c. cum bona diuersitatis ratio non possit expendi, & reprobatur Bart dum contrarium sensit, & à quo fuerit ipse allucinatus.

Verbum, volo, importat voluntatem perfectam, si iungatur verbis executiuis actus perfecti, & completi, veluti, volo esse hæres, volo, quod Titius succedat, restituat, &c. Secus verò, si talia verba actus executionem non denotent, & solum velleitatem, & nõ voluntatem, veluti, volo eligere, volo instituere &c. Et referuntur nonnulli casus, ex quibus nullatenus possunt inferri ad perfectam, & deliberatam voluntatem testantium ad pias causas.

C A P V T VII.

Defectus publicationis, & stipulationis testamẽti, quando arguat ipsum testamentum esse inualidum ratione solemnitatis, & quando ratione voluntatis, ita vt isto casu nec valeat, quamuis testamentum sit conditum ad pias causas.

Testator, quando declarauit suam voluntatem, per verba dispositiua declaratoria seu explicauit, quod disponere intendebat, & petijt, vt vocaretur Notarius, & antequàm accedat, vel perficiat, moriatur testator, tunc illa est dispositio imperfecta ratione voluntatis.

Testator si suam voluntatem propalauerit, & iussit, vt accederet Notarius, quo peruento, id distulit in aliud tempus, si interim moriatur testator, an eius propalata voluntas possit dici perfecta. Plura deducuntur circa famigeratum consil. 59. Oldrad. et tota difficultas, vt illud intret, stat ad indagandum, vtrum in casu illius consilij, testamentũ illud sit imperfectum ratione voluntatis, vel solemnitatis.

Ex tractatu non bene infertur ad conclusionem, Velleitas aliud est, & aliud voluntas, Testator adhibẽdo Notarium, vt redigat in publicam formam testamentum, tunc quantumuis declarauerit suam voluntatem, quomodo testari intendebat, tamen si ante stipulationem moriatur, nihil fit, cum testator non habuerit suã voluntatem pro perfecta.

C A P V T VIII.

Partes, quando inter se conueniunt, vt de contractu inito inter eos conficiatur publicum instrumentum, quamuis illud non esset necessarium, tamen ratione conuentionis, contractus perfectionem videtur reposuisse in tempus stipulationis dicti contractus, & quare itaque donec illud non conficitur, contractus remanet in pendenti, & interim licita erit pœnitentia. Quæ opinio licet aliquibus videatur vera, tamen contraria est verissima, vel potest asseri, quod ambæ sunt admittendæ sed in terminis suis, scilicet

Quan-

Quando simpliciter fuit conuentum, vt de contractu fiat scriptura, & sumus in illis contractibus in quibus ea non requiritur, etenim quia verba contrahentium debent intelligi secundum naturam contractus, tunc censentur requisiuisse scripturam, non ad essentiam contractus, illiusque perfectionem, sed ad efficaciorem illius obseruantiam, & promptionē executionem, ac faciliorem probationem.

Et propterea quãuis deinde scriptura, vel instrumentum publicum non fuerit celebratū, non tamen potest recedi à contractu. Quando verò dictum fuit, quod conficiatur scriptura, & contractus aliàs aliter non valeat, et tunc totum oppositum dicendum venit.

Scriptura in contractu tunc dicitur necessaria, quando pars primum conuenerunt de ea perficienda, & postea conuentiones tractarũt, quare si prius perfectè, & deliberarè de omnibus fuerunt concordes circa contractus essentiam, & postea dixerunt, vt conficeretur instrumentum, et tunc secus est.

Vnde multa deducuntur in casu quando Testator præsumatur voluisse adhibere Notarium pro stipulatione testamenti, eiusque publicatione, et quando secus.

CAPVT IX.

Testamentum, quando quis condere incœpit, & constat illud non perfecisse, quia morte fuit preuētus, aut phrænesi, aut quia loqui amplius non valuit, & tunc quoniam forma essentialis testamenti, consistit etiam in vltimo verbo conclusiuo, perinde est ac si testamentum nō incæpisset, ac ab intestato decessisset, sicque tale testamentum deseruiet de vento, quod procedit etiamsi facta esset institutio, & substitutio, vel quoque si adesset clausula codicillaris.

Quæ tamen conclusio procedit etiam si in eo adessent legata pia, quia cum tale instrumentum sit nullum, non ex defectu solemnitatum, quæ in dispositionibus pijs non attenduntur, sed ex defectu voluntatis incompletæ, quo casu, nec disposita ad pias causas substinētur, nam de actibus humanis voluntarijs actū est, dum deficit voluntas.

Verumtamen, cum talis imperfectio voluntatis proueniat à iure ciuili, vt testamentum incōpletum, quia testator morte præuentus, non valuit illud perficere, & sic sit nullum ex defectu voluntatis incompleta, secus verò dicēdum est de iure naturali, nàm licet dictum testamentum sit nullum ratione totius integralitatis, ratione tamen speciei perfectè dispositæ, attento iure naturali, dicitur validum.

Quod intellige quando dispositaad pias causas habuerunt suam perfectionem in illa sua specie, & ideo secus est dicendum, si testator dum disponebat ad pias causas ante illius cōclusionem decesserit.

CAPVT X.

Testatus pro parte, et pro parte intestatus quis naturaliter decedere non potest, in tantum, quod si quis fuerit institutus in re certa, et Testator non nominauerit hæredem vniuersalem, nec aliter de reliquis suis bonis disposuerit, tunc ille hæres particularis, quamuis aliàs haberetur pro legatario, erit hæres vniuersalis, an succedet in toto asse, quod procedit

Quantumuis fuerit prohibitum, ne plus petere posset, vel si fuerit institutus in aliqua re certa, cum taxatiua dictione, tantùm, quod habet locum, licet testator dederit hæredem vniuersalem, sed ille præmortuus est, vel repudiauerit.

Testator nedum tacitè, imò nec expresè potest prohibere ius accrescendi in directis institutionibus, et hoc ne admirtatur magnum absurdum, vt quis decedat pro parte testatus, et pro parte non. Quale iuris axioma licet indubitatum sit, et habeatur pro lege naturali, vt dicitur in l. ius nostrum. ff. de reg. iur. tamen non intrat, quando agitur de dispositionibus pijs, quia cessat, prædicta Iuris anxieras.

Nā quamuis asseratur, id procedere de iure naturali, vt quis pro parte testatus &c. non tamen probatur id esse verum, et qualiter id procedat.

CAPVT XI.

Quomodo sit procedendum, et assignanda bona, quando in dispositionibus pijs, testator decedit pro parte testatus, et pro parte intestatus, vbi plures distinctiones. Testamentū pium sicuti per duos testes probari potest, an eius reuocatio possit quoque doceri per eandem probationem, quæstio est satis ambigua, sed affirmatiua opinio praualet, et multa notabilia circa hoc adducuntur.

Nam, sicuti Ecclesia vult vti iure naturali circa confectionem testamenti, vel legati pij, ita nō debet dedignari eodē iure vti circa eorumdem reuocationem, Cum semper clamitet illa regula fine cuiusque indignationis, iusta, Quod quisque iuris in alium statuit, eodem iure ipse quoque vtatur, quæ regula procedit etiam in Ecclesia.

Vnde reijciuntur DD volentes in reuocatione testamenti pij sit seruandum ius commune, cum ratio assignata in cap. relatum. el 1. de testament. sit communis tàm ad confectionem, quàm ad destructionem testamentorū ad pias causas conditorum.

CAPVT XII.

Testamentum conditū ad pias causas ab eo, qui habet caput cerebro vacuum nō potest substineri, Et cum materia ista dementræ sit satis

fertilis, et in iure reperiatur sæpe sæpius agita, ideoque in præsenti cap. pluta materiam furoris attingentia deducuntur.

Et quamuis species furoris sint ferè innumerabiles, imò & genera ipsa sint infinita cum ipsa excogitata vocabula videantur superare. Nã multi reperiuntur, qui non sunt mente capti, non fatui, non stulti, non insani, non demẽtes, non frenetici, non lunatici, & tamen non magis, quàm prædicti mente, & ratione carent.

Vnde iure dixit Sapiens in Ecclesiast. cap. 1. stultorum infinitus est numerus. Stultorũ genus ad vnũ Ius Ciuile reduxit, scilicet ad furiosos, & sic stultos omnes sub nomine furiosorum nuncupat, qui tamen in octo species diuiduntur, vnde separatim de eis discutitur. Testamentum verò ad pias causas conditum à furioso, vt non teneat dicam infra cap. 17.

CAPVT XIII.

Natura enim producat homines sanæ mentis, Ideoque quilibet præsumitur mentis sanitate gaudere, eum id sit naturale, furiosum tamen esse, est quid accidentale, vnde dum quis asserit, aliquem fuisse furiosum, quando testamẽtum, vel alium actum fecit, eum contra eum militet præsumptio naturalis grauatur onere id, & quidem concludenter probandi, et sanè exacta probatione.

Furoris probatio est difficilis probationis, et quare, et quarenus verum sit, quod furor possit probari indicijs, coniecturis, et adminiculis. Testes singulares vtrum probent furorem. Probationes in suo genere non omninò perfectæ admittuntur in materia difficilis probationis, quia tunc iura contentantur leuioribus probationibus, ne veritas, quæ aliter non apparet, suffocata remaneat.

Socius criminis licet regulariter nõ admittatur ad testificandum contra socium, eum sit infamis, tamen quando veritas aliter haberi non potest, tortus admittitur, quod limita nisi ille testis patiatur alias etiam exceptiones, quia tunc omnino reijcitur. Testis, quamuis non interrogatus non teneatur reddere rationem sui dicti, tamen limita, vt hic. Testibus deponentibus super furore diligens inquisitio facienda est, & qualis, et qualiter ipsi deponere valeant.

CAPVT XIV.

Testibus vt fides adhibeatur, si deponant super furore, vel demẽtia alicuius, inter alia requisita opus est, vt eorum depositio pereutiat tẽpus celebrati testamenti, vel alterius actus, quia si deponerent de tempore post, frustratoria esset talis probatio, eum furor superueniens non dirimat actum perfectum.

Furiosus, quando constat, quod quis iam olim fuit, & in eo radicatus probetur, tunc semper præsumitur talis, quia qui semel cœpit fatuizare, numquam regulariter liberatur, quare dum quis probat, quem olim fuisse furiosum, non tenetur docere, quod de tempore actus erat etiam talis, quia talis continuatio præsumitur de iure, & sic contrarium asserenti, quod ille tempore actus erat sanæ mentis, incumbit onus id probandi, quod procedit etiamsi constaret eum habere dilucida interualla.

Notario attestãnti de sana mente testatoris an fides adhibeatur, est quæstio satis inter Doctores ventilata, sed potest distingui, aut enim constat, quod testator iam olim delirauit, & tunc eius attestatio ad nihil deseruiet eum tractetur de eius vituperio & damno, aut nullatenus de hoc constat, et tunc eum deponat secundum præsumptionem naturæ, et iuris, et hoc casu facit vehemẽtem præsumptionem super sanitate mentis.

CAPVT XV.

Natura eum nõ patiatur subitaneam mutationem maxime in his, quæ cõcernunt mentem, sensus & ideoque conclusio, quod semel furiosus semper præsumatur talis, multò magis procedit, quando agitur de actu facto ab eo, paulò post, quàm incidit in furorem, eum vicinitas temporis valde operetur.

Inimicus reconciliatus, licèt admittatur contra inimicum, tamen id non procedit, si de recẽti fuit facta dicta reconciliatio, quia adhuc præsumuntur durare reliquiæ rãcoris, & mali animi, Iudæus de nouo factus Christianus, quare non possit ordinari.

Furiosus, quando non præsumatur manere in eodem furore, & sic si fecerit testamentũ, vel alium actum prudenter, et laudabiliter, an dicendum veniat illum eo tempore insania non laborasse, et distinguitur, aut fuit probatum prædictum furiosum solitũ fuisse habere dilucida interualla, et tunc de eo tempore præsumitur ea habuisse, aut constat semper fuisse dementem, et tũc tamquam casu facta, quamuis prudenter, non tenent.

Declaratamen, tunc testamentum rectè factum ab habente dilucida interualla valet, et præsumitur de tempore sanæ mentis conditum, quando deliberatè, et spontè ab eo fuit factũ, secus verò si ad suggestionem, & interrogationem alterius, et quare. Testibus paucioribus deponentibus de sana mente magis creditur, quàm mille negantibus, et qualiter, et quando prædicta conclusio procedat.

CAPVT XVI.

Furor eum sit morbus intrinsecus, et ira facile non possit discerni, nisi per actus extrinsecos, cum sit infirmitas animi, quæ oculis nõ patet, Ideo discutitur quod duobus modis ad illius cogni-

cognitionem deueniri poteſt, ſcilicet aut per verba, aut per facta, et nonnulla prius deducuntur circa verba, cũ eis ex quis cognoſcatur, nam loquela quem manifeſtũ facit, & fatuus fatuus loquitur, & plura afferuntur exempla de nonnullis, qui ex verbis ab eis prolatis, præſumpti fuerunt fatui.

Furor ex factis multò melius, & fortius arguitur, quàm ex verbis, & habes ad hoc plurima facta, & præſertim ſi quis ſpernat ſine ratione medicinas, & Medicos, dum eſt valde à morbo grauatus. Item ſi quis imaginibus fallatur, veluti ſi vnum pro alio accipiat.

Item ex inordinata, et ſatis confuſa memoria, et plura circa hoc adducuntur. Item ex datione curatoris, vt de prætenſo furioſo curam gerat, & quando dictum inditium furoris locum habeat, declaratur, quia multæ fraudes in hoc concipi poſſunt. Probationis furoris materia tota ferè manet in diſcreto Iudicis arbitrio qui omnia ſedulò, et diligenter penſare debet, cũ agatur de materia ſatis ardua nempe hæreditatum aucupatione, quibus facile tenduntur inſidiæ.

CAPVT XVII.

Furioſus, cum omninò careat conſenſu, et voluntate, ſine qua nihil ponitur in eſſe, et ideo incapax dicendus eſt ad celebrandum quemlibet contractum, vnde ſi de facto conderet teſtamentum, inualidè teſtaretur, quod procedit etiamſi prædictum teſtamentum reperiatur à furioſo ſubſcriptum, et amplia,

Quod ſi probetur, furioſum nõ habere dilucida interualla, licet ritè, & rectè teſtatus fuerit, nec teneret, imo etiamſi haberet dilucida interualla, niſi in ſpecie probetur, quod tempore celebrati actus erat ſanæ mentis, geſta ſimiliter non viribus ſubſiſterent.

Prædicta verò concluſio procedit, etiãſi furioſus ad pias cauſas teſtatus fuerit, et licet dum ſic quis teſtatur, videtur eſſe ſanæ mentis, cum talis diſpoſitio conueniat viro prudẽti, et ſanæ mentis, tamen dum cõſtat eum perpetuò furoris defectu laborare, cum caſu, dicatur factum tale teſtamentum, vnde non poterit dubitari, quod nullam habebit ſubſiſtẽtiam, quia dum non adeſt deliberata voluntas in actibus humanis, actum eſt de eis.

nI Furioſo cum impoſſibile ſit, vt poſſit dari determinata volũtas, ideo inhabilis erit ad celebrandum quemuis contractum, Quare nec emptionem, et venditionem contrahere poterit, etiamſi in eo interpoſuerit iuramẽtum, et dederit fideiuſſorẽm, qui nec ipſe ad nihil aſtrictus erit, cum contractus principalis non teneat. Item furioſus non poterit contrahere ſponſalia, et nec matrimonium, et hoc intellige tam ſi ſit ſpirituale, quàm carnale.

CAPVT XVIII.

Furioſi, cum nõ habeant voluntatem, mentem, diſcurſum &c. et apud eos omnes actus ſint indifferentes, ideoque ſi aliquod delictum committant, puniendi non veniunt, quia vbi abeſt voluntas delinquendi, ibi ſilet poteſtas puniendi, et hoc eſt verũ etiamſi quis in furorem inciderit ex facto proprio, ſi tamen caſus iſte dari poſſit.

Furioſus non ſolùm non punitur de delicto cõmiſſo de tempore furoris, verum etiam, nec de delicto ante furorem perpetrato, quæ opinio licet intricata, et valde nodoſa ſit, tamen concluſio negatiua palmam inuictè reportat,

Atq; inter alias rationes illa multum ſtringit, quia Iudex debet indulgere reo ad mortem condemnato, vt poſſit peccata ſua conſiteri, de qua re eſt penitus incapax furioſus, et ideo expectandum eſt, an reſipiſcat, quia ſi interim in peccato mortali decederet, cõdemnaretur apud DEVM.

Supradicta enim opinio, quod furioſus nõ poſſit puniri de delicto commiſſo ante furorem eſt adeo canonizata, vt defendere contrarium, ſit temerarium. Verum licet hoc caſu furioſus non poſſit puniri in perſona, tamen in bonis poteſt mulctari, Ob delicta commiſſa, ſeu ob damna illata à furioſis, an, et quando veniant puniendi eius conſanguinei.

CAPVT XIX.

Leges, cum nullatenus requirant in teſtantibus perſpicacem intellectum, abſolutiſſimum ingenium, nec omnimodam mentis ſanitatem, cum aliàs pauci poſſent teſtari, cum rari reperiantur, qui ſint ſine aliquo defectu prudẽtiæ. Vnde ad prædictum effectum quis ſatis erit habilis, dummodo omninò non deſipiat, et non ſit talis, vt poſſit induci ad credendum aſinos volare.

Quare quantumuis aliquis habeat ingeniũ imbecille, vel imaginationem læſam, aut obtuſum intellectum, ſiue faciat actus nõ omninò conuenientes homini ſanæ mentis, et nihilominus nõ ſit in ſtatu furoris, et tamen prædictalis teſtamentum validè poterit condere.

Cũ et aliàs in Iure apertũ ſit, licet maſculus 14. annorum, et puella 12. annorum non poſſint ſine curatore de bonis ſuis diſponere, eum nõ habeant integrum, et perfectum iudicium, et tamen poſſunt condere teſtamentum.

Fatuus, ſi habeat tantum iudicium, quantum puer 14. annorum, vel puella 12. annorum rectè teſtatur, aliàs erit inhabilis. Moribundo quantumuis langueat intellectus, cum tunc humana fragilitas mortis cogitatione turbata, non ſiant morientem eſſe mentis compotem, et tamen de eo tempore validè teſtatur, et ex hoc infertur, quod Iura non requirunt perfe-

perfectum iudicium,& intellectum in Testantibus,Stulti, & furiosi de tempore dilucidi interualli rectè quemlibet contractum facere possunt.et sic sponsalia,matrimonia &c. Vnde multò magis testari,sed quid requiratur.

CAPVT XX.

Testamentum ad pias causas conditum valet,et tenet,quantumuis nullus testis in eo sit adhibitus,et sic quaecumque alia legitima probatione secundum terminos iuris naturalis poterit de eo doceri, nec est curãdum an adfuerint testes,nec ne,quia testes pro eius substantia nullatenus adhibendi veniunt.

Quidquid plures Doctores senserunt, volentes omnino duos testes esse in eo necessarios,quorum opinionem tutam reddere intendũt, ex verbis text.in cap.relatum,el.1.de testament. ibi, Tribus, aut duobus testibus requisitis. Quale fundamentum destruitur, vltra quod dictum verbum,requisitis,non legitur in eius textu originali, et sic non fuit positum ab Alexand.III.Pont.Max.d cap.conditore, sed fuit additum à S. Raymundo Decretalium Compilatore.

Sed etiam dato,quod adesset,illud non est referendum ad testatorem,sed ad Iudices, quibus Papa rescribit, vt patet ex decretalis inscriptione,vnde verbum illud,requisitis, nõ potest operari,vt testes sint necessarij in testamento quia, cũ textus dicat,quod Iudices requirant testes,qui super ea materia deponere debent. Nam vt testes validè deponant perperam per se ingerunt ad testificandum, cũ debeant inquiri.Omnis enim. qui se ingerit suspectus est,et plura adhoc deducuntur.

CAPVT XXI.

In Testamento pio,cum testes non adhibeantur ad illius substantiam sed solum ad eius probationem, ideoque quatenus per testes veniat probandum, non est necesse, vt sint rogati, quamuis tale requisitum omninò sit necessarium in aliis testamentis, quia sic testes diligentius attendunt ad ea,quae dicuntur. Quae tamen solemnitas cum sit introducta à Iure Ciuili à quo sunt exempta testamenta pia,vnde in eis non erit necessarius talis rogitus.

Vnde sat erit,si casu, aut fortuitò testes fuerint praesentes,et probè perceperint voluntatem piam testantis. In testamento condito per milites,ideo requiritur rogitus testium, quia milites sunt faciles ad decipiendum in lapsu linguae.

Testamentum conditum à patre inter liberos quantumuis valeat,si conditum sit corã duobus testibus,non tamen ex hoc infertur.quod praedicti testes in eo sint necessarii, itaut per alias probationes non possit de eo doceri, et ex hoc infertur etiam ad testamenta pia.

Pia causa,an sit fauorabilior quàm causa liberorum,et conclusio transit sine pugna, quod nõ sit fauorabilior respectu legitimae, respectu verò aliorum bonorum dubia,et per difficilis esse quaestio,propter vrgentes hinc inde rationes adductas.

Veritas tamen est,quando sumus in dubio, & nõ agitur de malè ablatis, & tunc eum pia causa agat de lucro captando, & liberi de damno vitando isti veniunt praeferendi,eum instinctu naturae.& communi voto parentum, haereditas debeatur liberis. Legitima non minuitur ex legatis pijs,& quid ex male ablatis.

CAPVT XXII.

Confessio propria sanè est omnium probationũ illustrissima,& Regina,& superat omnem probationem,etiamsi sit mille testium, & potentior est quolibet publico instrumento,Et confessus,habetur pro iudicato,eum tunc sint tãtum partes Iudicis in exequendo, nam eo casu non est opus tela iudiciali.

Quare si pars aduersa fateatur testamentum aliquod fuisse conditum ad pias causas,sed in eo nullatenus adesse solemnitates testamẽtarias, tunc ex tali confessione, satis superquè cõstare dicitur illud fuisse conditum, & hoc satis esse ad illius probationem, cum solemnitates in eo nullatenus sint necessariae.

Quod procedit etiamsi talis confessio sit extraiudicialis,& absente parte facta, quia secũdum aequitatem Canonicam, quae in praedicta materia venit seruanda, satis dicta confessio probat,& vide in seq. cap. Et quid sit dicendum attento iure Ciuili, quantum scilicet probet dicta confessio extraiudicialis.

CAPVT XXIII.

Confessio extraiudicialis quantumuis verum sit quod secundum aequitatem Canonicam probet, tamen talis aequitas non intrat, quando sumus in criminalibus, quia tunc clariores probationes requiruntur ad aliquem condemnandum.

Item dicta aequitas cessat, si ea confessio non fuerit probata per testes contestes cũ & aliàs ipsi non releuent.Item silet praedicta aequitas, si confessio extraiudicialis incidenter, & ad alium finem emenauerit, et maximè si essemus in criminalibus.

Mulier accusata de furto,si adulterium fateatur, an ex tali confessione possit damnari,et an in tali delicto possit Iudex procedere ex inquisitione.In admittenda probatione per confessionem extraiudicialem secundum aequitatẽ Canonicam, Iudex valdè circumspectus sit, & omnia benè penset,quia verba in absentes, sicut vmbrae, solent volitare,absque vlla proferentis consideratione,ioci, vel iactandi causa prolata.

Con-

suf-

non possit remitti per partem, nec statuto, vel consuetudine tolli, & respondetur tali obiectioni.

Plura deducuntur circa iuramentum calumniæ, quod hodie vno obulo non existimatur, & potius iuratur de calumnia plerumque cõmittenda, quàm vitanda. Iuramentum calumniæ in petente comparationem literarum quare duplex debet præstari, & omninò requiritur, vt ab initio præstetur.

CAPVT XXXI.

Periti electi ad faciendam comparationem literarum, vt validè procedant, requiritur, vt iurent, se talem actum non facere, non lucri causa, neque inimicitia, nec aliqua gratia teneri. Et an tale iuramentum sit de forma, itaut si illud omittatur, corruat talis probatio. Verba non aliter, an sint præcisa, & inducant formam.

Comparatio literarum, quando est facienda sunt necessariæ duæ scripturæ, vna scilicet ad quã, altera verò, ex qua, comparatio fiat, & quæ, & quomodo debeãt dictæ scripturæ esse, & præsertim multa deducuntur circa scripturam, ex qua, quæ omnino certa esse debet. & qualiter authentica esse debeat, & an sufficiat, quod à parte sit confessa, eam esse suam.

Scriptura, ex qua, comparatio literarum est facienda, si haberi minime possit, an Index tunc possit cogere partem negantem, scripturam controuersam esse suam, ad scribendum, vt sic satis constet de dicta scriptura, ex qua, & licet Bart. & Angel. negatiuam opinionem teneãt, tamen falluntur, ex rationibus de quibus hic maximè in criminalibus.

Probatio quę fit per comparationem literarum, quando dici possit plena, & quãdo semiplena; Comparationi literarum, quando est simplex, idest sine alijs adminiculis, numquam est plenè credendum, & quare.

CAPVT XXXII.

Periti electi ad faciendam comparationem literarum, cum sit materia satis superque non ita facilis, sed satis fallax, ideo sedula opera, & curiosè ad plura animaduertere debent, & præsertim modum, & formam scribendi, tractum literarum cum multis alijs circumstantijs de quibus latè hic, quæ requisita, de forma talis probationis esse dicuntur.

Ad comparationem literarum, quando in subsidium est deueniendum, quot Periti ad hoc eligi debeãt, & vtrum Index solus facere possit istam comparationem, cum talis probatio ab eius animo pendeat Peritus vnus quando sat sit in hac comparationis literarum materia, & quid si causa appareat ardua, & in loco, vbi est facienda comparatio non adsit, nisi vnus peritus. Periti suspecti partibus inualidè deueniunt ad comparationem literarum, & quid in hoc seruetur.

Testamenta, cum satis superque sint obnoxia falsitatibus, & lex quantum potest semper obuiat, vt à longè adsint omnes suspiciones in his terminis, & ideo cum materia probationis per comparationem literarum fit, vt plurimum dolis, suppositioniqus, et falsitatibus suqiecta, ideoque in hoc casu arcetur probatio per comparationem literarum, nam vbi adest maius periculum, ibi cautius est agendum. Et quid sit dicendum quando sumus in testamentis pijs.

CAPVT XXXIII.

Testamentum secundum dispositionẽ Iuris Canonici de qua in cap. cum esses. de testament. factum coram Parocho, & duobus testibus valet, & hoc maximè in ditionibus Ecclesiæ, idest Romano Pontifici, quo ad vtramque iurisdictionem tàm spiritualem, quàm temporalem subiectis, & quoad vtrumque forũ, tam Ecclesiasticum, quàm temporalem, & hoc absque vllo dubio.

Et reprobatur Castren. dum testatur in practica in Terris Romanæ Ecclesiæ, de quibus ipse oriundus erat, non seruari dispositionem dicto cap. cum esses, Nam aliud dicunt, & attestantur alij DD. & Rota Romana ipsa passim, sic pronunciat.

Sicuti etiam reprobatur Alciat. vir alioquin doctissimus dum affirmauit d. text. in d. cap. cum esses. procedere tantum in foro conscientiæ, sed non in foro iudiciali, quod falsum est.

Reprobatur quoque Fulgos. dum consuluit in terris Ecclesiæ non valere testamentum ad non pias causas, nisi cum solemnitatibus Iuris Ciuilis, quod verum non est.

Glos. in cap. cum esses. in verbo, improqamus, de testament. sanè improbatur, dum perperam sensit, cap. cum esses. loqui tantum in terminis testamenti conditi ad pias causas non autem ad prophanas, quæ opinio, quàm sit falsa clarè demonstratur.

Confutantur quoque Cened. & Guidopap. dum firmarunt text. in d. cap. cum esses, loqui in testatore infirmo, ac in periculo vitæ constituto, quod tamen alienum à vero est.

CAPVT XXXIV.

Testamentum conditum coram presbytero Parochiali, & duobus, vel tribus testibus cum valeat, & teneat iuxta dispositionem Iuris Canonici, de qua in celebri decretali cap. cũ esses. 10. de testam. quæ sine dubio, & secundũ veriorem opinionem procedit in ditione Ecclesiæ quoad vtramque iurisdictionem, & seruatur in vtroque foro.

Dubitatur enim hic, quare hic in Vrbe Romana, quæ est caput Status Ecclesiastici cœteris-

Testis vnicus, si deponat contra testamentum, et alij sex deponant pro ipso, ex hoc valdè suspectus redditur testis ille. Testes omnes si deponant contra testamentum, an dicatur illud falsum.

Circa depositionem testium reprobantium, & coadiuuantium instrumenta, cum sit materia non parum inuoluta, tum propter diuersitatem casuum, tum propter diuersitates opinionum DD. id remittendum venit arbitrio Iudicis, & quid ipse in hoc debet animaduertere.

pro Actuum validitate semper in dubio est facienda interpretatio, et fugitur id interuenisse, quod debuit præcedere pro validitate actus, quæ conclusio, si vera est in aliquo casu, sane procedit in vltimis voluntatibus, ne suprema mortuorum elogia pereant, nam vt substineantur, sat est opinio vnius Doctoris, et qualiter procedat.

CAPVT XLIII.

Falsitates, fraudesque cum soleant committi, quando agitur de vsurpandis morientium hæreditatibus, ideo Iura vigili oculo stant, vt in testamentis condendis omnia ad amussim seruentur, & quamuis in dubio fraus, & dolus non præsumatur in aliquo, nec in Notario, cum leges abhorreant aliquem falsarium putare.

Tamen talis præsumptio cessat, quando Notarius in confectione instrumenti testamenti, omittit ea, quæ disposita habentur per celebrē l. iubemus. C. de testam. nam tunc præsumitur falsitas, & Notarius vti falsarius debet puniri, & aliqua deducuntur circa Notarios imperitos, qui destruunt Mundum.

In institutione hæredis, dum iura omnino requirunt claritatem, ideo cum materia coniecturalis sit non parum ambigua & incerta, quare si hæres institutus reperiatur per coniecturas, veluti per nutus, signa, aliudque simile non valet, itaque nec substineatur, per solam nominis expressionem, declara vt hic.

Institutio hæredis si admitteretur per nutus, patens aperiretur via si audibus, maximè si testator existeret in mortis articulo constitutus, cum morte luctans, ac proximum DEI iudicium timens, horrore, ac summis morbi cruciatus affectus, nam tunc ad euitandas interrogantium vexationes, omnibus applaudent, respondendo, sic; Infirmis deficiente corpore, deficit intellectus, sine quo nihil fit.

CAPVT XLIV.

Testamentum nutu factum, cum non valeat, quæritur hic, an ista conclusio procedat quoque in testamento condito à patre inter liberos adeo à iure Ciuili priuilegiato, et redacto ad terminos iuris naturalis, & quamuis affirmatiuè à multis DD. propter rationes non contemnendas respondeatur, tamen contraria opinio triumphat tamquam maioribus suffulta præsidijs.

Idem etiam concluditur, quo ad testamenta militaria, in quibus tamen maior est pugna, sed maxima est, si miles sit surdus, et mutus à natiuitate an possit tunc nutu testari, Ad interpretationem text. in §. Quinimo. Institut. de militar. testam. an sit correctu per text. in l. discretis 10. C. qui testam. facer. poss. & multa deducuntur ad intellectum. l. iure militari. ff. de testam. milit.

Dispositio generalis capit casus fauorabiles, et priuilegiatos, quando nullatenus reperiuntur priuilegiati in specie illius materiæ, seu casus de quo agitur Et aliqua referuntur, qualiter olim florente Imperio Romano milites eligebantur, Et quæ solemnitates adhibeantur, et quare dicti Milites erant feroces tantum in hostes.

CAPVT XLV.

Testamentum in quo hæredis institutio est facta per nutus, & signa, adeo deperdita est eius spes substistētiæ, vt nec aliquid operetur clausula salutaris codicillaris, quia morbus est intrinsecus, nam Iura denegant ei assistere, eò quia per nutus, et signa non dicitur clarè cōstare de voluntate testantis.

Quando tamen appareret de præambula, apertaque eius voluntate, nempe, quód ante interrogationem Notarij, corā eo, vel testibus, suam voluntatem declarauerit, et sanæ mentis existens, postea condere intendens testamentum, morbo impeditus loquelam amisit, et tunc nutu, et signis, cum explicitè loqui possit, indicauerit iam antea expressum hæredem, et tunc valeret testamentum quamuis nutu conditum.

Hæredis nuncupatio, quantumuis ore proprio, aut literis omnino sit facienda per testatorē, aliās testamentum non valeat, cum id fiat de forma, quæ per æquipollens non potest impleri, tamen substinetur id quidem esse de forma demonstratiua, non autem substantiali, et sic nomen hæredis per æquipollens potest nuncupari, declara vt hic.

Testamentum pium nutu, signisque factum, ab eo qui loquelam, sed non intellectum amisit, dummodo sint talia, quæ exprimant piam intentionem, valet, et tenet.

CAPVT XLVI.

Actus omnes, & contractus, qui solo consensu, & nuda voluntate perficiuntur, dummodo aliud à iure non reperiatur dispositum, tunc sufficit docere de tali volūtate nutu, & signis, cum eodem modo ea notificetur voce, nutu, scriptura &c.

Causa

Digitized by Google

Causa efficiens matrimonij, siue consideretur vti contractus, siue vti Sacramentum, semper est consensus, & tamen eo casu, fat est, si ille nutu, vel alio signo indubitabili habeatur. Ad confessionem peccatorum an sit necessaria vox humana.

Legata, & fideicommissa, cum in iure non reperiatur expressum, quod debeant fieri ore proprio testatoris ad eorum validitatem, sicuti expressum habetur de institutione hæredis, ideo comprehenduntur sub regula generali, de qua supra, & sic nutu, aliisque signis ad demonstrandam voluntatem aptis, valide recta dicuntur.

Fideicommissa sicut per epistolam relinqui possunt, ita quoque legata, cum hodie legata, et fideicommissa per omnia adæquata sint. Legata per epistolam, vel nuncium, aut aliud simile, vt validè relicta dicuntur, verba sic debent esse prolata, vt importent dispositionem de præsenti, et obligationem præstandi in futurum, & quid si sit inscriptum in lapide sepulturæ, et dictæ inscriptiones quam fidem faciant.

CAPVT XLVII.

Formulæ antiquæ relinquendi legata, cum tam quam superstitiosæ, et inanes hodie de medio sublatæ reperiantur, ideo quibuscumque verbis ad hoc aptis relinquātur, siue sint precatiua, siue præcaria valet, et omnino veniūt seruanda, Testatorum preces sunt tamquam preces Principum.

Legata per quæ verba relinqui possint, et fieri valent etiam non nominatim, et quomodo, et quando sic relinquuntur, tunc petitio non intrat, sed bene retentio, cum retentionis materia sit multùm fauorabilis, et valde priuilegiata, nam et ea faciliùs conceditur, quàm petitio, ac exclusus à petendo, non est exclusus à retinendo.

Retentionis exceptio est sic petens, vt etiam in executione sententiæ potest proponi ad eā impediendam, Constringit etiam vires aliàs potentissimas obligationis Cameralis, cum id non sit, nec permissum exceptioni compensationis, quantumuis etiam ipsa sit valde priuilegiata, Imo, et qui est prohibitus compensare, non censetur prohibitus retinere. Nutu, et signis, quod possint relinqui legata, et fideicommissa, id intelligendum venit cum suis terminis habilibus.

CAPVT XLVIII.

Discutitur in præsenti capite, an sit vera opinio, Ias. in l. si quis. num. 38. ff. de legat. 1. volentis legata, & fideicommissa, tunc posse nutu relinqui, quando testator casu amisit loquelam, non autem quando potest loqui, et non vult loqui.

Perpenditur etiam illa aliā Salicet in l. epistola num. 1. C. de fideicomm. monentis, tunc legatum, vel fideicommissum nutu relictum, esse validum quando fuit probatum eo tempore testatorem potuisse articulatè loqui.

Quæ tamen opiniones, vti inualidis rationibus suffultæ passim per DD. refutantur, cum sint de directo contrariæ dispositioni text. in l. nutu. ff. de legat. 1. & aliorum. eū veritas sit, quod quando dispositio potest fieri nutu, signisque tam sit valida, si fiat ab eo, qui ex aliquo accidenti loqui non valet, quàm ab eo, qui loqui potest, sed non vult loqui.

Memoria læsa an dicatur etiam lædi ratiociniū, et phantasia, et è contra, et concordatur text. in l. discretis. C. qui testam fac. poss. cum l. nutu ff. de legat. 3. qui videntur primo aspectu contrarij. Status melior semper est expectandus, & non tristis.

CAPVT XLIX.

Fideicommissa licet clarum sit, quod nutu, & signis possint relinqui, sicut ita quoque possunt fieri legata, cum illa, istis sint exæquata, tamen quia talis exæquatio intelligitur facta, secundum magis communē opinionem DD. de legatis ad fideicommissa particularia, ideo quatenus fideicommissa nutu relicta erunt particularia valida erunt, secus verò si vniuersalia apparebunt.

Institutio facta in re particulari, cum sapiat naturam legatorum, eorum vestigia sequatur, ideoque sicuti legata nutu validè relinqui possunt, ita etiam institutiones in re particulari, & multa deducuntur ad demonstrandum, quod ea pari passu ambulant.

Legata, et fideicommissa, vt validè nutu, et signis relicta dicantur, omnino debēt esse talia, vt remoueatur, omnis dubitatio, et sic certa, et clara. Oculorum motus, barbæ motus, aperire os, sunt minime signa habilia ad declarādam voluntatem alicuius. Electio personæ, quando alicui fuit commissa an dicatur electa industria personæ, itaut dicatur forma, sicque voce, et nutu fieri possit.

CAPVT L.

Hæredis institutio cum sit basis, fundamentum, & forma substantialis, & necessaria testamenti quare si ea deficiat, opus est, vt tota fabrica testamenti miserè cadat, & res reducatur ad causam intestati, et quando dicta conclusio procedat.

Prædicta tamen solemnitas, cum mere sit introducta per ius positiuum, & nullatenus sit de iure gentiū, ideoque absolutè firmatur, quod valet testamentum conditum ad pias causas, etiamsi nullus in eo reperiatur institutus hæres, et Testator quando iubet, vt eius bona distribuantur ad opera pia per agenda, tunc execu-

execu-

executor censetur institutus hæres ad id adimplendum.

Dispositiones captatoriæ, quamuis à iure summè detestentur, ex rationibus de quibus hic, tamen cum istæ prohibitiones etiam cessarent à Iure positiuo, cum illæ ante S. C. Libonianum erant permissę, Quare cum testamenta ad pias causas sint exempta à vinculis iuris positiui, ideo valida erunt quantumuis in eis tales dispositiones reperiantur, et quomodo id procedat, et vide in sequenti cap.

CAPVT LI.

Institutiones reciprocæ, tunc vti captatoriæ non dicuntur à Iure prohibitæ, si mutuis affectionibus reperiuntur factæ, secluso tamen omni pacto, quia dum illæ procedunt ex mutua affectione, cessat causa quare à S.C. Liboniano fuerunt seuerè prohibitæ. Simonia, vel Confidentia non probantur ex eis, quæ fiunt post secutam resignationem, cum censeantur fieri in signum gratitudinis, quod nō est prohibitum, intellige semper secluso omni pacto.

Captatoriæ dispositiones an sint permissæ in contractibus, & quatenus dicantur contra bonos mores, ideo non videntur, vt possint permitti in dispositionibus pijs, & super hoc distinguitur, & resoluuntur multæ obiectiones circa validitatem dispositionum captatoriarum permissarum in testamentis pijs.

CAPVT LII.

Legitima, quantumuis ex iure nouissimo Authēticorum omninò relinquenda veniat liberis, honorabili titulo institutionis hæredis in ea, & hoc ex pluribus priuilegijs, quæ ex d. titulo prouenīūt, & hoc sub ineuitabili vitio nullitatis ipsius testamenti itaq. nec hoc casū sufficiat tacita, sed expressa, ac clara requiratur institutio. & talis solemnitas requiritur etiam si conditum sit inter liberos, quale est à Iure adeo priuilegiatum.

Cessat tamen omnis tempestas in hac satis controuersa conclusione, quando sumus in testamento condito ad pias causas, vnde si in eo reperiatur relicta legitima liberis non titulo institutionis, sed alio titulo, puta legati &c. militante magno fauore piarum causarum tale testamentum non subiacebit vitio nullitatis.

Quæ opinio est sine dubio verior, & magis communis, & multa deducuntur contra Bald. in l. 1. num. 142. C. de sacrosanct. Eccles. vbi cōtrarium viriliter, sed incassè defendit, sed de hoc non contentus, canino dente rodit Bart. qui absolute contrariam sententiam tuetur, Et alia habes circa vanagloriam Baldi, & Galeni, qui laudato pauone fuerunt superbiores.

CAPVT LIII.

Testamentum ad pias causas conditum, in quo filijs non reliquit testator legitimam honorabili titulo institutionis, ideo videtur laborare vitio nullitatis, prout regulariter eo laborat, quia tale priuilegium, quod eo casu fauore piæ causæ substineatur prædictum testamentum non potuit concedi in præiuditiū filiorum cum eis non institutis in legitima, id nō parum damnosum esse potest, nam semper priuilegia censentur concessa sine præiudicio tertij.

Damnatur tamen prædicta conclusio, cum substistere non possit, quia veritas est, quod validum reputatur tale testamentum, si in eo legitima reperiatur relicta, si non titulo institutionis, sed alio titulo, puta legati, donationis &c. Nam cum testamenta pia exempta reperiantur à vinculis iuris Ciuilis, à quo fuit introductum, vt legitima relinquatur titulo institutionis. Ergo &c.

Princeps non præsumitur vmquam voluisse tertio præiudicare, nec in dubio alicui vmquam tollere ius ei quæsitum, et potius in eo præsumitur obliuio, quàm talis animus. Legatarius non de alterius manus, quàm hæredis potest capere legatum. Ius accrescendi datur inter cohæredes, et multa alia deducūtur ad effectum confutandi rationes Baldi.

Dū voluit substinere testamētum pium esse nullum, si filijs in eo non fuerit legitima titulo institutionis relicta cum ea testamenta de Iure Canonico sint redacta ad tempus illud fœlix aureum, quo sola veritas mortalibus iustitiam sanciebat, et aliqua circa hoc adducuntur.

CAPVT LIV.

Legata ad pias causas facta, & relicta in testamento ad prophana condito, absq. debita solemnitate à iure positiuo requisita, et consequenter nullo, an valeant licet institutio hæredis sit nulla, et licet negatiuam partem mul ti DD. teneant, tamen contraria, est longe verior, et in praxi obseruanda, et explodūtur rationes ab eis adductæ.

Legata relicta in testamento nullo ex defectu exhæredationis, vel præteritionis filiorum valida sunt, et debentur cum eo casu omnia præter institutionem valeant quod sine dubio procedit etiam in legatis pijs, sed difficultas maxima stat, quid sit dicendum, quando talis præteritio ignoranter fuit facta per testatorē, qui nesciebat vxorem esse prægnantem, vel filium putabat esse mortuum.

Et in his terminis, cum dicta legata reputentur nulla ex defectu voluntatis, quia aliàs si testator id sciuisset, non relinquisset talia legata, vnde non tam corruunt legata prophana quàm

quàm pia, cum priuilegia piarum causarum in tãtum obtineant suum robur, in quantum concurrat voluntas disponentis, aliàs secus. Limitatur tamen prædicta conclusio, quando talia legata pia essent relicta pro malè ablatis incertis, et quare.

CAPVT LV.

Dissentitur conclusio illa, ab aliquibus DD. vti vera, & communis recepta, quod institutiones, legata &c. ad prophanos vsus laicis relicta, in testamento pio minus solemni, non possint subsistere, cum careant solemnitatibus à Iure Ciuili requisitis, & nec in eis militat ratio, non suspicionis fraudis, et doli, quæ cessat in dispositionibus ad pias causas.

Testamentum pium conditum à filiofamilias de consensu patris valet, & tenet, si tamen in eo faciat legata extraneis ad prophana nullam subsistentiam habent.

Legata prophana laicis relicta in testamento minus solemni ad pias causas condito, dato, quod secundum opinionem nonnullorũ DD. minime valeant, quid sit dicendum an ea legata vadant ad hæredes ab intestato, aut te maneant penes institutos ad pias causas.

CAPVT LVI.

Legata prophana Laicis relicta, in testamento pio minus solemni, valida sunt, & debentur, quia testamenta sunt indiuidua, et pro parte valere, & pro parte non valere non possunt, nã si valet eius caput & fundamentum, quale est institutio hæredis facta ad pias causas, æquum etiam est, vt viribus quoque subsistãt eius accessoria, quæ sunt legata qualitercumque facta.

Per aliũ, sæpè quis cõsequitur ea, quæ per se solũ numquam obtineret. Excommunicatus sepultus in Ecclesia, licet debeat exhumari, et foras proijci, tamen, quando id cesset. Fratres duo habentes idem feudum ab eodem Domino, quando vnus ob alium non priuetur parte sua, ob feloniam ab eo commissam.

Iuspatronatus mixtum competens Ecclesiasticis, et Laicis, quamuis, si esset Ecclesiasticum cadetet sub reseruationib. Apostolicis, tamẽ, vt dixi, si sit mixtũ ratione cõmunionis cum iure patronatus Laicali, non subest reseruationibus Apostolicis, Nam et mixtum induitur natura partis, quæ est magis fauorabilis, ideoque tunc Iuspatronatus Ecclesiasticum, erit immune à reseruationibus Apostolicis, prout est immune Laicale ex benignitate Apostolica.

CAPVT LVII.

In præsenti capite adducitur aliud celebre exẽplum, circa famigeratam conclusionem, de qua in præcedent. cap. quod multoties priuilegium, quis consequitur per alium, quale nullatenus per se consequi valeret, & est quã do plures fuerunt socij ad committendum aliquod delictum, inter quos interfuit aliquis clericus, & omnes capti fuerunt per Iudicem Laicum.

Tunc enim indubitatè dictus Iudex non solum remittere debet Clericum ad Iudicem suum Ecclesiasticum, & hoc quidem statim, cũ funditus nullam habeat in eo iurisdictionem, sed etiam simul cum clerico omnes alij, qui simul cum eo delinquerunt, remittendi sunt ad eũdem Iudicem, & hoc quidem, quia cum ille clericus, sit dignior omnibus laicis, & ne continentiæ causarum diuidantur, & sic ne sequatur aliquod absurdum, Vnde ille clericus omnes illos socios trahit ad suum Iudicem, et quale bonum ex hoc posset sequi, vide hic à num. 171.

Socius alicnius priuilegiati gaudet, & ipse eodem priuilegio, Hinc famuli, & inseruientes Episcopo gaudent priuilegio fori, & aliqua deducuntur, circa illud iuris axioma, quod concesso vno, omnia videntur esse concessa, per quã deuenitur ad illud.

CAPVT LVIII.

Testamẽtum cum sit indiuiduum, ideoque quatenus etiam in eo instituta sit hæres pia causa, vel Ecclesia, & reperiatur conditum iuxta priuilegia dictis locis concessa, non est æquũ vt in partibus sibi fauorabilibus pro se accepterur, & in partibus, quæ non faciunt pro se, veluti si sint relicta legata ad prophana laicis, non acceptetur.

Instrumẽtum, seu aliam scripturam producens, censetur omnia, & singula in eo contenta acceptare, quod procedit etiam, quo ad ea, quæ enunciatiuè, & incidenter in illis deducuntur, & ampliatur quoque quamuis ampla sit facta protestatio, quod producens in his, quæ contra eum sunt, non intendit sibi præiudicare, & sic in parte, & partibus sibi fauorabilibus eas produeit, & non alias &c.

Quia opinio, quod talis protestatio deseruiat de vento, est verior, cum non sit in potestate partis adimere, seu restringere vim probatiuam scripturarum, cum & in eis, quæ non dependent à voluntate protestantis, non iuuat protestatio voluntatis declaratoria.

Legata etiam non pia, debentur constito de clara mente testantis, in foro conscientiæ, quoq; relicta in testamẽto minus solemni, et eò magis si in eo sit instituta pia causa, seu Ecclesia, et quare.

CAPVT LIX.

Testamentum conditum sine debitis solemnitatibus à Iure Ciuili requisitis, si Iudex pronunciet

ciet illud esse inualidum, & propterea hæreditatē esse adiudicandā venientibus ab intestato, iustè id dicitur iudicare. & an id procedat etiam in foro Poli. Leges ciuiles, quæ fundātur in præsumptione non habent locum in animæ iudicio, seu in foro conscientiæ. Et quid sit conscientia.

Relicta in testamento pio minus solemni, dum certò constat talem esse voluntatem testantis, tunc hæres institutus in eo veluti pia causa, Ecclesia &c. eò magis tenetur adimplere eius voluntatem etiam si legata sint ad prophana laicis relicta, quia Ecclesiastici prædicant æquitatem, & contemptum rerum mundanarum, facta ad aliquid persuadendum longè sunt potiora, quàm verba, quod validè probatur.

Priuilegia concessa pijs causis, quantumuis non extendantur ad alias personas non priuilegiatas, tamen id est intelligendum principaliter, secus si accessoriè, propter regulam iuris, quod accessorium sequitur naturam sui principalis, quæ regula cum procedat in odiosis, ergo magis in fauorabilibus. Ex societate bona, vel mala quid præsumatur.

CAPVT LX.

Legata prophana Laicis relicta in testamento pio minus solemni, si valerent posset aperiri via fraudibus, & quomodo, Quæ opinio reijcitur, cum mera præsumptio fraudis non sit valens opprimere plures solidas regulas in hoc puncto firmatas. Plura etiam deducuntur, quod si in his terminis probaretur aliqua fraus, vel dolus, tunc fanè nullatenus deberentur.

Imo si in ipsis dispositionibus ad pias causas ordinatis probaretur aliquid fraudolenter, vel dolosè interuenisse, quod in dubio nullatenus præsumitur, & ideo solemnitates testamentariæ in eis non requiruntur, sed probata fraude, itaut testator illa de sua libera, & absoluta voluntate non fecerit, tunc nec illa, quamuis relicta ad pias causas valerent cum fraus sit tamquā venenum, quod inficit omne compositum.

Legata ad pias causas relicta in testamento inualido ad prophana facto, valent, et tenent, non obstante inualiditate testamenti. Voluntas tacita resultans ex aliquo actu, non extēditur vltra limites dicti actus.

CAPVT LXI.

Legata, cum ad sui perfectionem requirant aditionem hæreditatis, ideoque dum interim hæres nō adit eam, propterea agit Legatarius ad illorum consecutionem, quæ conclusio est adeo vera, vt procedat, etiam in legatis causa libertatis relictis, & secundum plures DD. id etiam procedit in legatis relictis ad pias causas, cum in hoc non appareat eas esse priuilegiatas specialiter.

Quæ tamen opinio communiter est improbata, cum veritas sit, quod ea debeantur etiam non adita hæreditate, cum ea non dependeant à testamento, cum & ista sit subtilitas iuris Ciuilis, quæ in relictis ad pias causas non attenditur, sed tantum ius Diuinum. Et semper præsumendum est mentem testatoris fuisse, vt legata pia omnino subsisterent, quamuis subsistentiam non haberet testamentum, et sic nolle, vt cum fortuna testamenti, etiam irent legata pia, quidquid sit de alijs relictis ad prophana.

CAPVT LXII.

Hæres quamuis intra trimestre ei à iure indultū ad conficiendum inuentarium, nullatenus à legatarijs, aut creditoribus defuncti possit conueniri, & hoc licet iam fuerit lata sententia contra ipsum defunctum, vel agatur de instrumento habente executionem paratam. Et dictum tempus, quando incipiat currere, vel à die scientiæ delatæ hæreditatis, vel ipsius aditionis.

Tamen supradicta regula inter alios casus cessat, quando sumus in actione reali, & quare. Item silet, quando sumus in relictis ad pias causas, & præsertim dum sunt relicta pro restitutione male ablatorum incertorū, & perscruratur ratio quare dicta relicta pia pro male ablatis subitaneè veniant exequenda.

Et improbatur illa vana vulgi opinio, quod si testator iusserit hæredi, vt quædam male ablata restituat, quod donec per hæredem id non fuerit adimpletum, anima defuncti non liberatur à pœnis purgatorij, cum nō remittatur peccatum, nisi restituatur ablatum.

Quæ opinio quanta absurditate sit plena demōstratur, cum DEVS non curet de mala intentione, seu actione hæredis ad condemnandū defunctum, dum ipse fecit, quod facere potuit, sicuti è contra, si hæres absque præcepto testatoris restituat male ablata, non ideo liberabit eum à pœnis inferni.

CAPVT LXIII.

Legatarius propria auctoritate ius sibi dicere non debet in capienda re sibi legata, et aliàs illa capiens cadit à legato, et hoc quamuis legatarius putauerit id sibi licere, ex eo, quia rei legatæ dominium ipso iure transit in legatarium, quæ conclusio etiam procedit licet sit capta siue vi impulsiua, siue expulsiua.

Interdictum bonorum, quamuis aliqui putauerint fuisse introductum ad coercendam audaciam Legatariorum, tamen principaliter fuit inuentum ob quartam Falcidiæ detrahēdam, et quare. Vnde cessante ratione detra-

ctionis

Cum

Cum eleemosyna sit magis meritoria, prout magis in ea seruatur ordo charitatis, & peccat contra ordinem charitatis, qui potius extraneis, quàm suis consanguineis indigentibus subuenit, imo quis sic faciendo fidem negat, & est infideliori peior efficitur. Testamentū, qui secundum ordinē pietatis non facit à iure vocatur imprudens.

Item aduertendum venit, quod executor destinatus ad distribuendum bona, vt supra, si adsint inter pauperes, filij spurij testatoris, an debeat inter illos talem distributionem bonorum facere, & conclusio est affirmatiua, & aliqua adducuntur circa filios illegitimos, vt hoc non sit vitium ipsorum, sed patrum.

CAPVT LXXIV.

Ius Ciuile non fuit, sed inciuile, dum in auth. ex complexu. C. de incestuos. et inutil. nupt. iussit, vt filij nati ex incesto, & damnato coitu nō alātur à patre, quod quantū à ratione, et quidem naturali, id abhorreat demonstratur cum peccatum vnum maiori peccato quęratur occultari, Et melius hoc statuit Ius Canonicum, dum sanciuit æquitatem sequendo naturalem, vt omnibus, & quibuscumque filijs quomodolibet genitis alimenta subministrētur ab eorum patre.

Cap. cum haberet. ext. de eo, q. dux. in matr. q. poll. per adulter. seruandum est vbique etiam in Terris Imperij, dānata in hoc dispositione Iuris Ciuilis. Alimenta, quod non debeantur filiis, quomodolibet genitis, id nec Lege, nec pacto, nec consuetudine potest tolli, et in quātum patris bona sint obligata pro alimentis filijs, etiam spuriis debitis, & aliqua habes circa Bulla Pii V. contra illegitimos.

Laudantur Ciuitates, quæ habent particularia Hospitalia pro alendis infantibus expositis, & extolluntur, satis, nutritores puerorum expositorum cum in hoc verè pietatis opere, omnia simul opera pietatis exerceantur.

CAPVT LXXV.

Executor testamentarius, qui ex præcepto testatoris tenetur distribuere eius bona inter pauperes in genere, si non adsint inter pauperes nulli ex familia testatoris, tunc ille debet animaduertere an adsint ex affinibus pauperibus eiusdem testatoris.

Queritur quoque an talis executor testamentarius possit eligere filium proprium in pauperem, et quid si sit filius spurius, nam licet spurius aliquid non possit consequi ex bonis patris, tamen ab alijs potest consequi, nec executor dando dicta bona, dicitur de suo dare, cum pauperes ea capiant à Testatore, licet de manu executoris, Et aliqua habentur contra illegitimos.

Executor testamentarius, si de ordine testatoris teneatur distribuere bona inter pauperes in genere, an si ipse sit pauper, possit se ipsum eligere, & reiecta quorumdam distinctione concluditur stantibus tamen requisitis, quod possit id facere, & adducuntur non nullæ rationes. Instillatur tamen auribus prædictorum executorum, vt vigili oculo stent, ne precipitent in hac periculosa materia interesse.

CAPVT LXXVI.

Executores testamentarij, dum tenentur ex ordine testatoris diuidere bona in pauperes, quātuis possint, sibi aliquid appropriare si sint verè pauperes, vt habetur in præcedenti capite, tamen discutitur hic quod plures DD. cum agatur de materia satis periculosa, nam interuenit interesse, absolutè renuunt admittere talem opinionem.

Authoritatem suam in causa propria, quod quis ad sui fauorem possit interponere, Iura omnino refutant id admittere. Statuta requirētia in contractibus minorum consensum proximiorum, intelligenda semper veniunt, quatenus dicti proximiores non habeant interesse primarium in dictis cōtractibus, quia aliàs non valeret talis consensus, & id sanè exprimitur in Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151.

Patronus, quare non possit præsentare se ipsum ad beneficium sui iurispatronatus, & an procurator constitutus à patrono ad prestandum quem voluerit, possit ipsum patronum presentare, & veritas est, quod non valet talis præsentatio, imo nec procurator potest se ipsum præsentare, & quatenus talis procurator constitueret substitutum ad præsentandum, tunc iste, nec patronum, nec procuratorem, nec se ipsum potest præsentare. Patronus qualiter posset consequi beneficium sui iurispatronatus.

CAPVT LXXVII.

Elegendi egenos habens potestatem à testatore, quantumuis non teneatur eligere pauperiores, & satisfaciat distribuendo inter pauperes, relictis pauperioribus, tamen id procedit in foro exteriori, non autem in foro conscientiæ, nam secundum eum tenetur eligere pauperiores.

Electio de digno, omisso digniori in beneficiis Ecclesiasticis, licet de Iure Canonico possit sustineri, præterquam in Parochialibus, tamen id etiam procedit in foro exteriori, non autē secūdum forum interiorem, et quare Ius Canonicum permittat tales electiones.

Lites acerbæ, funestæ, odiosæ &c. passim orirentur, si semper digniores, et meliores in electionibus essent præferendi, cum quilibet melior, et dignior omnibus putet se esse, & qualiter sit intelligenda dispositio Iuris Canoni-

ei, dum permittit electionem de digno omisso digniori.

CAPVT LXXVIII.

Dispositiones ad pias causas ordinatæ valent, et tenent, non solum si sint incertæ ratione personarum, sed etiam rerum, et summarum relictarum, imo et quatenus adesset duplex incertitudo, scilicet respectu personæ, et rei, quę duplex incertitudo quantum regulariter prosternat viriliter dispositiones humanas notū est, tamen militante fauore piæ causæ inualida est tanta incertitudo.

Alienari prohibita duplici prohibitione, tunc contra talem prohibitionem non admittitur præscriptio, sicuti indultum concessum conferendi beneficia reseruata, non capit ea beneficia, quæ duplici reseruatione sunt affecta.

Legatum libertatis incertis personis relictum, quare non valeat, et in his terminis ratio particularis cum adsit, ideo non valet argumentum hoc casu de legato libertatis, ad pias causas etiamsi in legatis pijs adesset duplex incertitudo, et reiiciuntur Bart. Socin. et Ruin. qui contrarium senserunt.

CAPVT LXXIX.

Legata pia incerta, siue valeant de iure cōmuni, sine de Iure speciali, veritas est, quod valent, & sustinentur, cum parū curemus de modo, dum habemus effectum. Legatum Ecclesiæ Parochiali, si ab aliquo fuerit relictum, & accidat, quod ille habeat duas Ecclesias Parochiales, veluti si eius domus sit in confinio duarum Ecclesiarum, dubitatur cuinam Ecclesiæ debeatur tale legatum.

Aliqui enim sentiunt, quod debeatur illi Ecclesiæ Parochiali, in cuius Parochia adest porta principalis. Cameræ censentur eius domus per cuius scalas habent accessum. Vineæ appellatione, quando veniat canetum, et quando non, Item appellatione domus, quando veniat hortu, domunculas, & similia.

Aliqui verò putant, quoad prædictum legatum relictum Parochiæ, quod si porta principalis domus sit communis vtrique Parochiæ, & tūc diuidatur inter vtramque Parochiā. Pręmiū assignatū si sit primo arcē obsessam intrāti si plures ingrediātur, & ignoratur, quis fuerit primus, tunc omnes, qui ingressi fuerunt sanè, admittendi sunt ad premium, dummodo sit diuisibile, aliàs secus, veluti si Dux promiserit filiam suam in vxorem primo intranti, & alias vt hic habes.

CAPVT LXXX.

Legata pia incerta, quę relinquūtur DEO, eiusq; Sanctis, & eorum intuitu pauperibus, et alijs locis pijs in genere, et absque vlla speciali determinatione, & proprijs nominibus personarum non expressis, pure, in diem, vel sub cōditione etiam per viam substitutionis, vel translationis &c. debentur ex diuersorum Summorum Pontificum Constitutionibus, Venerabili Fabricæ Ecclesiæ Principis Apostolorum de Vrbe.

Leges, vel Statuta, si requirant specificam expressionem alicuius rei, eis non satis fit, per generalem expressionem, vel per relationem ad aliud, cum ad hoc, vt aliquid dicatur expressū opus est, vt oculis prospici possit, quod scriptum est, cum ea non dicantur expressa, quæ intellectu tantum percipiuntur.

Obligatio Cameralis licet trahatur etiam ad enunciata, non intrat limites eorum, quæ ex iuris interpretatione veniunt. Sanè supradictæ conclusiones benè intrant in terminis cōtractuum, aliarumque dispositionum inter viuos, non autem in vltimis elogijs, in quibus quomodolibet admittitur incerti declaratio.

CAPVT LXXXI.

Certum, quod aliquid sit ab initio, vel ex post facto certificetur, aut de facili possit certificari paria sunt. Immissio non solum conceditur hæredi scripto, sed etiam virtualiter instituto ex verisimili mente testatoris Certum an etiam dicatur, quod postea certificari potest. Expressum ab initio etiam illud dicitur, quod ex post facto certificatur si in ipso actu fuerit reseruata specificatio rei incertæ.

Nominationem personarum incertarum, quando testator in testamento reseruauit alicui, tunc secuta tali nominatione deuoratur omnis amaritudo circa talem incertitudinem, et perinde est, ac si testator ipse talem nominationem, vel declarationem fecisset cū ipse id reseruauerit in ipsq actu testandi, quo casu admittitur retrotractio vsque ad initiū actus.

Ex supradictis deciditur, quod amplissima priuilegia cōcessa per diuersos Summos Pontifices venerabili Fabricæ S. Petri de Vrbe circa legata pia incerta, non procedant, quando quantumuis ab initio sint incerta, si per personas ab ipso Testatore nominatas debent ad certitudinem reduci per eorum nominationem, & declarationem.

CAPVT LXXXII.

Executor testamentarius, dum ex mandato testatoris aliquid declarat, veluti, si eligat personas incertas, tunc iste actus electionis non tribuitur ipsi executori, cum ipse in hoc deseruiat tamquam merum instrumētum, & res inanimata, sed benè ipsi testatori, qui mediāte executore, dicitur eas elegisse.

à Causa prima denominatur effectus, & ideo sēper in omnibus negotijs, radix rerum, seu principium perscrutari debet, nam processio omnis

omnis ab initio eius, & multa exempla dedu. cuntur,quod initia rerum sunt habenda semper præoculis, ad dignoscendum earum naturam.

Declarans nihil de nouo facit,sed solum res,quæ prius incerta, seu occulta erat deducit ad lucem, sicuti ille, qui excutit granum à spicis, nam ille nouam speciem non facit, sed solum granum, quod in spicis occultum est, detegit. Et hæc adducūtur ad effectum, quod amplissima priuilegia Venerabilis Fabricæ S. Petri de Vrbe circa legata pia incerta, non intrant quando testator aliquid reliquid distribuendum pauperibus, & alicui, nominationem illorum. vel declarationem reliquit.

CAPVT LXXXIII.

Declaratiua virtus, cum dicatur inesse ipsi dispositioni,nam retrotrahitur vsque ad initium ipsius actus declarati, vnde ea admittitur etiā in præiudicium eorum, quibus medio tempore fuit ius quæsitum.

Legatum pium incertum,quando ex ordine Testatoris potest ad certitudinem deduci per personam ab eo destinatam, statim secuta dictà declaratione,cum retrotrahatur vsque ab initio, tunc cum Fabrica S. Petri de Vrbe, nō habeat, vnde fundet suam intentionem, circa sua priuilegia,quoad legata pia incerta, ideoque ea cessabunt.

Lex noua, licet non habeat oculos, nisi ante, & sic respiciat tantum futura, & non præterita, tamē aliam vim habet ipsius legis declaratio, quia ista respicit tàm futura, quàm præterita.

Declaratio dicitur statim fieri, licet fiat ex interuallo,si in ipso actu id fuit reseruatum.Incōtinenti, quæ fiunt videntur inesse ipsi actui, & exceptiones incontinenti probādæ admittuntur etiam contra sententiā, quod est adeo verum, quod si Iudex eas non admittat, appellatur ab eo, & alia plura circa hanc materiam habes.

CAPVT LXXXIV.

Certa non tantùm ea dici valent, quæ in continenti possunt ad certitudinem deduci, sed etiam si negotium ita exposcat, dum ita non facilè, & incontinenti non possint certificari, dummodo tamen certum sit,illa esse verificāda.Cum pro certo etiam illud habeatur,quod licet incertum nunc sit, tamen dubium non est,quod certificetur.Nouitius religionem ingrediens an habeatur pro religioso, et cuius animo censeatur esse.

Legatum relictum pro construendo Monasterio, an dicatur incertum,ad hoc, vt intrent ampla priuilegia Fabricæ S.Petri de Vrbe circa legata pia incerta,& conclusio tamen est negatiua cum potentia, quæ est facilè reducibilis ad actum habeatur pro ipso actu.

Incertitudo personæ, quando qualitas est certa, non impedit quod res certa non sit. In Facultatibus,et sollicitudinibus Episcoporum,vt legata pia debita executioni mandentur, hodie successit Fabrica S.Petri de Vrbe,& intra quale tempus, Itaque ea diligentia, & zelus requisitus per Sacros Canones in hoc negotio, in Episcopis,transfusus dicendum est in Ministros d.Fabricæ, piè ergo, & sancto ducti zelo, se gerant.

CAPVT LXXXV.

In curam, & sollicitudinem, vt pia testantium elogia, debito fini mittantur, & sic vt reuocentur à somno negligentes, socordesque eorum executores, hodie in locum Episcoporū, idest post annum, & post quindecim menses in Vrbe, subrogata fuit Venerabilis Fabrica S.Petri de Vrbe, & eius facultas fundata manet in negligentia supradictorum executorū.

Fabrica S.Petri,non potest se intromittere in executione legatorum piorum etiā data negligentia executorum testamentariorum, quando tamen ipse testator in tali casu elegit alios executores in defectu negligentiæ illorum, sicuti nec in his terminis nihil possunt Episcopi, quia non secundum mentem Testatorum,sed contra se intromitterent, cum id Iura abhorreant.

Tutela legitima tunc inrrat,quando nō adest testamētaria,& semper tutor testamētarius præfertur legitimo, quod procedit etiam si ex pluribus tutoribus datis, vnus remaneret, & amplia, quod si tutor testamētarius obtinear à Iudice se eximi à tutela,vel eum remoueat vti suspectum,nec tunc inrrat tutela legitima, sed Iudex bene sibi visos potest eligere, & quare.

CAPVT LXXXVI.

In Piarum dispositionum executione Fabrica S.Petri de Vrbe, non valet se intromittere nisi data negligentia omnium executorum in testamento à pio Testatore relictorum cum quilibet rebus suis eam legem dare possit quam vult,dūmodo à legibus non reperiatur improbata, alias habet à Iure liberas habenas, quod multo magis locum habere id debet,& Iura Canonica summè exoptant quando agitur,vt hic de dispositionibus pijs, ne alias Christifideles, videndo eorum voluntates nō seruatas, retrahātur à bonis operibus.

Iura Canonica zelanter permittunt fundatoribus Iuriumpatronatus, vt in limine eorum fundationis,accedēte consensu Ordinarij,possint apponere,quantas, et quales conditiones sibi benè visas, etiam contra ius, dummodo non sint impossibiles, vel turpes, vel contra naturā iurispatronatus, alias verò quascumq. vt dictum est possunt apponere, & referuntur non-

nonnullæ conditiones contra ius, quæ possunt admitti, et si Episcopus recusaret eas admittere quid sit faciendum.

Papa quamuis posset omnia beneficia Iurispatronatus Laicorum, etiam Regum comprehendere sub reseruationibus Apostolicis recusat tamen id tamquam benignus Pater facere, ne Christifideles forte retrahat ab his pijs operibus, cum ea pro sint ad salutem animarum, & ipse omnes homines tenetur dirigere in viam salutis &c.

CAPVT LXXXVIII.

In Legatorum piorum executione, quando se intromitteret Fabrica S. Petri de Vrbe, ex eo, quod exequutores testamentarij sunt negligentes in illorum executione, si in casu illo testator prouiderit de alijs sub exequutoribus. poterit repelli, tamquam agēs sine actione. cum ipsa non possit pretendere emolumēta ad hoc ei à Summis Pontificis, destinata nisi in casu negligentiæ eorum, qui ad talem executionem testator vocauit, & cum ipsa sit vocata sub tali conditione, vnde nisi ea verificata, nihil ponit in esse.

Agens sine actione procul à limine indicij arcēdus est, & hoc potest facere Iudex ex officio, quamuis id reus non petierit, imo licet libellum exceptionis obtulerit, Iudex calumniosè agentem non audire, & surda aure pertransire potest. Exceptio, eua non interest, litem ipsam perimit, cum sit exceptio litis finitæ.

In executione legatorum piorum tūc quippe potest se intromittere Fabrica S. Petri de Vrbe, quamuis Testator prohibuerit, ne in illis se intromitteret, data negligentia omnium executorum, quia cum de isto casu non prouiderit Testator censetur eum reliquisse sub dispositione iuris communis, et sic erit locus exequutoribus legitimis qui sunt Ordinarij, & hodie loco eorum Fabrica S. Petri, et vide etiam in sequenti cap.

CAPVT LXXXIX.

Testator, quando prohibuit, ne in executione eius legatorum piorum, nullatenus se intromitrat Episcopus, vel Venerabilis Fabrica Sancti Petri de Vrbe, eius mens, et causa finalis similis prohibitionis, alia non videtur esse, nisi magna fiducia, quām habuit in hæredibus, vel executoribus testamētariis, quod omninò perfectè executioni essent demandaturi, eius piam voluntatem.

Quare data negligentia, seu auaritia eorum, et sic cum cessauerit causa finalis talis prohibitionis, respondendum omnino venit, quod tunc Ordinarius, vel Fabrica S. Petri possit eos excitare à somno non obstante tali præcepto. Ordinarius, vel Fabrica curando, vt piæ dispositionis executioni mittantur, negotium vtile gerit, & pro defunctis, et pro hæredibus negligentibus, cum isti prouocent contra se diuinam vindictam.

Testator disponendo ad pias causas, censetur voluisse, vt ea executioni mitteretur, nam qui vult consequens censetur velle omne necessariū antecedens. Papa conserens aliquid scienter indigno, censetur, illum dispensare, ad hoc vt illud possit cōsequi. Causa finali cessante omnia cortnnt. Defunctorum memoria, et honor in quo consistat.

CAPVT XC.

Mortus flere, licet dum id piè, & religiosè fit à iure non sit improbatum. Itē ampla funeralia eis facere, item eisdem sumptuosa sepulchra erigere, & similia in eorum memoriā astruere. Ista tamen sunt consolationes viuorum, & nō mortuorum, nam illorum memoria, & honor tunc conseruatur, quando ea, quæ in supremis elogijs, & maximè, si sint ad pias causas disposita debitæ executioni, expulsa omni negligentia, & auaritia, debitæ executioni mittuntur.

Lacrymæ quamuis natura sua sint temperatæ, tamen ex accidenti possunt esse, vel callidæ, vel gelidæ, scilicet ex qua causa proueniant, cum mœroris, & lætitiæ illæ sunt communes, vide distinctiones.

Hæredes quanti mali possunt esse causa, dum im probè renuunt adimplere pias testantium voluntates, & maximè circa celebrationem Missarum, vltra quod ipsi peccant mortaliter, & tamquam infideles possunt excommunicari. Episcopi, vel Fabrica S. Petri de Vrbe, licitè, & iustè possunt se intromittere in executione legatorum piorum, data negligentia hæredū spreta quauis prohibitione testatoris, vt illi non se intromitterent in dictis legatis, etiā in casu negligentiæ hæredum, & cum clausula annullatiua, quod aliàs non sint legata pia.

CAPVT XCI.

Donatio, si sit facta vltra 500. solidos, absque insinuatione nullatenus tenet, quo ad excessum, et istius inualiditatis defectus prouenit ex causa consensus, qui de Iure naturali in omni contractu requiritur, et est necessarius. Iura præsupponūt donantem vltra summam permissam absque insinuatione, non habere animum deliberatum ad donandum, et ideo assignatur tale tempus ad deliberandum, donec sequatur insinuatio.

Insinuationis defectus, cum proueniat ex causa deliberatæ voluntatis, ideo post mortem donantis facta non tenet, veluti si donator in ipsa donatione constituerit procuratorem ad insinuandum, et iste post mortem donantis insinuauerit perperam agit, quod amplia etiamsi constitutus fuerit procurator irreuocabiliter,

Iura-

actis temporibus opinio, hodie verò contraria assumpsit vires, et sic nunc tàm in Scholis, quàm in Palatijs communiter amplectitur, et irrefragabiliter est tenenda fauore Religionis, et melius est ostendere Leges Ciuiles, quàm DEVM.

Periurij crimen maximum est, graue scelus, et peccatum mortale. Periurius punitur excisione linguæ. Periurius est infamis infamia iuris, et facti, et repellitur à limine iudicij, et si est clericus priuitur beneficijs, et efficitur inhabilis ad alia acquirenda.

In Donatione excedente summam 500. solidorũ absque insinuatione, licet iura sentiãt quoad excessum non adesse consensum donantis tamen ista est fictio Iuris Ciuilis, quæ non est valens ad tollẽda periuria. Insinuatio an principaliter dicatur inducta à Iure, fauore publico, vel priuato, et præualet opinio, fauore priuato principaliter fuisse introductam, et secundariò fauore publico, et sic intrant vires iuramenti.

CAPVT XCVII.

Insinuatio donationis excedẽtis summam 500. aureorũ, quod ea nõ sit de substantia, & forma ipsius donationis, satis deduciturex eo, quia non est necesse, vt fiat in ipsomet contractu donationis cum sufficiat quod postea interueniat cum alias non posset illa interuenire, quia forma in ipsa conceptione actus debet interuenire, nam, et ipsa dat formam contractui.

Insinuatio donationis an spatio 30. annorum præsumatur interuenisse, & affirmatiua opinio præualet, dummodo tamen cum dicto tempore concurrat obseruantia, idest effectuatio ipsius donationis, vt donatarius sit in possessione rerum donatarum.

Insinuatio cum scripturam de necessitate requirat, nã apud acta debet reponi, quo casu quando scriptura debet interuenire, tunc non admittitur probatio præsumptiua, sed debet exhiberi ipsa scriptura, et sic debet constare de veritate, quando ex ipsa donatione apparet, quod insinuatio non interuenit, et vide solutionem in seq. capite.

CAPVT XCVIII

Insinuationis donationis defectus quando apparet, ex ipso instrumento donationis, tunc sanè nõ videtur esse locus præsumptioni, quod talis insinuatio potuerit interuenire, cum sit aperta satis conclusio illa, quod probatio, quæ fit per euidentiam facti, superat omnes alias probationes.

Actus, quando debet fieri in scriptis, non præsumitur, quod fuerit factus, nisi ostendatur scriptura. Forma, & solemnitas substantialis alicuius actus non præsumitur ex ipso cursu temporis, & quare. Quantitas rerum leniori bus probationibus decetur, quando constat de essentia, seu qualitate actus.

De insinuatione donationis probanda, quando agitur, dum apparet de ipsa donatione, tunc admittuntur leuiores probationes pro illius iustificatione.

CAPVT XCIX.

Insinuatio donationis, quod præsumatur interuenisse stante spatio 30. annorum est opinio adeo clara, vt nullatenus obnubiletur, ex eo, quia non reperiatur in instrumento donationis apposita, nam cum possit fieri etiam postea, ex hoc non probatur talis negatiua.

Negatiua, tunc probatur ex inspectione instrumenti, quando affirmatiua de necessitate debet probari ex ipso instrumento, sicuti è contra dicitur, vbi affirmatiua, aliter probari potest, quam per certam scripturam, & tunc negatiua non probatur concludenter ex inspectione eiusdem, cum possit adesse in aliqua alia.

Decretũ irritans positũ in l. sancimus, et in l illud C. de donat. in terminis quod donatio facta 500 vltra solidos non teneat, si nõ fit insinuata, an per illud dicatur inducta forma, ad effectum ve insinuatio, tamquam de forma ipsius donationis, ex tractu temporis, non possit præsumi interuenisse.

CAPVT C.

Defectus insinuationis donationis excedentis summam 500. solidorum an dicatur sanatus per iuramentum, & tunc verè opinio affirmatiua absque controuersia transit, quando in specie solemnitati insinuationis fuit renũciatum, quidquid sit, si in genere fuerit iuratum non contrauenire donationi.

Statutum, si disponat, quod iuramentum in cõtractibus habeatur pro apposito, & tunc licet tale iuramentum pariat effectum ciuilem, quoad homines, non inducit tamen sacramẽtum, & religionem iuramenti formalis erga DEVM, nec transgrediens efficitur periurius.

Donatio facta Ecclesiæ, vel alias ad pias causas, si excedat 500. solidos verum insinuanda veniat, & quamuis multi DD. quærant satis coloratè demõstrare, quod talis donatio inclusa etiam sit sub dispositionibus requirẽtibus insinuationem, tamen falluntur, cum veritas satis apparenter militet in contrarium, et adducuntur rationes satis apparentes.

LAVS DEO.

SVMMARIVM SEQVENTIS PRAELVDII.

ARGVMENTVM.

In præsenti præludio deducitur, deploraturque misera Iuris prudentiæ conditio, circa abyssum Voluminum in ea, iam editorum, et deinceps edendorũ, & quidem edenda deberent ex omni parte absoluta esse aliàs potius nauseam, quàm gustandi ansam allatuta sunt, & quando quis talia non edit, ex quo excusandus veniat.

Et post DIVINI auxilij implorationem (plura, cum in hoc volumine plerunque agatur circa materiam piarum dispositionum redolentem) congeruntur, ad effectum insinuandi omnibus, vt per quam atdentes sint ad operosam pietatem erga egenos, quia tutò hac via petitur Cœlum.

Nam, & ea satis potens est, & sicuti bonum signũ pro victoria causæ est, dum Iudices munera sumunt (à quibus vt se abstineant pluribus rationibus latè suadetur) ita supremus Iudex munera sumendo per manus pauperum, facili negotio misericordiam iustitiæ anteponet, & non dubitent misericordes reportandi, nisi fauorabilem sententiam, quia pietatem exercentibus omnia sunt munda.

Insuper, quia pruritus cumulandi aurum fere est causa, vt pietas, & dilectio erga miseros sopita quasi remaneat, ideo contra malam naturam auri, quæ est tenebrarum amantissima, & accedente eius palliditate, multa legaliter congeruntur circa illos, qui amant tenebras, quia de iure suspecti sunt, item contra eos, qui pallent, cum pallere sit signum malæ conscientiæ.

Tandem deducuntur plures, qui à Iure præsumuntur auari, nempe Senes, Mulieres, Medici, Clerici, Iudices &c. circa quos multa legaliter quoque congeruntur, & dire execratur auaritia, nec non tapacitas iniquorum Causidicorum, & suadetur litigantibus concordia, extolluntur etiam iusti Aduocati, Procuratores &c. tamquã stelle fixæ in DEO, & latius vt habetur infra à num. 59.

1 *Cibi suaues, & exquisiti, sæpè & eos, qui saturi sunt, ad iterum edendum, alliciunt.*

2 *Vina suauia, & fragrantia etiam eos, qui sitim expleuerunt ad bibendum, solent exstimulare.*

3 *Pelagus legalis hodie sic in immensum excreuit, vt sine fundo sit.*

Voluminorumq; Iuris moles ita multiplicata reperitur, vt ad summum videatur peruenisse. num. 3.

4 *Libris legalibus si quis hodie omnibus communiri præposuerit, perampla Crassi opes, ei deficerent.*

5 *Abyssus sicuti abyssum inuocat, ita quoque copia voluminum legalium hactenus editorum videtur indigere multitudine edendorum.*

6 *Desiderium, seu pruritus edendi volumina est insatiabilis.*

7 *Iuris prudentiæ natura, quæ videatur esse.*

8 *Libris legalibus adhuc editis quilibet non solùm saturus reperitur, sed etiã hydropicus, & ebrius apparet.*

Adiectione non indiget plenitudo. nu. 8.

Rei demonstratæ demonstrationem addere frustra est num. 8.

9 *Solem qui certat facibus adiuuare, frustra laborat.*

10 *Volumina in Iure, qui longè doctissima non edit, potius nauseam, quàm gustandi ansam præbet.*

Volumina in Iure edere nõ deberet, qui non est omnibus numeris absolutus. num. 10.

11 *Gloria inanis non debet esse causa, vt volumina in Iure sine vtilitate multiplicentur.*

12 *Musca cum vidisset Elephantem statim cogitauit se illi æqualem facere, sed incipiendo se tumescere crepuit.*

13 *Mus quidam ridiculus, ex quo cogitabat, se posse numerari inter molendinarios.*

14 *Temeritas est coram personis insignibus in aliqua arte, velle disputare, si de ea ipse sit ignarus.*

15 *Barbarus, cum diu stetisset Athenis, & tres tantum literas Græcas didicerit, quid ei acciderit num. 16.*

17 *Grandes materiæ ingenia parua non sufferunt, & in ipso conatu succumbunt.*

18 *Causæ subtiles non sunt committendæ grossis Aduocatis, cum sint suspecti ob iuris ignorantiã.*

Equum nõ ascendat, qui nescit equitare. nu. 18.

19 *Aduocatus an excusetur à peccato omni, defendendo iniustam causam stante eius ignorantia.*

20 *Aduocatus imperitus tenetur ad resarciendum damnum, ob suam culpabilem ignorantiam, secutum.*

Aduocati ignorantia, cum sit indirectè voluntaria, sic etiam damnum secutum, est indirectè voluntarium. num. 20.

21 *Aduocatus, vel alius causidicus ex vi sui officij tenetur esse sufficienti peritia instructus.*

Et scire ea, quæ communiter ad eius officium spectant aliàs culpa eius ascribitur.

Doctor non solum tenetur de dolo, sed etiam de culpa num. 21.

22 *Aduocatus imperitus ad nihil tenetur, ob damnum secutum ob eius imperitiam, si clienti nota erat illius ignorantia, vel si ipse cliens sit etiam Doctor.*

Aduocatus non tenetur habere tantam scientiã, vt sit alter Bartolus.

23 *Iuris Dolores aptiùs non nulli vocari possunt, quàm Doctores.*

24 *Libri, qui in lucem mittuntur, sibi multos assumunt Iudices.*
25 *Magisterium periculosum est, discipulatus verò securus.*
Auditor est magis securus, quàm prolator. num.24.
26 *Talentum suum, quis improbe non debet supprimere.*
27 *in Horreum Domini vnusquisque aliquid debet afferre. num.28.*
29 *Animus hominum ad aliquid agendum est natus, ita vt opere pascatur, otio verò dissoluatur.*
30 *Otium est pessima bestia, & omni aspide nocentius sepulturaque hominis viuentis.*
Homines nihil agendo male agere discunt. nu 30.
31 *Opiniones erronea pedibus terenda sunt, ac funditus eradicanda. & num.32.*
33 *Vires vbi deficiunt, est laudanda voluntas.*
Condire scitè non omnibus datum est. num.33.
34 *à Debitore inopi quidquid accipi potest; ad lucriì scribendum est.*
35 *Laus nulla est non facere, quod quis facere non potest.*
36 *post Naufragia tentanda sunt maria, & post malam segetem, serendum.*
37 *Scribentibus facile ignoscendum est, si nullatenus profiteantur se perfectè scribere, sed solum scribendo proficere, & proficiendo scribere.*
Arogantia omnis est molesta, sed illa ingenij molestissima.
38 *Scriptor ille non est arguendus, qui veniam tantum pro laude poscit.*
39 *In Caupona cum quidam visus fuisset à Catone, ac in eam ille introfugiens, quid ei dixerit.*
40 *Errorem suum quantò magis quis infitiatur, tantò magis illum penetrat.*
41 *Pauperes illi, qui fingunt se esse diuites ob istam simulationem sunt pauperiores.*
42 *ad Studium magis paucorum charitate quis debet se prouocare, quam multorum detractione deterreri.*
43 *Luna suos cursus surda peragit, parum curando de oblatratibus nocturnis canum.*
44 *Laudatorem de suis scriptis dum quis non quærit, nec iniquum detractorem pertimescere debet.*
45 *cum Censoribus iniquis semper impar est certamen, nam siue quis vincat, siue vincatur, semper maculatur.*
46 *Olla anea ad pugnam prouocans ollam luteam, ipsa quare recusauit sumere certamen.*
Ventum, qui obseruat non seminat.
47 *Nubes, qui obseruat non metit.*
48 *Maledicos qui timet, vilior est, quàm qui hostes fugit. & quare.*
49 *ad Honesta properanti contemnenaus est contemnendorum hominum contemptus. nu.31.*
50 *Palato omnium satisfacere, homini vix datum credibile est.*
51 *Auriculas Asini quilibet habet. num 31.*
52 *Vnicuique creato natura dedit vitium suum.*
53 *Peccare in nullis potius est diuinitatis, quàm humanitatis.*
54 *Votum de numquam peccando non valet.*
55 *Diuinum solum est, quod labe vacat mortalia numquam reprehensore carent.*
57 *in Testatore non requiritur perfectus sensus, & omnimoda mentis sanitas, quia aliàs nemo posset testari.*
58 *sine Defectu aliquo prudentia, & per conse quës sine aliqua particula stultitia nemo est.*
59 *Quidam existens in Mari, & proximus submersioni, carnes salsas auidissimè commedit. & quare.*
60 *Diuini Numinis inuocatio in omnibus actionibus est præmittenda.*
61 *Studium humanum vacillat, vbi pro fundamento non habetur IESVS.*
62 *Fidelium mentes planè dulcescunt IESV mellifluo nomine inuocato.*
63 *Nomen IESV est potentissimi auxilij, etiam si quis in desperationis abysso submersus esset, vt alter Iudas.*
64 *Iudas dum negotiabatur vendere suum Magistrum. si loco,* & cum vobis tradam, *dixisset,* & IESVM vobis tradam, *non perijsset.*
65 *Desperatio longè abest, vbi est nominis IESV, inuocatio.*
66 *Cœlum, qui ascēdere desiderat nomen IESVS inuocet secundum S.Bonauentur.*
67 *Peccator quicumque scelestissimus, si debitè inuocauerit in vltimo vita nomen IESV, saluabitur, secundum S.Bernardin. Senens.*
68 *Nomen Domini quicunque inuocauerit saluus erit.*
69 *Laus non est speciosa in ore peccatoris.*
70 *Nomen MARIÆ peccatores consolat, & iustos lætificat.*
71 *MARIA est omnium excellentiarum incomprehensibilium compendium, & pulcherrima pulchritudo omnium pulchritudinum &c. numer.72.*
73 *AVE MARIA dum dicitur ridet Cœlum, Angeli gaudet, Mundus exultat, Infernus cōtremiscit.*
74 *MARIA est Cali gaudium, Mundi refugium, & Purgatorij solatium.*
75 *Beneficium punitionis in Inferno citra condignum intercessioni B.Maria attribuitur.*
76 *in Ægypto est hortus Balsami, qui nullum producit fructum, nisi irrigetur fonte vicino in quo Deipara Virgo puerum IESVM frequenter lauit. & num.79.*
78 *Fauor Beata Virginis, vt opera humana non sint vidua fructuum valde adiuuat.*
79 *Iustinianus Imperator magnam fiduciam repositam habebat in precibus B.Virginis.*
80 *Eique magnificentissimum Templum erexit, & tale, vt nullum aliud ei aquari potuit.*

IVRIS

IVRIS STVDIOSIS ET PIETATIS CHRISTIANAE ZELO ARDENTIBVS

PAVLVS RVBEVS I. C. ROMANVS

Salutem in eo, in quo est vera salus.

SVAVIBVS, & exquisitis
cibis propositis, sæpenume-
rò non ij tantùm, qui fame
1 laborant ad edendum tra-
huntur, sed non numquam
& ij quos iam satietas cœpit
extimulantur. Quemadmo-
dum etiam poculis ingenti
suauitate, atque fragrantia
2 præditis, non illi dumtaxat qui siti afficiuntur,
sed illi quoque qui sitim expleuerunt ad biben-
dum allici solent.

Sic, & nos dicere possumus, eum hodie lega-
3 lis sine fundo pelagus, vt esse fertur, ille An-
glicus, adeo in immensum excreuerit, & ita ad
summum peruenerit, vt in altitudinem Maris
videatur adesse; Vnde si quis omnibus Iuris
voluminibus communiri præposuerit, nec per-
amplæ Crassi opes in eorum emptione sat essēt,
4 Heu, quot lepores in Atho, quot Apes pascun-
tur in Hibla, sic, & hodie tot reperiuntur libri,
vtinam ad eam iam non peruentum esset in iu-
re calamitatem, vt quasi abysso abyssum inuo-
5 cante, ipsa copia editorum voluminum lega-
lium innocet, seu exposcat multitudinem eden-
dorum. Plura de insatiabili desiderio, seu pru-
6 ritu edendi volumina, iam *dixi in proem. ad
decisiones Rotæ Romanæ bon. mem. Reuerendissimi
Peniæ à num.* 21. Natura quippe iuris pruden-
7 tiæ ea videtur esse, vt temporum infinita, per-
petuaque varietate, nec modum, nec finem ha-
bere videatur.

Vnde ex hactenus scriptis, & quidem super-
8 abundanter, non solùm quilibet satur, & ple-
nus apparet, sed etiam hydropicus, & ebrius re-
peritur. Adiectione enim non indiget plenitu-
do. *can. bona quidem 96. distinct.* Reique demō-
stratæ, demonstrationem addere frustra est. *l.* 1.
§. fin. ff. de dot. prælegat. Non sunt quidem ad syl-
9 nam (vt aiunt) ligna ferenda. Vtique in va-
num laborat, qui Solem certat facibus adiuua-
re. *can. si omnia 6. quæst.* 1. & allegari potest illud
Ouid. Elegiar.

Quid folia arboribus plena, quid sidera Cœlo,
In freta collectas alta, quid addis aquas?

Quare nisi suauissimi cibi, & pocula penitus
10 fragrantissima, nempe volumina longè do-
ctissima offerantur, potius nauseam, quàm gu-
standi ansam allatura esse, non sine causa arbi-
tror. Quare volumina quis in iure non edat, nisi
sit omnibus numeris absolutus. Quibus suppo-
sitis, opportunùm putabam, quoad legalem di-
sciplinam calamo, vltimum vale annunciare, Nō
enim ego sum adeò inanis gloriæ cupidus, vt le-
11 gales libros sine vtilitate bonum ducerem
augere: Nec etiam adeò exemplari egeo sub-
stitutione, vt mihi persuadere velim inter do-
ctos Iurisconsultos me posse numerari, vt volu-
mina vndequaque præstantissima edere valerē.
12 Nam certè mihi eueniret, quod narratur in
fabulis de stulta illa musca, quæ enm vidisset
Elephantem, statim cogitauit illi se æqualem
facere, & incipiendo se tumescere crepuit, Aut
essem ita temerarius, prout pariter enarratur in
13 fabulis, sicut ridiculus ille mus, qui cum per-
uenisset ad quemdam Molendinum, & tantisper
eius caudę summitas fuerit à farina inalbata,
illico putauit se quoque inter alios molendina-
rios adscribendum fore, sic & ego inter Iuris
peritos.

Vel audax reputatus essem, quemadmodum
alter Phormio, qui, (vt refert enm exprobrando
14 Marc. Tull.) cum esset penitus ignarus rei mi-
litaris, non erubuit tamen coram Anibale, de
ea disputare. Et quamnis in ampla Iuris pru-
dentiæ sapientia aliqua elementa, si, & in quan-
tùm superficialiter, quasi possideam.

Tamen non essem minus deridendus, quam
ille vir barbarus, de quo narrat *Cel. Rhog. lib.* 19.
15 *cap.* 13. qui cum causa discendi peruenisset A-
thenas, magnum nomen sibi videbatur acqui-
siuisse eum post longum tempus tres græcas lit-
teras didicisset. Cumque redijsset in Patriam,
magno popularium fauore exceptus, contra
Prætorem quendam Græcè concionantem po-
situs est, qui Prætor postquam perorauit, cla-
mauit Barbarus ille recitando tres illas literas
Græcas. Quo clamore perterritus, Orator ob-
16 mutuit. Barbari verò popularem suum putā-
do vicisse illum magno applausu domum dedu-
xerunt. Sed his relictis, ad nos, seruaudū quip-
pe venit præceptum Sapientis Catonis, dum sic
inter alia sua aurea monita prudenter docuit.

Quod potes id tentes, operis, ne pondere pressus
Succumbat labor, & frustra tentata relinquas

Optimeque expendi potest dictum Magni Ec-

clesiæ Doctoris Hieronymi Sancti in epist. ad
17 Heliodorum, ibi, *Grandes materias † ingenia parua non sufferunt, & in ipso conatu vltra vires ausa, succumbunt*, cui assentit *Bald. in l. fin. C. de hæred. petit. vbi quæst. 16.* subtiles causas (ait) nō
18 esse grossis Aduocatis committendas, quia suspecti sunt propter iuris ignorantiam per illū textum, & facit vulgatum illud dictum, Equum non ascendat, qui æquitare ignorat.

Ignorantia enim an excuset Aduocatum, qui iniustam causam defendit, ita vt non peccet, & non teneatur ad restitutionem *videatur Azor. instit. moral. part. 3. lib. 13. cap. 29. dub. 4.* vbi concludit, ad hoc vt Aduocatus iniustam causam
19 defendēs, excusetur ab omni peccato prætextu ignorantiæ, requiritur, quod adhibita debita diligentia, ignorantia eius sit inuincibilis. Putando causam esse iustam, *& ex nostris concludit Io. Paul. Xammar. in tract. de offic. Iudic. & Aduoc. part. 2. quæst. 8. num. 19. vers. Aduocatus iniustam causam defendens &c.* Conclusio insuper illa generalis est, quod Aduocatus imperitus tenetur ad resarciendum damnum parti, vel clien-
20 ri, ob suam culpabilem ignorantiam, secutū, quia cum talis ignorantia sit indirectè voluntaria, sic etiam damnum secutum est indirectè voluntarium.

Nam Aduocatus, vel alius Causidicus ex vi sui officij tenetur esse sufficienti peritia instructus, & scire ea, quæ communiter ad eius officiū
21 spectant, vnde talis ignorantia culpæ ascribitur. *l. imperitia. vbi Doc. Cagnol. & alij scribentes ff. de regul. iur.* Doctor autem non solùm de dolo, sed etiam de culpa tenetur *per tradita ab Alex. in rubric. de procurator. num. 2.* quem refert, & sequitur *Anton. Mar. Caroc. de comm. opin. lib. 3. titul. 11. num. 11. & seq.* eò quia culpa, dolo æquiparatur, *vt communiter notatur in l. quod Ner-*
22 *ua ff. deposit.* Limita tamen id non procedere, quando cliens nouerat imperitiam Aduocati, quia id sibi imputet, vel si ipse etiam erat Doctor. de qua materia, cum sit extra propositum nostrum *latè videatur apud Io. Angel. Boss. in suis moral. lib. part. 1. titul. 1. §. 28. à numer. 762. & seq.* Cæterum, *vt inquit Card. Toletus lib. 3. instruct. cap. 60. num. 3.* Aduocatum non teneri habere tantam scientiam, quantam Bartolus.

Supradictæ igitur, vt dicebam, rationes, retrahebant me à scribendo, maximè agnoscendo meam imbecillitatem, cum sim omnium Iurisconsultorum doctrina, auctoritateque minimus.
23 Et possim asserere me in numero eorum Doctorum esse, de quibus verba habui *in discurs. part. 4. recent. tom. 2. à num. 25. vers. Non Iuris Doctores, sed aptius Iuris dolores vocari possūt &c.* Expauesco etiam admonitum S. Hieronymi *in epist. contra Vigilantium in illis verbis*,

24 *Qui scribunt multos, sibi assumunt Iudices.*

Periculosum si quidem est Magisterium, discipulatus verò securus est. Securior est enim
25 verbi auditor, quàm prolator, Tutò certè de se dixit ille, ego autem auditor semper tantùm, & benè cognitus illud Psalm. 50. *Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam*, & hic faciunt tradita à me *in discurs. par. 7. recent. à num. 27. vers. crede mihi, qui benè latuit, benè vixit &c.* Verumtamen, ne talentum, quod mihi à DEO Optimo
26 Maximo attributum fuit, improbè supprimerem, & si quid ex eo lucrifacere potuissem libenter exiberem. Nam paternè quidem *idem S. Hieronym. super Matth. cap. 1.* & nos habemus *in can. reuertimini 16. quæst. 1.* hortatur, in-
27 uitat, monet, & allicit vnumquemque in horreum Domini cibos afferre, *& in proem. lib. Regum*, singulos prouocat in tabernaculo DEI, conferri quod potest, in hæc verba. *In templo DEI offert vnusquisque quod potest, Alij aurum*
28 *& argentum, & lapides pretiosos, alij byssum, purpuram, & coccum offerunt, & hyacinthum, nobiscum benè agitur, si obtulerimus pelles & caprarum pilos.*

Insuper hæc scripsi, vt otij mei qualemcunque non inuitus redderem rationem. Nam, vt inclamat Mellifluus Bernardus in epist. ad Rusticum, ibi, *Sunt nostri animi ad aliquid agendū*
29 *nati & oppositi, itaque opere pascantur, roborātur, gaudent, otio vero dissoluuntur, inertia decidunt.* Nam otium est pessima bestia, & omnī
30 aspide nocētior, sepulturaq; hominis viuentis. Et ex sententia Catonis, Homines nihil agendo malè agere discunt, & iam abunde acriter pungendo otiosos plura contra eos deduxi *in discurs. par. 4. recent. tom. 3. à nu. 184. vsq; ad 302.*

Quamobrem in Theatro Legali, iterum vacuis manibus erubui apparere; Vnde in testimonium meorum sudorum has, quales quales resolutiones legales in lumine publico prodeo.
31 Verumtamen si quid bene dictum erit, illud veritatis contemplatione candidè conseruetur, & si quid spinosum viderit, quasi pungat, omittatur. Et præcipuè omnia iudicio Ecclesiæ san-
32 ctæ DEI tam dicta, quam dicenda, omniaq; mea zelanter, & lætanter submitto, & subijcio. Cæterum satis notum est, vt vbi deficiunt vires,
33 laudanda venit voluntas, sicuti etiam in ore vulgi plurimum versatur illud dicterium.

Condire scitè non omnibus datum est.

34 Et quis ignorat, quod ab inopi debitore, quid quid accipi potest, ad lucrum adscribendum ve-
35 nit. Vlterius nulla laus est, non facere, quod quis facere non potest, nam etsi dixit ille.

36 *Et post naufragia, tentando maria*
Et post malam segetem, serendum.

Vnde id multò magis sibi vsurpabit locum, quādo neutrum accidit, tentabo igitur ventis ve-
37 las dare. In his enim, quæ erraui, facile mihi ignoscendum erit, quia non vt arrogans recuso argui, sed humilis quæso corrigi, & edoceri. Scio enim, quod omnis arrogātia est molesta, verùm illa ingenij est molestissima, *vt sentit Orator Romanus in Verr.* Nam, & nullatenus cēseo me esse, in illorū numero, qui perfectè scribunt, sed bene in eorum me repono, qui scribendo,

bendo, proficiunt, & proficiendo scribunt, sicq;
38 veniam tantum pro laude poscam. Imbecil-
litatem enim meam, meosque errores obstina-
tè numquam defendam. Equidem scitum est
Diogenis illud dictum ad quemdam, quia ab
39 eo visus in caupona, & erubescens, quare in
eam introfugiens, quantò (dixit illi Diogenes)
magis introfugies, tantò magis in caupona eris,
40 ita quiuis dum errat, quantò magis inficia-
tur errorem suum, tantò magis illum penetrat,
ac sese includit morbum, sicuti quoque faciunt
nonnulli pauperes, qui simulant se esse diuites,
& ob istam simulationem, sunt pauperiores.
41 Si quis tamen istis rationibus nō acquiescat,
legat prius, & despiciat postea, ne videatur, ex
præsumpto liuore id facere, & ad omne peius
dicam vnà cum S. Hieronym. in Epist. familiar.
42 lib. 1. epist. 14. ad Domnionem. *Legant qui vo-*
lunt, qui nolunt abijciant: euentilent apices, lite-
ras calumnientur. Magis paucorum charitate
prouocabor ad studium, quàm multorum detra-
ctione, & odio deterrebor. Et sic Lunam imita-
bor, quæ surda cursus suos peragit, parùm curā-
43 do de nocturnis canum latratibus. videatur
Alciat. in Emblem. 165. & ibi latè Commenta-
tores.

Ego enim, nec laudatorem quæro, nec ini-
44 quum vituperatorem pertimesco. Cum in-
iustis enim censoribus impar semper est certa-
men, siquidem.

45 *Vinco, aut vincor, semper ego maculor:*

Obuiat quoque quod habetur in fabulis, nempè
46 ollam æneam volentem ferire ollam luteam,
ipsa recusauit tale certamen sumere, asseren-
do siue percussa fuero, siue percutiam peius mi-
hi erit. Vlterius satis in angulo est, quod, qui
obseruat ventum non seminat, & qui obseruat
47 nubes non metit, propter auiculas sationem,
quis deserat? Vilior est profectò, qui maledi-
cos, quàm qui hostes fugit, hic enim facta, ver-
48 bera, mortem, ille vero inania verba perti-
mescit. *Ad honesta properanti contemnendus est*
49 *contemnendorum hominum contemptus*. Et tan-
dem omnium palato satisfacere homini vix da-
50 tum esse arbitror. Quis vnquam dixit multa,
quibus omnes arrideant, vel quæ quadrent in
omnes? *& scitè dixit Pers. satir. 1.*

51 *Auriculas asini, quis non habet?*

Suum enim quisque patitur Manes, & vnicuique
52 dedit vitium natura creato, estque satis vul-
gatum dictum illud Imperatoris *in l. tanta. 1. C.*
53 *de veter. iur. enucl.* quod in nullis penitus pec-
care potius diuinitatis, quàm humanitatis sit.
54 Vnde votum de numquam peccando non va-
let. F. Emanuel *in Summ. par. 2 cap. 94. conclus. 5.*
Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 11. cap. 14. quæst. 4.*
Sayr. *in Clau. Reg lib. 6. cap. 2. num. 9.* Soar. *de re-*
lig. tom. 2. lib. 2. de vot. cap. 3. num. 2. & 3. Less. *de*
Iust. lib. 2. cap. 40. dub. 5. n. 33. Augustin. Barbos.
in cap. Nisi cum pridem. num. 6. vers. vnde votum
de numquam peccando non valet &c. de renunc.

55 Solum enim diuinū est quod labe vacat, mor-
talia numquam reprehensore carent. Hinc illud
Dauidicum psalm. 45. *Omnis homo mendax*, &
congruit illa Iuris conclusio, quod in testante
56 non requiritur perfectus sensus, & omnimo-
da mentis sanitas quia aliàs nemo posset testa-
ri cum nemo sit sine aliquo defectu prudentiæ,
57 & per consequens sine aliqua particula stulti-
tiæ, & latius dicam infra.

Tandem aliquis nō admiretur si plus, quàm
par videtur contra calumniatores, seu Momos
verba habui, quia si numquam inualuit, & in-
crebuit tam pestilens hominum genus hodie est,
58 nam imitatus sum iocosum illum hominem,
qui persistens in Mare, & orta graui tempestate
carnes salsas comedebat auidissimè, & voracis-
simè, Rogatus dicere causam huius edicitatis,
respondit, quia mox plus mihi bibendum erit,
quam in omni vita mea bibi, nam tam atra erat
tempestas, vt nulla spes salutis erat verisimilis.
Sed de his satis.

In præsenti enim præludio, more mihi non
59 insolito, & præcipuè quia in hoc volumine tra-
ctatur sæpe sæpius de magnis priuilegijs testa-
mentorum ad piam causam ordinatorum, & sē-
per Doctor Catholicus, monente bo. me. Card.
Paleotto in pluribus locis suorum operum, de-
bet ad confusionem infidelium, aliquid miscere
in suis scriptis Christianam pietatem redolens.

Vnde antequam rem ipsam aggrediar, ope-
rā dabo inflammare omnes, & præsertim quan-
do sani sunt, rebusque suis vti possunt, ad pieta-
tem operosam erga ægenos præstandam, cum
ista sit via secura, quæ in Cœlum vsque ducit,
vt dicam à num. 81. vsque ad 140.

Videbimus postea, quod sicut prophetia ob-
tinendi sententiam fauorabilem, est dum Iudex
recipit munera, quia dum munera per ostium
Iudicis intrāt, Iustitia euolat per fenestras. mul-
taque instillantur super hoc auribus Iudicum
pecunia corruptorum *à num. 141 vsque ad nu-*
mer. 208.

Quæ licet vera sint, quoad Iudices Terrenos,
sed non quoad supremum Iudicem Cœlestem,
qui per manus pauperū muneribus potest flecti,
vt habetur à num 206. vsque ad num. 213.

Deinde sedulò indagabimus, quare pietas ho-
die adeo torquescat, cum in primitiua Ecclesia
tàm ardens erat, & nunc dilectio, quasi mortua
sit, & id potissimum assignabimus magnæ belluę
auaritię, & sic pruritui cumulandi aurum. Vnde
ipsius auri naturam pessimam describam, cum
aurum sit tenebrarum amantissimū, & qui amat
tenebras suspectus est, cuius ocasione aliqua
congeram, quod qui odit lucem suspectus est, *vt*
discutitur à num. 219. vsque ad num. 260

Item stante auri palliditate, cum id sit malū
signum, nam pallere est indicium malæ consciē-
tiæ, ideo perquiram quale indicium faciat ad
torturam palliditas, trepidatio, titubatio &c.
à num 264. vsque ad num. 280.

Senerè deinde perstingam auaros eisdē ante
oculos ponendo eorum execrandam deformi-
tatem,

tatem , ac horrendum statum, cum iuxta oraculum cœleste in Eccles. cap.10. *Auaro nihil sit scelestius*, itaque quilibet magnus peccator eo melior erit *à num.384. vsque ad num.452.* sed credo omnia incasse deducere, cum illud sit vitium altæ radicis, & rarò in his terminis reportatur victoria *à num.374.*

Postea verò deducam multos,qui à iure præsumuntur auari, & præsertim Senes *à num.332. vsque ad num.365.* Item Mulieres *à numer.453. vsque ad num.494.* Medici *à nu.405. vsque ad nu. 515.* Item Clerici *à nu.516. vsque ad num.577.* & plura deducuntur cõtra iniquos Aduocatos,cæterosque causidicos,qui pice auaritiæ conspurgati sunt *à num.578. vsque ad num.651.*

Quæram deinde enixè insinuare omnibus litigantibus, in quo pelago miseriarum maneant, dum in manibus talium causidicorum reperiuntur, imò iustius canum , seu Curiarum deuoratorum, seu viperarum sibilantium , qui non cõtentantur nisi ad summam paupertatem miseros litigantes deducant, vnde hortantur omnes ad concordiam, ne experiantur id, quod euenit Chymistis, qui dum aurum quærunt , perdunt etiam argentum , & dum laboriose exquirunt lapides, omnia bona dilapidant , *vt latè à num. 615. vsque ad num.651.*

Extollunrur demum æqui Aduocati , & Procuratores , & tam vltra, vt quasi ipsi DEO cõparentur, vt habetur *à num. 652.* & præsertim summè effertur officium Aduocationis, dum ipse DEVS, & eius Gloriosa Mater tale officium exercent, *vt à num.662. vsque ad num.676.*

Concluditur tandem, quod frustra laboraretur ad deducendum personas, quæ auaræ præsumũtur,quia ferè omnes præsumuntur auari,& quasi singuli in magno illo Codice auaritiæ student.

Inuocato igitur , vt decet DIVINI NVMINIS auxilio,sicuti monet textus celebris *in can. non obseruetis 26. quæst.7.* ibi,*siue manducatis ,*
60 *siue bibitis , siue aliquid aliud facitis , in nomine Domini IESV CHRISTI facite , in quo viuimus mouemur, & sumus &c.* quale monitum est *Paul. Apost. in epist.1. ad Corinth.* Sanè studium
61 humanum vacillat , vbi pro fundamento non habetur IESVS, quippe qui extra IESVM aliquid quærit, heu infelici sorte, in fine nihil habebit. Dulcescuut planè omnium fideliũ men-
62 tes IESV mellifluo nomine inuocato , continet enim in se omne bonum, estque medicina omnium malorum, & fons omnium bonorum.

Zelanter ergo in omnibus nostris actionibus tantum nomen adhibeamus,omnibus quippe
63 salutare est , ac potentissimi auxilij , quamuis aliquis vt alter Iudas in desperationis abysso esset iam submersus, & sibi iam capistrum immiserit, inuocet piè hoc nomen , & non dubitet. Audiamus obsecro Bernardum Sãctum sermo-
64 ne 15. super cantic. *Tristatur* , ait , *aliquis vestrum veniat in cor IESVS , & inde saliat in os, labitur quis in crimine, currit insuper in laqueum mortis desperando, nonnè si inuocauerit nomen vitæ, confestim respirabit, ad vitam ?*

Et sicuti optimè ratiocinatur *Euthimius super*
65 *Matth. cap.16.* ipse sceleratus Iudas dum negotiabatur prodere suum Magistrum, & dixit, *Quid vultis mihi dare , & ego eum vobis tradam* si dixisset, *& ego IESVM vobis tradam*,prolato hoc sacrosancto nomine, non perijsset , producamus quæso verba ipsa Euthimij. *Dixit eum,*
66 *& non IESVM,quia sacrum illud nomen aderat , & tamen si illud inuocasset, non perijsset ; Longè enim abest desperatio, vbi est huius nominis inuocatio.*

Quid plura affirmante S.Bonauentura super
67 Act.Apostol.cap.1. *Qui cœlum ascendere desiderat, hoc nomen IESVS inuocet.* Et vt notabiliter aduertit S.Bernardin. Senẽs.serm.4. tom.2. *Quicunque scelestissimus peccator, si debitè inuo-*
68 *cauerit in vltimo vitæ nomen IESV saluabitur* iuxta illud Apostol. *Quicunque inuocauerit nomen Domini saluus erit.* Desisto vlterius loqui de laudibus huius ineffabilis nominis, quia vt habetur in Ecclesiast. cap.23. *Non est speciosa laus*
69 *in ore peccatoris.* Solùm tantùm dicam vna cũ Regio Propheta Dauid in psalm.8. *Domine Dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.*

Inuoco pariter prædulcissimum, ac gloriosis-
70 simum nomen MARIÆ. O vox de Cœlo rorans, suauiter influens, peccatores consolans, & iustos lætificans, O Cœlestis fistula,quàm dulciter resonas in desperata conscientia.

Illam inuoco, quæ est Cœli fenestra, Angelo-
71 rum Regina , Excellentiarum omnium DEI incomprehensilium compendium , Pulcherrima pulchritudo omnium pulchritudinum, & pulchrorum omnium summum ornamentum , Magnum vniuersi Orbis miraculum , omnium
72 firmamentorum firmamentum , Orthodoxæ fidei indissolubile templum.

Quis enim non exultat ad tantę Imperatricis inuocationem, audiamus , obsecro, Deuotum, Mellifluumque Bernardum , sic alloquentem.
73 *Dum dico Aue MARIA , Cœlum ridet , Angeli gaudent, Mundus exultat, Infernus contremiscit, Dæmones fugiunt.* Ipsa est illa, quæ est Cœli
74 gaudium , Mundi refugium , & Purgatorij solatium , *& secundum Rutil. Benz. in psalm. 86. cap.32. & Iacob. Coren. lib.1. cap.13. quos refert Didac. Celad. super Iudit. in appendic. §. 26. cap.23.* Beneficium punitionis in Inferno citra
75 condignum intercessioni Beatissimæ Mariæ ascribitur.

Aliqua in honorem tam sublimis Reginæ deduxi *in discursu par.4. recent. com.2. à num 405. vsque ad 414. & in annotat.ad dec.2. in littera A. §.29. à num.19.* ibique etiam num.21. congessi plures ex nostris DD. qui Beatissimam Virginẽ multis laudibus meritò afferunt. Et aliqua etiã
76 afferam infra dum officium Aduocatorum tã sublime extollam, nam ipsa suprema Imperatrix non parum gloriatur esse nostra Aduocata.

Addo, quo ad implorationem auxilij tã gloriosæ Dominæ in nostris actionibus , illud relatum *à Burchardo in descriptione Terra Sanctæ, & alij*

alij ex eo transcribũt nempè in Ægypto esse hor-
77 tum Balsami, qui nullum producit fructum, nisi irrigetur fonte vicino. in quo Deipara Virgo puerum IESVM frequenter lauit, vnde illius Horti cultores per riuos ex illo fonte aquas in eum deriuare faciunt, & sic arbores ibi existentes fœcundè Balsamum pretiosum reddunt. Ita & nos Christiani, omnia nostra dicta, facta &c.
78 nisi fauore dictæ Sacratissimæ Virginis imbuãtur, non germinabunt, & sic fructũ vidua erunt.

Non sine causa igitur Sacratissimus Imperator noster Iustinianus gloriosa memoria, adhuc
79 spirans, magnam habuit fiduciam in precibus dictæ tam excelsæ Dominæ, vt apparet in pluribus locis, & præsertim *in l. quas gratias*, ibi, hoc etiam deprecantes exoramus Sanctæ, & Gloriosæ semper Virginis, & DEI genetricis MARIÆ præcibus &c. C. *de offic. Præt. Affric.* Eidemque
80 Augustissimæ Reginæ Templum Hierosolymis erexit, & tale, vt attestante Procopio de *ædific. Iustinian.* nullum planè aliud ei æquari iure potuerit.

SVMMARIVM.

81 *Fidelis, castus, sobrius &c licet quis sit, si tamẽ misericordiam non habeat, misericordiam non meretur.*

83 *Misericordiæ viscera, qui non habet, quamuis spiritualis sit, legem CHRISTI non adimplet.*

84 *Misericordiam, qui non habet impossibile est, Cœlestis Regni, vel vestibulum quidẽ attingere.*

85 *Christianus in pluribus virtutibus superatur à Dæmone, sed ipse in hoc superatur circa viscera pietatis.*

86 *Pietas operosa erga calamitosos, est scelerum nostrorum apta medicina.*

Estque scala secura, qua in Cœlum vsque porrigitur.

87 *Eleemosyna à morte liberat, & non patitur animas ire ad tenebras.*

88 *Diuites opera pietatis ante mortem debent exercere & inter Eleemosynæ cõditiones illa numeratur, vt fiat in vita. nu. 88.*

89 *Pietas magis viua est, quæ à viuente fit, quàm ab eo, qui proximus sepulchro iubet in testamento aliquid inter pauperes distribui.*

90 *Morientes non possunt vti bonis suis, nec illa amplius retinere, aut secum ferre.*

91 *Munera, quæ dat moriens, hæc munera non sunt, nam donat, quod desinit esse suum.*

92 *Pœnitere tunc est securum, dum quis peccare potest.*

04 *Viuens, quando dat eleemosynam, magis meretur, quàm si det moriens.*

Liberalis in vita, magis est, qui donat, quã qui legat in morte. nu. 94.

95 *Donans in vita, magis diligit donatarium, quã se ipsum. num. 95.*

Legans in morte magis diligit legatarium, quàm heredem num. 95.

96 *Donans sibi detrahit, legans vero detrahit heredi.*

Liberalis de alieno, qui est, non dicitur magni animi, sed qui sibi detrahit.

Pietas erga pauperes semper meritoria est. n. 59.

97 *Bona sua omnia quantumuis, quis pauperibus distribuerit, tamen quid apud CHRISTVM pratiosius erit.*

98 *Eleemosyna viri, quasi sacculus cum ipso Ecclesiast cap. 17. non dicitur post ipsum. vt eleemosyna eorum, qui post mortem illam relinquũt numer. 99.*

100 *Noctuarum sacrificium DEVS in veteri testamento abhorrebat, quia talia animalia lucem abhorrent.*

101 *Opera pia dilata in supremas mortis tenebras, atque angustias an DEVS respiciat. & n. 102.*

102 *per Alium, qui facit, per se ipsum facere videtur. declara vt ibi.*

103 *Eleemosynam dantibus, omnia sunt munda, iuxta Oraculum Diuinum.*

104 *Speculum quodam tali artificio fuit compositũ, vt si in eo se inspexisset senes pallidus, rugosus &c, ea dissimulans, vultum venustis adolescentis repræsentabat. & num. 105.*

106 *Peccatum ex Angelis dæmones facit.*

107 *pro Peccato commisso si quis lacrymando guttatim Iordanem per oculos emitteret, nunquam satisfaceret.*

108 *sub Peccato vnico quid delitescat, nec Angeli satis eloqui possent.*

109 *Puer, si moriatur pater, non dolet, non cõqueritur, quia nescit, quid amiserit.*

110 *Peccanti videtur rem leuem committere, quia ignorat quid fecerit.*

Peccans, nisi amarè peccata fleuerit amariori fletu dignus erit. nu. 116.

111 *Peccatum est venenum læthaliter amabile, nullis inferorum incendijs in æternum sopiendum.*

113 *Interesse maledictum, aut volatica carnis voluptas dum ad peccatum aliquem inuitat, quomodo vociferandum est.*

114 *Eleemosyna est tamquam speculum, de quo supra num. 104. quod tegit deformitates.*

115 *Eleemosina est quoadmodum animarum lauacrum, & num. 116.*

117 *Criminibus quantumuis quis sit pollutus, tamen si eleemosinas fecerit, innocens esse incœperit.*

Charitatis ardor omnia vitia consumit nu. 117.

Charitas cum comparetur igni, quid ex hoc sequitur.

118 *Beatus est, qui intelligit super pauperem, & egenum.*

Misericordes beati sunt, iuxta Oraculum diuinum apud Matth. cap. 5.

120 *Eleemosina ad peccata delenda non est medicamentum simplex, sed compositum, & quomodo.*

121 *Paria sunt aliquid omnino non facere, vel nulliter facere.*

122 *de Actu, quando fit mentio, intelligitur de valido.*

123 *ad Gaudia æterna si oculo contemplatiuo aspiceretur, magis pronus quilibet esset, ad ea rapienda,*

da, mediante pietate erga egenos.

124 *Cœlum vix vnquā fere aspicitur, veluti Ægiptij aratores, quorum nemo Cœlum respicit.*

125 *Nilus Ægyptij, quod alijs regionibus Cœlum pluuijs operatur, ipse aquis ex imo ascendentibus in Aegypto facit.*

126 *Aqua dum desideratur solitum est Cœlum aspici, sed non in regione Aegyptij, quorum incola numquam Cœlum respicient.*

127 *in Operibus pijs, qui se nunquam exercent, cœlestia numquam considerant, sed terram tantū intuentur.*

128 *Cæsar Imp quid dixerit de quibusdam Legatis Romæ ambulantibus catellos brachijs fouentes.*

129 *Ouo, quid fragilius, & tamen inter robustissima numeratur, & superat humanas vires; & quomodo & nu.130.*

131 *Homo est temporis spolium, fortuna lusus, incontinentiæ imago.*

132 *Homo est instrumentum osseum, mancipium mortis, terræ creditum, phantasma temporis.*

133 *Homo est ipsa imbecillitas, sed vbi amor Cœli illum occupauerit, efficitur saxo, ære, vel chalibe firmior.*

134 *Heliotropium Cœlum continuò Solem aspiciendo contemplatur.*
Terrena calcat, qui cœlestia intuetur.

135 *Iulia Augusti Imp. filia, cum ab ipso fuisset reprehensa de superbo amictu, quid ei respondit. & num 136.*

131 *Baptismus secundus est eleemosina.*
Eleemosina stat ante fores Inferni, & non patitur aliquem eleemosynarium in carcerem mitti. num.137.

138 *Pietatis opera, qui exercuit libenter, mala morte non legitur perijsse.*

139 *Pauper dum petit eleemosynam, perinde est, ac si ipse CHRISTVS eam peteret.*

140 *Refrigerium pauperis est refrigerium DEI, ipse enim est lapsus, ipse infirmus, ipse carceratus &c.*

PRæmissis igitur his inuocationibus iamiam vt promisi, deuenio ad aliquod pium præ-
81 ludium, cum & hoc conueniant materiæ in hoc volumine ferè tractaturæ. Nam de relictis ad pias causas discutitur, quare nunc pro viribus hortabor omnes ad pietatem exercendum erga
82 egenos. Nemo enim se decipiat, quamuis sit fidelis, & castus, & sobrius, & alijs virtutibus ornatus, si misericors tamen non sit misericordiam non meretur, estque sanè text. notandus *in can. qui.86 distinct* ibi, *Qui clementiam non*
83 *habet, nec viscera misericordiæ, quamuis spiritualis sit, legem CHRISTI non adimplet &c.* & ferè impossibile est, vt iste talis saluetur.

Audiamus *S.Io.Chrysost. homil.22. in Ioann.* ibi, *Impossibile enim, impossibile, inquam est, etiāsi innumera facies bona, sine eleemosina Cœlestis Re-*
84 *gni, vel vestibulum quidem attingere &c.* Nec deseram aliam auream Magni Basilij sententiā. O *homo.* inquit, *si ieiunas, in hoc à Diabulo non discrepas, quia ipse numquam manducat, si vigi-*
85 *las, ipse numquam dormit, si continens es, ille nullum cognouit, si silentium tenes ille numquam in verba defluit, in hac autem superas, si eleemosynis dandis præstas.*

Eleemosyna enim est nostrorum scelerum apta medicina, hæc animæ sordes emundat, hęc
86 scala secura, quæ in Cœlum vsque porrigitur, nam teste Oraculo Diuino, *apud Tob cap 24.* ibi, *eleemosyna àmorte liberat, & non patitur animas ire ad tenebras.* & cap.12 Angelus Raphael ascē-
87 surus in Cœlum dixit vtique Tobiæ, *Eleemosyna à morte liberat, ipsa est, quæ purgat peccata, & inuenire facit misericordiam, & vitam æternam.*

Et præsertim id verissimum iudico, dum in vita quis exercet erga egenos & pauperes, pro viribus suis liberalitatem. Quia, vt inquit Oraculum Diuinum *apud Ecclesiast.cap.14. & 31. Filij sib ibei ante mortem benefac.* Monet enim sapiens ante mortem esse benefaciendum, cum
88 eleemosyna in vita meior sit, quam in morte. Videatur ex nostris *Luc.de Pen. in l.cunctis vnic. num* 4. *C.de mendic. valid. lib.*11. vbi inter alias conditiones, quæ debet habere eleemosyna, illa est, vt dum viuimus, & sani sumus eam demus, & allegat illud Apostol. ad Galat.9. ibi, *Dum tempus habemus, operemur bonum, quoad omnes.* Cum alijs ibi allegatis, Et veritas est, quod ma-
89 gis viua pietas est, quæ à viuente fit, quàm ab eo, qui iam sepulchro proximus iubet in testamento pauperes subueniri, aut aliud quis pium
90 fieri, cum tunc moriens non possit amplius bonis suis vti, nec retinere. Hinc illud S.Orienrij,

91 *Munera, quæ donat moriens, hæc munera non sunt*
Donat enim, quod iam desinit esse suum.

Cōgruitque dictum Innocentij Papę serm. 1.
92 in Aduent. Dom. *vt tunc homini sit securum pœnitere cum potest ipse peccare*, & sic nos possumus asserere, tunc esse securum opera pia exercere, vt suum plenarium consequantur effectum quā-
93 do quis manus adiutrices dando egenis potest bonis suis vti & frui, *& vt ex nostris inquit Ioz Fab in §.peculium. Institut.de legat. & ibi etiam Oinot.num* 3. qui dat eleemosynam viuens, ma-
94 gis meretur, quàm qui moriens, cum & magis sit liberalis in vita, qui donat, quàm qui legat in morte, nam qui donat in vita, magis di-
95 ligit donatarium, quàm se ipsum, at qui legat in morte, magis diligit donatarium quàm hæredem. *Ita Surd.in tractat.de aliment tit.9. quæst.48. num.15.post Imol.& Alex. & alios.*

69 Vnde donans sibi detrahit, legans vero detrahit hæredi, non est enim magni animi, qui de alieno liberalis existit, sed qui sibi dettahit. Nolo tamen ex his inferre, meritorium non esse dum in supremis elogijs piè relinquitur aliquid distribuendum, sed solum dico vnà cum Sancto
97 Hieronymo in epistol. *Vt quamuis omne censum suum pauperibus aliquis distribuat, tamen illud tantùm apud CHRISTVM pretiosius erit, quàm quod manibus suis ille ipse distribuerit.* Audiamus Vgonem Carensem, qui *in cap.17. Ecclesiast.* legens verba illa, *Eleemosyna viri, quasi sacculus*

98 *las cum ipso* ita scribit, *cum ipso, & non contra*
ipsum, vt eleemosyna Hipocritæ. Addit statim
eos perstringens, qui post mortem tantùm sua
indigentibus eroganda relinquunt, *non post*
99 *ipsum*, vt eleemosyna eorum, qui post mortem
suam faciunt dare, quod viuentes nolunt dare.
Abhorrebat DEVS in veteri testamento, *vt*
legitur in Leuit. cap 11. Sacrificium noctuarum
100 & aliarum auium in tenebris volantium, quo
in loco *inquit S. Cyrill. Alexand.* Ideo DEVM
abhorrere sacrificium noctuarum, quia talia
animalia lucem abhorrent, per quę significan-
tur opera dilata in supremas mortis angustias,
atque obscurissimas tenebras.
Nec aliquid releuant, quoad supradicta
illę iuris regulæ, quod faciens per alium per se
facere videtur, & actus attribuitur ordinanti,
101 & non exequenti, & maximè dum necessariò
executores testamentarij ex præcepto testato-
ris distribuunt bona ad pias causas. Quia re-
spondetur, quid de suo testator videtur elee-
mosynaliter reliquisse? nam quod reliquit om-
nimodo relinquere debuit. *ad text. in l. vnum*
ex familia §.11 ff. de legat. 2. & in puncto aduer-
tit *Luc. de Pen. in d. l. sollicitis sub num. 4. vers. quia,*
quod reliquit. C. de mendic. valid. lib. 11. Sed in
hac materia non progredior, cum satis nota sit,
102 cum lumen antea, & non postea debeat ferri.
videatur Petr. Dagonel. in specul. Diuit. de bono
diuit. vsu. considerat. 3. per tot. explicando verba
Ecclesiast. cap. 14. de quibus supra, *Fili si habes,*
ante mortem benefac.
Quod autem supra dixi, eleemosynam non
pati animas ire ad tenebras, & quod eleemo-
103 syna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat
peccata, & facit inuenire misericordiã, & vitam
æternam. Nemo enim de hoc nec leuiter du-
104 bitet, nã DEVS ipsemet attestatus fuit apud
Luc. cap 11. *Date, inquit, eleemosynam & ecce*
omnia munda sunt vobis. Refert Hieronymus
Cardanus vir variæ eruditionis, visum à se spe-
105 culum tali artificio factum, vt si illud senex
pallidus, exanguis, rugosus inspiciat, pallorem
rugas, deformitatem, speculum illud dissimulãs,
vultum adolescentis, & venusti, ac gratiosi re-
præsentat.
Speculum istud possumus etiam asserere,
eleemosynam esse, quid deformius peccatore,
106 nam peccatum ex Angelis facit Diabolos,
estque adeo horrẽdum, & deforme peccatum
vt scitè dixerit Ioannes Climacus. *Etsi Iorda-*
107 *nem stillatim, & guttatim lachrymando per*
oculos educeremus, numquam tamen pro com-
missopeccato satisfaceremus, Heu heu, Hic om-
108 nes Angeli loquantur, nec tamen satis elo-
quentur, quid sub mortifero peccato, vel vni-
co delitescit. Puero si moriatur pater non do-
109 let, non conqueritur, non lachrymat, tam-
quam nihil amiserit, sed quare rario in promp-
tu est, quia nescit, quid amiterit, sciet tamen,
quando malum à bono discernet.
Sic, & nos dum peccamus, videtur nobis
110 rem leuem committere, quia non attendi-
mus, quid facimus, sciemus dolorẽ quando ra-
cti, illud deplorabimus, & nisi amarè flebimus.
maiori fletu digni erimus. Hinc exclamare
licet. O venenum lethaliter amabile, ò toxicũ
111 vsque ad animi medullam sæuiens, nullis ca-
lamitatum fluctibus, nullis inferorum incen-
dijs in æternum sopiendum, stridendum est ad
112 soli peccati mentionẽ, & vti prodigi proprię
vitę, gloriosè mortẽ obire debemus, prius quã
ei assentire, & id pro magno lucro reputare
debemus. O si prædicta considerarentur, quã
sæpè audirentur generosæ illæ voces, *Potius*
113 *mori, quàm fœdari*, & sic cum maledictum in-
teresse, vel volatica carnis voluptas, ad peccatũ
nos miseros mortales inuitat, vociferaretur.
Aeternum pœnitere, tanti non emo.
Sed loquendo de supradicto Speculo, viso
à Cardano, vt illud, sicuti dixi, possit adaptari
114 eleemosynæ, quæ de peccatore deformi, ac
horrido, si in illo se inspiciat, candidus, ac mũ-
dus appareat, cum tegat peccata. Audiamus
textum in can. medicamentum 77. de pœnit. dist. 1.
115 ibi, *Eleemosyna, quodammodo animarum est*
lauacrum, sicut ait Dominus, & omnia munda
sunt vobis, nisi quod (salua fide) dixerimus, in-
dulgentior est eleemosyna, quam lauacrum, laua-
116 *crum enim semel datur, & semel veniam pol-*
licetur, eleemosynã verò quoties feceris, toties ve-
niam promereris.
Videatur etiã S. Ambrosius serm. de eleemos.
117 ibi, *Quamuis pollutus sis, quamuis criminibus*
circumseptus, si eleemosynas feceris, innocens esse
cœpisti? & egregiè quidem scripsit *S. August.*
lib. 1. retractat cap. 7. ibi, *Ardor charitatis omnia*
vitia consumit &c. Et non dubitet, qui viscera
charitatis habet erga egenos, licet totus geli-
dus esset in amore diuino, quin tandem chari-
tate operante, cum igni comparetur, flagret
amore sui Creatoris, vt bene insinuat *B. Lau-*
rentius Iustinianus in lib. de Lign. vit. cap. 3. Me-
ritò, ait, igni comparatur charitas, quia sicut
ignis imperiosè ferrum, quasi ignem efficit, ita
charitas ignitam reddit animã, quam possidet.
Iucundum etiam reddit charitas hominem,
118 iuxta illud psalm. *Iucundus homo, qui misere-*
tur &c. Beatificat quoque, nam eosdem inter
Beatos numerat. Serenissimus Rex, & Pro-
pheta Dauid in psalm. 41. ibi. *Beatus qui intelli-*
119 *git super pauperem & egenum, &c.* & ipsemet
DEVS id confirmauit *apud Matth. cap. 5.* ibi,
Beati misericordes &c. Prædicta tamen sunt in-
telligenda iuxta suos terminos, nam vt post
can. medicina, & d. can. medicamentum de pœnit.
distinct. 1. ait, Riminald. sen. in cons. 84. num. 24.
120 *lib. 1.* Eleemosyna ad delenda peccata non
debet esse medicamentum simplex, sed com-
positum cum voluntariis actu, cum pœnitentiæ
motu &c. & ex nostris videatur *Luc. de Penn.*
in l. sunctis. vnic à numer. 3. C. de mendic. valid.
lib. 11. vbi adducit vndecim conditiones, quas
debet habere eleemosyna, vt DEO sit grata,

Aliàs enim nisi habeat suas debitas conditio-
nes, sicuti etiam cœtera opera pia, carent sanè
121 suis mirabilibus effectibus, estque satis in
iure trita illa regula, paria esse aliquid non
facere omnino, vel nulliter, aut minus legiti-
mè facere. *l. nullus ff. de auctor. tut. l. quamuis. §. si
conuenire ff. ad S.C. Velleian. cap. 2. de sent. & re
iudic. cap. tua de cleric. non resident.* Et quando
fit mentio de aliquo actu, in dubio semper in-
122 telligi debet de valido, & efficaci *cap. Cumana
de elect. l. 4. § cōdemnatum ff. de re iud.* sed ad nos.
O si oculo contēplationis ad æterna gaudia as-
piceremus, quàm proni, & quidem ardentes
123 essemus circa misericordiam, seu pietatem
exercendam erga egenos tamquam medium
ad ea gaudia rapienda; Sed heu, vix vnquam
serò Cęlum aspicimus, siue cogitamus, veluti
124 Aegyptij aratores quorum nemo Cœlum as-
picit. Nilus Aegiptij nominatissimum flumen,
125 (Philone teste) quod alijs Regionibus Cęlum
pluuijs operatur, illud aquis ex imo ascen-
dentibus in Aegypto perficit. Hinc aliarum
Regionum incolæ, dum aqua indigent Cælum
126 aspiciunt, Aegyptij verò Nilum aspiciunt, à
quo effectum pluuiæ expectant. Hinc rectissi-
mè prudens Stoicus Romanus Seneca, *in Aegy-
pto, ait, nemo aratorum Cælum respicit.*

Simillimè, qui in operibus pijs non se exer-
127 cent, cælestia nunquam considerant, sed ter-
ram intuentur, & sic auidè manent in terræ spu-
ma, idest aurum cumulando. Refert *Plutar-
chus in vita Periclis*, quod Cæsar, cum extera-
128 rum gentium Legatos Romæ obambulan-
tes, cernerent, & catellos brachijs fouentes in-
terrogasset, *Num liberos apud illos, mulieres pare-
rent*, quasi tacitè illorum ineptiam argueret,
quod amorem pueris debitum bestijs aptarēt,
quid ex hoc inferre intendam, satis per se pa-
tet.

Vtiquè quid ouo fragilius, & tamen inter
129 robustissima numeratur, et talis est eiusdem
firmitas, teste experientia, *& docet Plinius
lib. 29.* vt si vtrunque oui cacumen valido pal-
marum nisu, rectò præmatur, nihil fit, quamuis
robustissimus homo, et opus est ipsum fateri
130 vires humanas vinci à simplici ouo. Quid
quæso fragilius homine, quàm rectè dixerimus
ipsam imbecillitatem. Homo enim est imbe-
131 cillitatis exemplum, temporis spolium, for-
tunæ lusus, incontinentiæ imago, inuidiæ, et
calamitatis trutina, instrumentum osseum, ter-
132 ræ creditum, mancipium mortis, phantasma
temporis. Et nihilominus vbi Cæli amor hunc
ipsum occupauerit, videbimus non ouum iam
fragile, sed saxo, sed ære, sed chalybe firmio-
133 rem, Cælum et non terram inspiciamus, ad
cuius spectaculum nos excitauit DEVS, imi-
temur Heliotropium, qui Cælum continuò
Solem aspiciendo contemplatur, et inclame-
134 mus vna cum morali Seneca. *Ad maiora na-
tus sum, quàm vt terræ deseruiam.* In mentem
enim reuocemus ad Cæli gloriam nos esse de-
stinatos, et sic propriam dignitatem agnosca-
mus, in qua DEI relucet imago, et quidem
hæc terrena loco stercoris habebimus.

Narrat *Suetonius in vita Augusti*, de Iulia
Cæsaris Augusti filia, quæ cum argueretur à
135 Patre de superbo amictu, illamque enixè ro-
garet, eum deponere, audacter respondit.
*Pater meus oblitus est, se esse Cæsarem, at ego re-
cordor, me esse Romani Imperatoris filiam, &
proinde primam omnium Reginarum Mundi,
quare æquum est, vt quæ sim, exterius quoque
demonstrem.* Sic pariter quilibet Christi fide-
136 lis inclamare generosè poterit, dum ab ali-
quo affectu terreno tentatur, nempe, *se esse fi-
lium Summi Imperatoris, vnde his rebus imis non
intendit se inquinare.*

Sed vt prosequar loqui de magna virtute
eleemosynæ, nam ea, *secundum Sanctum Augu-
stinum in tractat. de misericord. DEI, & ex no-
137 stris refert Viu. decis. 7. nu. 7.* est secundum Bap-
tismum, et stat ante fores Inferni, et non pati-
tur aliquem eleemosynarium in carcerē mitti:
Etenim non legitur, *teste* S. *Hieronymo*, aliquē,
qui libenter opera pietatis exercuit, mala mor-
te perijsse, *& retuli in annotat. ad decis.* 460. *à
138 num. 88 par. 4. recent. tom. 2.* Libentissimo igi-
tur animo pauperes operosè adiuuemus.

Si CHRISTVS versaretur in hoc mundo, et
peteret eleemosynam, quis esset, qui os suum
etiam non defraudaret, vt dignum esset, elee-
mosynam elargiendi CHRISTO, et tangendi
illas diuinas manus sui Redemptoris. Quilibet
enim pro certo habeat, quando pauper petit
eleemosynam manum illam, quæ porrigit, non
esse pauperis, sed CHRISTI, vt in pluribus lo-
139 cis Sacræ Paginæ habetur, et præsertim apud
Esaiam cap. 28. ibi, *Hæc est requies mea, reficite
lassum, & hoc refrigerium meum &c.* non dixit,
hoc est refrigerium pauperis, hæc est requies
lassi, sed hæc est requies mea, refrigerium meū.

Idest ego sum lassus, ego infirmus, ego nu-
dus, ego carceratus, ego fame, vel siti pereo,
ego plagatus ideoque testificor omnibus adiu-
uantibus pauperes, quod non illos, sed me ip-
140 sum adiuuant, et miserētur. O verè Magnus
qui magnam habet charitatem, verè prudens,
qui ne in alio Mundo sit miser, in hoc lætan-
ter subuenit miseris. Verè sagax Mercator, qui
dum dat, quod retinere non potest, recipit,
quod amittere non valet, Verè sapiens, qui
prospectando amarum, et malum diem mortis,
nunc dulces, et bonos dies satagit, vt habeant
miserabiles.

SVMMARIVM.

141 *Iram supremi Iudicis, si quis placare desiderat,
quid omnium potentius sit.*
142 *Iudex quando accipit munera, optimum est
signum pro victoria causæ.*
*Iudex qui accepit munera studendo semper in-
clinabit pro parte, quæ munera dedit. nu. 142.*

143 *Iudex*

143 *Iudex pecunia corruptus timet in aperto iustitiam violare.*
Cautela prodit affectum. nu. 143.
Cautela nimia. vel insolita arguunt delictum.
Homines facile credunt, quod vellent. nu. 143.

144 *Munera sunt Aduocati ingeniosi, & eruditi ad persuadendum Iudici quidquid volunt.*
Munerum vis miraculosa est, quia reddit reum innocentem, innocentem reum, diligentem, morosum. & num 144.
Munerum miraculis ideo eripitur admiratio, quia crebra sunt.
Munera imitantur naturam Coruorum, qui vt accedunt ad cadauera, statim effodiunt eorum oculos num. 144.

145 *Munerum proprium est excæcare oculos recipientium.*
Munera excæcant oculos Iudicum.

146 *Iudices illi verè extollendi sunt, qui ab omni munere excutiunt manus suas.*

147 *Iudex, qui excutit manus suas ab omni munere in Cathalogo Sanctorum ascribi potest.*

148 *Iudicum simulacra in publico ponebantur sine manibus.*

149 *Munera, quæ dantur Iudicibus, non dantur ex charitate, sed ob corruptionem.*

150 *Iudici qui dat vnam gallinam dat cum intentione, vt ab eo extorqueat bouem.*

151 *Graccus Romanus in gubernio sibi commissæ prouinciæ, numquam manus aliquod recepit.*

152 *Et quæ verba aurea in Senatu protulit.*

153 *Scipio Affricanus, cum fuisset accusatus, quod munera receperat in Affrica, quid generosè respondit.*

154 *Lucius Valerius Cõsul Romanus mortuus fuit sine obulo.*

155 *Samuel vt sibi populum propitium redderet, in memoriam ei reuocauit, quod in iudicando ab aliquo nunquam munera sumpsit.*

156 *Cardinalis Martinus missus Legatus Apostolicus in Dacia prouincia abũdantissima auri, & argenti,*
Rediji ex ea adeo mendicus, vt ex defectu necessariorum vix in Curiam redire valuerit.

159 *Et videatur super hoc præclara exaggeratio S. Bernardi ad Eugenium Papam, & 160.*

161 *Iudex, vt iustè iudicet, debet se spoliare omni affectu.*
Iustitia est affectuum sepultura, nu. 161.
Iustitia exulat, vbi affectus regnat. nu. 161.

162 *Aduocatus non debet creari in Iudicem propter consuetudinem sumendi munera à clientibus.*
Mercator quare eligi non debet in Iudicem.

164 *Sanctum, & munitum nihil tam est. quod pecunia non violari, & expugnari possit.*

165 *Iudex ab auro expugnatus, redditur plumbeus.*

166 *Iudex auro corruptus est alter Iudas, hominibus expositus, subsanandus, & conculcandus.*

167 *Iustitia est surda, & cæca, & quando non.*
Aura loquente nihil pollet, quanis ratio.

168 *Tinnulæ rationes præcipuam habent vim ad persuadendum.*
Argento, qui caret, frustra vtitur argumento.

169 *Lites perduntur, quæ paupertate reguntur.*

170 *Pauper in iudicio dum clamat, nemo exaudit, & si loquatur diues, quilibet applaudit.*

171 *Pauperes grauius lacerantur à Iudicibus iniquis, quàm à cruentissimis hostibus, & quare.*
Iudex auarus nihil putat honestum quod pecunia est vacuum & mediantibus muneribus omnia putat posse fieri. nu. 171.

172 *Refertur casus de quadam muliere litigante, quæ vnxit manum Iudicis.*
Iustitia dum audit voces munerum languescit, eorum clamore æquitas obscuratur. nu. 172.
Leges proditoriè trangulãtur ad impetum munerum, omneque bonum ius suffocatur nu. 172.
Munera maiora, qui in iudicijs dabit, victor erit. num. 172.

173 *in Bello, ille non palmam reportat, qui fouet melius ius, sed qui patentior est.*

174 *Memoria legum, sicut inter arma intermortua est. sic & in iudicijs dum strepitant munerum sonitus.*
Iudex deuiat à vero, si sit corruptus pecunia.

175 *Munera incantant homines, & placant homines, Deosque.*
Vis ius mensurat, nec iura potens homo curat.

176 *Iudex. secundum leges 12. Tabul. si ob rem iudicandam pecuniam accipiebat, occidebatur.*

177 *Plato lib. 2. de legib. iussit vt Iudex pecunia corruptus, necaretur.*

178 *Iudices quidam capite fuerunt puniti, nõ quia munera receperunt. sed quia ea non recensarũt.*
Iudex à Carolo I Rege Neapolis iussus fuit suspendi. quia homicidam ad manus truncationem solum condemnauit. num. 178.

179 *Egregium factũ cuiusdam Prætoris narratur.*
De rebus humanis actum est, si sola seruetur vtilitatem fides. num. 179.

180 *Gladius conditur, dum aurum suscipitur.*
apud Iudices munera suscipientes non est ita palpabilis iustitia, sicut pecunia. nu. 180.
Iustitia tamquam res, quæ non videtur, vilipenditur, & pecunia vti res visibilis amplectitur.

181 *Rex Persarum excoriari Iudicem pecunia corruptum fecit, & pellem affici mandauit tabernaculo sedis iudicialis.*

182 *Leges Romanæ, vt à mentibus Iudicum pessimam vertiginem munerum auerterent, quid eis strictè imbibuerunt.*

183 *Iudices ne munera, accipiant in pluribus locis statuit sacra Scriptura. & nu. 184.*

185 *Munera auferunt lumen oculis sapientium, & mutant verba iustorum.*

186 *Et quid operabunt in illis Iudicibus, qui officia, & Magistratus venantur ad effectum ditandi.*

188 *Iudicum tabernacula, qui libenter munera accipiunt, ignis deuorabit.*

189 *Pecuniam accipere ob sententiam ferendam omnium turpissimum, & nefarium est, secundum Marc. Tull.*

190 *Iudex, qui donum recepit ab aliqua parte, ab altera potest vti suspectus recusari.*

191 *Iudex pecuniam accipiens, vt litem finiat siue iustè, siue iniustè, tenetur pœna l. Iul. repetund.*

193 *Iudex pecuniam accipiens, vt ad mortem condemnet innocentem, capite punitur.*

194 *Iudex pecunia corruptus, si innocentem condemnet, vel absoluat nocentem, tenetur pœna confiscationis bonorum. & vide nu. 195.*

196 *Iudicem donis corrumpens punitur pœna arbitraria, & præsertim in amissione causæ. n. 197.*
Iudicem etiam tētans corrumpere puniēdus est.

197 *Barrataria crimen an possit probari coniecturis, & præsumptionibus.*

198 *Barratariæ crimen est atrocissimum & ob id minor probatio sufficit.*
Munera sunt occulta Mundi *Tyranni* nu. 198.

199 *Corruptio intelligenda est, quidquid offertur Iudici lite pendente.*

200 *Eugenij Papæ elegans responsio ad quemdā, qui eum auro corrupere tentauit, ante quam lis esset cœpta.*

201 *Iudex munus accipiens siue pro dante, siue contra, sententiam tulerit, semper notabitur.*
Iudex munus suscipiens, si totus Mundus venire, non posset credere, quod Iudex danti non sit fauorabilis. nu. 201.
Cupiditatis *visco mens alligata, cito à veritate deuiat.* 201.

202 Sacerdotes *templorum sanctè Sancta tractare debent.*

203 *Iurisperiti Antistites in templo iustitiæ Sacerdotes appellantur.*

204 *Iustitia, cum virgo pingatur, ideo vt talē Iurisperiti eam tractare debent.*

205 *Iustitia cum virgo incorrupta sit, ideoque Iudices animi incorrupti, & non construpatæ voluntatis esse debent.*

206 *Diogenes cum vidisset multos officiales Iustitiæ ducere furem, dixit, Ecce magni fures, ducunt paruum.*
Iniuria non debet nasci ex fonte Iustitiæ.

207 *Iudex, qui Iustitiam omnibus illibatè ministrat, laude æterna dignus est.*

208 *Iudex, quæ munera licitè capere possit.*

209 *Iudex calestis per manus pauperum potest, absque vllo timore muneribus flecti, seu placari. num. 210. 211. & seq.*

213 *Iudex* Cœlestis *licitè, muneribus placari potest, & quomodo.*
Peccator qui DEO in pauperes donat, seu munera tribuit non dubitet se fauorabilem non reportaturum sententiam. nu. 213

214 *per Pauperis manus supremi Iudicis ostium est pulsandum, nam sic ipse munera accipit, eisque mediantibus leges quasi adulterat, & veritati misericordiam anteponit.*

215 CHRISTVS, *ascensurus in* Cœlum, *id peragere voluit in Monte Oliueto, & id non sine magno ministerio.*

216 Oliua *est simbolum misericordiæ, & nisi per eā ad Paradisi gloriam ingressus paratur.*

217 *DEVS, quia vult omnes homines saluos fieri, sæpè hortabatur diuites ad pietatem.*

218 *sine Pietate difficulter ad salutis portum deuenitur.*

219 Camelum *facilius est intrare per foramen acus, quàm diuitem intrare in Regnum* Cœlorum, *& affertur duplex expositio. num. 220. & seq.*

222 *Hierosolymis aderat porta ita angusta, quod foramen acus appellabatur, itaque per eam* Camelus *onustus introire nullatenus poterat, nisi demisso capite, & sarcina deposita.*

223 *Fortunatus est ille, qui dum potest pauperes aurea pluuia reficit, Virginitatis flores, auro rore seruat &c.*

SI quis iustè timeat iram supremi Iudicis,
quem toties, varijsque modis offendit, nil
141 potentius, ac efficacius est, vt illum sibi pro-
pitium reddat, quàm eleemosynam dando eius
intuitu pauperibus, vt claris notis asseuerat
magnus Ecclesiæ Doctor Hieronymus Sanctus
cap. 2. prouerb. *Qui iram* (air) *districti Iudicis,*
142 *quam peccando meruit, placare desiderat, elee-
mosynam det pauperibus.* Optimum est signum
pro causæ victoria, quando Iudex accipit mu-
nera, quia pro affectione semper inclinabit pro
parte ea dantis, & sic omnes opiniones, quæ
fauore illius adaptari poterint, videbuntur sibi
concludentes, & veræ, contraria verò iniquæ,
143 & semper Iudices pecunia corrupti in aperto
iustitiam violare timent, ideo latebras quærūt,
& cautelas, vel etiam hunc, vel illum Docto-
rem quærunt trahere in suam sententiam, &
tunc verum esse videmus illud Cassiador. lib. 1.
epistol. 44. *Cautela prodit affectum.* Et apud nos
satis notum est, quod cōtractus arguitur simu-
latus, vel vsurarius, ex nimijs, aut insolitis cau-
telis &c.

Sed persistendo in terminis loquendo scilicet de Iudice pecunia corrupto, quæ materia cū satis quotidiana sit, & alibi promisi aliquid de ea asserere, cogit me, vt interrupta serie iā incæpta, zelanter plura deducam, ad effectum auribus similium Iudicum instillandi, quanti, et qualis mali causa sint, et quanto se exponant periculo, et postea à num. 209. redeam in viam. Dicebam ergo, quod Iudex munera accipiendo, dum studet, sempet inclinabit pro parte ea dantis, et ratio clara est, quia homines facilè credunt, quod
vellent: Munera enim sunt aduocati ingeniosi
144 & eruditi, qui auctoritate, & opinione emi-
nent, vnde ad quid Iudicum pectora non co-
gunt.

Nonne aduertimus quoque, quod miraculosa inest vis muneribus ad persuadendum, & impetrandum, nam ea reddunt reum, innocētem, rustico tribuunt merita periti, innocentē constituunt reum. morosum faciunt diligentē, & similia. Crebra tamen hæc miracula miraculi admirationem eripiunt, faciuntque naturale hoc miraculum.

Insuper

Insuper munera imitantur naturam Coruo-
rum, nam sordida ista animalia, vt accedunt ad
cadauera, statim effodiunt eorum oculos. Nam
145 & proprium est munerum excæcare oculos
recipientis, prout in terminis nostris sedulò
monet Sapientissimus Rex Salomon in Eccle-
siast. cap. 20. *Munera* (ait) *excæcant oculos Iu-
dicum &c.* meminitque *Rota coram bon. mem.
Card. Mantic. decis. 372. num. 8. vers. munera,
quæ quidem excæcant oculos.*

Quare procul dubio sanctè, & religiosè, se
146 gerunt Iudices illi, & verè digni, vt omnium
linguis extollantur, qui iuxta monitum oracu-
li Diuini apud Isaiam cap. 33. 15. excutiũt ma-
nus suas ab omni munere, vbi dicitur *Quod ille
ambulat in iustitijs, & loquitur veritatem, qui
projicit auaritiam, & excutit manus suas ab om-
ni munere.*

Vnde pulchrè Horatius Poeta lib. 4. Ode. 4.
incorruptum Iudicem laudat

Reiecit alto dona nocentium
Vultu. . . . . . .

Et non immeritò, nullatenus asserere dubita-
uit ex nostris *Franc. Viu. decis. Baren 113. nu-
mer. 11. vers. non vereor &c.* Quod Iudices illi,
147 qui ob omni munere excutiunt manus suas in
Catalogo Sanctorum describi possent. Beati
enim iam sunt, vt infra dicam. Quod autem
Iudices ab omni munere se abstinere debeãt fa-
cit, quod *narrat Plutarch.* in publico olim fuisse
148 Iudicum statuas appositas absque manibus,
quibus simulacris prudentes illi Antiqui signi-
ficare intendebant, Iudices nihil prorsus su-
mere debere.

Hinc *text. in can non nulli. 1. quæst. 1.* bene
obseruat dictum *Isaia d. cap. 33.* ibi, *ab omni mu-
nere*, sic ponderando, *non dixit solum à munere,
149 sed ab omni munere &c.* Periculum est semper
munera à litigantibus sumere, licet modica
sint, quia non dantur cum charitate, sed per
corruptionem, nam qui dat Iudici vnã gallinã,
150 dat cum intẽtione, vt ab eo extorqueat bouẽ.
Dicam enim cum text. *in d. can. non nulli*, ibi,
Beatus qui excutit manus suas ab omni munere.

Idque enim in omnium exemplo fuit practi-
catum à celebri illo Gracco Romano, qui (*vt
refert Aul. Gell. lib. 15. cap. 12.*) post quam re-
151 uersus fuit à gubernio suæ Prouinciæ, perorãs
in Senatu Romano, manifestauit se illo in loco,
sic Imperij habenas rexisse, & ius reddidisse
absque vlla munerum acceptatione, & cãdidis-
sima fronte, vti in sindicatu extitisset, talia ver-
ba aurea, in confusionem æternam Iudicum,
152 qui venantur munera, protulit, *O Romani ita
versatus sum in prouincia, vt nemo possit dicere
assem me in muneribus accepisse, aut quempiam
mea opera sumptum fecisse, cum Roma profectus
sum, zonas, quas plenas auro, extuli, eas, ex Pro-
uincia inanes retuli.*

Scipio Africanus, qui totam Africam Roma-
153 no Imperio subiecerat, cum fuisset accusatus,
quod munera accepisset, respondit, (vt narrat
Valer. Max. lib. 7.) se nihil de illa terra, præter
cognomen reportasse: Scribit S. *Augustin. de
Ciuit. Dei lib. 5. cap. 18.* quod Lucius Valerius
154 defunctus in consolatu Romano, adeo pauper
erat, vt pro eius sepultura, opus fuit mendica-
re pecuniam in populo, Et Samuel commen-
dando se populo, vt sibi propitium eum redde-
ret, vt habetur in 1. *Regum cap. 12.* illi in me-
moriam reuocauit, quod munera cuiusquam
155 non accepit, ibi, *Si de manu cuiusquam munus
accepi &c.*

Plures iudices, qui constanter oblata mune-
ra ab eorum manibus excutierunt, *referunt ex
nostris Pacian. in tractat de probat. lib. 2. cap. 44.
numer. 76. & seq. & Rauden. de Analog. cap. 31.
numer. 37. & adde Franc. Viu. d. decis. Audient.
Baren. 113. num. 14. lib. 1.* vbi ait, quod Iudex, qui
à muneribus semper se abstinet religiosè se
quidem gerit, refertque exemplum de Ioscpho
Ludouico clari nominis I. C. quod in omnibus
suis officijs semper se abstinuit à muneribus.

Aequo tamen animo prætermittere non va-
leo aliud, sed verè rarum exemplum, illudque
narrat S. Bernardus *de considerat. ad Eugenium
156 Papam lib. 4. cap. 5.* vbi vsque ad sidera magni-
ficat Card. Martinum certè dignum, vt inter
diuinos Atlantes substinentes Cœlum mistycũ
Ecclesiæ sanctæ fuisset adscriptus, qui cum Le-
gatus Apostolicus esset missus in Dacia prouin-
cia abundantissima auri & argenti, redijt à sua
Legatione adeo mendicus, vt ex defectu pecu-
157 niæ vix Florentiam peruenire potuerit, & cum
ibi ab Episcopo, dono ei equum, vt suum iter
proficere posset, datus fuisset cum petitione,
158 quod ei esset propitius in quadam sua causa
vertente in Curia Romana, quo audito Car-
dinalis inuictè statim donum refutauit.

De quibus heroicis actionibus stupore ple-
nus mellifluus Doctor Bernardus Sanctus con-
uersus ad Eugenium in talia verba prorupit.
159 *Quid dicis Beatissimè Eugenij? non ne alterius
seculi res est, redijsse Legatum de terra auri sine
auro? transiuisse per terram argenti, & argentum
nesciuisse? Donum insuper, quod potuit esse suspe-
ctum, illico reiecisse? O si talium daretur virorũ
160 copia, quid te felicius? quid tuo seculo iucũdius
cum quaque versum procedens, stipatus te videres
tam inclyto agmine beatorũ &c.* hucusque Ber-
nardus Sanctus, sed de illis exemplis potest di-
ci, quod fertur de Phœnice, vt sit rara auis in
terra.

161 Iudex ergo, vt redeam in viam, omni effectu,
munere, vt rectè iudicet spoliare se debet. Iu-
stitia enim est affectuum sepultura, vbi affectus
regnat, ibi iustitia exulat. Quare satis æqua
quidẽ videtur opinio illorum (*quam & refert
Ioann. Couarr. emblem. 23. lib. 1.*) & ex nostris ad-
ducit *Paul. Xamar. de offic. Iud. part. 1. titul. 20.
sub num. 2.* existimantium, nullatenus deberi
162 creari in Iudicem, eum, qui iam exercuit Ad-
uocationis officium, ea de causa, quia donis
clien-

clientium assuefactus, difficile consuetudinem
recipiendi munera dimitteret, nam omnium
dulcissimum est, accipere. Supradicta etiam
ratione meminit *idē Ioan Couarr.* Thebis olim
163 iaram fuisse legem, ne quis Mercator efficere-
tur Iudex, propter nimiam questus cupiditatē,
quæ in homine mercatore viget, etiam cessan-
te negociandi officio semper inest, & vide in-
fra aliqua contra prauos Mercatores à nu. 250.
164 Munera enim, qui mittit, sperat maiora re-
mitti, scilicet sententiam fauorabilem, siue pe-
cunia venalem; namque à corrupto Iudice, in-
sanum est sperare sententiam iustam. Nihil
165 enim tam Sanctum, *inquit Orator Romanus*,
quod non violari, nihil tam est munitum, quod
pecunia expugnari non possit. Et Iudex ab au-
ro expugnatus, redditur plumbeus, difformis
existimatione, flexibilis leuitate, grauis pon-
dere conscientię DEI, qui est Iustitiæ oculus, vt
166 alter Iudas proditor: hominibus expositus,
subsannandus, et conculcandus, vt sal insatua-
tum.

Nulla enim fælicitas in his est, vbi nulla sa-
tietas habetur. Scio quidem iustitiam esse cœ-
167 cam, et surdam, sed non muneribus, nam vt
dicit commune prouerbium: *Auro loquente, ni-
hil pollet quæuis ratio*, hinc vulgaris ille iocus
168 *Tinnulæ rationes præcipuam habent vim ad
persuadendum &c.* Vnde scitè dixit ille.

Qui caret argento, frustra vtitur argumento.

Et in terminis hinc illa iusta exclamatio, *Lites
169 perauntur, quæ paupertate reguntur.* Quare
verum est, id de quo grauiter conqueritur In-
nocentius Romanus Pontifex, et quidem san-
ctissimus, in tractat. de vilitat cōdition human.
Clamat, inquit, *pauper, & nullus exaudit, lo-
170 quitur diues, & quilibet applaudit. diues locutus
est, & omnes tacuerunt, & verbum illius, vsque
ad nubem perducunt. pauper locutus est, & dicūt,
quis est hic, diuiti dicunt, tu sede hic, vt pauperi
verò, tu sta hic*, cum his quæ sequuntur. Vnde
appositè ait Isidor. lib. 3. de summ. Bon. *Grauius
171 lacerantur pauperes à prauis Iudicibus, quàm
à cruentissimis hostibus, nullus enim prædo tàm
cupidus in alienis, quàm Iudex iniquus in suis,
nam lucrum pudori præstat.*

Vnde nihil putat honestum, quod pecunia
est vacuum, et stāte munerum effusione cuncta
compleantur, temerariè putat. Quædam mu-
172 lier cum audiuisset, ad hoc vt sententiam fa-
uorabilem obtineret, opus erat vngere manus
Iudicis, fertur ex simplicitate domum cucu-
risse, et vnguento secum accepto, ad Iudicem
appropinquans, quasi volens secretius sibi lo-
qui, manum ipsius aperire fecit, quasi volens
pecuniam ponere in ea, qua aperta, incæpit eā
vngere, qui Iudex confusione compulsus, ipsam
expediuit, *idque narrat Ioann. Bromiard. in
summ. prædicant. par. 1. cap. 9. num. 21.* At persi-
stendo in terminis. Hen, dum iustitia audit vo-
ces munerum languescit, eorumque clamore
æquitas obscuratur, leges proditoriè transgu-
lantur, omneque bonum ius suffocatur, scitè
cecinit vates ille.

Qui maiora dabit munera, victor erit.

Quemadmodum in bellis, non ille palmam re-
portat, qui souet melius ius, sed qui potentior,
173 ita forsitan poterit asseri aliquando esse in li-
tibus, qui munera dat maiora triumphat, &
hic expendi potest dictum illud 1. Regum. c. 18.
ibi, *Acceperunt munera, & peruerterunt iudi-
cium &c.* & Isaiæ cap 5. ibi, *Iustificatis impium
pro muneribus &c.* Verè quidem sicuti inter
174 arma inter mortua est memoria legum, sic, &
in iudicijs dū strepitant munerum sonitus. Nā

Deuiat à vero corruptus munere Iudex.

Munera sunt prophetiæ obtinendi victoriam
causæ, nam illa sunt, quæ subornant mentem,
& incantant animos, & sic capiunt homines,
175 Deosque. Vnde non mirum, si illa operan-
tur, vt sapientia desipiat, sagacitas torpeat, iu-
ris prudentia inciuilis sit, & virtus obscura, &
ita practicatur illud Poetæ

Vis inmensurat, nec iura potens homo curat.

Hinc non sine causa lege 12. tabul. cautum fuit,
176 Iudicem capite puniri, qui ob rem dicendam
pecuniam accipiebat. Diuinus quoque *Plato
lib. 2. de legib* censuit, Iudicem, qui donis, & mu-
177 neribus corruptus, iudiciū peruertebat, mor-
te plectendum esse. Refert *Hann. Scol. ad Ta-
cit. lib. 1. annal. pag.* 304. Imbercottus, & Burgū-
diæ Cancellarius capite fuerunt damnati, non
quod ob iudicandum munera accepissent, sed
178 quod oblata non recusassent. *& scribit And.
de Iserna in cap 1. quæ sint regal.* Carolum I. Re-
gem Neapolit. iussisse, vt suspenderetur Iudex,
qui certo occisori, pœnam solùm indixerat, vt
ei præcideretur manus.

Nolo silere hic factum contrarium, sed egre-
gium cuiusdam Prætoris, qui existens Perusij,
vbi aderat statutum, quod homicida soluens
179 florenos 60 liberaretur ab omni pœna, cum-
que captus fuisset quidam homicida non solum
recusauit sumere talem pœnam, sed ex abrup-
to illum decapitare fecit. Quo facto vniuersus
populus Perusinus impetum in Prætorem sta-
tutorum transgressorem fecit, & cum ille vidis-
set se iam mortuum, petijt tantùm breuem au-
dientiam, & sic conuersus ad populum, liberè
se fassus est, contra formam statutorum deca-
pitari fecisse talem homicidam.

Sed si sic est, quod statuta cauebant, quod
homicida soluens sexaginta florenos liberare-
tur, subiugens idem Prætor, ego pariter, qui
homicida sum volo soluere sexaginta florenos
pro pœna statutaria, qua persoluta non possum
molestari in vita. Quibus auditis placuit po-
pulo talis excusatio, tamquam iusta, & receptis
dictis sexaginta florenis eum à subita morte li-
berarunt, & deinde abrogatum tale statutum

fuit

fuit, & quidem meritò, *& tale factum narrat*
Ioseph. Ludouic. decis. Lucens. 16. *numer.* 16. vbi
vide, ne hic vaget à proposita materia, & sic
strictè ad nos.

Actum est enim de rebus humanis, si sola
seruatur vtilitatum fides. Gladius vtique con-
ditur, *ait Cassiad 7. epistol.* 1. vbi aurum suscipi-
tur. Nam, vt dixi, proprium est munerum ex-
cæcare, & mentem euertere, non enim est ista
sensibilis, & palpabilis apud Iudices munera
180 accipientes, Iustitia, sicut pecunia, Nam pe-
cunia ponderiosior est, & ideo ad illam partem
statera inclinatur, Et iustitia tanquam res, quæ
non videtur, nec palpatur, vilipenditur, heu
miser est ille, qui tantùm visibilia videt.

181 Bene quidem se gessit Rex ille Persarum cō-
tra similem Iudicem, apud quem, magis pal-
pabilis fuit pecunia, quàm iustitia, nam eum
iussit viuum excoriari & ad terrorem aliorum
pellē affici tabernaculo sedis iudicialis, vt refert
Io. And. in cap cum æterni. de sent. & re iudic. in 6.

Meritò etiam Romanæ leges, vt hanc ver-
182 tiginem adeo pessimam à mentibus Iudicum
zelanter auerterent, cum malè se habeat res,
cum id, quod veritate agi debet, tentatur pe-
cunia, Ideo vt dixi, Romani Vniuersi Domito-
res, & Dominatores, Iudicibus strictè inhibue-
runt, ne dona vel munera susciperent, sic enim
clarè sancitur *in l. solet. vers. nec donum vel mu-
nus &c ff. de offic. proconsul.* & seuerè inhibitum
est *in §.* 1. ibi, *præ omnibus alijs, mundas ab om-
ni munere seruare Deo, nobisque & legibus ma-
nus. & nullum contingere lucrum, neque maius,
neque minus, neque captiosum. Auth. de mandat.
princip.*

183 Et amplia etiam si quis spontè daret, nam
vbi quid exigi, prohibetur ibi etiam à spontè
dante accipere nefas est. *cap. statutum §. access.
de rescript. in 6. Felin. in rub. & cap* 1. *in fin. de Si-
mon.* cū alijs allegatis *per Neuizan. in syl. Nup-
tial. lib* 5. *num.* 97. *vers. etiam si sponte daret &c.*
Scimus etiam, quod seuerè & strictè in pluri-
bus locis sacræ Scripturæ inhibitum est iudici-
bus, ne munera accipiant, & præsertim in Deu-
teronom. cap. 16. ibi, *non accipias personam nec
munera,* & in cap. 27. ibi, *maledictus qui accipit
munera,* & in Prouerb. cap. 15. ibi, *Qui odit mu-
nera viuet.* Et Michææ cap. 12. ibi, *Principes eius
in muneribus iudicabant.* & in Psalm. 4. dicitur,
Rege eos in virga ferrea. Ferrea, inquit, ratione
184 inflexibilitatis, quæ auro caret, quod facilè
flectit Iudicem, *vt ex nostris aduertit Morl. in
Emporio Iur. par.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 10. *num.* 2. & in
Psalm. 14. ibi, *Qui pecuniam suam non dedit ad
vsuram, & munera super innocentē non accepit,
hic habitabit in Tabernaculo Domini &c.* Et adde
rationem, quare munera Iudex non potest ca-
pere ea habetur in Exod. d. cap. 16. ibi, *quia*
185 *munera excæcant oculos Sapientis, & subuer-
tunt verba Iustorum &c.*

Audimus ne? quod munera lumen oculis
Sapientium auferunt, & mutant verba & sen-
tentias iustorum, & hoc ex Oraculo Diuino.
186 Quid ergo dicendum, seu quas densas tene-
bras, & sanè cimeras, et quas mutationes, et
submersiones cogitationum, verborum, consi-
liorum, votorum, sententiarum, et vno verbo
absoluam, qualem infernum, et qualem deuo-
rantem ignem munera operabunt in pectori-
187 bus illis non dico Sapientium et Iustorum, vt
loquitur sacra pagina, sed eorum, qui officia
et magistratus venantur, nisi ad alium finem,
quàm ditandi, et iustitiæ libram moderandi,
pecunia mediante, seu muneribus, *Ignis deuo-*
188 *rabit,* inquit Iob cap. 15. *tabernacula eorum,
qui libenter munera accipiant.* Vndè præclarè
Demostenes Romanus. 2. de Orator. et 4. Verr.
Omnium, inclamat, *rerum turpissimum, maximè*
189 *nefarium est, ob rem dicendam pecuniam acci-
pere, & pretio habere addictam fidem, & reli-
gionem.*

Optimeque sancitum fuit, dum clarum est,
190 munera oculos excæcare, quod Iudex, qui
donū recipit ab aliqua parte ab altera vti suspe-
ctus potest recusari. Necnon sententia lata
191 per pecuniam, est ipso iure nulla. *I. venales. C.
quand. appellar. non sit necesse,* et faciunt textus
in can. quatuor. 11. *quæst.* 3. *can non sat.* 14. *q.* 5.
can. Iudices 1. *quæst.* 1. *& in l. plebiscitum* 18. *ff. de
offic. Præsid.*

Et Iudex pecuniam accipiens, vt lites finiat,
et sententiam siue iustam, siue iniustam pronū-
192 ciet in pœnam incidit. *l. Iulia repetundarum
l.* 3. *&* 6. *§.* 2. *ff. ad leg. Iul. repet. l.* 26. *fin. ff. de con-
dit. ob turp. caus. can. non licet* 11. *q.* 3. *Harprecht.
ad §. item lex* Cornelia 7. *nu.* 20. *Instit. de public.
iudic.* et tenetur parti læsæ ad extimationem
damni. *Castren. in l. fin. C. de pœn. iud. q. iniq. iud.*

Insuper pœna capitis, hoc est mortis, locum
193 habet, quando Iudex innocentem interfecit,
pecunia accepta. *l.* 1. *§.* 1. *ff. ad leg. Cornel. de sicar.
l. lex Iulia. § fin. ff. ad leg.* Iul. *repet.* cum alijs al-
legatis, *per Farinac. in prax. criminal. part.* 3.
quæst. 111. *num.* 24. sicut, et confiscationis pœna
194 in lite criminali obtinet, quando Iudex pe-
cunia corruptus, vel innocentem condemna-
uit, vel nocentem absoluit. *auth. nouo iure C. de
pœn. Iud. qui male iudic. Decian. in tractat. cri-
minal. lib.* 8. *cap.* 39 *num.* 19. Franc. Marc. *dec.* 734.
num. 9 *vers. quando est corruptus confiscatis om-
nibus bonis &c.* Grammat. *vot.* 25. *nu.* 7.

Vbi dicitur, quando sumus in causa ciuili, et
195 Iudex pecunia corrumpitur, soluet triplum
fisco, et cingulo dignitatis priuatur. In crimi-
nalibus punitur vltra publicationem omnium
bonorum, pœna exilij, et tenetur de falso ex
iuribus supra allegatis, et qui plura videre de-
siderat in hac materia, consulat. *Ægid. Ross. in
prax. criminal. titul. de offic. corrupt. pecun.* vbi
196 multa notanda habes circa crimen barattariæ
Iudicum, cum sit quodam baratum pecuniæ
cum iustitia, et vide. *D. Eliseus Danz. in tractat.
de pugn. Doctor. tom.* 1. *tit. de official. in gener. à nu-
mer.* 16. *& seq.*

Et

Et aduerte quod non solùm, vt diximus Iu-
dex corruptus ; punitur, verum etiam is, qui
197 Iudicem donis corrupit, pœna arbitraria ple-
cti debet, vt in specie tradit *Grammat. conf.* 35.
num. 13. vbi ait, quod pœna falsi tenetur *iuxta*
l. 1. *§. & qui Iudicem ff. de fals.* & vt notat *Iacob.*
de Beluis. in § si quis autem. Auth. vt Iud. sin. quo-
que suffrag. elig. quando corrumpens, & corrup-
tus sunt ambo seculares maiori pęna puniti de-
bet corrumpens, quàm Iudex corruptus. Insu-
per puniri non solum debet, qui corrupit Iudi-
cem, sed etiam qui tentauit eum corrumpere,
vt tenet Bald. in auth nouo iure quæst. 1. *C. de pœn.*
iud. qui mal iudicar. Castren. in l. 1. *num.* 1. *&* 2.
C. eodem. Foller. in pract. in fragment. numer. 191.
Menoch. *de arbitrar. caf.* 343. *num* 16. & qui Iu-
198 dicem corrumpit litem perdit *l.* 1. *§. sed. ff. de ca-*
lumn.

Qualiter vero Iudicum barattaria probetur,
& an ad hoc sufficiant coniecturæ, & præsump-
tiones, *latè discutit Mascard. de probation. tom.* 1.
conclus. 164. *&* 165. *& Seff. decis. Aragon.* 214.
199 *per tot.* vbi ait tale crimen barattarię esse atro-
cissimum, & ob id minor probatio sufficit. Mu-
nera enim sunt occulta mundi Tyranna, & sanè
corruptio intelligenda est, quidquid Iudici of-
fertur lite pendente.

Et fertur de Eugenio Papa, cui cum Prior
quidam timendo, ne coràm eo contestatura lis
fuisset, ideoque magna munera dedit, quæ qui-
200 dem Pontifex intrepidè respuit, & eleganter
dixit, *Nondum domum ingressus es, & vis cor-*
rumpere Dominum. Tandem, quàm sint noxia
Iudicibus munera, & quantum ipsi delinquant
ea suscipiendo certè si scirent odio intestino
ea prosequerentur, Nam *vt inquit post Put.*
Petr. Gened. in Collectan. 134. *ad Decretal. nu.* 1.
si Iudex contra dantem munera protulerit sen-
tentiam, incurrit infamiam, quia passim ab eo
201 furto inculpabitur, sin autem pro eo feratur
sententia, scrupulus manet aliquando in corde
Iudicis, & pars iactabunda sæpe sæpius gloria-
bitur *Feci, quod volui.* Et vt dicit *ibi idem Gened.*
si totus Mundus veniret nou posset credere,
quod si vna pars dat munera Iudici, & alia non,
quod Iudex non sit danti fauorabilis. Et parti
nondanti nociuus, nam mens alligata cupidi-
tatis visco, citò à veritatis tramite deuiare so-
let *cap. bene quidem. distinct.* 90. optimeque ce-
cinit Propertius.

Auro pulsa fides, auro venalia iura
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Talibus enim verè miserandis Iudicibus mu-
nera libenter accipientibus illud solum in me-
moriam reuoco, quod sicut Sacerdotes Tem-
202 plorum sanctè sancta tractare debent, *& alias*
inculcaui in discurs. par. 4 *recent. tom.* 3. *à nu.* 417.
vers. Sanctam ducant vitam &c. & in annotat.
ad decis. 28. *par.* 3. *recent. à num.* 190. *vers. si Eccle-*
siasticus vitam Euangelicam non duceret &c.
203 Ita & Iurisperiti, qui Antistites in templo iu-
stitiæ, Sacerdotes appellantur. *l. iuri.* 1. *§ iustitiã,*
ibi, *meritò nos Sacerdotes. ff. de iustit. & iur.* Iu-
204 stitiã, quæ Virgo pingitur, tractare tenentur.
Vt quemadmodũ Virgo incorrupta est, ita Iu-
risperiti, & Iudices animi incorrupti, et non
construpatæ voluntatis esse debent. Sed ad
quid hæc exaggero, cum rarò, *vt exclamat Luc.*
de Penn. in l per Illyricum 9. *sub nu.* 1. *vers quia*
talia diligere munera &c. C. de choortalibus
205 *lib.* 12. supradicta attendantur, vt potius im-
pletum cernamus illud Isaiæ cap. 1. *Principes tui*
infideles, socij furum, omnes diligunt munera &c.

Alluditque festiuũ dictum Diogenis (illudq;
refert Laert. in eius vita) qui cum vidisset plu-
206 res Iustitiæ ministros ad carceres ducere fu-
rem, subridendo dixit, *Ecce magni fures ducunt*
paruũ, et expendi etiam potest illud Ecclesiast.
cap. 3. ibi, *Vidi in loco Iustitiæ, iniquitatem.* Hinc
pij Imppp. Arcadius, Honorius, et Theodosius
clamant *in l. meminerint* 6. *ibi*, ne inde iniuria-
rum nascatur occasio, vnde iura nascuntur &c.
C. *vnd. vi* Idem habetur *in l.* 2. *ff. de indict. vid.*
tollend. & in l. 1. *C. de his, qui ven. ætat. impetr.*
sed de his satis.

Cæterum quàm laude, & quidem æterna, cũ
207 in memoria æterna sit iustus, digni sint Iuris
consulti, & Iudices, qui pice auaritiæ non sunt
conquinati, sed solum sunt intenti ad ius suum
vnicuique tribuendũ, excutiendo manus suas ab
omni munere, cum isti Beati, & Sancti sint, &
tetigi supra à num. 146. Videatur quoque quæ
dixi *in discur. ad decis bo. me. Penia à num.* 141.
& aliqua dicam infra. Consulatur etiã Menoch.
de arbitrar Iud cas. 517. vbi, diligenter explicat
quæ munera Iudices capere, & honestè retine-
208 re possint, & quando pars possit repetere à
Iudice munera ei data, latè tractant *Tiber. De-*
cian in tract. criminal lib 8 *cap.* 40. Farinac. *in*
prax. criminal. quæst. 111. *à princip.* & innumerã
cohortem adducit *Cened. ad can. non licet Iudi-*
ci. 11. *quæst* 3. *in collect. ad Decret. collect.* 18. *à nu-*
mer. 2 *& alios expendit* Barbos. *ad d. can. non licet*
num. 2. *Boer. decis.* 153. *à num.* 23. *vsque ad finem,*
& Franc. Viu. decis 113. *per tot. par.* 1, *Scacc. de*
commerc. & camb. §. 1. *quæst.* 7. *par* 2. *ampliat.* 19.
num. 100. *optimè Mol. in Empor. Iuris part.* 1.
tit. 2. *quæst.* 10. *à num.* 16.

Et ex Theologis vide *Bonacin qui alios refert*
ad octauum decalag. præcept. disput. 10. *quæst.* 2.
punc. 8. *proposit.* 1. *&* 2, & adde R. P. Anton. Dia-
nã *resolut. moral. par.* 3. *trac.* 5. *Miscell. resolut.* 45.
Rebell *de obligat. Iustit part.* 2. *lib.* 18. *quæst.* 20.
& quæst. 22. vbi *num.* 6. agit de famulis Iudicũ
aliquid recipientibus pro aditu ordinario ad
eosdem, de quo etiam *Molin. de Iustit. tract.* 2.
disput. 88 *num.* 6.

Verum tamen ne obliuiscar domum redire,
ideoque licet supradicta, circa munerum ac-
ceptationem verissima sint, quo ad Iudices
mundanos, tamen aliud est, quo ad supremum
209 Iudicem Cælestem, nam licitè ille per manus
pauperũ absque vllo timore muneribus potest
flecti,

fle&i, seu placari, prout sedulò monet Sanctus
Paulinus epist. 12. ad Seuerum. *In seculo, ait,*
corruptis muneribus, reorum Iudices condemnan-
210 *tur, sed quisquis homo prauentus in aliquo pec-*
cato diffidens innocentia sua offerat pretium sa-
lutis sua Iudici nostro, ne vereatis quasi corrup-
tionis iniuriam iustitia DEI facere.

Loquitur ibi Sanctus Paulinus de subuentio-
ne pauperum, nec dubitet aliquis peccator,
211 qui DEO in pauperes munera tribuit, se fa-
uorabilem non reportaturum sententiam, quia
ipse Iudex, qui est veritas ipsa, iam dixit apud
212 Luc. cap. 11. *Date eleemosynam, & ecce omnia*
munda sunt vobis &c.

Quis enim non stupet hæc audiendo, vt nos
213 tàm iustum Iudicem per manus pauperum
possimus à sententia mutare, itaque ipsæ leges,
vt ita dicam, adulteret, & veritati misericor-
diam anteponat. Audiamus obsecro ad corro-
borationem supradictorum, gemma scriben-
dam sententiam S. Io: Chrysostom. super c. 22.
Luc. *Iudex noster*, inquit, *per pauperes corrum-*
214 *pitur, fac ergo, vt per pauperis manum Iudicis*
ostium pulses, etenim ille munera tua per illum
accipit, & leges adulterat, accipit, inquam, & ve-
ritati misericordiam anteponit.

Quare credimus CHRISTVM Saluatorem
nostrum ex hoc Mundo ascensurum in Cœlum,
215 id voluisse peragere in Monte Olideto (prout
legimus in sacra pagina.) Id quidem non fuit
sine mysterio, nempe vt nos admoneret, per
216 misericordiam, cuius symbolum est oliua, ad
Paradisi gloriam ingressum parari.

O stupor, ò ingens admiratio, hinc CHRI-
217 STVS Amor noster, quia vult omnes homi-
nes saluos fieri. *can. cautè 3 quæst. 4. can. quia di-*
uinitatis 23. quæst. 8. cum alijs allegatis per glos.
in cap. decet. in verb. à peccatis eorum, extr. de Im-
munit. Eccles. enixè hortabatur Potentes ad pie-
218 tatem, sine qua perquam difficulter solent ad
salutis portum deuenire.

En oraculi testimonium apud Matth. cap. 19.
219 *Facilius est Camelum intrare per foramen acus,*
quàm diuitem intrare in Regnum Cœlorũ. Porrò
hic locus non est ita facilis, proinde duplicem
intellectum afferam. *Prima est Theophilati*, qui
220 per Camelum funem Nauticum intelligit; si-
cut enim funis integer per foramen acus ingre-
di non valet, diuisus in singula fila, facilè in-
greditur.

Altera expositio est Card. Caietan. qui asserit
Hierosolymis portam quamdam esse ita angu-
221 stam, quod foramen acus appellabatur. Per
hanc portam Camelus onustus, cum esset sic
angusta, ingredi nullatenus poterat, nisi demis-
so prius capite & sarcina deposita, sic diues, nisi
222 prius caput inclinet per humilitatem, & sar-
cinam, deponat per pietatem, Ciuitatem san-
ctam, ac Cœlestem Hierusalem non intrabit.

O verè ter quaterque Beatus, ac in Cœlorũ
223 fastis iam fortunatè ascriptus, qui dum potest
pauperiè aurea pluuia reficit, virginitatis flo-
re aureo tore setuat, labentes familias aureo
baculo substinet, carcerum vectes aurea lima
dissecat, fluctuantes animos aureis anchoris
firmat.

SVMMARIVM.

225 *Opera pia exercentibus, dum DEVS promisit tot proemia, quare non omnes ea exercent.*

226 *Thesaurizare quilibet quærit vltra proprias necessitates.*

227 *Pietas, & feruor in Christianis primitiua Ecclesia ardens erat, in modernis verò tepescit, & quare.*

Christiani primitiua Ecclesia pugnaturi cum Diabolo, nudi, hoc est sine affectu bonorum temporalium, descendebãt in arenam, & quid inde. num. 227.

Et hodie, qualiter descendatur.

228 *Aurum suaptè natura amat tenebras, eiusque natalitia domus sunt spelunca, & specus.*

229 *Aurum postquam è sua cauernosa domo extrahitur, mox in capsas, arcasque ferreas includitur.*

Aurum vt melius abscondatur, aliquando etiã in matris gremium redit num. 229.

230 *Thesauri multi in lucem denuò emergunt, & plurimi alij hodie profunda nocte sepulti iacent.*

231 *Occultè aliquid faciens, dolosè facere præsumitur, quod procedit etiamsi simus in persona aliàs excusabili.*

232 *Clandestinitas facit cessare præsumptionem ignorantia, & simplicitatis, qua aliàs militat in muliere, in rustico &c.*

233 *Coniectura. & præsumptiones, licet de sui natura non faciant probationem, tamen secus in his, qua occultè fiunt.*

Dolus præsumitur, quando de nocte aliquid fit sine necessitate, dum de die fieri poterat. nu. 233.

234 *Testamentum, quando conditur de nocte, debent adhiberi tria lumina.*

235 *Testamentum dum fuit conditum de nocte, & Notarius id non expressit, ex hoc arguitur dolus.*

Dolus arguitur ex taciturnitate eius, quod potuit exprimi. nu 235.

236 *Notarij caueant non conficere instrumenta de nocte, nisi vrgente necessitate, & tunc id exprimant.*

Nocte vagatur adulter. num. 236.

Tenebra inuitant ad delinquendum:

237 *de Nocte. qui vadit non habet legitimam excusationem, nisi ad malum.*

237 *Mulier, si reperiatur in aliquo loco secreto alloqui cum extraneo de nocte, an ex hoc possit torqueri nu. 239.*

Adulterum satis probatur ex nocturna virorũ admissione. & amplia nu. 238.

240 *Adulterium satis probatur ex nocturna virorum admissione, ad effectum tamen separationis Thori, & amissionis dotis.*

Non tamen, vt possit criminaliter puniri.

241 *Thori separatio, vt posit fieri sufficit probare adulterium præsumptiuè.*

242 *Iacere cum aliqua, idem est dicere, quàm adulterare eam.*

243 *Administrator ille præsumitur in dolo, qui procrastinat librum administrationis producere.*
Iudicium mouere differens, quodiam anteà mouere poterat præsumitur fouere malam causam. num. 243.

244 *Creditor si differat agitare pro suo credito, exigendo, postquam eius debitor est mortuus, quid ex hoc inferatur.*

245 *Scripturam ad causam facientem, producens postquam lis diu fuit agitata,*
Id præbet magnam causam suspicionis.
Testamentum diu occultatum præsumitur falsum. num 245.

246 *Instrumentum solutionis diu differens producere, non auditur postea illud producendo, nisi refectis expensis.*
Tarditas partis non producentis iura releuantia, vt ea absoluatur, non debet nocere aduersario.

247 *Clericus, si permisit se condemnare à Iudice Laico, & postea allegauit priuilegium clericale, debet condemnari in expensis.*
Iudex tamen secularis non potest condemnare clericum in illis expensis, sed Iudex Ecclesiasticus. num 247.

248 Iudex Laicus etiam in his, quæ veniunt incidenter contra Clericos. non habet potestatem.

249 *Lucem odit omnis, qui malè agit.*
Iudicium, qui refugit de sua iustitia diffidere præsumitur. num. 249.
de Innocentia sua, qui confidit, non vadit per mendicata suffragia. nu 249.

250 *Occultans probationes alterius partis punitur in amissione causæ.*
Iura occultantes. Leges odio prosequuntur, cū præsumatur eos fouere malam causam.

251 *Notarius occultans iura in actis producta, tenitur pœna falsi.*
Notarius non exhibens scripturas, tenetur ad interesse.
Notarius amittens scripturas, non auditur asserendo eas fuisse furto subtractas. nu. 251.

252 *ad Scripturarum custodiam, qui tenetur, si asserat eas non habere, tenetur nedum illarum amissionem probare.*
Sed etiam iustificare, quod sine culpa sua subtractio earum contigerit. nu. 251.

253 *ad Scripturarum custodiam, qui tenetur, non auditur, volens probare amissionem illarum per solum iuramentum.*
ad Scripturarum productionem, quando quis tenetur, gratis allegat illarum amissionem.
Quia cum sit ad factum obligatus, frustra prætendit se liberari verbis tantum.
Cardinalis Iacobus Corradus extollitur.

254 *Meropen celebris illa stella, quare secundum Astrologos non compareat cum alijs.*

255 *Mercatores, quare diligant apothecas obscuras, & opacas*

256 *Mercatoribus ad quid deseruiet eorum, non per viam rectam acquisitus thesaurus.*
Mercatoribus obscuritas est commodissima, dū vendunt pannos vitiosos. nu. 256.

257 *Mercator, quod sit probus, & industrius miraculum est. secundum Demosth.*
Mercator non potest esse sine mendacio, & periurio num. 257.
Mercatorum anima, quo vadit, secundum Bald num. 257.

258 *Mercurius secundū antiquos Poetas, erat Deus furum, & mercatorum.*

259 Contrahentibus inuicem sese decipere iura Ciuilia permittunt.
Tamen secus est in foro conscientiæ.

260 *Iniusti. fures, rapaces &c. Regnum DEI non possidebunt.*

261 *Via conscientiæ est arcta, quia ducit ad Cœlū.*
Mercatores, qui sunt probatæ fidei laude digni sunt. num. 261.
Mercatura laudibus non officit, dum recensentur vitia Mercatorum. nu. 261.

262 *Vitia Mercatorum non sunt artis Mercaturæ, sed hominum.*
Mercatura, seu negotiatio, quod non sit ars reprobata, facit auctoritas Diuina apud Matth. cap. 13.
Vbi Regnum Cœlorum assimilatur homini negotiatori &c. nu. 262.

263 *Pauor inest ijs, qui operantur mala.*

264 *Crimen non prodere vultu, difficile est.*

265 *Nocentium proprium est trepidare.*

266 *Vultus est sermo quidam tacitus mentis.*

267 *Iudex aliud in corde gerat, & aliud simulet, vti faciunt Bononienses.*

268 *Pallor, titubatio, trepidatio &c. cum sint signa malæ conscientiæ an faciant indicium ad torturam & nu. 269. & nu. 271.*

270 *Conscientiæ malæ signum est, dum reus interrogatus, declinat oculos ad terram.*

272 *Pallor, titubatio &c. sola. dum non adest variatio in substantialibus est fallax, & debile indicium ad torturam.*

273 *Carcerati aliqui ita sunt solliciti de honore suo, vt quamuis sint innocentes, tamen ob solum timorem, videntur semistulti.*

274 *Carcer est mala mansio, & locus immensorum cruciatuum.*

275 *in Carcere mortuus, dicitur mortuus in cruciatu, & tortura.*
Carceratorum negotia, vocantur desideria. num. 275.

276 *Carceratis miseris subuenire est adeo meritoriū, vt hoc opus æquiparetur martyrio.*

277 *Carceratus quidam, cum intrasset aulam vbi stabat corda, præ timore quamuis innocens. cecidit in terram, & minxit, & egestionem emisit. & num. 278.*

279 *Carcerati aliqui. dum ad præsentiam Iudicis ducuntur, adeo turbantur vt loqui non possint.*

280 *Palli-*

Digitized by Google

180 *Palliditas & trepidatio iunctis alijs indicijs, tunc est considerabilis. aliàs non.*
Auri pallor, iuncto quod est tenebrarum amãtissimum, id aliquid operatur ad conuincendum illius prauam naturam.
Aurum, si placet, vitium non longe abest. num. 280.

225 QVare dum supradicta vera sunt, prout
sunt verissima, tàm socorditer in hoc
ponderoso negotio regulariter proceditur,
sed potius illaudatè quilibet querit thezauri-
zare vltra proprias necessitates, & de subueniē-
226 do necessitatibus miserorum pauperum nul-
latenus inuigilatur, ita vt charitas proximi re-
frigerit, & mortua ferè sit dilectio.
Heu, quod execranda auaritia, quæ dicitur
inordinatus modus habēdi, est causa tanti mali,
pulchrè quidem ad propositum, *S. Io. Chrysost.*
in act. Apostol. 2. super illis verbis, *Et appositæ*
sunt in die illa &c. sedulò rogat, quid in causa
227 sit, cur in primitiua Ecclesia tanta primorum
Christianorum fuerit pietas, & feruor, Moder-
norum enim tepor, & remissio, & respondet,
Quod tunc cum Diabolo pugnaturi nudi in are-
nam descendebant, se rebus, bonis, & facultatibus
denudando, modò autem prodeunt beneficijs, pos-
sessionibus, & honoribus vestiti &c.
Quare, vt dixi, cum inordinatus modus cu-
mulandi aurum det anxam, vt suffocetur pietas,
vnde in eius execrationem multa, vt quilibet
illud euitet, dicturus sum, ad ostēdendam illius
enormitatem. Nam & aurum cui placet, vitiū
non longè abest.
228 Quidem cōcedo aurum suapte natura, ama-
re tenebras, nam prima eius natalitia domus,
cauernæ, ac specus sunt, in his tenebrosis cuna-
bulis nascitur, & educatur, inde quidem in lu-
229 cem vi extrahitur, & nihilominus lucis impa-
tiens, & amãtissimum tenebrarum, mox iterum
in capsas, obscuros fornices, arcasque ferreas
includitur, & nonnunquam etiam in matris
gremium redit.
Quot thesauri sunt defossi, quorum aliqui in
230 lucem denuò emerserunt, alijque hodie pro-
funda nocte sepulti latent. Sed quid, ex hoc in-
ferendum est, nisi aurum tenebrarum cupidis-
simum, hac praua eius natura satis docere, quā
indolis sit malignæ, nam, & qui lucem timet,
male agere præsumitur, *l. fin. ff de rit. nupt. l. fin.*
ff de effract. & expilat. l. hoc edictum. §. labeo. ff. de
his qui deiecer. vel effud. cap. consulit de offic. de-
legat.
Nam occultè faciens, dolosè facere præsumi-
231 tur, quod procedit etiamsi prætendatur igno-
rantia, vel simplicitas, nam nihilominus præsu-
mitur dolus, & sic non excusatur aliàs excusan-
dus, sicut sunt mulier, rusticus &c. *vt inquit*
glos. in l. 1. in verb. non oportet. C. de interdict.
matr. & in l. qui contra in verb. errore. ff. de incest.
nupt. quæ ponunt hanc conclusionem per text.
in d. l. fin. ff. rit. nupt. & latè firmant *Doctores in*
l. 1. C. de interdict. matr. & præsertim *Bald. ibi in*
prim. lectur. dicit,
Ex hoc haberi notabilem limitationem Le-
gum, quæ dicunt, sexum, & rusticitatem excu-
sari. *& in secunda lectur.* ait, menti esse tenen-
das eas glos. contra rusticos &c. & plenè notat
Tiraquell. de retract. conuent. in præfat. num. 14.
vers. nec ignorantiam, nec errorem allegare pos-
sunt &c. Idem *in tract. de pæn. temperand. caus. 11.*
num. 11. vers. etiamsi prætendatur ignorantia, vel
simplicitas &c. cum ibi copiosè allegatis.
Ratio verò si quæratur, ea in promptu est,
332 quia propter clandestinitatem cessat præsum-
ptio illa ignorantiæ, vel simplicitatis, quæ aliàs
in muliere, minore, rustico, milite &c. à iure
præsupponitur, & subintrat præsumptio scien-
tiæ, propter dictam clandestinitatem, dum oc-
cultè aliquid agunt, quantumuis tractent de
damno vitando, *vt habetur in d. l. 1. C. de interd.*
matr. & in d. l. fin. ff. de rit. nupt. cum alijs adductis
per Mascard. *conclus. 532. num. 46. vers. si aliquid*
agant occultè &c. & copiosè per Addent. ad Ro-
man. singul. 721. incip. Regula est. vers. Et est ra-
tio, quia propter clandestinitatem præsumitur
scientia &c. cum ibi latè allegatis. Semper enim
clamat illa regula, quod qui amat tenebras su-
spectus est, idque exornatur à pluribus DD. re-
latis *per Barbos. in collectan. ad d. cap. consuluit,*
super verb. qui malè agit, odit lucem &c. num. 2.
& latius per Mascard. *de probat. conclus. 815. à*
num. 33.
Nec illud prætereundum est, quod licet de
sui natura coniecturæ, & præsumptiones non
233 probent, tamen in his, quæ occultè fiunt ple-
nam probationem faciunt *Federic. de Senis in*
consil. 119. Nulli dubium. Alexand. cons. 33. Viso
themate. numer. 2. lib. 2. quos sequitur *Grat. in*
consil. 61. sub num. 15. vers. tamen in his quæ oc-
cultè fiunt inducunt plenam probationem &c.
lib. 2. & adde Flamin. *in tract. de resignat. lib. 13.*
quæst. 3. numer. 24. vers. plenam probationem fa-
ciunt &c. Congruit pariter illa Iuris conclusio
quod dolus præsumitur, quando aliquid fit no-
ctis tempore, si de die fieri potuerit, *vt post*
Socin. & Crauett. firmat *Menoch. de præsumpt.*
lib. 4. præsumpt. 12. numer. 7. vers. quando sine ne-
cessitate aliquid fit de tempore noctis &c.
Hinc est, quod iura sanxerunt, quando testa-
234 mentum conditur de tempore noctis, vt tria
lumina debeāt adhiberi, *iuxta text. in l. 1. §. tria*
lumina ff de ventr. inspiciend. Et hoc in tantùm
est verum, vt si fiat absque d. tribus luminari-
bus, non valet tale testamentum, vel saltem
suspectum redditur, *vt per glos. & ibi omnes no-*
tant in l. non minorem C. de transact. & in l. more,
ff. de fer. & responderunt Dec. *in consil. 354. nu-*
mer. 1. Ias *in consil. 50. nu. 1. lib. 3. optimè* Decian.
cons. 65. num. 20. vers. fuit factum de nocte absque
tribus luminaribus ergo non valuit &c. lib. 2. &
nu. 21. ait, quod multò magis in casu illo auge-
batur præsumptio falsitatis dū Notarius nō ex-
235 pressit, quod testamentū fuit cōditū de nocte.

Nam ex taciturnitate eius, quod potuit ex-
primi, arguitur ſuſpicio doli *Alex. in conſil. 15.*
num. 8. verſ. ſua taciturnitas aſcribitur dolo &c.
lib. 5. & in conſil. 63. num. 1. verſ. tenetur ſpeciali-
ter certiorare &c. lib. 6. Corn. *conſ. 12. numer. 5.*
verſ. ſi venditor ſciuit, & non certiorauit &c. lib 3.
Obſeruent enim Notarij monitum *Bald. in*
cap. 1. num. 2. de fid. inſtrum. & in d. cap. conſul-
uit de offic. delegat. vbi ſedulò ſuadet omnibus
Notarijs, vt caueant ne inſtrumenta conficiant
236 de nocte, niſi vrgente neceſſitate, & ſi confi-
ciant, illud exprimant, eamque expendit ratio-
nem, de qua ſupra, quia qui malè agit, odit lucē.
Nam tenebræ inuitant ad delinquendum, &
aptiores ſunt ad iniqua committenda *ad text.*
in d. l. 1. ff. de ventr. inſpiciend. Hinc illud vulga-
tum dictum,

Nocte vagatur adulter.

Et poteſt dici ei, qui venit de nocte & per te-
237 tenebras, amice ad quid veniſti? non enim
habes legitimam excuſationem, niſi ad malum,
vt inquit Roman. in conſ. 451. numer. 3. Stephan.
Betrand. conſ. 341. Confeſſione. num. 4. vol. 1. Hinc
eſt, ſi mulier reperiatur alloqui de nocte in lo-
co ſecreto, cum extraneo homine, ex tali col-
238 loquio, & clandeſtinitate præſumitur malum
& maximè ſi ille homo tenebat mulierem com-
plexam, quem, & ipſa oſculabatur, libenter ferēs
ſe impudicè attrectari. *cap. literis. cap. tertio loco.*
de præſumpt. cum alijs per Maſcard. *de probation.*
tom. 1. concluſ. 312. num. 20. & ſeq. & addo Ioan.
Zanger. *de Tortur. reor. cap. 2. numer. 208. verſ.*
quando ſolus cum ſola in loco ſecreto &c. & nu-
mer. 209. verſ. quam complexam quis tenebat &c.
239 Vnde ex hoc poteſt torqueri mulier tanquā
malè indiciata, *vt conſuluit Bald. in cōſ. 421. nu-*
mer. 3. incip. Quadam mulier lib. 5. cum alijs alle-
gatis per Carol. Rot. *in ſuis practicabil. concluſ.*
par. 1. concluſ. 2. num. 17. verſ. ſi iuuenis reperitur
in domo mulieris de ſolo ad ſolum &c.

Et in tantum hoc eſt verum, quod adulteriū
240 ſatis probatur ex nocturna virorum admiſ-
ſione. vt hoc procedat etiam quo ad thori ſe-
parationem, & dotis amiſſionem, quidquid ſit
reſpectu condemnationis criminalis, *vt benè*
comprobat Grauett. in conſil. 205. numer. 20. verſ.
ſexto. & ſic concludunt *Grat. Socin. Burſat. Ber-*
tazz. & alij relati per Polydor. Rip *in tractat. de*
tempor. nocturn. cap. 36. num. 27. verſ. non ſuffice-
re ad condemnationem criminalem, ſufficere tamē
ad thori ſeparationem, necnō & ad dotis amiſſio-
nem &c.
241 Cum ſufficiat ad hoc vt ſeparatio fiat thori,
præſumptiuè adulteriū probare, *d. cap. literis 12.*
ibi, *ſolum cum ſola, nudum cum nuda &c. de*
præſumpt. & latè tractant Maſcard. *de probation.*
concluſ. 59. num. 20. & ſeq. lib. 1. P. Barboſ. *in l. 2.*
in princip. par. 1. num. 83. ff. ſolut. matr. Farinac.
in prax. criminal par. 5. quæſt. 136. à numer. 171.
cum alijs allegatis per Auguſtin. Barboſ. *ad d. cap.*
literis num. 2. in collectan. & vt dixit poſt Alexan.
in conſil. 77. num. 2. lib. 7. Rota *in cauſa Calagu-*
ritana matrimonij 13. Martij 1643. corā R. P. D.
Meltio, idem eſt dicere, talis iacuit cum tali
142 muliere, quantùm eſt dicere adulterauit
eam &c. quidquid tamen ſit, ſi (vt dixi) agere-
tur ad condemnationem criminalem. Sed per-
ſiſtendo in terminis.

Adminiſtrator ille præſumitur eſſe in aliquo
243 dolo, qui procraſtinat exhibere librum com-
putorum Domino, & præſumitur malitiosè ſe
geſſiſſe, & poteſt iurari contra eum in litem,
arg. tex. in l. tutor. qui repertorium ff. de adminiſt.
tut. & in l. fin. § inter cæteras ff. de liberat. legat.
& in l. ſi cui libertas. & in l. cum ſeruus. ff. de con-
dit. & demonſtr. Bart. *in l. 2. § officio ff. de tutel. &*
ration. diſtrahend. cum alijs allegatis per Eſcobar.
de ratiocin. adminiſtrat. cap. 10. ſub num. 1. Et ra-
tiocinata eſt Rota coram bo. me. Card. Arigonio,
in cauſa Romana computorum 3. Octobris 1593.
& deciſ. 237. num. 3. verſ. cum recuſet librum
exibere præſumitur eſſe in aliquo dolo &c. par. 4.
diuerſ. vbi aliæ deciſiones referuntur, & dein-
de ſenſit *coram* R. P. D. Cerro *in cauſa Romana*
Penſionis 19. Ianuarij 1646. & coram eadem in
Romana, ſeu Nepeſina Tutela. 8. Iunij eiuſdem
anni §. Quintò ponitur verſ. eo ipſo, quod librum
exibere recuſat præſumitur contra eum facere, &
ideo occultari, ne contra ipſum detegatur veri-
tas &c.

Hinc etiam clarum eſt, quod vehemens ſuſ-
picio falſitatis oritur, & præſumitur fouere ma-
lam cauſam, qui diu diſtulit mouere iudicium,
quod iam antea mouere debebat, aduerſus eos
qui ea de re, & negotio inſtructi erant. Veluti
ſi creditor viuo debitore, petere poterat ſuum
creditum, & tamen adeo diſtulit petere, vt ille
244 ſit vita functus, quod feciſſe præſumitur, vt
peteret ab hæredibus minimè inſtructis, qui-
bus cognitæ non ſunt exceptiones, ſuo anteceſ-
ſori competentes, vel quando tamdiu diſtulit
agere, vt aduerſario perierint exceptiones,
& ita tenuit gloſ. in Clem. ſæpe. §. & quia in verb.
non obſtante verſ. vt quia perierunt teſtes, per
quos poterat inſtrumentum reprobari &c. de verb.
ſignif. Pariſ. *in conſil. 83. num. 27. verſ. nec per tan-*
tum tempus ſiluiſſe &c. lib. 1. Rota *penes Put. de-*
ciſ. 239. num. 1. verſ. ex quo tanto tempore tacue-
rat &c. lib. 2. & coram bo. me. Penia in cauſa
Romana Depoſiti 18. Decembris 1600. eſt apud
Zacch. de obligat. cameral. deciſ. 59. num. 5. verſ.
non erat veriſimile poſt mortem debitoris dilatu-
rum petere ab eius hæredibus &c. & coram re. me.
Merlino *deciſ. 325. num 23. verſ. diſtulit, quod*
tam principalis debitor, quàm fideiuſſor mortui
ſint &c, cum ibi allegatis.

Si quidem etiam apertum eſt, quando quis
exhibet ſcripturam ad cauſam facientem, poſt
245 quam lis diù fuit agitata, iſta tarditas pro-
ducendi eam in lucem, magnam præbet cau-
ſam ſuſpicionis *per text. in l. ſi quis fortè in fin.*
ibi Non enim debebant tam magnam rem tandiu
retinere. ff. de pæn. & exornant *Grauett. conſil. 28.*
num. 6.

num.6. & consil.79. num. 9. Bertazz. consil. 521.
nu.28. Menoch.de præsumpt.lib.2. præsumpt.91.
num 8.& lib.3.præsumpt.122.num.4.Osasch.de-
cis.Pedemont.117. num.9. aliosque cumulat Fa-
rinac.de falsitat.& simulat.quæst.153. num.182.
& nuper sensit Rota coram R. P. D. Roias in cau-
sa Auenionen.Pecuniaria 18.Martij 1652. §.In-
iustitia verò.vers.illa exhibita apparet post quam
huiusmodi lis diu agitata fuit &c.

Simile est etiam quod dicimus, quod testa-
mentum diu occultatum, præsumitur falsum,
vt benè post Bald. ponderat Barbat. in consil.88.
sub num.23.vers.quia testamentum tenuit occultè
præsumptio est falsitatis &c. lib. 4. & sequitur
Menoch. de præsumpt. lib.2. d.præsumpt.91. nu-
mer.5. vers.testamentum diu occultatum, præsu-
mi falsum &c.

Insuper animaduertendum venit, quod ille,
qui differt producere instrumentum solutionis,
vel alterius tenoris, releuans eum à petitis non
246 debet postea audiri illud producendo, nisi re-
fectis expensis, quibus sua tarditas vexauit ad-
uersarium, vt sentit Bald. in cap. exceptionem in
princ.de except. quem refert, & sequitur Fel. in
cap.de cætero num.4. de re iud. pro quo allegat
cap.suscitata. & ibi Abb. in 3.notabil.de restitut.
in integr. & Rebuff.in commentar. ad Regias con-
stitutiones Galliæ tom.1 titul. de sentent. execut.
art.3.glos.2.num.3.in fin. vbi ait, quod differens
opponere exceptionem nullitatis in executio-
ne sententiæ, præsumitur calumniosè distulisse,
ex quo antea opponere poterat.

Et facit decis.Rotæ penes Bellamer. decis.226.
incip. In casu, vbi deciditur, quod Clericus qui
permisit se condemnari à Iudice Laico, & po-
247 stea allegauit priuilegium clericale, cum esset
clericus, quod debet condemnari in expensis,
quibus fatigauit partem tardando opponere
dictam exceptionem. quale dictum admittunt
etiam Philip.in d.cap. ad audientiam. in princip.
de except. & Gemin.in cap.9.numer.6.in princip.
de rescript in 6. Marsil. in l.patre vel marito nu-
mer.16 ff de quæst & in prax.criminal. in §. di-
ligenter numer.201.& seq.

Aduerte tamen, quod Iudex secularis non
potest condemnare Clericum in illis expensis,
nam in hoc nullam habet iurisdictionem, sed id
spectabit ad Iudicem Ecclesiasticum, quia Iu-
248 dex secularis etiam in his, quæ veniunt inci-
denter contra clericos non habet potestatem.
cap.si Iudex Laicus 12.de sent.excomm.in 6.& ibi
scribentes, cum alijs plena manu relatis per Au-
gustin.Barbos.in Collectan. ad d.cap si Iudex. sub
num.2. & in puncto supradicti casus refectionis
expensarum concludit post Dec.& alios Rolād.
in consil.12.num.42. vers.Iudex secularis non po-
test clericum condemnare, quia distulit priuilegiū
sui clericatus deferre &c. lib.2. sed persistendo
in terminis.

Quare præsumptio dolosa semper est facien-
da contra eum, qui sine causa procrastinat, &
occultat veritatem. Congruitque dictum Ora-
culi Diuini apud Ioan.cap.3.ibi Omnis enim, qui
249 male agit, odit lucem, & non venit ad lucem,
vt non arguantur opera eius, qui autem facit ve-
ritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera
eius &c. Qui enim iudicium refugit de sua iusti-
tia diffidere præsumitur, vt inquit tex. in can.
Christianis in fine 12.quæst.1.& cap. nullus de
præsumpt. Et qui confidit de innocentia non
vadit per mendicata suffragia, sed festinat, vt
veritas inquiratur. Roman.in consil.169.num.3.
vers.præsumitur diffidere de iustitia &c. Afflict.
decis.13. num.22 vers. iudicium fugiens de sua
iustitia diffidere præsumitur &c. Crauett.in con-
sil.6. num.8.vers.præsumptio est contra occultan-
tem &c. cum alijs allegatis per Menoch. in consil.
563.num.17.vers.præsumi, quod malam causam
foueat &c. lib.6.

Videmus etiam, quod probationes alterius
partis occultans, punitur in amissione causæ,
250 sic enim iura odio prosequntur occultantes
scripturas, nam & præsumitur eos fouere malā
causam, vt tenuit Cyn.in l prouidendum per illū
tex.in fine C. de postuland. quem bis ibi Castr.
commendat menti esse retinendum, reproban-
do ibi glos.contrarium volentem.& Franc.Are-
tin.ibi dicens illam glos.esse per DD.communi-
ter reprobatam, & videatur Boer decis.229.nu-
mer 8.vers.talem subtrahentem perdere causā &c
& Honded. cons.19.num.13.vers.puniri debet in
amissione causæ, sicut punitur ille, qui probationes
alterius partis occultat &c lib.1.

Hinc est, quod Iudex, vel Notarius occultās
251 scripturam in actis productam falsi pœna te-
netur. l. Paulus §.1. ff.ad leg. Cornel.de fals. & l.
eā, qui C.eodem latè Menoch. de arbitr.Iud.lib.2.
cap.311 à num.1. Idem in consil.94. numer.57.
vers.falsi pœna tenetur &c. Notarij enim sum-
mam debent adhibere diligentiam pro scriptu-
rarum in actis productarum custodia, & ad ea-
rum exhibitionem cogi possunt. non solùm Iu-
dicis officio, sed etiam iure actionis, aliàs ad
interesse sunt condemnandi, vt sentiunt Bart.
in l.si quis ex argentarijs §.sed non hæredi.num 4.
ff.de edend.& ibi Bald.in §. Ait Prætor. & Castr.
num.5.Angel.num.7.Cephal.in consil.170.nu.9.
vers.Notarius non exhibens instrumentum, tene-
tur ad interesse partis &c. & pluries firmauit Ro-
ta tam contra Notarios, quàm successores in
officio, vt in Romana Depositi 9. Iunij 1595. co-
ram clar. mem. Card. Pamphilio, & in Assisien.
Pecuniaria 1.Iulij 1611.& 11.Ianuarij, & 11.
Martij 1612.coram bon.mem.Manzanedo,& de-
inde coram bo mem.Buratt decis.692.num.4.vers.
aliàs ad interesse cogi potest &c. cum alijs allegatis
coram R.P.D.Meltio in causa Romana Societa-
tis 31.Ianuarij 1648 §.1.in fin. ibi. Notarius sū-
mam tenetur adhibere diligentiam pro scripturarū
custodia, & ad illarum exhibitionem cogi potest,
non solum Iudicis officio, sed etiam iure actionis,
alias ad interesse est condemnandus &c.

Nec hoc casu, quidquam iuuaret excusatio,
quod scripturæ furto fuerunt subtractæ, quan-
doquidem

doquidem hoc nōn præſumitur, ſed probati
concludenter deber. *l.ſi quis ex argentarijs §.an*
& haeredi vbi Bart.*ff.de edend.* Narta *conſil.166.*
num.12. Surd.*conſil.109. num.9. cum alijs alle-*
gatis in deciſ.18. numer.22. verſ.actorum amiſſio
nullatenus iuſtificatur &c. par.7.recent.& dein-
de fuit dictum coram R.P.D. Albergato *in cauſa*
Romana Redditionis rationis 27. Iunij 1650.§.
vltim.verſ.ſubtractio iſta libri, cum ſapiat delictū
concludentiſſimè venit probanda &c. cum alijs
ibi adductis,*& adde deciſ in cauſa Romana ſub-*
haſtationis de Alexijs 15.Maij 1648.corā R.P.D.
Cerro. *§.Nec iuuat allegare,quod inſtrumentum*
deperditum & amiſſum fuerit, quia amiſſio non
præſumitur &c. Vbi etiam deciditur, quod
parti, quæ tenetur ad cuſtodiam ſcripturæ, in-
cumbit onus, nedum probandi caſum ſecutæ
amiſſionis, ſed etiam iuſtificandi, quod ſine ſua
culpa contingerit. *Bart in d l.ſi quis ex argenta-*
rijs. §.an, & haeredi num.4. Caſtren. *conſil.301.*
num.1.lib.1. Alex *conſ.54. numer.5. lib.1.* Ruin.
conſ.70.num.6. lib.4. Honded. *conſ.19. num.17.*
*& 18.lib.1.*Rota *deciſ.452.n.8. verſ teneretur pro-*
bare illa caſu, & ſine culpa ſua fuiſſe amiſſa &c.
par.3 recent.

Inſuper aduertendum venit, quando quis
252 tenetur ad cuſtodiam ſcripturarum, vel alia-
rum rerum, & id ex officio, non admittitur ad
probationem amiſſionis, vel reſtitutionis, per
ſolum iuramentum, ſed aliter tenetur iuſtifica-
re caſum fortuitum amiſſionis, vt bene poſt
Io. Andr. Federic de Sen. Alb Bart. Alex. Felin.
& alios firmat *Maſcard.de probation. concluſ.88.*
num.7. verſ.quando amiſſio allegaretur à Nota-
rio &c, & reſpondit *Rota coram bo. mem.*Orano
in cauſa Romana *Mercium* 30.*Maij* 1588.*in fin.*
verſ. & ideo iuramento ipſius hoc caſu non ſta-
tur &c. & iterum coram codem *in cauſa Ro-*
mana Computorum 11.Februarij 1591.*§.vltim.*
verſ.quando ad alicuius rei cuſtodiam quis obli-
gatur, non admittitur ad probationem amiſſionis
per ſolum iuramentum &c.

Nam Notarij, & alij, qui ex officio tenentur
ad cuſtodiam ſcripturarum, obligantur præciſè
ad earum exhibitionem, conſtito de intereſſe
petentis, vnde allegando, quod eas non habēt,
253 quia furto illas fuerunt ſibi ſubtractas, iſta sūt
verba, vtique vbi facto opus eſt, verba nullate-
nus ſufficiunt *l.peculium.la prima,ibi, re enim nō*
verbis &c. ff.de pecul. gloſ. *in cap. Paſtoralis in*
verbo, & nota de offic.Ordinar. cum alijs in pun-
cto allegatis per Rotā *in cauſa Anconitana Man-*
na 21.Iunij 1649. §.Quia nec illius libri exhibi-
tio.verſ nō autem verba dare, quæ non ſufficiunt,
vbi facto opus eſt &c. coram R.P.D.Corrado, qui
tandem ſuperiori anno recurrente 1652. quar-
to Kalendas Martij, aureo virtutum tramite,
à S.D.N. INNOCENTIO X. Romana fuit
purpura inſignitus, cuius celebres prærogati-
uæ mihi potiùs ſilentium, quàm verbum pa-
riunt, admiratio quippe magna id operatur.

Imitabor quidem Heluetiorum conſuetudi-
nem, qui appoſito in ore digito, planetarum
Principem colebāt, vt demonſtrarent illius Aſtri
præeminentias, potiùs eſſe perpendendas, quā
perorandas, Et hoc eò libentiùs, cum mihi ſa-
tis comperta ſit tanti Cardinalis innata mode-
ſtia, nam & laudes, exiſtimat iacula, & hoſtes
credit laudatores, ſolùm tantùm dicam, eiuſdē
ingenuæ benignitati me mirum in modum ob-
ſtrictum eſſe, vt & iam aliàs atteſtatus ſum *in*
annotat.ad deciſ 470. ſub numer.58. verſ.propter
eius intimam Legum ſcientiam, ac animi candorē,
vitæque integritatem, affabilitatemque admirabi-
lem in omnes mihi cariſſimo &c part.4.rec tom.2.
Sed nunc domum redenndo.

Contra eum quippe vt ſupra dixi, conſtat
ſemper eſſe faciendam interpretationē, qui ti-
met aliquid in lucem mittere, aut ſe celat. De
254 ſtellis Hiadis, quæ ſicut dicunt Poetæ, fuerunt
ſeptem ſorores, aſſerunt Aſtrologi earum vlti-
mam, nominatam Meropen, non apparere in-
ter alias, & huius rei cauſam aſſignat *Hygin.*
cap.192. ibi, *conijcitur erubeſcere, quia mortalem*
virum acceperit, cum cæteræ Deos pro ſponſis ha-
beant. Quamobrem ſtella illa Meropen præ pu-
dore, ac timore non apparet, ſe celando.

Quare credemus Mercatores amare apothe-
cas obſcuras, vel opacas, & artificio quærant
255 reddere eas tales, heu id nimis notūm eſt,
quia timent, ne prauitates, maculæque pannorū
aſpiciantur, & ſic decipiant ementes. O im-
prudentia magna, ò viri, verè non lucis æternæ,
256 ſed horrendarū caliginum infernalium ama-
tores, ad quid deſeruiet eis poſtea accumulatus,
hac via, theſaurus, niſi ad magis accēdendum
ignem infernalem, & ſic vt plus intollerabili-
ter, intollerabilia illa æterna ſupplicia ſufferant.

Hinc ex noſtris verè dixit *Zaſ in §.æque. Inſtit.*
de action, ibi, *Mercatoribus obſcuritas eſt com-*
modiſſima, qui pannos & merces vendunt aliquā-
do vitioſas, opacant enim tabernas, ne ſol affulgeat,
& ne vitia pannorum videantur, ipſi autem ex-
cuſant ſe dicentes, Solem nocere coloribus &c. De-
moſthen.in Orat. pro Phorm. *Ingens,* ait, *eſt mi-*
257 *raculum ſi idem Mercator induſtrius videatur,*
& probus. Vnde inclamat text. in can.eijciens,
88. diſtinct. *Mercator, non ſine mendacio, & per-*
iurio eſſe non poteſt. Quare non ſine cauſa inge-
miſcit *Bald.in cap.cum cauſam el.2. in fin. de te-*
ſtibus, ibi, O quo vadit anima Mercatorum, &
facit dictum Zachariæ Prophetæ cap.14. *Non*
erit Mercator, inquit, *vltra in domo Domini exer-*
cituum &c. & facit, quod antiqui Poetæ dice-
bant, Mercurium fuiſſe Deum, Præſulemque
258 furum, & mercatorum, tamquam ſcilicet fur-
tum, & mercatura, ſint quadam cognatione
coniuncta, *vt ex noſtris exponit Tiraquell.in tra-*
ctat.de Nobilit.cap.33. num.10. verſ.tamquam
ſcilicet furtum, & mercatura &c.

Scio Iura ciuilia permittere contrahentibus
259 inuicem ſeſe decipere *l.in cauſa la 2.§.idem*
Pomponius ff.de minor. cum alijs iuribus allegatis
per Iaſ.in l.item, ſi quis in conſcribendo nu.5. cap.
de

de pact. tamen aliud est, in foro conscientiæ, Audiamus Tubam Spiritus sancti, nempe Paul.
260 Apost. 1. ad Corinth. 6. 10. ibi. *Neque iniusti, nec fures, nec rapaces, regnum DEI possidebunt,* & idem 1. Thess. 4. 6. ibi. *Ne quis opprimat, aut circumueniat in negotio fratrem, DEVS enim omnium illorum vultor est.* Quæ vero dixi de Mercatoribus, intelligo de illis, de quibus loquitur *text in l. iustissime 44. §. 1. ibi. nã id genus hominum ad lucrum, vel potius turpiter faciundũ pronius est &c. ff. de adilit. edict.*
261 Cæterum qui sunt candidæ, & vndique sinceræ fidei, & lucris anxiè, vltra quàm par est non insistunt, *iuxta text. in l negotiatores 1. ibi, ne commodum mercatura videantur excedere &c. C. de Episcop. audient.* verè digni sunt laude, & meritò extollendi veniunt. Non enim mercaturæ laudibus præiudicium affert, quod de
262 Mercatorum vitijs dixi, tum quia non omnes sunt tales, tum quia ea vitia, non sunt artis, sed hominum, & ad cognoscendum Mercatores non esse improbatos, non longè optima authoritas est inquirenda, & quidem suprema CHRISTI, qui apud Matth cap. 13. *Simile fecit Regnum cælorum homini negotiatori.* Vnde &c. Insuper & mercatores esse, publicæ est vtilitatis, *ex tinguit Bald in l 5 nu 5 ff ad S. C. Maced.* Plura in honorem Mercatorum congerit *Benevenutan. Stracch in tractat de Mercatur part. 1. num. 3. cum pluribus seqq.* & Tiraquell. *de nobilit. d. cap. 33. a num. 13* & Gregor. Tolos. *lib. 25 Syntagm. cap. 15. num. 8.* vbi Mercatorum encomia refert.

Modo autem redditum faciendo ad nostrum institutum, animaduertendum insuper venit,
263 quod præter pessimam naturam auri, quæ est, vt num. 139. dixi, valde amare tenebras, accedit eius palliditas, nam affirmante Regum omnium sapientissimus Salomon in prouerb. c. 21.
264 *Pauor ijs qui operantur malum &c.* Pallere enim est signum malæ conscientiæ, Vnde & *secundum Ouidium,*

O quàm difficile est, crimen non prodere vultu.

Nam & iuxta Senecam in epistol. 98. *Proprium*
265 *quid? nocētium est trepidare,* & vt inquit Orator Romanus lib. 2. de Orat. *Vultus sensus animi indicat, imagoque est animi, vultus,* & secundum eumdem in Pisonem *Vultus est sermo qui-*
265 *dam tacitus mentis.* & facit text. *in l obseruandum 19 ibi, neque precibus calamitosorum illacbrymari, id enim non est constantis, & recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit &c. ff. de offic. Præsid.* et ibi *glos. in verb. detegit.* asserit, quod text. ille docet mirabilem malitiam, quia
267 vult, vt Iudices aliud gerant in corde, et aliud simulent, et subdit, quod id optimè faciunt Bononienses. *sed ad nos.*

Quod enim pallor, siue trepidatio, vel titu-
268 batio, et similia cum sint signa malæ conscientiæ, faciant cōtra reum indicium ad torturam, omnium primus deduxit *Bald. in l. de minore*

§ plurium num. 1 per text ibi, *qua, quis constantia, qua trepidatione, quid diceret &c. ff. de quæstion.* vbi etiam *num. 4.* ait, quod vbi alia indicia extrinseca non procedunt, ex eo solũ quod
269 reus coram Iudice, loquitur trepidè pauendo, et variando oritur indicium sufficiens ad torturam. *& Bart.* secuti sunt *Paris. de Put. in tractat de Sindicat in verb. tortura cap 5 num. 1. & 2.* Angel. *in tractat de malefic in verb. Fama publica num. 105 & ibi Augustin. in addit. verb. adde Bart. Marsil. in d l. de minore § plurium numer. 12. & in prax. in verb. diligenter numer. 74.* et benè id probat *Aegid. Boss in prax. tit de Indic. & considerat. ante tortur. à nu. 38. vers. aliud indicium probabile est &c.* Caret *in practic. criminal. tit. de indic. & tortur. §. sextum indicium à num. 1. vers. si inconstanter, aut intrepidanter loquitur cum pallore &c.* vbi etiam dicit, quod
270 est signum malæ conscientiæ, si quis dum interrogatur declinat oculos ad terram, et ita tenent plures alij Doctores relati *per Farinac. in prax. criminal. titul. 2. cap. de indic. & tortur. quæst. 52. à num. 40.* vbi pro regula ponit, quod
271 vacillatio, titubatio, tremor, rimor, pallor, et similia signa faciunt indicium ad torturam, *& adde Ioan Zanger. in tractat. de tortur. cap. 2. numer. 101. vers. decimò indicium ad quæstionem est titubatio &c.*

Verum enimuero hoc totum arbitrio, et religioni Iudicantis relinquendum est discuti, nã
272 et veritas est, quod solus pallor, seu trepidatio dum non adest variatio in substantialibus, tale indicium fallax, et debile est, et maximè attenta qualitate personarum, nam sunt aliqui ita de proprio honore, et eius conseruatione soliciti, (sicut considerat *Boss d. tit. de indic. n. 41*) vt quamprimum se vident in carceribus, nihil
273 aliud agitent, nisi quam labem sit ipsi allatura ea incarceratio, et quæ futura sit hominum opinio de eis ob suspicionem criminis, pro quo detenti sunt, & ita perditis ferè sensibus delirant, & videntur semistulti. Nam, quod carcer
274 sit mala mansio, et locus immensorũ cruciatuum, inquit *text. in l omnes. 23. C. de pœn* et carceratus dicitur semper esse in cruciatu, et in tortura, hinc dixit *Bald in l. 1. C. qui ad libert. peruenir. non poss.* quod mortuus in carcere di-
275 citur verisimiliter mortuus in cruciatu, et tortura.

Et carceratorum negotia, desideria appellãtur, *in l. omnia ff de offic præsid.* plura iam deduxi ad effectum, vt quilibet subueniat alacriter miseris carceratis, *in annotat ad decis 617. à numer. 52. part 4. recent. tom. 3. et vide numer. 63.*
276 vbi probaui, quod adeo meritorium subuenire carceratis est, vt hoc opus æquipararetur martyrio, et amissioni bonorum &c. sed persistendo in terminis.

Quod solus pallor nõ faciat indicium ad torturam, id optimè ponderauit *Paris. de sindic. d. verb. tortura. num. 7.* vbi ait, quod reperiuntur aliqui, qui ob periculi magnitudinem, vel ob cordis

277 cordis debilitatem, et pusillanimitatem etiãsi
innocentes sint pallent, & tremunt, & titubãt
in conspectu Iudicis, & ibi refert exemplum
cuiusdam nobilis ineulpati de magno crimine,
qui eum intrasset aulam in qua stabat corda, ea
278 visa statim eecidit in terram, & minxit sub se,
& egestionem emisit, & tamen fuit repertus innocens. Et *Clar. in § fin. quæst.* 21. *numer.* 28. ait,
Quod multi sunt adeo natura timidi, qui eum
279 dueuntur ad præsentiam Iudieis, adeo turbẽtur, ita vt nesciant, quid dicant, etiamsi innocentissimi sint. & quantùm turbet præsentia Iudicis vide quæ dixi *in discurs. ad decis. bon. mem. Penia à num.* 120.

Cæterum nunc in viam redeundo, licèt enim
sola palliditas auri nõ sit sufficiens indicium ad
280 demonstrandã eius improbitatem, & timorẽ,
tamen iuncto alio adminiculo, quod est tenebrarum amantissimum, vt supra latè probaui *à num* 229. benè deueniri potest ad aliqualem illius non bonæ naturæ cognitionem, & sanè verum est dictum illud, *Aurum si placet, vitium non longè abest*.

SVMMARIVM.

281 *Auri acquisitio est magni laboris, possessio magni timoris, amissio magni doloris.*
Seruum malum quando quis habet, non curat eum apud se retinere, sed foras eijcit. nu. 281.

282 *Pecunia ad quid improbum non cogit.*

283 *Pecunia tanquam improbus seruus è domo eijci debet, & vbi.*

284 *Pecuniam, qui amat, proijciendo eam in sinum pauperum, sequitur illius naturã, quæ est amare tenebras.*
Pecunia non est abscondenda sub lapide in perditionem. num 284.

285 *Pecunia concludenda est in sinu pauperis.*
Pecunia in sinu pauperum multiplicat.

286 *Mercator, vt multiplicet suum frumentum non includit illud in horreum, sed proijcit in terram.*

287 *Pecuniam qui proijcit in sinum pauperum certissimus est de multiplico, & quidem centenario.*

288 *Sententiam fauorabilem qui sperat obtinere, deponit propinam pro Iudice.*

289 *Sententiam finalem in extremo iudicio, dum quis fauorabilem sperat obtinere, opus est, vt deponat propinam pro Iudice, sed vbi.*

290 *Auarus, dum in memoriam reuocatur magnum præmium præparatum, egenis subuenientibus frustra laboratur.*

291 *in Auarorum gymnasio aliud verbum non declinatur, nisi verbum, accipio, accipis.*

292 *in Auarorum infausta Academia alia problemata non disputantur, nisi super materia verbi, rapio rapis.*
in Academia auarorum perpetuo exilio exulata manet materia verbi, dono donas. numer. 292.

293 *Auari parùm curant de Oraculo illo diuino Melius est dare, quàm accipere.*

294 *Addere, multò melius est, quàm auferre.*
Dedecus est, semper sumere, nihilque dare, sed Auaris similes sententiæ odiosæ sunt.

295 *apud Auaros si aliquando fit mentio de verbo, dono donas, nominatur tamquam res fantastica, & incognita.*

296 *de Fœnice, multi tractant, sed in abstractu, & per traditionem, cum nemo reperiatur, qui eã viderit.*

297 *Donationis materia adeo recessit ab aula, vt fere eius memoria deleta videatur.*
Datiui casus loco, hodie successit ablatiuus. numer. 297.

298 *in Auarorum Tribunali alia memorialia non leguntur, nisi illa aureis literis conscripta.*

299 *in Auarorum amplo regno dummodo salua sit pecunia, non curatur de alio quamuis duro infortunio.*

300 *in Auarorum festiuitatibus alia instrumenta non resonant, nisi habentia cordas aureas.*

301 *Auari sunt ad instar plantarum, quæ ex illa parte flectũtur, vbi adest maior pars fructuum.*
Auari sunt sicut statera, quæ ex parte ea flectuntur, vbi adest maior pondus. nu. 301.

302 *Auaritiæ currus, duobus equis indomitis trahitur, tenacitate scilicet, & rapacitate,*
Eiusque auriga est ardor semper habendi, & quàm sit crudelis, acerbissimaque ferula vtitur.

303 *Malum maius alicui non potest optari, quàm auaritia, & quare.*

304 *à Morsu rabido interesse, qui tangitur, verè infœlix est. & quàm sit miser.*

305 *Auari multi, tamquam verè furiosi in propriã vitam conspirarunt, & referuntur non nulla exempla. num.* 309. *& seq.*

310 *Auarus quidam cum ægrotaret, condendo testamentum, se ipsum tantùm hæredem vniuersalem instituit.*

311 *Auarus quidam morti proximus, quamplures aureas monetas auidè degluxit.*

312 *Auarus, cum perdidisset magnam summam pecuniarum, præ dolore volens se suspendere, vt non experderet sex obulos in quadã quantitate funis, quæsiuit mortem viliori pretio.*

313 *Hermon fuit adeo magnus auarus, vt cum semel se somniauerit, quamdam pecuniarum summam ei fuisse subtractam id tàm acerbè tulit, vt se ipsum necauerit.*
Auari mens, semel vinculis cupiditatis astricta, actum est.

314 *Auari sunt sicut illi, qui morbo aliquo, vel sensus stupore, cibi suauitatem non sentiunt.*

315 *Infirmus, quando non sensit cruciatus doloris, pessimum signum est.*

316 *Infirmior est, qui nescit suam infirmitatem.*

317 *ob Auaritiam plures damnantur, quàm ob luxuriam.*

318 *Auari, ebrijs, ac furiosis æquiparantur.*

319 *Auarus semper aurum, semper argentum videt.*

Aua-

Auarus semper redditus computat. num.319.
Auaro charior est lux auri, quàm Solis. numer.319.
310 *Auarorum supplicationes ad DEVM, alia nõ*
sunt, nisi aurum petere.
321 *Auari non tantùm sibi ipsis molesti sunt, sed*
cæteris quoque.
322 *Auarus est propinquis odiosus, famulis grauis,*
amicis inutilis, exteris vix affabilis, vicinis
molestus.
323 *Auarus est vxoris malus contubernalis, Librorum parcus, & sordidus educator sui ipsius*
malignus curator.
Auarus est semper cogitabundus, & sæpe sibi
ipsi, more furiosorum, loquitur. nu.323.
324 *Auaritia, vel Prodigalitas, quæ sit tollerabilior, est quæstio ardua inter Academicos.*
325 *Auaris danda sunt calcaria, prodigijs vero frenum, & quare.*
326 Prodigus *est auaro melior, quia ille pluribus*
prodest, iste vero nemini, imo nec sibi ipsi.
327 *Nequam, qui sibi est, nemini potest esse bonus.*
328 *in Obsidione Casilini, tãta inopia perplexi fuerunt ciues, vt centum denarijs constat, fuisse*
venditum murem.
Et ille, qui eum vendidit fame perijt, & emens
vixit.
329 *Auarus omnes homines odio prosequitur, tàm*
pauperes, quàm diuites. & quare.
330 *Auarus, si potentiorem videt, timet eum vt raptorem, si inferiorem, vt furem.*
331 *Auarus vellet nullum reperiri hominem, vt ipse*
omnia possideret.
Auarorum diuitiæ sunt sicut Sol post occasum.
num 331.

CVm ergò ex iam relatis tam pessima sit
natura auri, nam & eius acquisitio est
281 magni laboris, possessio magni timoris, amissio magni doloris, ideoque sicuti quis dum habet seruum malum, non curat apud se eum retinere, sed eum è domo eijcit, summè illum abhorrendo, & quid peius auro? ad quid improbum nos non cogit? Quis ergò talem dome-
282 sticum inimicum vltra necessitatem domi suæ
abundanter retinere non timebit, Heu tamquã
malignus seruus è domo proijciendus est, &
vbi iam dixi supra, nempe in sinum pauperum.
283 Nam si tu amas pecuniam, itaut eius sequi
velis naturam, scilicet abscõdere eam, & id scitè
adimplebis.
Quoniam inquit Oraculum Cœleste, *in Ecclesiast. cap. 29.* ibi, *Non abscondas pecuniam sub*
284 *lapide in perditionem*, & deinde subdit. *Conclude eleemosynam in sinu pauperis &c* Insuper
285 pecunia in sinu pauperis posita germinabit.
Mercator vt multiplicet suum frumentum non
286 includit illud in horreum, sed proijcit in terram, tutus de multiplico, tempore suo postea
metendo, sic qui proijcit pecuniam in sinu pau-
287 peris, certissimus de augumento in Cœlum
postea centuplicatè metet.

Sententiam fauorabilem, quando quis iam
288 sperat habere, deponit propinam pro Iudice,
sic & nos, si speramus finalem illam sententiam
fauorabilem obtinere, opus est vt deponamus
289 propinam, sed vbi, in sinu pauperum, ipsum
Iudicem venturum in pauperibus cibando, &
subueniendo, quia postea ipse laturus sententiã
pro causa quare ad electorum fauorem iudicabit, non aliam exprimet nisi, vt habetur apud
Matth. cap. 25. ibi, *Possidete vobis paratum Regnũ*
290 *esuriui, & dedisti mihi manducare, sitiui, & dedisti mihi bibere, hospes eram, & collegistis me &c*,
sed operam & oleum amitto, dum hæc & similia refero auaritiæ deditis,
Nam & in magna palestra virorum interesse
291 deditorum aliud verbum non declinatur, nisi
verbum *accipio, accipis.* In infelici Academia
eorumdem alia problemata nõ disputantur nisi
292 super materia verbi *rapio, rapis*. Exulata penitus ac perpetuo decreto, materia gloriosi
verbi, *dono, donas*, vel *do, das*, parum curando
illud DOMINI relatum à gloss. super rubr. ff. de
293 commendat. *Beatius est dare, quàm accipere*,
nec illud Regis Artaxersis adductum à Plutar-
294 cho in apophet. *Multò melius est addere, quã auferre*, & sic multò minus sufferre possunt illud Martialis

Dedecus est semper sumere, nilque dare.

Vnde si aliquãdo de verbo donationis, apud
eos fit mentio, nominatur tamquam res inco-
295 gnita, ac si loqueretur de Fenice, in abstractu,
& per traditionem, cum nemo reperiatur, qui
296 gloriari possit se eam vidisse. Congruitque
quod dixit *Rota in causa Romana scutorũ 4000. 4. Iulij 1635. coram re. me. Merlino, est decisio 69. num. 3. par. 7. recent. & inter eius impress. est de-*
297 *cis. 692. num. 3. par. 1.* nempe hisce nostris temporibus donationis materiam, adeo recessisse
à praxi, vt ferè eius memoria delata videatur,
cum ibi allegatis: Heu, quod hodie loco casus
datiui, successit ablatiuus, vt infra dicam,
Insuper in Tribunali supradictarum perso-
298 narum alia memorialia non transeunt, nec leguntur, nisi illa aureis literis scripta. In amplo
299 Regno Auarorum, dummodo salua sit pecunia, de quolibet infortunio quamuis infausto,
non curatur. Nam salua pecunia, omnia salua
sunt. Et tandem in illarum festiuitatibus, alia
300 instrumenta non resonant, nisi habentia cordas argenteas. Isti sunt ad instar plantarum,
quæ ex illa parte flectuntur, vbi adest maior
301 copia fructuum, vel sicut statera, quæ ex illa
parte pendent, vbi habent maius pondus.
302 Auaritiæ currus duobus equis trahitur, tenacitate, scilicet, & rapacitate, eiusque auriga
est ardor semper habendi, qui ferula acerbissima vtitur. Meritoque quidam Philosophus di-
303 xit, quod non optauit maius malum inimico
suo, quàm auaritiam, quia auarus, nec hic habet pacem, nec in alia vita meritum, O infelicessisti, qui à tabido morsu auaritiæ tanguntur,

304 & benè quilibet eorum deplorando propriũ
infortunium ingemiſcere poteſt, *vna cũ Sycoph.*
apud Plaut in Plut. act. 4. ſcen. 3. ibi

Hei mihi miſero, quàm miſerè perij nunc miſer,
O ter me miſerè miſerũ, & quater et quinquies,
Et duodecies, & decies, millies, ah, ah,
Heu obrui, tàm multiplici infortunio.

Quid mirum ſi multi ex his, more furioſo-
305 rum, in propriam vitam conſpirarunt, refert
Plutarc. de Caſſio Lucinio, viro auaritiæ valde
dedito, qui captus, & conuinctus de multis la-
trocinijs, & extorſionibus, & videns M. Tull.
Ciceronem, tunc præſidentem inductum pur-
306 pura, vt contra eum ferret ſententiam con-
fiſcationis bonorum, & exilij, anteaquàm eum
condemnet, Lucinius fecit ſignificare M. T. iã
eum mortuum eſſe, & interim ſe iugulauit mi-
307 ſerabiliter, vt bonis confiſcationem auerte-
ret, non dum enim latæ erant leges, de quibus
hodie.

Quid namque ſtultius, & miſerius poteſt au-
diri. Simile quoque accidit illi, alio deploran-
do verè auaro, qui cum multam frumenti co-
308 piam in horreo condidiſſet, cogitans famem
futuram eſſe magnam eamque optaret, ſed cũ
totum contrarium accidiſſet, nam benedicen-
te Domino, maxima fuit abundantia frumenti;
309 Vnde à deſperatione ductus, vt alter Iudas,
laqueo ſe ſuſpendit in medio horrei. Oculum
etiam demus ad illum infelicem, & inſanum
auarum vocatum Ermocratem, qui, *vt narrat*
310 *Ateneus*, cum mortaliter ægrotaret condere
voluit teſtamentum, & in eo tantùm ſe ipſum
hæredem vniuerſalem omnium ſuorum bono-
rum inſtituit, ſed paulò poſt non inuenit modũ,
quomodo illa ſecum ferret, & ſic opus fuit, vt
omnia relinqueret.

Derideamus alium etiam huiuſmodi farinæ
311 hominem, qui morti proximus quamplures
aureas monetas auidè degluxit. O ſtolidos in-
felices, imo infeliciſſimos. Fertur quoque de
Dinario Fidone vero ſummè auaro, qui cum
penitus ſe in deſperationis abyſſo proijciſſet,
312 quia certam pecuniarum ſummam amiſerat,
ea de cauſa laqueo non ſe ſuſpendit, vt non ex-
penderet ſex obulos in quadam quantitate fu-
nis, quærendo mortem pretio viliori.

Narrat pariter, *Lucilius*, de Hermone, qui ſic
dilexit auaritiam, & tam ei cordi fuit, vt cum
313 ſemel ſomniauerit quamdam pecuniarum sũ-
mam furto fuiſſe ſibi ſubtractam, à tam acer-
bo dolore aggreſſus fuit, quem ferre non valẽs,
melius putauit ſe ſtrangulare, vt fecit. O ite-
rum ſtolidos, & infeliciſſimos, nam, & auari
ſunt ſicut illi, qui morbo aliquo, & ſenſus ſtu-
314 pore, ſuauitatem cibi non ſentiunt, ſic & aua-
ri laborant tali morbo, vt guſtum in aliquo,
præter quàm in pecunia nõ ſentiant, ſurdi enim
ſunt ad omnia, ſignum enim peſſimi morbi eſt,
3.5 dum infirmus non ſentit cruciatus doloris,
nam teſte Hippocr. in Aphoriſm. c. 20. *Quicun-*
que dolent in aliqua parte corporis, & dolorem
non ſentiunt his mens ægrotat. Omnes infirmi
316 ſumus, ſed infirmior eſt, qui neſcit ſuam in-
firmitatem, & ad propoſitum noſtrum fertur,
quod dœmon abiuratus, & coactus dicere pro
317 quo peccato plures damnarentur, *Reſpondit*
vos creditis (inquit) *quod pro luxuria, ſed non*
eſt ita, quia in iſto peccato ſcit, qui peccat, & cõ-
fitetur, ſed plures damnantur ex cupiditate, &
auaritia, quia nullus ſcit ſe eſſe auarum, id palliã-
do diuerſis excuſationibus, à quibus excæcati cer-
tè mens ægrotat.
318 Quod autem auari, & inſani, & ebrij ſint, *ſcri-*
ptum reliquit S. Baſilius in homil. in diteſcentes
auaros. *Quemadmodum*, inquit, *per inſaniam,*
& ebrietatem mente moti, res probè non vident,
ſed morbi ſui ratione, quæuis imaginantur. ſic ani-
ma tua auaritia poſſeſſa, cuncta aurum, cuncta
argentum reſpicit. optimè id pariter conſiderat
319 *text. in d. can. ſicut.* ibi, *auarus ſemper aurum,*
ſemper argentum videt, ſemper redditus compu-
tat, gratius intuetur aurum, quàm Solem, ipſa
320 *eius oratio, & ſupplicatio ad DEVM aurum*
quærit &c. 47. diſtinct.

Auri quippe inſatiabilis fames, non ſolum
321 turbat eius poſſeſſores, ſed etiam alios, & sũt
non tãtùm ſibi moleſti, ſed cœteris quoque, ſi-
bi, alijſque graues, tamquam à mente alieni:
idque eleganter exprimit *S. Aſterius* homil. ad-
uerſus auaritiam, in hæc verba. *Auarus pro-*
322 *pinquis eſt odioſus, famulis, grauis, amicis in-*
utilis, exteris difficilis, & vix affabilis, vicinis
moleſtus, vxoris malus contubernalis, liberorum
parcus, & ſordidus educator, ſui ipſius malignus
curator, noctu, interdiuque ſollicitus, & cogita-
323 *bundus, ſecum ipſe loquens, ac differens, eorum*
more qui mente excidere, & inſania lapſi ſunt &c.

Inter Philoſophos, necnon Academicos ar-
dua controuerſia eſt, quidnam tolerabilius ſit,
324 an Auaritia, vel Prodigalitas, & niſi longum
eſſet, poſſem argumenta vtriuſque partis re-
ferre, ſed quia iam ſatis breuitatis metam trã-
ſiui, & tranſibo, ideo hæc alibi reſeruo. Solùm
aſſeram, quod ſi meam dicturus eſſem ſenten-
tiam, neminem abſoluerem, amboſque cõdem-
325 narem, auariſque quidem commodarem
calcaria, prodigis verò frenum, vt illi ad libe-
ralitatem peruenirent, iſti autem in liberali-
tate tantùm ſiſterent, ſed perſiſtendo in ter-
minis noſtris, Audiamus ſententiam Ariſtote-
lis 4. Ethic. cap. 4. qui quærens an damnabilior
ſit prodigalitas, vel auaritia, & ſic reſpondit.
Prodigus auaro melior eſſe videtur, quia ipſe mul-
326 *tis, illiberalis nemini prodeſt, imo nec ſibi ipſi vti-*
lis, quidem eſt. Ideoque *ſecundum eruditum*
Philoſophum. Auarus peſſimus eſt, & facit, id
quod legitur, in Eccleſiaſtic. cap. 14. ibi, *Qui*
327 *ſibi nequam, cui bonus,* Refertur, *in lib. 1. hiſtor.*
apud Frontinum, quod Caſilini obſidente An-
nibale, tanta inopia perplexi fuerunt, vt centũ
328 denarijs murem fuiſſe venditum cõſtat, eiuſ-
que venditorem fame perijſſe, emptorem autẽ
vixiſſe,

vixisse, & ex nostris retulit. *Gul. Benedict. in cap. Raynutius. in verb. cætera bona sub num. 5. de testam.* vbi id refert *ex Valer. Maxim. lib. 7. titul. de necessit.* & super hoc nō parum inclamat.
329 Et ait, quod multi sunt, qui vellent potiùs
perdere oculum, quàm denarium.
Auarus omnes homines odio prosequitur,
330 tam pauperes, quàm diuites, pauperes ne
quid ab eo petant, diuites, quia quod illorum
est non possidet. Congruit etiam illud pro-
uerbium, *Auarus si potentiorem videt, timet, vt*
331 *raptorem, si inferiorem, vt furem, & vellet nul-*
lum reperiri hominem, vt ipse omnia possideret.
Auarorum enim diuitiæ, sunt vt Sol post occa-
sum, neminem enim mortalium delectant.

SVMMARIVM.

332 *Auaritiæ vitium eò, detestabilior est, quia contra naturam aliorum vitiorum numquam senescit.*

333 *Homine senescente, senescunt etiam vitia, sola verò auaritia iuuenescit.*

334 *Prodigalitas est melior auaritia, quia illa magis corrigibilis est.*

335 *Iuuenes prodigi plures ad terminos liberalitatis se restringunt, cessante iuuenili calore.*

336 *Auaritia est morbus sine medicina.*

337 *Auaritia iuuentutis crescit ætate, sicut crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.*

338 *Senectutis maximum vitium est auaritia.*

339 *Auaritia senilis est monstro similis, quia enim stultius est, quam deficiente via augere viaticum.*

340 *Senis obstinatio inter abusiones huius seculi maior est. & quare.*

341 *Senex semper videtur esse in morte.*
Senectus est vitæ occasus. num 341.

342 *Senis vita in primioribus labijs habitat.*

343 *Senex non solùm est infirmus, sed etiam delirus.*

344 *Lucinus Caluus, cum esset satis senex, & rogatus, vt officium Tribunatus militum susciperet, quid respondit.*
Senex non est amplius homo, sed vmbra, & nomen eius quod fuit. num. 344.

345 *Iuuenis viuere potest, senex verò debet mori.*

347 *Clericum si quis percusserit, iter debet arripere Romanum, vt à Summo Pontifice ob incursa excommunicatione absoluatur.*

348 *Senex, si percutiat clericum, non tenetur arripere iter Romanum, & potest absolui à suo Episcopo.*
Quod procedit etiamsi validus reperiatur ad ambulandum.

349 *Senes dicuntur infirmi, cum senectus ipsa sit morbus.*

350 *Infirmitatis impedimentum excusat à lapsu fatalium.*

351 *Infirmitas sicut excusat à lapsu fatalium, ita & decrepitas, cum sit magna infirmitas.*

352 *Senectutem, dum quis optat, quid sibi optet.*

353 *Senex dicitur, quasi seminex, hoc est semi mortuus.*

354 *Senex æquiparatur mortuo, hinc Indi consueuerunt senes interficere, quasi inter eos. & mortuos nullam adesse differentiam constet.*

355 *Mortui corpus sicut non potest retineri pro debito, ita nec senex.*

356 *Senex, homo est, & non est.*

357 *Septuagenarius non potest retineri in carcere pro debitis. nu 361.*

358 *Et ita passim obseruatur in Visitatione carcerum. & num. 360.*

359 *Sexagenarij ne dum possunt condemnari ad triremes, sed nec torqueri.*

362 *Infirmi debent habere præbendæ fructus distributiones quotidianas, & etiam anniuersariorum.*

363 *Senes habent priuilegium, infirmorum circa acquisitionem distributionum quotidianarum.*

364 *Intellige tamen si dum erant iuuenes soliti erāt interesse diuinis, sicuti dicitur de infirmis. numer. 365.*

365 *Senes laudant præterita, & vituperant præsentia.*

366 *Auari æquari possunt illis, qui à canibus rapidis morsi sunt. & quare & nu seq.*

367 *Morsis à canibus rabidis periculum ineuitabile manet.*

368 *Morsi à canibus rabidis nemo seruatus fuit. secundum Dioscorid & miratur de illis qui scribunt nonnullos conualuisse.*

369 *Remedia multa cōtra morsus canis rabidi scribuntur, sed nullum est tutum.*

370 *Morsus canis rabidi, quot mala possit generare. & num. seq.*

371 *à Canibus rabidis morsi, retinent eamdem vim, infrigendi talem morsum.*

372 *Radix rosæ siluestris est valde potens, & vnicum remedium pro sanandis morsibus canis rabidi. & num. 373.*

374 *Auaritiæ morbus eiusmodi malum est, vt vix vmquam eo, quis liberari posset.*

375 *contra Auaritiæ morbum licet plurima edita sint pharmaca, tamen ferè omnia sunt frustratoria.*

376 *Peccatum auaritiæ mentē ipsam inficit, & ita grauem reddit, vt ad sublimia tolli nequeat.*

377 *Oculi Thobiæ sicuti ex stercore hirundinum excæcati fuerunt, sic oculi auarorum excæcantur à bonis temporalibus.*

378 *in Fornace auaritiæ, quid non conflatur, & non profligatur.*

379 *Auaritia, sic claudit oculos hominibus, vt desperata sit spes recuperationis luminis.*
Auaritia sic mentem hominum obstrictā tenet, vt nullo tempore respirare sinat & num 379.

380 *Iudicium extremum, seu finale est valde potēs ad incutiendum terrorem iniquis.*

381 *Iudicij finalis discursus, sic homines olim deterrebat, vt præ timore quasi arescebant.*
Ideoque M. Aur. Imp. vetuit, sub pœna relegationis in insulas, tales discursus.

Digitized by Google

382 *Quæ quidem lex incaſſe fuit lata, & certè, quo*
ad auaros dupliciter.
383 *Auari non deterrentur ex memoria, & exag-*
geratione horroris extremi iudicij.
384 *Auarorum conuerſiones raræ, & perdifficiles*
experiuntur.
387 *Itaque nec valens ſit, quamuis viderent ipſum*
Luciferum, barathrumque infernale apertum
ad eos æternaliter ſuſcipiendos.
388 *Auaritia peccatum eſt altæ radicis, & circum-*
dat terram cordis humani, vt reſiſtat viribus
diuinorum auxiliorum.
389 *ex Auaritia maledicto arbore, qui fructus naſ-*
cantur.
390 *Auaros, cum tàm difficile ſit, reducere in*
viam ſalutis, DEO cui omnia poſſibilia ſunt,
remittenda eſt eorum conuerſio.
391 *Peccator, qui ad mortis cogitationem ad pœni-*
tentiam non reddit, DEO remittenda eſt eius
conuerſio.

EX cauſis igitur ſuperiùs relatis conſtat,
quàm ſit deteſtabile vitium auaritiæ, verũ
332 eò magis creſcit, eius deformitas, & deteſta-
tio quia contra naturam omnium vitiorum nũ-
quam ſeneſcit, imo quantò magis ſeneſcit ho-
mo, illud maiorem vim, & robur ſuſcipit, audia-
mus S. Hieronym. in quodam ſermone. *Cum*
333 *cætera vitia*, inquit, *ſeneſcente homine ſeneſcãt,*
ſola auaritia iuueneſcit. In hoc enim auaritia
eſt peioris conditionis, quàm prodigalitas, nã
334 iſta magis corrigibilis eſt, *vt inquit S. Thomas*
2. 2. quæſt. 119. art. 3. egeſtate, & ſenectute ſana-
tur, in quo etiam Iuuenes prodigi ad terminos
335 tantùm liberalitatis ſe reſtringunt, ceſſante
iuuenili calore & facilitate, *vt loquitur text. in*
l. ſi maritus. 15. § Lex Iulia. ff. ad leg. Iul. de adult.
336 Auaritia verò, vt dicebam, ineuitabilis eſt,
inquit Ariſtot. lib. 4. moral. ad Nicom. cap. 5. Et
auaritia iuuentutis creſcit ætate, ſicut creſcit,
337 amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.
Nam maximum Senectutis vitium eſt aua-
ritia, & tamen ſecundum Tragicum Philoſo-
338 phum in tract. de morb. & Oratorẽ Romanũ
de ſenect. *Mõſtro ſimilis eſt Auaritia ſenilis, quid*
enim ſtultius eſt, vt dici ſolet, quàm via deficiente
339 *augere viaticum*, ideſt, deficiente vita augere
patrimonium.

Hinc dolenter aſſerit Hugo Victorinus de
clauſtr. anim. lib. 2. ibi, *Inter abuſiones huius ſe-*
340 *culi ſola maior, ſenis obſtinatio, qui morti proxi-*
mus, mortis non timet aduentum, qui quaſi ad
oſtium huius Mundi poſitus, foris expectat, nec
tamen vitæ præſentis attendit egreſſum, nec futura
conſiderat, Audit nuntios mortis, & credere non
vult eis.

341 Senex enim ſemper videtur eſſe in morte
l. is qui ff. de fideicommiſſ. libertat. & notant DD.
in l. ſenium. C. qui teſtam. fac. poſſ. & ſecundum
Senecam. *Senectus nihil aliud eſt, niſi vitæ occa-*
342 *ſus.* Nam ſenis vita, *vt eſt in prouerbio*, in la-
bijs primioribus habitat. Ideoque ſenex non
deſcendit ſed cadit, pluſquam infirmus, cum
non ſit ſolùm infirmus, ſed vt Græcorum muſæ
343 canunt, *auctore Apollodoro.* pariter & delirus,
atque ex noſtratibus refert *Ludouic. Gomeſ. ſu-*
per regul. Cancellar. de infirm. reſignant. quæſt. 7.
verſ. & ideo ſenex &c.

Quare Lucinus Caluus homo Romanus ex-
actæ ætatis, & magno natu ſenex, rogatus, vt
ſuſciperet officium Tribunatus Militum, ita re-
344 ſpondit Romanis. *Me iam non eundem, ſed*
vmbram, nomenque Lucini Calui, relictum vi-
detis. Et licet mors omnibus continuò immi-
neat, nam, vt inquit Euripides in Alceſte. *Omnes*
345 *homines debent mori, & nemo mortalium eſt,*
qui ſciat, an ſit victurus craſtinam diem futu-
ram &c. Tamen iuuenis viuere poteſt, ſenex
346 verò debet mori, quia vt ſupra *ex Seneca dixi.*
Senectus eſt vitæ occaſus.

Hinc eſt, quando quis Clericum percutit ob
tam nefarium ſcelus, debet iter arripere Ro-
347 manum, vt à Summo Pontifice ab incurſa
excommunicatione abſoluatur. *iuxta textum*
in can. ſi quis ſuadente, 17. quæſt. 4. ſed hoc li-
348 miratur, quando percutiens eſt ſenex, quia
poteſt abſolui ab eius Epiſcopo, quamuis ſit
fortis ad ambulandum, *cap. ea noſcitur 12. de*
ſentent. excommunicat. & ponderant *plures DD.*
relati à Carolo de Graſſ. de effect. clericat. effect. 9.
à num. 160. & per Barboſ. in collectan. Iuris Ca-
nonic. lib. 5. Decretal. titul. 39. cap. 13. num. 3.

Et ratio eſt, quia ſenes dicuntur infirmi, &
349 ipſa ſenectus eſt morbus. *videatur Fragoſus*
de Republic. Chriſtiana tom. 2. lib. 1. diſputat. 2.
§. 3. nu. 64. in fin. & Caſtr. Palaus tom. 9. diſput. 3.
punct. 22. & §. 4. num. 14. Leon. de Cenſur. re-
collect. 5. num. 468. Vnde infirmitatis impedi-
350 mentum, ſicut excuſat à lapſu fatalium *Au-*
ued. lib. 11. tit. 18. lib. 4. recopil. num. 26. & 27. Gre-
gor. Lopez. lib. 24. titul. 23. par. 3. Scacc. de appellat.
quæſt. 15. num. 145. verſ. promiſcuè loquuntur.
351 Ita etiam excuſat ætas decrepita, vt per-
pendit *Rota in cauſa Anconitana Dotis 17. Iu-*
nij 1647. coram bon. mem. Arguelles. §. Quæ infir-
mitas &c. & ibi redditur ratio, de qua ſupra,
quia ſenectus ipſa eſt morbus, & allegatur *tex.*
in l. ciuitatibus 125. ff. de legat. 1. cap. magna. de
vot. vbi Abb. Idem in cap. quoniam. num. 6. vt lit.
non conteſtat. & D. Auguſtinus ait, Cum ſibi
352 homines optant ſenectutem, quid aliud op-
tant, niſi longam infirmitatem.

Senex etenim, vt tradunt optimi auctores
353 dicitur quaſi ſeminex, hoc eſt ſeminortuus,
quod acta maiori ætatis ſuæ parte, iam morti
propinquior eſt. Vnde *Apoſtol. ad Hebræos c. 8.*
dicit, qui antiquatur, & ſeneſcit, propè inte-
ritum eſt.
354 Imo ſenex æquiparatur mortuo, & ob hanc
cauſam Indi, *teſte Herodoto lib. 3. hiſtoriar.* con-
ſueuerunt ſenes interficere, & edere, tamquam
355 inter ſenes, & mortuos nullum ſit diſcrimen.
Hinc quoque eſt, ſicuti corpus mortui non po-
356 teſt retineri pro debito cũ ſit iniuſtum. *auth.*
item

item qui domum. C. de sepulch violat. ergo nec
senex, qui vti *Beroald. ex Græcorum prouerbio*
357 *refert*, homo est, & non est, & in puncto dis-
ferit *Gasp. Boet. in tractat. de inop. debitor. cap. 7.*
num 11. vers sicut corpus defuncti &c. Vnde se-
cundum veriorem opinionem septuagenarius
358 non potest detineri in carceribus pro debi-
to, prout passim seruatur in Visitationibus car-
cerum. sicut *post Carpan. & alios testatur Gra-*
tian. discept. forens. 328 nu. 14. & deinde sic quo-
que aduertit *D. Elisæus Danz. in tract. de pugn.*
Doctor. tom. 3. titul. de Sen. in delict. excusād. cap. 1.
vers. & aliud, vbi firmat, sexagenarios ratione
359 senilis ætatis, ne dum possunt condemnari ad
triremes, sed nec torqueri, sed mitius proce-
dendum esse, *ad textum in l. si quis graui. §. igno-*
scitur ff ad Syllan. & addit, quid,
360 Imo, nec carcerari possunt, & si fortè repe-
riantur carcerati in Visitatione debent dimitti.
Reg. Rouit. prag. 3. de Visitat. num. 36. videatur
P. Diana resolut. moral. par. 1. tractat. 9. de ieiun.
resolut 19. Videmus etiam senem habere be-
neficium electionis, & variationis fori, *ex mul-*
tis cumulatis per Nouar. de elect. & variar. for.
quæst. 18. *sect. 1. per tot.* & probat Aloys. Ricc.
decis. Cur. Archiepisc. Neapol. 233 num 2. vers. se-
nem habere beneficium electionis &c. & insuper
testatur, secundum communem opinionem
361 Doctorum, senem non posse torqueri, nec in
carcerē pro debito ciuili mitti, *ex ibi allegatis.*
Insuper sicuti infirmi debent habere fructus
362 præbendæ. *cap. ad audientiam. de cleris. non re-*
sident & debēt habere distributiones quotidia-
nas. & etiam quæ dantur pro distributionibus
defunctorum. *cap. vnic. de cleric. nō resident. in 6.*
363 Ita quoque senes debet habere tales distri-
butiones, vt concludit *Trentacinq. in consil. 59.*
à num. 5. & sequitur *Gratian. discept forens. cap.*
805. *num. 40 & seq.* cum alijs allegatis per *Bar-*
bos. de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 53.
num. 154. Quod intellige dummodo alias dum
364 erat iuuenis solitus erat residere, pro vt
etiam dicimus de infirmis, qui non lucrantur
prædictas distributiones non obstante infirmi-
365 tate, si cū erant sani non erant soliti residere,
vt dixi *in annotat. ad decis. 576. à nu. 125. part. 4.*
recent. tom. 3. quem locum etiam ad hoc alle-
ganit *Tondut in suis resolut. benefic. cap. 202. nu-*
mer. 1. vers Paul. Rub. in annot &c Aliqua con-
tra senes, qui semper laudant præterita, & vi-
tuperant præsentia *congessi in annotat. ad decis.*
460 *à nu. 24 part. 4. recent. tom. 2.* Vtique modo
reducendo ad exagerandum auaritiæ incura-
bilem morbum, quare.
Insuper Auaros non sine causa æquare possu-
366 mus illis, qui à canibus rabidis morsi sunt,
nam talibus secundùm Dioscorid. lib. 6. cap. 35.
Periculum ineuitabile manet, quorum acerba
367 mala narrat *lib. 2. cap. 39.* & subiungit de his.
Neminem seruatum vidimus. Et insuper sum-
368 moperè admiratur Euademum referre, quę-
dam à tanto morbo conualuisse, & licet ipse
adduceat multa, & diuersa remedia prout etiam
habentur *apud Galenum in lib. ad Solo.* tamen
369 nullum tutum est.
Videatur etiam *penes Petr. Valerian. lib. 5.*
vbi ponit multa damna in eis, qui à canibus
rabiosis morsi sunt, & sic in fine concludit.
370 *Vniuscuiusque canis morsum tam perniciosum*
esse, vt ferunt eum, qui fuerit semel à cane læsus,
pestilenti contagine, gallinarum incubitus, pecoris
fœtus, & abortus incremento suo vitiari, eiusque
introitu alterius vulnera grauari. Et ex hoc
traxit originem prouerbium illud relatum
à Cellio Rodigin. antiq lect. lib. 9. cap 25. nempe
371 *Rabidi canis morsus in eos, qui infecti ipsi ma-*
lorum congressu, alios itidem inficiunt.
Estque communis opinio, & præsertim Lu-
ciani, qui in ea sententia est quod. Non modo
rabiè agitari, & aquam expauescere, quos ita
372 effectus canis momorderit, *sed & ipsos retine-*
re, vim eundem imprimendi morsum. Cell. Ro-
dig. pro vnico remedio huius veneni assignat
373 *radicem siluestris rosæ, quæ Cynorrhoda appel-*
latur. Sed vt dixi est malum, non ita facile,
imo difficillimè medendum.
Incidēter hæc dicta sint circa personas mor-
374 sas à canibus rabidis, quibus æquari possunt,
vt dixi, auari, nam & isti, non minusquam illi
perdifficulter sanantur, Quia teste S. Asterio
375 homil. 3. aduersus Auaritiam: *Auaritiæ mor-*
bus eiusmodi malum est, vt vix vmquam eo, quis
liberari possit. Et licet contra dictum morbum
auaritiæ, varia, et diuersa prodita sint remedia,
376 seu pharmaca, tamen omnia, vt veri magistra,
nempe experientia docet, vana, et quasi peni-
tus frustraroria sunt.
Nam cogitatio rerum cœlestium, aliàs po-
tens remedium, ad euacuanda vitia, nihil ope-
ratur, quippe, vt considerat Sanctus Gregorius
377 lib. 4. moral. *Peccatum auaritiæ mentem quam*
infecerit, ita grauem reddit. vt ad appetenda sub-
limia, attolli non possit, et vt benè ex nostrati-
bus asserit *Card. de Turrecrem. in can sicut. nu. 3.*
47. distinct. Sicuti oculi Thobiæ ex stercoribus
hirundinum excæcati fuerunt, sic oculi mentis
auarorum bonis temporalibus excæcantur, ne
possint cognoscere, aut affici circa bona cęlestia.
Insuper cogitatio acerbæ passionis Redem-
ptoris, & Amoris nostri, nec aliquid eis opitu-
378 latur, idque ingemiscit deuotus Bernardus
Sanctus, in Cantic. ibi. *Non sine miserabili gemi-*
tu dicendum est. CHRISTI opprobria, sputa,
flagella, clauos, lanceam, crucem, & mortem, hæc
omnia in fornace auaritiæ conflant, & profligunt
auari in acquisitione turpis quæstus, & pretium
vniuersitatis, suis marsupijs includere festinant.
Optimè quidem ex nostris *post Oratorem*
Romanum in Vatinium, aduertit *Ioan. Rodin.*
in tractat. de Maiestat. Principis. in verb. Blan-
379 *dum. num. 30.* Auaritiam mentem sic obte-
nebrare, et hominum mentes, ita obstrictas te-
nere, vt eas nullo tempore respirare, nec ali-
quid boni cernere permittat.

Sed nè in hac materia amplius me dilatē ter-
ror extremi, & tremendi iudicij Diuini, aliàs
summum, & vltimum remedium ad deterren-
380 dum peccatores, quod & homines arescere
præ timore solet, consuetumque sit, non sine
fructu adhiberi, nam dum & maximè vniuersa-
le in mentem reuocatur, metu quis propè con-
sternatur, & comæ consternuntur, ideoque
381 Marc. Aurelius Imperator sanciuit, vt de iudi-
cio finali, quis nullatenus loqueretur, sub pœna
relegationis in Insulam.
Quia magnus timor, & inexplicabilis terror,
excitabatur in cordibus mortalium propter
382 tales discursus, quæ lex frustratoria, & inanis
est, cum in hoc lex diuina sit seruanda, quæ iu-
bet, vt diuinæ scripturæ perscrutentur. *Ioann. cap. 6.*
Heu quod alias potentissima remedia omnia
quoad auaros sunt impotentissima, & nullius
383 roboris, & certè Aurel. Imp. dictam legem
quoad eos dupliciter incassè tulit, quia memo-
ria iudicij, eos penitus non terret.
Vtinam falsum esset virorum auarorum, non
384 dico, impossibilem esse conuersionem (quod
absit) sed saltem raras, valdè difficiles, experiri,
& sicuti demonstrat experientia quotidiana,
ad talem conuersionē non sufficiunt sacræ Scri-
385 pturæ, non sententiæ Conciliorum, nō aucto-
ritas Sanctorum Patrum, et Theologorum non
torrentes rationum, et argumentorum non
clamores Prædicatorum, non minæ ignis æ-
386 terni, non spes sempiternæ beatitudinis, non
exempla sanctorum, et quasi, ne dixi, non suffi-
cit, quamuis viderent ipsum horrendum Luci-
ferum, barathrumque infernale apertum ad
eos æternaliter suscipiendos viuos, et ratio est.
387 Quia est peccatum altæ radicis, et circundat
terram cordis humani, sicuti anchora, vt resistat
viribus auxiliorum Diuinorum, *Radix omnium*
388 *malorum est cupiditas* sententia est *Paul. Apo-
stol. ad Timot. 1. cap. 6.* à quo maledicto arbore,
389 qui fructus pessimi oriantur, benè ex nostris
colligit *Iacobus de Ioch in repetit. cap. omnis, à nu-
mer. 82. de pœnitent. & remiss.* quos non refero
breuitatis studio. Quare cum tam arduum,
et perdifficile, ad reducendum sit in viam salu-
390 tis virum auarum, DEO, cui omnia possibi-
lia sunt, remittenda est, eius conuersio, nam,
vt aduertit *Nicetas super cap. 1. Iob* Peccator,
qui ad mortis cogitationem, ad pœnitentiam
391 non redit, DEO remittenda est eius cōuersio.

SVMMARIVM.

392 *In Auaritiæ foueam si quis incidat, væ illi.*
393 *Auaritia insatiabilis lupus est:*
394 *Feudum non apertum, non potest concedi, quia inducitur votum captandæ mortis alterius.*
ex Voto sæpe peruenitur ad actum facinoris. num 394.
395 *Auaritia æquatur lupo voraci.*
396 *Auarus semper habet ardorem ad acquirendū, & conseruandum. & num. 397.*
398 *Auarus, si totum mundum diuitiarum haberet, esset ei vnus obulus.*
399 *Elephantibus pluribus sufficit vna sylua, & homini auaro, nec tota terra, nec mare.*
Nihil habet, qui totum cupit num. 399.
400 *Auaritia copia inflammatur, non extinguitur.*
401 *Auari comparantur hydropicis. & quare.*
402 *Currus male vnctus, quantò plus onus ducit, tantò maiorem strepitum facit.*
403 *Sic quoque accidit auaro, qui est currus diaboli, quantò plus habet, tantò plus stridet.*
406 *Auaritia, egenos facit, quos capit, quia illi finē quærendi non faciunt,*
Et gloriosior est, qui eam vincit, quàm qui hostes.
407 *Auari Regnum DEI non possidebunt.*
408 *Aurum, qui diligit, non iustificabitur.*
409 *Auaritia est pestis interminabilis, & famelica rabies, & quamuis omnia suis terminis clauduntur, sola auaritia terminum nescit.*
410 *Mare sicuti sine fluctibus non reperitur, sic & auarus sine solicitudine, timore, turbidine, curis &c.*
411 *Paul. Apostol. iubet, vt inter Christianos, nec nominetur nomen auaritiæ.*
412 *Auaritia est mater omnium malorum.*
413 *Auarus dicitur improbus. item cæcus. nu. 669. item stultus.*
414 *Auarus in tantum est stultus, vt sibi prodesse non norit.*
415 *Dementia est, hæredis sui res procurare, & sibi negare omnia.*
416 *Auaritia adeo pessima res est, vt canes pro hominibus, imo canibus peiores, nos reddat.*
417 *Auarus si aliquando aliquid donat, eius pecunia est similis morsui aspidis.*
418 *Auarus à natura odio prosequitur, à gratia aspernatur, omnibus legibus execrabilis efficitur.*
419 *Vitium non est, quod reddat aliquem magis contemptibilem, sicuti auaritia, & refertur exēplum Rachel.*
420 *Auaritiæ sectatores non sunt honorandi, & plura mala auaritiæ referuntur à num. 421. & seq.*
426 *Nox nulla reperitur sic atra, & caliginosa ad præcipitandum in profundas foueas, sicuti nox interesse.*
427 *ex Cauernis infernalibus Lucifer numquam emisit magis rabiosum ventum, quam illum interesse, auaritiæque.*
428 *contra Auaros, textus plures morales adducuntur, & ex Iurisconsultis multi allegantur, qui auaritiam exprobarunt num. 429.*
430 *Sylua non est ita capax plantarum, non planta sic fœcunda foliorum, sicut est abundans errorū mens auarorum. & nu. 411. & 432.*
433 *Interesse est illud diabolicum toxicum, quo facile mens humana venenata remanet.*
434 *Pecuniarum studium si tolleretur, omnia mala sublata essent.*

434 *Interesse est fomentum omnium discordiarum.*
435 *Discordiarum cum fomentum sit interesse, vnde cum ex legibus Licurgi illud fuisset sublatum, sopita remanserunt discordia.*
436 *B. Petri Apostol. vltima monitio fuit, vt super omnia auaritia fugeretur, & quare. num. 437.*
438 *Auaro nihil est scelestius, secundum Ecclesiast. cap. 10. & quàm formidolosa sit ista sententia. num. 440.*
439 *à Peccatis omnibus, quamuis quis sit alienus, si tamen auarus sit, parricidis, incestuosis, idolatris non erit melior.*
441 *Vitium nullum tetrius est, nec scelestius, quàm auaritia. secundum Marc. Tull.*
442 *Auaritia, qui est deditus omnia vitia secum habet.*
443 *Auaritia est arx omnium malorum.*
Peccata omnia voluntaria, à quo procedant.
444 *Auarus, nisi cum moritur, nil ratione agit.*
445 *Auarus diuitias non possidet, sed ipse à diuitijs possidetur.*
Pecunijs quis debet esse dominus, & non seruus.
446 *Auarorum excusationibus, quod ipsi nihil iniustum faciunt, dum bona sua diligentiùs seruāt, respondetur à nu. 447.*
447 *in Mundum, quando quis venit, nihil secum portat.*
448 *Proprium quis non debet nuncupare, quod cōmune est.*
449 *Habenti tollere, non minus malum est, quàm cum quis potest, & abundans est, indigentibus denegat. & nu. 450.*
451 *Auarus, quidam cum conquereretur, sibi aliqua bona fuisse furto subtracta, fuit responsum, si tua illa fuissent, nullo modo perdidisses. & numer. 452.*

Timendum est ergò, ne quis in supradictam
profundam auaritiæ foueam incidat, quia
392 de illo quid dicam, nescio quidem. Nam
peius alicui non potest accidere, quàm sub do-
minio pessimæ feræ auaritiæ manere, eaque
393 insatiabilis lupus est, *secundum Bald in con-
sil. 301. incip. Præsupponitur quod in fin. lib. 1.*
vbi dicit, quod feudum non apertum, non po-
394 test concedi, quia inducitur votum captan-
dæ mortis alterius, & ex voto sæpè peruenitur
ad actum facinoris, & deinde reddit rationem
Bald. ibi, *quia auaritia insatiabilis lupus est.*
Boeth. *in tractat. de consolat. & ex nostris Iuris-
cons. Constant. Rog. de summ. bon. titul. de auarit.*
395 *nu. 8.* auaritiam æquant lupo rapaci. *& Impe-
rator in l. si quemquam. C. de Episcop. & Cleric.*
appellat auaritiam prophanum ardorem. Aua-
396 rus enim semper habet ardorem ad acquirē-
dum, & conseruandum diuitias, de quo apud
Ecclesiastic. cap. 23. ibi, *anima calida,* idest æstu
auaritiæ, quasi ignis ardens, *vt explicat ex no-
stratibus Card. de* Turrecremat. *in can. si quis præ
bendas. num. 3. vers. auaritia habet ardorem &c.
1. quæst. 4.* Et est tam ardens sitis, quæ ex dicto
397 igni in mente humana concipitur, *vt secun-
dum S. Augustinum ad Macedonium. in epist.*
Si auarus totum mundum diuitiarum acquire-
398 ret non esset ei obolus, *aduertitque Guil. Du-
rand. Speculat. in tractat. de mod gen. consil. celeb.
part. 3. rubric. 33 num. 5. vers. totus mundus diui-
tiarum auaro obolus non est, &c.*
Heu vna sylua pluribus Elephātibus sufficit,
399 & homini auaro, nec tota terra, nec mare,
quia nihil habet, qui totum cupit. Pauperior
400 est enim auarus, quo ditior. *Nam copia in-
flammatur auaritia, non extinguitur.* Meritoq;
auari comparantur hydropicis, illos enim ar-
401 gento plenos, hos autem refertos aqua, con-
stat esse, & tamen vtrique acuta siti laborant
habendi argentum, & aquam. Et sicut currus
402 male vnctus, quantò plus onus ducit, tantò
maiorem facit strepitum, Ita auari, qui sunt
403 currus diaboli, tantò plus conqueruntur
nihil habere, quantò plus habent: quia pecu-
404 nia auaritiam nō satiat, sed irritat, seu strepi-
tare facit. Hinc Poeta Hetruscus vernaculus
auari cuiusdam insatiabilitatem considerans,
eleganter cecinit

Et ha natura sì maluaggia, e ria,
Che mai non empie la bramosa voglia,
E doppo pasto ha più fame che pria.

Inter poetas latinos egregius Claudianus
considerādo Ruffinum virum summè auarum,
405 qui quantumuis in dies ditior fiebat, nec tan-
tisper ardens sitis auri in eo diminuebatur,
imò eò magis crescebat, ita cecinit.

Plenus sæuitia, lucrique cupidine feruens.
Non Tartessiacis illum satiaret arenis,
Tempestas prætiosa Tagi, non stagna rubentis,
Aurea Pattoli, totumque exhaurescit Hermū,
Ardebit maiore siti.

Et teste *Io. Andrea in cap. 5 num. 3. de prebend.
in 6.* Ferocissima pestis est cupiditas, quæ solet
406 ægenos facere, quos capit, quia finem quæ-
rendi non inuenit, & allegat illud Senecæ, nēpè,
*Fortior est qui vincit cupiditatem, quàm qui ho-
stem,* & ibi etiam *Io Andr. post text. in can. vi-
cum. 47. distinct.* admonet omnes Catholicos,
vt à vitio auaritiæ longè absint. Et adde, quod
407 auari Regnum DEI non possidebunt, vt in-
quit Paul. Apostol. 1. Corinth. cap. 6. ibi, *Neque
auari, neque rapaces Regnum DEI possidebūt.*
Et attestante Oraculo Diuino in Ecclesiast.
408 cap. 31. *Qui aurum diligit, non iustificabitur,*
& vt iustè ingemiscit S. Augustin. in serm. 48. ad
Fratr. in Erem. ibi, *O auaritia pestis intermina-
409 bilis, ò famelica rabies, nam omnia suis termi-
nis clauduntur. Terra suis finibus limitatur, Aer
suo fine clauditur, Cœlum suis terminis arctatur,
sola auaritia terminum nescit.* Certè quidem
410 quemadmodum sicut sine fluctibus mare nō
conspicitur, sic animus auarorum absque so-
licitudine, tremore, turbidine, curis, periculis,
numquam reperitur. Quare non sine causa
Paul. Apostol. ad Ephes. cap. 5. iubet, vt inter

Chri-

doquidem hoc nõn præsumitur, sed probari concludenter debet. *l. si quis ex argentarijs §. an & hæredi vbi* Bart. *ff. de edend.* Natta *consil.* 166. *num.* 12. Surd. *consil.* 109. *num.* 9. *cum alijs allegatis in decis.* 18. *numer.* 22. *vers. actorum amissio nullatenus iustificatur &c. par.* 7. *recent. & deinde fuit dictum coram R. P. D.* Albergato *in causa Romana Redditionis rationis* 27. *Iunij* 1650. *§. vltim. vers. subtractio ista libri, cum sapiat delictũ concludentissimè venit probanda &c.* cum alijs ibi adductis, *& adde decis. in causa Romana subhastationis de Alexijs* 15. *Maij* 1648. *corã R. P. D.* Cerro. *§. Nec iuuat allegare, quod instrumentum deperditum & amissum fuerit, quia amissio non præsumitur &c.* Vbi etiam deciditur, quod parti, quæ tenetur ad custodiam scripturæ, incumbit onus, nedum probandi casum secutæ amissionis, sed etiam iustificandi, quod sine sua culpa contingerit. *Bart. in d. l. si quis ex argentarijs. §. an, & hæredi num.* 4. Castren. *consil.* 301. *num.* 1. *lib.* 1. Alex *cons.* 54. *numer.* 5. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 70. *num.* 6. *lib.* 4. Honded. *cons.* 19. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 1. Rota *decis.* 452. *n.* 8. *vers. teneretur probare illa casu, & sine culpa sua fuisse amissa &c. par.* 3 *recent.*

Insuper aduertendum venit, quando quis
252 tenetur ad custodiam scripturarum, vel aliarum rerum, & id ex officio, non admittitur ad probationem amissionis, vel restitutionis, per solum iuramentum, sed aliter tenetur iustificare casum fortuitum amissionis, vt bene post *Io. Andr. Federic. de Sen. Alb. Bart. Alex. Felin.* & alios firmat *Mascard. de probation. conclus.* 88. *num.* 7. *vers. quando amissio allegaretur à Notario &c.*, & respondit *Rota coram bo. mem.* Orano *in causa* Romana *Mercium* 30. *Maij* 1588. *in fin. vers. & ideo iuramento ipsius hoc casu non statur &c.* & iterum coram eodem *in causa Romana Computorum* 11. *Februarij* 1591. *§. vltim. vers. quando ad alicuius rei custodiam quis obligatur, non admittitur ad probationem amissionis per solum iuramentum &c.*

Nam Notarij, & alij, qui ex officio tenentur ad custodiam scripturarum, obligantur præcisè ad earum exhibitionem, constito de interesse petentis, vnde allegando, quod eas non habẽt,
253 quia furto illas fuerunt sibi subtractas, ista sũt verba, vtique vbi facto opus est, verba nullatenus sufficiunt *l. peculium. la prima, ibi, re enim nõ verbis &c. ff. de pecul.* glos. *in cap. Pastoralis in verbo, & nota de offic. Ordinar. cum alijs in puncto allegatis per* Rotã *in causa Anconitana Mannæ* 21. *Iunij* 1649. *§. Quia nec illius libri exhibitio. vers. nõ autem verba dare, quæ non sufficiunt, vbi facto opus est &c. coram R. P. D. Corrado,* qui tandem superiori anno recurrente 1652. quarto Kalendas Martij, aureo virtutum tramite, à S. D. N. INNOCENTIO X. Romana fuit purpura insignitus, cuius celebres prærogatiuæ mihi potiùs silentium, quàm verbum pariunt, admiratio quippe magna id operatur. Imitabor quidem Heluetiorum consuetudinem, qui apposito in ore digito, planetarum Principem colebãt, vt demonstrarent illius Astri præeminentias, potiùs esse perpendendas, quã perorandas, Et hoc eò libentiùs, cum mihi satis comperta sit tanti Cardinalis innata modestia, nam & laudes, existimat iacula, & hostes credit laudatores, solùm tantùm dicam, eiusdẽ ingenuæ benignitati me mirum in modum obstrictum esse, vt & iam aliàs attestatus sum *in annotat. ad decis.* 470. *sub numer.* 58. *vers. propter eius intimam Legum scientiam, ac animi candorẽ, vitæque integritatem, affabilitatemque admirabilem in omnes mihi carissimo &c part.* 4. *rec. tom.* 2. Sed nunc domum redeundo.

Contra eum quippe vt supra dixi, constat semper esse faciendam interpretationẽ, qui timet aliquid in lucem mittere, aut se celat. De
254 stellis Hiadis, quæ sicut dicunt Poetæ, fuerunt septem sorores, asserunt Astrologi earum vltimam, nominatam Meropen, non apparere inter alias, & huius rei causam assignat *Hygin. cap.* 192. ibi, *conijcitur erubescere, quia mortalem virum acceperit, cum cætera Deos pro sponsis habeant.* Quamobrem stella illa Meropen præ pudore, ac timore non apparet, se celando.

Quare credemus Mercatores amare apothecas obscuras, vel opacas, & artificio quærant
255 reddere eas tales, heu id nimis notum est, quia timent, ne prauitates, maculæque pannorũ aspiciantur, & sic decipiant ementes. O imprudentia magna, ò viri, verè non lucis æternæ,
256 sed horrendarũ caliginum infernalium amatores, ad quid deseruiet eis postea accumulatus, hac via, thesaurus, nisi ad magis accẽdendum ignem infernalem, & sic vt plus intollerabiliter, intollerabilia illa æterna supplicia sufferant.

Hinc ex nostris verè dixit *Zas. in §. aque. Instit. de action*, ibi, *Mercatoribus obscuritas est commodissima, qui pannos & merces vendunt aliquãdo vitiosas, opacant enim tabernas, ne sol affulgeat, & ne vitia pannorum videantur, ipsi autem excusant se dicentes, Solem nocere coloribus &c.* Demosthen, in Orat. pro Phorm. *Ingens*, ait, *est mi-*
257 *raculum, si idem Mercator industrius videatur, & probus.* Vnde inclamat text. in can. eijciens. 88. distinct. *Mercator, non sine mendacio, & periurio esse non potest.* Quare non sine causa ingemiscit *Bald. in cap. cum causam el.* 2. *in fin. de testibus, ibi,* O quo vadit anima Mercatorum, & facit dictum Zachariæ Prophetæ cap. 14. *Non erit Mercator,* inquit, *vltra in domo Domini exercituum &c.* & facit, quod antiqui Poetæ dicebant, Mercurium fuisse Deum, Præsulemque
258 furum, & mercatorum, tamquam scilicet furtum, & mercatura, sint quadam cognatione coniuncta, *vt ex nostris exponit Tiraquell. in tract. de Nobilit. cap.* 33. *num.* 10. *vers. tamquam scilicet furtum, & mercatura &c.*

Scio Iura ciuilia permittere contrahentibus
259 inuicem sese decipere *l. in causa la* 2. *§. idem Pomponius ff. de minor. cum alijs iuribus allegatis per Ias. in l. item, si quis in conscribendo nu.* 5. *cap. de*

de pact. tamen aliud est, in foro conscientiæ.
Audiamus Tubam Spiritus sancti, nempe Paul.
260 Apost. 1. ad Corinth. 6. 10. ibi. Neque iniusti,
nec fures, nec rapaces, regnum DEI possidebunt,
& idem 1. Thess. 4. 6. ibi, Ne quis opprimat, aut
circumueniat in negotio fratrem, DEVS enim
omnium illorum vultor est. Quæ vero dixi de
Mercatoribus, intelligo de illis, de quibus lo-
quitur text in l. instissimè 44. §. 1. ibi. nã id genus
hominum ad lucrum, vel potius turpiter faciendũ
pronuntius est &c. ff de adilit. edict.
261 Cæterum qui sunt candidæ, & vndique sin-
ceræ fidei, & lucris anxiè, vltra quàm par est
non insiliunt, iuxta text. in l negotiatores 1. ibi, ne
commodum mercaturæ videantur excedere &c.
C. de Episcop. audient. verè digni sunt laude, &
meritò extollendi veniunt. Non enim merca-
turæ laudibus præiudicium affert, quod de
262 Mercatorum vitijs dixi, tum quia non omnes
sunt tales, tum quia ea vitia, non sunt artis,
sed hominum, & ad cognoscendum Mercato-
res non esse improbatos, non longè optima au-
thoritas est inquirenda, & quidem suprema
CHRISTI, qui apud Matth cap. 13. Simile fecit
Regnum Cælorum homini negotiatori. Vnde &c.
Insuper & mercatores esse, publicæ est vtilita-
tis, vt inquit Bald in l 5 nu 5 ff ad S.C. Maced.
Plura in honorem Mercatorum congerit Bene-
uentan. Straceh in tractat de Mercatur part. 2.
num. 3. cum pluribus seqq. & Tiraquell. de nobilit.
d. cap. 33. a num. 13 & Gregor. Tolos. lib. 25. Syn-
tagm. cap. 15. num. 8. vbi Mercatorum encomia
refert.

Modo autem redditum faciendo ad nostrum
institutum, animaduertendum insuper venit,
263 quod præter pessimam naturam auri, quæ est,
vt num. 139. dixi, valde amare tenebras, acce-
dit eius palliditas, nam affirmante Regum om-
nium sapientissimus Salomon in prouerb. c. 21.
264 Pauor ijs qui operantur malum &c. Pallere
enim est signum malæ conscientiæ, Vnde & se-
cundum Ouidium,

O quàm difficile est, crimen non prodere vultu.

Nam & iuxta Senecam in epistol. 98. Proprium
265 quid noctium est trepidare, & vt inquit Ora-
tor Romanus lib 2. de Orat. Vultus sensus ani-
mi indicat, imagoque est animi, vultus, & secun-
dum eumdem in Pisonem Vultus est sermo qui-
265 dam tacitus mentis. & facit text. in l obseruan-
dum 19 ibi, neque precibus calamitosorum illa-
crymari, id enim non est constantis, & recti iu-
dicis, cuius animi morum vultus detegit &c. ff de
offic. Præsid. et ibi glos. in verb. detegit. asserit,
quod text. ille docet mirabilem malitiam, quia
267 vult, vt Iudices aliud gerant in corde, et aliud
simulent, et subdit, quod id optimè faciunt Bo-
nonienses, sed ad nos.

Quod enim pallor, siue trepidatio, vel titu-
268 batio, et similia cum sint signa malæ consciẽ-
tiæ, faciant cõtra reum indicium ad torturam,
omnium primus deduxit Bald. in l. de minore,
§ plurium num. 2 per text ibi, qua, quis constan-
tia, qua trepidatione, quid diceret &c. ff. de quæ-
stion. vbi etiam num. 4. ait, quod vbi alia indi-
cia extrinseca non procedunt, ex eo solũ quod
269 reus coram Iudice, loquitur trepidè pauen-
do, et variando oritur indicium sufficiens ad
torturam, & Bart. secuti sunt Paris. de Put. in
tractat de Sindicat. in verb. tortura cap 5 num. 1.
& 2. Angel. in tractat de malefic in verb. Fama
publica num. 105 & ibi Augustin. in addit. verb.
adde Bart. Marsil. in d l. de minore §. plurium nu-
mer. 32. & in prax. in verb. diligenter numer. 74.
et benè id probat Aegid. Boss in prax. tit de In-
dic. & considerat. ante tortur. à nu. 38. vers. aliud
indicium probabile est &c. Carer in practic. crimi-
nal. tit. de indic. & tortur. §. sextum indicium à
num. 1. vers si inconstanter, aut intrepidanter lo-
quitur cum pallore &c. vbi etiam dicit, quod
270 est signum malæ conscientiæ, si quis dum in-
terrogatur declinat oculos ad terram, et ita te-
nent plures alij Doctores relati per Farinac. in
prax. criminal. titul. 2. cap. de indic. & tortur.
quæst. 52. à num. 40. vbi pro regula ponit, quod
271 vacillatio, titubatio, tremor, timor, pallor, et
similia signa faciunt indicium ad torturam, &
adde Ioan Zanger. in tractat. de tortur. cap. 2. nu-
mer. 101. vers. decimò indicium ad quæstionem est
titubatio &c.

Verum enimuero hoc totum arbitrio, et re-
ligioni Iudicantis relinquendum est discuti, nã
272 et veritas est, quod solus pallor, seu trepida-
tio dum non adest variatio in substantialibus,
tale indicium fallax, et debile est, et maximè
attenta qualitate personarum, nam sunt aliqui
ita de proprio honore, et eius conseruatione
soliciti, (sicut considerat Boss d. tit. de indic. n. 41)
vt quamprimum se vident in carceribus, nihil
273 aliud agitent, nisi quam labem sit ipsi allatu-
ra ea incarceratio, et quæ futura sit hominum
opinio de eis ob suspicionem criminis, pro quo
detenti sunt, & ita perditis ferè sensibus deli-
rant, & videntur semistulti. Nam, quod carcer
274 sit mala mansio, et locus immensorũ crucia-
tuum, inquit text. in l omnes. 23. C. de pœn et car-
ceratus dicitur semper esse in cruciatu, et in
tortura, hinc dixit Bald in l. 1. C. qui ad libert.
peruenir. non poss. quod mortuus in carcere di-
275 citur verisimiliter mortuus in cruciatu, et
tortura.

Et carceratorum negotia, desideria appellã-
tur, in l. omnia ff de offic præsid. plura iam dedu-
xi ad effectum, vt quilibet subueniat alacriter
miseris carceratis, in annotat ad decis 617. à nu-
mer. 52. part 4. recent. tom. 3. et vide numer. 63.
276 vbi probaui, quod adeo meritorium subue-
nire carceratis est, vt hoc opus æquiparetur
martyrio, et amissioni bonorum &c. sed persi-
stendo in terminis.

Quod solus pallor nõ faciat indicium ad tor-
turam, id optimè ponderauit Paris. de sindic. d.
verb. tortura. num. 7. vbi ait, quod reperiuntur
aliqui, qui ob periculi magnitudinem, vel ob
cordis

277 cordis debilitatem, et pusillanimitatem etiãsi innocentes sint pallent, & tremunt, & titubãt in conspectu Iudicis, & ibi refert exemplum cuiusdam nobilis inculpati de magno crimine, qui cum intrasset aulam in qua stabat corda, ea
278 visa statim cecidit in terram, & minxit sub se, & egestionem emisit, & tamen fuit repertus innocens. Et *Clar. in § fin. quæst.* 21. *numer.* 28. ait, Quod multi sunt adeo natura timidi, qui cum
279 ducuntur ad præsentiam Iudicis, adeo turbẽtur, ita vt nesciant, quid dicant, etiamsi innocentissimi sint. & quantùm turbet præsentia Iudicis vide quæ dixi *in discurs. ad decis. bon. mem. Peniæ à num.* 120.

Cæterum nunc in viam redeundo, licèt enim sola palliditas auri nõ sit sufficiens indicium ad
280 demonstrandã eius improbitatem, & timorẽ, tamen iuncto alio adminiculo, quod est tenebrarum amantissimum, vt supra latè probaui *à num* 229. benè deueniri potest ad aliqualem illius non bonæ naturæ cognitionem, & sanè verum est dictum illud, *Aurum si placet, vitium non longè abest.*

SVMMARIVM.

281 *Auri acquisitio est magni laboris, possessio magni timoris, amissio magni doloris.*
Seruum malum quando quis habet, non curat eum apud se retinere, sed foras eijcit. nu. 281.
282 *Pecunia ad quid improbum non cogit.*
283 *Pecunia tanquam improbus seruus è domo eijci debet, & vbi.*
284 *Pecuniam, qui amat, proijciendo eam in sinum pauperum, sequitur illius naturã, quæ est amare tenebras.*
Pecunia non est abscondenda sub lapide in perditionem. num 284.
285 *Pecunia concludenda est in sinu pauperis.*
Pecunia in sinu pauperum multiplicat.
286 *Mercator, vt multiplicet suum frumentum non includit illud in horreum, sed proijcit in terram.*
287 *Pecuniam qui proijcit in sinum pauperum certissimus est de multiplico, & quidem centenario.*
288 *Sententiam fauorabilem qui sperat obtinere, deponit propinam pro Iudice.*
289 *Sententiam finalem in extremo iudicio, dum quis fauorabilem sperat obtinere, opus est, vt deponat propinam pro Iudice, sed vbi.*
290 *Auaris, dum in memoriam reuocatur magnum præmium præparatum, egenis subuenientibus frustra laboratur.*
291 *in Auarorum gymnasio aliud verbum non declinatur, nisi verbum, accipio, accipis.*
292 *in Auarorum infausta Academia alia problemata non disputantur, nisi super materia verbi, rapio rapis.*
in Academia auarorum perpetuo exilio exulata manet materia verbi, dono donas. numer. 292.
293 *Auari parùm curant de Oraculo illo diuino' Melius est dare, quàm accipere.*
294 *Addere, multò melius est, quàm auferre.*
Dedecus est, semper sumere, nihilque dare, sed Auaris similes sententiæ odiosæ sunt.
295 *apud Auaros si aliquando fit mentio de verbo, dono donas, nominatur tamquam res fantastica, & incognita.*
296 *de Fœnice, multi tractant, sed in abstractu, & per traditionem, cum nemo reperiatur, qui eã viderit.*
297 *Donationis materia adeo recessit ab aula, vt ferè eius memoria deleta videatur.*
Datiui casus loco, hodie successit ablatiuus. numer. 297.
298 *in Auarorum Tribunali alia memorialia non leguntur, nisi illa aureis literis conscripta.*
297 *in Auarorum amplo regno dummodo salua sit pecunia, non curatur de alio quamuis duro infortunio.*
300 *in Auarorum festiuitatibus alia instrumenta non resonant, nisi habentia cordas aureas.*
301 *Auari sunt ad instar plantarum, quæ ex illa parte flectũtur, vbi adest maior pars fructuum.*
Auari sunt sicut statera, quæ ex parte ea flectuntur, vbi adest maior pondus. nu. 301.
302 *Auaritiæ curtus, duobus equis indomitis trahitur, tenacitate scilicet, & rapacitate.*
Eiusque auriga est ardor semper habendi, & quàm sit crudelis, acerbissimaque ferula vtitur.
303 *Malum maius alicui non potest optari, quàm auaritia, & quare.*
304 *à Morsu rabido interesse, qui tangitur, verè infœlix est, & quàm sit miser.*
305 *Auari multi, tamquam verè furiosi in propriã vitam conspirarunt, & referuntur non nulla exempla. num.* 309. *& seq.*
310 *Auarus quidam cum ægrotaret, condendo testamentum, se ipsum tantùm hæredem vniuersalem instituit.*
311 *Auarus quidam morti proximus, quamplures aureas monetas auidè degluxit.*
312 *Auarus, cum perdidisset magnam summam pecuniarum, præ dolore volens se suspendere, vt non experderet sex obulos in quadã quantitate funis, quæsiuit mortem viliori pretio.*
313 *Hermon fuit adeo magnus auarus, vt cum semel se somniauerit, quandam pecuniarum summam ei fuisse subtractam id tàm acerbè tulit, vt se ipsum necauerit.*
Auari mens, simel vinculis cupiditatis astricta, actum est.
314 *Auari sunt sicut illi, qui morbo aliquo, vel sensus stupore, cibi suauitatem non sentiunt.*
315 *Infirmus, quando non sensit cruciatus doloris, pessimum signum est.*
316 *Infirmior est, qui nescit suam infirmitatem.*
317 *ob Auaritiam plures damnantur, quàm ob luxuriam.*
318 *Auari, ebrijs, ac furiosis æquiparantur.*
319 *Auarus semper aurum, semper argentum videt.*

Aua-

Auarus semper redditus computat. num.319.
Auaro charior est lux auri, quàm Solis. numer.319.
320 *Auarorum supplicationes ad DEV M, alia nō sunt, nisi aurum petere.*
321 *Auari non tantùm sibi ipsis molesti sunt, sed cæteris quoque.*
322 *Auarus est propinquis odiosus, famulis grauis, amicis inutilis, exteris vix affabilis, vicinis molestus.*
323 *Auarus est vxoris malus contubernalis, Liberorum parcus, & sordidus educator sui ipsius malignus curator.*
Auarus est semper cogitabundus, & sæpe sibi ipsi, more furiosorum, loquitur. nu.323.
324 *Auaritia, vel Prodigalitas, quæ sit tollerabilior. est quæstio ardua inter Academicos.*
325 *Auaris danda sunt calcaria, prodigijs vero frenum, & quare.*
326 Prodigus *est auaro melior, quia ille pluribus prodest, iste vero nemini, imo nec sibi ipsi.*
327 *Nequam, qui sibi est, nemini potest esse bonus.*
328 *in Obsidione Casilini, tāta inopia perplexi fuerunt ciues, vt centum denarijs constat, fuisse venditum murem.*
Et ille, qui cum vendidit fame perijt, & emens vixit.
329 *Auarus omnes homines odio prosequitur, tàm pauperes, quàm diuites. & quare.*
330 *Auarus, si potentiorem videt, timet eum vt raptorem, si inferiorem, vt furem.*
331 *Auarus vellet nullum reperiri hominem, vt ipse omnia posideret.*
Auarorum diuitiæ sunt sicut Sol post occasum. num 331.

CVm ergò ex iam relatis tam pessima sit
natura auri, nam & eius acquisitio est
281 magni laboris, possessio magni timoris, amis-
sio magni doloris, ideoque sicuti quis dum ha-
bet seruum malum, non curat apud se eum re-
tinere, sed eum è domo eijcit, summè illum ab-
horrendo, & quid peius auro? ad quid impro-
bum nos non cogit? Quis ergò talem dome-
282 sticum inimicum vltra necessitatem domi suæ
abundanter retinere non timebit, Heu tamquā
malignus seruus è domo proijciendus est, &
vbi iam dixi supra, nempe in sinum pauperum.
283 Nam si tu amas pecuniam, itaut eius sequi
velis naturam, scilicet abscōdere eam, & id scitè
adimplebis.
Quoniam inquit Oraculum Cœleste, *in Ecclesiast. cap.29.* ibi, *Non abscondas pecuniam sub*
284 *lapide in perditionem*, & deinde subdit. *Con-
clude eleemosynam in sinu pauperis &c* Insuper
285 pecunia in sinu pauperis posita germinabit.
Mercator vt multiplicet suum frumentum non
286 includit illud in horreum, sed proijcit in ter-
ram, tutus de multiplico, tempore suo postea
metendo, sic qui proijcit pecuniam in sinu pau-
287 peris, certissimus de augumento in Cœlum
postea centuplicatè metet.

Sententiam fauorabilem, quando quis iam
288 sperat habere, deponit propinam pro Iudice,
sic & nos, si speramus finalem illam sententiam
fauorabilem obtinere, opus est vt deponamus
289 propinam, sed vbi, in sinu pauperum, ipsum
Iudicem venturum in pauperibus cibando, &
subueniendo, quia postea ipse laturus sententiā
pro causa quare ad electorum fauorem iudica-
bit, non aliam exprimet nisi, vt habetur apud
Matth. cap.25. ibi, *Possidete vobis paratum Regnū*
290 *esuriui, & dedisti mihi manducare, sitiui, & de-
disti mihi bibere, hospes eram, & collegistis me &c.*
sed operam & oleum amitto, dum hæc & simi-
lia refero auaritiæ deditis,
Nam & in magna palestra virorum interesse
291 deditorum aliud verbum non declinatur, nisi
verbum *accipio, accipis.* In infelici Accademia
eorumdem alia problemata nō disputantur nisi
292 super materia verbi *rapio, rapis.* Exulata pe-
nitus ac perpetuo decreto, materia gloriosi
verbi, *dono, donas*, vel *do, das*, parum curando
illud DOMINI relatum à glos. super rubr. ff. de
293 commendat. *Beatius est dare, quàm accipere*,
nec illud Regis Artaxersis adductum à Plutar-
294 cho in apophet. *Multò melius est addere, quā
auferre*, & sic multò minus sufferre possunt il-
lud Martialis

Dedecus est semper sumere, nilque dare.

Vnde si aliquādo de verbo donationis, apud
eos fit mentio, nominatur tamquam res inco-
295 gnita, ac si loqueretur de Fenice, in abstractu,
& per traditionem, cum nemo reperiatur, qui
296 gloriari possit se eam vidisse. Congruitque
quod dixit *Rota in causa Romana scutorū 4000.
4. Iulij 1635. coram re. me. Merlino, est decisio 69.
num.3. par.7. recent. & inter eius impress. est de-*
297 *cis.692. num.3. par.1.* nempe hisce nostris tem-
poribus donationis materiam, adeo recessisse
à praxi, vt ferè eius memoria delata videatur,
cum ibi allegatis: Heu, quod hodie loco casus
datiui, successit ablatiuus, vt infra dicam.
Insuper in Tribunali supradictarum perso-
298 narum alia memorialia non transeunt, nec le-
guntur, nisi illa aureis literis scripta. In amplo
299 Regno Auarorum, dummodo salua sit pecu-
nia, de quolibet infortunio quamuis infausto,
non curatur. Nam salua pecunia, omnia salua
sunt. Et tandem in illarum festiuitatibus, alia
300 instrumenta non resonant, nisi habentia cor-
das argenteas. Isti sunt ad instar planrarum,
quæ ex illa parte flectuntur, vbi adest maior
301 copia fructuum, vel sicut steteræ, quæ ex illa
parte pendent, vbi habent maius pondus.
302 Auaritiæ currus duobus equis trahitur, te-
nacitate, scilicet, & rapacitate, eiusque auriga
est ardor semper habendi, qui ferula acerbissi-
ma vtitur. Meritoque quidam Philosophus di-
303 xit, quod non optauit maius malum inimico
suo, quàm auaritiam, quia auarus, nec hic ha-
bet pacem, nec in alia vita meritum, O infeli-
ces isti, qui à rabido morsu auaritiæ tanguntur,

304 & benè quilibet eorum deplorando propriū infortunium ingemiſcere poteſt, *vna cū Sycoph. apud Plaut in Plut.act.4.ſcen.3.* ibi

Hei mihi miſero, quàm miſerè perij nunc miſer,
O ter me miſerè miſerū, & quater et quinquies,
Et duodecies, & decies, millies, ab, ab,
Heu obrui, tàm multiplici infortunio.

Quid mirum ſi multi ex his, more furioſo-
305 rum, in propriam vitam conſpirarunt, refert *Plutarc.* de Caſſio Lucinio, viro auaritiæ valde dedito, qui captus, & conuinctus de multis latrocinijs, & extorſionibus, & videns M. Tull. Ciceronem, tunc præſidentem induᶜtum pur-
306 pura, vt contra eum ferret ſententiam confiſcationis bonorum, & exilij, anteaquàm eum condemnet, Lucinius fecit ſignificare M. T. iā eum mortuum eſſe, & interim ſe iugulauit mi-
307 ſerabilitet, vt bonis confiſcationem auetteret, non dum enim latæ erant leges, de quibus hodie.

Quid namque ſtultius, & miſerius poteſt audiri. Simile quoque accidit illi, alio deplorando verè auaro, qui cum multam frumenti co-
308 piam in horreo condidiſſet, cogitans famem futuram eſſe magnam eamque optaret, ſed cū totum contrarium accidiſſet, nam benedicente Domino, maxima fuit abundantia frumenti;
309 Vnde à deſperatione ductus, vt alter Iudas, laqueo ſe ſuſpendit in medio horrei. Oculum etiam demus ad illum infelicem, & inſanum auarum vocatum Ermocratem, qui, *vt narrat*
310 *Ateneus*, cum mortaliter ægrotaret condere voluit teſtamentum, & in eo tantùm ſe ipſum hæredem vniuerſalem omnium ſuorum bonorum inſtituit, ſed paulò poſt non inuenit modū, quomodo illa ſecum ferret, & ſic opus fuit, vt omnia relinqueret.

Derideamus alium etiam huiuſmodi farinæ
311 hominem, qui morti proximus quamplures aureas monetas auidè degluxit. O ſtolidos infelices, imo infeliciſſimos. Fertur quoque de Dinario Fidone vero ſummè auaro, qui cum penitus ſe in deſperationis abyſſo proijciſſet,
312 quia certam pecuniarum ſummam amiſerat, ea de cauſa laqueo non ſe ſuſpendit, vt non expenderet ſex obulos in quadam quantitate funis, quærendo mortem pretio viliori.

Narrat pariter, *Lucilius*, de Hermone, qui ſic dilexit auaritiam, & tam ei cordi fuit, vt cum
313 ſemel ſomniauerit quamdam pecuniarum ſūmam furto fuiſſe ſibi ſubtractam, à tam acerbo dolore aggreſſus fuit, quem ferre non valēs, melius putauit ſe ſtrangulare, vt fecit. O iterum ſtolidos, & infeliciſſimos, nam, & auari ſunt ſicut illi, qui morbo aliquo, & ſenſus ſtu-
314 pore, ſuauitatem cibi non ſentiunt, ſic & auari laborant tali morbo, vt guſtum in aliquo, præter quàm in pecunia nō ſentiant, ſurdi enim ſunt ad omnia, ſignum enim peſſimi morbi eſt,
315 dum infirmus non ſentit cruciatus doloris, nam teſte Hippocr. in Aphoriſm.c.20. *Quicunque dolent in aliqua parte corporis, & dolorem non ſentiunt his mens ægrotat.* Omnes infirmi
316 ſumus, ſed infirmior eſt, qui neſcit ſuam infirmitatem, & ad propoſitum noſtrum fertur, quod dæmon abiuratus, & coactus dicere pro
317 quo peccato plures damnarentur, *Reſpondit vos creditis* (inquit) *quod pro luxuria, ſed non eſt ita, quia in iſto peccato ſcit, qui peccat, & cōfitetur, ſed plures damnantur ex cupiditate, & auaritia, quia nullus ſcit ſe eſſe auarum, id palliādo diuerſis excuſationibus, à quibus execæcati certè mens ægrotat.*

318 Quod autem auari, & inſani, & ebrij ſint, *ſcriptum reliquit* S. Baſilius in homil. in diteſcentes auaros. *Quemadmodum*, inquit, *per inſaniam, & ebrietatem mente moti, res probè non vident, ſed morbi ſui ratione, quæuis imaginantur, ſic anima tua auaritia poſſeſſa, cuncta aurum, cuncta argentum reſpicit.* optimè id pariter conſiderat
319 *text. in d can. ſicut.* ibi, *auarus ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper redditus computat, gratius intuetur aurum, quàm Solem, ipſa*
320 *eius oratio, & ſupplicatio ad DEVM aurum quærit & c. 47. diſtinct.*

Auri quippe inſatiabilis fames, non ſolum
321 turbat eius poſſeſſores, ſed etiam alios, & ſūt non tātùm ſibi moleſti, ſed cœteris quoque, ſibi, alijſque graues, tamquam à mente alieni: idque eleganter exprimit *S. Aſterius* homil. ad uerſus auaritiam, in hæc verba. *Auarus pro-*
322 *pinquis eſt odioſus, famulis, grauis, amicis inutilis, cæteris difficilis, & vix affabilis, vicinis moleſtus, vxori malus contubernalis, liberorum parcus, & ſordidus educator, ſui ipſius malignus curator, noctu, interdiuque ſollicitus, & cogita-*
323 *bundus, ſecum ipſe loquens, ac diſſerens, eorum more qui mente exciderε, & inſania lapſi ſunt &c.*

Inter Philoſophos, necnon Academicos ardua controuerſia eſt, quidnam tolerabilius ſit,
324 an Auaritia, vel Prodigalitas, & niſi longum eſſet, poſſem argumenta vtriuſque partis referre, ſed quia iam ſatis breuitatis metam trāſiui, & tranſibo, ideo hæc alibi reſeruo. Solùm afferam, quod ſi meam dicturus eſſem ſententiam, neminem abſoluerem, amboſque cōdem-
325 narem, auariſque quidem commodarem calcaria, prodigis verò frenum, vt illi ad liberalitatem peruenirent, iſti autem in liberalitate tantùm ſiſterent, ſed perſiſtendo in terminis noſtris, Audiamus ſententiam Ariſtotelis 4. Ethic. cap. 4. qui quærens an damnabilior ſit prodigalitas, vel auaritia, & ſic reſpondit. *Prodigus auaro melior eſſe videtur, quia ipſe mul-*
326 *tis, illiberalis nemini prodeſt, imo nec ſibi ipſi vtilis. quidem eſt.* Ideoque *ſecundum eruditum Philoſophum.* Auarus peſſimus eſt, & facit, id quod legitur, in Eccleſiaſtic. cap. 14. ibi, *Qui*
327 *ſibi nequam, cui bonus,* Refertur, *in lib. 1. hiſtor. apud Frontinum*, quod Caſilini obſidente Annibale, tanta inopia perplexi fuerunt, vt centū
328 denarijs murem fuiſſe venditum cōſtat, eiuſque venditorem fame periſſe, emptorem autē vixiſſe,

vixisse, & ex nostris retulit. *Gul. Benedict. in cap. Raynutius. in verb. cœtera bona sub num. 5. de testam.* vbi id refert *ex Valer. Maxim. lib. 7. titul. de necessit.* & super hoc nō parum inclamat.
329 Et ait, quod multi sunt, qui vellent potiùs perdere oculum, quàm denarium.

Auarus omnes homines odio prosequitur,
330 tam pauperes, quàm diuites, pauperes nequid ab eo petant, diuites, quia quod illorum est non possidet. Congruit etiam illud prouerbium, *Auarus si potentiorem videt, timet, vt*
331 *raptorem, si inferiorem, vt furem. & vellet nullum reperiri hominem, vt ipse omnia possideret.* Auarorum enim diuitiæ, sunt vt Sol post occasum, neminem enim mortalium delectant.

SVMMARIVM.

332 *Auaritia vitium eò, detestabilior est, quia contra naturam aliorum vitiorum numquam senescit.*
333 *Homine senescente, senescunt etiam vitia, sola verò auaritia iuuenescit.*
334 *Prodigalitas est melior auaritia, quia illa magis corrigibilis est.*
335 *Iuuenes prodigi plures ad terminos liberalitatis se restringunt, cessante iuuenili calore.*
336 *Auaritia est morbus sine medicina.*
337 *Auaritia iuuentutis crescit ætate, sicut crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.*
338 *Senectutis maximum vitium est auaritia.*
339 *Auaritia senilis est monstro similis, quia enim stultius est, quam deficiente via augere viaticum.*
340 *Senis obstinatio inter abusiones huius seculi maior est. & quare.*
341 *Senex semper videtur esse in morte.*
Senectus est vita occasus. num 341.
342 *Senis vita in primioribus labijs habitat.*
343 *Senex non solùm est infirmus, sed etiam delirus.*
344 *Lucinus* Caluus, *cum esset satis senex, & rogatus, vt officium Tribunatus militum susciperet, quid respondit.*
Senex non est amplius homo, sed vmbra, & nomen eius quod fuit. num. 344.
345 Iuuenis viuere potest, senex verò debet mori.
347 *Clericum si quis percusserit, iter debet arripere Romanum, vt à Summo Pontifice ob incursa excommunicatione absoluatur.*
348 *Senex, si percutiat clericum, non tenetur arripere iter Romanum, & potest absolui à suo Episcopo.*
Quod procedit etiamsi validus reperiatur ad ambulandum.
349 *Senes dicuntur infirmi, cum senectus ipsa sit morbus.*
350 *Infirmitatis impedimentum excusat à lapsu fatalium.*
351 *Infirmitas sicut excusat à lapsu fatalium, ita & decrepitas, cum sit magna infirmitas.*
3,2 *Senectutem, dum quis optat, quid sibi optet.*
353 *Senex dicitur, quasi seminex, hoc est semi mortuus.*
354 *Senex æquiparatur mortuo, hinc Indi consueuerunt senes interficere, quasi inter eos. & mortuos nullam adesse differentiam constet.*
355 *Mortui corpus sicut non potest retineri pro debito, ita nec senex.*
56 *Senex, homo est, & non est.*
357 *Septuagenarius non potest retineri in carcere pro debitis. nu 361.*
358 *Et ita passim obseruatur in Visitatione carcerum. & num. 360.*
359 *Sexagenarij ne dum possunt condemnari ad triremes, sed nec torqueri.*
362 *Infirmi debent habere præbenda fructus distributiones quotidianas, & etiam anniuersariorum.*
363 Senes *habent priuilegium, infirmorum circa acquisitionem distributionum quotidianarum.*
364 *Intellige tamen si dum erant iuuenes soliti erāt interesse diuinis, sicuti dicitur de infirmis. numer. 365.*
365 *Senes laudant præterita, & vituperant præsentia.*
366 *Auari æquari possunt illis, qui à canibus rapidis morsi sunt. & quare & nu seq.*
367 *Morsis à canibus rabidis periculum ineuitabile manet.*
368 *Morsi à canibus rabidis nemo seruatus fuit. secundum Dioscorid & miratur de illis qui scribunt nonnullos conualuisse.*
369 *Remedia multa cōtra morsus canis rabidi scribuntur, sed nullum est tutum.*
370 *Morsus canis rabidi, quot mala possit generare. & num. seq.*
371 *à Canibus rabidis morsi, retinent eamdem vim, infrigendi talem morsum.*
372 *Radix rosæ siluestris est valde potens, & vnicū remedium pro sanandis morsibus canis rabidi. & num. 373.*
374 *Auaritiæ morbus eiusmodi malum est, vt vix vmquam eo, quis liberari possit.*
375 *contra Auaritiæ morbum licet plurima edita sint pharmaca, tamen ferè omnia sunt frustratoria.*
376 *Peccatum auaritiæ mentē ipsam inficit, & ita grauem reddit, vt ad sublimia tolli nequeat.*
377 *Oculi Thobiæ sicuti ex stercore hirundinum excæcati fuerunt, sic oculi auarorum execæcantur à bonis temporalibus.*
378 *in Fornace auaritiæ, quid non conflatur, & non profligatur.*
379 *Auaritia, sic claudit oculos hominibus, vt desperata sit spes recuperationis luminis.*
Auaritia sic mentem hominum obstrictā tenet, vt nullo tempore respirare sinat & num 379.
380 *Iudicium extremum, seu finale est valde potēs ad incutiendum terrorem iniquis.*
381 *Iudicij finalis discursus, sic homines olim deterrebat, vt præ timore quasi arescebant.*
Ideoque M. Aur. Imp. vetuit, sub pœna relegationis in insulas, tales discursus.

D 2 382 Quæ

382 *Quæ quidem lex incaſſè fuit lata, & certè, quo ad auaros duplicitur.*

383 *Auari non deterrentur ex memoria, & exaggeratione horroris extremi iudicij.*

384 *Auarorum conuerſiones raræ, & perdifficiles experiuntur.*

387 *Itaque nec valens ſit, quamuis viderent ipſum Luciferum, barathrumque infernale apertum ad eos æternaliter ſuſcipiendos.*

388 *Auaritia peccatum eſt altæ radicis, & circumdat terram cordis humani, vt reſiſtat viribus diuinorum auxiliorum.*

389 *ex Auaritiæ maledicto arbore, qui fructus naſcantur.*

390 *Auaros, cum tàm difficile ſit, reducere in viam ſalutis, DEO cui omnia poſſibilia ſunt, remittenda eſt eorum conuerſio.*

391 *Peccator, qui ad mortis cogitationem ad pœnitentiam non reddit, DEO remittenda eſt eius conuerſio.*

EX cauſis igitur ſuperiùs relatis conſtat,
quàm ſit deteſtabile vitium auaritiæ, verū
332 eò magis creſcit, eius deformitas, & deteſta-
tio quia contra naturam omnium vitiorum nū-
quam ſeneſcit, imo quantò magis ſeneſcit ho-
mo, illud maiorem vim, & robur ſuſcipit, audia-
mus S. Hieronym. in quodam ſermone. *Cum*
333 *cætera vitia*, inquit, *ſeneſcente homine ſeneſcāt,*
ſola auaritia iuueneſcit. In hoc enim auaritia
eſt peioris conditionis, quàm prodigalitas, nā
334 iſta magis corrigibilis eſt, *vt inquit S. Thomas*
2. 2. quæſt. 119. art 3. egeſtate, & ſenectute ſana-
tur, immo etiam Iuuenes prodigi ad terminos
335 tantùm liberalitatis ſe reſtringunt, ceſſante
iuuenili calore & facilitate, *vt loquitur text in*
l. ſi maritus. 13 § Lex Iulia ff ad leg. Iul de adult.
336 Auaritia verò, vt dicebam, incurabilis eſt,
inquit Ariſtot lib 4. moral. ad Nicom. cap. 5. Et
auaritia iuuentutis creſcit ætate, ſicut creſcit,
337 amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.
Nam maximum Senectutis vitium eſt aua-
ritia, & tamen ſecundum Tragicum Philoſo-
338 phum in tract. de morb. & Oratorē Romanū
de ſeneſt. *Mōſtro ſimilis eſt Auaritia ſenilis, quid*
enim ſtultius eſt, vt dici ſolet, quàm via deficiente
339 *augere viaticum*, idest, deficiente vita augere
patrimonium.

Hinc dolenter aſſerit Hugo Victorinus de
clauſtr. anim. lib. 2. ibi, *Inter abuſiones huius ſe-*
340 *culi ſola maior, ſenis obſtinatio, qui morti proxi-*
mus, mortis non timet aduentum, qui quaſi ad
oſtium huius Mundi poſitus, foris expectat, nec
tamen vitæ præſentis attendit egreſſum, nec futura
conſiderat, Audit nuntios mortis, & credere non
vult eis.

341 Senex enim ſemper videtur eſſe in morte
l. is qui ff de fideicommiſſ libertat. & notant DD.
in l ſenium. C qui teſtam. fac. poſſ. & ſecundum
Senecam. *Senectus nihil aliud eſt. niſi vitæ occa-*
342 *ſus.* Nam ſenis vita, *vt eſt in prouerbio*, in la-
bijs primioribus habitat. Ideoque ſenex non
deſcendit ſed cadit, pluſquam infirmus, eum
non ſit ſolùm infirmus, ſed vt Grecorum muſæ
343 canunt, *auctore Apollodoro*. pariter & delirus,
atque ex noſtratibus refert *Ludouic. Gomeſ. ſu-*
per regul. Cancellar. de infirm. reſignant. quæſt. 7.
verſ. & ideo ſenex &c.

Quare Lucinus Caluus homo Romanus ex-
actæ ætatis, & magno natu ſenex, rogatus, vt
ſuſciperet officium Tribunatus Militum, ita re-
344 ſpondit Romanis. *Me iam non eundem, ſed*
vmbram, nomenque Lucini Calui, relictum vi-
detis. Et licet mors omnibus continuò immi-
neat, nam, vt inquit Euripides in Alceſte. *Omnes*
345 *homines debent mori, & nemo mortalium eſt,*
qui ſciat, an ſit victurus craſtinam diem futu-
ram &c. Tamen iuuenis viuere poteſt, ſenex
346 verò debet mori, quia vt ſupra *ex Seneca dixi.*
Senectus eſt vitæ occaſus.

Hinc eſt, quando quis Clericum percutit ob
tam nefarium ſcelus, debet iter arripere Ro-
347 manum, vt à Summo Pontifice ab incurſa
excommunicatione abſoluatur. *iuxta textum*
in can. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 14. ſed hoc li-
348 mitatur, quando percutiens eſt ſenex, quia
poteſt abſolui ab eius Epiſcopo, quamuis ſit
fortis ad ambulandum, *cap. ea noſcitur 12. de*
ſentent. excommunicat & ponderant *plures DD.*
relati à Carolo de Craſſ de effect. clericat. effect. 9.
à num. 160. & per Barboſ. in collectan. Iuris Ca-
nonic lib. 5. Decretal. titul. 39. cap 13. num. 3.

Et ratio eſt, quia ſenes dicuntur infirmi, &
349 ipſa ſenectus eſt morbus. *videatur Fragoſus*
de Republic. Chriſtiana tom. 2. lib. 1. diſputat. 2.
§. 3. nu. 64. in fin. & Caſtr Palaus tom. 9. diſput 3.
punct. 22. & §. 4. num. 14. Leon. *de Cenſur. re-*
collect 5. num. 468. Vnde infirmitatis impedi-
350 mentum, ſicut excuſat à lapſu fatalium *Amed. lib. 11. tit. 18 lib. 4. recopil. num. 26. & 27 Gre-*
gor. Lopez. lib. 24 titul. 23 par. 3 Scacc. de appellat.
quæſt. 15. num. 145. verſ. promiſcuè loquuntur.
351 Ita etiam excuſat ætas decrepita, vt per-
pendit *Rota in cauſa Anconitana Dotis* 17. *Iu-*
nij 1647. coram bon. mem Arguelles. §. Quæ infir-
mitas &c. & ibi redditur ratio, de qua ſupra,
quia ſenectus ipſa eſt morbus, & allegatur *tex.*
in l. ciuitatibus 125. ff. de legat. 1. cap. magna. de
vot. vbi Abb. Idem in cap. quoniam. num 6. vt lit.
non conteſtat. & D. Auguſtinus ait, Cum ſibi
352 homines optant ſenectutem, quid aliud op-
tant, niſi longam infirmitatem.

Senex etenim, vt tradunt optimi auctores
353 dicitur quaſi ſeminex, hoc eſt ſemimortuus,
quod acta maiori ætatis ſuæ parte, iam morti
propinquior eſt. Vnde *Apoſtol. ad Hebræos c. 8.*
dicit, qui antiquatur, & ſeneſcit, propè inte-
ritum eſt.

354 Imo ſenex æquiparatur mortuo, & ob hanc
cauſam Indi, *teſte Herodoto lib. 3. hiſtoriar.* con-
ſueuerunt ſenes interficere, & edere, tamquam
355 inter ſenes, & mortuos nullum ſit diſcrimen.
Hinc quoque eſt, ſicuti corpus mortui non po-
356 teſt retineri pro debito cū ſit iniuſtum. *auth.*

item

Digitized by Google

item qui domum. C. de sepulch violat. ergo nec
senex, qui vti Beroald. ex Græcorum prouerbio
357 refert, homo est, & non est, & in puncto dis-
ferit Gasp. Boet. in tractat. de inop. debitor. cap. 7.
num 11. vers. sicut corpus defuncti &c. Vnde se-
cundum veriorem opinionem septuagenarius
358 non potest detineri in carceribus pro debi-
to, prout passim seruatur in Visitationibus car-
cerum, sicut post Carpan. & alios testatur Gra-
tian. discept. forens. 318 nu. 14. & deinde sic quo-
que aduertit D. Elisæus Danz. in tract. de pugn.
Doctor. tom. 3. titul. de Sen. in delict. excusãd. cap. 1.
vers. & aliud, vbi firmat, sexagenarios ratione
359 senilis ætatis, ne dum possunt condemnari ad
triremes, sed nec torqueri, sed mitius proce-
dendum esse, ad textum in l. si quis graui. §. igno-
scitur ff ad Syllan. & addit, quid,
360 Imo, nec carcerari possunt, & si fortè repe-
riantur carcerati in Visitatione debent dimitti.
Reg. Rouit. prag. 3. de Visitat. num. 36. videatur
P. Diana resolut. moral. par. 1. tractat. 9. de ieiun.
resolut 19. Videmus etiam senem habere be-
neficium electionis, & variationis fori, ex mul-
tis cumulatis per Nouar. de elect. & variar. for.
quæst. 18. sect. 1. per tot. & probat Aloys. Ricc.
decis. Cur. Archiepisc. Neapol. 233 num 2. vers. se
nem habere beneficium electionis &c. & insuper
testatur, secundum communem opinionem
361 Doctorum, senem non posse torqueri, nec in
carcerẽ pro debito ciuili mitti, ex ibi allegatis.
Insuper sicuti infirmi debent habere fructus
362 præbendæ. cap. ad audientiam. de cleric. non re-
sident & debẽt habere distributiones quotidia-
nas, & etiam quæ dantur pro distributionibus
defunctorum. cap. vnic. de cleric. nõ resident. in 6.
363 Ita quoque senes debet habere tales distri-
butiones, vt concludit Trentacinq. in consil. 59.
à num. 5. & sequitur Gratian. discept forens. cap.
805. num. 40 & seq. cum alijs allegatis per Bar-
bos. de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 53.
num. 154. Quod intellige dummodo alias dum
364 erat iuuenis solitus erat residere, pro vt
etiam dicimus de infirmis, qui non lucrantur
prædictas distributiones non obstante infirmi-
365 tate, si cũ erant sani non erant soliti residere,
vt dixi in annotat. ad decis. 576. à nu. 125. part. 4.
recent. tom. 3. quem locum etiam ad hoc alle-
gauit Tondut in suis resolut. benefic. cap. 202. nu-
mer. 1. vers. Paul. Rub. in annot &c. Aliqua con-
tra senes, qui semper laudant præterita, & vi-
tuperant præsentia congessi in annotat. ad decis.
460 à nu. 24 part. 4. recent. tom. 2. Vtique modo
reducendo ad exagerandum auaritiæ incura-
bilem morbum, quare.
Insuper Auaros non sine causa æquare possu-
366 mus illis, qui à canibus rabidis morsi sunt,
nam talibus secundùm Dioscorid. lib. 6. cap. 35.
Periculum ineuitabile manet, quorum acerba
367 mala narrat lib. 2. cap. 39. & subiungit de his.
Neminem seruatum vidimus. Et insuper sum-
368 moperè admiratur Euademum referre, quẽ-
dam a tanto morbo conualuisse, & licet ipse
adducat multa, & diuersa remedia prout etiam
habentur apud Galenum in lib. ad Solo. tamen
369 nullum tutum est.
Videatur etiam penes Petr. Valerian. lib. 5.
vbi ponit multa damna in eis, qui à canibus
rabiosis morsi sunt, & sic in fine concludit.
370 Vniuscuiusque canis morsum tam perniciosum
esse, vt ferunt eum, qui fuerit semel à cane læsus,
pestilenti contagine, gallinarum incubitus, pecorũ
fœtus, & abortus incremento suo vitiare, eiusque
introitu alterius vulnera grauari. Et ex hoc
traxit originem prouerbium illud relatum
à Cellio Rodigin. antiq lect. lib. 9. cap 25. nempe
371 Rabidi canis morsus in eos, qui infecti ipsi ma-
lorum congressu, alios itidem inficiunt.
Estque communis opinio, & præsertim Lu-
ciani, qui in ea sententia est quod. Non modo
rabiè agitari, & aquam expauescere, quos ita
372 effectus canis momorderit, sed & ipsos retine-
re, vim eundem imprimendi morsum. Cell. Ro-
dig. pro vnico remedio huius veneni assignat
373 radicem siluestris rosæ, quæ Cynorrhoda appel-
latur. Sed vt dixi est malum, non ita facile,
imo difficillimè medendum.
Incidẽter hæc dicta sint circa personas mor-
374 sas à canibus rabidis, quibus æquari possunt,
vt dixi, auari, nam & isti, non minusquam illi
perdifficulter sanantur, Quia teste S. Asterio
375 homil. 3. aduersus Auaritiam: Auaritiæ mor-
bus eiusmodi malum est, vt vix vmquam eo, quis
liberari possit. Et licet contra dictum morbum
auaritiæ, varia, et diuersa prodita sint remedia,
376 seu pharmaca, tamen omnia, vt veri magistra,
nempe experientia docet, vana, et quasi peni-
tus frustratoria sunt.
Nam cogitatio rerum cœlestium, aliàs po-
tens remedium, ad euacuanda vitia, nihil ope-
ratur, quippe, vt considerat Sanctus Gregorius
377 lib. 4. moral. Peccatum auaritiæ mentem quam
infecerit, ita grauem reddit, vt ad appetenda sub-
limia, attolli non possit, et vt benè ex nostrati-
bus asserit Card. de Turrecrem. in can sicut. nu. 3.
47. distinct. Sicuti oculi Tbobiæ ex stercoribus
hirundinum excæcari fuerunt, sic oculi mentis
auarorum bonis temporalibus excæcantur, ne
possint cognoscere, aut affici circa bona cęlestia.
Insuper cogitatio acerbæ passionis Redem-
ptoris, & Amoris nostri, nec aliquid eis opitu-
378 latur, idque ingemiscit deuotus Bernardus
Sanctus, in Cantic. ibi. Non sine miserabili gemi-
tu dicendum est, CHRISTI opprobria, sputa,
flagella, clauos, lanceam, crucem, & mortem, hæc
omnia in fornace auaritiæ conflant, & profligunt
auari in acquisitione turpis quæstus, & pretium
vniuersitatis, suis marsupijs includere festinant.
Optimè quidem ex nostris post Oratorem
Romanum in Vatinium, aduertit Ioan. Rodin.
in tractat. de Maiestat. Principis. in verb. Blan-
379 dum. num. 30. Auaritiam mentem sic obte-
nebrare, et hominum mentes, ita obstrictas te-
nere, vt eas nullo tempore respirare, nec ali-
quid boni cernere permittat.

Sed

Sed nè in hac materia amplius me dilatē ter-
ror extremi, & tremendi iudicij Diuini, aliàs
summum, & vltimum remedium ad deterren-
380 dum peccatores, quod & homines arescere
præ timore solet, consuetumque sit, non sine
fructu adhiberi, nam dum & maximè vniuersa-
le in mentem reuocatur, metu quis propè con-
sternatur, & comæ consternuntur, ideoque
381 Marc. Aurelius Imperator sanciuit, vt de iudi-
cio finali, quis nullatenus loqueretur, sub pœna
relegationis in Insulam.

Quia magnus timor, & inexplicabilis terror,
excitabatur in cordibus mortalium propter
382 tales discursus, quæ lex frustratoria, & inanis
est, cum in hoc lex diuina sit seruanda, quæ iu-
bet, vt diuinæ scripturæ perscrutentur. *Ioann.
cap 6.*

Heu quod alias potentissima remedia omnia
quoad auaros sunt impotentissima, & nullius
383 roboris, & certè Aurel. Imp. dictam legem
quoad eos dupliciter incassè tulit, quia memo-
ria iudicij, eos penitus non terret.

Vtinam falsum esset, virorum auarorum, non
384 dico, impossibilem esse conuersionem (quod
absit) sed saltem raras, valdè difficiles, experiri,
& sicuti demonstrat experientia quotidiana,
ad talem conuersionē non sufficiunt sacræ Scri-
385 pturæ, non sententiæ Conciliorum, nō aucto-
ritas Sanctorum Patrum, et Theologorum non
torrentes rationum, et argumentorum non
clamores Prædicatorum, non minæ ignis æ-
386 terni, non spes sempiternæ beatitudinis, non
exempla sanctorum, et quasi, ne dixi, non suffi-
cit, quamuis viderent ipsum horrendum Luci-
ferum, barathrumque infernale apertum ad
eos æternaliter suscipiendos viuos, et ratio est.
387 Quia est peccatum altæ radicis, et circundat
terram cordis humani, sicuti anchora, vt resistat
viribus auxiliorum Diuinorum, *Radix omnium*
388 *malorum est cupiditas* sententia est *Paul. Apo-
stol. ad Timot.* 1. *cap.* 6. à quo maledicto arbore,
389 qui fructus pessimi oriantur, benè ex nostris
colligit *Iacobus de Iocb in repetit. cap. omnis, à nu-
mer.* 82. *de pœnitent. & remiss.* quos non refero
breuitatis studio. Quare cum tam arduum,
et perdifficile, ad reducendum sit in viam salu-
390 tis virum auarum, DEO, cui omnia possibi-
lia sunt, remittenda est, eius conuersio, nam,
vt aduertit *Nicetas super cap.* 1. *Iob* Peccator,
qui ad mortis cogitationem, ad pœnitentiam
391 non redit, DEO remittenda est eius cōuersio.

SVMMARIVM.

392 *in Auaritiæ foueam si quis incidat, va illi.*
393 *Auaritia insatiabilis lupus est:*
394 *Feudum non apertum, non potest concedi, quia inducitur votum captandæ mortis alterius.*
ex Voto sæpe peruenitur ad actum facinoris. num 394.
395 *Auaritia æquatur lupo voraci.*
396 *Auarus semper habet ardorem ad acquirendū, & conseruandum. & num.* 397.
398 *Auarus, si totum mundum diuitiarum haberet, esset ei vnus obulus.*
399 *Elephantibus pluribus sufficit vna sylua, & homini auaro, nec tota terra, nec mare.*
Nihil habet, qui totum cupit num. 399.
400 *Auaritia copia inflammatur, non extinguitur.*
401 *Auari comparantur hydropicis. & quare.*
402 *Currus male vnctus, quantò plus onus ducit, tantò maiorem strepitum facit.*
403 *Sic quoque accidit auaro, qui est currus diaboli, quantò plus habet, tantò plus stridet.*
406 *Auaritia, egenos facit, quos capit, quia illi finē quærendi non faciunt,*
Et gloriosior est, qui eam vincit, quàm qui hostes.
407 *Auari Regnum DEI non possidebunt.*
408 *Aurum, qui diligit, non iustificabitur.*
409 *Auaritia est pestis interminabilis, & famelica rabies, & quamuis omnia suis terminis claudantur. sola auaritia terminum nescit.*
410 *Mare sicuti sine fluctibus non reperitur, sic & auarus sine solicitudine, timore, turbidine, curis &c.*
411 *Paul. Apostol. iubet. vt inter Christianos, nec nominetur nomen auaritiæ.*
412 *Auaritia est mater omnium malorum.*
413 *Auarus dicitur improbus. item cæcus. nu.* 669. *item stultus.*
414 *Auarus in tantum est stultus; vt sibi prodesse non norit.*
415 *Dementia est, hæredis sui res procurare, & sibi negare omnia.*
416 *Auaritia adeo pessima res est, vt canes pro hominibus, imo canibus peiores, nos reddat.*
417 *Auarus si aliquando aliquid donat, eius pecunia est similis morsui aspidis.*
418 *Auarus à natura odio prosequitur, à gratia aspernatur, omnibus legibus execrabilis efficitur.*
419 *Vitium non est, quod reddat aliquem magis contemptibilem, sicuti auaritia, & refertur exēplum Rachel.*
420 *Auaritiæ sectatores non sunt honorandi, & plura mala auaritiæ referuntur à num.* 421. *& seq.*
426 *Nox nulla reperitur sic atra, & caliginosa ad præcipitandum in profundas foueas, sicuti nox interesse.*
427 *ex Cauernis infernalibus Lucifer numquam emisit magis rabiosum ventum, quam illum interesse, auaritiæque.*
428 *contra Auaros, textus plures morales adducuntur, & ex Iurisconsultis multi allegantur, qui auaritiam exprobarunt num.* 429.
430 *Sylua non est ita capax plantarum, non planta sic fœcunda foliorum, sicut est abundans errorū mens auarorum. & nu.* 431. *&* 432.
433 *Interesse est illud diabolicum toxicum, quo facile mens humana venenata remanet.*
434 *Pecuniarum studium si tolleretur, omnia mala sublata essent.*

434 *Inte-*

434 *Interesse est fomentum omnium discordiarum.*
435 *Discordiarum cum fomentum sit interesse, vnde cum ex legibus Licurgi illud fuisset sublatum, sopita remanserunt discordia*
436 *B. Petri Apostol. vltima monitio fuit, vt super omnia auaritia fugeretur, & quare. num. 437.*
438 *Auaro nihil est scelestius, secundum Ecclesiast. cap. 10. & quàm formidolosa sit ista sententia. num. 440.*
439 *à Peccatis omnibus, quamuis quis sit alienus, si tamen auarus sit, parricidis incestuosis, idolatris non erit melior.*
441 *Vitium nullum tetrius est, nec scelestius, quàm auaritia. secundum Marc. Tull.*
442 *Auaritia, qui est deditus omnia vitia secum habet.*
443 *Auaritia est arx omnium malorum.*
Peccata omnia voluntaria, à quo procedant.
444 *Auarus, nisi cum moritur, nil ratione agit.*
445 *Auarus diuitias non possidet, sed ipse à diuitijs possidetur.*
Pecunijs quis debet esse dominus, & non seruus.
446 *Auarorum excusationibus, quod ipsi nihil iniustum faciunt, dum bona sua diligentiùs seruāt respondetur à nu. 447.*
447 *in Mundum, quando quis venit, nihil secum portat.*
448 *Proprium quis non debet nuncupare, quod cōmune est.*
449 *Habenti tollere, non minus malum est, quàm cum quis potest. & abundans est, indigentibus denegat. & nu. 450.*
451 *Auarus. quidam cùm conquereretur, sibi aliqua bona fuisse furto subtracta. fuit responsum, si sua illa fuissent, nullo modo perdidisses. & numer. 452.*

TImendum est ergò, ne quis in supradictam
profundam auaritiæ foueam incidat. quia
392 de illo quid dicam, nescio quidem. Nam peius alicui non potest accidere, quàm sub dominio pessimæ feræ auaritiæ manere, eaque
393 insatiabilis lupus est, *secundum Bald. in consil. 301. incip. Præsupponitur quod in fin. lib. 1.* vbi dicit, quod feudum non apertum, non po-
394 test concedi, quia inducitur votum captandæ mortis alterius, & ex voto sæpè peruenitur ad actum facinoris, & deinde reddit rationem Bald. ibi, *quia auaritia insatiabilis lupus est.* Boeth. *in tractat. de consolat. & ex nostris Iurisconsult.* Constant. Rog. *de summ. bon. titul. de auarit.*
395 *nu.* 8. auaritiam æquant lupo rapaci. & *Imperator in l. si quemquam.* C. *de Episcop. & Cleric.* appellat auaritiam prophanum ardorem. Aua-
396 rus enim semper habet ardorem ad acquirendum, & conseruandum diuitias. de quo apud Ecclesiastic. cap. 23. ibi, *anima calida*, idest æstu auaritiæ, quasi ignis ardens, *vt explicat ex nostratibus Card. de* Turrecremat. *in can. si quis præbendas. num. 3. vers. auaritia habet ardorem &c. 1. quæst. 4.* Et est tam ardens sitis, quæ ex dicto
397 igni in mente humana concipitur, *vt secundum S. Augustinum ad Macedonium. in epist.* Si auarus totum mundum diuitiarum acquire-
398 ret non esset ei obolus, *aduertitque Guil. Durand. Speculat. in tractat. de mod. gen. consil. celeb. part. 3. rubric. 33 num. 5. vers. totus mundus diuitiarum auaro obolus non est, &c.*

Heu vna sylua pluribus Elephātibus sufficit,
399 & homini auaro, nec tota terra, nec mare, quia nihil habet, qui totum cupit. Pauperior
400 est enim auarus, quo ditior. *Nam copia inflammatur auaritia, non extinguitur.* Meritoq; auari comparantur hydropicis, illos enim ar-
401 gento plenos, hos autem refertos aqua, constat esse, & tamen vtrique acuta siti laborant habendi argentum, & aquam. Et sicut currus
402 male vnctus, quantò plus onus ducit, tantò maiorem facit strepitum. Ita auari, qui sunt
403 currus diaboli, tantò plus conqueruntur nihil habere, quantò plus habent: quia pecu-
404 nia auaritiam nō satiat, sed irritat, seu strepitare facit. Hinc Poeta Hetruscus vernaculus auari cuiusdam insatiabilitatem considerans, eleganter cecinit

Et ha natura sì maluaggia, e ria,
Che mai non empie la bramosa voglia,
E doppo pasto ha più fame che pria.

Inter poetas latinos egregius Claudianus considerādo Ruffinum virum summè auarum,
405 qui quantumuis in dies ditior fiebat, nec tantisper ardens sitis auri in eo diminuebatur, imò eò magis crescebat, ita cecinit.

Plenus sæuitia, lucrique cupidine feruens.
Non Tartessiacis illum satiaret arenis,
Tempestas pretiosa Tagi, non stagna rubentis,
Aurea Pattoli, totumque exhaureseit Hermū,
Ardebit maiore siti.

Et teste *Io. Andrea in cap. 5 num. 3. de præbend. in 6.* Ferocissima pestis est cupiditas, quæ solet
406 egenos facere, quos capit, quia finem quærendi non inuenit. & allegat illud Senecæ, nēpè, *Fortior est qui vincit cupiditatem, quàm qui hostem*, & ibi etiam *Io. Andr. post text. in can. virum. 47. distinct.* admonet omnes Catholicos, vt à vitio auaritiæ longè absint. Et adde, quod
407 auari Regnum DEI non possidebunt, vt inquit Paul. Apostol. 1. Corinth. cap. 6. ibi, *Neque auari, neque rapaces Regnum DEI possidebūt.*
Et attestante Oraculo Diuino in Ecclesiast.
408 cap. 31. *Qui aurum diligit, non iustificabitur*, & vt iustè ingemiscit S. Augustin. in serm. 48. ad Fratr. in Erem. ibi, *O auaritia pestis intermina-*
409 *bilis, ò famelica rabies, nam omnia suis terminis clauduntur. Terra suis finibus limitatur, Aer suo fine clauditur, Cœlum suis terminis arctatur, sola auaritia terminum nescit.* Certè quidem
410 quemadmodum sicut sine fluctibus mare nō conspicitur, sic animus auarorum absque solicitudine, tremore, turbidine, curis, periculis, numquam reperitur. Quare non sine causa Paul. Apostol. ad Ephes. cap. 5. iubet, vt inter

Chri-

Digitized by Google

411 Chriſtifideles, nec quidem nominetur aua-
titia.

Nam vt piè, & ſanctè conſiderat Imperator
noſter Iuſtinianus. *in auth.vt iudic.ſin.quoq ſuf-
frag. elig.§.conſideratis enim.* mirabile,& veri m
412 eſſe, illud ſacrorum elogiorum, quod auari-
ria omnium ſit mater malorum. Vnde auarus
dicitut improbus *in l.2. §. interdum. ff.de vul-*
413 *gar. & pupill.* Item cœcus. *cap. auaritia cæ-
citas de elect in 6.*

Item ſtultus *can.ſicut.*1.47. *diſtinct.* & in tan-
414 tum eſt ſtultus, vt ſibi prodeſſe non norit, &
benè affirmat Senec.in epiſtol. *Dementia eſt,*
415 *hæredis ſui rei procurare, & ſibi denegare om-
nia,*& vt inquit S.Hieronym in homil.82.ſuper
Matth. *Talis res auaritia eſt. vt nos amentes,ſto-*
416 *lidos, impudentes, canes pro hominibus, imo ca-
nibus peiores, & dæmones redat &c.* Imo ſuam
carnem liberiùs, quàm aurum auarus tradit,
417 & ſi aliquando aliquid donat, eius pecunia
eſt ſimilis morſui aſpidis.

418 Auarus inſuper à natura odio proſequitut,
à gratia aſpernatur, omnibuſque legibus exe-
crabilis efficitur. Non eſt res, nec vitium,quod
419 magis reddar, quem contemptibilem, ſicut
auaritia. Quare Rachel vxor Patriarchæ Ia-
cob aliàs prudentiſſima mulier, excipiendo pa-
trem ſuum Labanum,*vt legitur in Geneſ.cap.*31.
420 non ei, vt par erat, aſſurrexit, nec aliquod
aliud ſignum reuerentiæ oſtendit, Iſta non fuit
ſuperbia, nec animi elatio,aut minus inaduer-
tentia. Sed quia Rachel patrem ſuum, tam-
421 quam auaritiæ deditũ reſpexit, id à filiali re-
uerentia eam abſoluit. ita ſenſit *Card. Vgo in
d.loco Geneſ.cap.*31. vbi excuſando Rachelem
in illius perſona ſic alloquitur. *Conſuetudo eſt*
422 *aſſurgere maioribus,ſed tibi non aſſurgo, quia
ſectatorem auaritiæ non honoro.*

Quot verò malorum cauſa ſit intereſſe, ſeu
auri cupiditas,verbis conſequi haud facile erit,
423 iſta eſt venenoſa planta omnium vitiorum,
culparum ſeminarium, fons delictotum, cloaca
424 peccatorum, fomes ſcelerum, fouea ſcanda-
lorum, ſeditionum origo, hæreſum genitrix,
metropolitana domus iniquitatum, naufragiũ
425 virtutum,auriga malitiæ, diſcordiarum præ-
ſidium, calamitatum magnes,miſeriarum eſca,
Non eſt nox ſic atra, & caliginoſa ad præcipi-
426 tandum in profundas foueas, ſicut eſt tene-
broſa, & obſcura nox intereſſe. Ex cauernis
427 infernalibus peſſimus Lucifer numquã emi-
ſit magis rabioſum ventum, quo mediante
firmiora ædificia virtutum labefactat, & expo-
liat, ſicut eſt intereſſe auaritiæque.

428 Videantur morales textus *in can. ſicut, &
can.virum.& can honorum.*47.*diſtinct. can.non
ne* 37.*diſtinct.can his igitur* 27. *diſtinct. can.ido-
latria.§.& auaritia idolatria eſt.*24.*queſt.*1.*cap.
auaritia cæcitas.de præbend.& extrauag execra-
bilis.§.Porro.eod.titul.de præbẽd. inter extrauag.
Ioan.XXII.& in §.quapropter.in auth.vt iudic.
ſin quoq.ſuff ſiant.* Atque ex Iuriſcõſultis ſum-
429 mè auaritiam exprobantes conſulat ut *Con-
rad.Brun in tractat.de ſedition.lib.*2. *cap.*1. *nu.*1.
*Ioan.*Rediu. *in tractat. de Maieſtat. Princip.in
verb.largum fere per totum. Conſtant.*Ruger. *in
tractat.de ſumm.bon.titul de auarit.& titul. de
parſimon num* 3.Cepoll.*in tract de Imperat. mi-
lit. eligend in verb pro Imperatore verò. num.*22.
*Marſil.*Colum *de Eccleſiaſt.reddit par* 2. *cap.*20.
*num.*13. Anton. Corſet. *de poteſtat. Reg.part.*3.
*num.*9.*Iul.*Fettet.*de re naual.lib.*10 *nu.*26.

Non eſt mons ita copioſus ſyluarum, non
430 ſylua ſic ferax plantarum, non planta ſic fœ-
cunda foliorum, ſicut eſt abundans errorum
mens auara. Nam et hæc ſacrilegia commit-
431 tit, et furta, rapinaſque exercet, et prædas,
bellaque gerit, ac beneficia ſimoniacè emit, et
vendit,iniquè perit,et recipit, iniuſtè negoria-
432 tur, et fœneratut, inſtat dolis, et imminet
fraudibus, diſſoluit pactum, et violat iuramẽ-
tum,et corrumpit teſtimonium,peruertitque
iudicium. Auaritia eſt illud diabolicum toxi-
433 cum,quo facile corda humana venenata ma-
nent, nec reperitur monſtrum horribilior de-
ſtructor generis humani, ſicut intereſſe, quarè
verè inclamabat os illud aureum Chriſoſthomi
ſancti in homil.17. in 1.ad Thimot. *Tolle pecu-*
434 *cuniarum ſtudium,& omnia mala ſublata sũt,
conquieuit bellum, ceſſauit pugna. hæreſes,inimi-
citia &c.* In Grecia, ſi credimus *Polyb.lib.6. hi-
ſtor.cap.*44.*pag.*489.

Intereſſe fomentum erat diſcordiarum, ſed
435 cum illud mediãtibus legibus Licurgi extir-
patum remanſiſſet, ſepultę remanſerunt diſſen-
tiones, Clemens I. Romanus Pontifex epiſt. 1.
436 ad Iacobum fratrem DOMINI recenſet vl-
tima verba Petri Principis Apoſtolorum et ſui
prædeceſſotis fuiſſe. *Super omnia autem auari-*
437 *tiam fugite, quæ homines occaſione præſentis lu-
cris ab æternis ſeparat bonis. Pondera, menſuras,
ſtateras pro locis quibuſque æquiſſima cuſtodite
depoſita fideliter reſtituite &c.*

Dedignor ampliùs inſiſtere ſuper immani-
tate, et ruina tanti vitij, ideoque pro authen-
ticatione, et teſtimonio veritatis ſupradictorũ
refetram oraculum Diuinum in Eccleſiaſt.c.10.
438 ibi, *Auaro nihil eſt ſceleſtius.* O terribilis, et
valde timenda ſententia, maximè cum ſit cœ-
leſtis, ergò ſi quis ſit alienus ab omnibus alijs
439 culpis, vitamque laudabilem ducat, tamen
dum auaritia non erit viduus, patricidis, ince-
ſtuoſis, hæreticis, idolatris &c. melior nõ erit.

Ne grauemus ſuper materia iſta audite ſen-
tentiam Cardin.Petri Damiani Sancti in lib.2.
epiſtol.2.ſuper d.loc.Eccleſiaſtic. cap.10. Auaro
nihil eſt ſceleſtius,ait, *Dura certè & nimis for-*
440 *midoloſa ſententia, ſi enim nihil eſt auaro ſcele-
ſtius, nihil iniquius, non ergo melior parricidijs,
non præfertur inceſtis, æquatur hæreticis, aſſimi-
latur hæreticis &c.*

441 Ipſique Gentiles etiam exiſtimarunt, non
adeſſe peius vitium, quàm auaritia, vnde Tu-
ba Romani eloquij lib.2.offic. ait, *Nullum vi-*

tium

tium teterius esse auaritia nullamque scelestius,
& vt refert *Aul. Gell. lib* 10. *noct. attic.* ille qui
443 auaritiæ est deditus, omnia vitia secum ha-
bet,& Diogenes tradidit, vt legitur *apud Laer-
tium* auaritiam esse arcem omnium malorum,
& affirmante *Aristotel.lib.*2.*Politic cap.*7 omnia
peccata voluntaria ab auaritia, & ambitione
443 procedunt, *& vt scribit Seneca* Auarus cum
nisi moritur, nil ratione agit.
Ipse enim diuitias non possidet, sed à diuitijs
possidetur, *& ex nostris id considerauit Ioach.
Sesyn.decis. Bononiens.*7.*num* 35. *versi ita vt ma-
gis à pecunijs possideretur, quàm eas possideret &c.*
444 Pecunijs enim quis debet esse dominus, & nõ
seruus. Hinc clamat Stoicus prudens ille Ro-
manus in tract. de vit. beat. *Diuitiæ apud sapien-
tem sunt in seruitute, apud stultum sunt in Im-
perio. Diuitiæ apud me aliquem locum, apud te
summum locum obtinent, Opes apud me, extra
445 tamen me sunt, in Domum eas, non in animum
accepi &c.* estque optimum præceptum Psal.61.
ibi, *Diuitiæ si affluant nolite cor opponere*.
Nec aliquis decipiat se coloratè asserendo,
quid iniustum facio, si cum aliena non inuadã,
446 propria diligentius seruo? O inconsideratã
responsionem, optimè textus auro pingendus
*in can. sicut.*47 *distinct.* de tali propositione ine-
pta, quasi stomachatus, ita zelanter respondit.
*O impudens, quid propria dicis? quid in hunc
mundum detulisti? Quando egressus es in hanc
lucem, quando de matris ventre existi, quibus fa-
447 cultatibus quæso, quibus subsidijs stipatus in-
gressus es? Proprium nemo dicat quod est com-
mune. Numquid iniquus est* D E V S, *vt nobis
448 non æqualiter distribuat subsidia vitæ? vt tu
quidem es affluens, & abundans, alij verò deesf-
sent, & egerent? An idcirco magis, quia & tibi
voluit benignitatis suæ experimenta conferre, &
alium per virtutem patientiæ coronare? tu verò
susceptis* D E I *muneribus, & in sinum tuum
449 redactis, nihil te reputas agere iniquum, si tam
multorum vitæ subsidia, solus retineas &c.* & la-
tè id prosequitur.
Audiamus S. *Hieronym. in epistol ad Eusto-
chium*, qui etiam id confirmat. *Auaritia quo-
450 que* (inquit) *tibi vitandum est malum, non vt
aliena non appetas* (hoc enim, & publicè leges
puniunt) *sed quo tua quæ sunt, aliena non ser-
uas*. Congruitque illud *Boetij* dictum *in lib. de
consolat.* qui conquerenti cuidam sibi bona sua,
451 facultatesque fuisse ablatas, respondit. *Si tua
fuissent, quæ amissa conquereris, nullo modo per-
452 didisses*. Virtutes enim, & vitia propria, sua
esse, quisque affirmare potest. Cœterum DO-
MINI est, *terra & plenitudo eius*, vt inquit
Regius Propheta Dauid in psalm. 23.

S V M M A R I V M.

453 *Mulierum vitiorum fundamentum est aua-
ritia.*
Mulierum genus est auarissimum num. 453.
454 *Mulieres quædam, quarum patriæ mores non
suadent liberalitatem, anxiè stant, ne earum
pecunia momento fiant otiosæ. & num.* 455.
456 *Mulieres vltra dotem regulariter aliud patri-
monium habere non præsumuntur.*
457 *Mulieres dum possunt habere restitutionem
dotis in bonis liberis, non est præsumendum vel-
le in bonis fideicommissarijs.*
458 *à Muliere etiam iustè, vix quidquam extor-
queri potest.*
459 *Mulieres, quæ viro magnam assignant dotem,
euadunt insolentes, audaces &c.*
460 *Frenum vitiosi equi, quis caueat ne nimis ca-
rè emat.*
*Accidentia absurdum est, vt quis plus amet,
quàm substantiam. nu.* 460.
461 *Liberalitas repugnat naturæ mulierum, & ideò
præsumuntur circumuentæ, quando donant.
num.* 462.
463 *Donare non præsumitur mulier, nec filio pro-
prio, & maximè si filius non indigeat.*
464 *Coniectura licèt plures sint, quæ inducunt do-
nationem.*
465 *Tamen præsumptio, quod mulier non donet,
tollit omnes alias coniecturas.*
466 *Mulier suscipiens alienam obligationem pro-
pter fragilitatem sexus subuenitur.*
467 *Mulieres sæpius contra propria commoda la-
borant.*
468 *Mulieri donanti non succurritur.*
Mulier facilius se obligat, quàm donet. n. 468.
469 *Periculum vbi est maius, ibi cautius est agen-
dum.*
470 *Mulier facilius inducitur ad se obligandum,
quàm ad soluendum.*
471 *Cepoll. in consil ciuil.* 27. *improbatur, dum facit
differentiam inter solutionem, & promissionem.*
472 *Soluere, & promittere, quando paria sint.*
473 *Mulier pro liberatione mariti, potest dotem
exigere, & soluere, & an id sit verum.*
474 *Vxores. Consules in eorum prouincijs secundũ
leg.*4.*ff de offic. proconsul. secum non ducere,
hortantur.*
475 *Ne scilicet illæ, earum auaritia, & rapacitate
prouinciales dispoliarent.*
476 *Mulieres propter earum pusillanimitatem sem-
per trepidant, ne fortè terra eis deficiat.*
477 *Donatio præsumitur inter socios ob rei modici-
tatem, maximè dum impensum fuit in ratione
victus.*
*Limita tamen, vbi socius, qui non impedit erat
mulier, quia ea numquam præsumitur donare.*
478 *Maritus si sciente, & patiente vxore percipiat
fructus bonorum paraphernalium, & illi sint
consumpti, an teneatur illos restituere.*
479 *Maritus consumendo fructus bonorum para-
phernalium in communem vsum, dicuntur cõ-
sumpti ad sustinenda onera matrimonij.*
480 *Bart. distinctio circa restitutionem fructuum
bonorum paraphernalium, rejcitur.*
Alex. Rauden. decis. Pisan. 1. *num.* 12. *reproba-
tur num.* 480.

480 *Maritus semper tenetur ad restitutionem fructuum bonorum extradotalium, & num. 382.*

481 *Nisi euidenter appareat, voluisse vxorem illos, ei donare.*

482 *Vxoris voluntas quando est dubia, an tunc maritus lucretur fructus bonorum extradotalium valde anceps est quæstio.*

483 *Et sic obscura, vt vix discerni possit, quæ sit verior.*

484 *Vxor non præsumitur in dubio voluisse donare fructus bonorum extradotalium marito. & num. 486.*
Quia mulierum genus est auarissimum.

485 *Vxor tenetur subuenire necessitatibus mariti.*

488 *Mulieres omnes ex speciali natura fœminini sexus omnes dicuntur auaræ.*
Et nemo ex his præsumitur velle discrepare à suo genere. & num. 490. & 493.

489 *Mulier sibi imputet, dum libere passa fuit, vt maritus in communem vsum consumeret fructus bonorum extradotalium.*

490 *Maritus conuentus ad restitutionem fructuum bonorum extradotalium, caueat hanc quæstionem ponere in manibus Iudicum. nu. 489.*

491 *Maritus tunc multò magis tenetur ad restitutionem fructuum extradotalium, si in proprios vsus consumpsit eos.*

494 *Mulierum auaritia, & malitia vsque quo progressa sit.*
Nempe extrahendi mortuos è lecto, ac viuos loco eorum supponere, & simulare, vt illi ad eorum fauorem condant testamentum.

495 *Mulier, accepta pecunia à secundis hæredibus mariti, fecit abortum, & morte damnata fuit.*
Mulier fecit abortum, ne inimico marito filium pareret, & temporario exilio punita fuit.
Delictum idem grauius efficitur mediante pecunia.

496 *Medicinæ artis inuentor Aesculapius propter auaritiam fulmine à Ioue fuit percussus.*

497 *Tiraquell. in tractat. de nobilit. cap. 3. inuehitur contra Medicos.*

498 *Auaritia nonnullorum Medicorum narratur, & num. 499. 500. 501. & 502.*

503 *Medicus malus longitudinem mali quærit,*
Medicus malus gaudet longitudine mali, auaritia auctus. num. 503.

504 *Medico numquam benè est, nisi malum sit, quamplurimis.*
Medicus tres facies haberi dicitur, scilicet Angeli Dei, & Diaboli. nu. 504.

505 *Medicum, cum quis in somnijs viderit, statim animam exalauit.*

506 *Vulnus an sit lethale, nec non standum est iudicio Medicorum.*

507 *Medici nonnulli corrupti pecunia, vel gratia, contra veritatem attestantur, an vulnus sit lethale, necnè.*

508 *Et quid super hoc in nonnullis locis sit prouisũ.*

509 *Iudex super attestationibus Medicorum an vulnus sit lœthale necne, quid sedulo considerare debeat. & num 510.*

511 *Medicus ille, de quo in l. 3. ff. ver. & extraordinar. cognit. fuit punitus propter eius inciuilem actionem:*

512 *Fabula refertur de quodam Medico, qui postquam curauit mulierem morbo oculorum vexatam, ac pristina sanitate restituta, tunc illa minus videabat, quàm antea.*

513 *Medici sunt extollendi, quia magnam DEI similitudinem gerunt; & vti talem se indicauit.*

514 *Medici, in quo vnum tantum videantur posse se iactare esse superiores I.C.*
Princeps cum sit supra, extra, & contra ius positiuum, non ligatur tali iure, ligatur tamen legibus Hypocratis.
Medicus Reges regit, & Imperatoribus imperat.

515 *Corporibus humida carne præditis, imperanda est fames.*
Corpora humida fames siccat.

DEducam modò quædam personarum genera, quæ a Iure suspicantur auara, & teli-
ctis, de quibus iam dixi supra num. 138. His
succedunt mulieres, quarum, *vt inquit Seneca*
453 *controuers. 25. ad finem*, vitiorum fundamen-
tum est auaritia, ex quo exortum est illud ada-
gium, mulierum genus esse auarissimum. *arg.*
l. sed si ego, vbi glos. ff. ad Velleian. l. si stipulata in
fin. ff. de iur. dot. l. si a sponso ff. de donat. ante nupt.
glos. in l. quæ dotis. ff. solut. matrim. Roman. *in l. de*
quæstione. n. 35. C. de pact. cum alijs allegatis per
Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib 3. ti-*
tul. 17. num. 1. & adde Rotam. *decis. 621. nu. 2.*
vers. mulierum genus, nullatenus liberale est & c.
coram bo. mem. Card. *Sacrato part. 1. recens repli-*
cata in 3. part. decis. 584. num. 1. & deinde etiam
dixit *in causa Romana Pecuniaria 9. Iun. 1636.*
coram re. mem. Merlino. est in 5 part. rec. tom. 2.
decis. 596. nu 21. vers. fœmina sexus auarissimus
est. & num 23. post decis. *Ianuensem 519. num. 9.*
454 in specie loquitur de mulieribus quibusdam,
quarum Patriæ mores non suadent liberalita-
tem, & nec momento quidem temporis per-
455 mittunt pecunias manere otiosas, *est decis.*
714. num. 22. inter eius impress.

Adde etiam *decis. in causa Romana Casalis*
Auguzani 16 Decemb. 1641. coram R. P. D. Ter-
raconen §. 1. vbi deciditur, cum mulieres sint
auarissimæ, & multùm curent augere proprias
456 dotes, vltra quas regulariter aliud patrimo-
nium non habent. *l. Pomponius. ff. famil. ercisc.*
& ideo dum possunt habere restitutionem do-
457 tis in bonis liberis, non est præsumendum
eas velle in bonis fideicommisso subiectis, exi-
gere, & facit, quod dicit *Paul. Castren. in l. si*
quis in suo. in fin. C. de inoffic. testament. quod à
fœmina etiam iustè vix quidquam extorqueri
458 potest, prout ab auaro,

Et mulier auarior est ex accidenti, quando
marito non tenuem dotem assignat, nam tunc
459 mulieres euadunt insolentes, audaces, & ma-

riti

riti quietem peruertunt, vt ex nostris nuper ad
longum discutit, & inclamat *Blizeus Danz. in
addition. ad decis. 92 Grammat. à nu. 2 vers. eua-
dunt insolentes, & audaces &c.* Cauendum est
enim ne quis nimis carè emat frœnum vitiosi
460 equi, plusque amet accidentia, quàm substan-
tiam & vide quæ iam inculcaui *in annotation.
ad decis. 460. nu. 198. & seq. vers. veniunt à dote
sagitta &c part. 4 recent. tom. 2.* sed ad nos.

Hinc est generaliter loquendo, vt pro vice
miraculo scribi possit, quando mulier donat,
461 cum liberalitas repugnet naturæ earum, &
præsumuntur seductæ, ac circumuentæ quando
ipsæ largiuntur, quia vt habetur *in d. l. institu-*
462 *ta ff de donat. inter vir. & vxor.* quando mu-
lier donat, id contra sexum natura est, adde
etiam *textum in §. quoniam auth de nupt.* & in
tantum est verum, quod pro vicemiraculo ha-
463 beatur, quando mulier donat, vt nec filio do-
nare præsumatur, quia auara est mulier, & ma-
ximè si filius non indigeat. *Bald. in l. 2. C. de iur.
dot. in prim. lectur. & in cap literas, num. 13. vers.
quaro vtrum. de præsumpt. Ias. in l si fundum per
fideicommissum. ff. de legat. 1.*

Et licet verum sit, quod adsint plures conie-
464 cturæ, quę inducunt donationem, *vt per Bart.
in l. cum quid ff. si cert pet. Mandell. Vasq. Castill.
& alij relati per bo. me. Merlin. decis. 692. nu. 64.
vers. pro donatione concurrunt tot coniectura &c.
tom. 2.* Tamen ista præsumptio, quod mulier nō
465 donet tollit omnes alias coniecturas. *iuxta
text in l. diuus ff de restitut. in integr.* & sequitur
*Bertrand Bert. Socin. relat. per Decian. cons. 84.
num. 28. vers. ista præsumptio, quod mulier non
donet, tollit omnes alias &c. lib. 4.*

Proinde notandum est, quod etsi mulier, quę
pro alijs intercedit, & alienam suscipit obliga-
466 tionem, propter fragilitatem subuenitur. *l. 1.
ff. ad Velleian. l. de die. §. 1 ff qui satisdar. cog l. 3.
ff de fideiuss.* cum sæpius ipsæ contra propria
467 commoda laborēt. *l. 2. §. verba. ff. ad Velleian.
& l si pater ff. de sponsal.*

Tamen & donanti, non succurritur, quia fa-
368 ciliùs se mulier obligat, quàm alieni donet,
vt sentit, & determinat textus *in d l sed si ego.
§. sed etsi,* ibi, *Senatus enim obligata mulieri suc-
currere voluit, non donanti, quia mulier facilius
se obligat, quàm alieni donet. &c. ff. ad S. C. Vel-
leian. l. velles. 6. C. de reuocand. donat. l si vxor.
tua. C. de pignor.*

469 Nam vbi maius est periculum ibi cautius est
agendum. *cap. vbi periculū. in princip. de election.
in 6. l. 1. §. nam vel magis. ff. de carbon. edict. gloss.
in cap. vltim in verb. vt personaliter tusfin de offic.
delegat.* cum alijs in puncto plenè notatis *per
Aretin. in §. Item si in verb & Velleianum. In-
stit. de except.* & notauit *Vrsill. ad Afflict. decis.
137. num. 5. vers. mulier, quæ donat non subueni-
tur, &c.*

Facit etiam quod dicit *Cepol. in cons. ciuil. 27.*
470 Mulieres, facilius induci ad se obligandum,
quàm ad soluendum, sed conclusio ibi per eum
adducta, nec iuri, nec æquitati est consona, imo
471 falsa, dum facit differētiam inter solutionem,
& promissionem, quia de vno iudicatur, prout,
de alio, *l fuit quæstionis,* vbi Alex. *ff. de acquir.*
472 *hæred.* & in proposito paria esse soluere, ac
promittere, videatur *text. in l. fin. C. ad l. falcid.*
& in puncto est textus *in auth. siue à me. C. ad
Velleian.* quare *Cepoll. in d. consil. 27.* non benè
473 loquitur, dum sentit, mulierem pro libera-
tione, mariti posse dotem exigere, & soluere,
vt in l. quamuis. ff. solut. matr. non autem posse
promittere. Non progredior amplius in hac
materia, cum sit extra terminos nostros, sed
suo loco abundè tractabimus, quare ad nos.

Quoad mulierum auaritiam facit etiam tex-
tus *in l. si obseruare. 4. §. proficisci. ff. de offic. Pro-*
474 *consul.* vbi inter alias rationes (ni fallor) san-
citum reperitur, melius esse, quod Magistratus
proficiscantur ad regēdas sibi creditas Prouin-
cias, sine vxoribus &c. ne scilicet illæ sua im-
475 modica rapacitate, & auaritia prouinciales
dispolient. *vt sentit ibi glos.*

Nam, & inquit *Neuiz. in Sylu. nupt. lib. 2. n. 6.*
476 Mulieres propter eorum pusillanimitatem,
semper trepidant, ne fortè terra eis deficiat, &
benè etiam ratiocinatur *Escobar de ratiocin. ad-
ministr. cap. 25. numer. 60.* vbi ait, licet donatio
præsumatur inter socios ob rei modicitatem,
& maximè si impēsum fuisset in ratione victus,
tamen id limitat *sub num. 62.* vt id non proce-
477 dat, vbi socius, qui non expendit, erat mulier,
quia non præsumitur velle donare alteri socio,
quidquid plus, si de bonis societatis expendit,
quia genus mulierum est auarissimū cum alijs,
vt ibi.

Congruit pariter hic illa alia iuris conclusio,
nempe quantumuis recepta opinio sit, dum
478 maritus sciente, & patiente vxore administrat
bona paraphernalia, eorumque perceperit fru-
ctus, si illi sint consumpti, scilicet amplius non
extent, dato, quod dicti fructus petantur per
vxorem, vel eius hæredes, tunc nullatenus ve-
479 niunt restituendi, itaque nec maritus, nec
eius hæredes ad aliquid teneantur, quia in cō-
munem vsum consumpti præsumuntur, & sic ad
substinenda onera matrimonij. *l si stipulata §. si
vxor. ff de donat. inter vir. & vxor. & in l de his.
C eod. titul* & sic accipienda sunt verba text. *in
l fin.* ibi, *& vsuras quidem eorum circa se, & vxo-
rem expendere, pecunias autem &c. C. de pact cō-
uent* & facit *text. in l si ego. §. dotis. ff. de iur. dot.*
& plenè *per Thesaur. decis. 187. num. 3.*

Vbi abundè plures DD. congerit, & reijcit
Bart. distinctionem de fructibus naturalibus,
480 & industrialibus, & deridet illam aliam di-
stinctionem de fructibus parui, aut magni mo-
menti, & sunt plures decisiones Rotæ Florenti-
næ, quas allegat *Alex. Rauden. decis. Pisan. 1.
num. 51.* & quamuis ipse contrarium sentiat,
acriter tamen in hoc reprehenditur *à Mart.
vot 93. à nu. 2.* vbi inquiratur super subsistētia
dictæ conclusionis, videatur *Matth. Afflict. de-*

cis. 44. num. 3. vbi refert plures DD. assistentes, & resistentes opinioni prædictæ Bart. & tádem concludit assertam distinctionem Bart. esse cómuniter approbatam, & sequitur *Horat. Barb. in tract. de diuis. fruct. par. 2. cap. 3 à num. 46. cum*
481 *ibi allegatis*. Veritas tamen est, quod tūc opinio relata transit sine difficultate, quando euidenter constaret vxorem dictos fructus voluisse marito donare, quæ donatio inter maritum, & vxorem morte confirmatur. *l. à marito. C. de donat. inter marit. & vxor.* & in puncto aduertit *Vrsill. ad Afflict. d. decis. 44. num. 8. versic. nisi euidenter appareret vxorē hos fructus marito velle donare &c.* & multis rationibus, & iuribus id comprobat.

Tamen, vt dixi, quamuis supradicta opinio sit clara, stat nihilominus ingens controuersia
582 quando non constat de tali voluntate vxoris, nec tacita, nec expressa, & quidem sumus in dubio, & hoc casu numquid ex voluntate mulieris fructus esse perceptos iudicabimus, an è
583 cōtra, Adeo enim dubia, & difficilis est quæstio ista, vt vix decerni possit, quæ sit verior sententia, sed illud ad propositum nostrum facit, quia Doctores tenentes opinionem pro vxore, vt scilicet ex eius taciturnitate, & patientia
484 non dicatur inductus consensus, ita vt maritus vel eius hæredes teneantur ad restitutionē fructuum non extantium dictorum bonorum tamquam perceptorum contra volūtatem vxoris.

Nam ex quo mulierum genus est auarissimū,
485 ideo in dubio quod contra voluntatem earū sint percepti fructus, præsumendum videtur, & sic veniunt restituendi, & super hoc est magistrale *Bald. cons. 366. num. 4 lib. 2.* vbi firmat,
486 quod excluso casu inopiæ, in quam maritus inciderit sine eius culpa, quia tunc vxor tenetur subuenire necessitatibus viri *ad text. in cap. ex parte. de consuetud.* quo casu, vt dixi, cessan-
487 te, maritus non potest lucrari fructus bonorum paraphernalium, si non adsit cōsensus, seu voluntas ipsius vxoris, & hoc, satis latè exaggerat, & facit, vt dixi, ad casum nostrum.

Quia incongruum, & monstruosum est, mu-
488 lierem donare, & ex hoc speciali fœminini sexus natura, quæ est, vt omnes sint auarissimæ, & nemo eis præsumatur velle discrepare à genere suo. *arg. l. eleganter. §. non solum. ff. de dot. & aliàs prout latius per Bald. in d. cons. 366. à numer. 5. & benè per Alex. in consil. 42. sub num. 7. vol. 1. & consil. 63. sub num. 7. vol. 2* vbi concludit, quando voluntas mulieris esset dubia, tunc maritus fructus dictorum bonorum, non facit suos, ex quo, vt dictum est, genus mulierum est auarissimum, *& sequitur Vrsill. ad Afflict. d. decis. 44. num. 5. vers. quando voluntas mulieris esset dubia. tunc maritus, fructus dictorum bonorum non facit suos, ex quo genus mulierum est auarissimum &c.* cum ibi allegatis, & adde *Fōtanell. in tractat. de pact. nupt. claus. 6. glos. 2. par. 7. num. 33. vers. contra maritum concludendum est pro restitutione fructuum, tamquam contra voluntatem mulieris perceptorum cum earum genus sit auarissimum &c.*

Insuper ibi attestatur in controuersia præsenti videre DD. diuisos, alij tenent pro mari-
489 to, quia vxores debent sibi imputare, si non sint protestatæ, dum mariti percipiebant fructus suorum bonorum paraphernalium. Alij verò pro vxore, propter rationem iam dedu-
490 ctam, auaritiæ scilicet mulierum, & pro veraque conclusione adsunt placita diuersorum supremorum Tribunalium. Conclusio tamen est, & monet idem *Fontanell. vbi supra. nu. 36. vers. consulo tamen &c.* quod ij, qui partes mariti agunt, quæstionem hanc in nudis terminis
491 iuris disputabilem in manibus Iudicum non relinquant, & quare vide ibi, supradictā quæstionem late quoque examinat *Tiber. Decian. consil 8. à num. 10. lib. 4.* cum alijs pluribus per eum adductis.

Et intrepidè concludit, quod fructus bonorū
492 paraphernalium percepti per maritum sciente, & non contradicente vxore, non censentur eidem per vxorem donati, *& à nu. 39.* ampliat id procedere etiamsi dicti fructus non extent quando non in communem vtilitatem, sed tātummodo mariti fuerunt consumpti, *& nu. 28.* plura ad propositum nostrum adducit, quod non præsumitur ex patientia, & taciturnitate vxorē donasse tales fructus marito, quia id esset
493 contra naturam mulierum, cuius sexus repugnat liberalitati, & latè id prosequitur.

Qnoad auaritiam mulierum, faciunt etiam casus relati *per Clar. in §. Testamentū quæst. 59. in fin. & per Hieronym. à Laurent. decis. Aueniomen. 107 per tot.* qui referunt nonnullas mulieres auaritia ductas, mortuos statim expiratos
394 sub cubile ab eis esse positos, & loco illorum, alij fuisse infirmi suppositi fuerunt, qui vt ipsæ volebant testamentum ad earum fauorem cōdiderunt, de qua enormi falsitate alibi scribā.

Tandem facit *text. in l. Cicero 39. ff. de pœn.* Vbi mulier ob auiditatem accipiendi pecuniā ab hæredibus secundis, idest substitutis, eius fi-
495 lio nasciturο fecit illius abortum, tamen re detecta, mulier pœnam mortis non euasit *subdit etiam text.* quod idem crimen commiserat altera mulier inimico marito filium pareret, exilio tamē temporario damnata fuit, sed quare, nonne? ambæ idem comiserunt delictum, sed nota, ne lōgior sim, quod idem delictū grauius efficitur mediante pecunia. Modo ad nos.

MEDICI quoq; inter auaros solent vt pluri-
496 mum computari, Nam eorum artis medicinæ inuētor, Aesculapium dico, *vt referunt Plato, Pindarus, & alij,* à Ioue fulmine percussus fuit quia nimis deditus erat auaritiæ, Id etiam tradit *Georg. Trape Zuntius* nō ineleganter sequentibus tribus versibus exametris.

Aurum illi nimium, præ cisaque munera curæ
Horrendum inde pater Diuorum concitus ira
Contorsit fulmen, animamque è corpore eualsit.

Memi-

Meminit etiam *Lucianus in Dialog. Iouis Æ-*
sculapij, & Herculis in Dialogis Deorum, & con-
sentit. *Cyrillus aduersus Iulianum*, ac ex nostris
refert *Tiraquell. in tractat. de nobilit. cap. 31. nu-*
497 *mer. 437.* vbi de adulterijs, veneficijs, & aua-
ritia Medicorum tractat, & in terminis nostris
addo *decis.* Senatus Lituanici *apud Petr. Ruiz. 1.*
numer. 179. vbi pariter refert auaritiam primi
inuentoris medicinæ eiusque infortunium. Vbi
etiam subdit, nõ dissimili ingenio plerosq; eius
498 professores sciẽtiæ extitisse, in quibus Char-
mides memoratur, clarus superioribus seculis
Medicus, nam iste à quodam ex prouincialibus
ægro ob hominem pristinæ valitudini restituẽ-
dum H S. CC. pactus fuit.

Item Petrus Apponensis, qui nostræ ætati
propior fuit; Bononiæ, vbi artem medicam
499 profitebatur, pedem non extulit, nisi merce-
de quinquaginta nummorum aureorum, in
dies constituta; Prodeunt etiam historiæ, eun-
dem ad Honorium Pontificem Maximum, qui
CHRISTI Ecclesiam tunc moderabatur, voca-
501 tum, diurnas operas quadringentis locasse.

Subdit etiam idem *Petr. Royz d. decis. 1. nu-*
mer. 182. quod nec nostra ætas adeo fœlix in
502 hac parte est, gradum Medico, vt sunt quidam
ad rem attenti, ad ægrotum non promoturo,
nisi ære prius multo sibi depenso. Facitque
503 illud antiquum prouerbium, *Medicus malus,*
morbi longitudinem quærit gaudetque auaritia
ductus, & benè dixit ille *Res misera Medicus est,*
504 *cui nunquam benè est, nisi malè sit, quàm pluri-*
mis, & congruunt verba incerti Auctoris, quos
refert Pontan. in sua Artic. Bellar. titul. de Epi-
gramat. circa med. ibi

Tres Medicus facies habet, vnã quando rogatur
Angelicam, mox est, cum iuuat ipse Deus.
Post vbi curato poscit sua præmia morbo
Horridus apparet, terribilisque Sathan.

Hanc vltimam faciem vidisse præsumendum
505 est ille; qui cum solùm in somnijs aspexisset
Medicum, vitam cum morte commutauit, *vt*
post Petr. Royz. decis. 1. sub num. 85. retuli *in*
discurs. par. 4 recent. tom. 2. numer. 385. vers. cum
tantum vidisset Medicum &c. sed ad nos.

Hinc est, licèt secundùm omnium cõsensum
receptam opinionem an vulnus fuerit læthale,
506 necne, standum sit iudicio Medicorum, vt
testantur *Placa lib. 1. de delict. cap. 13. num. 6. & Ca-*
rer. in prax. titul. de homicid. §. 1. numer. 5. & §. 4.
num. 316. Prosper. Farin. *quæst. criminal. q. 127.*
num. 101. & seq. Tamen vt aduertit *Iul. Clar.*
in prax. in verb. homicidium sub num. 34. & ante
eum Ioan. Petr. Ferrar. *pariter in prax. in forma*
Inquisit. in verb. ex quibus percussionibus num. 2.
cauendum est à prædictis iudicijs, & attestatio-
nibus Medicorum cum soleant committi frau-
des, nam multi corrupti pecunia, vel gratia,
507 attestantur contra veritatem, hacque de cau-
sa in aliquibus locis prouisum, & declaratum
est, quod si vulneratus decesserit infra tot dies,
508 præsumatur ex vulneribus mortuus, aliàs
secus. Et secundum *Clar. in supradict. loco nu-*
mer. 34. & alios per eũ allegatos, quibus addo
Farinac. in prax. criminal. quæst. 127. à nu. 101.
Baiard. *ad Clar. in d. §. homicidium. numer. 155.*
vers. Iudex arbitrari debet &c. cum ibi allegatis.
Muscatell. *in practic. de cognit. & probat. delict.*
Rubric. de vulner. lethalib. nu. 159. Petr. Caball.
resolut. criminal. cas. 248. à nu. 39. & disertè per
Guazzin. *ad defens. reorum defens. 4. cap. 12. per*
tot.

Tutius est id remittere arbitrio Iudicis, qui
debet adhibere diligentiam super dictis atte-
509 stationibus Medicorum, & sedulo considera-
re, an vulneratus decesserit ex vulnere, vel ex
mala cura, aut alio morbo, quæ omnia cum
multis coniecturis ante Iudicum oculos ponit
Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 257. per tot. &
post eum latius scripsit *Mascard. de probationib.*
conclus. 1075. per tot. & num. 6. testatur secundũ
veriorem opinionem id relinqui arbitrio Iudi-
cis, qui tamen secundùm *Bald. cons. 328. vol. 2.*
510 debet in hoc adhibere peritos Medicos. Vn-
de simpliciter non est standum in his terminis
iudicio Medicorum causa secundũ dictos DD.

Contra Medicos etiam facit *text. in l. Medi-*
cus 3. ff. de var. & extraordin. cognit. Vbi cum
quidam Medicus, cui curandos oculos suos in-
511 firmus commiserat, periculum amittẽdorum
eorum per aduersa medicamenta inferendo,
compulit, vt ei possessiones suas contra bonam
fidem æger venderet, & hoc tamquam inciui-
le factum Medicus fuit punitus, ac bonis resti-
tutis ægroto. Videtur autem hæc hypothesis
ab Aesopi fabula emanasse, vt autumnat *ex*
nostris And. Alciat. Parerg. Iuris lib. 2. cap. 39.
qua fabula traditur.

Quod cum quædam anus morbo oculorum
512 vexaretur, ac Medici operam implorasset, qui
Medicus quoties ab ea impositis collyris super
oculis, recederet, furto secum aliquid de domo
auferebat, demum cum conualuisset, & de
mercede anus à Medico interpellaretur, Atqui
inquit illa, minus modò, quã olim video: plura
enim in domo vasa, instrumentaque videbam,
dum oculis ægrotabam, at nunc dum sanata
sũ, in domo nihil video &c. *super d. l. Medicus.*
ff. de var. & extraordin. cognit. videatur Gutte-
rius *variar. resolut. part. 1. cap. 37. num. 28.* Bald.
in l. interpositas. C. de transact. l. arbitratri. vbi
Angel Bald & Rebuff. *C. de profess. & Medic.*

Probi tamen Medici mirificè extollendi sũt,
nam magnam DEI similitudinem gerunt. Nã
513 & DEVS ipse Medicus nuncupatur, Vnde
in Exod. cap. 15. habetur, *Ego enim Dominus*
sanator tuus, vel vt vertunt alij. *Medicus tuus,*
& apud Hierem. cap. 12. Sana me Domine, &
sanabor. Et CHRISTVS Dominus se Medicum
indicauit, dicens, Non est opus benè valenti-
bus Medico, *vt Matth. cap. 9. Marc. 2. Luc. 5.*
Hinc S. Augustin. lib. 4. Confess. cap. 18. ibi, *Me-*
dicus es, æger sum, Misericors es, miser sum, &

alibi

alibi dixit, *Magnus de cœlo descendit Medicus, quia magnus in terra iacebat ægrotus*.

Concludam enim in laudem Medicorum,
514 ingenuo ore loquendo, quod Ars Medica
quasi videtur iactare se posse Iuris prudentiæ
superiorem saltem in hoc vnum tantùm esse,
quia licet Princeps solutus sit Iustiniani legi-
bus. *l. Princeps. 30. C. de legib. cum simil.* cum ipse
sit contra, supra, & extra ius positiuum, tamen
legibus Hypocratis subijciuntur, itaque Reges
regit, & Imperatoribus imperat Medicus, præ-
sertim ad praxim redigatur Aphorisma eiusdẽ
Hypocratis, quod est in sectione septima, quin-
515 quagesimum nonum. ibi, *Corporibus humida
carne præditis, imperanda est fames, quæ corpora
siccat*. At modò longum valere iubendo Me-
dicis, sic honorificè relinquo eos, memor præ-
cepti diuini in Eccles. cap. 28. ibi, *Honora Me-
dicum*.

SVMMARIVM.

516 *Clerici auaritia labe notantur.*

517 *Sacerdotes propria dare debent, & non aliena diripere.*
Sacerdos, & Leuita, cum viderint proximum vulneratum præterierunt illum, & Publicanus curauit eum. iuxt. Luc. c. 10.

518 *Gratia motu proprio facta alicui de beneficio primùm vacaturo, si plura simul vacent, de quo est intelligendum.*

519 *contra Clericos in solutione bonorum temporalium est semper facienda interpretatio.*
Ecclesia, si diuersis mensuris aliquid debeatur, debitor liberatur soluendo ad minorem mensuram. num. 319.

520 *Clerici cauere debent, ne tantùm nomen exactoris obtineant in Ecclesia.*

521 *in Legatis relictis Ecclesiæ intrat etiam dispositio l. semper in obscuris ff. de regul. iur.*

522 *Clerici benignius debent exigere, ne videantur lucris temporalibus inhiare.*

523 *Auaritia est radix omnium malorum cuius sitis, etiam Sacerdotum mentes obtinet.*

524 *Basilicarum labentium ruinæ, quare non reparentur.*

525 *Testator, si certam summam in funere erogari mandet, poterit tamen hæres plus expendere, & quare.*

526 *Fauori suo renunciare cuilibet licitum est.*

527 *Testator, si mandet se sepelliri cum duobus tãtum cereis, & totidem præsbyteris, quando id sit obseruandum.*

528 *Clerici mille strophas inuenerunt, contra legis Christianæ simplicitatem, circa funerum expensas. & num. 529.*

530 *Funeris occasione, vel terræ ratione, in qua defunctus est sepeliendus, de iure Canonico nihil exigi potest.*

531 *Alphonsus Rex, parochum quemdam biduo in foueam terra circumfusum detinuit, & quare.*

532 *Consuetudines laudabiles sunt seruandæ circa emolumenta funerum.*

533 *Ad quarum obseruationem, licet quis non possit cogi iure actionis, tamen officio Iudicis compelli potest.*

534 *contra Clericorum auaritiam Sancti Patres non parùm insurgunt.*
in Ecclesiasticis tanta grassatur auaritiæ pestis, vt non minimum scandalum in pusillis generetur. num. 534.

535 *Clerici, qui à turpis auaritiæ macula non sunt conspurgati, valde extollendi sunt.*
Sacerdotes in omnibus exhibere debent se veros Ministros DEI. num. 535.
Clericis valde decorum est, vt liberalitate, & pietate splendescant. & quare. num. 535.

536 *Mori pro vnoquoque homine* CHRISTVS *paratus erat, adeo vnumquemque hominem amat, sicut orbem vniuersum.*

536 *Clerici, qui non dant pro ouibus substantiam suam, quomodo dabunt animam suam.*
Clerici, quidquid habent pauperum est.

537 *Gloria Ecclesiasticorum est pauperes prouidere, cum eis ignominia sit proprijs studere diuitijs.*

538 *Clerici auro pleni* CHRISTVM *pauperem sequuntur.*
Distribuere aliena, quis non potest fideliter, dum sua tumide reseruat.

539 *Religiosi, qui toti intenti manent in construendis magnificis Templis, quid alta mente attendere debent. & num. 540.*

540 *in Religiosis non nullis quanta vigeat cupiditas, circa Ecclesias, & Monasteria miro modo ædificandas.*

541 *DEO magis placet cor humile in humili Ecclesia, quàm alti muri, in quibus corpora sunt, & corda extra.*

541 *Salamoni non profuit ædificasse tam sumptuosum Templum, dum diligere neglexit illum, propter quem ædificauit.*
Monachi illi laudantur, qui in Casellis, & in vilis habitaculis habitabant. num. 541.

542 *Religiosi illi, qui altas, & magnas domos erigunt &c. acrè reprehenduntur à Sancto Bonauentura.*
Ecclesiastici contemptores mundanorum esse debent, aliàs multa mala proueniunt, & præsertim scandalum, & malum exemplum. numer. 542.

543 *Laici perdunt deuotionem Ecclesiasticis, dum vident eos delectari illis, quæ spernere deberent.*

544 *Et sic de eorum prædicatione, nec exemplis, nec alijs ædificantur, & si videant ipsos ad se accedere, quid timeant.*

545 *Monasteria non debent abundare diuitijs, & altis muris, sed florere omnium fratrum bonis moribus, & virtutibus.*

516 CLerici pariter auaritiæ labe notantur,
& ad hoc facit *text. in can. Diaconi sunt,*
ibi, *Nunc autem ex quo in Ecclesijs, creuit aua-*
ritia, perijt lex de Sacerdote, & visio de Prophe-
ta &c. 93. distinct. & innuit text. quoque in
can. inter cœtera 10. quæst. 3. ibi, *quærimoniæ*
Parochialium presbyterorum contra Pontificum
suorum rapacitates in publicum examen deferre,
necessitas fuit &c, Crauet. cons. 10. num. 16. *vers.*
auaritia animos Clericorũ excæcat, & vers. Cle-
ricorum genus auarissimum est, & ibi plura alle-
gat. addo. *Mascard. de probation. tom. 1. conclus.*
150. num. 2. vers. maxime in clericis, quorũ genus
præsumitur auarissimũ &c. & nuper inter aua-
ros, eosdem posuit *Anton. Leonell. in tractat.*
de privileg. paupert. part. 3. cap. 2 remed. 7. nu. 4.
vers. auaritia crimen aliquando magis videtur in-
ficere Clericos, *quàm Laicos, vnde auarissimum*
est genus clericorum &c.
517 De Clericorum auaritia, aliqua etiam asserit
Guillelm. de Benedict. in cap. Raynutius, §. &
vxorem. decis. 1. num 251. & decis. 2. numer 156.
& seq. extr. de testam. Hinc ingemiscit *Gregor.*
Sanctiss. Præsul Romanus in homil. 17. in Euan-
gel. Luc. 10. ibi, plerunque (quod grauius est)
Sacerdotes qui propria dare debuerant, aliena
diripiunt, in eo enim text. Euangel. Luc. 10.
asseritur quod *Sacerdos, & Leuita videntes pro-*
ximum vulneratum, præterierunt, & Samarita-
nus curauit &c.
Quo ad Clericorum auaritiam facit etiam
text. in cap. pluribus 24. de præbend. in 6. Vbi cũ
fuisset à Papa cuidam gratia facta motu pro-
prio de dignitate, vel præbenda primò vacatu-
518 tura, accidit plures, simul vacasse, intelligi-
tur de ea fuisse prouisum, quod est maioris va-
loris, *& ibi glos. in verb. maioris,* ait, quod ma-
ioritas consistit in multis, sed Pontifex ibi iussit
attendi maioritas valoris, quia, vt subdit, Cle-
rici hoc magis cupiunt, excæcantur ergo aua-
ritia, ex ibi allegatis, videatur etiam Boerius
decis. Senatus Burdegal. 236. sub num. 5 vers. cle-
ricorum genus (sicut mulierum) auarissimum est,
& post *Abb.* inquit contra clericos in solutione
519 rerum temporalium esse semper interpreta-
tionem faciendam, & hoc ne notentur auari-
tia, expendi hic scitè potest. *textus in cap. ex*
parte extr. de censibus, vbi determinatur, si Ec-
clesiæ ad diuersas mensuras aliquid est soluen-
520 dum, debitor liberatur, soluendo ad minorẽ
mensuram, cum ab Ecclesia benigniter sit exi-
gendum, ne eius Ministri, *vt inquit textus no-*
tabilis in can. quia cognouimus. 10. quæst. 3. no-
men exactoris tantum in ea sortiantur *vide*
Roman. in auth. similiter. num. 60. in fin C *ad leg.*
Falcid.
Et optimè ponderauit Rota coram *bon. mem.*
Arguelles in causa Romana Executionis Laudi
521 14. *Iunij* 1647. vbi dicitur, quod etiam in le-
gatis relictis Ecclesiæ intrat regula *textus in*
l. semper in obscuris. ff. de regul. iur. & in l. num-
mis. 73 ff. de legat. 3. vbi pariter ponderantur
pulchra verba text. in d. cap. ex parte, ibi, *cum*
huiusmodi vota gratuita fuerint ab initio, beni-
522 *gnius sũt à viris Ecclesiasticis exigenda, ne tam-*
quam exactores videãtur lucris temporalibus in-
hiare &c. plura circa casum prædictæ decisio-
nis dissetam infra, sed ad nos.
Ad prædictorum auaritiam cõgruit pariter,
quod inclamat *Sacrum Cõcilium Toletanum. 4.*
sub Honorio 1. Pont. Max. celebratum. can 32.
ibi, Auaritia radix est cunctorum malorum,
523 cuius sitis etiam sacerdotum mẽtes obtinet,
multi enim fidelium in honorem CHRISTI,
& Martyrum in parochijs Episcoporum. Basili-
cas construũt, oblationes sanctas tribuunt. Sa-
cerdotes hæc auferunt, atq; in suos vsus cõuer-
tũt. Inde est, quod cultores sacrorum deficiunt,
524 dũ stipendia sua perdunt, Inde labentiũ Basi-
licarum ruinæ non reparantur, quia auaritia
aliquando sacerdotali omnia auferuntur, &
quid propter hoc fuerit determinatum *habes*
in can. constitutum. 16 quæst 1.
Nec est prætereundum asserta *per Andr. Al-*
ciat. in repetition l. cum in testamento. 202. ff. de
regul. iur. vbi ex *d. textu num. 1.* notat, si testa-
525 tor certam summam in funere erogari man-
det, potest, & plus expendi in maiori enim
summa, etiam minor continetur, quod si eam
summam duntaxat cõsumi voluit, adhuc idem
est, videtur namque taxationem additam, vt
526 ei, qui grauatus esset, consuleret, vnde licitũ
est fauori suo renunciare, & quidquid vlterius
velit, impendere subdit deinde.
Quod hodie fortè aliter esset dicendum, cum
plerumque accidat, vt prudentes Testatores
527 mandent se duobus tantùm cereis, totidem-
que presbyteris præsentibus sepeliri, propter
enim auaritiam quorundam sacerdotum coer-
cendam, ita præcipisse videntur, qui contra
Christianæ legis simplicitatem, mille strophas
528 inuenerunt, vnde hoc nomine pecunias ex-
torquerent Quid enim ipsi propter pallia, pro-
pter cruces, propter æris campani sonitus, pro-
529 pter denique sacræ humationis, vel defodiẽ-
di cœmiterij ius remiserunt, quod aliquo colore
possent exigere, ad hæc candelas cantores, san-
dapilarios, parochos, pannos &c. vsusq; Alciat.
Addo, & verum esse de iure canonico prohi-
bitum reperiri, aliquid exigi occasione fune-
530 ris, vel ratione terræ, in qua defunctus est se-
peliendus, vel ratione officij, cum habeant
Clerici pro hoc officio, & Sacramentis admini-
strandjs beneficium ab Ecclesia. *cap. abolenda.*
extr de sepult cap. non satis iuncto, cap sequent.
extr. de simon.
Et extat nota historia de Rege Alphonso,
531 qui parochum cuiusdã Villæ, biduò in fouea
vsque terra circumfusum detinuit, quod viduæ
cuiusdam maritum noluit sepelire, sine nume-
532 ratione pretij facta. Laudabiles tamen cõsue-
tudines in hoc seruandæ sunt. *iuxta text. in cap.*
ad Apostolicam. 42. ext. de simon. Et aduerte, li-
cet ex laudabili consuetudine aliquid possit
percipi

percipi pro ſepulturis, exequijs mortuorum,
533 & ſimilibus,& ad id cogi poſſe populum,ſi nõ
iure actionis, ſaltem officio iudicis, tamen peti
non poſſunt antequam actus perficiatur, non-
obſtante quacunque conſuetudine in contra-
rium, vt dicunt Doctores *in d cap ad Apoſtolicã & præſertim*. Hoſtien. *num*. 4. *&* 5. Abb. *numer*. 2. Felin *in princip. idem* Felin *in cap. abolenda. numer*. 7. *de ſepultur. cum alijs allegatis per* Gratian. *diſcept forenſ cap*. 210. *à num*. 13 *& num*. 24. *& latius* Soar. *de Religion. tom*. 1. *tract*. 2. *lib*. 1. *de Diuin. cult. cap*. 5. *numer*. 12. Bellett. *diſquiſit. cleric. part*. 1. *titul. de bon. cleric*. §. 3. *numer*. 21. Reodan. *in tractat ſimon. mental. par*. 3 *cap*. 16. *num*. 33. *& ſeq*.

Atque hæc dicta ſufficiant, quoad clericos
534 auaros, contra quos non parum inſurgunt, &
inuehunt ſancti Patres, quorum ſententias refert. *Petr. Creſpet in ſumma Catholic. fid. Apoſtolic. doctr. & Eccleſiaſt. diſcipl. in verb. Auaritia titul. auaritia Eccleſiaſticorum deteſtanda*. Vbi apoſtilla ſic ait. Et reuera tanta graſſatur peſtis auaritiæ in Eccleſiaſticis, vt non minimum ſcandalum puſillis generetur, & iſtè habeant Heretici quid obijciant Clero tanta impietate turpari &c.

Cœterum illi Eccleſiaſtici, qui à turpi auari-
535 tiæ macula non ſunt conſpurgati, mirificè sũt
extollendi, & ſi in omnibus Eccleſiaſtici, iuxta paternum monitum *Sacri Cõcil. Trident. ſeſſ*. 14. *in decret. reformat. in proem*. ſe exhibere debent tamquam Miniſtri D E I, ne dictum illud Prophetæ impleatur in eis, *Sacerdotes DEI contaminant ſancta. & reprobant legem*. Quare ſi in omnibus, vt dixi, miniſtri D E I, ſe oſtendere debent Eccleſiaſtici in eis enim valde decorũ erit, pietate liberalitateque ſplendeſcere.

Sequendo ipſum D E V M, qui adeo prodigus fuit, vt non dubitauerit manibus tradi nocentium, & tàm libenter crucis ſubire tormẽtum, Nec non ſic profuſa eſt eius liberalitas, & charitas, nam, *vt inquit S. Ioan. Chryſoſtomus*
Non enim CHRISTVS recuſaturus erat, vel
536 propter vnum hominem mori, adeo ſingulũ
quemque hominem pari charitatis amore diligit, quo diligit orbem vniuerſum, ideoque vnuſquiſque noſtrum non minus gratias agat CHRISTO, quàm ob ipſum ſolum moriturus, veniſſet &c. Sed inclamat *Gregorius Magnus homil*. 14. *in Euangel*. loquendo de auaritia clericorum, qui non dat pro ouibus ſubſtantiam ſuam, quomodo daturus eſt animam ſuam &c.
537 Sed perſiſtendo in terminis, Eccleſiaſticis
enim magis decet operoſa pietas penitus auaritiam abhorrẽdo, quia quidquid habent Clerici pauperum eſſe dicitur *can. quoniam* 16. *q*. 1. & latè deduxi *in annotat. decis*. 460. *à num*. 97. *verſ quoniam quidquid habent clerici pauperum eſt &c. part* 4. *recent. tom*. 2. Iſta enim eſt eorum gloria, rum iunctur obſecro *text. in can. gloria* 12. *quæſt*. 2. vbi dicitur, *Gloriam Eccleſiaſticorũ eſſe pauperes prouidere, cum eis ignominia ſit proprijs ſtudere diuitijs*, qui textus inuitãdo eoſdem ad contemptum diuitiarum, adducit exẽplum Chratis Philoſophi Thebani, qui homo erat ditiſſimus, & cum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit, non putando ſe poſſe, & virtutes & diuitias ſimul poſſidere.

Et deinde *ſubdit textus* pariter loquẽdo Eccleſiaſticis, ibi, *Nos ſuffarcinati auro C H R I-S T V M pauperem ſequimur, & ſub prætextu*
538 *eleemoſynæ, priſtinis opibus incumbentes, quo-*
modo poſſumus aliena fideliter diſtribuere, dũ noſtra tumidè reſeruamus? Plenus venter, facile de ieiunijs diſputat. Non Ieroſolymis fuiſſe, ſed Ieroſolymis bene vixiſſe laudandum eſt, hucuſque textus facit quoque alius textus peregregius, in hac materia. *in can. aurum. Eccleſia habet, nõ vt ſeruet*, 12. *quæſt*. 2. vbi videatur, & præſertim
539 Clerici, alijque Religioſi, alta mente repetant
illius verba dum toti intenti manent in conſtruendis magnificis Templis, Monaſterijſque.

Hinc iuſta Euſebij exclamatio in ſua Epiſtol. quæ in tom. 4. oper. S. Hieronym. habetur, ibi,
540 *Sunt nonnulli, qui totum ſuum fructum exi-*
ſtimant, Eccleſias, & Monaſteria miro modo, & opere ex pauperum mercede, ædificare, in quibus tanta viget cupiditas, vt terram ſibi, & omnia deficere putent, ibi cor, ibi mens, ibi ſemper ſua cogitatio, vt aliena poſſint expoliare marſupia &c.

Hic mihi imperare nequeo, quin auribus prædictorum non inculcem Diuinum Oraculũ ex S. Brigitta in ſuis reuelation, lib 3. cap. 18. Maria loquitur. *Placet DEO magis cor humile*,
541 *in humili Eccleſia, quàm alti muri, in quibus*
corpora ſunt & corda extra, propterea non habẽt neceſſè areas auro, & argẽto implere propter ædificia, quia non profuit Salomoni ædificaſſe, tam ſumptuoſa ædificia, ex quo neglexit eum diligere, propter quem ædificabantur &c.

Hinc exprobatio contra prædictos S. Bonauenturæ *in quæſtionib. circa Reg quæſt*. 6. vbi air, quod cum ſecundùm Patres laudentur Monachi in caſellis, & in vilis habitaculis habitabãt,
542 deinde acrè eos reprehendit religioſos, qui
altas, & magnas domos erigunt, oratoria ſumptuoſa, & areas latas magno pretio comparãt, cum contemptores mundanorum eſſe debeant. Ex quibus deinde, vt ſubdit *idem ſanctus*.

Tot mala proueniunt, & quinque numerat,
543 & præſertim malum exemplum, & ſcandalũ,
dum homines vident eos, qui huiuſmodi pro CHRISTO ſpernere debuerãt, quærere, & delectari, ex quo illis perdunt deuotionem, & ſic nec de eorum prædicatione, nec exemplis, nec
544 alijs ædificantur, & quando vident eos ad ſe
accedere timẽt, quod velint aliquid petere &c.

Optimum mihi ſanè videtur monitum illud ad Superiores Religionum Thomæ de Kempis viri zelo DEI, ardentis, in quadam Epiſtol. ibi,
545 *Non optes, vt Monaſterium tuum abundet di-*
uitijs, & altis muris, ſed vt floreant omnes fratres bonis moribus, & virtutibus ſanctis &c.

cum

Digitized by Google

cum his, quæ sequuntur. Vide etiam aliqua, quæ iam dixi in simili materia *in annotat. ad decis.523. à num.130. vers.contra religiosos aliter facientes &c. par.4.recent. tom.3.* vbi etiam *numer.138.* posui exemplum notabile, & simul lacrymabile de quodam Monasterio Monialiũ, in qua non recipiebatur aliqua monialis, nisi secum afferret certam pecuniarum summam.

S V. M M A R I V M.

546 *Iudices etiam inter personas pice auaritiæ coinquinatas, numerantur.*
547 *Pictores solent pingere quatuor, scilicet, Iudicem, Militem, Agricolam, & Mulierem, & cum inscriptione.*
548 *in Officialibus, & præsertim officialibus Terrarum præsumitur fraus, & voracitas.*
549 *Iudicium iustum, quatuor peruertere solent, inter quæ præcipua est cupiditas.*
550 *Iustitiæ vestigium nullum est in eo corde, in quo auaritia habitaculum fecit.*
551 *Iudicum animabus, si inhæreat auaritia actum est, cum id satis sit, vt iustitia suffragetur.*
552 *Hierusalem quare, seu ob quæ vitia fuit destructa.*
553 *Officium officialium est hodie iura confundere, lites suscitare, transactiones rescindere &c.*
554 *Iudices auaritiæ intuitu, aut differunt, aut peruertunt iudicium.*
555 *Tebani, Iudices pingebant sine manibus, & cum oculis conniuentibus. & quare.*
557 *In Iudices, qui eligendi sunt.*
558 *Iudices non solùm debent esse non auari, verum tales, vt odio intestino prosequātur auaritiam. & num.559.*
560 *Iudices, qui auaritiæ dediti sunt, caueant, vt puris manibus vtantur.*
561 *Iudices contenti esse debent suis stipendijs:*
562 *Stipendia Iudicibus constituenda sunt à Principibus.*
ad Onus, qui eligitur, non debet repelli à mercede. num.563.
563 *Alexander Imperator solitus erat assignare magna stipendia Iudicibus.*
Ne iustitiam venderent, neue ipsi contemnerentur.
543 *Reipublicæ interest, vt Iudices, & Officiales cōgrua stipendia habeant.*
Labor mercede fit dulcis.
564 *Stipendia quare constituantur Iudicibus.*
565 *Iudices qui aliquo respectu, vel suspectu humano iniquè iudicant, horrendum committunt peccatum.*
566 *Iustitiam vendere, & simoniam committere paria sunt.*
567 *Iustitiam vendere grauius est, quàm committere simoniam.*
CHRISTVS, quod sit prabenda nusquam legitur. num.567.
568 *Culpa eo grauior est, quo maior est, in quem culpatur.*
569 *Beneficium vendere inter grauissima crimina reputatur.*
569 *Crimina omnia ad comparationem simoniæ, quasi pro nihilo habentur.*
570 *Hierusalem submersa fuit ob simoniam Sacerdotum.*
571 *Simoniam non habere locum in Curia Romana, qui dicunt. videant text. in can. iudices 1. quæst. 1.*
572 *Iustitiam vendere longè grauius est, quàm vendere prabendam.*
573 *Iudicandi munus est satis superque res periculosa, maximè si perscrutentur text. in cap.72. in Apocalis.*
574 *Dan idem significat, quàm Iudex.*
575 *Iudex malus, qui quasi coluber tortuosus est pro libito leges intorquens.*
576 *Iudices æqui splendidissimis titulis ornandi sunt.*
Iudices recti simulacra Dei dicuntur.
Iudicare tribuitur DEO.
577 *Iudices dicuntur etiam Dij.*
DEVS inter Deos iudicat iuxt. Psalm. 81. & quid pro Dijs intelligere voluit Propheta.

SEquendo modo adducere alios, qui à Iure
præsumuntur auari, & die Iudices pariter
546 pice auaritiæ censeri coinquinatos, *vt sentit*
Neuizan. in Sylu. nuptial. lib 5. titul. quomodo
iudicand. vers. Iudex euitet auaritiam, quæ potis-
simum ascribitur Iudicibus, & allegat. *Aristotel.*
cart.18. problem.4. & sequitur *Mascard. conclus.*
159. sub num.3. vers. quarto amplia, vt procedat
etiam in iudicibus &c. vbi post *Neuizan. in su-*
pracitat. loc. asseris,
Pictores solitos esse pingere quatuor, videli-
547 cet Iudicem, Militem, Agricolam, & Fœmi-
nam, & scribunt: Militi, quod defendit illos
tres, Agricolæ, quod alit illos, tres, Mulieri,
quod decipit illos tres, Iudici verò, quod fura-
tur illis tribus &c. Necnon vide *Francisc. Viu.*
decis. Audientia Baren.113. num.6 vbi ait, quod
548 de iure communi præsumitur fraus, & vora-
citas in Officialibus, & præsertim in Potestati-
bus terrarum.
Inter quatuor illa monstra, quæ iustum iu-
549 dicium peruertere solent, connumeratur cu-
piditas, *vt habetur in can. quatuor modis, huma-*
num iudicium peruertitur 11. quæst. 3. ibi, *cupi-*
ditate, dum proemio alicuius animum corrumpi-
mus &c. O cupiditas fera pessima, & vt consi-
550 derat in terminis nostris Magnus Leo Papa
serm.9. de passione Dom. *Nullum est in eo corde,*
iustitiæ vestigium, in quo auaritia habitaculum
551 *fecit.* Auaritiaque quippe est mater omniũ
malorum maximeque quando, non priuatorũ,
sed Iudicum animabus inhæret verba sunt *Iu-*
stiniani Imperatoris nostri in auth. vt Iudic. sin.
quoq. suffrag. fiant §. est quoque.

F Legi-

Legimus apud Michaam cap. 3. destructam
552 fuisse Hierusalem, eò quod Principes in mu-
neribus iudicabant, Sacerdotes in mercede
docebant, & Prophetæ in pecunia diuinabant.
Hinc æqua quærela Petri Blesensis, dum incla-
mat his verbis. Officium officialium est hodie
553 iura confundere, lites suscitare, transactiones
rescindere, dilationes innectere, supprimere veri-
tatem, fouere mendacium, quæstum sequi, æquita-
tem vendere, inhiare actionibus, versutias concin-
nare. Et Isidorus de summo bono lib. 3, sic cõ-
554 queritur, sæpe praui Iudices, auaritiæ causa,
aut differunt, aut peruertunt iudicium &c.
Sed persistendo strictè quoad auaritiam Iu-
dicum, quàm ipsi, tamquam pestem euitare de-
555 berent. Vnde ad id significandum, in hoc
prudentes illi Thebani, vt referunt vetera illa
annalia, Iudicum imagines pingebant sine ma-
nibus, & cum oculis conniuentibus, eo quod
556 iustitia, nec muneribus capiatur, nec homi-
num vultu flectatur. Et in terminis nostris sũ-
mopere illud notandum puto, & ponderare
soleo, quod legitur in Exod. cap. 18. vbi descri-
bitur qui sint eligendi Iudices, ibi, Prouide ait
557 Moysi de omni plebe viros sapientes, & timentes
DEVM, in quibus sit veritas, & qui oderint
auaritiam &c.
Quare audiuimus non solum Omnipotentẽ
DEVM, Iudices nolle esse auaros, verum etiã
558 eos esse tales, vult, vt odio prosequãtur aua-
ritiam, idem pariter habetur in Exod. cap. 23.
Num, cap. 16. Deut. cap. 10. & cap. 16. Reg. 1.
cap 12. & 18. Reg. 2. cap. 22. Iob cap. 15. 17. &
20. 36. Psalm. 17. & 25. Prouerb. 15. 17. 22. & 28.
Ecclesiast. cap. 20. 40. & 46. Esai. cap. 1. 5. & 33.
Ezech. cap. 22. Amos. cap. 5. Mich. cap. 22. Amos.
cap. 5. Mich. cap. 3. & vltim. & Act. cap. 24. Idem
probat text in l. ad splendidioris ff de diuers. offic.
l. properandum. §. fin. autem. C. de iudic. & habe-
tur in cap. cum æterni. in princip. de re iudic. in 6.
cum alijs allegatis per Iul. Cæs. Ruginell. in suis
pract. quæst. cap. 48. sub num. 22. vers. hanc inex-
plicabilem sitim exercentes, mandantesque creari
in Iudices eos, qui oderint auaritiam &c. Itaque
etiam suspicio auaritiæ ab eis debet esse aliena.
Tales pariter exquirebat, Serenissimus Rex
559 Dauid, & tales admittebat, nam vt inquit
in psalm. 100. Ambulans in via immaculata hic
mihi ministrabit, & munera sua per innocentem
non accipiens, vide supra à num. 543.
Cœterum Iudices, qui auaritiæ dediti sunt,
560 sicuti etiam cœteri alij, qui ciuiles admini-
strationes obtinent, caueant vt puris manibus
vtantur, & ab omni acceptatione se abstineãt,
561 contenti permanendo de his, quæ sibi à fisco
administrantur, vt sancitur in auth. vt iudic. sin.
quoq. suffr. fiant. §. cogitatio. & alibi dicit Canon.
estote contenti stipendijs vestris. sicuti dicitur etiã
in can. non satis. 86. distinct. circa finem. & habe-
tur titul. in C. de praben. salar. latè Menoch. de
562 arbitrar. cas. 514. vbi ostendit salaria Iudici-
bus constituenda à Principibus oportere, quod
exornatur à Pacian. de probat. lib 2. cap. 45. nu-
mer. 82. & seq. & est pulchra Nouella 17. cap. 6.
§. 2. Nam, & qui ad onus eligitur, repelli non
debet à mercede cap. cum secundum. 10. de præ-
bend. & copiosè tractat Steph. Nathen de Iustit.
vulnerat. titul. 3. cap. 7. & latius Paul. Xamar. in
tract. de offic. Iudic. cap. 19. tit. de salar. & expens.
Iudic. part. 1.
Refert Lampridius in vita Alexãdri Seueri;
& ex eo Ioann. Couarr. lib. 2. Emblem. 23. & Io-
ann. de S. MARIA. in Polit. Christian. cap. 10.
dictum Imperatorem cuius imperium litteris
tantum florebat, solitum semper fuisse Iudici-
563 bus magna assignare stipendia, ne iustitiam
venderent, neve ipsi contemnerentur. Inte-
rest enim Reipublicæ Iudices, & Officiales cõ-
grua stipendia habere, videatur Ioan. Baptist.
Fragos. de Regim. Christian. Reipubl. lib. 4. disput.
9. §. 4 & facit text. in l. in nomine, ibi, semper pro-
uidimus vnumquemque secundùm laborem suum
&c. C. de offic. præfect. Præt. Afric. Specimen enim
florentis Reipublicæ est, vt disciplinarum Pro-
fessoribus, & Magistratibus proemia opulenta
pendantur, nam vt dicit Ouidius lib. 6. Fastor.

. . . . sit dulcis mercede labor.

Quæ quidem stipendia Iudicibus, vt dicebã
dantur, & constituta sunt, vt gratis iustitia li-
564 tigantibus ministretur, & ne iustitia efficiatur
venalis, vt habetur in can. cum ab omni versicul.
gratis. studeatis litigantibus &c. de vit. & hone-
stat. cleric. & in can. non licet, Iudici vendere iu-
stum iudicium. 11. quæst. 3. Vide quæ latè dixi
supra circa Iudices munera affectantes à nu-
mer. 143.
Demum illud mihi restat asserere, quoad
Iudices auaros, de quibus hic tantùm loquor,
vt attentè considerent, si auaritia, aut alio re-
spectu, vel suspecto humano, iudicij libram
565 æquo libramine non moderentur, & sic, vt di-
citur, iustitiam vendunt, permaximum, horrẽ-
dumque committunt peccatum, nam, vt dicit
Cassiodor. lib. 6 var. epist. 21. paria esse iustitiam
566 vendere. & simoniam committere, congruitq;
textus in cap. accepimus. in fin: ibi, simoniacam
venditionem iustitiæ &c. extr. de purgat. canonic.
Imò grauius est vendere Iustitiam, quàm
567 præbendam, quia CHRISTVS iustitia est
can. existimant. vers. CHRISTVS sapientia est,
iustitia & c. 11. quæst. 3. nusquam tamen legitur,
568 quod CHRISTVS sit præbenda. Sed culpa
eò est grauior, quò maior est, in quem culpa-
tur, vt ait S. Bernardus, & ex nostris ratiocina-
tur Luc. de Penn. in l. si quis num. 62. C. de deser-
tor. lib. 12. & Petr. Rebuff. tom. 3. ad leges Galliæ.
tractat. de salar. titul. Des salaries proces. glos. vnic.
§. Nam dicit. Itaque culpa tantò grauior est,
quantò res, in qua culpatur, est maior.
Et si vendere præbendam, & beneficium, in-
569 ter grauissima crimina reputetur, vt omnia
crimina, ad comparationem simoniæ, quasi pro
nihilo habeantur. can. patet. vltim. vers. omnia
crimina

Google

*crimina ad comparationem &c. 1.quaest.7 cap.
per tuas 6. et 1.vers.simoniaca pestis sui magnitu-
dine omnes alios morbos vincit,&c.extr de simon.*
& aduertit *Rota coram* Card. Blanchetto *decis.
108.nu.1. vers agitur de simonia atrocissimo cri-
mine,quo nullum reperitur in iure Pontificio ma-
gis execrandum iudicatum &c. part.5.diuers.*
Et propter hoc crimen, *vt inquit S.Hieronym.*
570 *& tetigi supra*. Hierusalem submersa est, nē-
pe propter simoniam sacerdotum; *& habetur
etiam in text.can. indicet.1. quaest.1.* quem textū
571 pre oculis habeant, qui dicunt simoniam nō
habere locum in Romana Curia *per l.1. ff. ad
leg. Iul. de ambit.* videatur *Paul. Layman. in
Theolog. moral. lib.4. tractat.10.cap.8. de simon.
§.6.num.64. vers.porro in Curia Romana simo-
niam committi posse ab officialibus &c.*
Sic ergo, tam immane, vt dixi, peccatum
est simoniæ, quid erit dicendum si vendatur
572 Iustitia, idest CHRISTVS, qui est Iustitia,
grauius quidem erit, quàm vendere præben-
dam quare talis Iudex poterit vocari pessimus
simoniacus, hæreticus, & alter Iudas proditor,
& peius, si excogitari poterit.
Iudicandi enim munus, est satis superq; res
573 periculosa, ideoque contremiscant Iudices,
dum percuntantur sacrum illum textum *apud
Ioann.cap.7. in Apocalis.* vbi Euangelista re-
censens numerosam multitudinem prędestina-
torum, refert ex qualibet tribu, duodecim mil-
lia fuisse signatos, & cum singulas referret solū
Tribum Dan silentio inuoluit, Heu,quid mirū?
& vnde ista eius lacrimosa sors, facilis est re-
574 sponsio Dan idem significat, quàm Iudex.
Quod Oraculi Diuini testimonio liquet in
Gen. cap.49.dicit enim,sacer textus *Dan iudi-
cabit populum suum*, & statim subditur, *Fiat
Dan coluber in via, cerastes in semita.*
Iudex qui quasi coluber tortuosus est, pro
575 libito leges intorquens, & quasi cerastes in-
sidias parans, iustitiæ rectitudinem, non ob-
seruat, talis equidem inter electorum numerū
supputandus non est, & in potentias Domini
non introibit, imò perpetuis supplicijs tradetur
sine fine cruciandus.
Verumtamen splendidissimis titulis, & im-
mortalibus laudibus ornandi sunt Iudices illi,
qui post aurū non abeunt, æquo libramine ius
suū tribuēdo vnicuiq; Nam æqui Iudices DEI
simulacra rectè dicuntur, nam iudicare tribui-
576 tur DEO, qui sæpe sæpius in sacris literis Iu-
dex appellatur, vt notū est. Vnde dicitur quod
omnis Iudex, Iudicem cœlestē imitare debet.
§.Arripiat. Auth. vt omnes obediant Iudici &c.
vt meminit *Grammat decis.5. nu* 38.Imo & Iu-
577 dices etiam Dij dicuntur, vtique *Cardinal.
Bellarmin.in tractat.de Ascens.mient.in DEVM
grad.*10.*cap.6.* declarando illud Psal.81.*DEVS
inter Deos iudicat*,ait, idest iudicat Iudices,quia
Dij in scripturis dicuntur.

SVMMARIVM.

578 *Causidici, qui non ad iustitiam, sed solum ad quaestum oculos vertunt, quid eis acciderit.*
579 *Morbus adeo desperatus reperitur, qui non inueniat* Medicum.
Causa nulla adeo deperdita reperitur, quæ non inueniat Aduocatum. *num.*579.
580 *Causidicorum malorum genus pestilens & pessimum est.*
581 *Mendacium, & iniquitatem protegere ad exclusionem iustitiæ, quid peius est.*
582 *Lites turpes, turpiores solent habere Aduocatos.*
583 *Hominem iniquum, cum* Phocio *in iudicio defendisset, & ob id fuisset reprehensus, quid respondit.*
Homo nemo bonus, patrocinio indiget.
584 *Infernum,quidam vidit, & Aduocatorum turbam illic circumspexit, & quid dixerit.*
585 *Refertur casus visus à quodam Aduocato, circa multitudinem Iudicum, & Aduocatorum ad Infernum descendentium. & numer.* 586. *&* 587.
588 *Aduocati boni sunt tamquam stellæ fixæ, in DEO tantum.*
589 *ad Iustitiam, qui erudiunt, multos fulgebunt quasi stellæ.*
589 *Aduocati iniqui sunt stellæ, sed erraticæ, quæ habent duplicem motum, scilicet pro, & contra.*
590 *Aduocatus quidam cum iactaret, se multum acquisiuisse pro vna aduocatione. Alius respondit ego plus acquisiui, vt tacerem.*
591 *Aduocato, cum cliens dederit currum, & aduersarius eidem Aduocato donauerit equos, quid euenerit.*
592 *Aduocato cuidam cum fuisset datus à clientibus, vt pro eo loqueretur, & cum coram Iudice Aduocatus tacitus staret, & interrogatus de silentio quid respondit.*
593 Causidici *iniqui, iustius canes nuncupari possunt, quàm homines.*
594 Causidici *iniqui ideo vocantur canes, quia tàm ardens est eorum sitis, vt canina videatur.*
Causidici *iniqui, tamquam canes omne cibum, tàm purum, quàm impurum deuorant.*
595 Causidici *iniqui adinstar canum, gaudent se satiare alienis vomitis,*
Et sic auidè suscipiunt causas à iustis Aduocatis reiectas.
596 *Aduocatus quidam dum erat in sæculo omnes causas cuiusdam* Monasterij *vincebat, factus postea in eo* Monachus, *& Aduocatus pro eo, tunc omnes illas perdebat.*
De qua re summè admiratus Abbas. quid ei respondit Aduocatus.
597 *Lingua tertia multos commouit, iuxta Ecclesiast.cap.28.& quæ sit ista lingua tertia.& numer.*598.
599 *Bellum, qui volunt dissipandi sunt.*

600 *Procuratores mali, se venales expenunt, frondes habentes in capite, sicut equi venales.*
601 *Procuratores mali, cum canibus comparentur, ideo dum sequuntur umbrã, amittunt veritatem, sicuti accidit cani Aesopi.*
602 *Litigantes, quomodo poterint satiare famem caninam iniquorum Procuratorum, eorumque crumenam implere.*
603 *Quæ semper inclamat, sicut Infernus affer, affer.*
604 *S. Iuo Causidicorum Patronus, postquam ad Cœlum peruenit, scalas attraxit, & hactenus nullus eorum amplius ad Cœlum peruenit.*
605 *Sed hoc potius iocosum, quàm veri dictum existimatur, & vide num. 606. & seq. vtinam pro multis id non esset verum.*
608 *Procurator litigiosus, & cauillosus pro idoneo fideiussore non habetur.*
609 *à Procuratoribus cauillosis, & fori anfractus expertibus, perdifficulter exigitur, quod debet soluere.*
610 *Procuratores, & sollicitatores pessimi instruunt clientes ad negandas positiones.*
Aduocati, & Procuratores iniqui damnantur, in quo peccarunt.
611 *Aduocati cuiusdam famosi lingua diu putrefacta fuit ante mortem.*
612 *Aduocatus quidam statim infirmatus loquelã amisit, quamuis adhuc leuis esset infirmitas, & perquisito ore, nulla erat lingua.*
613 *Aduocatus quidam propter eius eloquentiam dicebatur habere linguam auream, & quid accederit post eius mortem.*
614 *Procuratores iniqui ponunt suam spem suffocandi veritatem, dum partes negant verum.*
615 *à Latronibus quidam miserabilis aggressus, & crudeliter ab eis fuit tractatus.*
616 *Et vsque adeo eum non reliquerunt, nisi postquam eum putarunt mortuum. de quo apud Luc. cap 20.*
617 *Latrones illi, qui significantur.*
618 *Procuratores iniqui veritatis lucẽ abhorrent, vt cæteri Latrones, celando eam sub falsis interpretationibus.*
Vt Iudices illam non aspiciant.
619 *Procuratores iniqui in hoc non imitantur Latrones, quia isti in tenebris furantur, illi verò in luce meridiana. num. 618.*
619 *Causidici mali audaciores sunt Marte, qui, vt fabulantur Poetæ, timet solis aspectum, ne eius adulteria ad notitiam deueniant.*
620 *Latrones à longè fugiunt Tribunalia, vbi Iustitia ministratur, sed iniqui Causidici ad illa currunt, & quare.*

QVod diximus supra de auaris, & iniquis Iudicibus, idem quoque dicendum erit, de Aduocatis, Procuratoribus, cœterisq; Causidicis, qui auaritia ducti, iniustum, iniquum-
578 que defendere temerario ausu, non erubescunt, non ad institiam, sed tantùm ad quæstũ oculos conuertentes, O venale hominum genus, prudenter ille, *Vidi morbum incurabilem,*
579 *ad quem curandum non inuenitur Medicus, sed numquam vidi causam adeo deperditam, ad quã tuendam non inueniatur Aduocatus.*

Quàm pestilens, & pessimum sit malorum Causidicorum genus, verbis non ita facilè cõ-
580 sequi poterit, O infamis, & ignominiosa istorum professio, mendacium, & iniquitatem pro-
581 regere toti intenti manendo ad obscurãdam auratam lucem veritatis, iustitiæque. Et benè facit dictum illud Senecæ lib. 1. de ira cap. 7.
582 *Turpes,* ait, *lites, turpiores habere solent Aduocatos.* Multi enim sunt, qui sequuntur Phocionem, qui cum à suis reprehẽderetur, quod hominem impium in Iudicio defendisset, respon-
583 disse fertur, *Quod nemo homo bonus patrocinio indiget.* Et verè dici potest, quod nullum est vitium sine patrocinio.

Attendant iniqui Aduocati, rapere, congerere, auferre, possidere, quia tandem omnia relinquenda sunt, & quod peius est, eos expectat cauerna infernalis. Refert *Ioann. Valent. in sua summ. part. 1. communiloquij distinct. 5. de informat. Aduocat. cap. 1.* & ex nostris adducit. *Burg de Paz. in proem. selection. ad legem tertiam Thauri. nu. 386. vers. denique.* Virum quemdam
584 infernum vidisse, & Aduocatorum turbam illic circumspicientem dixisse. *Heu venale hominum genus accedite, & mecum in hoc vase saturamini &c.*

Legitur *in Chronicis Seraphici Patris Sancti Francisci, & ex nostris refert* Ceuall. *commun. contra commun. tom. 4. in præfat.* De quodam
585 Aduocato, & Iudice in Hispania existẽti, qui Ioannes Par. vocabatur, cũ esset semel ad fenestram suæ domus, quæ aspectum habebat in viam publicam, superuenit quidam custos por-
586 corum, qui cum claudere voluisset porcos in stabulo, et non valuisset, cœpit iratus vociferare, quasi insanus, *O porci maledicti intrate stabulum, sicuti Iudices, & Aduocati intrant in infernum,*

Et his dictis statim porci mutuò se impellentes sine mora, et strepitu intrauerunt, quod ip-
587 se Iudex, et Aduocatus aspiciens, timore perterritus mundanis relictis, ordinis Fratrum Minorum intrauit, et sanctus homo factus fuit, et propter eius vitam exemplarem ad officiũ Generalatus Ordinis Sancti Francisci euectus fuit. Sed relictis exemplis ad nos.
588 Sicuti enim boni Aduocati æquiparantur stellis, fixis tamen in DEO suo, et facit illud Daniel. cap. 12. *Qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ &c.* Ita iniqui Aduo-
589 cati sunt stellæ, sed erraticæ, quæ habent duplicem motum scilicet pro, et contra, committendo pessimum illud vitium prænaricationis, *iuxta text in l. 1. ff. de præuaricat. & l. præuaricationes ff. de verb. significat.* Fertur, de quodam
590 insigni Aduocato, qui cum iactaret, se multũ pro vna aduocatione acquisiuisse; alius respondit, *ego plus accepi, vt tacerem.*

Narra-

Digitized by Google

Narratur etiam de alio Aduocato, cui cum
eius cliens dedisset currum, aduersarius verò
591 dono dedit ei equos. Cum ergo cliens vi-
disset, quod ille Aduocatus potius loquebatur
ad fauorem aduersarij, quàm pro se, ait, Currus
malè vadit, Aduocatus respondit, *Non potest*
aliter ire, quia equi sic eum ducunt per illam viã.
Fertur etiam de illo Aduocato, cui cum da-
592 tus fuisset bos, vt pro dante loqueretur, &
cum coram Iudice nihil loqueretur, & videns
causam suam periclitari, exclamauit, *DEVS*
meus quando loquetur bos meus, Aduocatus ve-
rò qui vaccam ab aduersario receperat pro si-
lentio suo, *Respondit vacca ita durè tenet eum*
per guttur, quod non potest loqui. Sicque apud
iniquos Aduocatos etiam silentium venale est.
Erubescant Iurisconsulti illi, seu Aduocati,
qui leui interesse pecuniario non contremiscũt
causas iniustas defendere, & aliquando etiam
preuaricare verè indigni hoc præclaro nomine
593 Iurisconsulti, cum iustius canes possint nomi-
nari, quàm homines, nam vt inquit S. *Ioannes*
Chrysostom. homil. 8. in Ioann. ibi. *Qui in iudicio*
dicunt canibus similes sunt &c. Vtique mali
594 Procuratores, Aduocati &c. vocandi sunt ca-
nes, ea de causa, quia tam ardens est eorum fa-
mis cupiditatis, vt canina videatur, & propterea
omne cibum purum, & impurum deuorant, vt
suam bursam hydropicam reddant, parum cu-
rant, an patrocinium sit iustum, an iniustum.
595 Imo gaudent se satiare more canum, alienis
vomitis, & sic auidè suscipiunt causas à zelan-
tibus Iustitiæ Aduocatis renunciatas, & foris
eiectas.
Abbas quidam summè admirabatur de suo
Aduocato, qui dum erat in sæculo victoriam
596 reportabat de omnibus litibus, in quibus ip-
se aduocabat, & cũ habitum Religiosum sum-
psisset in nulla, quàm pro Monasterio defen-
debat, palmam reportasse valuit. Vnde dictus
Abbas huius rei rationem ab eo scire voluit,
qui respondit, dum eram in seculo, mendacia
cumulare poteram, sed id in Religione non est
mihi permissum &c.
Oraculum Diuinum in Ecclesiast cap. 28. ait,
Lingua tertia multos commouet, loquitur enim
597 ibi de lingua mali Aduocati. Tres sunt lin-
guæ, quæ loquuntur in iudicio, prima est eius,
qui accusat, secunda accusati, tertia Aduocati,
vel Procuratoris, qui dum malus est, omnia
commouet, ita inquit Hug. Carens. super dicto
loco Ecclesiast. ibi, *lingua tertia est lingua Ad-*
uocati, quæ est tertia ab Actore, & reo, hac lingua
598 *multos commouit, milites, rusticos, clericos, Mo-*
nachos ad bella, & lites.
Iustè dixit Regius Propheta in psalm. 67. ad
Dominum conuersus; *Dissipa gentes, quæ bella*
599 *volunt*, sicut sunt mali causidici, qui semper
lites desiderant, sicuti Medici infirmitates. Et
possumus iure asserere, quod supradicti, se ve-
nales exponunt, frondes habentes in capite,
600 sicuti equi venales, occurrunt venientibus,
dicentes, Domine benè veniatis, quid habetis
facere in Curia, si habetis litem, meum patro-
cinium sumite.
Heu miseri, verè nesciunt, quid faciunt, &
quia prædicti comparantur canibus, dum se-
601 quendo vmbram, sicuti accidit cani Aesopi,
veritatem amittũt, seu relinquunt. Qualis erit
miseria infelicis litigantis, manendo sub patro-
cinio similium Procuratorum, nõ aliter, quàm
in manibus canum, & quomodo poterit eos
602 satisfacere, & quibus muneribus crumenam
implere, quæ non aliter, quàm Infernus clamat
affer, affer.
603 Parua quippe spes est salutis huiusce farinæ
Iudicum, Aduocatorum, Procuratorum, Solli-
citatorum, Notariorumque remanet. Nam
vulgò dicitur S. Iuonem Causidicorum Patro-
604 num, postquam ad Cœlum peruenit, scalas
attraxisse, & hactenus supradictorum neminẽ
amplius ad Cœlum peruenisse.
Verumtamen, quamuis magis iocosè, quàm
verè id dici existimem, nihilominus vereor,
605 sollicitaque cura angor, ne plerumque id ve-
rum sit. O quanta patrocinia hic felicia, ibi in-
felicia futura, ac nimis multos prius dictũ non
iocosum, sed verum experturos, qui per sub-
tilia vincunt vtilia, qui causas differunt, vt
partibus litigantibus damnum inferant, qui
606 aliud faciunt, quàm suis clientulis afferant
fructus, qui veluti ranarum sonis, & cantibus
actorum molem efficiunt, & tamen nihil fru-
ctuosum perficiunt, & quæ sunt similia in foro,
607 proh dolor? nimis nota, imò infinita, vt nec
ab eo, qui illa prospecta habet, satis describi
queant.
Meritoque pro idoneo fideiussore nõ habe-
608 tur procurator litigiosus, & cauillosus. *Bart.*
& alij in l. 2. in princip. ff qui satisdar. cog. Ias. *in*
l. 2. num 19 ff solut. matr. Hippol. Marsil *in rub.*
ff. de fideiuss. cũ alijs allegatis per Natt. cons. 243.
num. 10. vers. est causidicus, & solitus litigare, &
rixari &c. & ratio est, quia à talibus Procura-
609 toribus cauillosis, vti fori anfractus experti-
bus difficilius pecuniam, quàm ab Hercule
clauam quis extorquet, *vt latè per Hering. de*
fideiuss. cap. 7. à num. 390.
Contra prædictos adduco quoque doctrinã
Plott in tractat. de in lit. iurand. §. 36. nu. 2. & 3.
vbi tradit, quod aliqui Aduocati, & Procura-
610 tores, & pessimi sollicitatores, clientulos ad
negandum positiones instruunt, dicendo, si il-
las fateris perdis causam, non tamen dicunt si
eas negabis perdis animam. Iustèque prædicti
postea condemnantur in quo peccarunt. Fer-
611 tur enim de quodam famoso causidico, cuius
lingua diu ante mortem putrefacta fuit, pessi-
mè eam fœtendo, manifestè ostendens, quod in
quo peccauerat, puniebatur.
Asseritur etiam de alio simili, qui statim,
612 atque ægrotauit ad mortem, amisit loquelã,
de qua re admirari amici, quod tam subitò lo-
quelam amisisset, cum adhuc non multùm de-
bilis

bilis esset, vnde scrutando eius os, nullam lin-
guam inuenerunt. Iustè enim lingua canum,
quæ super omnes latrat, canibus Inferni datur,
et habetur in psalm. 67. *Lingua canum ex ini-
micis &c.* Tandem fertur de quodam celebri
Aduocato, de quo propter facundiæ excellen-
613 tiã iactabatur, quod linguam auream habe-
ret, quodque cum semifatuus id audiret, post
mortem sepulchrum eius aperuit, vt linguam
auream furaretur, sed non aurum, sed horridũ
animal inuenit, Iure quidem, quia ore speciali-
ter peccauit, de quo *Iob cap. 15. Condemnabit te
os tuum &c.*

Itaque in viam nunc redeundo, veritas est,
quod iniqui Causidici, in negatione ponunt
614 spem suam ad suffogandum verum, & con-
gruunt antiqua illa & verissima carmina Plau-
ti, nempe

Nostra ætas non multum fidei gerit,
Tabulæ notantur, adsunt testes duodecim
Tempus, locumque scribit Auctriarius
Tamen inuenitur Rhetor, qui factum negat.

A latronibus aggressus fuit miserabilis ille
vir, de quo mentionem facit Euangelium *apud
Lucam cap.* 10. dum discessit è Hierusalem itu-
615 rus in Iericum, quorundam suorum negotio-
rum gratia, & crudeliter ab illis tractatus fuit,
& non contenti omnibus rebus, quas secum fe-
rebat impiè spoliasse, crudeliter etiam illum
616 vulneribus affecerunt, eumque non dereli-
quetunt, nisi postquam mortuum, eum puta-
runt, verba textus sunt. *Homo quidam descen-
debat à Hierusalem in Iericõ, & incidit in latro-
nes, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis im-
positis abierunt, semiuiuo relicto.* Quas personas,
poterant significare isti latrones, non minus
617 crudeles quàm auari? Nisi mali Aduocati
verba sunt Hugonis Cardinalis in d.cap. 10. Luc.
ibi, *Incidit in latrones*, idest, *in manus iniquorũ
Aduocatorum &c.*

Latrones isti odio prosequuntur veritatis lu-
cem, sicuti cœteri latrones, celando eam sub
618 falsis interpretationibus, vt Iudices illam nõ
aspiciant. Et contra morem aliorum latronũ
non timent Solem, cum in tenebris furentur.
Sed isti latrocinantur in ipsa luce meridiana.
Audaciores sunt Marte, qui sicuti fabulantur
619 Poetæ, ne sua adulteria ad notitiam deueni-
rent, timebat Solis præsentiam.

Alij latrones à longè fugiunt Tribunalia, vbi
Iustitia ministratur, sed isti currunt ad illa, quia
620 non timent damnum, sicut illi, sed sperant lu-
crum, Isti sunt latrones crucifixi, non à Iudæis,
sed ab auaritia, non in Cruce lignea, sed argẽ-
tea. *Pars aduersa crucifixit ipsos*, (verba sũt Pe-
tri Berconij in dict. verb. Aduocat.) *pecuniam
cruciatam eis dando.*

S V M M A R I V M.

621 *Aduocati, Procuratores, &c. eò, sunt iniquio-
res, quantò magis auari sunt.*
*Causidici auari non solum spoliant bonos clien-
tes, sed etiam vulneribus afficiunt num. 621.*

622 *Litigantes infelicissimam ducunt vitam, dum
multo ære alieno contrahunt.*
*Debitis, qui sunt onusti afflictissimam ducunt
vitam num. 622.*

623 *Cæsar Augustus pro eius persona quare emi ius-
serit culcitram (vulgo* matarazzo *) cuiusdam
Equitis Romani mortui, cum magno ære alieno*

624 *Causidici auari non solum spoliant bonis, &
vulneribus idest debitis implent clientes, sed
etiam occidunt.*
Decoctus æquiparatur mortuo nu. 624.

623 *Litigantes postquam multo ære alieno sunt ob-
stricti, nisi admittantur ad miserabile refugiũ
cessionis bonorum.*

625 *Coacti sunt, quando aliter non possunt satisfa-
cere, dum viuunt, se sepelire in aliqua Ec-
clesia, ne sepeliantur in perpetuo carcere. nu-
mer 625.*

626 *Litem introducens, debet asserere aduersario,
aut tu me perde, aut ego te.*
*Et sæpius experitur peius, quia ambo perdun-
tur.*
*Litigans si perdat, remanet nudus, si verò vin-
cat, remanet seminudus.*

627 *Pyrrhus Epirotarum Rex, cum semel, atque
iterum Romanos gloriosè vicisset, sed adeo dimi-
nutis viribus se postea reperit,*
*Vt exclamasse fertur, si tertiò Romanos vicis-
set, erat vltimum exterminium eius, & Regni.*

628 *Litigaturo tribus magnis saccis opus est scili-
cet, pecunia, patientiæ, & rationis.*
*Victoria illa est infœlix, quæ magno acquiritur
dispendio.*

629 *in Templo Delphico aureis literis conscriptum
erat, Æris alieni, & Litis miseriam, fac vt effu-
gias.*

630 *Litigantes sunt similes Chymistis, qui laboriosè
quærunt lapides, donec omnia bona dilapident.*

631 *Chymistæ, & litigantes pari passu ambulant in
stultitia, & tandem ambo in idem incidunt in-
fortunium miseriarum.*

632 *Chymisti cuiusdam casus refertur, qui tamquã
ingeniosus venator, quærebat aurũ, à Leone X.
Pont. Max. quia ei dedicauerat librum, de auro
conficiendo è qualibet materia, nu. 633.*

634 *Sed fuit delusus à Papa. & quomodo.*

635 *Lis est monstrum horrendum, & quartũ DEI
flagellum diuitibus, reseruatum.*
*Diuites fame ditescunt, pestem fugiunt, belloq;
triumphant.*
*ex Litibus diuites pauperes efficiuntur, & pau-
peres mendici.*
Litiget, & ædificet, qui vult citò pauper fieri.

636 *Litis comes est miseria, rancor animi, vana
spes, timor, labor &c.*

Litem

Litem cum quis, per decem, & amplius annos substinuisset, vt respirare posset, profectus fuit ad imminentis belli conflictum.
Litigantes turbantur innumerabilibus sollicitudinibus.
637 *Litigator, & lusor æquiparantur, quia vterq; spem vincendi habet.*
Litigantes vana spe vincendi ducti, stultè viuunt, nec curant aduersitates.
638 *Litigantes sub spe vincendi non curant rigorem Iudicum, superbiam Aduocatorum, ambitionẽ Procuratorum, sordes Notariorum.*
Litigare nihil aliud est, nisi perpetuò ingemiscere.
639 *Litigans in perpetuo motu esse debet, modò Iudicem, modò Aduocatum, modò Procuratorẽ, modò Notarium inuisendo.*
640 *Litis ingressus est infœlix, progressus infœlicior, exitus verò infœlicissimus.*
641 *Alcides, quamuis innocens noluit litigare in integerrimo Areopago Athenæ, & quare.*
642 *Litiganti numquam apparet lux illius diei, quo lis est terminanda.*
642 *Expectatio in rebus omnibus est molesta, & vbi magis expectare oportet, quàm in lite, quæ finem nescit.*
643 *Mulier quadam prudens, cum vidisset turbam magnam studentium in Legali scientia, & omnes erant eiusdem patriæ, ex hoc prædixit illius exterminium. & quare nu. 644.*
645 *Ferdinandus Hispaniæ Rex laudabiliter prohibuit Aduocatum, aut Causidicum nullum in Indiam Orientalem ducere, & quare.*
647 *Literaturam, si quis non agnoscat, is in potentiam Domini intrabit. declara vt num. 648.*
649 *Aurum vbi lucet, obscuratur conscientia.*
650 *Aduocatus quidam cum recusasset sumere patrocinium cuiusdam malæ causæ, & cum fuisset ei oblata magna summa aureorum.*
Cum impressione imaginis Magni Ducis, Patrocinium tunc sumẽdo, quomodo exclamauerit.
651 *Compedibus aureis constringi durum est.*

VLterius Aduocati, Procuratores alijque Causidici eò sunt iniquiores, quantò sũt
621 magis auari, & non solum spoliant Clientes,
vt dixi, sed etiam vulneribus afficiunt, non solũ
auferunt quidquid habent, sed etiam tantò ære
alieno occasione litis contrahunt, vt hac de
622 causa infelicissimam ducant vitam, qualis est
illa eorum, qui debitis sunt onusti, eamque af-
flictissimam descripsi *in annotat. ad decis 9. à nu-
mer. 251. vers. contra ære alieno oboeratos omnia
iura insurgunt, & tamquam signum ad sagittas
positi &c. part. 3 recent.*

Et facit, quod fertur, de Cæsare Augusto,
qui iussit pro sua persona emi culcitram (vulgo
623 matarazzo) cuiusdam Ciuis Romani in ma-
gna miseria defuncti propter magnum æs alie-
num ab eo conflatum, & cum Ministri Cæsaris
non parum admirarentur de tali emptione, &
percontati fuissent ab eo de hac nouitate, re-
spondisse fertur Imperator, (& narrât *Macrob.
lib. 2. Satur. cap. 4. & Erasm lib. 4 in Apoth. in
August. num. 31.*) habenda est ad somnum mi-
hi conciliandũ illa culcitra, in qua illæ Eques,
tanto ære alieno obstrictus somnum capere
potuit &c. sed persistendo in terminis.

Imò non solùm Causidici auari spoliant bo-
624 nis, & vulneribus, idest debitis, implent cliẽ-
tes, sed etiam occidunt, & non tantùm, quia
decoctus æquiparatur mortuo. *vt aduertit Ro-
ta coram bon. mem. Card.* Seraph. *decis. 794. nu-
mer. 17. vers. habebatur, ac si in humanis esse de-
süßet, & decis. 226. num. 11. par. 4. diuers. cum
alijs allegatis in causa Romana Domorũ 23. Iu-
nij 1642. coram Reuerendiss. D.* Patauino. *versic.
super addita morte ciuili per decoctionem*

Sed quoque si non admittantur ad miserabi-
le refugium cessionis bonorum dicti litigãtes,
625 cum non habeant tot in bonis, vt debita cõ-
tracta persoluant, coacti sunt, dum viuunt se-
peliendi se viuos in aliqua Ecclesia, tamquam
essent defuncti, ne sepeliantur in aliqua perpe-
tua carcere, & hic est finis litium. Et sæpe proh
dolor hodie videmus practicari illud *Senecæ
lib. 1. de ira*, dum quis incipit litigare, asserere
debet aduersario, *aut tu me perde, aut ego te.*
626 Sed peius heu experitur, Ambo perduntur,
quia qui perdit, nudus remanet, & qui vincit
in subucula aspicitur, Pyrrhus Epirotarum
Rex cum duas victorias de Romanis summa
cum laude reportasset, post secundam victoriã,
627 cum numerasset exercitum illud adeo dimi-
nutum reperit, vt exclamasse fertur, si adhuc
tertio prælio Romanos vicisset, penitus actum
erat de eo, & Regno.

Vnde sic quoque potest asseri de victorijs li-
tium, nam earum finis ferè semper est tragicus,
& tristissimi, ac mortiferi euentus, vt ad longũ
docui *in proem. par. 7. recent. à num.* 115. Vtinam
lites introducentes, attentè cõsiderarent, quid
628 sit lis, nam vt vulgò dicitur litigaturo opus
tribus magnis sacchis, scilicet pecuniæ, patien-
tiæ, & rationis, & aliquando nec sufficiunt. *In-
fœlix est illa victoria quæ multo acquiritur dis-
pendio.* Congruitque tertium illud præceptũ
629 in templo Delphico aureis literis consecratũ
ÆRIS ALIENI, ATQVE LITIS MISE-
RIAM FAC VT EFFVGIAS, illudque refert
*Rota coram re. mem. Arguellio in causa V lixbo-
nen. Nullitatis professionis 29. Ianuarij 1646.
§. Tertio quia. vers. quanta sit miseria docuit ter-
tium illud &c.*

Non enim absimiles sunt litigantes Chymi-
stis, qui laboriosè quærunt lapides, donec om-
630 nia bona dilapidauerint, & ita litigantes se,
& opes conterunt, donec tristissimum litis euẽ-
tum experiuntur, & Chymistarum proemium,
scilicet extremam paupertatem sentiunt. Ita-
que Chymisti, et litigãtes in stultitia pari passu
631 ambulant, et tandem ambo in diem incidũt
infortunium miseriarum. Placuit hic referre
casum cuiusdam Chymisti, qui ad Leonem X.
Roma-

Romanum Pontificem, tamquam ingeniosus
632 venator adijt, ac valde in prædicta arte Chy-
mica excellebat (quam hoc æuo exercēt multi,
qui dum aurum quæritant, argentum etiam
amittunt) libellum porrigens, quem de auro
è quauis propemodum materia conficiendo,
non sine eruditionis fuco, conscripserat.
Pontifex donum non aspernatus, beneuola
manu admisit, et hominem responso liberali
633 censuit remunerandum, sed cum ille peteret
amplam aliquam remunerationem, Pontifex
amplum sacchum, sed vacuum ei donare iussit,
addito dicto, Non ingratum sibi fuisse munus
oblatum, et videri aurea munificentia compe-
sandum, quia tamen ille, ipse scientiam certam
conficiendi auri calleret, iudicare Pontificem,
634 commodissimū ipsi fore sacchum amplum, vt
habeat, vbi aurum à se confectum reponat. O
aurificem miserum, qui mendicat aurum, quod
facere, quod donare poterat. Sed relictis his
Chymistis, redeo ad litigantes.
Et fidem mihi in hoc præstent, et tantò ma-
gis, quia depono contra proprium interesse,
(cum concordia non faciat pro Iurisconsulto,
sicuti nec pax pro milito, nec sanitas pro Medi-
635 co.) Monstrum horrendum esse litē, et quar-
tum DEI flagellum reseruatum diuitibus; qui
pestem fugiunt, fame ditescūt, bello triumphāt,
sed ex litibus redduntur pauperes, ex pauperi-
bus Mendici, et verè dixit ille

Litiget, ædificet, qui vult citò pauper haberi.

Heu quanta mala proueniunt ex litibus, vt iam
& adde, quod disserui in supra allegato loco.
636 Litis atra comes est miseria, rancor animi,
vana spes, perpetuæ curæ, timor, odiū, simultas,
dissidium, inquietudo, labores, Hinc miser ille
litigans, qui per decem, et plus annos amarū
litium calicem degluxit, vt post tātum tempus
aliquantulum respiraret, profectus fuit ad im-
minentis belli conflictum.
Nam litigantes; turbantur innumerabilibus
sollicitudinibus *l. omnes*, ibi, *turbulentam obser-
uationem prætorij, quæ imminet litigantibus &c.*
637 *C. de Episcep. & Cler.* Videmus etiam, quod
lusor, et litigator æquiparantur, quia vterque
spem vincendi habet. Hac spe vana ducti liti-
gatores, stultè viuunt, nec curant aduersitates,
rigorem Iudicum, superbiam Aduocatorum,
ambitionem Procuratorum, sordes Notario-
rum.
638 Nam litigare nihil aliud est, quàm semper
occasionem dandi ori suspirandi, oculis plan-
gendi, linguæ quærelandi, menti se affligendi,
pedibus se inquietandi, modò Aduocatum,
639 modò Procuratorem, modò Notarium inui-
sendo, marsupio se exonerandi, modò vni, mo-
dò alteri salaria, aut munera dando.
Ipsaque experientia veri magistra in hoc ca-
su loquatur; cum nimis exploratum sit, quod
640 litium ingressus est infœlix, progressus infœ-
licior, et exitus infœlicissimus; exemplum no-
bis reliquit Alciades, qui cum ab Atheniensi-
bus è Sicilia citaretur, vt super criminibus re-
sponderet, abdidit, se negans litigaturum, si
quoquo modo liceret effugere, at multis re-
641 plicantibus, non igitur confidis de integer-
rimo iudicio Areopagi Athenæ, at ipse repli-
cauit, ne matri quidem crederet, quia metue-
bat ne sors imprudens albi calculi loco, nigrū
immitteret, cum habeant sua sydera lites.
Et hoc maximè dum in manus rapaciū Pro-
642 curatorum, Aduocatorum etc. in fœlici sorte
inciditur, quia lux numquam apparet, illius
diei, quo lis est terminanda. Omnibus in re-
bus molesta est semper expectatio, at vbi ma-
gis expectare oportet, quàm in litigijs, testatur
quotidiana litigantium quærela, innuitque
text. in l. etiam. 15. ibi, *nonnullas moras exercita-
tio iudicij habet. ff. vt legat. nom. caus. ind. l. quod
debitum. 51. ff. de pecul.*
Narrat Gerson in sermon. ad Regem Fran-
ciæ de quadam prudenti muliere, quæ viden-
643 do turbam magnam studentiū in legali scien-
tia, et omnes erant eiusdem patriæ, præuidit
exterminium eorum Ciuitatis, ita dicendo.
*Hic solus est vnus in patria nostra Aduocatus,
& ferè tota patria destructa est, quid fiet de tam
644 ingenti cæterua?* Quasi dicere vellet, si patria
mea, quia vnicum habet Aduocatum ferè de-
solata est, O istorum infelicem, et deplorandam
Ciuitatem, vbi non vnus, sed tot erunt, actum
est de ea. Iure ergo *Bodinus lib. 5. de Republic.
cap. 1. num. 511.* laudat Ferdinandum Hispaniæ
645 Regem, prohibentem, Iurisconsultum, aut
Causidicum in Indiam Orientalem ducere, ne
litium semina ab illis importarēt. Origenes su-
per illud Exod. cap. 8. *Percutiam omnes terminos
646 eius ranis.* In originali Ranæ (inquit) signi-
ficant clamosas Aduocatorum allegationes.
Tandem attentè perpendant iniqui Aduo-
cati, Procuratores etc. ac simul contremiscāt.
Regius enim Propheta Dauid conuersus ad
DEVM, vt habetur in psalm. 70. ait. *Quoniam
non cognosco litteraturam, introibo in potentiam
Domini &c.* Quando ego cogito, *ferè ac si di-
647 ceret*, me non esse litteratum, mihi spes blan-
ditur, Cœlum assecuturum, et beata illa Ciui-
tate fruiturum, de quo introitu dubitarem, si
literas scirem. Exilium ergo à Cœlo habebūt
viri literati, hoc nullatenus verum esse potest,
At, vt breuiter me expediam, audiamus ad
propositum nostrum qualiter dictum textum
intelligit *Cardin. Hug. in d. psalm. 70.* ibi, *Hoc
648 intelligitur ad literatura Aduocatorum, quæ
multos retrahit, ne saluentur, ipsa enim præcipuè
dicitur literatura; literatura enim est congeries
literarum, idest Decretales &c.*
Literæ istæ sunt valde periculosæ, difficulter
saluantur isti litterati, pro damnatis habentur,
649 qui fraudulenter exercent tale exercitium,
et sic locum non habebunt in Cœlo, *Vbi aurū
lucet, obscuratur conscientia &c.* Refertur de
quodam Iurisconsulto, qui oblatum sibi cuius-
dam

Digitized by Google

650 dam causæ non ita bonæ patrocinium, recu-
sauit illud suscipere, nec instãtibus precibus ad
eius defensionem adduci potuit. Verum cum
deprecator nõ mediocrem summam aureorum
Hũgaricorum, quibus impressa erat Cataphra-
cti bellatoris imago, ipsi donasset, exclamauit
Doctor, *Captiuum me tenes, Quis enim, tot ar-*
651 *matis resistere poterit?* Et verè dicitur, quod
Aureis compedibus stringi durum est.

Plura verò circa malos Aduocatos aliosque
iniquos Causidicos ponit *Caroc. in tractat. de*
locat. & conduct. part. 1. titul. de expens. & lit.
pens. quæst. 8. num. 2. vers. Aduocati, Procurato-
res, & Notarij appellantur canes Curiarum &c.
cum ibi alllegatis, & adde *Thor. in Compend.*
decis. Neapolit. in verb. Aduocatus, & nuper per
Thom. Pellicion. *quæstion illustr. titul. de Aduo-*
cat. quæstion. 39. §. Et quoniam. vers. iusto DEI
iudicio tales mali Aduocati &c. Ioan. Paul. Xa-
mar *in tractat. de offic. Iud. & Aduocat. part. 2.*
quæst. 1. num. 32. vers. Iudex inquirit contra Ad-
uocatos cauillosos &c. & num. 35. vers voraciores
lupis, & crudeliores coruis &c. videatur etiam
Guillelm. le Rouille *in tract. de Iust. & Iniust.*
lib. 3. cap. 5. numer. 10. & seq. Steph. Gratian. *di-*
scept. forens. cap. 186. à numer. 59. vers. sordidos
Causidicos, & Aduocatos &c. Matth. Berlich.
practicabil. conclus. part. 1. conclus. 9. à numer. 60.
& præsertim numer. 66. vers. impij Procuratores,
Notarij, & Aduocati tamquã excoriatores pau-
perum, canes Curiarum, & deuoratores ciuium &c.
Desisto, & quæ dixi, in bonam partem suman-
652 tur, zelo quippe Christiano, & pro communi
bono, & loquendo tantum de iniquis, indi-
gnisque Aduocatis, ac cœteris causidicis hæc
scripsi, nec vmquam intellexi, neque per som-
nium bonos, iustosque Aduocatos tangere, cũ
isti omni laude sint digni, vt dicam infra. Asse-
rere etiam possum, quod mali Aduocati, ac
cœteri iniqui Causidici non sunt Aduocati, nec
aliter causarum patrocinatores, sed bene corũ
simulacra, & de istis supra sum locutus, nam
& hi sunt Sathanæ Ministri, contra quos atrè
quilibet debet insurgere.

SVMMARIVM.

653 *Aduocatus bonus quasi in DEVM transmu-tatur.*

654 *Pater orphanorum est DEVS, Aduocatus bonus, affectu paterno defendit orphanos.*

DEVS, quia est ipsa Iustitia ad iusta tantum respicit, sic etiam bonus Aduocatus. numer. 954.

655 *Iurisconsulti officium est, iustum; ab iniusto, falsum à vero discernere.*

656 *DEVS est vnus, & bonus Aduocatus est adeo vnus, vt numquam erit alter, quod semper fuit in defendendo verum.*

657 *DEVS est pax, & Aduocatus bonus est adeo pacificus, vt omnia tentet, vt ad pacem partes conducat.*

658 *DEVS immortalis est, & pius Aduocatus est immortalis, sed in fama bonitatis, & iustitiæ acquisita penes populum.*

DEVS diues est, & bonus Aduocatus est diues, quia suo contentatur, diuitemque possidet animam.

660 *Aduocatis bonis magnum proemium est reseruatum in Cœlo, nam & fulgebunt quasi stellæ.*

661 *Aduocati pij plus apud DEVM merentur, quàm sacri verbi Concionatores, sed quis est hic? secundùm Marches. sed reijcitur.*

662 *Aduocationis Officium laudandum est, non solum quia est licitum, & honestum, sed etiam quia necessarium, & meritorium est.*

663 *D. Vincentius Compagnus extollitur.*

664 *DEVS in hoc mundo sæpius exercuit officium aduocationis.*

665 *CHRISTVS apud Patrem in Cœlo exercet pro genere humano officium Aduocati.*

666 *Aduocati æqui gloriari possunt se gerere officium Saluatoris Nostri, adeo laudabile, & meritorium.*

667 *Sancti plures officium Aduocationis exercuerunt.*

668 *B. Virgo est excellentiarum omnium DEI incomprehensibilium compendium &c.*

669 *B. Virgo in quotidiana oratione, Salue Regina &c. vocatur Aduocata nostra.*

670 *B. Virgo in aduocando pro genere humano, ipse multoties præuenit.*

671 *B. Virgo mirum in modum gaudet de nomine Aduocata vt num. 672. & 673.*

673 *pro Aduocata sua, si quis suscipiat Beatam Virginem, non dubitet de victoria suæ causæ. & num. 674*

674 *Damnari non potest ille, pro quo Beata Virgo exorauit, quia eius praces efficaces sunt.*

675 *B. VIRGO est tamquam primum Mobile inter Angelos, & Beatos. & quomodo num. 677.*

676 *Primũ mobile cum suo diurno motu rapit post se omnes sferas inferiores.*

ADuocati igitur æqui, sicuti cœteri Causi-
dici, qui non auaritiam, sed auratam lu-
cem veritatis sedulò intuentur, non parum, vt
dixi, sunt egregijs laudibus cohonestandi, Nec
altius eos possum extollere, nisi asserere bonũ
Aduocatum quasi in DEVM trãsmutari, O stu-
653 por magnus officij Aduocationis, iustè, san-
ctèque administrati. *DEVS est pater orphano-*
rum, Aduocatus affectu paterno protegit, &
defendit orphanos. *DEVS, quia est ipsa iustitia,*
654 ideo ad iusta tantùm respicit, Aduocatus
amore Iustitiæ, surdus, & cæcus, ad omnia quę
in terra sunt, solùm ad iusta attendit, cum Iu-
655 risconsulti officium illud præcipuum sit, iu-
stũ ab iniusto falsum à vero discernere. DEVS
est vnus, bonus Aduocatus, est adeo vnus in
defendendo iustitiam, vt ob quantumuis ma-
656 gnam potentiam, numquam erit alius, eius

quod ſemper fuit, vnum tantum calamum, lin-
guamque habendo pro honore iuſtitiæ, quæ eſt
conſtans, & perpetua volũtas ius ſuum vnicui-
que tribuendi, *D E V S eſt pax*, & Aduocatus
657 eſt pacificus, ſudat, omniaque tentat, vt par-
tes ad pacem, omnium rerum pulcherrimam,
deducat, & in hoc adeo anhelat, & ſitibundus
eſt, vt parum curet de propria crumena con-
tribuere. Denique DEVS *Immortalis eſt*, *&*
Diues, pius verò Aduocatus eſt immortalis,
ſed in fama bonitatis, & iuſtitiæ acquiſita pe-
nes populum. Diues eſt, quia ſuo contenta-
tur, diuitemque poſſidet animam bonis ſpiri-
658 tualibus, quæ ſunt veræ diuitiæ, non curat
enim poſt aurum abire, quia eius ſectatores in
enormitates indicibiles cadunt.

Magnum ſanè proemium eſt reſeruatum in
Cœlo bonis Aduocatis, nam vt inquit Ora-
culum Diuinum apud Daniel. cap. 12. *Qui ad
iuſtitiam erudiunt multos. fulgebunt quaſi ſtellæ
in perpetuas æternitates*. Eſtque verior opinio,
659 ſi boni Aduocati exerceant munus eorum,
vt debent, merentur apud DEVM, pluſquam
ſacri verbi Concionatores. & religioſi, *vt tenent*
Parlador. *lib. 1. rerum quotidian. cap. 2. numer* 8.
Bugoſ. de Paz. *in proem. leg. Thaur. numer* 382.
Hierom. Ceuali *comm. cõtra commun. quæſt* 637.
num. 14 *verſ. ſic verior eſt opinio &c. Burg* Ca-
nalc. *deciſ Fori Fiuizan. num.* 21. *verſ. Aduocati
vtentes leges prout debent &c par.* 1. vbi aſſerit ſic
quoque affirmaſſe *in tractat. de vſufruct. mulier.
relict. ſub numer.* 205. *&* vide Gregor. *in legg.
Hiſpan. l.* 1. *titul.* 4. *par.* 3. *verſ los iuzgadores.* vbi
660 aſſignat rationem. Sed quis eſt iſte? inquit
Marcheſ. de Cõmiſſ tom. 1. *cap.* 2. *§* 2. *fol* 338. *n* 4.
*verſ. Cauſidici legibus vtẽtes meliorem Fratribus
Prædicatoribus vitam ducunt, ſed quis eſt iſte?*

Decipitur tamen in hoc Marcheſ quia mul-
ti ſunt Aduocati, & Procuratores in Romana
Curia vita, & doctrina inſignes, atteſtante ip-
ſo *Marcheſ. pariter de Commiſſ tom.* 1. *part.* 1.
cap 3 *fol* 168. *num.* 192. *verſ. Proborum procura-
torum præcipuè Romana Curia ſemper abundat,
quorum laudes, & ingenij acumen cantico &c.*
662 Sunt enim nonnulli ex eis, qui vitæ ſanctimo-
niam cum doctrina coniunctam habent, & ſic
depulſa omni caligine auaritię pauperibus gra-
tis, & lætanter patrocinantur, mercedem ſpe-
rando ſuperabundanter ab eo, qui in miſericor-
dia eſt diues. Etſi tractaretur, vt cauſas iniu-
ſtas ſuſciperent, exemplo acutiſſimi I. C. Papi-
niani potius mortem, quam eas ſubirent.

Poſſem ex eis plures adducere, ſed alibi id re-
ſeruo, & ſolum quaſi per tranſitum afferam
663 Excellentiſſimum D. meum Vincentium Cõ-
pagnum I. C. Romanum, Socerum meum, quẽ
indiſſolubili amore complector, Is enim eſt le-
gum peritia, rara prudentia, miro rerum vſu,
ac morum integritate inſignis, depono ſuper
hoc calamum, ne aliquid mihi obijciatur, & fa-
ma communis, quæ non mentitur, ipſa inter-
rogetur, necnon pro me loquatur,

Aduocationis officium inſuper laudandum
eſt, cum non ſolùm honeſtum, licitum, vtile ſit,
664 immo etiam maximè neceſſarium, & merito-
rium ſit, ſufficiat aſſerere Omnipotentem
DEVM noſtrum, dum in hac lacrymarum val-
le permanſit, pluries tale officium exercuiſſe.
Fuit enim Aduocatus S. Mariæ Magdalenæ, in
tribus caſibus, *vt habetur apud Luc. cap* 10. *in
fin apud Matth. cap.* 26. *& Marc. cap.* 14. *& Luc.
cap.* 7. Item Diſcipulorum, dum euellebant ſpi-
cas, & comedebant. *Matth. cap.* 12. Item fuit
aduocatus mulieris deprehenſæ in adulterio,
Ioann. cap. 10.
665 Et nunc in Cœlo continuè exercet pro ge-
nere humano apud PATREM aduocationis of-
ficium, vt habetur apud Ioan. cap. 2. ibi, *Sed &
ſi quis peccauerit, habemus Aduocatum apud Pa-
trem, IESV M Chriſtum &c.* inquit, etiã Apo-
ſtolus, ad Hebre cap. 9. *Aduocatum habemus
CHRISTV M apud Patrem*, & facit quoque
hic, quod dicit Beda ſuper illud Marci, & legi-
tur in primo Sabato Quadrageſimæ; nempe.
*Cum ſero factum eſſet, filius, vt formam homi-
nis impleret, obſecrandum Patrem putat eſſe pro
nobis, quia aduocatus ipſe eſt.*

Glorientur ergò æqui aduocati, dum exercẽt
666 officium Saluatoris Noſtri, adeo meritoriũ,
& laudabile, prout exaggerant *Albertc. in l. ſi
quis deſideria* 1 *ſub num.* 5. *verſ patet per exempla
Chriſti, &c. C. de ſuffrag* Roland. à Valle *conſ.*
36 *ſub numer.* 5. *verſ. Aduocati officium exercuit
CHRISTVS, in hoc mundo, & continuè illud
exercet in Cœlo &c. lib.* 3. *Sebaſtian.* Guazzin.
in tractat ad defenſ reor. in præfat ſub numer. 3.
*verſ. multoties CHRISTVS Redemptor noſter
aduocati officium exercuit &c.* Plures quoque
667 ſancti aduocationis officium exercuerunt,
quos commemorat *Caſſan. in Cathalog. Gloriæ
Mundi. part.* 7. *conſiderat.* 26. *in fin verſ fuerunt
etiam plures aduocati ſancti, &c.* & Mathienco
in Dialogo relatorum in prim. part. cap. 7. *nu-
mer.* 3.

Sed vbi relinquo Glorioſiſſimam, & Imma-
culatam Virginem MARIAM, Angelorum Re-
667 ginam, Excellentiarum omnium DEI incom-
prehenſibilium compendium, Si enim omnia
creata cuncta lingua forent, minimè deprome-
re poſſent, quæ ſit, & quanta ſit Virginis Regi-
næ MARIÆ ſublimitas, nec id litera, nec dabit
ætas, Iſta enim ſacratiſſima puella vtriuſque
669 Orbis Imperatrix ab Eccleſia, in quotidiana
oratione, *Salue Regina &c.* vocatur peccatorũ
aduocata, ibi, *Eia ergo aduocata noſtra.*

Aliquando etiam non rogata, ipſa præuenit
670 in aduocando, audiamus S. Bernardin. Sen.
ſerm. 9 art. 3. cap. 2. ibi, *Mater in nuptijs Cana
Galileæ interpellat, ac ſi ad eam curam omnium
pertineret, ſed quia omnium hominum ſe Aduo-
catam ſentiebat, ideo officium Aduocationis, &
pia auxiliatricis aſſumpſit, etiam non rogata.* De
hoc enim nomine Aduocatę ipſa mirum in mo-
dum gaudet.

Nam

Digitized by Google

Nā vt legitur in reuelationibus Beatæ Ger-
trudis *lib.4.cap.53.* cum dicta Beata aliquando
recitaret orationem præfatam, quando expri-
mebat prædicta verba, *Eia ergo aduocata nostra*,
videbatur eidem Gertrudæ, ipsa Mater DEI
veluti funibus quibusdam validis tracta incli-
nari ad eam, per quod intellexit, vt quoties,
aliquis ipsam suam Aduocatam cum deuotione
671 nominando inuocat, per hoc nomen Aduo-
catæ, materna pietas eius intantum commoue-
tur, vt nullatenus se valeat cohibere, quin be-
nignè precibus eius acclinetur.

Post hæc videbatur B.Gertrudi, quasi sub
pallio Intemeratæ Virginis, quadā diuersi ge-
672 neris bestiolæ accurrere, per quas notaban-
tur omnes peccatores ad ipsam specialem de-
uotionem habentes, quas omnes Mater Mise-
ricordiæ benignè suscipiens, & quasi pallio suo
protegens, delicata manu sua, singulas contre-
ctando, deliniendo, ipsis amicabiliter blandie-
batur, quemadmodum quis blandiri solet ca-
tulo suo. Per hæc manifestè insinuans, quàm
673 misericorditer suscipiat omnes se inuocantes,
& quam materna pietate defendat, & prote-
gat homines, qui eam pro sua aduocata susci-
piunt, & tantùm operatur, donec eos Filio suo
conciliet veraciter pœnitentiam agendo.

Nam, & affirmante, *S. Anselmo in Orat.ad
B. Virginem*, damnari non potest ille, pro quo
674 semel B.VIRGO orauit, quia eius preces ef-
ficaces sunt, & ipsa orante pro aliquo, totum
Cœlum pariter cum ipsa concurrit, & coadiu-
uat. Ista enim Aduocata nostra est inter An-
675 gelos, & Beatos, sicuti est primum Mobile
inter sferas Cœlestes & sicuti illud cum suo
motu diurno rapit post se sferas omnes inferio-
676 res, ita ipsa ad instar primi mobilis rapit, se-
cumque trahit, exemplo suarum potentissima-
rum precum, omnes Choros Beatorum, & An-
gelorum vniformiter rogando pro eo, pro quo
Aduocata nostra, aduocat, & facit illud Eccle-
siast. cap.24. *Gyrum Cœli circuiui sola*, quare
non est mirum si B.Virgo tam potens sit ad ad-
uocandum pro suis clientibus.

Porrò hæc ipsa euincunt validissimè verba,
quæ DEVS PATER aliquando dixit Sanctæ
677 Catherinæ Senensi, quæ in monili spirituali
leguntur, auctore P.Blosio. *MARIAE*, inquit,
*vnigeniti filij mei gloriosa Genitrici, à bonitate
mea concessum est, propter incarnati VERBI
reuerentiam, vt quicumque etiam peccator, ad eā,
cum deuota veneratione recurrerit, nullo modo
diripiatur à Dæmone infernali. Hæc enim est à
me electa, parata, & posita, tamquam esca dul-
cissima ad capiendos homines, & præcipuè animas
peccatorum &c.*

Reperio pariter supradicta confirmata, ab
ore ipsius VERBI, *apud S.Brigittam lib.6.sua-
rum reuelationum cap.97.* CHRISTVS loquitur
678 in festo cuiusdam magni peccatoris, qui ho-
magium fecerat Diabulo, *Sed potes quærere*, ait
S.Brigittæ, *quare meruit contritionem homo, qui
tantis sceleribus inuolutus erat. Respondeo tibi,
hoc fecit dilectio mea, qui vsque ad vltimum pū-
ctum, expecto hominis conuersionem, per meritum
Matris meæ, nam licet iste homo non dilexit eam
corde, tamen, quia consuetudo sua fuit compati
eius dolori, quoties eam considerauit, & audiebat
nominari, ideò compendium suæ salutis inuenit, &
saluatus est &c.*

Aliqua alia in honorem huius nostræ Aduo-
catæ congessi in *discurs.par.4 recent.tom.2. à nu-
mer.401. & in annot.ad decis.2. in litera A.§.29.
à num.19. part.3. recent.* ibi etiam *num.21.* cu-
mulaui plures Doctores, qui B. VIRGINEM,
multis laudibus efferunt, & vide supra in hoc
679 præludio *à num.*40. & hic concludam piè af-
ferendo, *Eia ergo aduocata nostra, illos tuos mi-
sericordes oculos ad nos conuerte.* Et nos etiam
ad ipsam oculos conuertamus, quia ea est stel-
la Maris, & quidem tuta, & sic procellis non
obruemus.

Videatur pulcher tractatus Bart. cuius titu-
lus est, Quæstio ventilata coram D.Nostro Iesu
Christo inter Virginem MARIAM Aduocatā
Generis humani, ex vna parte, & diabolum
780 contra generē humanum ex altera, vbi Bart.
diluit oppositiones Diaboli contra B. VIR-
GINEM, & præsertim, quod vti mulier non
poterat aduocare, quia hoc est officium virile,
& etiam quia erat Mater Iudicis, & ideo suspe-
ctā allegabat, quæ oppositiones, vt dixi iuridi-
cè penitus prosternit, & in fine ponit sententiā
latam ad fauorem B VIRGINIS, vt posset esse
Aduocata generis humani. Et recessit vocife-
rando Diabolus, & Angeli in laudem B. VIR-
GINIS canere cœperunt *Salue Regina &c.*

SVMMARIVM.

681 *Auaritiæ deditos referre, si quis vellet, longum esset.*

682 *Auaritiæ omnes homines subiecti sunt.*
Auaritia inuadit omnem ætatem, omnem sexū, & omnem statum. num.682.

683 *Fortuna multis dat nimis, sed nulli satis.*

684 *Interesse habetur ferè pro Idolo vniuersali.*

685 *Auaritia est Idolorum seruitus.*
Aurum, qui habet omnes Deos captiuos tenet.

686 *Auarus, quilibet de iure præsumitur.*

687 *Hominum naturæ prauitati innatum est, vitium auiditatis habendi.*

688 *Interesse deditus quilibet, præsumitur, ac etiam auaritia delectatur.*

689 *Auaritiæ à minori vsq; ad maiorem omnes studens. secundum Ierem.cap.6.*

690 *Auaritia est ille magnus Codex vniuersalis, in quo omnes studens.*

691 *Interesse deditus, si quis non reperiatur inter magna miracula id describi potest.*

692 *Interesse, qui est viduus inter Angelos referri potest.*

693 *Petrus Apostol quando cognouit, quod ille, qui eū liberauit tā miraculosè à carcere, quod erat*

Angelus D E I. & numer. 694. & seq.
696 *de Personis interesse non deditis quando tractatur, est tamquam loqui de re prodigiosa:*
697 *Iurisconsulti prateriunt, qua raro contingunt.*
698 *Interesse est illud ens, transcendentale quod vbique reperitur.*
699 *Arbor si ad ostium cuiuslibet viri interesse dediti poneretur, omnes Ciuitates cæteraque loca, magna Antra essent.*
700 *Interesse, si esset febris, magna esset felicitas Medicorum.*
Medicis morbus febris est valde vtilis. nu. 700.
701 *Medici, vt plurimum vocantur, quando adest morbus febris, non sic est de alijs morbis, nisi sint grauissimi. & vide num. seq.*
Auaritia sollicita quilibet seruit. num. 704.
705 *Auaris, si repente omnia facta essent aurea, quid per hoc eis accedet ad beatitudinem. & nu. 706.*
706 *Aurum nihil prodest ad dolorem corporis.*
707 *Auri beatitudo dat occasionem periurijs.*
Auaro nunquam deficit causa negandi. n. 707.
708 *Auarus quidam, cum in quadam infirmitate implorasset auxilium auri, & cum nihil ei respondisset, quid ordinauerit. nu. 709.*
710 *Auari, quod se spoliens thesauro per se accumulato, est res rari exempli.*
711 *Aureis compedibus quando quis ligatur nimis seucrè stringitur, & sic difficile soluitur.*
712 *Auro Phisicè considerato, ad plura vtile est.*
713 *Auri vsus in re medica non rarus est.*
714 *ad Melancholiam propellendam aurum iuuat, & ad alia mala, vt hic habes. & num. 715.*
716 *Auro generi humano nil nocentius.*
717 *Aurum si totum ex hac vita posset abdicari magna esset felicitas secundùm Plin.*
Vitia erunt donec aurum, nobisque restringit portam Paradisi num. 717.
718 *Auaritia, tantò magis est deploranda, quantò magis est malum vniuersale.*
719 *Ventum, qui seminat, turbinem metit.*
720 *Euripides summo labore tres versus in tribus diebus componebat.*
721 *Alcestides centum versus in vno die facilè fundebat. & quid ei respondit Euripides.*
722 *Vita æterna amanda est, quia sic cognoscetur, quantum sit laborandum pro ea.*
723 *Vitæ temporalis amatores, valde laborantne eam perdant, quando adest metus mortis. & vide num. 724.*
725 *Stulti omnino iudicandi sunt illi, qui sic viuunt, vt vitam æternam perdant.*
726 *Conculcanda sunt, quæ extrinsecè splendent, & ad verum bonum spectandum venit secundum Senec.*
727 *Diuitiæ mores corrumpunt, & mentem auferunt.*
728 *Diues cum dormierit nihil inueniet, scilicet post mortem. & num. 730.*
729 *Cæcitas viuentis, præcipitium morientis.*
731 *Epulo ille diues post mortem vidit mendicum Lazarum, & tamen quotidie in hac vita, ad illius ostium stabat. & num. 732.*
733 *Lusores dum in ludo incalescunt, propriam sui lusus fortunam non vident.*
734 *Sed qui adstant optimè vident, & ipsi lusores peracto tamen ludo. & num. 735 & 736.*
737 *Auari, quando terminatur vita, aperiuntur oculi, & agnoscunt eorum errorem in thesaurizando. & num. 738.*

OPorteret nũc vt redeundo ad institutum
nostrum, pergerem enarrare alios, qui
681 à Iure præsumuntur auaritiæ vitio dediti.
Sed quia adhuc longa mihi restaret via, termi-
nare intendo, tum quia diuerticulum hoc in
infinitum iret, tum quia, vt iura monent, fru-
stra fit per plura, quod fieri potest per pauicio-
ra, æquè benè. Possum enim paucis verbis to-
682 tum terminare præludium, asserendo omnes
homines subiectos esse vitio auaritiæ, nam cõ-
stat illud omnem ætatem, omnem sexum, om-
nem statum Inuasisse, & eleganter Horat. lib. 1.
sat. 1 ibi, *At bona pars hominum decepta cupidine*
falsi, nil satis. & secundùm Senec. *Fortuna mul-*
683 *tis dat nimis, satis nulli &c.* Admirabatur qui-
dam cur non omnes homines simul conuentrẽt
684 ad colendum vnum Deum, sed tãdem ille ad-
mirationem omnem deposuit, dum ei in men-
tã venit, omnes pro Deo colere interesse, aua-
ritiamq; Nam attestante Paul Apost. ad Ephes.
cap. 5 ibi, *Auarus, quod est Idolorum seruitus, nõ*
685 *habet hæreditatem in Regno CHRISTI &c.*
Omnes enim, depulsa pietate, aurum colunt,
omnibusque Dijs, secundùm Monost, aurum
formosius est, immo iuxta dictum Bald Poetæ

Aurum, qui habet, omnes Deos captiuos tenet.

De iure præsumitur quilibet *Lenm de inde-*
bito. ff. de probationib quem ad hoc expendunt.
Bertrand. in consil. 59. incip. Viso processu sub nu-
mer. 7. vers. in dubio, quilibet de iure præsumitur
auarus &c. col. 3 tom. 2. Vide. *Coler. in tractat. de*
process. executiu. part. 1. cap 10 numer. 147. vbi
687 inquit prauitati naturæ hominum, quasi in-
natum esse, vitium auiditatis habendi, *& sub-*
dit, quod omnes in dubio præsumuntur auari.
Et addo non solùm omnes præsumi auaros, sed
688 etiam omnes, ni paucos excipias, deditos in-
teresse, auaritiaque delectari, Ista sententia à
fonte cœlesti emanauit, apud Ieremiam cap. 6.
ibi, *A minori vsque ad maiorem omnes auaritiæ*
689 *student.* aut sicut impetu maiori, & esaggera-
tione legit Hebræum. *Omnes auarè sectantur a-*
uaritiam &c.
Auariria est ille magnus Codex vniuersalis,
690 in quo omnes mortales studium maximum
ponunt. eumque sæpe reuoluendo lucri faciẽn-
di gratia. Quod scitè aduertit senes ille Plaut.

Omnes ad vnum currimus cursim lucrum.
Lucro studemus omnes viles, nobiles.

Quatenus verò reperiretur aliquis, qui spo-
liatus penitus cerneretur de interesse inter ma-
691 gna miracula id esset connumerandum, & il-
le

letalis in Cathalogo Beatorum adscribendus
veniret, vt docet sacra Pagina in Ecclesiast.
cap 31. ibi, *Beatus qui post aurum non abijt, nec
sperauit in pecunia, thesauris, quis est hic &
laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita*
691 *sua &c.* Imò etiam inter Angelorum choros
poni potest.

Legitur *in Act. lib. Apostol. cap.* 12. Quando Pe-
trus Princeps Apostolorum liberatus fuit à car-
ceribus, in quibus mãdante Herode detineba-
tur, non potuit sibi fingi, quis erat talis libera-
tor, vidit enim splendorem in media nocte, vi-
692 dit catenas fractas esse, vidit etiam carcerũ
portas per se aperiri, & numquam venit ei in
mentem illum esse Angelum DEI, dicit quippe
textus, quod *existimabat se visum videre*. Sed
egressus è carcere, quando Angelus ab eo di-
694 scessit, Petrus cognouit illum esse verè Ange-
lum, dixitque. *Nunc scio verè, quia misit Do-
minus Angelum suum.*

Et quare nunc, & non antea, quando tot mi-
racula vidit, responderi potest, Petrum consi-
695 derasse magnum fuisse illud beneficium libe-
randi eum à carcere, & recedendo ab eo libe-
rator, nec minimum quidem pro recognitione
petijt. Ex hoc tutò in cognitionem venit Pe-
trus, prædictum non esse virũ, sed Angelũ DEI,
696 & ideo dixit, *Nunc*, scilicet post discessum, &
non antea, sciuit illum esse Angelũ &c. At quia
loqui de viris interesse viduis, est de re pro-
digiosa, & insolita tractare, ideo desisto, nam
697 rarò contingentia prætereunt Iurisconsulti
l. ex ijs l. ad ea. ff de leg. & Senatusc*õs. l. antiqui.* 3.
*ff. si pars hered. petat §. si verò. Auth. vt sine pro-
hib. &c. col.* 8. Quare pergar loqui de interes-
satis.

698 Vtique interesse est illud ens transcenden-
tale, quod vbique reperitur, & sicuti consi-
699 derabat Bias celebris ille philosophus, si ante
ostium cuiuslibet interesse dediti, posita esset
arbor, Ciuitates, omniaque loca habitata, ma-
gna arboreta, seu atra nemora efficerentur,
Interesse quoque si esset febris, magna quidem
700 esset fœlicitas Medicorum, nam quilibet esset
febri affectus.

Quid enim vtilius Medicis, morbo febris.
Etenim alios morbos contemnunt homines,
701 aut si non contemnunt, nisi cum grauissimi
facti sunt, accedunt, vel vocant Medicum, atq;
eum qualemcumque, Siquidem Medicis, quæ
vtilitas ex vulneribus, fracturis, vlceribus, lu-
xationibus, & multis alijs malis prouenit? cum
702 vilissimi quique tonsores illorum morborum
scientiam profiteantur, & vtilitatem iam du-
703 dum sibi vindicauerint, quin & vetulæ Mu-
lierculæ, & idiota quilibet stomacho dolẽti re-
media audet adhibere ex absinthio, melle, &
alijs parabilibus remedijs. At febrium cura-
704 tiones Medicis relinquerunt omnes, & nemo
illius scientiam sibi vindicare audet. Sed pro-
sequi, loquendo de morbo vniuersali auaritiæ.
Itaque Poeta ille scitè cecinit.

Sollicita quisquis seruit auaritiæ.

Vbinam quæso tanta, & tam vniuersalis cœ-
citas, quis nos, tàm mortiferè fascinauit *Pin-
705 gamus* (inquit S. Gregorius Nissenus homil. 4.
in Ecclesiast.) *aurũ non per minam, aut drachmã
venire ad eos, qui sunt cupidi pecunia, sed eis si-
mul repentè omnia facta esse, aurea, terram, are-
nam, montes, campos, valles. ponamus omnia repẽte
706 in eam mutatam fuisse materiam, quid per hae
eis accedet ad beatitudinem? Quis ex ea auri ma-
teria aduersus dolores corporis habuit solatium?
Numerauit, reposuit, clausit, & cum ab eo pete-
retur negauit, & cum ei fides nõ haberetur etiam
peierauit Hac est beatitudo, hic est finis eius, quod
in ea posuit studiũ, vt materiam præbeat periurio.*
707 Et vt habemus in prouerbijs. *Negandi causa
numquam auaro deficit.*

Quare auari exemplum non sumunt, ab illo,
qui pariter pessimo, ac nefando vitio hoc non
708 parum erat coinquinatus, is enim postquam
per plures annos fixis oculis illud intueba-
tur, nisi aurum cogere, & cum summam magnã
auidè cumulasset, Fertur in quadam sua infir-
mitate, ad collectum aurum clamasse, vt ei
opem ferret, & nihil respondisset vnde;
709 Auarus videns ingratitudinem ait, tantùm
illud amaui, & tãta passus sum pro eo, vt simul
congererem, & nunc in meis miserijs, non re-
spondet, nec succurrit, tunc tactus cordis do-
710 lore intrinseco, considerãdo propriam stulti-
tiam, totum illud aurum dispersit, & dedit pau-
peribus. Sed exempla ista rara sunt, cum sint
similia coruis albis, quia quandò quis compe-
711 dibus aureis ligatur, nimis durè stringitur,
& sic difficulter quis potest se ab eis vinculis
liberare.

712 O quantis malis in Mundo ansam dedit au-
rum, non loquor phisicè nam si hoc modo spe-
ctetur, & sic naturalem vim auri exploremus,
713 ad plura vtile aurum est, non rarus illius in
re medica est vsus, & in primis ad Melancho-
714 niam propellendam iuuare scribit *Auicen.
apud Barthol. à Cliuolo lib. 3. cap.* 11. Item auri
puluerem ad sananda puerorum vlcera, ad ad-
stergendas fistulas, & lichenas prodesse, nec non
715 Melle decoctum, & vmblico illitum, leuiter
aluum soluere, docet *Plin. lib.* 33. *cap.* 4. auro
verrucas curari. *M. Varro est auctor.*

Verum, si aurum moraliter consideremus,
716 prout, & ego supra sumpsi, nihil est humano
generi auro nocentius. Quare licet exclamare,
vna cum Plinio cap. 1. *Vtinam posset è vita in
totum abdicari aurum, sacra fames, ad perniciem
717 vita repertum, quantùm feliciori æuo, cum res
ipsæ permutabantur inter se*: Sed heu, quod vi-
tia erunt donec aurum, & restringit mortali-
bus portam Paradisi.

718 O miseria hæc tantò magis deploranda,
quãtò magis communis est, O nos stolidos, &
infelices, quæ est ista tam profunda insania, tã-
tùm inhiare perituris, tantum amare ea, quæ
nos

719 nos decipiunt. *Qui enim ventum seminat,*
turbinem metet, ait Osea prophet.cap.8. Inanis
est labor inani rei laborare. *Ex multis paleis,*
nullus, aut parum fructus colligitur. Egregius
Poeta Græcus Euripides apud Alcestidem tra-
gediarum scriptorem, aliquando conquestus
fuit, quod ingenti cônatu, summoqne tridui
720 labote, non nisi tres versus componete po-
tuisset. Alcestides contra gloriatus est, se vno
die facillimè centum versus fundere. Ad quem
721 Euripides grauiter respondit, *Versus tuos tri-*
duò tantùm, at meos in perpetuum duraturos.

Hoc re vera assidnè nobis esset cogitandum,
quidquid facimus id non triduò solùm, sed in
æternum durabit, si quæ DEI sunt facimus,
722 veluti si opeta pia exercemus &c. Hæc totam
nos consolabunt æternitatem, sicut è contra.
Amanda est vita æterna, & ex ea nouerimus,
quantùm pro vita æterna labotare debere-
mus. Cum videamus homines huius vitæ tem-
poralis amatotes, sic pro illa laborare, vt quã-
723 do venit metus mortis, quidquid possunt fa-
ciunt, non vt auferant, sed differant mortem.
Si enim labore tanto, tanto conatu, tantis
724 impendijs, tanta vigilantia, tanta cura agi-
tur, vt aliquantulum plus viuarnr, quid ergo
erit agendum, vt sempet fœliciter beata vita
fruamur, & si prudentes sunt, qui omnem mo-
725 uent lapidem, vt quantũ plus possunt viuant,
quàm stulti sunt ergo illi, qui sic viuunt, vt
æternam, & beatam vitã perdant. Latius hanc
humanam soliditatem hic deplorare possem,
sed quia multus fui in exprobatione interesse,
auaritiæque ideo alibi circa has nostras vanas
spes, & cogitationes affluenter disseram.

Atque hic loco sigilli ponam auream sentẽ-
tiam, quàmuis viri Gentilis, nempe Senecæ,
726 qui eã Catholico calamo eius dilecto Lucilo
scripsit in epistol.23. ibi, *Fac te oro (Lucili ca-*
rissimè) quod vnum potest te præstare fœlicem, dis-
ijce, & conculca ista, quæ extrinsecè splendent,
quæ tibi promittuntur ab alio, *ad VERUM*
BONUM specta, & de tuo gaude &c.


Fini aliquando properando, quæram tantùm
727 iterum respondere obiectioni, de qua supra,
scilicet, quare tàm oscitanter proceditur in hac
materia subueniendi CHRISTO in pauperi-
bus, & tàm auidè thesaurizetur. Respondeo,
728 quia ipsæmet diuitiæ mores corrumpunt,
mentemque auferunt. Iob id credemus affir-
manti in cap.17. ibi, *Diues cum dormierit, nihil*
secum auferret, aperiet oculos suos, & nihil inue-
niet.
729 Apetiet oculos, *inquit*, post mortem, scilicet
quos in vita habuerat clausos. Misera quidem
est conditio diuitum, tunc primùm velle vide-
re, cum non amplius licet viuere, Cœcitas vi-
730 uentis, præcipitium morientis, in vita excœ-
catus, in morte damnatus.

Talis fuit erga panperes immisericors ille
731 Epulo diues, qui post mortẽ *eleuans oculos in*
tormentis, vidit Abraham à longè & mendicum
Lazarum in sinu eius. Luc. cap.16. Considere-
mus in hoc rem admirandam, Lazarus iacebat,
prius in hac vita continuò ante oculos Epulo-
732 nis, & tamen illum non videbat planè cœcus,
nũc verò longissimè ad aliquod milliarium di-
stantiam eminus videt.

Nonnumquam eum scacchis, seu latrunculis
733 luditur, lusorum alter adeo incalescit, vt pro-
priam sui lusus fortunam non videat, & ludum
perdit, Qui adstat, errorem facilè aduertens,
Ego, in quit, *hunc calculum, vel tabulam non*
mouissem, hanc potius admouissem, & sic tutò vi-
734 *cissem*, ad quod aduertens victus, & videns
id esse verissimum, de se ipso conquæri incipit,
ad quid attendebam, inquam, quando ludebã,
non eram forsan compos mentis, vel cœcus fui,
735 sed non aduertit desiderium ipsum vincendi
eum excœcasse, & finito ludo tunc agnouisse
verum.

Sic quoque euenit Epuloni, omnibusq; alijs
diuitibus, qui manus adiutrices non porrignnt
736 panpetibus, calidi, sed mali lusores, At vbi
ludum, idest vitam finiunt, aperiuntur eis ocu-
li, & primùm vident errorem suum in thesau-
737 rizando, & non subueniendo pauperibus,
antea enim non viderunt modum, quo supera-
tur Mundus, & pro præmio acquiritur Paradi-
sus, quia excœcati erant à diuitijs, & sic errorẽ
ditè, sed incassè lacrymant, cum iam ludus hoc
est vita terminata sit. Et quia ludus, et vita
terminata est, terminabo etiam ego hoc præ-
ludium, et pro finali puncto intrepidè asseram
vna cum Petronio

Inueniat, quod quisque velit, non omnibus vnum est,
Quod placet, hic spinas colligit, hic rosas.



RESOLVTIONES PRACTICABILES PAVLI RVBEI I. C. ROMANI.

ARGVMENTVM.

Testamenta ad pias causas ordinata, cum contemplatione diuina, dispositacenseãtur, libera sunt à vinculis Iuris positiui, & sat est in eis seruare solemnitates iuris naturalis, & diuini, *à num.* 1. *& à num.* 31.

Testamenti forma, in quo consistat, & quæ sit remissa in testamẽtis pijs, *à nu.* 13. Consensus in quolibet actu est adeo necessarius, vt sine ipso nihil ponitur in esse, Nã omnis actus beneplaciti dum caret consensu, caret spiritu, & anima, *à num.* 16.

Dispositio text. in cap. relatum. el 1. de testament. ex quo testamenta pia eximuntur à solemnitatibus iuris Ciuilis, vbique est seruanda, & sic non tantùm in Terris Ecclesiæ, sed etiam in foro Cæsaris, & quare, *à num.* 47.

SVMMARIVM.

1 *Relicta diuino intuitu, humanis Legibus non subiacent.*
Libertas est, vbi spiritus DEI est, num. 1.

2 *Lex non est posita iusto, declara vt numer* 5. *ne aliàs actum sit de legibus, cum quilibet præsumat se iustum esse.*
Hominum malitia legibus ansam dedit num. 2.

3 *Vir bonus nullis legibus sibi dominatoris indiget.*
Paul. Apostolus dicebat ipsum non esse sub legibus. num. 3.

4 *Aristotelis quid tantum lucratus fuit ex sua philosophia.*
Timor diuinus, quos non reuocat à malo, pœna saltem temporalis id operatur, num. 4.

6 *Charitas est fons proprius, cui non communicat alienus.*

7 *Relicta ad pias causas debentur quantumuis in testamento nulla iuris ciuilis solemnitas seruata sit.*

8 *Relicta ad pias causas, quando aliquid dicatur. & num.* 9. *&* 10.

11 *Relictum ad pias causas non dicitur aliquid ex solo nomine pietatis.*
Pietas non consistit in solo nomine pietatis, sed in substantia charitatis, & pietatis. & nu. 11.

12 *Testamentum, seu legatum, vt dicatur pium requiritur pietas in persona, & in causa.*

13 *Testamenti forma duplex est, nempe intrinseca, & extrinseca.*
Seu alia est substantialis, & alia probatoria.

14 *Testamenti forma substantialis consistit in ipsa voluntate, & consensu testantis.*
Testamenti forma substantialis in nullo quantumuis priuilegiato testamento remissa est. numer. 14.

15 *in Testamento pio circa formam substantialē ipsius testamenti nihil immutatum reperitur.*

16 *Consensus, & voluntas omnibus iuribus vna voce conclamantibus est anima omnium dispositionum.*
sine Consensu nihil ponitur in esse num. 16.
Consensu dempto omnis spiritus ab actu quolibet eradicatur, nu. 16.

16 *Actus sine voluntate est tamquam Cymbalum tinniens dans sine mente sonum.*

18 *Actus omnis beneplaciti est sine anima dum non reperitur formatus consensu, & voluntate.*

19 *Testamentum, quantumuis pium non sustinetur, dum probatur in testatore adfuisse defectum deliberatæ voluntatis.*

20 *Vo-*

20 *Voluntatis defectus procedit à iure naturali, in quo Lex non disputat.*

21 *Voluntatis vulnus est immedicabile, & a e pro tanto morbo non reperitur mendicamen.*

22 *Consensus cum sit de iure naturalè, ideo eius defectus non potest per Principem suppleri. Princeps tamquam creatura rationalis subest iuri naturali.*

23 *Consensus est stella Polaris omnium dispositionum, & sine ea nihil factum est.*

24 *Testamenti forma probatoria versatur circa solemnitates à iure ciuili introductas.*

25 *Institutio haeredis ore proprio, facienda per testatorem est solemnitas iuris ciuilis.*
Item vt testamentum fiat vnico contextu.

26 *Item quod Notarius, & testes sint rogati, item quod testes sint liberi, masculi &c & alia vt hic.*

27 *in Testamentis pijs sat est seruare solemnitates iuris naturalis, & diuini.*

28 *Est ista opinio verior, & communior quidquid nonnulli DD. recalcitrent, sed contra stimulum.*

29 *in Relictis Ecclesiae proceditur non secundùm ius ciuile, sed secundùm canones, duobus, vel tribus testibus requisitis.*

30 *Testamenti tota vis. & substantia secundum terminos iuris gentium consistit in ipsa voluntate & consensu testantis.*

31 *de Testamento pio, siue constet per confessionem partis, siue per testes.*

32 *Siue per scripturam, siue per quodcunque aliud inditia legitima validum est.*

33 *Et sic tenet numerosa caterua Doctorum.*

34 *Et plures Theologi.*

35 *Nec non diuersa Orbis suprema Tribunalia, & praesertim.*

36 *Senatus Mantuanus.*

36 *Senatus Lusitanus & num.39.*

38 *Senatus Burdegal.*

40 *Senatus Cathaloniae.*

41 *Senatus Neapolitanus.*

42 *Rota Ferrariensis.*

43 *In Curia Frisiorum.*
In Rota Pisana.

43 *Rota Romana supremum Tribunal, sapiùs firmauit praedictam opinionem esse veriorem, aequiorem, tutiorem, ac etiam communiorem. num.44.*
in Testamento pio de Iure Ciuili nulla solemnitas remissa reperitur.

46 *Quidquid parum caute, & in historijs non bene informatus, dixerit Bart.*

47 *Cap. relatum 11. de testament. ex quo testamenta pia eximuntur à vinculis iuris ciuilis.*

48 *Etiam in foro Caesaris, ac etiam extra districtum temporalem Ecclesiae, & sic in toto Orbe seruandum est.*

49 *Quae opinio verior est, & ita pronunciatum fuit per Innocentium Quartum in publico Cõsistorio. num.52.*

53 *Et ita tenuerunt plures Theologi.*

54 *Atque ita determinatum fuit in Senatu Sabaudiae, nu.55. in Senatu Burdegal. num.56. in Neapolitano num.57. In Curia Frisiorum, & in Rota Romana &c.*

60 *Cap. relatum 12. de testament. si quis assereret in terris Imperij non ligare, eius opinio vti temeraria est reijcienda.*

61 *Papa quando possit derogare legibus Ciuilibus. Piae causae sunt sub protectione Ecclesiae. nu.61.*

62 *Papa in Principes seculares habet plenissimam potestatem, quatenus finis supernaturalis, bonumque animarum id postulat.*

63 *Plenitudo Ecclesiasticae potestatis est in Romano Pontifice.*

64 *Ecclesiasticae potestatis proprium est dirigere actiones humanas ad salutem animarum.*

65 *Papa potest tollere ea, quae cursum, & studium bonorum operum possunt impedire.*

66 *Solemnitas iuris ciuilis requirendo septem testes in testamento, impedire posset cursum bonorum operum.*

67 *Et sic id per Papam potuit tolli.*

68 *Fraudis, & falsitatis suspicio cessat in dispositionibus pijs.*

69 *in Testamento mulierum nonnulla statuta requirunt consensum, propinquorum, sed dubitatur de eorum validitate.*

70 *Statuta requirentia consensum propinquorum in testamento mulierum, cum censeantur facta ad euitandas fraudes.*
Ideo cessant, quando testamenta praedicta canonicè reperiuntur facta.

71 *Inuentarij beneficium cum fuerit inuentum ad obuiandum fraudibus, & cum in Ecclesia talis suspicio cesset,*

72 *Ideo si illud non conficiat, nullatenùs tenetur vltra vires haereditarias, declara tamen vt in numer. 73.*

CAPVT I.

TESTANTVR omnes,
& iure meritò testantur,
testaméta, seu quaslibet
alias dispositiones ad
1 pias causas ordinatas, cũ
intuitu diuino factę censeantur, legibus humanis non subiacere, vbi enim spiritus DEI est,
ibi, libertas, & quae DEI afflatu aguntur, non
2 sunt sub lege, quia Lex non est posita iusto.
Verba sunt Magni Doctoris Gentiũ Pauli Apostol. *1. Timoth. cap. 1.* relata ab Innocentio III. Summ. Pont. *in cap. licet. 18 § quia tamen vbi spiritus. ext. de regular.* & facit *tex. in can. duae sunt 19 quaest. 2.*

Hominum enim malitia, legibus ansam de-
3 dit, Nam, vt ait *Plato de legib. lib.9.* Bonus, & integerrimus vir, nullis legibus sibi dominaturis indiget, & idem Apostolus scribendo *ad Roman. cap. 6.* ait, quod ipse non erat sub legibus.

Fertur

Fertur de Aristotele , & præsertim narrat
Marc. Aeti. de vit. philosoph. lib. 3. agens de illius
vita, qui cum fuisset interrogatus à quodā eius
amico, quid lucratus fuerat ex sua philosophia,
4 respondit, se lucratum fuisse facere sine legibus
illud, quod cœteri, legum auctoritate compulsi
faciunt . Congruitque *text in cap. vt clericorū*,
ibi, *vt quos diuinus timor à malo non reuocat, tē-*
poralis saltem pœna cohibeat à peccato &c. ext. de
vit. & honest. cleric.

Et sic intelligi debet dicta conclusio , quod
5 Lex non est posita iusto, aliàs longum valere
dandum esset legibus , cum quilibet præsumat
se iustum, & sic non esse sub legibus . Sed per-
sistendo in terminis, quod vbi est spiritus DEI,
ibi est libertas videatur S. *Thom.* 1. 2. *quæst. 96.*
artic. 5. Driedon *de libertat. Christian. lib. 1. pag.*
37. Alphons. de Castr. *in summ hæresum in verb.*
libertas, & lib 1. de Lege pœnal. cap. 6. aduertitq;
Rota *coram bo. mem. Arguelles in causa Burgen.*
Nullitatis professionis 16. *Aprilis* 1649. *§. sufficie-*
ret, vers. si alibi libertas est, quàm vbi spiritus Do-
mini &c.

Charitas enim est fons proprius, cui non cō-
6 municat alienus, *vt inquit text. in d. cap. licet in*
fin. & in cap. resuscitatus. §. item vt CHRISTVS.
distinct. 1. de pœnit. necnon ratiocinata est Rota
coram clar. mem. Merlino in causa Bononien. Pro-
fessionis 14. *Martij* 1622. *à me relata in recent.*
part. 4. tom. 3. decis. 395. num. 44. vers. charitas est
fons proprius &c. inter eius impress. est decis. 18.
num. 44. Quamobrem indubitanter affirmandū
7 venit, relicta ad pias causas deberi, quantumuis
nulla, in tali testamento seruata sit solemnitas
iuris positiui.

Tunc verò dicitur aliquid relinqui ad pias
causas , quando relinquitur in bonum propriæ
8 animæ, vt quando relinquitur elemosyna pau-
peribus, etiam cōsanguineis, Ecclesiæ, aut Mo-
nasterio, in redemptionem captiuorum, ad or-
phanas maritandas, in diuinum cultum , in suf-
9 fragia pro se, aut alijs fidelibus defunctis, & de-
nique quidquid præcipuè fit DEI, finisque su-
pernaturalis intuitu ad gratiam , vel gloriam
coram benigno DEO nostro, promerendam .
10 Vel in satisfactionem pro proprijs, vel alienis
peccatis , dicitur res , seu causa pia, *vt latè per*
Nauar. in Apol. quæst. 1. monit. 29. & per Tira-
quell. de priuileg pia caus. in princip & ibi Addē-
tes, & omnium latissimè *Magdal de num. test.*
par. 2. cap. 2. Adde etiam Fragos. *in tractat. de Re-*
gimin. Christian Reipubl. part 3 lib. 4. § 4. à n. 70.
Ioan. Angel. Boss. *in suis var. moralib. par. 1. tit 12.*
§. 4. à nu. 215. & bene per R. P. Antonin. Dianam
in suis resolut. moral. lib. 7. tractat. 6. resolut. 29.
& 30.

Illud tantùm subdam non dici relictum ali-
11 quid ad pias causas, ex solo nomine pietatis, nā
pietas non consistit in puro nomine pietatis,
sed in substantia veritatis, aut charitatis, *vt per*
text. in l. cum qui. § sed personarum. & § sed si in
annos. ff. de transact. vt post Mantic. & alios ratio-
cinata est *Rota coram Reuerendiss. Terracinen.*
in causa Fanen. Hæreditatis 17. Iunij 1641. §. Hoc
tamen testamentum; vers. cum pietas non consistat
in nomine pietatis, sed in substantia veritatis, aut
charitatis &c. Nam vt testamentum seu lega-
12 tum verè dicatur pium , requiritur pietas in
persona , & in causa , hoc est vt fiat pauperi , &
causa pietatis, seu amore DEI. *ad Bald. in l. illud.*
numer. 4. C. de sacrosanct. Eccles. & latè *per San-*
chez. de matrimon. lib. 1. disputat. 4. nu 9. qui lo-
quitur in terminis legati facti consanguineo
pauperi , & in voto ducendi pauperem in vxo-
rem, & sensit quod non dicatur pium, nisi sit cū
paupere , & intuitu pietatis , & non simplicis
affectionis . Sed loquendo de forma testamenti.

Duplex etenim est forma testamēti, substan-
13 tialis scilicet, & probatoria , vel alia est intrin-
seca, & alia extrinseca . Circa formam substan-
tialem, seu intrinsecam, quæ consistit in volun-
tate ipsa, & consensu testantis , & ista forma in
14 nullo quantumuis priuilegiato testamento re-
missa est, quare per consequens, nec in casu no-
stro, nempe testamenti pij aliquid immutatum
erit, cum perpetuum, & inuiolabile sit axioma
tam de iure naturali, gētium, quā ciuili, Volun-
15 tatem , & cōsensum esse animā omnium dispo-
sitionum, & sine eo nihil deducitur in esse .

Nā eo dempto, vigoris quicquam in quolibet
actu non esse, nemo prudens, nec leuiter quidē
16 dubitauit, omniaque iura in hoc clamant. *l. pri-*
ma. § 1. ff. de pact. l. non omnis. & l. si ergo. ff. si cert.
pet. l. in venditionibus. & l. quid tamen in fin. & l.
cum ab eo. §. fin. ff. de contrahend. empt. l. obligatio-
num substantia l. cum figura l. in omnibus regulis.
& l. ex maleficijs. §. 1. ff. de action. & obligat. l. 2
& 3. ff. de contrahend. empt. l. omnes. C. de contra-
17 *hend. committend. stipulat.* Nam actus sine vo-
luntate, est, vt dici solet, tamquam cymbalum
tinniens dans sine mente sonum, & facit *text. in*
l. multum. C. si quis sibi , vel alter , l. cum te. C. de
donat propt. nupt. l. ex facto. § retinenda. ff. de hæ-
red. institut.

Et vt inquit Bald. *in consil. 326. num. 2. versic.*
ad secundum. lib. 1. omnis actus beneplaciti est
18 sine anima, dum non est fortunatus consensu ,
& voluntate, quia caret sanè spiritu, latè de hac
materia differam infra dum multus ero ad
deducendum , testamentum quantumuis pium
19 non substineri quando probatur in testatore
adfuisse defectum deliberatæ voluntatis , vel
intellectus, cum defectus voluntatis sit defe-
20 ctus procedens à iure naturali, in quo lex non
dispensat, & est id inuiolabile .

Nec pro tali, ac tāto malo reperitur aliquod
pharmacum , cum sit immedicale , & penitus
mortale , & adeo desperatum , vt in eo cesset
vulgatum illud Medicorum dictum, nempe Ex-
21 tremis malis extrema remedia adhibenda. Nā
nec suprema Principis auctoritas aliquod adiu-
uamen afferret, quamuis aliàs de eius auctori-
tate, nec disputandum, nec dubitādum sit, quia
id esset totū euāgare mundum , *vt inquit Bald.*

in conf. 162. Recolo. numer. 2. lib. 1. tamen in casu
nostro ad nihil, vt dixi, deseruiret, quia con-
sensus est, de iure naturali, & ideo eius defectus
non potest per Principem suppleri.

Cum ipse Princeps, tamquam creatura ra-
21 tionalis, & mortalis tali iuri subsit, & inferior
nihil potest contra Legem superioris. l. nam, &
Magistratus. ff. de arbitr. & latius deducam in-
fra, vt præmisi. Et quod voluntatis defectus sit
de iure naturali clarum est, & tetigi iam in
annotat. ad decis. 444. sub num. 48. vers. in consen-
su consistit substantia omnium &c. par. 4 recent.
23 tom. 2. Sat enim erit dicere, quod consensus in
omni actu, est sicuti Nautis, stella Polaris.

Circa verò formam probatoriam, seu extrin-
secam, & ista est ea, de qua supra loqui incœpi,
24 quæ versatur circa omnes solemnitates à Iure
positiuo introductas, vt est institutio omnimo-
da hæredis, & vt nominetur ore proprio, &
25 testamentum fiat vnico contextu, ac Notarius,
& septem testes sint rogati, & isti sint liberi,
masculi non sint cœci, muti, surdi, habeantque
testamenti factionem passiuam, & maneant in
26 conspectu testatoris, totoque testamento in-
tersint aliaque de quibus in l. iubemus. & tot. ti-
tul. ff. & C. de testam. & l. hæredes palam. ff. qui
testam. fac. poss. & tot. titul. Instit. de testament.
ordinand.

Et hæc forma, vt dicebam, est penitus rela-
xata in testamentarijs dispositionibus pijs, in
27 quibus sat sunt solemnitates iuris gẽtium, seu
naturalis, & diuini seruare, cui huic opinioni,
quamuis multi DD. recalcitrent, sed contra
28 stimulum, ea tamen est verior, communior, &
tutior, probaturque ex generali determinatio-
ne Romani Pontificis in celebri cap. relatum 11.
el. 1. de testament. vbi decernitur, quod in
29 causis, in quibus agitur de relictis Ecclesiæ
procedatur non secundùm Leges, scilicet, ciui-
les, sed secundùm canones, duobus, vel tribus
testibus requisitis, verba textus sunt, Relatum
est, quod cum ad vestrum examen super relictis
Ecclesiæ causa deducitur, Vos, nisi septẽ, vel quin-
que testes idonei interuenerint, inde postpositis
iudicare, et infra. Mandamus, quatenus cum
aliqua causa talis ad vestrum fuerit examen de-
ducta, eam non secundùm leges, sed secundùm
decretorum statuta tractetis, tribus, aut duobus
legitimis testibus requisitis, quoniam scriptum est,
in ore duorum, vel trium testium stat omne
verbum.

Ex cuius textus dispositione, ac ratione ibi
30 adducta, scilicet, Quod in ore &c. ex iure diui-
no desumpta Deuteron. 18. clarè constat in te-
stamento, & quacunque dispositione, seu vlti-
ma voluntate ad pias causas, attendi tantùm
ius gentium, & diuinum, secundùm quod tota
substantia, & solemnitas substantialis testamẽ-
31 ti, & dispositionis consistit in voluntate ipsa, &
consensu testantis, cætera verò sunt extrinseca,
& in his terminis non attendenda veniunt, vt
dixi.

Quamobrem qualitercunque & quomodò-
32 cunque appareat vltima volũtas ad pias cau-
sas, siue per confessionem partis, siue per testes,
siue per scripturam, siue per quæcumque alia
indicia legitima, est omnimodo seruanda. Sicq;
33 in dispositionibus, seu testamentis pijs relaxa-
ta est omnis solemnitas Iuris Ciuilis, vt benè
declarant Scribentes omnes in d. cap. relatum
& præsertim Abb. num. 3. Bart. in l. 1. numer. 66.
& 80. cum seq. C. de sacrosanct. Eccles. Bald. in l. in
iure. num. 1. C. de testament. manumiss. Imol. in l. is
qui. num. 6. ff. de testament. & in cap. quia ingre-
dientibus. ext. de testament. & generaliter notãt
DD. in l. captatorias & præsertim ibi Dec. nu. 18.
C. de milit. testament. & in auth. quod sine. de te-
stament. & in cap. vltim. de success. ab intestat.
Roman. in auth. similiter. num. 63. C. ad l. Falcid.
Aretin in d. l. si is qui num. 6 ff. de testam. Couar.
in d. cap. relatum. num. 4 eod. tit. Rip. in l. nemo po-
test. num. 101. ff. de legat. 1. Ita etiam consulti re-
sponderunt Abb. in consil. 32. nu. 1. & seq. par. 2.
latè Alex. in consil. 105. num. 8. & seq. vers. institu-
tio fauore piæ causæ. lib. 4. & consil. 131. numer. 2.
vol. 7. Ruin. cons. 72. num. 18. vol. 4. Ias. in cons. 61.
in fin. lib. 1. Cephal. consil. 99 numer. 2. lib. 1. Rub.
Alex. consil. 107 nu. 1. Menoch. consil. 167. nu. 19.
lib. 1. Corn. consil. 307. num. 8. lib. 3. Sichard con-
sil. 1 nu. 57. & seq. Valasc. consil. 67. nu. 8. Gratian.
discept. forens. cap. 605: numer. 20. & seq. tom. 4. &
cap. 895. num. 42. & 43. tom. 5. Cened. latè plures
allegans in collectan. 95. à num. 1. Magdalen. de
numer. test. par. 2. cap. 3. à num. 2. vbi etiam abũ-
dè. sicuti etiam Tiraquell. de priuileg. piæ caus.
priuileg. 162. per tot. & ibi Addentes. addo Spin. in
specul. testament. glos. 31. nu. 40. & seqq. Mascard.
de probation. conclus. 763. num. 10 & latius con-
clus. 1358. num. 32. & seq. Vasq. de success. creat.
lib. 3. §. 22. limit. 11. num. 1. vers. solemnis testamẽ-
torum obseruatio cessat &c. Augustin. Barbos. in
collectan. ad d. cap. relatum 11. sub num. 2. & in
tractat. de iure Eccles. lib. 3. cap. 27. num. 68. 101.
& 102. Aloys. Ricc. in prax. rer. quotid. par. 2. re-
solut. 279. & 420. Polidor. Rip. de act. in articul.
mort. cap. 62. num. 2. Clar. in §. Testamentum. q. 7.
num. 3. vers. aliquando verò. Card. Mantic. de cõ-
iectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 3. sub num. 4. Paul.
Æmil. Gall. in tractat. de exception. testament. tit. 1.
except. 2. num. 2. vers. non requiruntur solemnita-
tes iuris positiui &c. Crass. in §. Testamentum. q. 18.
num. 2. Nouar. in tractat. de priuileg. miserabil. per-
son. priuileg. 168 num. 6. vers. testamentum ad pias
causas solemnitates minimè requirit &c. Carpan.
ad Statut. Mediolanen. ad cap. 319. nu. 194. vers.
solemnitates tamen istæ, non habent locum in te-
stamento ad pias causas &c. Mart. in tractat. de
success. part. 4. quæst. 8. articul. 3. à num. 1. & seq.
Marc. Anton. Genuens. in practicabil. Eccles.
quæst. 660. num. 3. vers. idem esse in testamento ad
pias causas &c. Ciarlin. controuers. forens. cap. 21.
num. 7. vers. in testamento pio non requiruntur so-
lemnitates iuris positiui &c. Vvrmber. practic. fo-
rens. lib. 9. titul. 1. obseruat. 1. nu. 1. & seq. Ceuall.
commun.

Google

commun. contra commun. quaest. 319. per tot. Hortens. Caualcan. in prax. de testib. lib. 2. numer. 60. optimè Francisc. de Barry in tractat. de testamẽt. lib. 1 cap 4. à numer. 1. vers. in testamento ad pias causas nõ requiruntur solemnitates &c. Io: Baptista Ciarl controuers. forens. lib. 1. cap. 21. num. 7. vers. in testamento pio non requiruntur solemnitates iuris positiui. sed tantùm naturalis, & diuini &c. Hartm. Pistor. quaest. 28. nu. 2. lib. 3. Matth. Berlic. practicabil. conclus. part. 3. conclus. 5. numer. 16. vers. in testamento ad pias causas ea interuenire debent, quæ iuris gentium vim probationis habent &c. Paul. Staiban. in suis resolut. decisiuis cap. 68. num. 42. vers. testator potest disponendo ad pias causas coram duobus testibus &c.

34 Eamdemque sententiam comprobarunt ex Theologis Molina de iust. & iur. tractat. 2. disputat. 134. per tot. Sanchez consil. moral. lib. 4. cap. 1. dub. 7. num. 6. Siluester in summ. in verb. legatum. quaest. 10. Fagundez de iustit. lib. 6. cap. 3. nu. 19. Layman Theolog. moral. lib. 3. tractat. 5. cap. 2. numer. 2. Villalobos summ. Theolog. part. 2. tract. 30. different. 4. nu. 3. Less. de iustit. lib. 2. cap. 19. dub. 4. num. 4. Filliucius tom. 2. tractat. 34. cap. 3. nu. 153. & 154. Ioann. Valer. de different. inter vtrumque for. in verb. Testamentum different. 8. Sanctarell. variar. resolut. part. 1. quaest. 69. Marchinus de bello diuin. part. 8. cap. 6. Vasquez in opuscul. de testament. cap. 3. dub. 1. num. 11. Bonacin. de controuers. disputat. 3. quaest. 1. part. 3. num. 14. & seq. Trullench. in precept. Decal. part. 2. lib. 7. cap. 18. dub. 4. num. 2. Eminentiss. D. Card. de Lugo in tractat. de iustit. & iur. tom. 2. disputat. 22. nu. 265. R. P. Antonin. Dian. vir exquisita, & solida doctrina clarus, in suis resolut. moral. par. 7. tract. 6. resolut. 2. versic. testamentum ad pias causas &c. & prẹter ab eo allegatos addo R. P. Illuminatus Moron in suis tract. respons. unul. de cedula testamentaria respons. 1. num. 4. vers. supponimus quo ad legata pia valere etiam sine solemnitatibus &c. & nuper optimè R. P. Ioan. Angel. Boll. in suis varijs moral. titul. 12. §. 3. à nu. 1. vers. in testamentis ad piam causam non est necessaria solemnitas iuris positiui ciuilis &c. & num. 3. post Tanner. affirmat prædictam sententiam adeo esse veram, & contrarium sit temerarium, & meritò. Idem etiam sensit Fragos. in tractat. de Regimin. Christian. Republ. part. 3. lib. 4. disput. 6. §. 4. num. 62. vers. in testamento ad pias causas sufficiens est solemnitas iuris naturalis, & gentium &c.

35 In diuersis etiam Tribunalibus idem pariter
inuictè retinetur, quod in dispositionibus pijs
sileant solemnitates iuris positiui, & præsertim
36 in Senatu Mantuano penes Surd. decis. 292. sub
numer. 16. vers. in testamento ad pias causas omnis
37 remittitur solemnitas &c. & in Senatu Lusitano
apud Gamm. decis. 46. num. 3. vers. si ad pias causas &c. et decis. 81. num. 4. vers. valet etiam solus
38 nutus ad pias causas &c. & in Senatu Burdegal.
teste Boer decis. 240. sub nu. 3. vers. testamentum
minus solemne valet ad pias causas &c. Et iterũ
39 in Senatu Lusitano sicuti scribit Valasc. decis. 67.
sub num. 1. vers. testamentum ad pias causas à testatore scriptum valet absque Notario, et testibus &c. & licet num. 16. referat contrariam sententiam, deinde tamen sic subdit, retenta tamen hac opinione, quod charta scripta manu testatoris etiã nullis adhibitis testibus valeat &c.
40 & in Senatu Cathaloniæ penes Põtanell dec. 50.
num. 21. vers. sic schedula testamenti ad fauorem piæ causæ facta, manu testatoris scripta &c. & in Rota Ferrarien. teste Anton. Leonell. decis. 144. nu. 3. vers. immo etiam schedula sine testibus manu testatoris scripta valet ad pias causas &c. & in
41 Senatu Neapolitano vt habetur penes Gizzarel.
decis. 49. num. 14. vers. si inter liberos id permissum est, à fortiori debet esse permissum in testamento ad pias causas &c. & nuper in eodem Senatu apud D. Regentem Capic. Latr. decis. 140. num. 19. vers. lex enim sanet testamento imperfecto ratione solemnitatis fauore piæ causæ &c. Necnon in
42 Curia Frisiorum penes Ioann. à Sande lib. 4. tit. 1.
de testament. et codicill. decis. 13. circa med. vers. in testamento ad pias causas sufficit interuenisse duos testes &c. Rota Pisana apud Alex. Randen decis. 46. num. 5. versic. vbi agitur de pia causa sufficiunt solemnitates iuris diuini, et gentium &c. part. 2.

43 Tribunal Supremum Rotę Romanę ita sæpe, sæpius iudicauit, perpetuaq; obseruantia præfatam opinionem canonizauit, et sic iam olim tenuit coram Reuerendissimo Verallo, tunc Archiepiscopo Rossanen in causa Romana hæreditatis de Mazzocchis de anno 1548. ad fauorem Societatis S. Rochi de Vrbe relata per Put. dec. 97. versic. in hoc non dubitabãt Domini, quod ita valeret ad pias causas lib. 3. Achill. de Grass. dec. 301. aliàs decis. 1. numer. 1. versic. testamentum ad pias causas valet etiam sine testibus &c. de testament. idemque fuit responsum coram bon. mem. Card. Lancellot. Sen. in causa Leodien. Domus, seu testamenti 9. Iulij 1574. §. Non obstat. versic. solemnitates iuris positiui non requiruntur, quia attenditur tantùm ius naturale, et diuinum in testamentis ad pias causas &c. & coram bon. mem. Cantucc. in Romana Hæreditatis 21. Febr. 1578. est decisio 74. num. 19. versic. testamentum ad pias causas manupropria testatoris conscriptum, nullis interuenientibus testibus valet &c. par. 2. diuers. et coram bon. mem. Iusto in causa Mediolanen. Bonorum de Cusanis 4. Februarij, et 13. Martij 1600. et coram bon. mem. Card. Sacrato dec. 321. sub num. 2. versic. primum testamentum fuit validum non obstante defectu solemnitatum, cum fuerit conditum ad piam causam &c. par. 4. recent. vbi etiam Rota testatur de veriori, æquiori, & communiori sententia, et coram bon. mem. Buratt. decis. 475. num. 2. versic. multò magis substineri debet, cum testamentum sit ad piam causam &c. et coram bon. mem. Card. Caualer. decis. 553. numer. 1. versic. in dispositione ad pias causas, quæ substinetur etiam sine die, et Consule, et sine alia solemnitate &c. et coram bon. mem. Motmanno decis. 108. num. 3. versic. in testamento pro non sit

necessaria iuris solemnitates &c. part. 7. recent. &
coram bon. mem. Cardin Verospio Iun in causa
Callien. Hæreditatis 10. Decemb. 1638. §. Neque
poterat. versic. solemnitates testamentaria non
sunt necessaria fauore piæ causæ &c. & iterum
in eadem causa coram R. P. D. Terracinen. sub
die 1. Iulij 1639. §. 1. vers. valere testamentum ad
pias causas etiamsi nullus adsit testis, cum in eo
tantum attendatur ius naturale, & diuinum &c.
44 Necnon indubitanter affirmatur prędictā opi-
nionem esse veriorem, æquiorem, tutiorem, ac
etiam communiorem. & coram eodem in causa
Viterbien. Hæreditatis 4. Martij 1641. §. fin. vers.
eoque faciliùs DD. censuerunt cum agatur de te-
stamēto facto ad pias causas pro salute animæ &c.
et coram eodem R. P. D. Terracinen. in causa Fa-
nen. Hæreditatis 17. Iunij 1641. §. 1. vers. data
hac causa pia non potest dubitari de validitate te-
stamenti, quantumuis sit simplex scriptura &c.
& coram R. P. D. Cerro in causa Romana, seu
Ianuen. Locorum montium 26. Iunij 1648. §. vl-
timo. vers. dispositio ad pias causas substinetur cum
duobus solis testibus &c. & coram R. P. D. Ve-
rospio in causa Alatrina Testamenti 26. Februa-
rij 1649. §. 1. vers. quia dum dispositio perfectam,
& absolutam testatoris voluntatem continet ad
pias causas ordinatam licet nullis iuribus ciuilibus
solemnitatibus fulciatur, eiusdem tamen fauore
piæ causæ substinetur &c. et in d. causa Romana,
seu Iannen. Locorum Montium 16. Maij 1650.
§. Insuper, vers. dispositio est ad pias causas, quo
casu valet testamentum sine solemnitatibus iuris
positiui, sed naturalis, & diuini &c. corā R. P. D.
Ottobono.

QVI tantus Auditor, superiori anno 1652.
quarto Kalendas Martij, inter diuinos Athlan-
45 tes substinentes Cœlum mysticum Ecclesię sā-
ctæ à Sanctiss. D. N. INNOCENTIO X. om-
nibus præ gaudio gestiētibus, & ego in primis,
sublimatus fuit. Eius virtutum præconia ca-
noræ tubæ decantanda relinquo, solùm asseren-
do, quod est Princeps cum quo pauci hac tem-
pestate conferendi veniunt, vel vitæ integrita-
te, vel acerrimo iudicio, vel mira eruditione,
vel animi tranquillitate, vel rara beneuolentia,
benignitateque singulari in omnes &c. Et nunc
persistendo in terminis.

Iacto hoc solido fundamento, libet nunc nō
incongruè prænotare, quod licèt de iure ciuili,
testamentum seu dispositio ad pias causas absq;
solemnitate legum conditum non valeat, ad-
46 misso, quod eædem solemnitates non fuerint
remissæ per dispositionem l. 1. C. de sacrosanct.
Eccles. quidquid parum cautè loquendo, & in
historijs non benè versatus, dixit Bart. in d. l. 1.
num. 5. contra quem demonstrando à quo fuit
allucinatus, plura deducam infra. Nihilomi-
nus dispositio d. cap. relatum. 11. de testament. ex
quo, vt diximus, dispositiones, seu testamenta
pia eximuntur à vinculis iuris positiui, seruan-
47 da est non solùm in Terris Ecclesiæ, & in foro
Ecclesiastico, sed etiam in foro Cæsaris, seu ci-
uili, & seculari, etiam extra districtum tempo-
ralem Ecclesiæ, vt post Bart. notat Ias. in d. l. 1. in
prima lectura. num. 21, ad fin. & lectura 2. nu. 28.
C. de sacrosanct. Eccles. Couar. in d. cap. relatum
num. 1. vbi dicit.

48 Quoties apud secularem Iudicem est con-
trouersia de legatis pijs, iudicium ferendum
est iure Canonico adamussim seruato, non iure
49 ciuili; licet is Iudex non sit, quoad tempora-
lia Ecclesiæ Romanæ subiectus. Iul. Clar. in
§. Testamentum. quæst. 6. num. 1. in fin. vers. dispo-
sitio d. cap. relatum. seruanda est, non solum in ter-
50 ris Ecclesiæ, sed etiam in foro Cæsaris &c. cum
alijs copiosè relatis per Tiraquell. de priuileg. piæ
caus. priuileg. 163. vers. in dispositis ad pias causas
ius canonicum est seruādum in vtroque foro &c.
51 & in fin. hanc opinionem vocat veriorem. Et
addo Ferdinand. Vasq. de success. progress. lib. 6.
§. 23. numer. 51. vers. ius Canonicum, quo ad pias
causas in vtroque foro seruandū est &c. Michael.
Crass. de success. in §. Testamentum. quæst. 18. nu-
mer. 2 & 3 vers. in testamento ad pias causas suf-
ficit solemnitas iuris gentium, & naturalis, & hoc
procedit tàm in terris Ecclesiæ, quàm Imperij &c.
Iul. Cæs. Caluin. in tract. de Æquitat. lib. 1. cap. 8.
num. 9 vers. etiam in terris Imperij non obstante
quacunque lege, relicta ad pias causas debent iudi-
cari secundum canones, & iura diuina &c. & de-
inde idē sensit Card. Mantic. de coniectur. vltim.
volunt. lib. 6. titul. 3. nu. 4. in fin. vers. & ita Iudex
etiam secularis reiectis solemnitatibus iuris ciuilis
in testamento ad pias causas in hoc debet sacros
canones sequi, licet quoad temporalia Romanæ
Ecclesiæ non sit subiectus &c. cum alijs allegatis
per Magdalen. de numer. test. par. 3. cap. 6 num. 3.
vers. in terminis pijs ius Ciuile cedit iuri Canoni-
co, & seruandum vbique in quolibet foro &c.
& num. 3 in fine post Bald. in consil. 284. Domi-
nus. sub num. 2. lib. 3. refert,

52 Ita fuisse pronunciatum per Innocentium
Quartum Summum Pontificem in publico Cō-
cistorio, & faciūt notata per Thoming. decis. Lip-
siens. 4. num. 1. 2 & seq. & adde Honded. in con-
sil. 26. numer. 3 versic. vbique etiam in foro Cæsa-
reo &c. lib. 1. vbi amplè testatur ex communi
sententia, quod ius Canonicum in relictis ad
pias causas vbique etiam in foro Cæsaris, & in
Terris Imperij seruandum esse, ex ibi allegatis,
& addo Thor. in singul. piarum causarum cap. 50.
post princip. vers. in testamento cōdito ad pias cau-
sas, vt etiam valeat in terris Imperij &c. Ioan.
Andr. Georg. allegation. 31. num. 26. Sebastian.
Medic. in opuscul. 4. num. 33. Riccius in addition.
ad Tiraquell. d. priuileg. 163. cum ibi allegatis, &
adde Gasp. Thesaur. quæstion. forens. lib. 4. q. 35.
num. 2. vers. habere locum in foro Ecclesiastico, &
etiam in foro seculari, tàm in terris Ecclesiæ, quā
in terris Imperij &c. Principum secularium &c.

53 Ex Theologis idem confirmant P. Paulus
Comitulus respons. moral. quæst. 14 num. 5. Paul.
Layman. Theolog. moral. tom. 1. lib. 3 sect. 5. tract. 5.
cap. 2. num. 2. et 3. corollar. 5. optimè P. Ludouic.
Molin.

Digitized by Google

Molin de iustit.et iur.tom.1.tractat.2.disput.134.
versic.ratio cur in dispositionibus ad pias causas
standum sit iuri canonico &c. Tanner. in defens.
libert. Eccles.lib.2.cap.8. Mazuchel. de cas. reser-
uat disputat.2.cap 10 quæst.1 num.12. Eminen-
tissimus D.Card.de Lugo in tractat de Iustit. et
Iur.tom.2 disputat.12. num.265. R. P. Antonin.
Diana in suis resolut.moral.part.7.tract.6.resol.2.
vers.dicendum est igitur. addo Fragos. de Regim.
Christian.Reipubl. par.3.lib.4 §.4.nu.65.vers de-
bet etiã seruari in foro Ciuili &c. Paul. Comitul.
in suis respons moral.lib. quæst.14. num.5. P. Vasq.
de testament.cap. 3 dub.1.num.12.& nuper Ioan.
Angel.Boss in suis varijs moral.titul.12.§.1.nu.9.
& cœteri Theologi relati à num.34.

Ita pariter determinatum reperio in Senatu
55 Subaudiæ, vt refert Anton. Fabr. in suo Codic.
lib 6 titul 5. de testament. definit.5. sub numer.1.
vbi dicitur, In testamentis ad pias causas con-
ditis ius Pontificium seruandum esse, etiam in
foro Cæsaris, & fuit etiam dictum in Senatu
56 Burdegal. penes Boer.decis.93.num.3.vers.Vnde
testamentum coram duobus testibus factum, valet
etiam in Terris Imperij, & sic intelligitur d cap.
relatum &c. & in Curia Frisiorum reste Ioanne
à Sand lib.4. decis.13. versic. decidendum non ex
Romano, sed iure canonico, & in Senatu Gratio-
nopolirano vt apud Guidop p.decis.543. sub nu-
mer.14.versic nõ solum debet seruari in terris Ec-
clesiæ, sed etiam in terris Imperij &c. Et in Au-
dientia Baren. penes Vin. decis.5. sub numer.17.
vers.in testamento ad pias causas, tunc etiam in
Terris Imperij illud valet, & tenet cum duobus
57 testibus &c & amplè attestatur istam esse con-
cordem, communemque omnium scribentiũ
sententiam. Gaspar Thesaur. quæstion. forens.
lib.4.cap.35 sub num.5. vbi quoq; dicitur, quod
valet tale testamentum etiam in foro seculari,
et in terris Imperij, licet principaliter non sit
conditum ad pias causas, cum ibi allegatis.

Optimè quoque sic iudicauit Senatus Nea-
politanus apud Gizzarell.decis 47. numer 5. vbi
58 asseritur, Sacrum Consilium Neapolitanum,
reiecta contraria opinione censuisse in relictis
ad pias causas seruandam esse dispositionem
d.cap.relatum in omni foro, tàm Ecclesiastico,
quàm seculari, ipsamque opinionem recipisse
dictum Consilium, quàm sequuntur Doctores
omnes frequentiori calculo, eamque moribus
receptam esse, & communem, & in fine subdi-
tur, ita fuisse pronunciatum die 8. Octob. 1603.
referente D. Consiliario de Ponte, in legato
facto ad pias causas, vt illud probetur per duos
59 testes, & seruandam esse dispositionem d.cap.
relatum &c. & sic sæpius respondit Rota, & præ-
sertim nuper in d. Romana, seu Ianuen. Locorum
Montium 16. Maij 1650. coram Eminentissimo
Ottbobono. §. Insuper. versic. quia in testamento ad
pias causas non requiruntur solemnitates iuris po-
sitiui, sed naturalis, et diuini in vtroque foro &c.
sic etiam fuit dictum in pluribus alijs decisio-
nibus de quibus supra à num.38.& addo decis.
in causa Romana Legati. 23. Iunij 1650 coram
Eminentissimo Corrado §. Quoniam versic. hoc
procedit secundum æquitatem Canonicam, quæ
in causis pijs seruatur in vtroque foro &c.

Supradicta enim conclusio adeo certa est, vt
60 Tannetus in tractat. de defens. libert. Eccles lib 2.
cap.4. doceat, sententiam oppositam (quàm
Henricus Canisius lib. 3. Decret titul.26. cap.11.
& alij ab ipso relati tenuerunt) asserẽtem duos
testes sufficere in testamento ad pias causas
61 procedere solùm in terris Ecclesiæ, non autem
in terris Principum secularium, putat temera-
riam, & meritò. Quis enim negare audebit,
quin tales piæ causæ non sint sub protectione
Ecclesiæ, nam id indubitatum est & in confesso
est apud omnes, & communiter firmatur per
Scribentes in d cap. relatum, et in cap clerici de
iudic.et notatur in cap licet ex suscepto.extra de
for.competent.

Sicque consequenter fatendum hoc casu sci-
licet vbi agitur de pia causa, canon prævalet
62 legi, & decidi debet secundum regulas iuris
Canonici, non autem iuris Ciuilis, & hanc ra-
tionem esse viuacem, & palpabilem, testatur
Audient. Baren. penes Vin.d. decis.5. nu.18 vers.
et ratio viuax, palpabilisque est. quoniam tales
piæ causæ sunt sub protectione Ecclesiæ etc. & idẽ
sensit Curia Frisiorum apud Ioan. à Sande lib.4.
titul de testament.d decis.13. circa med vbi affir-
63 matur, quod et humanitati, ac verbo DEI cõ-
sentaneum est, (vt etiam inquit Donell lib 6.
comment.cap 9.in fin) quod in vtroque foro Ci-
uili, et Ecclesiastico seruetur dispositio d. cap.
relatum.

Potuit quidem Summus Pontifex in hac ma-
64 teria pia, derogare legibus Ciuilibus, quoniã
ipse plenissimam habet potestatem in Principes
seculares, quatenus finis supernaturalis, bo-
65 numque animarum spirituale postulat, vt satis
apertum est, et latè dixi in annotat. ad decis.2. à
num.27. part.3. recent. vbi ad hoc integras DD.
columnas expendi.

Cum ergo potestatis Ecclesiasticæ (cuius ple-
nitudo est in Romano Pontifice) sit dirigere,
66 et ordinare hominum actiones ad finem su-
pernaturalem, qui est salus animæ. Vnde con-
sequenter valuit submouere, et tollere omnia,
quæ cursum, et studium bonorum operum ad
salutem animæ pertinentium, impediũt. Solem-
nitates autem, tot testium iuxta leges Ciuiles
67 in testamento adhibendæ, impedirẽt in causis
pijs, studium bonorum operum, Ergo meritò
Alexander Tertius potuit talem solemnitatem
auferre quoad Testamentum, et dispositionem
68 ad pias causas in fauorem animarum, maximè
quia fraudis, et falsitatis suspicio cessat in dispo-
sitionibus pijs, vt considerant Roman. in auth.
similiter num.95. vers. ex prædictis. ff de hæred. et
falcid. et Card Mantic de cõiectur. vltim volunt.
lib 6.tit.3.num.2.vers. sciendum est in Testamẽto
pio cessare omnem fraudis, et falsitatis suspicionem
propter quam Lex Ciuilis talem numerum, et so-
lemni-

lemnitatem testium introduxit etc. et raticeinātur plures alij relati per *Spin. in specul. testamēt. glos 31. num. 41. vers. cùm in prædicto casu testamenti ad pias causas cessEt fraudis, et falsitatis suspicio minor numerus testium, quàm leges constituerunt sufficiens est etc.* Fragos. *in tractat. de Regimin. Christiana Reipubl par. 3. lib. 4. §. 4. numer. 72. vers quia in hoc testamento pio cessat suspicio fraudis, et falsitatis etc.*

Facit etiam illa conclusio, si statutum prohi-
69 beat mulierem testari posse sine præsentia, et
consensu propinquorum veluti fratrum, filio-
rum etc. (quidquid sit de validitate similium
statutorum, tamquam auferentium liberam
testandi libertatem) dato, quod sine tali solem-
nitate canonicè mulier testamentum condat,
70 eo statuto non obstante valebit tale testamen-
tum, quia cum talia statuta fiant ad obuiandū
fraudibus, quæ quidem cessant, vbi canonicè
testamenta fiunt, *vt defendit à Ponte consil. 148. num. 19. et seq. lib. 2.* et idem sensit *Rota coram R. P. D.* Terracinen. *in causa Viterbien. Hæreditatis 4. Martij 1641. §. Eoque facilius. versicul. et præsertim quia statutum, de quo agitur, fuit factum ad obuiandum fraudibus, quæ hic cessant, vbi agitur de testamento canonicè facto etc.* et iterum idem respondit *in eadem causa coram eodē sub die 28. Martij 1642. §. Placuit etiam Dominus, vers quando autem testamentum est canonicè factum, cessant solemnitates requisita per statutum etc.*

Et magis in terminis congruit *decisio in causa Romana Locorum Montium 18. Maij 1643. coram R. P. D.* Meltio. *§. Tertio,* vbi asseritur *post Monticul. de inuentar par. 2. num. 2.* Cum fuerit
71 ideo inuentum beneficium inuentarij, vt frau-
dibus obuietur, quæ suspicio cessat in Ecclesia,
et sic cum non teneatur illud conficere, non
poterit ea molestari vltra vires hæreditarias,
nec quidem in obulo. declara tamen, *vt ibi habetur*, nempe, quando extarent omnia bona
72 hæreditatis, quia tunc non teneretur Ecclesia
aliquid exponere de suo, secus verò si non ex-
73 tarent, *& latius, vt ibi habetur*. Sed persisten-
do in casu nostro, cum sicuti diximus, in dispo-
sitionibus ad pias causas cesset suspicio fraudis
75 et falsitatis. ideoque eò facilius potuit *text. in d. cap relatum. de testam.* relaxare rigorem Iuris
Ciuilis circa solemnitates testamentarias. Cū
et videamus, quod idem Ius ciuile, remittit
76 solitum rigorem quando in testamento verisi-
militer putat, non posse interuenire aliqua
fraus, aut falsitas, vt in testamento coram Prin-
cipe condito, aut corā Iudice apud acta iudicij,
vel in Ecclesia, vt infra dicā in sequenti capite.

A R G V M E N T V M.

Testamentorū materia, cum sit satis, superque obnoxia fraudibus, ideoque Leges mordicè insistunt circa inuiolabilem obseruationem solemnitatum ab eis præscriptarum. Quando tamen sunt tutæ, quod non potest interuenire fraus, tunc remittunt solitum rigorem circa numerum testium.

In testamento condito coram Principe nullus testis in eo Iura requirunt, cum præsētia Principis propellet omnem præsumptionem falsitatis, & fraudis, *à num. 80.* Testamentum conditum coram Principe ideo valet sine testibus, quia semper penes eum præsumitur adesse multitudo personarum probatarum *à num. 104.*

Plura deducuntur circa Principes, quod nūquam sunt sui, nec tuti. Principis præsentia, & beneplacitum quid operetur *à num. 88.* & præsertim in alienatione bonorum Ecclesiæ, & quid in ea requirant Summi Pontifices *à num. 97.*

Fraudes non solent committi coram multitudine personarum, cum quis potest cogitare quod facile in tantis falsitas potest detigi. *à num. 123.* Testamentum quando quis condit in actis iudicij coram Iudice, nō eget testibus, & quare. *à num. 128.*

S V M M A R I V M.

77 *Testes septem ideo ius Ciuile requirit in testamentis, vt procul arceantur falsitates in hac periculosa materia.*
78 *In testamentis maximè versantur suspiciones, insidiarum, & aucupationum hæreditatum.*
79 *in Testamentis, quando Leges sunt tutæ quod non interueniat fraus relaxāt solitum rigorem numeri testium.*
80 *in Testamento condito coram Principe nullus testis requiritur pro eius solemnitate.*
in Testamentis conditis coram Principe perperā quæritur de solemnitatibus num. 80.
81 *Testari quando quis dicatur coram Principe.*
82 *in Principis præsentia ea, quæ geruntur cessant fraudes, & falsitates,*
Princeps non præsumitur voluisse, vt in eius præsentia aliquid fraudulenter fieret.
83 *pro Principe stat præsumptio, vt sit iustitiæ plenus, & rectitudo in eo claro lumine perfulgeat.*
Princeps est DEI Minister. num. 83.
84 *coram Principe supremo quando aliquid fit nō est aliud quærendū, circa validitatem. nu. 85.*
86 *Princeps vbi adest, ibi tota legalis philosophia concurrit ad testimonium perhibendum.*
87 *coram Principe quando aliquid gestum est, non est quærendum de suspicione fraudis.*
88 *Principis præsentia, & scientia supplet defectū cuiuslibet solemnitatis iuris positiui.*
89 *Donatio facta coram Principe non eget ex insinuatione.*

90 *Et*

90 Et idem procederet, si fieret coram Principissa.
91 Reservationes Officiorum, & Locorum Montium vacabilium, cum non fiant nisi coram Papa.
92 Et eam non admittantur, nisi approbentur ab eo, & ideo si alicui donentur, valet donatio sine insinuatione.
93 Princeps, quando procedit ex certa scientia, videtur tollere omne obstaculum.
94 Licentia Principis supplet omnes defectus.
95 in Alienatione bonorum si statutum requirat consensum alicuius, dato, quod facta sit de licentia Principis, valet sine eo.
96 Superioris verbum qui habet, non indiget verbo inferioris.
97 in Alienatione bonorum Ecclesiæ, quando interuenit authoritas Papæ, nõ requiruntur aliæ solemnitates, declara vt num. 98.
98 Alienatio bonorum Ecclesiæ, cum hodie nõ possit fieri sine beneplacito Apostolico ultra illud, requiritur iusta causa.
99 Causa iusta alienandi bona Ecclesiæ non suppletur per beneplacitum Apostolicum.
100 in Alienationibus bonorum Ecclesiæ, si euidens vtilitas non requireretur, facilè beneficia remanerent depertica.
Papa tota mente concedendo beneplacitum circa alienationem bonorum Ecclesiæ, qua fit.
101 in Alienatione bonorum Ecclesiæ, euidens, & clara debet esse necessitas, vel vtilitas, alias si sit turbida, nihil fit.
102 Vtilitas euidens in alienatione bonorum Ecclesiæ, non probatur ex assignatione rei æqualis valoris. Sicut nec ex solo valore redditumm, sed etiam proprietatis est iustificanda.
103 Vtilitas euidens, vel necessitas in alienatione bonorum non probatur ex sola assertione partis, sed aliunde id est iustificandum.
Executor ad inquirendam vtilitatem alienationis bonorum Ecclesiæ, qualiter se gerere debet. num. 103. in fin.
104 Testamentum conditum coram Principe, ideo quoque non requirit testes, quia penes eum præsumitur semper adesse multitudo nobilium.
105 Testium probatorum multitudo præsumitur adesse penes Principem.
106 Princeps vbi est, non potest esse sine multis.
107 Princeps vbi est, ibi multi nobiles sunt.
108 Principes, secundùm Alphonsum Aragoniæ Regem, sunt immensis deterioris conditionis, & quare.
109 Princeps nusquam est suus, nusquam liber, seu tutus, & vbique premit eum, iugum suæ seruitutis.
110 Adrianus Sum. Põt. assiduè exorabat DEVM vt dexteram apponeret, vt tam graue onus ferre posset.
111 Adrianus Papa nihil sibi infelicius in vita duxit, quàm imperare.
112 Vrbanus Septimus, quoties lineam vestem superinducebat ad purpuratam Princeps conuersus, quid grauiter afferebat.
113 Principibus adaptatur impresa illa, nẽpe Pharetra sagittis vacua, cum inscriptione, Heret sub corde sagitta.
114 Octauianus Imp. erat aliud solamen non recipiebat, nisi cogitare suam magnitudinem deponere, & num. 115. & 116.
117 Regnare si tàm graue est, & onerosum, sed quare omnes tàm anxiè regnare affectant.
118 Stulti putantur, qui regnare nesciunt, & stultum nemo se putat.
119 penes Principem semper præsumitur adesse multitudo personarum probatarum.
120 in Priuilegijs, & Bullis Papæ, quare non ponantur testes.
121 in Testamentis conditis coram Principe cessat timor fraudis, & quare num. 122.
123 Falsitatem, si quis in animo haberet committere, id certe non committeret coram multitudine personarum.
in Multitudine personarum facilè minime est falsitatem occultare. num. 123.
124 Punibile aliquid, quando quis intendit facere, id principaliter quærunt, vt quàm occultè possunt, id committant.
125 Tenebras amant, qui suspecti sunt.
126 Actus, quando fit coram populo publicè statim oritur præsumptio, quod non adsit fraus.
127 Sed clara inducitur etiam probatio, quod non sit commissa fraus.
128 Testamentum, quando quis condit in actis iudicij coram Iudice, nullus testis ad illius validitatem requiritur.
129 Actus quando geritur publicè coram Iudice, cessant suspiciones falsitatis, & fraudis.
130 Donatio, si fiat coram Iudice, eiusque auctoritate, cessat defectus insinuationis. & num. 134.
131 Insinuationis solemnitas cum fuerit à Iure introducta, vt euitentur fraudes,
Satis illis dicitur obuiatũ, si donatio fiat apud acta publica coram Iudice.
132 Donationes quoties fiunt coram Iudice, eoque auctorizante, non est opus insinuatione, & hic est stylus Bonon.
133 Donatio facta coram Iudice, tunc non eget insinuatione, quando propter aliud Iudex non fuit aditus.
135 Suspicio mala omnis cessat, quando aliquid palàm, & publicè fit.
136 Pecuniam si quis accipiat alienam, palam, & bona fide, non animo contrectandi, non incidit in crimen furti.
137 Testamentum, quando non esset factum coram Iudice, sed solum coram eo productum, siue repetitum.
138 Tunc non quadrat dispositio l. omnium C. de testament.
139 Testator quando petit testamentum iam factum publicari de nouo dicitur testari.
140 In testamento coram Iudice apud acta condito, licet nullus omnino testes requiratur,
Tamen multi DD. contrarium sentiunt.
141 Accurs. in testamento condito apud acta coram Iudi-

Iudice, dicit esse necessarios testes, sed non exprimit quot.

142 *Angel. & Alberic. septem testes requirunt.*

143 *Salicet. tres testes ait esse necessarios.*

144 *Cyn. sentit, duos debere interuenire.*

145 *in Testamento condito apud acta coram Iudice, quod nullus testis requirantur,*
Est verior, & magis in iure fundata.

146 *Testamentum quod fiat apud acta, vel coram septem testibus paria sunt.*

147 *Acta habent vim testium.*

148 *Testamentum coram Principe conditum, vel apud acta coram Iudice factum æquiparatur.*

149 *Testamentum coram Principe factum nullum omnino requirit testem pro solemnitate,*

150 *Quare id quoque est dicendum de testamento condito coram Iudice, apud acta.*

151 *in Notorijs non est opus probatione.*

152 *Probare non est necesse, quod patet expresse.*

153 *Impedimentum, quando est notorium nō requiritur protestatio de tali impedimento.*

154 *Notorium habet vim sententiæ.*

155 *apud Acta gesta coram Iudice dicuntur notoria, & ideo non egent testibus.*
in Actis iudicialibus non sunt necessarij testes. numer. 155.

156 *Acta iudicij, licet non requirant testes, tamen id procedit in his, quæ sunt propriè de actis.*

157 *apud Acta, si fiant ea, quæ alibi possunt expediri, vt sunt contractus, testamenta &c. an tūc requirantur testes. & num. 158.*

159 *Actus Notarij debent habere testes.*

160 *Notarius, quando rogatur de aliquo actu simpliciter, vti Notarius, & de re, quæ non sunt propriè de actis.*

161 *Et tunc requiruntur testes, sed secus si de commissione Iudicis id faciat.*

162 *Testamentum, si fieret apud acta coram solo Iudice, non valeret, & quare. et num. 166.*

163 *Verbo, vnius Iudicis cuiuscunque etiam dignitatis sit, non est standum.*

164 *Iudices non nulli iniqui reperiuntur, qui innocentium iustitiam lædunt.*

165 *Iudici regulariter non creditur.*
Et maximè in materia testam̄taria fraudibus valde obnoxia.

167 *Testamentum coram Iudice factum minimè tenet, si in loco priuato fiat. & quare nu. 168.*

169 *Testamentum coram Iudice apud acta confectum, debet per Notarium in scripturam redigi, & apud acta referri debet.*

CAPVT II.

LEges Cæsareæ, licet mordicè soleant insi-
stere super obseruatione solemnitatum in
77 testamentis ab eis præscriptarum, & id quidem
prudenter cum agatur de materia satis fraudi-
bus, & falsitatibus obnoxia, & in ea maximæ
versantur suspiciones insidiarum, & aucupatio-
78 num hæreditatum, quia sanè quilibet canere
quærit lætanter illud carmen

Res non parta labore, sed relicta.

Nihilominus, vt tetigi in præcedenti capite,
quando Leges statutæ sunt, quod sint immunia
79 testamenta à fraudibus, & falsitatibus, tunc
remittendo solitum rigorem manus dant cir-
ca remissionem solemnitatum, & præsertim
exemplum habemus in testamentis conditis
80 coram Principe, in quibus nullus testis requi-
ritur pro eorum solemnitate, isto enim casu
perperam quæritur de solemnitatibus *text. est
in l. omnium & ibi DD.* omnes & in specie *Bart.
num. 1. C. de testam.* Couarr. *in rubric de Testam.
par. 2. num. 2. cum alijs allegatis per* Iul. Clar. *re-
cept. sentent lib. 3. §. Testamentum. quæst. 56. vers.
est tamen aliud.*

Vbi quoque aduertit hunc casum esse nota-
81 bilem in hac materia, & subdit quomodo quis
dicatur testari coram Principe. Supradictæ ve-
rò sententiæ ratio illa potest commodè assigna-
ri, quia quando aliquid geritur in præsentia
72 Principis cessant fraudes, & falsitates, cum ve-
risimiliter præsumendum sit ipsum noluisse, vt
aliquid fraudulenter ageretur.

83 Nam præsumptio est pro Principe, vt scilicet
sit Iustitia plenus, & rectitudo in eo claro lu-
mine perfulgeat. *l. inter claras C. de summ. Tri-
nit. & fide Cattolic.* Nam DEI minister est
Princeps, vt scriptum reliquit *Plutarch. de Do-
84 ctrin. Princip* & in puncto quando aliquid ge-
stum est coram Principe, vt cessent fraudes, cō-
suluit *Menoch. consil. 431. num. 11. et seq. cum
ibi allegatis.* Et in puris terminis testamentarijs
videatur *Marcb. Anton Thomat. decis. Macera-
ten. 50. num. 315. vers. factum fuit testamentum
in præsentia Principis &c.*

85 In his enim quæ coram Principe supremo
(de quo loquitur *text. in d. l. omnium C. de testa-
ment.*) geruntur non est aliud quærendum, nā
vbi adest Princeps, ibi tota legalis philosophia
86 concurrit ad testimonium perhibendum, vt in
puncto explicat *Bald. in d. l. omnium. in princip.*
87 Et ipse Princeps est lex animata in terris *§ fin.
in Auth. de Consul.* Quare non est dubitandum
an gesta coram eo sint à suspicione fraudis, et
falsitatis valde aliena.

Scimus etiam Principis præsentiam et scien-
88 tiam supplere defectum cuiuslibet solemnita-
tis iuris positiui. Hinc est, quando donatio-
nes, fiunt coram Principe insinuationem, vel
89 alias solemnitates tamquam alienas à fraudi-
bus, non requirunt *ad text. in d. l. omnium. et ibi*
Bald. *in princip.* Castr. *numer. 1. et 2. C. de testam.*
idem Bald. *in consil. 105. num. 3. vers. defectum
insinuationis supplet præsentia Principis &c. lib. 2.*
90 vbi etiam ait, idem procedere si donatio fiat
coram Principissa. *Capic. decis. 202. sub nu. 13.
versic. quia speciale est in Principe &c.* et dixit
Rota coram Reuerendiss. P. D. Dunozetto De-
cano *in causa Romana Legati scutorum 50. mill.
16. Ianuarij 1640. §. eoque minus. vers. donationes,
quæ fiunt coram Principe insinuationem non re-
quirunt &c.*

Vbi

Vbi asseritur, reseruationes Officiorum Ro-
manæ Curiæ, et Locorum Montium vacabiliũ
91 eum fiant coram Papa, nec admittantur nisi ab
eodem fuerint approbatæ, vt praxis edocet,
quare si tales reseruationes quis faciat ad fauo-
92 rem tertij, non requiritur insinuatio. Sed per-
sistendo in terminis, quod præsentia Principis
generaliter suppleat defectum solemnitatum
iuris positiui, id præcisè per *d. l. omnium notat
Innocent. in cap. ante num. 2. & Abb. numer. 20.
Felin. num. 9 de lite contestat* et vbi Princeps
93 procedit ex certa scientia videtur tollere om-
ne obstaculum *iuxt. l. idem Vlpianus in fin ff de
excus. tut. & curat. & l. quidam consulebant etiã
in fin & ibi latè Scribentes ff de re iudic.*
Hinc quoque decidit Rota *coram Reueren-
dissimo P. D. Dunozetto in causa Romana Donq-
94 tionis 19. Aprilis 1641. §. Nam licet.* quod licen-
tia Principis supplet omnes defectus, *ad text. in
d. l. omnium. C. de testam. Oldrad. consil. 187. nu. 13.
Dec. consil. 341. num. 12* Paris. *consil. 24. numer. 4.
lib. 4. Gabr. consil. 161. num. 19 lib. 1. Pic. ad statut.
Vrb. glos. 7. num. 196. Rot. decis. 461. num. 13. par. 1.
recent.* Gonzal. *ad Regul. 8. glos. 12. sub num. 75.
versic. Beneplacitum Papæ vbi adest, supplet quos-
cunque defectus, & solemnitates requisitas &c.*
cum multis ibi allegatis.
Et in terminis si statutum requirat licentiã
alicuius in alienatione bonorum ea nullatenus
95 requiritur, si de licẽtia Principis fiat talis alie-
natio. *dixit* Rota *coram bo. mem.* Card. Pãzirolo
*in causa Bononien. Fideicomm. de Rubeis 4. Mar-
tij 1641. §. Nec obstare. versic. venditio fieret au-
ctoritate Apostolica non erat opus alia licentia, seu
96 solemnitatibus &c.* Nam, qui habet verbum
superioris, non indiget verbo inferioris.
Ideoque vbi in alienatione rerum Ecclesia-
sticarum interuenit Papæ authoritas, seu bene-
97 placitum, tunc non requiruntur aliæ solemni-
tates, vt constat *per text. in cap. ad audientiam. 5.
ibi, confirmationis priuilegium faceremus. &c.
ext. de Eccles. ædificand. et ibi glos. in verb. indul-
gemus.* et facit text. *in cap. 1 de reb. Eccl. non alie-
nand. in 6* Panormitan *in consil. 41. num. 3. vers.
omnis solemnitas videtur remissa per indulgentiã
Papæ. vnde parè, & sine alia auctoritate, et so-
lemnitate poterunt alienare bona &c. par. 1.* Paris.
*in consil. 24. num. 4 versic. quando enim alienatio
fit auctoritate Papæ dicitur legitimè facta, nec
alia solemnitas nec cõsensus requiritur &c. lib. 4.*
Redoan. *in tractat. de reb. Eccl. nõ alien. rubr. 26.
numer. 12. versic. sed si Papa suam interponat au-
ctoritatem in alienatione bonorum Ecclesiæ, tunc
non requiritur &c.* et *sæpe sæpius dixit Rota, vt
constat ex pluribus decisionibus congestis per re.
mem.* Theodosium Rubeum *patrem meum in
Singular. Rot. Roman. tom. 2. part. 4. circa alienat.
bonorum Eccles. num. 7. versic. in alienatione bo-
norum Ecclesiæ non requiruntur aliæ solemnita-
tes, si auctoritate Papæ facta sit &c.* et alias nu-
per congerit *Io. Angel. Boss. in suis moral. var.
tom. 3. titul. de alienat. bon. Eccles. titul. 18. n. 188.
versic. in alienatione bonorum Ecclesiasticorum,
vbi interuenit Papæ auctoritas. tunc non requi-
runtur aliæ solemnitates, non tractatus, neque
98 consensus Episcopi &c.* declara tamen, *vt per
Rotam decis. 207. num. 2. versic. vbi adest aucto-
ritas Papæ non requirũtur aliæ solemnitates &c.
part. 4. diuers.*
Quare hodie attẽta *Paulina Ambitiosæ*, iuxta
quam alienatio bonorum Ecclesiæ non potest
fieri, nisi cum auctoritate, et beneplacito Apo-
99 stolico, in eadem alienatione sufficit, et requi-
ritur tantum iusta causa, quæ tamen per dictũ
beneplacitum Apostolicum non suppletur *Rot.
dec. 430 num. 5. versic. confirmatio Apostolica non
supplet substantialia &c. part. 1. recent.* cum in
vtilitate consistat tota substantia alienationis
100 prædictæ. Aliàs enim si id negligeretur, be-
neficia ferè remanerent de pertica, *vt conside-
rauit Rota in causa Mutinen. Bonorum 14. Ia-
nuarij 1639 coram R. P. D. Terraconen. §. Quod
autem. versic. beneficia ferè remanerent de perdi-
ta etc.* Etenim videmus, quod in alienationibus
rerum Ecclesiæ Papa concedendo beneplacitũ,
tota voluntas eius consistit in vtilitate euidenti
Ecclesiæ, *vt perpendit Rota coram* Card. Mantic.
*decis. 101, num. 5. versic. inspiciendum esse solam
intentionem Summi* Pontificis, *quæ est, vt aliena-
tio fiat in euidentem vtilitatem Ecclesiæ &c. et co-
ram bo. mem.* Merlino *decis. 710. nu. 8. versic. vo-
luntas Papæ, quæ sola est in euidenti vtilitate
Ecclesiæ etc.*
Et vtilitas prædicta non incertè, et euentua-
101 liter est probanda, sed debet esse clara, et eui-
dens, non autem turbida, itaut conditio Eccle-
siæ, patenter melior fiat, et locupletior, *vt per*
Abb. *in cap. ad aures. num. 4. de reb. Eccles. non
alien.* Rota *apud Cas. de Grass. decis. 4. numer. 7.
versic. sed cum non probentur &c. de reb. Eccles.
non alien.* Rota *decis. 907. numer. 1. versic ex qua
probatione apparenter &c. part. 1 diuers. & de-
cis. 65. num. 17. versic. euidens necessitas, vel vtili-
tas non subesset &c. part. 2. diuers. & decis. 367.
numer. 5. vers. Ecclesiæ vtilitas debet esse clara, &
euidens &c. part. 5. recent. et decis. 243. numer. 5.
versic. ita vt conditio Ecclesiæ patenter melior fiat,
& locupletior &c par. 7. recent* cum alijs allega-
tis *in causa Cracouien. Decimarũ 21. Maij 1640.
coram R. P. D.* Cerro. *§. Nec visum est. vers. cum
asserta vtilitas nullibi iustificetur, imo conuinci-
tur cõditionem Collegij esse effectam deteriorẽ &c.
& in eadem causa sub die 4. Iulij eiusdẽ anni co-
ram eodem. § Quia ex deductis. versic. ex defectu
vtilitatis &c.* & adde *decis. in causa Leodien. Do-
miniorum 25. Iunij 1649. coram Eminentissimo
D. Card.* Corrado. *§. Præterea. versic. deficit iusta
causa, quæ potissimum attendi, ac summo studio
inquiri debet, scilicet necessitas & vtilitas Eccle-
siæ, & quidem notabilis & euidentis &c.* vbi aliæ
decisiones referuntur, & subditur.
102 Quod ex assignatione rei æqualis valoris nõ
iustificatur euidens Ecclesiæ vtilitas, qualis est
necessaria pro validitate alienationis *ex ibi alle-*

gatis, et neque ex solo valore reddituum, sed
etiam proprietatis est iustificanda.

Et aduertendum venit, quod vtilitas, vel ne-
103 cessitas prædicta nullatenus iustificatur ex
sola partium assertione, sed bene aliunde, ne
vt considerauit Rota in causa Squillacen. Dismé-
brationis 3. Iunij 1644. §. Iusta verò causa etc.
coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, via aperi-
104 retur fraudibus, eludendi prohibitionem le-
gis, et ibi plura allegantur, quam decisionem
Rota deinde secuta est *in causa* Comen. *Dismē-*
brationis 22. Iunij 1648. coram eod. Eminentiss.
D. Card. Corrado. *§. In proposito autem. vers. nec*
huiusmodi causæ iustificatio ex partium assertio-
ne satis percipitur, sed aliunde iustificari debet etc.
ibique vide, et multa more solito, allegantur.
Idem etiam postea fuit tentum *coram eodem*
in d. causa Leodien. Dominiorum *25. Iunij 1649.*
§. Si enim. versic. nam sola partium assertione, euidens vtilitas Ecclesiæ non probatur etc.
105 Quid enim obseruare debeat Executor de-
putatus ad cognoscendum, an alienatio bono-
rum Ecclesiæ sit valida necne, *dixit Rota coram*
bo. me. Merlino dec. 887. à n. 23. Et modo redeun-
do ad terminos nostros de quibus supra *nu. 80.*

Insuper altera potest expendi ratio quare
106 contra testamentum conditum in præsentia
Principis nō potest opponi exceptio de nume-
ro testium est, quia cū Principe semper adesse
præsumitur multitudo nobilium, probatarum-
que personarum, & per consequens multitudo
testium probatorum, vt habetur *in d. l. om-*
nium ibi, *inter tot nobiles probatasq; personas &c.*
C. de testam. vbi dicit *glos. in verb. omnium*, quod
107 vbi est Princeps non potest esse sine multis,
ibique etiam Bald. in 1. notab. dicens quod vbi
est Princeps ibi sunt multi nobiles itaque ni-
hil occultè corā eo fieri potest, *vt ibi per Alex.*
num. 8. & Ias. col. fin. vers. ad idem facit, et Bald.
in l. sancimus num. 4. C. de donat. Vnde bene di-
108 cebat Alphonsus Aragoniæ Rex, Principem
esse iumentis deterioris conditionis, nam ista
dum capiunt cibum non vexantur ac nos etiā
inter pocula.

Hinc iure dicebat Mellifluus Doctor Ber-
nardus Sanctus alloquendo cum Eugenio III.
Romano Pontifice *in tractat. de considerat. ad*
eundem lib. 5. cap. 3. ibi, *Tu quoque dic quæso, vbi*
109 *vmquam es liber, vbi tutus? vbi tuus? vbique*
strepitus, vbique tumultus, vbique iugum tuæ ser-
uitutis te premunt. De Adriano Pontifice refe-
runt Sacri annales quod assiduis præcibus & la-
110 crymis exorabat Dominum, vt dexteram
apponeret, vt tam graue onus tamquam infœ-
licem fælicitarē ferre posset, Is enim nihil sibi
111 infælicius in vita duxit quā quod imperaret.

Vrbanus Septimus quoties lineam vestem
superinduebat ad purpuratos Principes con-
112 uersus, hæc aurea verba depromebat. *En tu-*
nica leuis tanti tamen ponderis &c. Egregius il-
le Dux supradicta forte innuere volens pro
113 stemmate gerebat, Pharetram sagittis vacuā
cum inscriptione: *Hærent sub corde sagittæ.* hoc
est intus dolor, intus angor intus spinæ, & ti-
mores.

Vnus pro mille testis locupletissimus sit ille,
114 qui, & inter fortunatos, fortunatissimus fuit,
primogenitus fortunæ vocatus, nempe Octa-
uianus Imp. *Iste enim* (vt testatur Senec. in tract.
115 de breuitat. vit.) *qui videbat ex se omnia pen-*
dentia, qui omnibus fortunam dabat, illum diem
fælicissimum cogitabat, quo magnitudinem suam
deponeret &c. & sic aliud solamen in sua ma-
116 gnitudine non habebat, nisi cogitare deposi-
to Imperio vitam priuatā agere, reliqua vide
apud eumdem Senec. in d. loc. & aliqua etiam ha-
bui *in annotat. ad decis. 617. à num. 95. vers. qua-*
re per experientiam loquendo &c. part. 4. recent.
tom. 3. et alibi, vt ibi retuli num 97. in fin.

Et si id verum est, quare, tām auidè omnes
117 regnare cupiunt. Quas non didicerunt artes,
omnes recusant exercere, Imperare, quæ est ars
artium nemo recusat. Huius rei causam roga-
tus Rodulf. Cæsar, (vt refert *Pōtan in sua Attic.*
Bellor. lib. 3. syntag. 3. cap 8.) respondit. Non
118 mirum. *Stultos putant, quos regnare nesciunt,*
stultum autem nemo se putat.

Sed persistendo in terminis, cū coram Prin-
119 cipe semper præsumatur adesse multitudo
personarum probatarum ex supra allegatis, &
considerant *Bald. Alex. & Zas. in d. l. omnium.*
C. de Testam. vbi etiam asserunt ideo in priui-
120 legijs, & Bullis Papæ non apponuntur aliqui
testes propter multitudinem astantium. *cum*
multis alijs per eos allegatis. Ideoque stante di-
121 cta multitudine in testamento condito coram
Principe, cessat timor fraudis, & suspicio falsita-
tis, propter quām fuit per legem inducta ista
122 solemnitas numeri septem testium, vt subdit
Ias. in d. l. omnium col fin. ibi item ista opinio.

Demens enim quis esset, si dum cogitando
committere aliquam fraudem, vel falsitatem,
123 id postea faceret coram multitudine persona-
rum, quia facile animaduertere poterat, quod
in multitudine hominū difficile falsitas occul-
tari potest, quia si non videt vnus, videt alius,
Quod enim non est verisimile imaginem,
habet falsitatis, & si licet arguere à com-
muniter accidentibus, & ab experientia, quæ
124 est rerum magistra, qui aliquid punibile com-
mittunt id principaliter facere student, vt id
magis occultè faciant, quām possibile est, nam
suspecti amant tenebras, *vt latè dixi in prælud.*
à num. 231. Vnde dum aliquid peragitur coram
multitudine personarum cessat, vt dixi, suspi-
125 cio fraudis, ex allegatis *per Crauet. consil. 75.*
num. 19. versic. non est verisimile, quod ausus fue-
rit falsitatem committere coram multitudine ho-
minum &c. qui loquitur in terminis testamen-
tarijs, prout etiam loquitur *Francisc. Becc. con-*
sil. 102. num. 27. versic. falsitas non solet committi
coram multitudine personarum &c. & allegat
Bald. in l. hac consultissima. in fin. C. qui testam.
facer. poss. adde *Surd. consil. 137. num. 21. versicul.*

fuissent

fuissent enim fatui, si tam egregium facinus, fidei
tot hominum commisissent &c. & latè post alios
tuetur *Farinac de falsitat. quæst.* 153. *num.* 216.
quibus accedit *Tomat. decis Maceratens.* 30. *nu-*
mer. 422. *versic. cessat enim falsitatis præsumptio*
ex tot hominum præsentia &c. videatur etiam
Menoch. *de præsumpt. lib* 5 *præsumpt.* 20 *num.* 55.
& Card. Mantic. *de tacit & ambig. lib.* 8. *tit.* 21.
num. 44.
Aduertendum etiam est, si actus fiat coram
multitudine personarum, ne dum oritur præ-
126 sumptio, sed clara inducitur probatio, nullam
esse commissam falsitatem, vt benè *per Foller.*
in pract. criminal. in verb item quod commisit fal-
sitatem. num. 80. *et* 94 *versic. sextò cessat præsum-*
ptio, & adducit rationem de qua supra, quia
facilè cogitare poterat, quod in multitudine
127 plurium personarum difficile falsitas occul-
tari potest, & sequitur Foller. *Io. Bapt. Hodiern.*
controu forens lib 1. *cap.* 38 *num* 25. *versic. nedū*
præsumptio, sed clara inducebatur probatio &c.
Videmus vlterius quando quis testamentū
condidit corâm quocumque Iudice in actis
128 Iudicij, nullus testis ad illius validitatem re-
quiritur *d. l. omnium versic. sicut etiam securus.*
C. de testament. vbi *Bart. Bald. Paul de Castr. et*
late Ias. num 15. *Alex num.* 4. & cœteri Scriben-
tes ibidem & idem notat *Bald. in l. pacta nouis-*
sima. num. 1. *et* Castren *num* 4. *Alex num.* 3. *Ias.*
nu. 10. *C. de pact* Gratian. *discept forens. cap* 312.
num. 20. *versic. valebit testamentum absque so-*
lemni numero testium, si fiat coram quocumque
Iudice, apud acta Iudicij &c. Honded *consil.* 16.
num. 5. *versic. valet testamentum factum coram*
Iudice in actis iudicij absque legitimo numero te-
stium &c lib 2. cum alijs ibi allegatis, & addo
abundenter relatos *per* Matth. Berlich. *in suis cō-*
clus. practicab. l. lib. 3. *conclus* 4. *à num.* 4. & idem
sensit *Rota coram bon. mem. Iusto decis* 123. *nu.* 1.
versic. licet deficiat testium numerus in testamen-
to requisitus, suppletur præsētia Iudicis &c par. 1.
recent.
129 Et ratio est quia pariter tunc cessat, timor
falsitatis, & fraudis, quando actus geritur pu-
blicè coram Iudice. *l quicumque & ibi notat*
Bart. num. 4. C. *de præd. decurion. lib.* 10 idem
Bart. in l. frater à fratre num. 51 *ff. de condit. in-*
debit. Bald. in l. iubemus ante nu. 4. *C. ad Trebell*
Angel. in consil. 192. *ad finem et in l. transactionē,*
vbi id notat *Castrens. Ias. & alij. C. de transact.*
130 Hinc quoque est, si donatio facta fuerit corā
Iudice, & cum eius auctoritate, cessat defectus
insinuationis, Nam legalis illa solemnitas ad
euitandas fraudes instituta regulariter æquè
131 adimpletur, si donatio per acta publica corā
competenti Iudici fiat, ac si facta eodem modo
deinde publicetur, *l. donatio. in fin. ibique* Bart.
num. 2. *l. data, vbi etiam* Bart. *in fin.* dicens, quod
vbicumque fit donatio in actis de alio non est
curandum. *l in hac. et l. in donationibus. C. de do-*
nat. Idem sentiunt *Az. Goff. Hostien.* & alij re-
lati *per Io. And. in addit. ad Specul. lib.* 2. *titul. de*
Instrum. edit. §. 14. *vers. Porrò, col.* 6. *in verb. sub-*
scribat, vbi testatur quod ita seruatur in Ciui-
tate Bononiæ eius patria, in qua fiunt donatio-
nes coram Iudice, auctorizante, & dicuntur
132 insinuatæ, & comprobant *Alex. in consil.* 157.
Viso instrumento num. 2. *versic. quia in donatio-*
ne interuenit auctoritas Iudicis &c. lib. 2 Corn.
in consil. 39. *sub num.* 1. *versic. haberi pro insinuata*
&c lib. 3. Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 36. *glos* 2.
num 22. *versic si donatio fiat coram Iudice, non*
requiritur alia insinuatio &c. Vbi intelligit etiā
133 nisi ob aliud Iudex sit aditus. Ita etiam sen-
serunt *Angel. Dec. Cassan. Guidopap* & alij relati
per Ant. Gabr. comm. conclus lib 3. *titul. de donat.*
conclus. 1. *num.* 46. *versic sufficit donationem esse*
factam coram Iudice &c. & sequitur Barz. *decis.*
Bononien 25. *sub num.* 35. ibi, *quia in casu isto*
non requiritur insinuatio &c. & sæpiùs respon-
dit *Rota, et præsertim coram sanct. me.* Greg XV.
decis 391. *num.* 8. *ibi, præsentia Iudicis, qui dona-*
tioni interfuit habet vim insinuationis &c. et in
recent. decis. 552. *num* 5 *ibi, minus facit, quod non*
fuerit insinuata &c part. 4. *recent.* & fuit dictum
coram Eminentiss. D. Card. Corrado *in causa*
Regien Bonorum 23 *Februarij* 1647. § *Non ob-*
stat demum, vers. cessat insinuationis defectus &c.
134 Vbi dicitur, cū solemnitas insinuationis fue-
rit instituta. vt fraudes euitētur, id adimpletur,
si donatio per acta publica, coram competenti
Iudice fiat. Quæ decisio est confirmatoria al-
terius decisionis *in eadem causa facta sub die*
23. *Ianuarij* 1647. *coram eodem.* §. *Altera verò*
nullitas, ibi, defectus insinuationis eliditur ex præ-
sentia Iudicis &c.
Et persistendo in terminis nostris testamen-
tarijs, nempe quando testamentum est apud
acta coram Iudice conditum cum tunc cessent,
vt dixi, suspiciones fraudum, & falsitatum, te-
net, licet nullus testis sit adhibitus, *vt per text.*
in d. l in donationibus, et d. l. omnium præter ad-
ductos iam supra comprobant *Ias in d. l omniū.*
sub num. 15. *versic. item ista ratio. C. de testament.*
Felin *in cap. quoniam contra num.* 13. *de probat.*
Bald. *in l. pacta nouissima. in princip.* & ibi Castr.
num. 4. *C. de pact* Riccard. de Malumbr. Cyn. &
alij relati *per* Guglielm. de Benedict. *in cap. Rai-*
nutius. in verb. Testamentum. claus. 1. *num* 18.
versic. septimo fallit de testament. & benè Mag-
dalen. *de numer. test. in testament. requisit part* 1.
cap. 23. *numer.* 5. *versic. cessat tunc timor falsitatis,*
quando actus geritur publicè coram Iudice &c.
Gratian. *dict cap.* 312. *num.* 20. *versic. vltra quod*
etiam cessat omnis timor falsitatis, quando actus
135 *geritur publicè &c.* Sicque in his, quæ palam,
& publicè fiunt, cessat omnis mala suspicio, *&*
facit, quod in pulcro casu notat Bald. cons 472.
in quarto puncto lib. 4. vbi ait, si quis accipiat
136 pecuniam alienam, palam. & bona fide, non
animo contrectandi. nō incidit in crimen furti,
& sequitur *Aym. in consil.* 3 *numer.* 5. *versic. acci-*
piens pecuniam alienam publicè &c. cum ibi alle-
gatis.

Declara tamen, id quod supra dixi, nempe
testamentum conditum coram Iudice in actis
iudicij esse validum etiam absque numero te-
137 stium, vt id non procedat, quando tantùm
testamentum esset coram Iudice productum,
siue repetitum, quia in his terminis non qua-
138 drat dispositio *d.l.omnium*, & ita reiecta con-
traria opinione *firmauit Rota coram bon. mem.*
Iusto *d.decis.*123.*num.*2. vbi benè respondetur
139 ad rationem illam, quod si testator petat te-
stamentum iam factum publicari de nouo dici-
tur testari &c. & aliàs *vt ibi latiùs habetur*.

Quatenus verò dixi supra, quod in prædicto
testamento apud acta coram Iudice condito,
140 nullus omninò testis sit necessarius, id verum
intellige, quamuis multi celebres DD. contra-
rium sentiant, & præsertim *glos. in d.l omnium.*
in verb.testibus, C.*de testam.* qui dicit in huius-
modi testamento, necessarios esse testes, sed
141 numerum testium non exprimit, quem se-
quitur *Herm.Vult.cons* 34.*incip.strenuus, et no-*
*bilis vir, num.*42.*versic.neque dum vsquequaque*
*expeditum est.vol.*1.

Et Angel. *in d.l.omnium.numer.*1.*post Alberic.*
*ibidem numer.*3. aliter opinatur, quod testes
142 septem, prout in alijs testamentis requiran-
tur. *Salicet in d.l.omnium.num.*7.*versic. aut fecit*
in actu, & isto casu &c. vbi *per text. in l.sanci-*
*mus.*27.C.*de testament.* sentit in prædicto testa-
143 mento tres testes esse necessarios. Tandem
*Bald.in d.l omnium.num.*3.*vers.aut dicunt, quod*
acta sufficiunt &c. & ibidem *Cyn.nu* 5. Salicet.
*in l.pacta nouissima, num.*1. *versic.hinc est, quod*
144 *testamentum valet.* C.*de pact.* qui putant duos
testes esse necessarios.

Quidquid tamen sit de supradictis opinioni-
bus, tamen constanter retinenda est, iam supra
145 firmata, quod hoc casu nullus omnino testis
requiritur, nec quò ad solemnitatem, nec quò
ad probandam veritatem, & id comprobatur
per d.l.omnium. nam text. ibi, æquiparat paria
esse, vel quod testamentum fiat apud acta, vel
146 coram auribus priuatorum, & sic coram sep-
tem testibus. Item probatur *per d l.sancimus*
inquit (non minus tribus, vel inter acta mani-
festauerit) & sic text. alternatiuè loquendo, eui-
147 denter demonstrat, quod acta habent vim
testium.

Accedit etiam quod testamentum coram
148 Principe conditum, & apud acta factum pari
passu ambulant, text. est clarus *in d. l. omnium.*
post princip.vers.sicut ergo securus eris &c. & iã
dixi supra *num.*80. testamentum coram Prin-
149 cipe factum nullum omninò testem requirit,
ita nec illud apud acta confectum, & latè id de-
fendit *Magdalen.de numer.test. d.part.*1.*cap.*25.
*à num.*6. *et num.* 10. reprobat contrarium sen-
tientes, et præter ab eo allegatos. addo *Dauth.*
*in d.l.omnium.num.*3. vbi refutat quoque ali-
ter firmantes, et optimè id defendit *Mysinger.*
obseruat. Imperial. Centur. 6 *obseruat.* 29 *à nu-*
*mer.*2.

Vbi relatis contrarijs opinionibus, asserit
150 *nu.*4. in prædicto casu nullum omnino requi-
ri testem, et quod ita vsu, et in practica passim
seruatur, et sic obseruat Camera Imperialis. et
adde *Matth. Berlich. in suis conclus. practicabil.*
*part.*3.*d.conclusion.*4.*à nu.*4. *versic. dissentit Ac-*
curs. et versic. verum horum opiniones facilè refu-
tari possunt &c. et sensit Rota *coram bon. mem.*
*Iusto d.decis.*123.*sub num.*1. *versic. licet deficiat*
testium numerus, suppletur præsentia Iudicis &c.

Veritas enim est, quod testamentum factum
151 coram Iudice in actis, censetur propter mul-
titudinem personarum in loco publico existẽ-
tium, esse notorium, in quibus terminis non
sunt necessarij alij testes ratione notorietatis.
152 Nam notoria ea, quæ sunt non egent proba-
tione, quia quod patet expresse, non est proba-
re necesse. *can. manifesta.*2.*quæst.*1.*cap. euiden-*
*tia de accusat. glos. in l.*1. *et ibi* Bart. C. *qui, et ad-*
uers. quos glos. *in Clem. appellanti in verb. alias*
causas, de appellat. DD. communiter *in cap. ve-*
stra, de cohabitat. cler. et mulier. et in l.ea quidem.
ff. de accusat. Natt *consil.*415.*num.*4. *versic. est no-*
torium ergo non eget probatione, et sat est allega-
*re &c. lib.*1. Afflict. *decis.*50. *num.* 5. *versic. impe-*
dimentum est notorium etc.
153 Vbi etiam dicitur, quod quando impedi-
mentum est notorium, non requiritur prote-
statio de tali impedimento *ex ibi allegatis*, Surd.
*decis.*259.*num.*14. *versic. notorium sufficit, quod*
allegetur etc. ibique quoque probat, quod no-
154 torium habet vim sententiæ etc *cum alijs ad-*
ductis per Rotam *coram R.P.D.* Bichio *in cau-*
sa Florentina Horti 1.*Iulij* 1643. §.*Causa autẽ.*
vers. quæ cum sint notoria sufficit, quod allegen-
tur absque alia probatione etc.

Gesta enim apud acta coram Iudice dicun-
155 tur notoria, et ideo non egent testibus, *Bart.*
in d l.in donationibus, vbi ita sumat d.text. *In*
actibus iudicialibus non sunt necessarij testes, et
subiungit, *tene menti hanc legem*, et videatur
Bald in rubric. de fid. instrument. vbi dicit, quod
licet acta iudicij non requirant testes, tamen
156 id intelligit verum, in his, quæ sunt propriè
de actis, secus in alijs, quæ de sui natura non
sunt explicanda in iudicio, licet apud acta ex-
trinsecè gerantur, vt est mandatum procuræ
157 apud acta confectum, donationes, cõtractus,
testamenta, et similia. *Alberic. in l si in fraudem.*
§.*neque instrumenta. num.*1.*ff. de iur. fisc.* Afin. *de*
execution. §.1.*cap.*1. *nu.*1.*et* 2. Rota corã R.P D.
Bichio *in causa Neapolitana Pensionis* 13.*Iunij*
1642. §.*In casu autem. versic. non versamur in*
actis iudiciarijs, sed in contractibus, seu actorum
instrumento, quod caret calore iudicij, et valde
differt ab actis etc.

Quare cum supradicta non sint propriè de
actis iudicij, nullatenus possunt sine testibus
158 substineri, *vt latè voluit Lap. allegat.*81.*nu.*2.
quem sequitur *Abb. in cap. quoniã contra nu.*8.
de probat. et post Bald. *in d.rub. de fid. instrument.*
*et in d.l.omnium numer.*4. sequitur etiam *Alex.*

*nu.*4

num. 4. in fin. et sic in prædictis actibus, quæ
159 sunt propriè de actis iudicij, standum est de-
cantatæ regulæ, quod actus Notarij debent ha-
bere testes. *vt in §. oportet autem. in Nouell. de
testib.*

Verum quidquid sit de supradicta distinctio-
ne, quàm multi DD. improbant, sed ne longior
160 sim, etiam admissa pro vera, procederet tan-
tùm, quando Notarius actorum esset rogatus
da aliquo actu. simpliciter, vt Notarius, secus,
si vt Notarius actorũ de commissione Iudicis,
*vt bene declarat Dec. in d. cap. quoniam contra
num. 19. ad finem*, & in casu isto procedit, & lo-
quitur *text. in d. l. omnium, & in d. l. in donatio-
nibus*. Sicque indubitanter asseri potest, quan-
do actus, veluti testamentum, fit apud acta co-
161 ram Iudice, non est necessarium, vt testes in-
teruenient ad effectum solemnitatis, vel pro-
bationis cum in iudicio semper præsumatur
adesse, multitudo testium, vt sæpius dixi, & be-
ne concludit *Mysing. obseruat. Imperial. d. cen-
tur. 6. obseru. 29. in fin. cum pluribus ibi allegatis*.

Illud etiam asseuerandum mihi restat, quod
si testamentum fieret apud acta coram solo Iu-
162 dice, cum cessaret fundamentum multitudi-
nis personarum, non valeret *ad text. in d. l. om-
nium. ibi, inter tot nobiles, probatasque personas,
et ibi, & tota iure testi succedat*. Nam, & vnius
Iudicis, quantumcumque fuerit authoritatis,
verbo non creditur, siue super testamentis, siue
163 quibuscumque alijs cõtractibus, quæstio agi-
tetur, *text. est in cap. cum à nobis 28. ibi, ne vnius
Iudicis &c. de testib. & attestat. vbi* Felin. *nu. 5.
ibi, nec Iudicis et seq.* & videatur *Tiraquell. in
tractat. cessant caus. part. 1. num. 140.* Socin. *regul.
247.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst. 75.* Caldas
quæstion. forens. quæst. 9. num. 15.

164 Quandoq; enim iniqui Iudices reperiũtur, per
quos innocentium iustitia læditur. *cap. quoniam
contra. 11.* ibi *Iudex semper adhibeat. de probat.*
Ex quo textu notatur, quod Iudici regulariter
non creditur. Quod maximè procedit in mate-
165 ria testamentaria, vbi omnis falsitatis suspi-
cio debet esse remotissima. *l. fin. C. de fideicom-
miss.* & in puncto quod testamentum coram
166 solo Iudice conditum non valeat, nec ei in
hoc credatur, *optimè probat Matth. Berlich. in
suis aureis decis. part. 1. decis. 83. nu. 1. vers. quan-
do iniqui Iudices reperiantur &c.* & tetigit *in
suis conclus. practicabil. part. 3. conclus. 4. num. 16.
vers. adeo vt, testamentum coram solo Iudice fa-
ctum non valeat &c.* & adde *Cephal. consil. 360.
num. 12.*

Vbi etiam dicit, quod tunc testamentum
167 coram Iudice factum, minime tenet, si coram
eo in loco priuato fuerit factum, quia quando
fit in loco publico, præsumitur adfuisse multi-
tudo personarum, & sic cessat falsitatis suspicio,
168 quod secus est si fuerit conditum in loco non
publico, *cum ibi allegatis*. An autem apud acta
ea fieri dicantur, quæ geruntur coram Iudice
etiam extra locum iudicij, alibi discutiendum
reseruo. Tandem testamentum coram Iudice,
169 apud acta confectum, de necessitate per No-
tarium in scripturam redigi, & apud acta re-
ferri debet, nec aliquam per publicam scriptu-
ram probari possit, experientia testatur, *per l.
omnium, vers. quis actis cuiuscunque Iudicis &c.
C. de testament.*

ARGVMENTVM.

Testamentum cõditum in Ecclesia coràm Populo, quando diuina celebrantur, valet etiam sine testibus, & quare, tamen licet sit validum, nihilominus non videtur locus ad hoc opportunum, cum & valeat etiam contractus celebratus in Ecclesia, sed contrahentes mortaliter peccant. *à num. 176.*

In Ecclesijs, cum deuotus debet esse ingressus, ideo secularibus colloquijs, vel actibus non debent diuina impediri, & multoties in eis aliud reperitur, quàm ipsa Ecclesia. Delinquentes in Ecclesia non gaudent eius immunitate, cum beneficiũ non sit ab eo spectandũ, quem quis offendit, & ne Ecclesia incentiuum præbeat delinquendi, *à num. 189.*

Delinquens in vna Ecclesia, an sit securus in alia. *à num. 197.* & quid si prope Ecclesiam delinquerit occidendo, vel mutilando aliquem, vt statim in Ecclesiam aufugiat. *à num. 200.* Citatio alicui facta in Ecclesia an valeat. *à num. 223.* Citationis executio facta in die feriato in honorem DEI de iure non tenet, *à nu. 223.* & quid de consuetudine.

SVMMARIVM.

170 *Testamentum conditum in Ecclesia, vbi & quando diuina celebrantur, tenet sine testibus. & num. 173.*
171 *in Testamento condito in Ecclesia, dum diuina celebrantur. totus populus est testis.*
172 *in Testamento condito in Consilio publico, vel alio quocunque loco publico, testes non requiruntur.*
174 *in Ecclesia debet esse humilis, & deuotus ingressus, & quietus status.*
175 *Testamentum conditum in Ecclesia, licet valeat, non tamen videtur ad hoc locus congruus.*
176 *Contractus celebratus in Ecclesia quantumuis teneat, tamen contrahentes peccant mortaliter.*
177 *Contractus factus in Ecclesia non videtur posse substineri, tamquam celebratus in loco prohibito. Nam* CHRISTVS *ejicit omnes*

nes ementes, & vendentes in Templo.
178 *Contraria tamen est verior.*
179 *in Ecclesia dum diuina peraguntur, non debēt secularibus colloquijs, et actibus impediri.*
180 *ad Ecclesiam multi melius facerent non venire, quàm diuinam iram contra se prouocare.*
Ecclesia multoties in ipsa Ecclesia non reperitur. num. 180.
181 *ad Ecclesiam multi accedunt, non vt orent, sed vt negotientur, & confabulentur.*
182 *Ecclesiæ deseruiunt ad magis offendendum DEVM.*
183 *Innocentia nec illic est secura, vbi defenditur, & reseruatur.*
184 *Et videatur super hoc iusta exclamatio Iustinian. Imp. in §. His quoq; Auth. ne liceat matr. vel auiæ.*
185 *Auxilium legis, in qua quis deliquit frustra implorat.*
186 *Delinquentes in Ecclesijs non gaudent immunitate Ecclesiæ.*
187 *Homicidia, vel mutilationes membrorum committentes in Ecclesia, non gaudent illius immunitate. & num. 188.*
189 *Puniri quis debet, in eo, quod deliquit.*
190 *in Ecclesia delinquentes, si tuti essent. Ecclesia præstaret occasionem delinquendi.*
Inimicos facile quilibet in Ecclesia occideret, si ibi postea esset tutus.
191 *Beneficium æquum, nec iustum est, vt quis recipiat ab eo, quem offendit.*
192 *in Ecclesia vna delinquens, si ad ad aliam confugiat, in ea nec est tutus. & num. 197.*
193 *Ecclesia vna est per totum orbem vniuersalis.*
194 *Iniuriam, qui facit vni Ecclesiæ particulari, omnes offendisse videtur.*
Aurem qui tangit totum corpus tangere videtur num. 194.
195 *Possessionem, qui capit in angulo prædij, dicitur cæpisse possessionem totius.*
196 *Praescribens venam minieriæ in vna parte, totam præscripsisse censetur.*
197 *Iniuria illata vni ex consanguinitis omnibus consanguineis censetur illata.*
Iniuria illata vni ex consanguineis censetur rupta pax, & debetur pœna conuenta.
198 *in Ecclesia, qui semel deliquit illius immunitate non gaudet,*
199 *Etiam pro alijs delictis ante, vel post cum extra Ecclesiam commissis.*
200 *Occidens vel mutilans membra prope Ecclesiã, vt statim aufugiat in eam, non est tutus in ea, Contra vide num. 405.*
201 *Delinquens sub spe, & fiducia immunitatis Ecclesiæ, ea non debet ei prodesse.*
202 *Immunitas Ecclesiæ, cum ob reuerentiam Ecclesiarum fuerit introducta, absit, quod sit incentiuum delinquendi.*
203 *Delinquens prope Ecclesiam, tunc in ea non est tutus, si studiosè, & ex proposito,*
Et malis artibus, id fecerit, vt immunitate Ecclesiæ gauderet, secus verò si casu. n. 411. & 406.
204 *prope Ecclesiam delinquens, præsumitur deliquisse ex proposito, vt facilius in Ecclesiam cõfugeret.*
207 *Delinquens prope Ecclesiam non offendit leges immunitatis, sed leges prohibentes delictum ab eo commissum.*
208 *Delinquens prope Ecclesiam, licet habuerit spē confugiendi ad eam, in hoc potuit decipi, & quare.*
209 *in Ecclesia delinquens spes est certa, quod in ea, se reperitur.*
Quæ spes certa, non est in eo, qui est prope Ecclesiam.
210 *Clemens VIII. sanct. mem. declarauit, quod delinquentes prope Ecclesiam sub spe immunitatis, non essent in ea tuti.*
212 *Ecclesiam DEI, qui irreuerenter tractãt valde timeant. et quare nu. 213.*
214 *Superiores illi religiosè se gerunt dum summè cordi est, vt solùm Ecclesiæ deseruiant, ad colendum DEVM.*
215 *DD. Veneti quomodo mulctarunt quemdam adolescentem, qui in vestitu muliebri in Ecclesia inter fœminas vagabat.*
216 *Vir vestitus veste fœminea abbominabilis est apud DEVM.*
217 *Pius V glorios. mem. edidit Constitutionem cõtra colloquentes. confabulantes, deambulantes & cæteros, qui scandala operantur in Ecclesia,*
218 *Et præter diuinæ vltionis acrimoniam, pœnam etiam vigintiquinque ducatorum imposuit.*
220 *Tumultum in Ecclesia mouentes, aut impetum, vel conuenticula facientes &c. vltimo supplicio subiacent.*
221 *coram Domino tempora li si quietè, & modestè statur, quantò magis coram Domino Dominorum.*
222 *DEVS quamuis vbique sit, tamen in Cœlo, & in Ecclesia stat modo particulari.*
in Ecclesia nihil quod terram sapiat tractandum est.
223 *Citatio alicui in Ecclesia facta, nullius est roboris. vide num. 225.*
224 *Citatio est de actis, imo fundamentum totius iudicij.*
226 *Citationis actus potest in Ecclesia validè expediri.*
227 *Nuncius validè non potest excommunicari ob executam citationem in Ecclesia.*
228 *Citatio videtur esse actus iudicialis, & pertinens ad iurisdictionem contentiosam & sic non potest fieri in Ecclesia.*
229 *Citatio eatenus est de processu, quatenus concernit reum, vel Iudicem.*
230 *Citatio, quo ad Nuncium, est quadam nudi facti executio, & sic ille actus executionis, non est propriè de processu.*
Citationis executionis actus est extraiudicialis.
231 *Citatio executa die feriata, si cadat in diem iuridicam valet. & sic seruat Rota numer. 232.*

233 *Quod*

Digitized by Google

233 *Quod intellige si feriæ sint propter hominum fauorem.*

234 *Sed secus si in honorem DEI. & num. 239.*

235 *Citatio executa in die feriata in honorē DEI nullo modo de iure substinetur.*

236 *Et nec valet, si pro die non feriata fuerit facta.*

237 *Quæ opinio est communis omnium Doctorum, imo & ipso iure est nulla num. 238.*

241 *Citandi consuetudo in diebus feriatis in honorem DEI, non potest induci.*

243 *Cum lex resistat principio talis actus, & potius esset consuetudo Nunciorum, quàm Iudiciorum.*

Citationes quocumque tempore feriarum etiam in honorem DEI feriatis possunt exequi in Romana Curia.

244 *in Ferijs etiam in honorem DEI introductis Ius Canonicum vult, vt seruentur consuetudines locorum.*

245 *Consuetudo citandi etiam in diebus feriatis in honorem DEI est plenè probanda, cum sit contra ius.*

246 *Fides non facit fidem.*

248 *Cursores in Vrbe in diebus in honorem DEI, feriatis non solent citationes exequi.*

Mandatarij verò aliarum Curiarum citant etiam in prædictis diebus. num. 248.

249 *Citatio considerari potest tribus temporibus.*

250 *Citatio ad sui validitatem tria requirit, scilicet commissionem Iudicis, executionem, & relationem Nuncij.*

251 *Executio citationis, & relatio Nuncij, non valet sine mandato Iudicis.*

252 *Limita nisi aliud consuetudine, vel statuto caueatur, aliàs de iure requiritur.*

253 *Commissio de citando, cum sit actus iudicialis non potest fieri in Ecclesia.*

254 *Decretum de citando reputatur sententia interlocutoria, & quare.*

255 *Decretum de citando, cum sit actus iudicialis, non potest fieri in Ecclesia.*

256 *Citationis executio, & relatio potest fieri in Ecclesia.*

257 *Cum sint executiones nudi facti.*

258 *Iudex extra suum territorium non potest facere decretum de citando aliquem.*

259 *Iudex in suo territorio faciens decretum de citando aliquem, illud potest exequi etiam in alieno territorio.*

260 *Citatio facta in Ecclesia, valet etiam si fiat ad causam criminalem.*

261 *Citatio facta in Ecclesia pro causa criminali, tunc non tenet, quando est ad mortem, vel ad pœnam corporalem,*

Sed secus si ad pœnam pecuniariam delicti satisfactoriam.

262 *Contra Cōfugientes ad Ecclesiam potest procedi ciuiliter, & criminaliter, sed non ad pœnam sanguinis.*

263 *Ius Canonicum licet defendat confugientes ad Ecclesiam, non tamen vult vt remaneant impuniti.*

264 *Et omnino iustitia pereat, saltem eo modo, quo fieri potest.*

265 *ad Ecclesiam confugiens, licet inde extrahi nō possit, tamen pœna pecuniaria poterit puniri. Verbum, componat, refertur ad pœnam pecuniariam.*

266 *Citatio facta in Ecclesia, licet teneat, tamen ne in hoc Ecclesia vilipendatur,*

267 *Quid faciunt in isto casu prudentes Episcopi.*

270 *Leges, quando sunt tutæ, quod in testamentis non interueniant fraudes, remittunt rigorem numeri testium. vt num. 271. & seq.*

274 *in Testamentis pijs cessant suspiciones fraudis, & falsitatis.*

275 *Dispositio generalis non comprehendit testamēta ad pias causas. & nu. 276. & seq.*

278 *in Contractibus, in promissionibus, & obligationibus, etiam iuramento roboratis semper censetur excepta persona Principis.*

279 *Iurans aliquid facere, dum est Cardinalis, factus Papa potest contrauenire.*

280 *Et præsumitur iusta causa recedere à iuramento.*

281 *DEI persona, qui est Princeps Principum censetur excepta in qualibet dispositione.*

283 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum valet, & tenet si facta reperiatur ad pias causas.*

284 *Donatio non insinuata valet fauore pia causa, quantumuis excedat summam 500 solidorum.*

CAPVT III.

TEstamenta condita coram Principe, vel
apud acta iudicij coràm quocunque Iu-
dice, cum ob multitudinem personarum in di-
ctis locis existentibus cesset suspicio fraudis, &
præsumptio falsitatis, ideo Iura solitum rigo-
rem circa numerum testium remittunt, cum
tūc nullus testis requiratur, nec quo ad solem-
nitatem, nec quo ad probationem, vt satis su-
170 pra probaui. Vnde eadem ratione firmandū
venit, si quis testamentum conderet in Eccle-
sia, vbi, & quando Diuina coram populo cele-
brantur, et tunc nulli testes requiruntur, *arg.
leg. 1. iuncta glos. fin. C. de his, qui in Eccles. ma-
numitt.*

Tunc enim totus populus deseruit pro testi-
171 monio, et sic idem procederet, si testamentū
quis conderet in foro publico, vel in Consilio
publico, aut alio quocunque loco publico in
172 conspectu populi, et in puncto testamenti cō-
diti in Ecclesia coram populo, vt validum sit,
173 licet necessarius testiū numerus in testamētis
requisitus nō interuenerit, asserit *Sim de Pret.
de interpretat. vltim. volunt. lib. 2. solut. 3. nu. 13.
vers. nec demum dubites testamentum factum in
Ecclesia valere &c et adducit* Siluan. *consil. 16.
& benè per* Capitefert. *in tractat. de numer. test.
in testam. requis. par. 1. cap. 26. n. 4. vers. si testamē-
tū fieret in Ecclesia publicè, corā populo valeret &c.*

Non

Non nego tale testamentum in Ecclesia fa-
174 ctum validum esse, sed solùm dico, vt monet
text.in cap.2.ext.de immunitat. Eccles.in 6. cum
ad Ecclesias debet esse humilis, & deuotus in-
gressus, in eis quieta conuersatio DEO grata,
inspicientibus placita, quæ considerantes non
solùm instruat, sed & reficiat &c. Idcoque non
175 videtur locus conueniens ad id operandum.
Hinc notabiliter aduertit *glos.in d.cap.2.in verb.*
processus, quod volentes contractum celebrare
176 in Ecclesia, si de facto contrahant, tenet con-
tractus. sed contrahentes mortaliter peccant.

Et idem sensit *Abb.in d.cap.2.num.5.cum seq.*
Doctores in l.2.C.de sacrosanct. Eccles. & licet *se-*
cundùm Bald.in l.nemo Apostolorum nu 5. C.de
sacrosanct Eccles. contractus factus in Ecclesia
177 non videtur posse subsistere, quia est factus in
loco prohibito *arg. l.mercatores. C.de commerc.*
& mercat. Nam, & CHRISTVS omnes emen-
tes, & vendentes eiecit à Templo. *Matth.c.21.*

Tamen, vt ipse Bald fatetur, & iam dixi, ve-
rior est contraria opinio, vt per DD.*in l. Basili-*
cam.C.de oper. public. Abb. *in cap.qua fronte. de*
appellat. Paul.Fusc. *de visitat.& regimin. Eccles.*
lib.1.cap.28.num.4.vers.contrahentes mortaliter
peccant &c. Francisc.Viu. *decis.Audient Baren.*
102.*num.*2.vbi probat contractus factos in Ec-
178 clesia esse validos & tenere, sed contrahen-
tes peccare, &c. & tractant *Siluester. in verb.*
Immunitas 1 sub numer.3 in fin. Azor. *Institut.*
moral part.2.lib.9.cap.9.quæst.5. Suar. *tom.1.de*
Relig.lib.3.cap 4 num.16.

Ita quoque potest afferi de testantibus in Ec-
clesia, vt quamuis validè testentur, tamen non
179 est locus congruus ad id peragendum, vnde
prædicti male operantur, vt dum diuina in Ec-
clesia celebrantur, ea prophanis, & secularibus
actibus, & colloquijs impediri, quod est pro-
hibitum, *vt in cap.decet. de immunitat. Eccles.*
lib.6. & in clem.1 de celebr. miss. & in Concilio
Trident *sess.22.in decret.de obseruant. & euitād.*
in celebrat.miss. quod etiam refert *Nauar.in suo*
Manual.confess.cap.21.num.10.in fin. O quan-
180 tis, melius esset ad Ecclesiam non venire, quā
contra se diuinam iram prouocare, & multo-
ties Ecclesia in ipsa Ecclesia non reperitur.

Declamat Sanctissimus Præsul Chrysostom.
homil.38.in epistol.ad Corinth.ibi, *Multi per-*
agunt ad Templum Domini, non vt orent, sed vt
181 *negotientur, vt ciuilium, domesticorumque nego-*
tiorum sermones faciant; Vnde cœtera facilius in
Ecclesia deprehendas, quàm ipsam Ecclesiam &c.

Hinc iure ingemiscit. *Tertull.in apolog.cap.5.*
vbi ait, quod templa DEI, ad magis offenden-
182 dum ipsum DEVM deseruiunt, scilicet ad ad-
ulteria, et lenocinia componenda. et super
hoc inclamat *S.Cyprianus in epistol.2.* Inter ip-
sas, ait, leges delinquitur, inter iura peccatur,
183 et innocentia, nec illic vbi defenditur reser-
uatur. Vnde in his terminis dolenter asserit
*Iustinian.*Imp.*in text. §.His quoque ibi*, Aliqui
impij, vt etiam in venerandis domibus, præ-
sumunt in scelcribus se immiscere, et ibi de
peccatis tractare, vbi consueuerunt DEVM
184 timentes, peccatorum veniam postulare &c.
Auth.ne liceat matr. vel auia &c. & ibi glos. in
verb.despexerunt, expendit generalem illam re-
185 gulam, vt non debet eius in quem deliquit
implorare auxilium, *iuxta celebrem tex.in l.au-*
xilium 38.in fin. ibi. *dum leges inuocat, contra*
eas committit, & l.si seruum, et l.seq ff de arbitr.

Hinc meritò istis in terminis sancitum est,
quod delinquentes in ipsis Ecclesijs, vel Cœ-
186 miterijs excipiuntur, vt non fruantur immu-
nitate Ecclesiastica sicuti habetur *in cap. im-*
munitatem fin. de immunit. Eccles. & in can. ad
Episcopos 17. quæst.4. et asserit *text. in §.quia*
verò ita comperiuntur, Auth vt non lic. matr. &
au. et id comprobarunt *Anton. Gomes. variar.*
resolut.tom.3.cap.10.num 2 vers.tertius casus est.
Anastas Germon. *de sacr.immunit.lib.3.cap.16.*
*num.79.*Menoch.*de præsumpt.lib.5.præsump.10.*
Io: Ses.*decis. Aragon. decis 141. per tot.* Bobadil.
in sua polit.lib.2.cap.14.num.24. Ludou Rodol-
phin.*variar.quæst.lib.2.quæst.36.nu.1.*Gutierez
practic quæst.lib.3.quæst.1. cum alijs copiosè cu-
mulatis per Farinac.*in tractat.de Carcer.& car-*
cer. quæst.28.num.52.& addo Barbos.*in d.cap.*
fin. nu.2. vers.delinquentes in Ecclesia non gau-
det immunitate Ecclesiastica &c. Ambrosin. *de*
immunit Eccles. cap 5.num.1.& seq.

Et supradictorum sacrorum Canonum vē-
187 stigijs fel. rec. Gregor. XIV. inhærendo in
eius Bulla super immunitate Ecclesiastica ema-
nata de anno 1591. *quæ est in nou. Bullar. Ro-*
mano inter alias eiusdem Pontificis Constitut.7.
ibi in §.3. exclusit ab immunitate Ecclesiastica,
qui homicidia, et mutilationes membrorum in
188 ipsis Ecclesijs, earumque cœmiteris commit-
tere non verentur, et quamuis in dicta Consti-
tutione istius exclusionis ab immunitate non
reddatur ratio, tamen optima redditur *in dicto*
cap fin et in d.can ad Episcopos.

Nam ea est, et supra terigi, quia in eo, in
quo quis deliquit, puniri debet, neque gaude-
189 re debet immunitatis priuilegio, qui facit se
indignum, neque ab Ecclesia tueri debet, qui
Ecclesiam offendit etc. Accedit etiam quod si
tales tuti essent in Ecclesia, præstaret ipsa Ec-
clesia occasionem delinquendi, nam omnes
190 occiderent inimicos in Ecclesia scientes, se
ibi tutos, aliàs non occisuri, vt optimè dicitur,
et ratiocinatur Optimus Pontifex Innocentius
Nonus *in d cap.fin.* Non enim est æquum, nec
iustum, priuilegium, vel beneficium recipere
191 ab Ecclesia, vel à persona, quàm quis offen-
dit, vt bene monet *text. in d §.Quia vero, ibi,*
Non enim debent huiusmodi personæ in venera-
bili loco munimen habere, quem ipsa per scelus
proprium despexerunt &c.

Vlterius quoque supradicta intellige, si quis
192 in vna Ecclesia deliquerit, et ad aliam con-
fugerit, nullatenus immunitate gaudebit Ec-
clesiastica, Cum vna sit per totum Orbem vni-
uersa-

Digitized by Google

ue rſalis Eccleſia *can. quodcumque 24. quæſt. 1.*
& immunitas non vni Eccleſiæ, ſed vniuerſali
193 conceſſa reperitur, & ideo qui in vna Eccle-
ſia, vt dixi, deliquit, in alia tutus minimè erit,
nam qui iniuriam facit vni Eccleſiæ particula-
ri, omnes offendiſſe videtur, & facit illa iuris
concluſio, quod qui aurem tangit', totum cor-
pus tangere dicitur, *de qua per Bart. in l. vul-*
194 *garis. in fin. ff. de furt.* Hinc eſt, qui capit poſ-
ſeſſionem in angulo prædij, dicitur cœpiſſe poſ-
ſeſſionem integri prædij, item præſcribens ve-
nam minieriæ in vna parte, cum ſit vna à prin-
cipio, vſque ad finem, totam præſcripſiſſe
cenſetur *Caſtren. in conſil. 4. d. num. 2. lib. 2.* vbi
alia ſimilia adducit.

Er congruè, etiam facit, quod iniuria alicui
195 illata, afficit etiam omnes iniuriati conſan-
guineos, *ſicuti ſcribit poſt* Bald. *& alios.* Afflict.
in cap. 1. num 6. de eo, qui interfec. frat. dom. in
vſib. feud. Iaſon. *in l. ſi de pupillo. § ſi quis ipſi*
Pretori. num. 13. ff. de oper. nou. nunc. et in l. 1. nu-
mer. 7. C. de indict. vid. tolled. Menoch. *conſ. 1189.*
num. 21. verſ. iniuria vni illata afficit etiam in-
iuriati ſanguine coniunctos &c. et bene per Mar-
ſil. ſingul. 331. incipiens. Pacem faciens, vbi fir-
mat poſt multos DD. ibi allegatos, quod pacē
faciens cum aliquo, et promittens eũ nō offen-
196 dere ſub certa pœna, ſi eum non offendat, ſed
ipſius conſanguineum, ita incidit in pœnam, ac
ſi eum offendiſſet. Sed ad nos.

Quod enim delinquens in vna Eccleſia con-
197 fugiens ad aliam nō gaudeat immunitate Ec-
cleſiaſtica, poſt antiquos comprobant *Couarr.*
variar. reſolut. lib. 2. cap. 20. num 15. *verſ. non*
tantum illius Eccleſiæ immunitate priuatur, ſed
etiam quacumque alia, & eſt communis opinio,
vt per Remig. de Immunit. Ecclef. in 11. fallent.
num. 2. quem refert, et ſequitur *Clar. in practic.*
§ fin. quæſt. 30. verſ. ſed ſi aliquis. Io. de Viſch. *de*
immunit. Eccleſ *num. 64. verſ. etiam ſi delinquens*
relatus à *Decian lib. 9. cap. 28. num* 59. cum alijs
plena manu relatis *per Reuerendiſſ. D.* Sperell.
in ſuis deciſ. Fori Eccleſiaſt. deciſ. 59 part. 1. nu. 8.
verſ. cum vna ſit per totum Orbem Eccleſia vni-
verſalis ſingulas læſiſſe cenſetur &c. Azot. *inſti-*
tut. moral part. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 9. verſ. quid
ſi quis &c. cū alijs allegatis per Barboſ. *in d. cap.*
fin. n 6 verſ. delinquens in vna Eccleſia poteſt ca-
pi in alia, etſi in ea non deliquerit &c. & nu. 7.

Amplia, vt qui ſemel deliquit in Eccleſia il-
198 lius immunitate non gaudeat etiam pro alijs
delictis ante, vel poſt per eum extra Eccleſiam
commiſſis, *ſecūdum* Couar. Caſſan. & Clar. *quos*
refert Farinac. *d. quæſt. 28. num. 60. & adde* Ca-
pell. Tholoſam *deciſ. 422. verſicul concluſum fuit,*
quod nō debeat gaudere &c. & vide ſuper hoc di-
ſtinctionem *Decian. in d. lib. 6 cap 28. nu.* 10. vbi
199 notabiliter diſtinguit, quàm diſtinctionem
etiam adducit *Alex. Ambroſin. de immunit. Ec-*
cleſiaſt. d. cap 5. *ſub num.* 10. eamque aſſerit ei
ſemper placuiſſe.

Supradicta cōcluſio videtur etiam poſſe ex-
tēdi, vt ſi quis prope Eccleſiā aliquē occiderit,
200 vel membra mutilauerit, quo facto ſtatim ad
Eccleſiam confugerit, in ea non ſit tutus, *ſecun-*
dùm Anchar. *in d. cap. fin de immunit. Eccleſ. &*
Boich. *in cap. Eccleſiæ. numer. 3. eodem titul.* vbi
firmant, quod delinquens prope Eccleſiā, in ea
poteſt capi, quia delinquēs prope Eccleſiam vi-
201 detur deliquiſſe, ſub fiducia, & ſpe illius im-
munitatis, quo caſu ceſſat immunitas, quā opi-
nionem comprobāt latè *Alciat. de præſumpt. re-*
gul. 3. præſumpt. 33. num. 12. & ſeq. Io. de Viſch.
d. tractat. de immunit. Eccleſ. numer. 27. Gig. *de*
crimin. læſ. Maieſt. lib. 1. rub. qualit. & à quib.
crim. læſ. Maieſt. comm. quæſt 10 *numer. 7. & 9.*
Iodoc. *in pract. crimin. cap. 107. titul. de Templ.*
violat. num. 8. & benè *per Menoch. de præſumpt.*
d. præſumpt. 10. nu. 12. verſ. quando quis delinquit
extra Eccleſiam ſub ſpe confugiendi ad eam, atque
ita ſpe immunitatis eius. ab ea extrahi poteſt &c.
& latè ponit Farinac. *de carcer. d. quæſt. 28. nu-*
mer. 56. vbi ex mente *Alciat.* & aliorum inquit
prædictam opinionem optima ratione eſſe fun-
datam, ne ſcilicet domus DEI fiat ſpelunca la-
tronum, & ne immunitas, quæ ad bonum finē
202 fuit introducta ob reuerentiam Eccleſiarum
tribuat malū, & incentiuum delinquendi, quod
abſit hoc numquam cogitare.

Veritas tamen eſt, ne longior ſim, quod opi-
nio prædicta (& ſic fœdere diſtinctionis cōcor-
dabo DD qui totum oppoſitum ſentiunt) pro-
203 cedit tantùm quando delinquens prope Ec-
cleſiam ſtudioſè, & malis artibus, & ex propo-
ſito induxerit ſuum inimicum prope Eccleſiam,
& ibi illum occidit, & ſic animo ſtatim confu-
giendi ad eam, quo caſu non gaudet immuni-
tate, & ita poſt *Vitalin. Alex. Vulpel. Decian.*
Gutter. ſentit *Farinac. in d. quæſt. 28 num. 212.*
& 213. & inquit *Barboſ. in d. cap fin. nu. 5. verſ.*
quando quis ſtudioſè delinquit prope Eccleſiam,
& animo facilius ſe tuendi poſt delictum &c. &
deinde poſt *Franciſc. Molin. in tract. de ſacr.*
homicid. amitend. immunit. verſ. tandem quæſtio.
num 89. ait, quod in dubio delinquens prope
204 Eccleſiā præſumitur deliquiſſe ex propoſito,
vt facilius ſe in Eccleſia tueretur, *& ſequitur*
Menoch. d. præſumpt. 10 *num. 15. verſ. nam tale*
præſumitur, ob loci vicinitatem &c.

Opinio verò affirmatiua, quod ſi quis prope
Eccleſiam occiderit, vel mutilauerit membra,
quo facto ſtatim in Eccleſiam confugiat, vt tūc
205 etiam gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, to-
tis viribus tuetur *Decian. d. lib. 6 cap. 28. num. 5.*
ante fin. poſt Bellam. *quem allegat in conſil. 13.*
& fundamentis adductis *per Alciat. reſpondit.*
Et tantum conſentit, quando delinquens ſtu-
dioſè propè Eccleſiam delinquit, vt diximus.
206 Certè enim rationes ponderatæ non multùm
vrgent, & præſertim illa, quod fruſtra legis au-
xilium implorat, qui contra eam nititur, ex ſu-
pra allegatis.

Digitized by Google

207 Nam iste non offendit leges immunitatis, sed aliàs leges loquentes contra homicidas, & licèt habuerit spem confugiendi ad Ecclesiam, in hoc potuit decipi, quia plura poterāt occurrere, per quæ impediretur perfugium ad Eccle-
208 siam, quod non est in his, qui in Ecclesia delinquunt, eum enim sint in Ecclesia, spes est certa, quod non est in eis, qui extra eam, se re-
209 periuntur, & ideo est diuersa ratio spei, ab ea, de qua *in d. cap. vltim. de immunit. Eccles.* & sedulò id quoque protegit *Alex. Ambrosin. in dicto tractat. de immunit. Ecclesiast. cap. 5. numer. 4. circa med. versic. contrarium. tamen totis viribus &c.*

Vbi tamen *in §. vltim. ante num. 5.* dicit opinionem *Decian.* tenendam esse non dubitaret, nisi Farinac *d. quæst. 28. nu. 56.* attestatus esset, quod de anno 1597. in vna Panormitana Immunitatis Ecclesiæ sanct. mem. Clemens VIII.
210 resoluit, quod delinquentes sub spe immunitatis Ecclesiæ non essent tuti, referentibus DD. Cardd. Plato, & Burghesio. Vel saltem prędicta opinio Deciani, & sequaciũ, prout & ipsi sentire videntur, & comprobatum ex ista proxima resolutione Apostolica, quando non sub spe
211 immunitatis Ecclesiæ, & sic non studiosè, sed casu quis prope Ecclesiam deliquerit, *& vide Barbos. in d. cap. fin. num. 5. vers. quando quis deliquit prope Ecclesiam non sic studiosè, ex proposito &c.* Atque hæc sufficiant.

Nunc verò persistendo in terminis *de quibus supra num. 185.* cum Ecclesia sit res sancta multoties multa indigna in ea committuntur, qui tales non parum timeant, & gelidus eis per du-
212 ra currat ossa tremor, nam vt inclamat Paul. Apostol. 2. Corinth. 3. *Si quis violauerit templũ DOMINI perdet eum DOMINVS &c.* & plura exempla vltionis diuinæ, contra eos, qui in Ecclesijs irreuerenter se gesserunt, qui deiderat videre consulat ex nostris *Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Rainutius, in verbo mortuo itaque testatore nu. 66. de testament.* & Matth. Stephan. Pomeran. *in rubric. C. de sacrosanct. Eccles. num. 47.*

Vbi ponit lacrymabile exemplum de octo-
213 decim sodalibus, qui omnes miserabiliter perierunt, & refert, quemdam, qui in Ecclesia sacra ministeria conturbauit capitaliter fuisse condemnatum per Collegium iuridicum Academiæ Rostochiēsis anno 1595. Religiosè quidem se gerunt Superiores illi, quibus summè cordi est, vt Ecclesiæ deseruiant tantùm ad colendum DEVM, nec aliud quidpiam, quod pie-
214 tas christiana offendat, in eis fiat. Nec silebo memorandam, & celebrem iustitiam Serenissimæ Reipublicæ Venetiarum anno 1641. quæ in vinculis ponere iussit, quemdam audacem adolescentem, quia se fœminam fingebat, et sic vagabat in Ecclesijs, vestimentis, gestisque
215 fœmineis (et facit illa prohibitio diuina in Deut. cap. 22. 5. ibi, *Vir non vtetur veste fœminea, abbominabilis enim apud DEVM est &c.*) et post carcerationem secuta fuit punitio, eaq;
216 fuit, vt in naso, in auribus, et labijs fuerit mutilatus, et sic adeo deformatus, deinde omnibus notus esset, digitoque ostensus. Alias animaduersiones non refero breuitatis causa.

Vtinam in viridi obseruantia esset Constitutio illa sanctæ, et gloriosæ memoriæ Pij V. *edita de anno 1566. anno eius 1. Calendis Aprilis, est in nouo Bullario Romano inter eius Constitutiones in ordin. 5: incip. Cum primum Apostolatus officium &c.* in qua *§. 4.* sanctissimè dictus Pon-
217 tifex, qui Rempublicam Christianam sacratissimis legibus armauit, iussit, vt à Templis colloquia, confabulationes, deambulationes, omniaque, quæ scandalo esse possunt, vel deuotio-
218 nis impedimento arcerētur, & præter Diuinæ vltionis acrimoniam, pœnam etiam viginti-quinque ducatorum imposuit inobedientibus, aliaque *prout latius habetur in d. Constitutione.*
219. Adest etiam optima Cæsarea constitutio *de qua in l. decernimus. C. de his, qui ad Eccl. confug.* Vbi Pijssimus Marcianus, sic sanciuit, ibi, *Denunciamus vobis omnibus, vt in sacrosanctis Ecclesijs, & alijs venerabilibus locis, in quibus cum pace, & quiete, vota competit celebrari, nemo moueat tumultum, aut impetum committat, vel con-*
220 *uenticulã &c.* et deinde in fine ponit pęnam, ibi, *vltimo supplicio subiacebit &c.* Necnon in Nouella 123. *cap. 31. §. si quis.* inter alia decernitur, si quis Ecclesiæ sacra ministeria conturbauerit capitaliter puniatur etc.

Si enim, vt considerat *Io. Monach. in d. cap.*
221 *decet. numer. 2.* quietè stamus coram Domino Temporali, quantò fortiùs coram Domino Dominorum, et quamuis DEVS vbique sit, ta-
222 men in Cœlo, et in Ecclesia stat modo particulari, *vt inquit Sanctus Thomas 1. par. quæst 8.* Quare in Ecclesia nihil, quod terram sapiat tractandum est; Meritoque secundùm aliquos Doctores citatio alicui in Ecclesia facta nullius est roboris, vt auctoritate *text. in cap. decet,* ibi, *cesset iudiciorum strepitus &c. de immunitat. Eccles.* tenent Angel. & Fulgos. *in l. 2. ff. de in ius vocand. Idem* Angel. & Petr. Ancharan. *in l. satis. ff. eodem, cum alijs allegatis per* Tiraquell. *de retract. lignager. ad finem titul. numer. 82.* & adde *Valasc consil 81. numer. 1. & seq.* Azeued. *ad Curiam Pisan. lib 1. cap. 5. numer 4. litera H.* Augustin. Barbos. *ad d. cap. decet. numer. 9. versic. notatur etiam, quod citatio fieri non potest in Ecclesia &c.* & refert *Asin. in Iudic. prax. §. 6 titul. de citation. cap. 1. numer. 6. versic. cum in Ecclesia citari non possit &c.* Ripol. *de citation. part. 3. à nu 146.* Idem Barbos. *de potest. Paroch. cap. 13. num. 15. cum ibi allegatis.*
224 Quod enim citatio sit de actis iudicij non est dubitandum, *vt est text. in cap. quoniam contra,* ibi, *Vniuersa acta iudicij conscribant vide licet citationes &c. de probation.* Imo citatio est principium

cipium

225 cipium, & fundamentum totius iudicij, vt in
§.fin. Instit. de pœn. tem. litigant. cum simil. & vi-
deatur Gratios. Vbert in tractat. de citation. par. 1.
cap. 1. à num. 13. & seq. Verius tamen est, quod
226 actus citationis potest in Ecclesia valide ex-
pediri, vt per text in l. præsenti. §. sed & si quidē.
C. de his, qui ad Eccles. confug. firmat glos. ibi in
verb. seruata. & ibi etiam Guli. Bart. & alij. Idem
Bart. Bald. & Alex. in l. plerique ff. de in ius vocād.
& hanc opinionem esse communem testatur
Tiraquell. de retract. lignag. d. num. 82. in fin. vers.
& hæc est communis opinio &c. & quod id sit
verius affirmat Afin in prax. d. cap 1. num. 6. vers.
attamen contrarium verius est &c. & idem sen-
sit Reuerend. ss. D. Alexand. Sperell. Episcopus
Eugubin in suis decis. For. Ecclesiast. par. 1. dec. 51.
num. 26. vers. impunè id ab eo fieri potuisse &c.

Vbi asserit, id ei in facto contigisse, dum Par-
mæ officium Vicarij exercebar, cum enim qui-
dam regulares prætenderent, vt excommuni-
227 cationis mucrone percuteret, quemdam nū-
cium Curiæ secularis, qui in eorum Conuentu
cuidam Laico citationem portexerat, Respon-
dit enim ipse, id impunè ab eo fieri potuisse,
per iura ibi allegata, nec prosternitur prædicta
cōclusio ex eo, quod citatio videatur esse actus
228 iudicialis, & pertineat ad contentiosam iu-
risdictionem, quodque non potest exerceri in
Ecclesia, vt dixi supra ex d cap. decet. nam licet
229 verum sit, quod citatio est de processu, eate-
nus tamen est de processu, quatenus concernit
reum, vel Iudicem, sed quatenus concernit
Nuncium, est quædam nuda executio facti.

230 Vnde propriè ille actus nuncij nō est de pro-
cessu iudicij, vt benè distinxit Bald. in l. 2. nu. 9.
C. de sacros. Eccles. & sequitur Marian. Socin. in
tractat. de Citation. articul. 17. num. 49. vers. vnde
proprie talis actus nuncij, non est de processu iudi-
cij &c. Francisc. Baron. in tract. de citation part. 1.
quæst. 42. sub num. 27. vers. quia nuncius non de-
cernit, sed tantùm exequitur citationem, & facit
tantùm nudum ministerium facti &c. & quod
actus executionis citationis sit actus extraiu-
dicialis, asserunt alij relati per Rotam coram
bon. mem. Card. Verosp. Iuni in causa Auximana
Fideicommissi 30. Maij 1631. §. Aliæ nullitates,
vers. enim extraiudicialis sit actus eiusdem citatio-
nis &c.

Subdit tamen ibi Rota, quod prædicta con-
clusio non est semper vera, quia licet substinea-
tur citatio executa die feriaro, si tamen cadat
pro die iuridico arg. l. in tempore 62. ff. de hæred.
instituend. & tenuit Io And. in cap. conquestus.
num. 3. extra de fer. quem etiam esse stylum Tri-
232 bunalis Rotæ constat ex decis. 1. num. 1. de fer.
& ex decis Cassador. decis. 5 in fin. de dol. & con-
tumac. Nihilominus id intelligitur, quando
feriæ propter hominum fauorem, & commodū
introductæ sunt, in quibus terminis loquitur
d. decis 1. & Cassador. decis. 5. et fuit dictum in
decis 452. numer. 4. in fin post tractat. Duard. de
Censib.

Sed secus est, si in die feriato in honorem
234 DEI, citatio executa sit, et ideo dixit Rota
in d. Auximana Fideicommissi, quod actus exe-
cutionis citationis est extraiudicialis, sed id nō
est verum semper, et sic limitatur in prædicto
casu.

Quod enim citatio executa die feriata in ho-
235 norem DEI non teneat, est text. apert. in l. fin.
ibi, nulla quemquam vrgeat admonitio taceat ap-
paritio, præconis horrida vox silescat &c. C. de
fer l. ex quacumque. ff. si quis in ius voc. non ier.
et idem firmant innumeri relati per Barbos. in
in cap. conquestus. num. 2. vers ergo citatio in die
in honorem DEI feriato, exequi non potest &c.
ext. de fer. & num. 3. post Azor. & alios concludit,
etiam id procedere, si citatio facta die feriata in
honorem DEI ad diem non feriatam collata sit
comparitio. et adde Vbert. d. tractat de Citation.
tom. 2. cap. 10. à num. 204. vers. citatio facta in die
feriato in honorem DEI nō valet &c. et nu. 206.
vers. sed in hoc errat &c. vbi reprobat Vant. in
tractat. de Nullitat in rub. de nullitat. ex defect.
citat num. 46. Vbi tenet, quod citatio facta die
feriata, pro die non feriara valet, et tenet, quia
236 contrarium est verius, et quatenus ad id alle-
gat Bart. in l. fin. §. nunciatio. ff non oper. nunc.
decipitur ipse Vant. quia Bart. hoc non dicit,
imò cōtrarium, et idem Vant. in fin. nu. 46. post
Lanfranc. apertè fatetur, quod re vera com-
munis opinio est, in qua Doctores omnes con-
237 cordant, quod citatio non valet, si fiat die
feriata in honorem DEI pro die non feriato, se-
cus verò si tempore feriato in honorem homi-
num, et subdit, quod ita saluari possunt deci-
siones Rotæ de quibus supra diximus nu. 232.

Et adde Francisc. Baron. d. tractat. de citation.
part. 1. quæst. 42. à num. 16. vbi inquit, quod cita-
tio executa die feriato in honorem DEI est ip-
238 so iure nulla, neque sequenti die comparere
tenetur citatus. Ita etiam tenet Rota, vt sæ-
piùs fuit dictum, et præsertim coram Card. Sa-
crato decis. 365. num. 1. vers. citatio fieri non potuit
cum dies esset feriata in honorem DEI &c. part. 3.
recent. & coram bo. mem. Ortemberg. decis. 233.
numer. 4. vers. erat dies Dominicus, quo die citatio
fieri prohibetur &c. post 2. tom. consil. Farinac.
nu. 5. & asseritur, quod decisiones Rotæ de qui-
bus supra num 232 sunt intelligendæ in termi-
nis feriarum in honorem hominum indictarū,
239 et non aliàs, prout, et vere loquuntur, ita etiā
respondit Rota coram Card. Verospio in d. Au-
ximana Fideicommissi. §. Aliæ nullitates. versic.
in diebus, in quib. in DEI honorem celebrātur &c.

An autem valeat consuetudo, vt citatio facta
in die feriata in honorem DEI, validè dicatur
240 executa, est quæstio inter DD. valde contro-
uersa, et pro vtraque parte adsunt, qui testan-
tur de communi, nolo hic insistere super venti-
latione huius quæstionis, tantò magis quia su-
pradicta incidenter deduxi, et ideo esset lon-
gū deuiare à proposita materia. Aliqua tamen
dicam.

Et videatur Paul. de Castr. in consil. 271. num. 3.
lib. 1. vbi firmat, quod talis consuetudo non
241 valeret, tùm quia hoc est expressè prohibitū,
per leg. in d. l. dies festos, ibi dīs dicit praeconis hor-
rida vox sileat &c. & sic resistit principio, tum
242 quia illa esset potius consuetudo nunciorum,
quàm iudiciorum &c. & Castr. refert Rota in
d. Auximana Fideicommissi. d. §. Alia nullitates.
in fin. vers. Castr. consil. 271. num. 3. lib. 1. qui dicit
neque valere contrariam loci, aut regionis con-
suetudinem &c. & è contra videatur Vestr. in
prax. lib. 4. cap. 3. num. 6. vbi attestatur, quod
243 generaliter omnis citatio quocumque tem-
pore feriarum, etiam in honorem DEI exequi
poterit in Curia, vel extra in Prouincijs, & se-
quitur Grauat. ibidem num. 13.

Videtur enim valere dicta consuetudo, quia
244 ius Canonicum, etiam in ferijs in honorem
DEI introductis vult, vt seruentur consuetudi-
nes, & statuta locorum. cap. capellanus. de fer.
Bald. in l. si feriatis nu. 3. ff. de fer. & in l. quadra-
ginta. C. eodem. Consuetudo tamen prædicta est
legitimè probanda, & quidem plenè cum sit
245 contra ius, & meritò Rota in d. decis. 233. nu-
mer. 6 post 2. tom. consil. Farinac. reiecit proba-
tionem styli Ciuitatis Bononiæ exequendi cita-
tiones diebus Dominicis, & festiuis in honorem
246 DEI, & id quia erat per simplicem fidem, quæ
non facit fidem.

Et quod teneat prædicta cōsuetudo latè pro-
bat Vbert. in d. tractat. de citation. tom. 2. cap. 10.
sub num. 257. vers. & ideo dico, quod valeret con-
suetudo indistinctè seruans, quod quis possit citari
die feriata in honorem DEI pro non feriata &c.
cum ibi multis adductis. & addo Baron. pariter
de Citat. part. 1. d. quæst. 42. à nu. 18. & seq. & vbi
num. 23. ait, quod in Regno illo, seruatur quod
Nuncij tradunt schedulam citationis die feria-
to, relationem autem faciunt die sequenti non
feriata, nulla facta mentione, qua die citationē
247 tradiderunt, sed simpliciter referunt tradi-
disse. Et post Aluern. & alios dicit, quod de In-
re licet non valeat citatio executa die feriato
in honorem DEI. per text. in d. l. fin. C. de fer.
Tamen de generali consuetudine omnium
prouinciarum, aliud seruatur. Hic tamen in
248 Vrbe in diebus feriatis in honorem DEI Cur-
sores non citant, sed Mandatarij aliarum Cu-
riarum, Vicarij, Gubernatoris, Capitolij &c.
contrarium seruant.

Verum modò redeundo in viam, de qua su-
pra num. 230. nempe quod citatio validè in Ec-
clesia potest fieri, attamen, vt clarius proceda-
mus, ita potest distingui, quod citatio conside-
249 rari potest tribus temporibus, Primò, quan-
do fit commissio de citando, Secundò, quando
ipsa citatio fit per nuntium, Tertiò, quando fit
relatio ipsius citationis.

Nam citatio ad sui validitatem prædicta tria
requirit, nempe Decretum, siue commissionem
250 Iudicis, Executionem, & Relationem nuncij.
Nam non sufficeret executio, & relatio nuncij,
commissione à Iudice prius non data iuxt. text.
in l. sed si hac. ibi Prætor ait, in ius sine permisso meo
ne quis vocet &c. ff. de in ius vocand. & in § furti.
ibi, vsque quo iussu Magistratū conueniatur &c.
Instit. de action. & in cap. ex parte, ibi, cumque
auctoritate prædictorum Iudicum vocatus esset. de
probat. Limita nisi ex forma statuti, vel consue-
251 tudine inductum esset, quod nuncij Curiarū
possint citare absque cōmissione Iudicis, vt post
Paul. de Castr. & abūdè alios firmat Iul. Cartar.
decis. 32. num. 11. vers. non sufficere citationem
factam à nuntio sine commissione Iudicis nisi &c.
Nouar. decis. 155. nu. 2. vers. nisi præcedente man-
dato Iudicis, aliàs citatio redditur nulla &c. latè
videatur Farinac. in fragment. post repert. iudic. in
verb. citatio. à num. 3. & abunde per Francisc.
Baron. in d. tractat. de citat. part. 1. quæst. 30. à
num. 4. vers. commissio Iudicis ad validitatem ci-
tationis interuenire debet &c.

Et solidè & ad longum firmat Gratios. Vbert.
in tractat. de Citat. tom. 2. d. cap. 11. à num. 1. vbi
ait, quod licet multi DD. putant, commissionē
252 Iudicis de consuetudine non esse necessariā,
sed errant. Et quando procedat, seu intret di-
cta consuetudo benè declarat à num. 13. At ad
nos. In primo enim casu circa commissionem
253 de citando, cum iste sit actus iudicialis, & de
processu, & contentiosæ iurisdictione, vt dixi,
absque dubio si fiat in Ecclesia non valet. per
text. in d. cap. decet, ibi, cesset iudiciorum strepi-
tus &c.

Nam et ipsa commissio citationis, seu decre-
254 tum reputatur sententia interlocutoria, quia
Iudex, seu eius nomine executor præcipit, vt
citatus veniat ad causam, secundum glos. in l. cū
clericis. in verb. sententiarum. C. de Episcop. &
cleric. Bart. in l. quod iussit. num. 3. ff. de iud. & in
puncto quod commissio Iudicis de citādo cum
255 sit actus iudicialis inualidè fiat in Ecclesia,
probat post Bald. Felin. & alios Valasc. consultat.
81. sub num. 6. vers. quo ad commissionem de citā-
do, cum sit actus iudicialis non potest fieri in Ec-
clesia &c.

Cœterum si sumamus citationem secundo,
vel tertio modo, scilicet quo ad executionem,
256 & relationem nuncij, cum ista non possint di-
ci actus iudiciales, sed quædam, vt dixi, execu-
tiones facti nudi, vnde validè possunt fieri in
257 Ecclesia, sicuti iam probaui supra num. 226. et
pro asserta opinione facit, quod dicit Iason. in
l. extra territorium ff. de iurisdict. omn. iud.

Quod Iudex extra suum territorium non po-
258 test facere decretum, seu commissionem de
citando aliquem, quia ista commissio est actus
iurisdictionalis, quæ non potest exerceri extra
territorium, vt in d. l. extra territorium, sed si
Iudex faciat talem commissionem in suo terri-
259 torio, bene poterit fieri citatio per nuncium,
et sic executio in territorio alieno, vt est text.
in cap. Romana. §. contrahentes. de for. compt tent.
& in l. omnes. §. apparitor. C. de Episcop. & Cleric.
& ibi Bart. et Bald. cum alijs allegatis per Vbert.

dicto

dicto tractat.de Citation. *tom.2.cap.11. num 113. versic. si verò Iudex existens in proprio territorio vult committere contra suum subditum &c.*

Apparet ergo, quod si nuncius verbaliter, vel
in scriptis citet in Ecclesia, etiam ad causam
260 criminalem non erit nulla talis citatio, & te-
nebunt processus, & sententiæ eius virtute se-
cutæ, dummodo tamen per talem sententiam
261 non infligatur citato aliqua pœna sanguinis,
vel corporalis, sed tantùm aliqua pœna pecu-
niaria satisfactoria delicti, *vt dicit Abb. in cap.
inter alia.num.8.& seq.vers.sed ego quæro, de im-
munit. Eccles.* vbi ait, quod contra confugientē
ad Ecclesiam potest procedi ciuiliter, & crimi-
262 naliter, dummodo non condemnetur ad pœ-
nam mortis, vel ad aliam pœnam corporalem,
& allegat *text.* ibi, quatenus dicit, *super hoc ta-
men, quod iniquè fecit, est legitimè puniendus*,
& ibi *glos.in verb.puniendus.* declarat scilicet pe-
cunialiter dumtaxat, vel alia satisfactione, præ-
ter pœnam corporalem.

263 Quia ius Canonicum quamuis defendat cō-
fugientes ad Ecclesiam, sua immunitate, non
tamen vult vt remaneant impuniti, & omninò
264 Iustitia pereat, saltem eo modo, quo de iure
fieri possit, & congruit etiam *text. in can. Reum
ad Ecclesiam*, ibi, *tamen legitimè componat, qui
iniquè fecit &c. 17. quæst.* 4. & id notatur ad
hoc, quod confugiens ad Ecclesiam, licet inde
265 extrahi non possit, poterit tamen pœna pe-
cuniaria puniri, ponderādo verbum, *componat*,
quod ad pecuniariam pœnam referri videtur,
*vt ibi annotauit glos. in verbo, reum, & in verb.
ad mortem, in fin* Archid. *numer.2. & 3.* Bellam.
num.1. in fin. Valasc.*d.consultat.81. num.4. vers.
quamuis defendat confugientes ad Ecclesiam &c.*
Barbos.*ad d.can.reum.num.2.vers.poterit tamen
pœna pecuniaria puniri &c.* & latè *per Farinac.
de immunit.Ecclesiast.à num.330.*

Sed vt accedere incipiam ad terminos no-
stros, quamuis enim substineatur citatio facta
in Ecclesia tamen non videtur hoc conueniens,
vnde prudenter non nulli Episcopi, qui zelum
266 honoris Domus DEI habent, ne prædicti
Nuncij citantes diuina turbent, & Ecclesiam
vilipendant, in eorum synodalibus Constitu-
tionibus vetant, vt in Ecclesia possint citatio-
nes exequi sine ipsorum licentia, qua prohibi-
tione stante non solet huiusmodi licentia con-
267 cedi, nisi pro reliquis locis immunibus extra
Ecclesiæ corpus existentibus, & ita passim pra-
cticatur, *vt testatur Reuerendissimus Episcopus
Eugubinus Alexand.* Sperellus *in d.decis.51.nu-
mer.26. vers.prudenter agunt nonnulli Ordina-
rij &c.*

Et refert etiam Francisc.Baron. *in tractat. de
Citation.par.1.d.quæst.42.num.27. vers.ne nun-
cij diuina turbent &c.* & insuper testatur, quod
ita etiam in eius Ciuitate Panhormi practica-
268 tur, & videatur *Rou.super pragm.2.de citat.nu-
mer.12.* Marin.*resolut quotid.43.* Barbosa *remis-
siuè in l.præsenti.num.13.C.de his, qui ad Eccles.
confug.* Atque hæc dicta sufficiant circa conclu-
269 sionem incidenter deductam, quod citatio in
Ecclesia per nuncium executa, valida sit, licet
aliqui DD. piè contrarium senserint, ne ipsa
Ecclesia contemnatur, sed contrarium verius
est, ex rationibus de quibus supra.

Loquendo modò in casu nostro, quòd quan-
do leges tutæ sunt, ne in testamentis interue-
niant fraudes, vel falsitates, tunc remittunt so-
270 litum rigorem circa solemnem numerum te-
stium in eo sub pœna nullitatis requisitorum
imo nullum requirendo testem, *vt exemplifica-
ui supra à num.* 80. sic licet quando testamentū
conditum fuit coram Principe, *& à num.*270.
271 quando quis testatus fuit in actis iudicij, co-
ram quocumque Iudice, *& num* 28 quando
quis testamentum in Ecclesia, dum diuina cele-
brantur, conderet, cuius occasione multa ha-
272 bui de reuerentia debita Ecclesijs, & licet va-
leat testamentum in eis conditum non tamen
videtur locus ad hoc conueniens, ne diuina
turbentur.

Strictè nunc persistendo in terminis nostræ
principalis instituti de quo supra *num.* 77. dum
iura Ciuilia, dum certò sciunt, vt sæpiùs dixi, in
273 testamento non posse interuenire fraudes, re-
mittunt numerum testium, nec de eo curant,
ergo potuit Alex. VI. *in d.cap.relatum.el 2.de te-
stam.*

Tum quia vt dixi, in dispositionibus, seu te-
274 stamentis ad pias causas, cessant suspiciones
fraudis, et falsitatis, tum quia ea, quæ spiritu
DEI aguntur legibus humanis non subiacent,
vt præmissi supra à num.1. ideoque tutò asseue-
randum venit, testamenta, et dispositiones ad
275 pias causas, immunes esse à vinculis iuris po-
sitiui, et sic ciuilis, statutorum, consuetudinū,
aliarumque sanctionum humanarum. Quoniā
indubitatum est, quod nulla generalis dispo-
276 tio piam causam comprehendere potest, vt
dixit *Bald. in l.si sponsus. §. concessa num.1. vers.
in generali prohibitione videtur excepta persona
DEI &c. ff.de donat.inter vir. & vxor.*

Vbi firmat, quod in generali dispositione
277 non intelligitur comprehensa causa pia, nec
eleemosyna, cum pia opera finaliter ordinātur
in DEVM, qui à qualibet dispositione dicitur
exceptus, et tradunt plures DD. relati *per Ti-
raquell.de priuileg.pia caus.priuileg.* 130. *vers. in
generali dispositione videtur excepta persona
DEI &c.* et ibi Addentes dant concordantes
*addo Rot.penes Mohed.decis.145.alias 7 de priui-
leg.num.2.vers.in generali sermone non compre-
henditur factum ad piam causam &c.*

Si enim in quibuscumque contractibus, pro-
278 missionibus, et obligationibus etiam iuramē-
to roboratis semper intelligitur persona et au-
ctoritas Principis, seu Superioris excepta, *vt in
cap.imperialem.de prohibit feud alienat.per Fede-
ric. & in l.final ff ad municip. & in cap.quia con-
tigit.de religios.domib. & in cap. venientes 19. ibi,
ius superioris exceptum. & in cap.ea te. de iureiur.*

& in

Digitized by Google

& in cap. significanti. de elect. glos. penult. in cap. ea, quæ contra mores. vbi Geminian. 8. distinct. Ias. in l. vltim. num. 6. cum seq. ff. qui satisdar. cog. & in l. si quis maior. num. 19. C. de transact. & in §. item si quis postulante. nu. 80. Institut. de action. Rebuff. de priuileg. scholar. priuileg. 73. Paris. in tractat. de resignat. lib. 3. cap. 18. num. 109. vers. in iuramento semper intelligitur excepta auctoritas superioris &c. vbi etiam numer. 110. asserit post Butr. Cin. Alex. Bero. Gaiem. Vasques. Gabr. & alios.

279 Quod iurans aliquid facere dum est Cardi-
nalis, factus Papa potest contrauenire, et præ-
280 sumitur iusta causa recedere à iuramento,
videatur Soar de religion. tom. 2. in tractat. de iurament. cap. 14. num. 5, Anton. Corn. in tractat. de absolut. forens. iurament. par. 3. quæst. 4. numer. 7. vers. iuramentum intelligitur saluo præcepto superioris &c. et latè Palaez de maior. par. 4. quæst. 36. nu. 8. Gregor. Magal. in tract. de securitat. par. 2. num 5. Bellamer de permutat. beneficior part. 7. quæst. 2. num. 21. Fortunat. Garz de vltim. fin. iuris num. 383. optimeque deduxit Rota coram bon. mem. Coccino in causa; Forosempronien. & Eugubina, seu Nullius Emphiteusis 16. Iunij 1636. §. Aut denique. mihi num. 107. vers. in quibuscumque contractibus & promissione, ac fide etiam iurata semper intelligitur præseruata authoritas, et factum superioris &c. et iterum in eadem causa coram eodem 7. Maij 1638. §. Et tanto minus vers. cum in omni contractu etiam iurato semper intelligatur præseruatum factum, et auctoritas superioris, quæ præualet facto cuiuscumque inferioris etc.

Si ergo, vt dicebam à qualibet dispositione
censetur excepta persona Principis, multò for-
281 tius, ac potentius censetur excepta persona
DEI, qui est Princeps Principum, et Dominus
Dominantium, et super hoc particulari plura
hic deducere possem, sed ne cogar longè aber-
rare ab incæpto instituto circa validitatem te-
282 stamenti pij, tam respectu validitatis circa
solemnitates, quàm circa absolutam, et delibe-
ratam voluntatem, ad pias causas disponere
volentis. quare vide infra in cap separato, vbi
plures casus conglutinabo ad effectum probã-
di in generali dispositione nullatenus compre-
283 hendi ea, quæ intuitu diuino, seu ad pias cau-
sas fiunt, et præsertim satis affluenter in mate-
ria donationis, vt ea valeat fauore piæ causæ,
quamuis sit omnium bonorum præsentium, et
futurorum, nihilque sit reseruatum ad effectum
284 testandi, nec illa veniat insinuanda, licet ex-
cedat summam 500. solidorum, non obstante
in contrarium cãtare dispositionem iuris com-
munis.

ARGVMENTVM.

Ecclesijs, alijsque locis pijs, cum Iam olim de tempore Imperatorum Gentilium seuerè inhibitũ erat, ne quis eis aliquid relinqui posset, quam prohibitionem deinde amplè sustulit Constãtinus Magnus, vt apparet ex l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. quæ lex quamuis liberam concedat libertatem omnibus relinquendi in testamento, dictis locis, non tamen liberauit eos, vt absque freno solitarum solemnitatum possint testari.
Cũ solùm censeatur sublata prohibitio supradicta, vnde communiter damnatur, ac improbatur Barr. dum contrarium sentit, et propter dictam opinionem Bald. eum vocat virum saturninum, quia id quod dixit, neque vmquam relatum est, nec vmquam receptum.
Prædicta enim inquiruntur, quia aliàs cap. relatum 11. de testament. vbi determinatur quod super relictis ad causas pias non secundùm leges Ciuiles, sed sed secundùm Decretorum statuta iudicaretur, id frustratorium fuisset, si etiam de Iure Ciuili nullæ solemnitates in prædictis testamentis obseruari deberent, Et ex prædicta conclusione ad multa notabilia inferuntur.

SVMMARIVM.

285 Cap. relatum. 11. de testament. intrat vbique locorum.
286 L. 1. C. de sacrosanct. Eccles. dat liberam licentiam vnicuique, vt possit relinquere locis pijs.
287 Testamentum pium, licet destitutum omnibus iuris solemnitatibus valet etiam de Iure Ciuili, secundum Bart.
288 Iura ciuilia nullatenus in testamentis pijs solemnitatem aliquam remiserunt.
289 Mutandæ non sunt ea, quæ interpretationem certam semper habuerunt.
290 Bart. more furiosorum, se ipsum lacessat in l. 1. num. 73. C. de sacrosanct. Eccles.
Contra ea, quæ dixit in d. l. 1. in prim. lectur. in fin.
291 Ecclesijs ideo olim prohibitũ erat relinqui, quia putabantur superstitiones improbatæ.
292 Collegia Christianorum ante Constantinum Magnum damnata erant. et num. 293. et 316.
294 Clericis, et Monachis relinqui olim non poterat. et num. 360.
295 Alciat. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. improbatur et num. 298.
296 Clericis, et Monachis aliquid relinqui à mulieribus in vltima voluntate prohibitum fuit, et à quo lata fuit hæc lex.
297 Super qua lege, quid dixerit Sanctus Hieronymus.
Cauterium bonum est, sed non est faciendum vulnus, vt eo quis indigeat. num. 297.
299 Bart. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. num. 73. est communiter reprobatus, tam in scholis, quàm in Palatijs. et num. 301.
300 Cap relatum. de testam. non disponeret, leges ciuiles non esse seruandas in testamentis pijs, Dum secundum ipsas Leges Ciuiles illa non requirerentur.
302 Bald. ioci gratia vocat Bartolum virum saturninum, et quare.

303 Locis pijs quilibet libere relinquere potest dummodo tamen solemnitates seruet testamétarias, et hoc ex qua leg.

304 Bart in l 1. numer. 73. C. de sacrosanct. Eccles. æstuauit ad extremos vsque sudores ad respondendum text. in l. generali. C. eod. et quart. numer. 305.

306 Verbum, liber, positum in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. quid significet et num. 307.

308 Verbum, liber, est absolutum, ac omnimodam libertatem, et dispositionem concernit.
Verbum, liber, à quacunque necessitatis obseruantia abstractum est. num 308. et 4011.

309 Libertas totalis, nec iure, nec ratione, nec æquitate aliqua regulatur.

310 Verbum, liberè, importat liberum, et absolutū arbitrium disponendi.

312 Verbum, liberè, latè patet, et ideo implicat etiā petitorium, licet de solo possessorio actum sit.

313 Militibus cum sit concessa licentia liberè testādi, ex hoc dicitur remissa eis omnis solemnitas iuris Ciuilis. et num. 357.

314 Bart. in l. 1. num. 37. C. de sacrosanct. Eccles. ex quo arguit testamenta pia esse exempta à solemnitatibus etc. et num. 315. 322. 323.

318 Constantinus Magnus abrogauit leges latas contra Ecclesiam.

319 Et præsertim, vt quibuslibet liberè posset Ecclesijs alijsque locis pijs relinquere.

320 Constantinus Imp. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. reddidit licitum, quod antea erat probibitum.

325 Bona Ecclesiarum, quantum fuerint aucta, post leg. 1. C. de sacrosanct. Eccles.

326 Princeps si concedat liberam facultatem alicui testandi, qualiter constatur talis concessio data.

327 Princeps, cum iura tueatur, non censetur voluisse euertere solemnitates testamentarias. & num 326.

328 Et quando id procedat.

329 Persona inbabiles ad testandum quæ sint, remissiuè.

330 Princeps si concedat specialiter pupillo licentiam alienandi eius bona, an requiratur decretum Iudicis.

331 Principis licentia supplet omnes solemnitates.

332 Princeps est omnium tutor, ac specialis pupillorum protector.

333 Principis beneplacitum supplet omnes solemnitates requisitas in contractibus minorum.

334 Princeps quamuis concedat licentiam pupillo vendendi eius bona, tamen causæ quare sint ea vendenda, debet inquiri coram Iudice. nu. 335.

336 Licentia concessa à Principe pupillo de vendendo bona,
Debet intelligi seruatis debitis solemnitatibus.

337 Minori si Princeps concedat, vt bona stabilia possit distrahere, ac si esset maior, tunc nulla requiritur solemnitas in eorum distractione.

338 Princeps, si dispenset minori, vt absque solemnitatibus Statutarijs distrahat bona stabilia,

339 An nihilominus teneatur seruare solemnitates Iuris communis.

340 Princeps dando absolutam potestatem alicui testandi alias inhabili,

341 Censetur habilitasse personam, non autem vt possint sine solemnitatibus testari.

342 Filio legitimato debetur legitima in bonis patris clerici, etiamsi sint bona Ecclesiastica.
Et etiam si clericus habeat liberam facultatem à Papa de illis testandi, & num. 349.

343 Clericus regulariter de bonis Ecclesiasticis inhabilis est ad testandum.

344 Clericus, ea quæ ex bonis Ecclesiasticis tenaci parsimonia sibi thesaurizat, non potest de eis testari.
Clericus de bonis Ecclesiæ tenetur pauperibus subuenire.

345 Clericus æquiparatur vsurario.

346 Clericus cum de bonis Ecclesiasticis non possit testari, ad quem spectent.

347 CHRISTVS, quod non capit, rapit fiscus.

348 Lucra turpia, & illicita omnia rapit fiscus.
Fiscus est sacchus male ablatorum.

349 Clericis dum post mortem auferuntur bona Ecclesiastica, puniuntur in eo, quod delinquerunt.
Spolijs Ecclesiasticis Clerici dant causam.

350 Filiofamilias si statutum permittat, vt possit testari, intelligitur sine præiudicio vsufructus patris.
Pater in bonis aduentitijs filij habet vsumfructum.

351 Dispensatio testandi habita ab inhabili ad testandum, recipit interpretationem à iure communi.

352 Princeps si concedat testandi facultatem aliàs ad hoc habili, id debet aliquid operari. & quid vide num. 354.

353 Gratia Principis non debet esse frustratoria, ac de vento seruire,

355 Iudici si mandetur, vt inquirat de aliquo delicto, super quo aliàs potest cognoscere.
Ad quid deseruiet talis commissio, ne aliàs sit de vento. num. 355.

356 Locator si promittat non expellere conductorem durante locatione, quid operetur tale pactum.

357 Conductor potest expelli per locatorem durante locatione, si ipse domo egeat.

357 Locator non potest expelli, etiamsi Dominus egeat domo, stante pacto, quod non possit expelli. & nu. 360. & 361.
Pacta secundùm ius commune debent semper aliquid operari vltra dictum ius. nu. 358.

359 in Locatione pactum appositum, quod eueniente tempestate fiat remissio pensionis, quid operabitur tale pactum.

362 in Locatione, si expressè fuerit conuentū, quod conductor vsque ad certum tempus non possit expelli,
Id tamen est intelligendum, nisi in solutione pensionis cessauerit.

363 Testator si prohibeat alienationem bonorum fidei-

fideicommissariorum, cum etiam de iure adsit talis prohibitio, ea quid operabit.

364 *Alienationis prohibitionis legis, & hominis, quando simul concurrunt, faciunt vt nec in casu alicuius permissio fiat alienatio.*

365 *Testator si alienationem bonorum prohibuerit vsque ad certum tempus, post dictum tempus censetur permissa alienatio,*

366 *Tamen id non procedit in bonis fideicommissarijs, & quare.*

367 *in Fideicommissis naturaliter inest prohibitio alienationis,*

368 *Alienationis prohibitio ad tempus adiecta substitutioni, elapso dicto tempore, quando tollat pracedentem substitutionem, satis ardua est quastio. nu. 369. & seq.*

372 *Milites non reperiuntur inter personas prohibitas testari.*

377 *Legum fundamentum fundamentorum est iurisdictio.*

378 *in Testamentis pijs non leges ciuiles, sed decretorum statuta sunt seruanda.*

379 *Et hoc sub anathematis interminatione.*

CAPVT IV.

TEstamenta ad pias causas condita, quod
sint exempta à vinculis iuris ciuilis satis
constat ex speciali dispositione Summi Pont.
in celebri cap. relatum 11. el 1. de testament. quale tam in foro Ecclesiæ, quàm Cæsaris, & sic in
toto Orbe seruandum est, sed videtur quod
285 opera, & oleum fuerit deperditum, dum &
præsertim plura deduxi supra cap. 1. *à num. 47.*
super tali conclusione Scribentes insistunt. Eo
quia multi DD volunt in testamento condito
ad pias causas fuisse remissas solemnitates Legũ
Ciuilium in testamentis regulariter requisitas,
& redactas ad ius gentium etiam ab ipso Cæsare, vt in l. *Habeat* 1. C. *de sacrosanct. Ecclef.* vbi
sic asserit text. *Habeat vnusquisque licentiam*
285 *Sanctissimo Catholico, Venerabilique Concilio
decedens bonorum, quod optauerit relinquere, &
non sint cassa iudicia eius,* & postea in fine subditur, *liber sit stylus.* super qua *l. Bart. num. 5. in prima lectura, & in secunda à nu. 73.*

Ponderans illa verba, *& non sint cassa iudicia eius,* & dictionem, *liber,* infert iuxta dispositionem d. text. & sic etiam de Iure Cæsareo
287 testamentum ad pias causas valere, licet omnibus iuris solemnitatibus sit destitutum, ita
etiam senserunt, & vti probabile admiserunt
ibidem Castren. & Alciat. & Corn. in cons. 215. num. 4. vol 2. Syluest. *in summ. in verb. Testamentum quast. 4 post princip.* Gugl. de Benedict. *in cap. Raynutius in verb. Testamentum 1. num. 17. & seq de testament.* vbi alios adducit.

Veritas tamen est, vt multa omittam, quod Iura Ciuilia in solito persistẽdo, rigore nullatenus in testamentis pijs, solemnitatem aliquam remiserunt, non obstante *text. in d. l. 1.* & ita
communi calamo tenent Doctores, & huius
opinionis auctor est *glos. in l. 1. in verb. cassa. C. de sacrosanct. Ecclef.* quam in effectu sequitur
ibi Bart. in 1. lectur. in fin. vbi dicit, licet contraria opinio substineri possit. tamen minimè sunt
289 mutanda, quæ interpretationem certam, semper habuerunt &c.

Sed postea ipse Bart. more furiosorum, se ipsum lacessat, nam vt dixi contrarium affirmat,
290 & defendit *d. num. 73. & seq.* Contra Bartol.
multi DD. tenuerunt, & præsertim *Bald. in l. 1. num. 9. lectur 1. & num. 4. in 2. lectur.* & ibi quoque *Ias. in lectur. 1. nu. 59. & seq. & in 2. lectur. num. 4. & 9.* vbi ait, quod rationes Bart. sunt
ambages, quia ante prædictam *Leg. 1.* prohibitum erat Ecclesijs, & Collegijs relinqui, quia
291 putabantur superstitiones improbatæ, & ideo
emanauit hæc lex tollens illam prohibitionem.
Videatur etiam *Alciat. in d. l. 1.* vbi sic ait. *Quoniam ante Constantinum Magnũ Collegia Christianorum damnata erant, eorum ille professionem*
292 *primus Cæsarum sincera fide amplexatus, constituit. vt quilibet facultatem haberet quantum
vellet generali ipsius Ecclesiæ relinquendi.*

Illud verò, quod subdit, non rectè dixit,
fuitque tunc hæc lex intellecta, vt non ideo
293 Clericis, & Monachis relinqui possit, aut particulari templo. Cuius rei rationem S. Hieronymus, quadam ad Nepotianum epistola, his
verbis actingit. *Pudet dicere, Sacerdotes idolorũ,*
294 *mimi, & auriga, & scorta hareditates capiunt,
solis Clericis, & Monachis hoc lege prohibetur.*
Vnde apparet, *inquit Alciatus*, recentiorum interpretatione factum, vt aliter hæc lex hoc no-
295 stro seculo, aliter in primitiua Ecclesia intelligeretur. Non rectè enim, vt præmisi, hæc dixit, Alciat. Quia S Hieronym. loquitur de Lege Valentiniani, Valenti, & Gratiani, qui longè post Constantinum Magnum imperarunt.
296 Hi enim prohibuerunt Clericis, & Monachis
aliquid relinqui in vltima voluntate à mulieribus, vt constat *ex l. 20. C. de Episcop. & Cler. C Theodos. lata de anno 370.*

An autem iustis ex causis id fuerit factum
videatur Card. *Baronius in annalib. Ecclesiasticis tom. 4. ad Ann. Dom. 370. longe post med.* vbi
etiam ponit *d. leg. 20.* & deinde multa congerit
ex S Hieronymo, & præsertim prædictam epistolam ad Nepotianum, vbi etiam S. Hierony-
297 mus subdit, *Nec de lege conqueror, sed doleo
cur meruimus hanc legem, cauterium bonum est,
sed quo mihi vulnus, vt indigeam cauterio?* & reliqua vt ibi refert Card. *Baronius.*

Supradictum errorem Alciat. quod S. Hiero-
298 nymus *in d. Epistol. ad Nepotianum* non conqueratur de Legibus prohibentibus relinquere
aliquid Ecclesijs latis ante promulgationem
d. l. 1. C. de sacrosanct. Ecclef. de tempore Imp. Ethinicorum, sed de allegata *l. 20. C. de Episcop. & Cleric. C. Thodos.* lata à prædictis Imperatoribus Valentiniano, Valenti, & Gratiano, aduertit ex nostris *Andr. Facbin. controuers. Iuris lib. 4.*

Digitized by Google

lib.4.cap.39.verſ.Non rectè, quia S.Hieronymus
loquitur de Lege Valentiniani, Valentis, & Gra-
tiani, qui longe poſt Cõſtantinum Magnum im-
perarunt. Hi iuſtas ob cauſas prohibuerunt Cle-
ricis, & Monachis aliquid relinqui in vltima vo-
luntate à mulieribus &c.

Qnod enim Iura Ciuilia aliquam ſolemnita-
tem non remiſſerint in teſtamentis pijs, id etiã
probat Bald.in conſil.20.in princip. lib.5. Angel.
in conſil.233.nu.4. vbi dicit, quod opinio Bart.
299 in d.l.1. num.73. eſt communiter reprobata,
tam in Iudicijs, quàm in ſcholis, & latè probat
in præciſis terminis noſtris Abb.in cap. relatum
il 1.num.3. de teſtam. & de communi contra
Bart. præter DD. antiquos atteſtatur. Cardin.
Mantic.de coniectur.vltim. volunt. lib.3. titul.3.
nu.4.& verſic.quidquid contradixerit Bart. con-
tra eum eſt communis opinio, & poſt Mantic.idẽ
aſſeuerat Magdal.de num. teſt. in teſt. in requiſ.
part.1.cap.12.num.5.verſ.opinio Bart.eſt commu-
niter reprobata.

Certè ſi Bart.ponderaſſet textum in d cap.re-
latum.il.1. de teſtam. conſtanter permanſiſſet in
ea opinione, quàm, vt dixi, aliàs firmauerat,
In d.enim cap.relatum.Romanns Pontifex Ale-
300 xander Tertius determinat, quod ſuper reli-
ctis ad pias cauſas nõ ſecundùm leges Ciuiles,
ſed ſecundùm Decretum ſtatuta iudicetur, vbi
nemo, niſi cœcus non diſcernit, Papam præſup-
ponere, quod ſecundùm leges Ciuiles requi-
runtnr in relictis factis Eccleſiæ, & ſic ad piam
cauſam, ſeptem teſtes, aliæque ſolemnitates.
301 Vnde propter hanc rationem falſam pronun-
ciat opinionem Bart. Angel. Aretin.in d.cõſ.233.
ſub num.4. verſ.ex quo concludo eius opinionem
falſam expendit etiam hoc textum in cap. cum
eſſet. extr.eodem titul.de teſtament. Andr.Fachin.
Controuer.Iur d.lib.8.cap.39.§.ſed bis omiſſis, vbi
ob ſupradictam opinionem vocat Bart. ioci
302 gratia poſt Bald. virum Saturninum, quoniã
ſcilicet id dixerit, quod nec vſquam relatum
eſt, nec vnquam receptum, vt de Saturnino
Vlpianus ſcribit in l.1.ff.de Senator.

Contra Bart. inclamat paritet textns in l.ge-
nerali, ibi, quod tamen omni alia ratione munitũ
ſit. C.de ſacroſanct.Eccleſ. vbi in effectu, expreſ-
303 sè diſponitur, quod quælibet perſona poſſit
liberè in ſuo teſtamento Eccleſijs, et alijs pijs
locis bona ſua per viam inſtitutionis, et ſubſti-
tutionis, vel fideicommiſſi relinquere, dum ta-
men teſtamentum omni alia ratione Iuris mu-
nitum ſit, quem textum pro fundamento huius
opinionis adducit gloſ.in d.l.1.in verb.caſſa., quã
ſupra adduxi, quæ eſt communiter approbata,
vt iam num.288.dixi.

Et quidem Bart. guſtauit repngnantiam di-
304 cti textus, qui ex diametro repngnabat cõ-
tra eius nouam opinionem, in tantum, qnod, vt
fidem facit. Iaſ.in d.l.1.in 2.lectur.num.21.C.de
ſacroſanct. Eccleſ. adeo conatus fuit, pluribus
rationibus reſpondere terribili illi textui, vt
305 æſtuauerit ad extremos vſque ſudores, tamen
nugas agitauit, qnia omnes eius reſponſiones
ſunt diuinationes, quæ non ſunt admittendæ.

A quo enim Bart. fuit allucinatus benè de-
ducam, nam ipſe pro fundanda eius erronea
opinione expendit textum eundem in d. l. 1.
306 C.de ſacroſanct. Eccleſ. dum ibi dicit, liber ſit
ſtylus, ideſt ordo liber ab omni ſolemnitate
Iuris Ciuilis, vt ibi per Bart.in 1 lectura. nu.73.
& ſeq. nam illud verbum, liber, hoc importat,
vt nulli reſciſſioni teſtamentum ſit ſubiectum
Bald. in l.ſi filiam. num.4. & Iaſ. num.8. C de
inofficioſ.teſtament. & quod vltra ins commune
aliquid cenſeatur indultum iuxta text. in cap.ſi
Papa de priuileg.in 6. Bald.in auth. habita.num.4.
C.ne fil. pro patr. & notatur per Hoſtien. & cæ-
teros communiter in cap 1. vbi latè Felin. num.4.
& ſequent.de reſcript. Aretin.in conſil.76. num.3.
& ferè in terminis Iaſ.in d.l.1. in 1.lectur. nu.14.
C.de ſacroſanct. Eccleſ.

Nulla enim adeſt controuerſia, quin verbũ
liberè, ſit abſolutum, ac omnimodam liberta-
308 tem, & diſpoſitionem, à quacumque neceſſi-
tatis obſeruantia abſtractam, importet, iuxta
gloſ. communiter receptã in clem.dudum. in verb.
liberè.de ſepultur.& in clem.fin.de ætat.& qualit.
Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum. col.1. vbi Dec.
col.2. de conſtitut. cum pluribus alijs allegatis per
Surd conſil.143. num.23. & conſil.313. num.96.

Et totalis libertas, nec iure, nec ratione, nec
309 æqnitate aliqua regulatur Socin.ſen. conſ.170.
num.8.verſic.verbum autem liberè, importat, quod
habeat liberam poteſtatem non regulatam à le-
ge &c. lib.2.Gonz.ad Regul.8.Cancellar. gloſ.45.
num.13. verſ.qua libertas, nec iure, nec ratione
aliqua regulatur &c. Quod enim dictum ver-
bnm, liberè, importet liberum & abſolutum
310 arbitrinm diſponendi, ſenſit Rota in cauſa
Romana Dotis, ſiue ſaluiani. 7.Aprilis 1628. co-
ram Reuerendiſſimo Durano eſt deciſio 166. nu-
mer.27. verſ.& illud ibi, liberamente &c. part.5.
recent & inter eius impreſſas eſt deciſ.165.nu.29.
311 Et quod omnino ſit à quacunque obſer uan-
tia abſtractum fuit dictum in Mediolanen. De-
cimarum 17.Februarij 1631.coram re.me. Merli-
no.eſt deciſ.19.num.2.verſ.omnimodam libertatẽ,
& diſpoſitionem &c. part.6. recent. inter eius im-
preſſ. eſt deciſ.503.num.1.

Dictum etiam verbum, liberè, latè patet, &
312 ideo quamuis de ſola poſſeſſione actum fuiſ-
ſet implicaret quoque petitorium, Socin.in l.rẽ
quæ nobis. nu.34 verſ.aduerte tamen. ff de acqui-
rend.poſſeſſ. Alex. conſ.99. numer.1. & ſeq. lib.5.
Menoch. de recuperand poſſeſſ. remed.1. num.14.
Scacc. de appellat. lib.3. cap.2. quæſt.17. limit.6.
memb.9. num.21. & 78. & dixit Rota deciſ.356.
num.3.verſ.quando quis eſt condemnatus ad libe-
rè dimittendum poſſeſſionem, ſententia dicitur cõ-
tinere mixturam cum petitorio &c. part.1.diuerſ.
& recentius fuit reſolutum in cauſa Bononien.
bonorum 4. Maij 1639. corã R.P.D.Terracinen.
§.Nec dubitarunt Domini.verſic. cum non poſſit
dici res liberè dimiſſa, quæ per petitorium poteſt

auotari &c. & deinde fuit dictum *in causa Elbo-*
ren. Iuris conferendi. 5. Decembris 1640 coram
Eminentiss. D. Card. Panzirolo. §. Addito quod.
vers. permittat liberè præsentare, quod respicit pe-
titorium.

Sed persistendo in terminis *idē Bart. in d. l. 1.*
C. de sacrosanct. Eccles. vt magis firmaret illam
suam opinionem, adducit illud simile de mili-
313 tibus, quibus pariter permittitur liberè testa-
ri quomodo velint, & quomodo possint, nam
per hæc verba censetur remissa omnis solemni-
tas Iuris ciuilis *l. 1. & ibi notat Bart ff. de testam.*
milit. ex quo *Bart* arguit ad casum suum, quia
dum *d. l. 1.* vult, vt testantibus ad pias causas
liber sit stylus, censetur condonata omnis so-
314 lemnitas Iuris ciuilis, aliàs nisi esset concessa
dicta libera facultas, respectu habilium, nullum
adesset priuilegium, quod non est dicendum,
& sic de superfluitate potest argui *d l. 1.* vt per
Bart. ibi, *hoc modo limitando l. si quādo vbi glos.*
& Doctores C. de inofficios. testament.

Hæc adducit *Bart.* pro coloranda supradicta
eius opinione crebrina, nempe quod de Iure
315 ciuili quis absque solemnitatibus ad pias cau-
sas possit testari. Opus enim non multùm ar-
duum erit adducta per eum in totum labefa-
ctare. Vnde notandum venit, prout aduertunt
DD ante promulgationē *d. l. 1. C. de sacrosanct.*
Eccles. erat prohibitum, & interdictum aliquid
316 relinquere Collegijs Christianorum, Ecclesijs
& alijs locis pijs, eò quia ante Constantinum,
cuius fuit hæc edita ad Populum Romanum, vt
patet ex ipsa inscriptione, cœteri Imperatores
fuerunt infideles, & Christiani nominis impijs-
simi persecutores, Constantinus Imp. verò, pro
317 quo Munificus DEVS noster, & annuendo
præcibus Fidelium, qui continuò eas effunde-
bant pro exaltatione S. Matris Ecclesiæ, & re-
cordatus est misericordiæ suæ, mirabilia ope-
ratus fuit, & ad longum adduxi *in annotat. ad*
decis. 2. in 2. part. annotat. à num 25. vsque ad nu-
mer 57. part. 3. recent.

Illud tamen facit ad propositum nostrum,
postquam Magnus Constantinus Imperator
veritatem amplexus fuit Catholicam, leges la-
318 tas cōtra Christianos, & eorum Collegia, pe-
nitus abrogauit, & licentiam omnibus dedit
fabricandi Ecclesias, & Christianos fieri, *vt ha-*
betur in can futuram 12. quæst. 1. & in d. can. Cō-
stantinus. 9. distinct. & in cap fundamēta. de elect.
in 6. Nec non, *per d. l 1. C. de sacrosanct. Eccles.*
statuit, quod vnusquisque posset liberè iuxta
319 cuiusque libitum Catholicis Christianorum
Concilijs, Ecclesijs, & alijs locis pijs in testa-
mento bona sua relinquere, vnde sublulit pro-
hibitionem præambulam, quæ, vt dixi, prohibi-
tùm erat Ecclesijs, & Concilijs relinqui, quia
320 putabantur superstitiones improbatæ, & sic
Constantinus *per d. l. 1.* reddidit licitum, quod
prius erat prohibitum.

Mirū enim est dictu, (*inquit Eminentiss. Card.*
Baronius in Annalib. Ecclesiastic. tom. 3. ann. 321.
num. 17.) relaxata semel libertate fidelium (*per*
d. legem Constantini) in relinquendis vltima vo-
321 luntate, suis bonis Ecclesijs, adeo auctæ sunt
illarum diuitiæ, vt posteriores Imperatores ve-
riti ob eam causam, Reipublicæ detrimentum,
& paupertatem, conati sint iterum ab huius-
modi profusis largitionibus cohibere fideles,
& reliqua vt habetur penes d. Card. Baron. *& ad*
longum exaggerat in tom. 4. Annal. ad ann. 370.
& tetigi supra. & ait Facbin. d. cap. 4. c. 39. in fin.

Modo equidem stringere possum argumen-
tum contra *Bart.* nam cum ipse senserit *in d. l. 1.*
322 *num. 73. C. de sacrosanct. Eccles.* valere Testa-
mentum de Iure ciuili sine solemnitatibus, si
ad pias causas, fueritq; conditum, ea ratione,
quia Constantinus Imp. *in d l. 1.* voluit, vt dum
quis aliquid relinquit Ecclesiæ, & sic ad pias
323 causas liber sit stylus, ex qua libertate asserit
Bart non esse necessariam aliquam solemnita-
tem Iuris Ciuilis, cum id importet dictum ver-
bum, liber, *vt dixi supra num. 306.*

Quia vt apparet ex supra relatis, cum *d. l. 1.*
tollat prohibitionem relinquendi locis pijs, &
quoad hoc multùm operetur, certè per huius-
modi concessionem liberè testandi ad fauorem
piæ causæ, non censetur remissa solemnitas iu-
324 ris in testando, sed solum habilitata Collegia
Christianorum, & huiusmodi loca pia, vt pos-
sint capere ex testamento, quæ alias erant inca-
pacia, & quod vnusquisque possit relinquere
huiusmodi locis piis, cum antea nullus illis re-
325 linquere posset *iuxta textum singularem, &*
notabilem in hac materia in l. si quando, & ibi glos.
& Doctores C. de inoffic. testament.

Vbi habetur, si per Principem concedatur
326 libera facultas testandi, intelligitur solùm
concessio facta legitimo, & consueto modo, ne-
que enim subdit textus, credendum est Roma-
num Principem, qui iura tuetur, hoc verbo
327 totam obseruationem testamentorum multis
laboribus, & vigiliis excogitatam, atque inuē-
tam velle euerti. Quem textum, *glos. & DD.*
omnes intelligunt procedere, quotiescumque
328 priuilegium potest aliàs aliquid operari absq;
eo, quod censeatur remissa solemnitas Iuris,
puta si cōcedatur personæ alias inhabili ad te-
standum, quia tale priuilegium præstat habili-
tatem testādi, & satis operatur absque eo, quod
329 iuris ordo censeatur relaxatus, quæ autem
personæ inhabiles sint ad testandum referunt
glos. in l. si quæramus ff de inoffic. testam. & Ioann.
Dilect. de art. testand titul. 1. & Iul. Clar. *recept.*
sentent. lib. 3. quæst. 18. & seq & ante eos Speculat.
330 *de Instrum. edit. §. compendiosè per tres colum. à*
num. 1. vsque ad numer. 6. & habetur totus *titul.*
Instit. quib. non est permiss. fac. testament. & ex
Theologis tractat *Syluestr. in sua summa, & alijs.*

331 Supradictis congruit non dissimilis conclu-
sio, nempe, quando Princeps specialiter con-
cessit licentiam vendendi bona pupilli, quo ca-
su licet non requiratur decretum Iudicis, quia
332 licentia Principis supplet omnes solemnita-
tes.

tes. *l omnium.C.de testament & l.1.C.de his,qui ven atat.impetr.Oldrad consil.*157.*num.*13. Dec. *consil.*341.*num.*12. Paris.*consil* 24.*num* 4. *lib.*4. Gabr.*consil.*161 *num.*19.*lib.*1. *Abb.consil.*41. *numer.*3.*vers.item omnis. lib.*1.

Etenim ipse est omnium tutor,& Iudex, pru-
332 dentiæ oculus, regula temperantiæ, Charita-
tis splendor, bonorum spes, innocentium refu-
gium, ac specialis pupillorum, & similium per-
sonarum protector, *iuxta illud Iob cap.*29 ibi,
*Pater eram pauperum, oculus fui caco, & pes
claudo.* faciтque textus *in can.Regum officiũ* 23.
*quæst.*5.*& can.*1° *&* 2. 87. *distinct. Alberic. in l.
vnic.in princip.* Bald.*num.*1.*&* 2. *Salicet.num.*1.
*Castr.num.*4. *C.quand inter pupill. & vid. &c.
Bald de pac.* *Constant in princip.nu.*1. *Crauett.
consil* 235.*num.*4. *Tiraquell de priuileg.pia caus.
priuileg.*150.

Et quod ob dictam causam beneplacitum
333 Principis suppleat omnes solemnitates requi-
sitas in contractibus minorum, *ratiocinata est
Rota in causa* Romana *Aperitionis oris* 8. *Martij*
1613.*coram bo.mem.*Card. *Sacrato.est decis.*461.
*num.*13.*part.*1.*recent.& iterum sensit in causa
Romana Donationis.* 19.*Aprilis* 1641 *coram Re-
uerendiss P.D Dunozetto Decano.§ Nam licet,in
stipulatione vers.cum licentia Principis suppleat
omnes solemnitates &c.* & vide supra *cap.*2.*à numer.*94.

Nihilominus, *vt est optimus text.in l.etiam si.
in princip.vers.idem etsi à Principe ff.de bon liberi.
& habetur glos in l.*2.C.*quand.decret op. non est.*
334 causam quare pupilli bona sunt vendenda co-
ram ipso Iudice, inquiri debet, et sequuntur *in
d.l.*1.*Fab.& Salicet.& Angl Ferret.* in *respons.*
43.*num.*1. et hoc idem, et clarius voluit *Azor.
en summa eodem titul.quando decret &c in prin-
cip.* dicens,minorem, qui specialiter ius vendi
335 tionis à Principe obtinuit, debere postea a-
pud Præsidem probare subesse æs alienum. nec
aliàs commodius posset distrahi *per l.penult.C.
de his qui veniam atat. impetr* prædictam opi-
nionẽ secuta est etiam *Rota in causa Bononien.
Terrarum* 17.*Nouembris* 1578 *coram bon mem.
Cantuccio, est decis* 84.*num.*5 *part.*2.*diuers.*

Vbi etiam firmatur,quod licentia de vendẽ-
336 do bona pupilli à Principe concessa,debet in-
telligi seruatis debitis solemnitatibus *arg d.l.si
quando, & ibi Doctores.C.de inoffic.testam Bero.
consil* 124 *num.*22. *vers.quamuis data fuerit po-
testas &c. lib.*1. *et adde Pie.ad statut Vrb.lib.*1.
*cap.*131.*num.*196.*in fin à Ponte consil.*1.*nu* 120.
*part.*1.*Cæsar.Manent.consil.*17. *et decis Senatus
Mantuani* 63.*num.*14 *et* 16. vbi etiam supradi-
cta opinio limitatur *num.*23. quando Princeps
337 minori concedit, vt bona stabilia distrahat ac
si esset maior,quia nulla tunc requiritur solem-
nitas.*l.*2.*ff de reb cor. l.*2. C.*quando decret. opus
non est vbi. Bald.* hæc notat *Ruin consil* 35. *sub
num.*22. *et consil.*161.*sub num.*26.*lib.*1.Cephal.
*consil.*316 *num.*38.*Surd.decis.Mantuan.* 226 *numer.*8.

Quid autem sit dicendum dum minor dispẽ-
338 satus à Principe ad distrahendum bona stabi-
lia absque solemnitatibus statuti, an nihilomi-
339 nus teneatur seruare illas Iuris communis,
affirmatiuè respondent, *Sola ad Constitut. Sa-
baud.titul de alienat.bonor.min.glos.*3.*sub nu.*11.
*Simon de Pret.consil.*100.*numer* 20 *et* 31. *Paris.
consil* 89 *num* 9.*lib* 1 *Grat consil* 121. *numer.*24.
*lib.*1. contrarium tamen, et præsertim in casu
suo firmauit *Manent in d decis.*63 *à num.*32. At
hic persistendo in terminis de simplici licentia.
340 In puncto verò quæstionis nostræ, vt in casu
quo Princeps det liberam, et absolutam pote-
statem alicui testandi, quàm facultatem aliàs
non habet, censeatur habilitata tantùm perso-
341 sona, non autem vt possit testari iuris ordine
spreto, vt respondit Rota *ex d l si quando* C.*de
inoffic.testamẽt.in causa Romana legitima* 27.*Iu-
nij* 1614.*coram bo.me.Fabrit.* Verospio *est decisio*
653.*part* 1.*recent.*

Vbi fuit decisum, legitimam deberi filio le-
342 gitimato in bonis Patris clerici, etiamsi bona
sint Ecclesiastica, et clericus habeat liberam
facultatem à Papa de illis testandi, et hoc ea de
ratione, quia cũ Clericus regulariter de bonis
343 Ecclesiasticis sit inhabilis ad testandum, nam
ea quæ ex dictis bonis,tenaci,et illaudabili par-
344 simonia sibi thesaurizat, cum teneatur pau-
peres subuenire, et non cumulare, et ideo in
pœnam, cum mortaliter peccet (*vide quæ dixi
in annotat ad decis* 460. *num.*98. *part.* 4. *recent.
tom.*2 vbi adduxi memorabile exemplum) Ius
canonicum vetuit, ne de illis bonis possint Cle-
rici testari, *cap.quia nos.*9 *in fin. vbi omnes de te-
stam.* nam Clerici, quo ad fructus beneficii, vel
de bonis occasione dictorum fructuum acquisi-
tis,licet in vita liberè possint, et absolutè dispo-
nere, tamen non sic est in morte.
345 Nam clerici in vita comparãtur vsufructua-
rio, in morte tamen vsurario, *vt constat ex
pluribus relatis per* Barbos. *in d.cap. quia nos, per
text.* ibi, *cum solum vsum habeant*, & adde alios
adductos *per Io.Nicol Lucidor in tractat.de ille-
gitimis Clericor. & Regul cap.*6. *num* 2. *vers per
vltimas voluntates omnino Clericis est interdicta
dispositio &c.* & pluries sensit Rota, *vt coram
sanct.mem.*Gregor.XV. *decis.*40. *num.*1. *vers.in
vita æquiparatur vsufructuario &c & coram bo.
mem,*Merlino *decis.*103.*num.*6.*vers clericus tam-
quam vsurarius non potuit ad hæredes transmit-
tere &c.* & asserit, quod ita Rota passim admit-
tit, *& allegat decis* Seraph 594 *num* 3. *vers be-
neficiarium comparentes in vita vsufructuario,&
in morte vsuario &c* Quare, vt dixi cum Clerici
de illis bonis Ecclesiæ non possint testari, ideoq;
346 honesta quadam restitutione Ecclesiæ retri-
buuntur, *vt aduertit Gulielm. Redo in. de spolijs.
Eccles.& memini in discurs. part.*4.*recent. tom.*3.
*num.*410. *& seq.*
347 Vbi adduxi illud satis vulgatum dictum,
nempe, *Quod nõ capit CHRISTVS rapit Fiscus,*
per text *in l.Latius.ff.de iur.fisc.* cum omnia lucra

turpia, & illicita rapiat fiscus, quia fiscus est sac-
348 cbus male ablatorum, & in his terminis Cleri-
ci puniuntur in quo deliquerunt, cum de hoc
ipsi sint causa, sed de his hactenus. Quare stan-
te dicta prohibitione, si Papa det liberam pote-
statem Cletico testandi de bonis Ecclesiasticis,
censetur tantùm habilitasse personam, & non
aliud, & sic ipse in testamenti factione tenetur
349 seruare Ius commune, & supradicta decisio in
causa Romana legitima coram Card Verospio fuit
deinde confirmata coram bon.mem.Card.Sacra-
to sub die 10. Martij 1617. impressa est apud Mer-
lin. post tractat.de legitim decis.57.num.1.

Hinc etiã notat Arias Pinellus, in repetition.
l.1.part.1.num.44. C.de bon.patern. si per statu-
tum permittatur filiosfamilias testari, intelligi-
350 tur sine præiudicio vsusfructus, quem pater
habet in aduentitijs, nam semper dispensatio
testandi, aliàs inhabili data, debet recipere in-
351 terpretationem à Iure communi. vt per Alex.
& alios in l.prima § Lex falcidia. ff.ad leg falcid.
& sensit Rota in part.1. diuers.decis.47. nu.6.vers.
respectu facultatis testandi debet recipere interpre-
tationem à iure communi &c.

Verum tamen est, quando Princeps concede-
352 ret liberam testandi facultatem, ei, qui aliàs
non est prohibitus testari, & nunc ne sequere-
tur absurdum, & priuilegium Principis redde-
353 retur inane, et frustratorium, ac de ventro de-
seruiret contra cap si Papa.de priuileg in 6.cap in
ijs extra eodem titul.l.1. in fin. & ibi glos. & DD.
ff.de legat.1. Gratian.decis. Marcb.106.numer.19.
cum alijs allegatis à Rota in causa Romana, seu
Ameiina aperitionis oris 27.Iunij 1635. coram bo.
mem Coccino.§. Aut prætenditur.vers nam gratia
Principis non debet esse inanis &c

Ideo aliquid tale priuilegium debet operari,
& sic censetur tributa libera facultas testandi
354 absque freno seruandi solemnitates à Iure ci-
uili introductas, vt sentit glos.communiter appro-
bata in d.l si quando & ibi Bart. Bald. Paul de
Castr. Ias & alij.C.de inofficios.testament. et op-
timè distinxit pro intellectu d.l.si quando. idem
Bald.in l.7. § mutus per tot.ff.de testament. adde
Ruin.in consil.100.numer.2. lib.1. Dec.consil.512.
sub nu.10. Curt.iun consil.105.nu.3. & cons.178.
num.20. Iacob. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib.1.
quæst.7.num 39. vers.potest is testari, nulla iuris
solemnitate seruata &c. Ias. in d. l.1. C.de sacro-
sanct. Eccles. Alciat.lib 5. Paradox. cap.5. Bald.
in cap.1 num.14 et Rip.num.29 de rescript.

Hinc etiam non inelegãter scriptum reliquit
Bald.in l.nullus.C.ad leg. Iul.Maiest.num.1. vt si
Iudici mandetur, vt inquirat de aliquo delicto,
355 si ipse aliàs poterat inquirere de eo, virtute
huius commissionis poterit inquirere, etiam fa-
ma non præcedente, cuius opinionem sequitur
post alios Ceot.in l.nemo potest.nu.3.ff.de legat.1.
et refert Hercul. Marescott. Variar.resolut.lib.1.
cap.197.num 4. vers.quod si Iudici mandetur &c.

Expendi etiam potest illa iuris cõclusio, quod
356 quando inter locatorem, et conductoré con-
uentum fuit, ne locator durante locatione pos-
sit expellere conductorem, et tunc licet alias
conductor propter necessitatem habitandi pos-
357 sit in ea expellere cóductoré durante tempo-
re locationis, iuxta l. ædem. ibi, proprijs vsibus
dominus eam, necessariam esse probauerit &c. C.
locat.cap.propter sterilitatem.eodem titul. & vide
Coua. variar resolut cap.; 5.lib.2.nu.4. Gomes.
tom.2.vari cap.3.num 6. Valasc. de Iur. Emphit.
quæst.22.numer.3. Gabr.commun conclus.lib 3.
titul de locat conclus 3. vbi alios habes. adde Ca-
rot.de locat par.3.titul.de recusat.quæst.1. Molin.
disput 499.num.5. Cardos.in prax.iudicum, in
verb.locatio num.20.

Tamen prædictum pactum, quod conductor
non possit expelli, operabir, vt in casibus in
358 quibus, circumscripto dicto pacto licita foret
expulsio. vt aliquid operetur, nullatenus pote-
rit fieri talis expulsio; Nam pactum quando
continet idem quàm ius cõmune debet aliquid
operari vltra ius cõmune, vt latè per Cephal.in
consil.199.per totum relatũ per Surd.in cons.203.
num.5. vbi ait, si inter locatorem, et conducto-
rem conuentum sit, quod eueniente tempestate
de mense Maij fiat remissio mercedis, operabi-
tur tale pactum, etiamsi tale damnum non sit
359 illatum, per quod de iure communi nullate-
nus fieri debeat remissio, et propter dictam ra-
tionem in casu nostro sic firmauit Angel in d.l.
ædem.circa med.C.locat. quod si locator indigeat
domo sua pro suo vsu non possit expellere con-
ductorem, quando promisit conductoré à prin-
360 cipio non expellere, subdens conductores de-
bere cautè agere, et in instrumento apponere
talem clausulam, Corn in consil 301.in fin vol.2.
vbi dicit hoc esse notabile, et ita tenent Curt.
Dec. Alciat. Grat. Felin. Gabr. & alij relati per
Surd.d consil.203. numer.5. & hoc, propter dictã
iam rationem, quia pactum continens idem,
quàm ius commune, debet aliquid plus operari
& num 61.in fin. refutata opinione contraria
Albert. Archidiac Natt.& aliorum contrarium
volentium, ait, quod extant tot prædictæ senté-
361 tiæ Authores, quod tea nisi impudenter potest
in controuersiam deduci, & adde alios DD. al-
legatos per Barbos.in collecta.ad d.cap. propter ste-
rilitatem.num.28. vers limita si dominus promisit
non expellere durante locatione &c.

Aduerte tamen licet prædicta opinio sit vera,
vt tunc conductor nec ex causa necessaria possit
362 expelli, tamen si non soluat locationem, aliàs
non obstante tali pacto, poterit eijci, quia illud
intelligitur, nisi conductor cessauerit in solutio-
ne pensionis l.quæro.§.inter locatorem, & ibi glos.
in verb.parauerit ff locat. Ruin. consil.114.sub nu-
mer.5.post med.lib.1. Alex. consil.76.sub numer.7.
versic.& idem debemus dicere &c. lib.5. & dixit
Rota coram R. P. D. Cerro. in causa Bononien.
Prædij 27. Ianuarij 1642. §.Idque sine difficul-
tate.vers vbi enim expressè fuit conuentum, quod
intra certum tempus conductor non possit expelli,
intelligitur nisi cessauerit in solutione pẽsionis &c.

Con-

Digitized by Google

Conductor per quantum tempus in solutione
pensionis cessans, possit expelli, *videatur Gomes.*
variar. resolut. tom. 2 cap. 3. num. 6. vbi doctè di-
stinguitur, *& alios vide apud Surd. d. cons.* 103. *à*
num. 16.

Stat ergo inconcussa cōclusio supra firmata,
quod priuilegium, pactum &c. si contineant idē
quod ius commune, semper trahi debent, vt ali-
quid plus operentur vltra ius commune pro vt
363 etiam videmus, quādo testator prohibet alie-
nationem bonorum fideicommisso subiectorū,
quæ de iure in eis etiam tacitè inest. *auth. res*
qua. C. commun. de legat. l fin. § sed quia nostra
C. *eodem cum simil.* vnde stante tali etiam pro-
hibitione hominis, simul cum lege, id operatur,
vt superfluitas euitetur, *l. cogendum. § sabinus. ff.*
364 *de procurat.* vt alienatio omnino sit prohibita,
etiam in casu aliàs licito, & permisso *Valenzol.*
consil. 187 *num.* 44 52. *&* 56. Roland. *consil.* 81.
nu. 6. vers. geminata prohibitio solet impedire alie-
nationem, etiam in illis casibus permissis &c. lib. 2.
Natta *consil.* 481. *num.* 17. *vers. prohibitio aliena-*
tionis expressa addita prohibitione legali, operatur
&c. Nanguerol *allegat.* 19 *numer.* 80. vbi alios,
adde Magon *decis. Florentin.* 50. *num.* 4. *vers. talis*
prohibitio operatur, vt alienatio non fiat in casu
alias alienabili &c. Capyc Galeot. *lib. 1. contro-*
uers. 1. num. 17. vers. censebitur alienatio prohibita
etiam in casu aliàs permisso &c. & respondit *Ro-*
ta coram bon. mem. Arguelles *in causa Romana*
fideicommissi de Pelagijs 25. Iunij 1646. § Nec
dicatur superfluam. vers. quia prohibitio hominis
concurrens cum prohibitione legis operatur, vt alie-
natio sit omnino prohibita etiam in casu aliàs lici-
to &c.

Hinc est, licet alienationem bonorum Testa-
tor prohibuerit vsque ad certum tempus, post
365 dictum tempus censetur permissa alienatio
ad text. in l si quis ita quis. ff. de vulgar. & pupill.
l si vnus § 1. *ff. de pact. & l. in hoc iudicio. § si con-*
ueniat il 2. *ff. commun. diuid.* Tamen prædicta
regula non intrat, quando sumus in bonis fi-
deicommissarijs, quia tunc in eis, vt dixi, con-
366 sideratur duplex prohibitio alienationis, alte-
ra scilicet expressa inducta ab homine, & altera
tacita inducta à lege. Quo circa quamuis cesset
expressa hominis per lapsum temporis, non in-
de cessare debet tacita legis, quæ in omnibus
367 fideicommissis naturaliter inest, vt dixi, & be-
nè id discutit *Fusar. de substitut. quæst.* 720 *nu* 7.
& seqq. & dixit Rota coram bon. mem. Rubeo *in*
causa Bononien. Fideicomm. de S. Petro 4. *Martij*
1584. quam nuper secuta est *coram R. P. D. Tar-*
raconen. in Viterbien. Fideicom. 2. Iunij 1652. *§ vl-*
tim. vers. demum non obstat, quod testator prohi-
buerit alienationem bonorum, quousque hæredes
deuenirent ad ætatem 30. *annorum &c.*

Similis etiam est illa conclusio, quod prohi-
bitio alienationis ad tempus adiecta substitu-
tioni, elapso tempore tollit præcedentem sub-
368 stitutionem, & quamuis ista controuersia, an-
tiquorum, & modernorum ingenia mirum in
modum extorserit, tamen ferè omnes DD vno
ore concludunt, quod quando nulla alia adest
prohibitio, nisi illa testatoris & tunc procedit
opinio affirmatiua, sed secus est, loquendo in
terminis de quibus supra, si sublata prohibitio-
ne testatoris, remaneat prohibitio legis, ne ea
369 sit inutilis, veluti si versemur in bonis fidei-
commissarijs, in quibus omnibus naturaliter
inest, iubente lege, ne possint alienari, *auth. res*
qua. C. commun. de legat. cum simil. & tunc proce-
dit contraria opinio & super hoc est magistra-
lis decisio *coram bon. mem. Arguelles in d. causa*
Romana Fideicommissi de Pelagijs 25. *Iunij* 1646.
vbi opinio negatiua tamquam æquior, & magis
370 tuta extollitur, & textibus, ac iuris axioma-
tibus in contrarium obstare videntibus satisfit,
& alibi fusè de hac materia differam, cum hic
non sit locus. Ideoque ad nos.

Meritò hic oritur occasio destruēdi alterum
fundamentū *Bart* dum *in d. l. 1. C. de sacrosanct.*
371 *Eccles.* ad corroborandam eius communiter
reprobatam opinionem adduxit, vt dixi supra
num. 299. *text in l. 1. ff. de testam. milit.* vbi datur
auctoritas militibus liberè testandi, & sic cen-
372 setur eis remissa omnis solemnitas iuris posi-
tiui. Vndè ita videtur remissa testantibus ad
pias causas, dum *text. in d. l. 1.* determinat, vt
eis liber sit stylus testandi. Quia respondetur
Milites esse personas aliàs habiles ad testādum
cum non reperiantur exprèssè prohibiti. *Specul.*
de Instrument. edit. § compendiosè num. 1. vt satis
est notum.

Idcircò, vt proximè dixi, per illud priuilegiū
373 liberè testandi, censeri debent remissæ Iuris
solemnitates, quia aliàs nihil operaretur, *con-*
tra textum in cap. non decet de regul. iuris in 6.
sed non sic est in testantibus ad pias causas, cū
antea super hoc aderat prohibitio, quæ per
d. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. fuit sublata, & abū-
dè iam deduxi:

Supradicta optimè aduertit *Anastasius Ger-*
mon. Tarātasia Archiepiscop in tractat. de indult.
§ quod tu Romanam. nu 21. vbi ait, si Princeps
concedat testandi facultatem ei, qui alias liberè
374 potest testari, vtique videtur concedere, vt
omissis omnibus solemnitatibus, possit testari,
si verò ei, qui aliqua causa impeditur. vt puta
filiofamilias, vel liberto, tunc videtur eos tan-
tùm soluere ea lege, qua impediebantur, ne te-
stamentum facerent, seruatis tamen solemni-
375 tatibus, vt filiusfamilias periude testamen-
tum facere valeat, ac si in patris non esset pote-
state, et libertus ac si nullo patronatus iure im-
pediretur, et ita debet intelligi *d. l si quando. C.*
de inoffic. testament. videtur etiam Cephal. *in con-*
sil. 433. *à num.* 20. *lib.* 3.

Sed vt verum fatear, plura quidem pro con-
firmatione huius opinionis; nempe secundum
376 Ius ciuile aliquid de solemnitatibus non fuis-
se remissum, dum quis ad pias causas testatur,
adducere possem, nisi certò certiùs scirem, me
in arena ædificaturum esse, non quod dubitem

de veritate conclusionis, sed de subsistentia, de-
377 ficit enim fundamentum fundamẽtorum om-
nium legum, scilicet iurisdictio.

Nam, vt tetigi supra in angulo est, quoad
relicta ad pias causas, non ius Cæsareum, sed
ius Pontificium seruandum est textus habetur
rotundus *in cap. relatum il primo. de testament.*
378 vbi Romanus Pontifex determinauit, quod
super relictis ad pias causas nõ secundùm leges
Ciuiles, sed secundùm decretorum statuta iudi-
379 caretur, & hoc iubet obseruare sub anathe-
matis interminatione, & vide *P. Vasquez. de te-
stament cap. 3. dub. 1. num. 12.* dicentem *Non
posse leges Ciuiles irritum facere, quod pro pijs cau-
sis Romanus Pontifex statuit, cum pia opera, &
legata sint Tribunalis illius &c.* Et quãuis *Mar-
ta de success. legal. tom. 2. part. 4. quæst. 8. art. 4.*
380 *num. 3.* contrarium sentiat, fuit tamen ipse ni-
mis rigidus in fauoribus piorum legatorum,
verum an benè id senserit, sibi iam viderit &c.

ARGVMENTVM.

Vltimarum voluntatum forma intrinseca, seu essentialis, cum consistat in ipsa perfecta, ac deliberata voluntate testatoris, sine qua nulla datur perfectio, & esse in actibus voluntarijs. Vnde spretis magnis priuilegijs piarum causarum, nisi ea deliberatè, & perfectè interueniat in dispositionibus pijs, talia priuilegia meritò sper nuntur, & non sine cur communiter tàm in Scholis, quàm in palatijs damnantur Bart. Tiraquell. & sequaces dum contrarium senserunt.

Piæ causæ ratio, cum sit religio, & pietas erga DEVM, ideoque multò magis in eis requiritur deliberata voluntas, cum DEVS non ea, quæ offeruntur, sed voluntatem, respicit offerentiũ. Hinc est, licet pro professione Religionis semper sit iudicandum, tamen id non procedit, quando nullitas prætenditur ex defectu voluntatis deliberatæ, cum DEVS voluntarium militem, & non coactum diligat, Ecclesia, quare abstineat à coactis nuptijs.

Testatoris voluntas, & mens ita debet conseruari, vt extra limites voluntatis testatoris non trahatur, quod procedit etiamsi agatur de dispositionibus pijs, cum tempus in omne sit inuiolabile axioma, quod voluntas testatoris in testamento sit totum fac, & omnia dominetur, quãtumuis testamentum sit pium, aliàs si præter, vel contra voluntatem prętenderetur extensio, id non pietas, sed impietas, & non æquitas, sed iniquitas esset.

SVMMARIVM.

1 *Testamenti forma intrinseca in quo consistat.*
2 *Testamentum pium an sit exemptum à forma essentiali.*
3 *Testamentum pium quod valeat etiamsi nullũ sit ex defectu voluntatis, est communior opinio, secundum Tiraquell.*
4 *Libertas debetur etiam ex testamento imperfecto.*
5 *Testamentum pium imperfectum ratione voluntatis, vt valeat absit à seculo ista opinio.*
6 *sine Potentia nihil ad actum deducitur,*
sine Voluntate nihil consensu perficitur.
sine Modo nihil in finem suum deducitur.
7 *Testamentum pium, vt valeat etiam si sit imperfectum ratione voluntatis,*
Id tenere est stultissimum. & nu. 9 & 15.
8 *Bart. opinio in l. in testamẽto ff. de fideicommiss. libertat. si esset vera, esset singularissima,*
9 *Communiter tamen talis opinio damnatur. cum sit falsa, & nu. 13 & 16.*
10 *Testamentum pium imperfectum ratione voluntatis, quod non valeat,*
11 *Est opinio vera, & canonica, et qui contrarium sentiunt, pessimè loquuntur. et num. 17.*
12 *Testamentum inualidum ratione voluntatis, est nullum, etiamsi tenderet ad pias causas.*
18 *Tiraquell de priuileg. pia caus. priuileg. 7 à quo fuerit allucinatus ad firmandum, testamenta pia valida esse, etiam ex defectu voluntatis.*
19 *Libertas tunc debetur ex testamẽto imperfecto, si sit tale ex defectu solemnitatis, non autem voluntatis.*
20 *Defectus si proueniat à iure naturali, leges in eo non dispensant.*
2 *Tiraquell. de priuileg. pia caus. priuileg. 7. reprobatur cum loquatur cõtra veriorem, & magis receptam sententiam.*
22 *Bart. & Tiraquell. opinio. de qua hic, adeo damnata, quo casu possit saluari.*
23 *Voluntas imperfecta ratione incompleta voluntatis non habetur in consideratione,*
Apparere non potest, quod non est, et hoc ex quouis facto humano.
24 *Hominem nudum, nec mille homines possent spoliare.*
Viator vacuus cantabit coram latrone.
25 *Paupertas operatur ut emphyteuta cadat in commissum ob non solutionem canonis.*
Solutio non potest dici facta metu censurarum, si nulla præcesserit coactio.
26 *Solutio dicitur spontanea, dum nulla præcessit coactio ad id, non obstante protestatione soluẽtis, quod soluit coactè.*
27 *Actus ad hoc, vt dicatur coactè factus, requiritur aliquod factum præcedens.*
Deficisse id dici non potest, quod numquam fuit in rerum natura.
28 *Substitutus in locum primi instituti, dato quod ipse numquam fuit in rerum natura, an admittatur ad succedendum.*
Deficere etiam ea dicuntur, quæ numquam fuerunt. num. 28.
29 *Voluntas, quando deficit, omnia corruunt.*
Dispositiones sine voluntate, sunt tamquam cadauera,
Anima omnium humanorum actuũ est volũtas.
30 *Voluntate testatoris deficiente, corruit substãtia relicti.*

31 Vo-

31 Voluntas deliberata, si in aliquo actu requiritur, id sane requiritur in dispositione pia. & num. 44.
Piæ causæ ratio est religio, & pietas erga DEVM. num. 31.
32 DEVS non ea, quæ offeruntur, sed voluntatē respicit offerentium.
33 ad Animum magis, quàm ad datum respicit DEVS, cum sit ponderator spirituum.
34 ad Affectum & non ad donum dantis, etiam si minimum sit, vt de calice aquæ frigidæ, respicit DEVS.
35 Voluntarium militem sibi eligit DEVS.
36 Professio religionis, vt substineatur facienda est interpretatio.
37 Quod est verum, quando nullitas prætenditur ex alio capite, quam consensus.
38 Professio, si prætendatur nulla ex defectu consensus, tunc interpretatio facienda in dubio pro libertate personæ.
40 Seruitia coacta DEVS contemnit.
41 Tempora professionis coniunguntur egresso; & regresso ad Monasterium.
42 Tempora professionis, non coniunguntur egresso de Monasterio, & postea per vim redacto ad illud.
43 Annus Nouitiatus quare, fuerit inductus.
44 Nouitius, si animo deliberato non profitendi discedat à Monasterio, si animo mutato redeat, eget noua probatione.
45 Ecclesia timet infelices exitus ob coactas nuptias, & ideo rationabili ex causa à tali coactione se abstinet.
46 Sponsalia non sunt indissolubilia sicut matrimonium.
47 Ecclesia tunc maxime cauet à coactis nuptijs quando pars tenaciter persistit in recusatione.
Quod etiam procedit licet sponsalia sint iurata, stante tamen iusta causa recusationis.
49 Priuilegia concessa pijs causis, tunc intrant quando cessat suspicio insanæ mentis, inopportunæ suggestionis.
50 Ac constat, ita deliberatè testatorem voluisse disponere.
51 Interpretatio latissima est facienda, quando agitur de relictis ad pias causas.
50 pro Pia causa tunc est facienda latissima interpretatio, quando sumus in dubio.
53 Sed secus est, si constet de clara, & indubitata mente testantis. & num. 78. & 70.
54 Testamentum, vt substineatur contra voluntatem testatoris, id esset irrationabile.
Testamentum non potest dici sine voluntate. num. 54.
55 Mens testatoris, nisi concurrat in pijs dispositionibus, nullatenus admittitur interpretatio.
57 Voluntatis repugnantia vbi est clara, tunc admittere extensionem, etiam in pijs causis,
Id potius impietas, quàm pietas esset. & numer. 63.
58 Consensus tacitus necessariò cessat, stante expresso dissensu.

59 Dispositio pia intra limites voluntatis testatoris debet conseruari.
60 Voluntas testatoris non ita debet conseruari, vt trahatur ad id, quod testator non intellexit.
61 in Pium vsum, si quis bona aliena vellet conuertere absque voluntate Domini,
Id non æquitas, sed iniquitas esset.
62 de Rebus alienis non est licitum facere eleemosynam.
64 Benefacere nemo cogitur inuitus.
65 Dispositio facta per vltimam voluntatem est seruanda tamquam lex.
66 Testator, si aliquid ordinauerit ad piam causā, id non potest mutari in magis piam, & proficuam causam. & num. 68.
67 Voluntatem manifestam testatoris mutare durum est.
69 Voluntatem testatoris contra piam causam seruare, id magnam habet æquitatem.
Voluntatem defuncti seruare, pium est.
70 Voluntatem testatoris non seruare iniquius est, quàm exclusis proximioribus bona in extraneos deferre.
Testamento in dubio fauendum est ad exclusionem filiorum. num 70.
71 Voluntatem defuncti, qui subuertit violat iura pietatis, ac etiam peccat mortaliter.
Libertas omnibus rebus fauorabilior est. nu. 71.
72 Libertas quando abest, nihil est beatum.
inter Mortales, quod optimum est, libertas est. num. 72.
Seruitutis species si sapiat præceptum Testatoris debet reijci, à legato & institutione. num. 72.
73 Libertas contra voluntatem testatoris, nec est danda.
74 Interpretationi non est locus, quando res est clara, etiam non obstante fauore piæ causæ.
75 Fauor piæ causæ operatur, vt dispositio in dubio substineatur, non autem vt extendatur.
In Legatis pijs etiam intrat dispositio regulæ de qua in l. semper ff. de regul. iur. num. 75.
76 Ecclesiastici benignius vota debent exigere, ne tamquam exactores videantur lucris temporalibus inhiare.
80 Apothecæ appellatione an veniant etiam mansiones pro rhedis reponendis. num. 97.
81 ex Nominis diuersitate arguitur diuersitas rerum.
82 Res, quæ differunt nomine, differunt etiam substantia.
83 Exceptio firmat regulam in contrarium.
85 Domo relicta, nisi aliquid sit exceptum veniunt etiam domus annexa.
89 Apothecæ veniunt sub legato domus, dum non fuerunt excepta.
87 Legatum à latam recipanit interpretationem.
88 Legatum tunc eò magis recipit latam interpretationem, quando est pium.
89 Testamentum piæ causæ ambiguum pro piæ causa, in dubio est substinendum.
90 Apothecæ appellatione veniunt etiam remissæ. & quando num. 91. & 92.

93 in

93 *in Testatoris dispositione quid veniat id optimè percipitur ex ipsius vsu, & consuetudine.*

94 *Testatoris vsus, & consuetudo est tanta potentia, vt praualeat etiam proprietati verborum.*

95 *Vsus loquendi particularis testatoris, facit vt testamentum aliàs æquiuocum, & erroneum, iuxta eius formam recipiat interpretationem.*

Finis potius est attendendus, quàm ea, quæ ad finem sunt ordinata.

96 *Testatoris mens, quando non concurrit, non attenditur fauor piæ causæ.*

98 *Apotheca dicitur quælibet Cella in qua aliquid reponitur, quæ sit repositorium.*

99 *Libri vbi reponuntur, dici etiam potest apotheca,*

100 *De Apotheca si loquatur statutum, extenditur ad omnia similia repositoria.*

101 *Ad pias causas disposita, vt debeantur opus est, vt testator, ita deliberatè voluerit.*

102 *Bart. in l. testamento. ff. de fideicommiss. libert. communiter damnatus. quæritur saluari.*

103 *Dispositio pia quando est perfecta, respectu illius particularis dispositionis, quidquid respectu totius testamenti sit,*

104 *Tunc militãte, magno piarum causarum fauore tenet.*

105 *Testamentum recipit suam perfectionem ab vltimo puncto.*

106 *Testatus pro parte, & pro parte intestatus, quis fauore piæ causæ potest decedere.*

107 *Testamentum pium si sit imperfectum ratione furoris, vel ratione illius particularis dispositionis piæ, non tenet.*

CAPVT V.

TESTAMENTA ad pias causas cõdita quòd
non sint obnoxia vinculis iuris positiui,
satis iam canonizatum est, & deduxi *supra in cap. 1.* Quarè testamenta pia exempta sunt, à forma extrinseca testamentaria, quæ consistit circa solemnitates, vtique sat erit seruare solum in eis disposita à iure naturali, & diuino, Vnde nunc discutiendum opportunum putaui, an idẽ
1 firmandum veniat circa formam intrinsecam,
seu essentialẽ, in testamentariam, quæ versatur
circa voluntatem, seu deliberatum consensum,
& sic an magnus fauor piæ causæ deuotet quoque talem imperfectionem.

2 Et affirmatiuè etiam videtur respondẽdum,
ex notatis *per Bart. in l. in testamento num. 2.* per
illum textum *ff. de fideicommiss. libert.* & per Bald.
in l in iure. C. de manumiss. testam. Imol. *in l. is qui*
C. de testament. & hanc opinionẽ protegit *Tiraquell. de priuileg. piæ caus. priuileg. 7. in princip.*
vers. testamentum imperfectum imperfectione voluntatis fauore piæ causæ &c. & deinde refert
contrariam sententiam, sed postea *in §. Tu tamen.*
3 apertè protestatur, quod prima opinio est
communior, ideo tenenda, & ipse eam sequitur
per text. in d. l. in testamento. ff. de fideicommiss. libert.

Qui est, vt ipse dicit, ad hoc expressus, stat-
enitur enim in eo, quod ex testamento imper-
4 fecto debetur libertas, & sic etiam ad pias causas
relicta. Ita quoque tenuerunt alij relati *per Surd. decis. 292. numer. 5. vers. quinimò tenuerũt multi valere ad pias causas dispositionem testatoris quantumuis imperfectam ratione voluntatis &c. & alij referuntur per Fernand.* Vasq. *de success. lib. 3. §. 22. limita 11. num. 2. vers. quinimo non solum si sit imperfectum ratione solemnitatis, sed etiam si esset imperfectum ratione voluntatis, adhuc valeret testamentum ad pias causas &c.* & testatur hanc esse communem opinionem. *Idemque sensit* Andr. Barbat *consil. 42. num. 12. vers. si ergo testamentum imperfectum ratione voluntatis valet ad pias causas, ergò multò fortius quando est imperfectum ratione solemnitatis &c. lib. 4.* adde Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. titul. 3. num. 9. vers. testamẽtum ad pias causas valet, quamuis fuerit imperfectum ratione voluntatis &c.* Menoch. *consil. 1189. num. 1. vers. doctrinam Bart. & sequacium procedere fauore piæ causæ &c.* Decian. *consil. 86. num. 15. versic. imperfectum imperfectione voluntatis testamentũ ad pias causas valet &c. lib. 2.* Mart. *de success. part. 4. quæst. 8. artic. 3. num. 12. vers. aliqui firmãt cõtrarium propter fauorem piæ causæ &c.* Gaspar Thesaur. *quæst. forens. lib. 4. quæst. 35. numer. 35. vers. etiam imperfectum testamentum ratione voluntatis fauore piæ causæ substinetur &c.*

Absit à seculo, & tempus in omne falsum sit,
5 vt opinio prædicta, sic simpliciter sumpta pro
vera admittatur, & sic vt actus voluntarij etiã
quantumuis fauorabiles, & priuilegiati, sine
deliberata voluntate introduci possint. Nam
6 sicut sine potentia, nihil ad actum deducitur,
sic sine voluntate nihil consensu perficitur, &
sine modo nihil in finem suum deducitur.

Non ne? videmus, si prædicta opinio Bart.
& sequacium viribus subsisteret, stultorum testamentum, quorum nulla est voluntas, & apud
quos omnes actus sunt indifferentes, ad fauorẽ
7 piæ causæ factum, valeret, quod asserere esset
stultissimum atque esset contra *text. expressum in cap. fin de success. ab intest.* & dicam infra latè suo loco. Iure meritò non parum miratur *Gulielm. Benedict. in repetit. cap. Raynutius in verb. testamentum. sub num. 71. de testament.* de supradicta opinione *Bart. in d. l. testamento. ff. de fideicommiss. libert.* volentis, valere testamentum
8 fauore piæ causæ, licet sit imperfectum ratione
voluntatis, & subdit, præfatam opinionem esse
singularissimam, essetque dictum valde notabile, & singulare, si vera appareret d conclusio,
9 sed est falsa, & iure vti talis à DD. damnatur.

Non parum quoque in hoc indignatur *Frãcisc Vin. in Sylu. commun. opinion. cap. 880. incip. Testamentum imperfectum. nu. 1 in fin.* vbi post-
10 quam firmauit testamentum imperfectum ratione voluntatis nullatenus validum esse, nec
ad pias causas, deinde apertè protestatur, quod
fatuum esset recedere ab ea opinione, tamquã

vera

vera, & canonica. Idemque firmauit Idem V in.
in decis 13. Audient. Baren. num. 11. part. 1. vbi
11 air, quod qui contrarium sentiunt pessimè lo-
quuntur, quoniam tàm secundùm æquitatem
Canonicam, quàm secundùm rigorem Iuris ci-
uilis, testamentum inualidum ratione volunta-
12 tis sit nullum, & inualidum etiamsi tenderet ad
pias causas.

Quod etiam firmauit Magdalen. in tractat. de
Num. test. par. 3. cap. 5. num. 3. vbi quoq; affirmat,
quod opinio contraria Bart. in d. l. in testamento,
13 tamquam falsa communiter damnatur, cum
opinio negatiua, vt non valeat tale testamen-
tum, nec ad pias causas, sit verior, & magis cō-
14 munis, ae pluribus, validioribusque auctorita-
tibus, & rationibus roborata, ibique abunde nu-
mer. 2. plures DD. ad hoc cumulat. & addo Fran-
cisc. de Barry in tractat. de success. lib. 1. titul. 4.
num. 9 vbi reprobato Bart in d. l. in testamento,
attestatur quod opinio contra eum, est verior,
& receptior. Clar. in §. Testamentum. quaest. 7.
num. 4. ibi, sed credo, quod Bart. in hoc malè di-
xerit, cum communis sit in contrarium. Salon. de
Paz. ad leg. 3. part. 1. numer. 250. vbi reprobato
Bart ait, quod opinio contra eum, est probabi-
lior, & verior, & ab eo fuit allucinatus Tiraquel.
vt infra dicam. nu. 18. Mar. Giurb. ad consuetud.
Messanen. part. 1. cap. 13. numer. 4. vbi attestatur,
communem opinionem esse contra Bart. & cō-
tra eundem Bart. solidè insurrexit Io Baptist.
Hodiern. controuers. forens. lib. 1. cap. 36. à nu. 78.
& seq. vbi illo reprobato attestatur contrariā
opinionem esse veriorem, & communiorem.

Quod enim fatuum sit à prædicta opinione
15 recedere, affirmauit etiam Surd in decis. 292.
num. 15. vers. agimus de testamento imperfecto ra-
tione voluntatis, quod etiam fauore pia causa non
substinetur, & fatuum esset ab hac communi opi-
nione recedere &c. Nouat. de priuileg. miserabil.
personar. priuileg. 114. num. 8. vbi etiam dicitur,
19 quod contraria opinio Bart. vti falsa commu-
niter reprobatur. Decian. d. consil. 86. numer. 15.
vers. attamen contraria opinio &c. lib. 2. vbi etiā
reprobato Bart. asserit supradictam opinionem
esse communiorem, & veriorem, & adde multos
relatos per Cened. in collectan. ad Decretal. col-
lectan 91. num. 5. vers. testamentum imperfectum
ratione volūtatis nō valet, nec ad pias causas &c:
quod etiam comprobauit Gratian. discept. forens.
cap. 704 numer. 25. vers. sumus in actu, & reuoca-
tione imperfecta imperfectione voluntatis incom-
pleta, qua non valet, nec ad pias causas &c. &
cap. 763. num. 18. vers. stante imperfectione volun-
tatis actus nullius valet, neque inter liberos, nec
ad piam causam, neque ad fauorem alicuius &c.
tom. 4. R. P. Antonii Dian. in resolut. moral. par. 7.
tractat 6. resolut. 29. §. 3. versic. voluntas erit pro
imperfecta habenda, quæ non valet, nec ad pias
causas &c. R. P. Angel. Boss. in suis var. moral.
tom 1. titul. 10 §. 5. nu. 181. vers. tale testamentum
imperfectum ratione voluntatis est nullum etiam
in dispositis ad pias causas, & in totum &c. Fra-
gos. de regimin. Christian. Reipubl. part. 3. disput. 7.
§. 4. num. 76. vers. certi iuris est, quando testamen-
tum etiam ad pias causas est imperfectum, imper-
fectione, vt aiunt vltima voluntatis, nō valet &c.
& reÿcit contrarium sentientes. Boer. decis. 93. nu-
mer. 10 in fin vers. si esset aliter imperfectum ra-
tione voluntatis, tunc tale testamentum non va-
let, nec ad pias causas &c. & decis. 240 numer. 5.
vers. quando voluntas est imperfecta ratione vo-
luntatis, non valet, nec etiam ad pias causas &c.
Ioach. Mynsig. obseruat. Imperial. centur. 5. ob-
seruat 28. num. 3. vers. testamentum ratione volū-
tatis imperfectum prorsus viribus destitui etiam
ad pias causas &c. & reprobat Abb. in rub. de
success. ab intestat. dum contrarium defendit,
17 cum supradicta sententia sit verior, & validior
Rota coram R. P. D. Cerro in causa Senogallien.
Bonorum 30. Maij 1644. §. Nec releuat. vers. ex
defectu perfecta voluntatis dispositio non substine-
tur, nec minus fauore pia causa &c. & dicam in-
fra nu. 240. vbi ponam plures decisiones etiam
Rotæ Romanæ, dum multus ero, & pluribus
comprobabo celebre consil. Oldrad. 119. in hac
materia satis famigeratum.

Ex supra dictis enim apparet, quàm turpiter
allucinatus fuerit Tiraquell. in d. priuileg 7. dum
18 attestatur opinionem Bart. in d. l. in testamento.
esse communiorem, quàm ipse oscitanter sequi-
tur, per text. quem ait expressum in d. l. in testa-
mento, qui tamen nihil penitus concludit cum
19 solum probet, vt dixi supra num. 4. quod liber-
tas debetur etiam ex testamento imperfecto, &
sic legata pia, non tamen loquitur, quando est
imperfectum ratione voluntatis, id circo potest
pro vt intelligi debet. de imperfectione solem-
nitatis, non autem voluntatis, cum iste sit de-
20 fectus procedens à iure naturali, in quo Leges
non dispensant, vt dixi supra cap. 1. à num. 20.

Vnde videmus, quantum in hoc deceptus
fuit Tiraquell. & meritò Io. Aloys. Ricc. in addi-
tion. ad eumdem d. priuileg. 7. ait, quod dictum
priuilegium piæ causæ adductum per Tiraquell,
21 est contra veriorem, & magis receptam sentē-
riam, & plures ad cumulat auctoritates, sicuti
etiam facit Io. Baptist. de Thor pariter in addition.
ad d priuileg. 7. & addo Salon. de Paz. d part. 1.
leg. 3. Tauri nu 238. cum pluribus sequent. & nu-
mer. 250. in fin. subdit opinionem prædictam
contra Bart. in dicta. l in testamento. esse pro-
babiliorem, & veriorem, & ideo falsam esse cō-
trariam, & ob id allucinatum fuisse Tiraquell.
d. priuileg. 7. asserente dictam Bart. traditionem
esse communem. Aduerte tamen, quæ dicta
22 sunt contra Bart. & Tiraquell. intelligo vera,
quando non constaret de voluntate deliberata,
& completa secus si constaret de ea attento
iure naturali, vt dicam infra à num. 202. & vide
latè in cap. 9 per tot. & loqui hic prosequendo in
supra relatis terminis.

Semper enim inclamat illa Iuris naturalis
dispositio, quòd quotiescumque actus est im-
perfectus imperfectione voluntatis incompletæ,

23 tunc tamquam dispositio ad suum esse nõ per-
ducta in nihilo habetur in consideratione, quia
tunc non habemus substantiam voluntatis de-
liberatæ, nam quod non est. apparere non po-
test, & hoc quouis facto humano. *l. nam. & sub
conditione. ff. de iniust. & rupt. testam.* Non entiũ
enim nullæ sunt qualitates. *l. eius. qui in princip.
ff. si cert pet.* Et vt habetur in prouerb Nec mil-
le viri, nudum spoliare possent, & bene cecinit
Iuuen. satir. 10.

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Emphyteuta, si propter impossibilitatem de-
fectus pecuniæ soluere cessauerit canonem per
biennium Ecclesiæ, vel per triennium priuato,
25 excusatur, & lætus coram Domino intentante
caducitatem canere poterit, quod vacuitas
pecuniæ, operatur, ne emphyteusi spolietur,
Bald. *in cap. quarelam. in fin. ex. de iureiur.* Marsil.
in repetition. rub. num. 182. *de fideiuss.* Crot. *in l. 4.
§. Cato. num.* 68 *ff. de verb. oblig at. cum alijs alle-
gatis* Aurel. Cordul. *in tractat. de emphyt. titul.
vltim. limit. 29. num. 1. vers. quando emphyteuta
propter paupertatem canonẽ soluere nõ potuit &c.*
Fulgin. *de iur emphyt. titul. de solut. can. num.* 379.
vers. limita si ob paupertatem &c. sed persistendo
in terminis, quod id, quod non est, nullo mo-
do apparere potest, & hoc quouis facto, aut
ingenio humano.

Hinc est, quod solutio non potest diei facta
metu censurarum, si nulla ex parre Iudicis, &
26 actoris præcesserit coactio, Cum hoc casu talis
solutio debet censeri spontanea, & voluntaria,
quod procedit etiam si in actu solutionis fuerit
facta protestatio, quod soluens metu censurarũ
soluit, quia talis protestatio non potest effice-
re, vt adsit talis metus, si verè non aderat, *vt
bene ratiocinata est* Rota *coram Reuerendiss Ter-
racinen in causa Valentina Pensionis* 8 *Martij*
1632. *§. Protestatio facta.* Vbi dicitur, quod actus,
vt dicatur metu factus, seu coactè requiritur ali-
quod factum præcedens.

Sicuti quoque asseritur, quod non potest di-
ci deficisse, id quod numquam in rerum natura
27 extitit, cum naturæ ordini, & verbi significatui
conueniat, vt non dicatur, quid desinere, nisi
id incœperit. *ad text. in l. non potest. 108. ff. de re-
gul. iur. & l. Titio vsusfructus. 69. ff. de condit. &
demonst l. sed est eius. 24 ff. de famil ercisc. l. in re
furtiua. 8. ff. de condit. furt. l. filius à patre. 28. §. 1.
ff de libert. & posth. l. si angusta. 57. ff. de legat. 2.
l. 3. ff. de condit. tritic. l. 1. §. sed si quis. ff. de suis, &
legit. hæred.* Vnde substitutus in defectum primi
28 instituti, si ille numquam extitit, non potest
dici deficisse, & sic venisse casum substitutionis,
iuxta celebre illud consilium Oldrad. 117. & quã-
do id procedat, vel non, sunt celebres decisio-
nes *in causa Rauenaten. Bonorum 1. Febr.* 1647.
coram Eminentiss. D. Card Corrado, & die 11.
Ianuarij 1649. *coram Reuerendiss Decano,* vbi as-
seritur, quod etiam deficere dicantur, quæ nũ-
quam fuerunt, & quando id sit verum *de qua
materia alibi fusè dicam,* & hic persistẽdo in no-
stris terminis, de quibus supra *à num.* 22.

Ratio vtique prædicta est adeo lucida, vt in
nihilo obnubilari possit, nam deficiente volun-
29 tate ruit totum æther, omnes dispositiones si-
ne ea sunt tamquam cadauera, cum ea sit ani-
ma omnium humanorum actuum, ipsaque re-
git, ac totum facit *l. in conditionibus. ff de condit.
& demonstrat. l. ex facto. la 2. §. rerum. ff. de hæred.
instituend. cum alijs iuribus copiosè allegatis supra
cap. 1. à num.* 16. ipsa quoque est, quæ facit, vt
in testamento quod est scriptum valeat. *l. si mi-
hi, & tibi, in fin ff de legat. 1. cum simil.*

Nam deficiente voluntate testatoris corruit
30 substantia relicti. Et prædicta eò magis intrant
in dispositionibus de quibus loquimur, nempe
ad pias causas ordinatis, vti in DEVM factis,
31 cum piæ causæ ratio, sit religio, & liberalitas
erga DEVM, sicuti ratiocinata est *Rota coram
R. P. D. Terracinen. in causa Fanen. Hæreditatis*
17. *Iunij* 1641. *§. Hoc tamen. vers in causa pia, so-
la ratio est religio, & liberalitas erga* DEVM *&c.*
& iam dixi.

Et ipse misericors DEVS noster, vt clamat
text. in can. odi, & proiect 24 *quæst. 1. in fin.* non
32 ea, quæ offeruntur, sed voluntatem respicit
offerentium &c. & sic plus respicit ad animum,
quàm ad datum, cum sit ponderator spirituum
33 *Prouerb. cap. 16. & 21.* appendit corda Dominus
1. *Reg. cap.* 16. respicit ad affectum dantis, etiam
si minimum datum sit, vt exemplum est de ca-
34 lice æquæ frigidæ, quia dans non perdet mer-
cedem suam. *Math.* 10. *Marc.* 19. Ergo cõstat
non ei oblata, sed voluntatem sumere, & facit
35 vulgatum illud dictum Apostol. *Voluntarium
militem sibi eligit* CHRISTVS *can. non est. 15.
quæst.* 2. et hilarem datorem respicit DEVS.

Hinc est, licet semper in dubio, vt professio
36 religionis sustineatur, facienda sit interpre-
tatio. *ex allegatis per* Nauarr *consl.* 13 *num. 10. de
regul* & Sanchez *de matrimon. lib. 7. disputat. 37.
num.* 12. vbi ad hoc expendit *text. in l. sunt per-
sonæ,* ibi. *summa est ratio, quæ pro religione fa-
cit. ff de religion. & sumpt. funer & dixit* Rota
coram bon mem. Card. Seraphin. *decis.* 1361. *nu.* 7.
*vers. professio in dubio præsumitur valida &c. &
coram* R. P. D. Carillo *in causa Vlixbonen. Nul-
litatis Professionis* 17. *Maij* 1641. *in fin. vers. sem-
per in dubio interpretatio est facienda, vt professio
sustineatur &c.*

Tamen ista conclusio est intelligenda, quan-
37 do dubitatur de validitate ex alio capite, quàm
ex defectu consensus, quo defectu stante, sem-
per est facienda interpretatio pro libertate per-
38 sonæ, DEVS enim, vt dixi voluntarium militẽ
sibi eligit, *& in puncto respondit* Rebuff. *in con-
sil. 68. num. 32. vers. nec me conturbat summam
esse rationem, quæ facit pro religione, quia id ve-
rum est, quando religio est, sed hic religio non est,
sed volunt cogere ad eam faciendam &c.* & con-
siderauit *Rota coram bo. mem.* Arguelles *in dicta
Vlixbonen. Nullitatis Professionis* 29. *Ian.* 1646.

(rece-

Digitized by Google

(recedẽdo à decis. iam allegata 17. Maÿ 1641.
39 coram Carillo.) §. Denique non obstat, quod in
dubio est facienda interpretatio, vt professio sub-
stineatur, quia procedit, quando dubitatur de
validitate ex alio defectu quam consensus &c.
& allegarur prædictum vulgatũ dictum, quod
40 DEVS volũtarium militem sibi eligit, & coa-
cta seruitia cõtemnit, can. iam verò 23. quæst. 6.
cum simil. & videatur decisio coram eodem Ar-
guellio in causa Burgen. Nullitatis Professionis
16. Aprilis 1649.
Vbi dicitur, qund plnres DD. licet teneant,
41 quod tempora anni professionis cõiungantur
egresso Monasterium, & regresso, tamen id
omnes intelligunt, quandn deserens Religio-
nem, Monasterium pœnitentia ductus regre-
42 ditur, non verò quando coactus, & vi redu-
ctus, vel potius raptatus, vt accidit in casu il-
lius decisionis, quo casu nulli venit in mentem
tempnra coniungi &c & idem fuit firmatum
coram R. P. D. Terraconen. in causa Meleuita-
na Nullitatis Prof ssionis 10. Decembris 1649.
§. 1. vers. nõ autem animo dimittendi habitũ &c.
& iterum in eadem causa 13. Ianuarij 1653 co-
ram eodẽ, quæ est reuocatoria supradictæ §. Præ-
tereà dixerunt, vers. tenebatur tamen pro validi-
tate professionis nouum annum peragere &c.
Et ratio est satis clara, quia si annus Noui-
tiatus inductus fuit, ad hoc vt Nouitius pro-
43 bet onera Religionis, & Religio vitam, & mo-
res Nouitij, vtique dum ipse discedit animo
deliberato non profitendi, præsumendum est,
nolle subire Religionis onera, ideo si mutato
44 proposito professionem emittere velit eget
noua probatione, vt ratiocinatur Lap. alleg. 46.
numer. 3. in fin. & per Rotam coram bon. mem.
Arguell. in d. causa Burgen. Nullitatis Professio-
nis 16. Aprilis 1639. §. Et omnes. vers. si Noui-
tius habitu dimisso, & animo deserendi Religionẽ
extra claustra se conferat &c. & deinde coram
R. P. D. Terraconen. in d. causa Meleuitana nul-
litatis Professionis 13. Ianuarÿ 1653. §. Prate-
rea. vers. vtique cum ipse discederit animo delibe-
rato non profitendi, ideo si mutato proposito pro-
fessionem emittere velit eget noua probatione &c.
Nullum est bonum, nisi volũtarinm, & om-
ne necessarium est triste, Hinc sancta Ecclesia,
tamquam pia Mater timendo infaustos euen-
45 tus coactarum nuptiarum abstinet facili ne-
gotio à coactione similium nuptiarum, quan-
do adest aliqua iusta causa dissoluendi sponsa-
46 lia, cum ea non sint indissolubilia, sicut ma-
trimonium, & tunc eò magis abstinet Ecclesia
à tali coactione, quando pars persistit perti-
naciter in recusatione quod procedit etiamsi
47 sponsalia sint iurata, vt constat ex pluribus
pleno calamo relatis per me in annotat. ad de-
cis. 431. num. 79. part. 4. recent. tom. 2. & nu. 71.
descripsi mala quæ proneninnt ex coactis nup-
tijs. Vbi vide, quare nunc strictè loquendo in
casu nostro,
Cum ergo voluntas absoluta, & deliberata
totum faciat in omni actione, & maximè vt
48 præmisi, apud benignum Dominum DEVM
nostrum, Vnde quis adeo effrontis erit, quod
affirmare audebit, relicta ad pias causas vali-
ditatis robur obtinere, quantnmuis absit de-
liberata voluntas, Nam, & certò est certius,
49 tunc intrare tantum priuilegia concessa piæ
causæ, quando cessat omnis suspicio insanæ
50 mentis, ac inopportunæ suggestionis, & con-
stat testatorem ita voluisse determinatè dispo-
nere, pro vt in puncto ratiocinata est Rota coram
R. P. D. Cetro in causa Senogallien. Bonorum
30. Martÿ 1644. §. Nec releuat, tunc intrare pri-
uilegia piæ causæ &c. vers. hoc enim ex defectu
perfectæ voluntatis dispositio non substinetur, nec
minus fauore piæ causæ &c.
Hinc est, licet verum sit, quod si agatur de
51 relictis ad pias causas, tunc latissima sit faciẽ-
da interpretatio ad text. in l. Titia. 11. §. final.
ff. de aur. & argent. legat. Abb. in cap. indicante.
num. 6. de testament. & ibidem Anchar. Imol. &
etiam Couarr. nu. 5. Mantic. de coniectur. vltim.
volunt. lib. 6. titul. 3. num. 32. 33. & 34. Surd. de-
cis. 298. num. 10. & 13. & in tractat. de aliment.
titul. 2. quæst. 10. num. 17. & titul. 8. priuileg. 25.
nu. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 106.
nu. 33. Ferdinand. Vasq. de success. progress. §. 27.
num. 27. cum alijs pluribus per prædictos alle-
gatos, & adde Marc. Anton. Genuens. in pra-
cticabil. Eccles. quæst. 153. 443. & 485. & sæpins
respondit Rota, & præsertim coram Eminen-
tiss. D. Card. Ottobono in causa Romana Fidei-
commissi 27. Maij 1647. in fin. vers. libentius ad-
mitti debet fauore piæ causæ &c. & coram Emi-
nentiss. D. Card. Corrado in causa Rauennaten.
Bonorum 1. Februarÿ 1647. §. eoque magis, quã-
do pia causa fuit substituta &c. & iterum in ea-
dem causa coram Reuerendiss. D. Dunozetto De-
cano sub die 11. Ianuarij 1649. §. In præsenti.
vers. in hac materia lata facienda est interpretatio
fauore piæ causæ.
Tamen id semper erit intelligendnm, quan-
52 do sumus in dubio, ideoqne secus asseueran-
dum venit, quando constaret de clara, & indu-
bitata mente testatoris. ita disponentis. Vnde
53 & rectè dicimus, quod absurda, & irrationa-
bilis esset interpretatio illa, vt testamentum
vel legatum substineretur contra voluntatem
54 ipsius testatoris, cum testamentum non pos-
sit dici sine voluntate. l. 1. ff. de testament. cum
simil. & perpendit Card. Mantic. de coniectur.
vltim. volunt. lib. 2. titul. 15. num. 22. vers. certè
absurdum, & irrationabile est, testamentum
substineri sine voluntate &c. & sensit Rota corã
fel. rec. Gregor. XV. decis. 446. num. 9. versic. ab-
surdũ, & irrationabile esset illud substinere &c.
& coram bo. mem. Remboldo decis. 652. num. 12.
vers. irrationabile esset substinere testamentum
contra mentem testatoris &c. part. 4. recentior.
tom. 3.
Et persistendo in terminis nostris, vt nisi cõ-
currat mens testatoris, nullatenus ad id, quod

23 tu nc tamquam dispositio ad suum esse nõ per-
ducta in nihilo habetur in consideratione, quia
tunc non habemus substantiam voluntatis de-
liberatæ, nam quod non est. apparere non po-
test, & hoc quouis facto humano. *l.nam. & sub
conditione. ff.de iniust.& rupt. testam.* Non ens cũ
enim nullæ sunt qualitates. *l.eius.qui in princip.
ff.si cert pet.* Et vt habetur in prouerb Nec mil-
le viri, nudum spoliare possent, & bene cecinit
*Iuuen.satir.*10.

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Emphyteuta, si propter impossibilitatem de-
fectus pecuniæ soluere cessauerit canonem per
biennium Ecclesiæ, vel per triennium priuato,
25 excusatur, & lætus coram Domino intentante
caducitatem canere poterit, quod vacuitas
pecuniæ, operatur, ne emphyteusi spolietur,
Bald. *in cap.quarelam.in fin.ex.de iureiur.* Marsil.
*in repetition.rub. num.*182. *de fideiuss.* Crot. *in l.*4.
*§.Cato.num.*68 *ff.de verb.obligat. cum alijs alle-
gatis* Aurel. Cordul. *in tractat. de emphyt. titul.
vltim.limit.*29. *num.*1. *vers.quando emphyteuta
propter paupertatem canonẽ soluere nõ potuit &c.*
Fulgin. *de iur emphyt.titul.de solut.can num.*379.
vers.limita si ob paupertatem &c. sed persistendo
in terminis, quod id, quod non est, nullo mo-
do apparere potest, & hoc quouis facto, aut
ingenio humano.

Hinc est, quod solutio non potest dici facta
metu censurarum, si nulla ex parte Iudicis, &
26 actoris præcesserit coactio, Cum hoc casu talis
solutio debet censeri spontanea, & voluntaria,
quod procedit etiam si in actu solutionis fuerit
facta protestatio, quod soluens metu censurarũ
soluit, quia talis protestatio non potest effice-
re, vt adsit talis metus, si verè non aderat, *vt
bene ratiocinata est* Rota *coram Reuerendiss Ter-
racinen in causa Valentina Pensionis* 8 *Martij*
1632. *§. Protestatio facta.* Vbi dicitur, quod actus,
vt dicatur metu factus, seu coactè requiritur ali-
quod factum præcedens.

Sicuti quoque asseritur, quod non potest di-
ci defecisse, id quod numquam in rerum natura
27 extitit, cum naturæ ordini, & verbi significatui
conueniat, vt non dicatur, quid desinere, nisi
id incœperit. *ad text.in* l. *non potest.*208. *ff.de re-
gul.iur. & l.Titio vsusfructus.*69. *ff.de condit. &
demonst l.sed est eius.*24 *ff.de famil ercisc. l.in re
furtiua-*8. *ff.de condit. furt. l filius à patre.*28. *§.*1.
*ff de libert. & posth. l si angusta.*57. *ff. de legat.*2.
*l.*3. *ff.de condit.tritic. l.*1. *§.sed si quis.ff.de suis, &
legit.hared.* Vnde substitutus in defectum primi
28 instituti, si ille numquam extitit, non potest
dici defecisse, & sic venisse casum substitutionis,
iuxta celebre illud consilium Oldrad. 117. & quã-
do id procedat, vel non, sunt celebres decisio-
nes *in causa Rauenaten. Bonorum* 1. *Febr.* 1647.
coram Eminentiss. D. Card Corrado, & die 11.
Ianuarij 1649. *coram Reuerendiss Decano*, vbi as-
seritur, quod etiam deficere dicantur, quæ nũ-
quam fuerunt, & quando id sit verum *de qua
materia alibi fusè dicam*, & hic persistẽdo in no-
stris terminis, de quibus supra *à num.*22.

Ratio vtique prædicta est adeo lucida, vt in
nihilo obnubilari possit, nam deficiente volun-
29 tate ruit totum æther, omnes dispositiones si-
ne ea sunt tamquam cadauera, cum ea sit ani-
ma omnium humanorum actuum, ipsaque re-
git, ac totum facit *l in conditionibus. ff de condit.
& demonstrat. l.ex facto.la* 2. *§.rerum.ff.de hared.
instituend. cum alijs iuribus copiosè allegatis supra
cap.*1. *à num.*16. ipsa quoque est, quæ facit, vt
in testamento quod est scriptum valeat. *l.si mi-
hi, & sibi, in fin ff de legat.*1. *cum simil.*

Nam deficiente voluntate testatoris corruit
30 substantia relicti. Et prædicta eò magis intrant
in dispositionibus de quibus loquimur, nempe
ad pias causas ordinatis, vti in DEVM factis,
31 cum piæ causæ ratio, sit religio, & liberalitas
erga DEVM, sicuti ratiocinata est *Rota coram
R. P. D. Terracinen. in causa Fanen. Hæreditatis*
17. *Iunij* 1641. *§. Hoc tamen. vers in causa pia, so-
la ratio est religio, & liberalitas erga DEVM &c.*
& iam dixi.

Et ipse misericors DEVS noster, vt clamat
text. in can. odi. & prouet 24 *quæst.*1. *in fin.* non
32 ea, quæ offeruntur, sed voluntatem respicit
offerentium &c. & sic plus respicit ad animum,
quàm ad datum, cum sit ponderator spirituum
33 *Prouerb. cap.*16. & 21. appendit corda Dominus
1. *Reg. cap.*16. respicit ad affectum dantis, etiam
si minimum datum sit, vt exemplum est de ca-
34 lice æquæ frigidæ, quia dans non perdet mer-
cedem suam. *Math.*10. *Marc.*19. Ergo cõstat
non ei oblata, sed voluntatem sumere, & facit
35 vulgatum illud dictum Apostol. *Voluntarium
militem sibi eligit CHRISTVS can. non est.*15.
*quæst.*2. Et hilarem datorem respicit DEVS.

Hinc est, licet semper in dubio, vt professio
36 religionis sustineatur, facienda sit interpre-
tatio. *ex allegatis per* Nauarr *consil.*13 *num.*10. *de
regul* & Sanchez *de matrimon. lib.*7. *disputat.*37.
*num.*12. vbi ad hoc expendit *text. in l.sunt per-
sonæ*, ibi. *summa est ratio, quæ pro religione fa-
cit. ff de religion. & sumpt. funer & dixit* Rota
coram bon mem. Card. Seraphin. *decis.*1361. *nu.*7.
*vers. professio in dubio præsumitur valida &c. &
coram* R. P. D. Carillo *in causa Vlixbonen. Nul-
litatis Professionis* 17. *Maij* 1641. *in fin. vers. sem-
per in dubio interpretatio est facienda, vt professio
sustineatur &c.*

Tamen ista conclusio est intelligenda, quan-
37 do dubitatur de validitate ex alio capite, quàm
ex defectu consensus, quo defectu stante, sem-
per est facienda interpretatio pro libertate per-
38 sonæ, DEVS enim, vt dixi voluntarium militẽ
sibi eligit, *& in puncto respondit* Rebuff. *in con-
sil.*68. *num.*32. *vers. nec me conturbat summam
esse rationem, quæ facit pro religione, quia id ve-
rum est, quando religio est, sed hic religio non est,
sed volunt cogere ad eam faciendam &c.* & con-
siderauit *Rota coram bo. mem.* Arguelles *in dicta
Vlixbonen. Nullitatis Professionis* 29. *Ian.* 1646.

(cccc

Google

(recedẽdo à decis. iam allegata 17. Maij 1641.
39 coram Carillo.) §. Denique non obstat, quod in
dubio est facienda interpretatio, vt professio sub-
stineatur, quia procedit, quando dubitatur de
validitate ex alio defectu quam consensus &c.
& allegatur prædictum vulgatũ dictum, quod
40 DEVS volũtarium militem sibi eligit, & coa-
cta seruitia cõtemnit. can. iam verò 23. quæst 6.
cum simil. & videatur decisio coram eodem Ar-
guellio in causa Burgen. Nullitatis Professionis
16. Aprilis 1649.

Vbi dicitur, quod plures DD. licet teneant,
41 quod tempora anni professionis cõiungantur
egresso Monasterium, & regresso, tamen id
omnes intelligunt, quando deserens Religio-
nem, Monasterium pœnitentia ductus regre-
42 ditur, non verò quando coactus, & vi redu-
ctus, vel potius raptatus, vt accidit in casu il-
lius decisionis, quo casu nulli venit in mentem
tempora coniungi &c & idem fuit firmatum
coram R. P. D. Terraconen. in causa Meleuita-
na Nullitatis Professionis 10. Decembris 1649.
§. 1. vers. nõ autem animo dimittendi habitũ &c.
& iterum in eodem causa 13. Ianuarij 1653 co-
ram eodẽ, quæ est reuocatoria supradicta §. Præ-
tereà dixerunt, vers. tenebatur tamen pro validi-
tate professionis nouum annum peragere &c.

Et ratio est satis clara, quia si annus Noui-
tiatus inductus fuit, ad hoc vt Nouitius pro-
43 bet onera Religionis, & Religio vitam, & mo-
res Nouitij, vtique dum ipse discedit animo
deliberato non profitendi, præsumendum est,
nolle subire Religionis onera, ideo si mutato
44 proposito professionem emittere velit eget
noua probatione, vt ratiocinatur Lap. alleg. 46.
numer. 3. in fin. & per Rotam coram bon mem.
Arguell. in d. causa Burgen. Nullitatis Professio-
nis 16. Aprilis 1639. §. Et omnes. vers. si Noui-
tius habitu dimisso, & animo deserendi Religionẽ
extra claustra se conferat &c. & deinde coram
R. P. D. Terraconen. in d. causa Meleuitana nul-
litatis Professionis 13. Ianuarij 1653. §. Præte-
rea. vers. vtique cum ipse discederit animo delibe-
rato non profitendi, ideo si mutato proposito pro-
fessionem emittere velit eget noua probatione &c.

Nullum est bonum, nisi volũtarium, & om-
ne necessarium est triste, Hinc sancta Ecclesia,
tamquam pia Mater timendo infaustos euen-
45 tus coactarum nuptiarum abstinet facili ne-
gotio à coactione similium nuptiarum, quan-
do adest aliqua iusta causa dissoluendi sponsa-
46 lia, cum ea non sint indissolubilia, sicut ma-
trimonium, & tunc eò magis abstinet Ecclesia
à tali coactione, quando pars persistit perti-
naciter in recusatione quod procedit etiamsi
47 sponsalia sint iurata, vt constat ex pluribus
pleno calamo relatis per me in annotat. ad de-
cis. 431. num. 79. part. 4. recent. tom. 2. & nu. 71.
descripsi mala quæ proueniunt ex coactis nup-
tijs. Vbi vide, quare nunc strictè loquendo in
casu nostro,

Cum ergo voluntas absoluta, & deliberata
totum faciat in omni actione, & maximè vt
48 præmisi, apud benignum Dominum DEVM
nostrum, Vnde quis adeo effrontis erit, quod
affirmare audebit, relicta ad pias causas vali-
ditatis robur obtinere, quantumuis absit de-
liberata voluntas, Nam, & certò est certius,
49 tunc intrare tantum priuilegia concessa piæ
causæ, quando cessat omnis suspicio insanæ
50 mentis, ac inopportunæ suggestionis, & con-
stat testatorem ita voluisse determinatè dispo-
nere, pro vt in puncto ratiocinata est Rota coram
R. P. D. Cerro in causa Senogallien. Bonorum
30. Martij 1644. §. Nec releuat, tunc intrare pri-
uilegia piæ causæ &c. vers. hoc enim ex defectu
perfectæ voluntatis dispositio non substinetur, nec
minus fauore piæ causæ &c.

Hinc est, licet verum sit, quod si agatur de
51 relictis ad pias causas, tunc latissima sit faciẽ-
da interpretatio ad text. in l. Titia. 11. §. final.
ff. de aur. & argent. legat Abb. in cap. indicante.
num. 6 de testament & ibidem Anchar. Imol. &
etiam Couarr. nu. 5 Mantic. de coniectur vltim.
volunt lib. 6. titul. 3. num. 32. 33. & 34. Surd. de-
cis. 298. num. 10. & 13. & in tractat. de aliment.
titul. 2. quæst. 10. num 17. & titul. 8. priuileg. 25.
nu. 6. Menoch de præsumpt lib. 4 præsumpt. 106.
nu. 33. Ferdinand. Vasq. de successi progress. §. 27.
num 27. cum alijs pluribus per prædictos alle-
gatos, & adde Marc. Anton. Genuens. in præ-
dicabil. Eccles. quæst. 153. 443. & 485. & sæpius
respondit Rota, & præsertim coram Eminen-
tiss. D. Card. Ottobono in causa Romana Fidei-
commissi 27. Maij 1647. in fin. vers. libentius ad-
mitti debet fauore piæ causæ &c & coram Emi-
nentiss. D. Card. Corrado in causa Rauenaten.
Bonorum 1. Februarij 1647. §. eoque magis, quã-
do pia causa fuit substituta &c. & iterum in ea-
dem causa coram Reuerendiss. D. Dunozetto De-
cano sub die 11. Ianuarij 1649. §. In præsenti.
vers. in hac materia lata facienda est interpretatio
fauore piæ causæ.

Tamen id semper erit intelligendum, quan-
52 do sumus in dubio, ideoque secus asseueran-
dum venit, quando constaret de clara, & indu-
bitata mente testatoris, ita disponentis. Vnde
53 & rectè dicimus, quod absurda, & irrationa-
bilis esset interpretatio illa, vt testamentum
vel legatum substineretur contra voluntatem
54 ipsius testatoris, cum testamentum non pos-
sit dici sine voluntate. l. 1. ff. de testament cum
simil. & perpendit Card. Mantic. de coniectur.
vltim. volunt. lib. 2. titul. 15. num. 22 vers. certè
absurdum, & irrationabile est, testamentum
substineri sine voluntate &c. & sensit Rota corã
fel. rec. Gregor. XV. decis. 446. num. 9. versic. ab-
surdũ, & irrationabile esset illud substinere &c.
& coram bo. mem. Remboldo decis. 652. num. 12.
vers. irrationabile esset substinere testamentum
contra mentem testatoris &c. part. 4. recentior.
tom. 3.

Et persistendo in terminis nostris, vt nisi cõ-
currat mens testatoris, nullatenus ad id, quod

55 prætenditur, sit facienda interpretatio, seu
aliqua extensio stante clara volunratis repu-
56 gnantia, cum id non pietas, sed impietas es-
set, Vnde bene intrat conclusio illa, quod ex-
57 pressus dissensus necessariò facit cessare taci-
tum consensum, ad text. in cap. nonne. de præ-
sumpt. & in l cum Prætor. ff. de iudic & commu-
niter DD in cap. relatum 1. ext. de ijs, quæ vi me-
tusue caus fin. cum alijs relatis à Rota coram
R. P. D. Carillo in causa Vlixbonen Nullitatis
Professionis 17. Maij 1641. §. Pro vt, nec tacitā
vers. lamentationes, & declarationes excludunt
tacitam professionem, resultantem ex delatione
habitus per 20. annos &c. & iterum in eadem
causa coram eodem sub die 16 Iunii 1642. §. Nec
dicta. vers expressus dissensus facit cessare præsū-
ptum, & tacitum consensum &c. & latius in
eadem causa coram bo mem. Arguell die 10. De-
cemb. 1646 §. Cum ergo. vers. expressus consen-
sus facit cessare tacitum &c.

Et in terminis, quòd quando voluntas te-
58 statoris esset clara, & expressa, vt tunc si ad-
mitteretur præsumpta, seu tacita, etiamsi tra-
ctaretur de dispositionibus ad pias causas, id
potius esset impietas, quàm pietas, & non
æquitas, sed iniquitas, sedulò ratiocinatur
Angel. in consil 328. num. 5. vbi ait, quod pia
59 dispositio ad pium propositum testatoris de-
bet conseruari, sed non ita, vt trahatur ad id,
de quo tellator non sensit, quia in hoc, vt in-
60 quit, nulla versatur pietas, imò esset oppositū,
Et subdit, quòd nulla esset æquitas, imò magis
iniquitas, si contra vel præter voluntatem te-
61 statoris aliquis ausu temerario vellet bona
ipsius in pium vsum conuertere, quoniam de
rebus alienis non est licitum facere eleemosy-
62 nam, citra voluntatem Domini, & id etiam
ponderauit Card. Mantic. de coniect. vltim. vo-
lunt. lib. 3. cap. 19. num. 10. vers. nullam esse æqui-
tatem, imo magis iniquitatem &c. Gratian. di-
scept. forens. cap. 662. num. 15. vers. tunc non erat
fauor pietatis, sed impietatis repugnante volun-
tate defuncti &c. & dixit Rota coram bon. mem.
Arguelles in causa Romana Executionis Lau-
di 14. Iunij 1647. §. Potissimè. vers. cōstat de con-
traria testatricis voluntate, vnde non pium, sed
impium esset legatum extendere &c. Io. Angel.
Boss. in suis var. moral. tom. 2. titul. 26. num. 69.
versicul. nullus in eo versatur fauor pietatis, nec
æquitatis ratio patiatur, vt contra, vel præter
propositum testatoris bona ipsius in pium vsum
conuertantur &c.

Non enim pium est facere contra voluntatē
63 testatoris, sed impium, & inhumanum, etiam
si fiat distributio in pios vsus, cum, & aliàs ne-
64 mo inuitus cogatur benefecere. can. de iudeis
45 distinct. cap. ad fidem. 23. quæst. 5. & quilibet
in re sua est moderaror, & arbiter l. in re man-
data ff. mandat. l sed & si lege. §. consuluit. ff. de
petit. hered. Quod maximè procedit si dispona-
tur per vltimam voluntatem, quia ea tunc nō
65 aliàs, quàm lex venit seruanda. vulgat. §. dis-
ponat. Auth. de nupt. cap. tua nobis de testament.
Et quantum operentur verba testamentorum
iam dedixi in annotat. ad decis. 16. numer. 23.
vers. tamdiu contenditur de hæreditate mortuo-
rum &c. part. 3. recent.

Imo, si testator ordinauerit aliquid ad pias
66 causas fieri, id non poterit mutari in magis
pias, & perspicuas causas, durum enim est ma-
67 nifestam testatoris voluntatem subuertere,
& benè animaduertit Rota coram Reuerendiss.
Tarraconen in causa Pacen. Collegij 1. Iul. 1639.
§. Nec minus releuat. Vbi Rota reijcit articu-
lum illum, ex quo pars probare intendebat,
68 quod dispositio pia relicta à testatore de con-
struendo Collegio, melius erat, vt ea implica-
retur ad maritandas tot pauperes puellas &c.
cum ibi allegatis.

Quinimò etiam voluntatem testatoris con-
69 tra piam causam seruare, id magnam habet
æquitatem, vt concludit Dec in consil. 426 nu-
mer. 2. ad fin. versic. quando præcisè non constat,
quod testator cogitauerit de Monasterio &c. Ca-
stren. in consil. 321. sub numer. 1. vers non obstat
fauor piæ causæ &c. lib. 2. Angel. cons. 328 nu-
mer. 5. vers. nunc ad secundum de fauore piæ cau-
sæ &c. Pedroch. in consil. 2. num 100. Cardin.
Mantic. de cōiectur. vltim. volunt. d. lib. 3. cap. 19.
num. 11. vers. testatoris voluntatem contra causā
piam seruare, magnam habet æquitatē &c. Gra-
tian. discept. forens. cap. 757. num. 2. vers. volun-
tas testatoris est seruanda ad vnguem, & præcisè
etiam contra causam fauorabilem &c. tom. 4.
Thor. in summ. priuileg piar. caus priuileg. 245.
§. 1. vers. voluntas testatoris præcisè seruanda est,
etiam si contra piam causam tenderet &c.

Nam & pium est voluntatem defuncti ser-
uare, cum & magis iniquum, & durum sit,
manifestam testatoris voluntatem subuertere,
70 quàm exclusis proximioribus in extraneos
bona deferre, vt ait Dec. in consil. 11. numer. 20.
& 21. vbi inquit, quod in dubio fauendum
est testamento ad exclusionem filiorum, & se-
quitur Card. Mantic. de cōiectur. vltim. volunt.
lib. 3. titul. 3. numer. 3. in fin. Cyriac. controuers.
forens. cap. 405. à num. 23. vers. etiam ad exclusio-
nem filiorum &c. Grat. consil 26. num. 30. vers.
Iudex in dubio pro testamento debet pronuncia-
re etiam ad exclusionem filiorum &c. & sensit
Rota coram R. P. D Bichio in causa Romana
successionis 9. Maij 1644. §. Vltim. vers in dubio
pronunciandum est pro validitate testamenti
etiam contra filium exclusum &c. Violat enim
71 omnia iura pietatis, qui voluntatem defuncti
subuertit contra voluntatem. C. de testament.
manumiss. Ac etiam peccatum mortale com-
mittit can. vltima voluntas 13. quæst. 2. cum alijs
adductis per Cephal. in consil 429. num. 50. vers.
& etiam peccatum mortale committit &c.

Insuper libertas omnibus rebus fauorabi-
lior est. l libertas. ff de regul iur. Cum, & nihil
72 beatum sit, si absit libertas, & si quid optimū
est inter mortales, libertas est, cum & secun-
dum

Digitized by Google

dum Aristotel. seruus non viuit. Inæstimabilis
insuper res est libertas. *l. non est. 176. ff. de re-
gul. iur.* hinc est, quod præceptum testatoris,
si inducat speciem seruitutis à legato, vel in-
stitutione reijci debet. *l. Titio centum. §. Titio
centū il 2. ff. de cōd. & demōstr. & aduertit Rota
coram R.P.D.* Carillo *in causa Romana, seu Tu-
dertina educationis 1. Martij 1638. §. Non ob-
stat præceptum. vers. quia vltra quod tale præ-
ceptum tamquam speciebus seruitutis à legato, &
institutione reijci debet &c.* Inhibuit enim ibi
testator hæredi, ne vmquam habitationem
à certo loco posset relinquere, nec alibi ad ha-
bitandum ire &c.

Sat enim probasse, quod libertas omnium
73 rerum est fauorabilior, & tamen ea contra vo-
luntatem defuncti præstāda minimè est. *l. si cui
pure libertas. in fin. princ ff. ad Trebell. & d l. con-
tra voluntatē. C. de testam. manumiss. & l. ex fi-
deicommisso ff. de fideic.* Vnde cōtra piā causam
respondit *Raph. Fulgos. in consf. 46. nu. 1.* & latè
*Paris. in cons. 74. num. 10. & seq vol. 3. & multi
alij &c.* & multoties Rota, vt infra apparebit.

Quamobrem, quando constaret de clara, &
74 indubitata mente testantis, tunc non esset
locus interpretationi, quamuis adesset fauor
piæ causæ, cum hoc casu dum voluntas deficit,
penitus cessat fauor piæ causæ, vt sæpè dixi. In-
super prædictus fauor quidem operatur, vt re-
75 licta ad pias causas valeant, non autem vt ex-
tendantur ex deductis per *Pedroch. in d cons. 2.
num. 99.* qui latè materiam hanc tractat; mul-
tis DD. citatis *& à num. 206 vsque ad 212.* vbi
etiam ait, quod etiam in legato piæ causæ in-
trat regula *text. in l. semper in obscuris. ff. de re-
gul. iur & in l. nummis. 3 ff. de legat. 3.* & sūt op-
tima verba *text. in cap ex parte 18 ext. de Cēsib.*
76 ibi, *cum huiusmodi vota gratuita fuerint ab ini-
tio, benignius sunt à viris Ecclesiasticis exigēda,
ne tamquam exactores videantur lucris tempo-
ralibus inhiare &c.*

Supradicta enim opinio, & verba fuerunt
77 relata, & peregregiè ponderata *à Rota coram
bo. mem. Arguelles in d causa Romana Executio-
nis Laudi 14. Iunij 1647. § Quæ omnia magis.
vers. fauor autem piæ causæ faciet &c.* & iterum
*in eadem causa corā eodē sub die 17. Maij 1649.
§. Quia regula procedit in dubio &c.* vbi decidi-
tur, cum quidam reliquisset loco pio pensio-
78 nes cuiusdam domus exceptis apothecis, quę
erant sub dicta domo, sine dubio dictus locus
pius non poterat prætendere pensiones dicta-
rum apothecarum, dum expresè reluctabat
mens, & voluntas tàm clara disponētis, & hoc
79 non obstante magnis priuilegijs piæ causæ.

Quia ea sunt intelligenda, quando concur-
rit mens, & voluntas disponentis, secus si ex-
presè resistat, & subditur id procedere, licet
inter dictas apothecas adessent etiam nonul-
80 læ remissæ, seu mansiones pro Rhedis reponē-
dis, quæ appellatione apothecæ secundum ali-
quos non veniunt, & id deducebatur ex diuer-
81 sitate nominum, ex qua dēmonstratur diuer-
sitas rerum. *l. siis idem. 7. C. de codicill.* Seraph.
decis. 1137. nu. 3. vers. ex diuersitate arguitur &c.
sanct mem *Gregor. XV. decis. 555. num. 8. vers.
& ideo ex diuersitate nominum, diuersi erūt &c.*
82 & quæ differunt nomine differunt substantia,
Ricciardus in rubric. ff. de bonor. possess. num. 4.

Et ideo, dum testator excepit à legato pio
83 apothecas, non verò mansiones illas pro rhe-
dis seruandis accomodatas (quas vulgò dici-
mus Remissas) consequentia ex se venit, quod
illæ non compræhensæ essent sub nomine apo-
84 thecarum. Vnde ex prædicta exceptione, sci-
licet detractis tamen apothecis dicebatur,
quod omnia alia membra, & pertinentiæ do-
mus sub illo compræhenderentur, eò quia ex-
ceptio firmat regulam in contrarium. *l. nam
quod liquida. 4. ff. de penu legat cum simil.* estque
vulgarum axioma.

Sicuti etiam est decantatum iuris elementū,
quod relicta domo, nisi aliquid sit exceptum,
85 ea quoque censentur relicta, quæ ipsi domui
annexa sunt. *l. quod in rerum. §. si quis potest. &
l planè. § fin. ff. de legat. 1. l. cum fundus. ff. de le-
gat. 2. l prædijs. § balnea, & §. fin. ff. de legat. 3.
l. Olimpico & ibi* Paul. de Castro *ff. de seruit. vrb.
præd. glos. in cap. fin. 12 quæst. 2. latè* Surd *consil.*
86 207. *num. 1.* & in terminis Apothecæ *Ancbar.
consil. 291. num 1.* Alex *consil 204. num. 2. lib. 6.*
Card: Mantic. *de coniectur. lib. 9. tit. 2. nu. 37.*
Mart *de success. legal part. 4 quæst 18. articul. 1.
num. 41.* & dixit Rota *coram R.P.D meo Bichio
in causa Florentina Hortus 4. Iulij 1642. §. Nec
dicendum vers ex quo vti vnitus. accessorius, &
destinatus &c.*

Addebatur etiam, quod legatum latam re-
87 cipit interpretationem. *l. in testamētis 12. ff de
regul. iur.* Alex. *consil. 204. numer. 4. in fin. lib. 6.*
Maximè, vt dixi supra, cum sit pium legatum,
88 & ideo eò faciliùs sub legato domus apothe-
cas contineri ait *Bertazol. consil ciuil. 87. nu. 19.*
Nam, & aliàs testamentum fauore piæ causæ
conditum etiam ambiguum pro ipsa solet in-
terpretari. *l. sunt personæ ff. de religion & sumpt.
funer.* Imol. *in cap. in præsentia de probat. cum
alijs allegatis per Mascard. de probationib. con-
clus. 1171. numer. 2. & 70.* Traquell *de priuileg.*
99 *piæ caus. priuileg. 165. per tot.* & ibi addentes, &
præsertim *Thor. in vers. hinc testamentum &c.*
& nuper admisit Rota *coram R.P.D. Cerro in
causa Gathaeen. Hæreditatis 28. Maij 1649. §. Et
prædicta tanto magis. vers. testamentum etiam
ambiguum pro pia causa solet interpretari &c.*

Verum enim verò contrarium in casu præ-
dictæ decisionis *in causa Romana Executionis
Laudi 14. Iunij 1647. & 17. Maij 1649. coram
bo. me. Arguelles sup. relat num.* Rota respon-
90 dit, nempe sub appellatione apothecæ venire
remissas, & sic pensiones earum non spectabāt
ad dictum locum pium, & hoc ex pluribus ra-
tionibus, sed illa est, quæ facit ad propositum
91 nostrum, quia benè constabat de mente testa-
toris,

toris, comprehendi remissas sub appellatione
apothecarum, & hoc non solum ex vsu loquē-
di ipsius testatoris, eò quia dictas remissas pro
92 apothecis habebat, sed etiam ex vsu vtendi,
vt loquitur *Card Mantic. de coniectur. vltim. vo-
lunt. lib. 3. titul. 19. num. 4. vers. nec debet, quia
aliquando eas locabat ad vsum Apothecarum.*

Estque generalis regula ad cognoscendum,
quidnam contineatur in dispositione Testato-
93 ris, vt id optimè percipiatur ex eius vsu, &
consuetudine. *l. hæredes palam. 21. § si quid poss.
ff. qui testament. fac. poss. l. si seruus plurium. 53.
§ fin. & ibi Duaren ff. de legat. 1. l. si filiofamilias.
48. § fin ff de legat. 3. l. librorum 30 § quod autem
Cassius. ff. eodem. l. nummis. 73 ff. eodem. l. si cui an-
num. 14. ff de ann. legat l. vltima. ff de aliment.
& cibar. legat l. si quis 9 § item si quis 2. & l seq.
ff de trit. vin & oleo legat. l. si quando 31. l. pedi-
culis 34. § 1. & § Heratius. l. si vxori. 41. ff de aur.
& argent. legat. l. 3 § proinde. ff. de in rem vers.
l. damnas est. 15. in fin. ff de vsu, & vsufruct. legat.
l. Seia. 20. § Tyranna ff. de fund. instruct l. 3. §.
fin. l. Labeo 7. § seruus. l. quemadmodum. 12. ff. de
suppellect. legat. l. 3. § penultim. ff de penu. legat.*
& benè probant DD. in allegatis iuribus, et
videatur *Castren. in l. quo loco. 20 § 1. in princ.
ff de hæred. instituend. Donell. in l. ita stipulatus
fuero. 109. num. 2. ff. de verb. obligat.* Rota *coram
sanct. mem. Gregor. XV. decis. 544. num. 30 & co-
ram Reuerend. ff.* Tetraconen. *in causa Romana
Legati 24. Maij 1641 § Secunda vers. vsus lo-
quendi multum operatur, imo multoties præfer-
tur propria significationi vocabuli, & in inter-
pretandis legatis attenditur &c.*

Nam vsus, et consuetudo testatoris est tan-
94 tæ potentiæ, vt etiam verborum proprietati
prævaleat. *text. est in d. l. cum filiofamilias. 48.
§ fin & d. l. Labeo 7 § Seruius l. 3. § fin. ff de
suppell legat. d. l. si seruus plurium 53 ff. de legat. 1.
d. l. hæredes palam 21. § 1. vers sed si notam ff. quē
testament. fac. poss l. cum de lanionis 18. § item ca-
cobes,* ibi, *non propriam verborum significationem
seruari ff de fund. instruc.* Cephal. *consil. 306.
num 18. vers sic cessaret.* Mantic. *de coniectur.
vltim. volunt. lib. 3. titul. 8. num. 10. vers. nouissi-
mè tamen. & titul. 9. num. 1.* Forcatul. *in sua
penu. Iuris Ciuilis cap. 8. ad fin.* Rota *coram
sanct. mem Gregor. XV. decis 257. nu. 10. vers.
præterea & decis 239. numer. 8. vers. neque hinc,
& num seq part 7. recent. & corā R. P. D. Cer-
ro in d. causa Cathacen. Hæreditatis 28. Maij
1649. § Quartò denique.* Vbi dicitur, quod te-
statoris particularis loquendi vsus tollit omne
dubium, et operatur, vt testamentaria dispo-
95 sitio aliàs æquiuoca, et erronea, iuxta eius for-
mam omnimodam recipiat interpretationem,
ibique plura pleno calamo deducuntur. Et
ratio est, quia potior est finis, hoc est mens te-
statoris, quàm quæ sunt ad finem ordinata, vt
sunt verba, quæ sunt destinata ad significan-
dam mentem, Quandoquidem verba pendent
à mente, nō mens à verbis, vt satis notum est.

Vnde persistendo in casu nostro, de quo su-
pra *num. 78. & 90.* facilius, cum, et vsus, et cō-
suetudo testatoris, et ipsa quoque verborum
proprietas, quæ vult, vt sub appellatione apo-
thecarum veniant etiam remissæ, sub dicto le-
gato pio, nullatenus veniebant dictæ remissæ;
96 Quare dum non concurrit mens testatoris pa-
rum curamus de magnis piarum causarum
priuilegijs, *vt dixit Rota coram bo. mem. Penia
in causa Romana Substitutionis 1 Iulij 1598. est
inter eius à me impressas decis. 552. num. 6. vers.
secus esset dicendum, quando adessent verba re-
strictiua, quibus significaretur testatorem eo ca-
su, et non aliter voluisse etc. et coram bon. me. Pi-
rouano decis. 721. num. 5. in fin. vers. secus quan-
do pia causa habet voluntatem Testatoris contrà
se quia tunc etc part. 2. recent. et coram Reueren-
diss* Terracinen. *in causa Fanen. Substitutionis
27. Maij 1627. § Nec facit in contrarium fauor
piæ causæ, quia de contraria mente testatoris
apparet &c* Et benè fuit perpensum *in d. Ro-
mana Executionis 14. Iunij 1647. et 17. Maij
1649. coram bo mem. Arguelles.*

In quibus etiam asseritur, quod nomine
apothecarum non solum significantur illæ, quę
97 pro vendēdis mercibus, vel aliquo exercitio,
sed etiam mansiones, quæ pro rhedis seruan-
dis construuntur; Apotheca namque (vt Am-
brosius Calepinus docet) qualibet cella dici-
98 tur, in qua aliquid reponitur, quod sit reposi-
torium, seu reconditorium, vel locus rebus,
quibusuis ad tempus reponendis idoneus, *tra-
dit Caluin in Lexic iur in verb Apotheca,* vbi
hæc, et alia ad literam transcribit *ex Prateo,*
et prius Imperator *in l si quis intra. 7. C. de bonis
præscript.* ibi *quidue in apotheca sit repertum,*
99 et librorum etiam apothecam dixit I.C. *in
l. quæsitum 12. § instructo autem fundo 34. ff de
fund. instruct.* ibi. *si quasi apotheca librorum
vtebatur* Gratian. *discept. for. cap 927. numer. 5.
ad num. 8.*

Vbi, quod constitutio loquens de apothe-
100 cis, extenditur ad omnia similia repositoria,
quæ locari solent reliqua videantur in prædi-
ctis decisionibus, vbi etiam satis fit exceptio-
nibus oppositis per dictum locum pium, imo
contra eum optimè retorqueatur. Stat ergo
inconcussa conclusio supra firmata, adhoc vt
101 relicta ad pias causas debeantur constare est
opus, disponentem ita determinatè voluisse
disponere, quæ deliberata voluntas si probe-
tur abesse, nihil ponit in esse, et maxime in
dispositionibus pijs, ex supra allegatis.

Verum quia opinio *Bart. in d. l. in testamento.
ff de fideicommiss. libert.* supra relata, et damna-
102 ta, vt constat *supra à num. 5* volentis testa-
mentum imperfectum ratione voluntatis va-
lere ad pias causas benigna interpretatione,
seu distinctione saluari potest, vt penitus non
sit falsa, sed partim vera ideoque iuridice sic
asserere possumus. Quod quando voluntas te-
statoris ad pias causas testantis, vel legantis

est

Digitized by Google

103 est imperfecta ratione totius dispositionis,
sed est perfecta respectu eius de quo agitur,
secundum ius naturale, puta, quando testator
fecit pia aliqua legata, et vellet instituere hæ-
104 redem, morte præuentus, non potuit perfi-
cere testamentum, certè licet testamentum in
sui integritate sit imperfectum, ex quo secun-
105 dùm iurisregulas illud recipit suam perfe-
ctionem ab vltimo puncto, et syllaba conclu-
siua, vt dicam infra.

Tamen substinetur ex specialitate, fauore sci-
106 licet piæ causæ, in eo capite in quo testator
perfectè disposuit, et sic pro parte testatus, et
pro parte intestatus hoc casu poterit decede-
re, vt latè deducã infra. Vnde in terminis præ-
dictis, et non in alijs, scilicet si mens testatoris
107 ægrotaret, vel voluntas esset imperfecta ra-
tione illius particularis dispositionis &c. intel-
ligenda est opinio *Bart. in d.l. in testamento*, et
quot eum sequuntur, et vide in seqq. cap.

A R G V M E N T V M.

Voluntas imperfecta, et non deliberata, donec per dispositionem ad suam essentiam non fuerit deducta, tamquam actus abortiuus non venit attendenda, Testator, si non ordinauerit certum quid fieri de suis bonis, vana erit eius simplex voluntas, cum voluntas imperfecta non dicatur voluntas, Homines multa dicunt, quæ ad perfectionem non deducunt.

Verbum, volo, iniunctum infinitiuo, vendere, donare, et similibus, sicuti in contractibus nõ inducunt aliquam dispositionem, nec aliquid ponunt in esse, ita quoque est in vltimis voluntatibus, veluti, volo relinquere, legare etc. cum bona diuersitatis ratio non possit expendi, et reprobatur Bart. dum contrarium sensit, et à quo fuerit ipse allucinatus.

Verbum, volo, importat voluntatem perfectam, si iungatur verbis executiuis actus perfecti, et completij, veluti, volo esse hæres, volo, quod Titius succedat, restituat etc. Secus verò, si talia verba actus executionem non denotent, et solùm velleiectatem, et non voluntatem, veluti, volo eligere, volo instituere etc. Et referuntur nonnulli casus, ex quibus nullatenus possunt inferri ad perfectam, et deliberatam voluntatem testantium ad pias causas.

S V M M A R I V M.

108 *Voluntas dicitur imperfecta, si testator de ea fecerit minutam, & ante stipulationem, decessit,*

109 *Testator dum incœpit testari, si testamento non, dum perfecto, decesserit, dicitur mori ab intestato.*

110 *Voluntas, quæ consistit in fieri nullatenus venit attendenda.*

111 *Testamenti definitio traditur, & quamuis dicatur superflua, tamen est falsum, & declara' vt num. 115. & 116.*

112 *Testamenti definitio redarguitur, dum in ea dicitur, voluntatis nostræ, & deinde subditur fieri velit, cum satis fuisset alterum eorum ponere.*

113 *in Legibus omnino vitanda est superfluitas.*

113 *in Definitionibus verba satis librata esse debent.*

115 *à Voluntate testatoris totum testamentum dependet.*

119 *Voluntate ab actis humanis dempta, omnes actiones essent indifferentes.*

117 *Testator, nisi ordinaret, quid post suam mortem esset faciendum de suo patrimonio, vana esset eius simplex voluntas.*

118 *Voluntas testatoris ista est, non satis est dicere, & quomodo sit dicendum.*

119 *Testator, si dicat instituere velle quatuor haredes, si duos tantum instituat, isti erunt haredes.*

120 *Testator non sufficit, vt dicat, se certum quid velle disponere, nisi actu id disponat & numer. 121. et 122.*

123 *Testator, dum aliquid dixit in principio testamenti, si non reperiatur id disposuisse quid sit dicendum. et num. 124.*

125 *ex Voluntate omni testatoris agi non potest sed ex ea tantùm quæ transiuit in dispositionẽ. & num. 126.*

127 *Tacitum etiam habetur pro expresso, quando in dispositionem transiuit.*

128 *Voluntates testatorum, quamuis omnia iura strepitent, vt seruentur, tamen id est verum, quando de ea apparet.*

129 *Voluntas imperfecta non potest dici voluntas, cum careat sua essentia.*

130 *Voluntas coniuncta cum potestate, humanis actibus essentiam dat.*

131 *Voluntas imperfecta dicitur abortiua:*

132 *Testes deponentes super voluntate testatoris, necessariò quid debeant testari.*
Actus, nisi sit conclusiuus non attenditur. numer. 132.

133 *Homines multa dicunt, quæ ad perfectionem non deducunt.*
Homines multoties contrarium dicunt quàm sentiunt. num. 133.

134 *Facito, ut cunctis lingua videaris amicus, est prouerbium antiquum.*

135 *Verba dare, aliud est, & aliud disponere.*

136 *Verbum, volo, iniunctum infinito, veluti volo relinquere, importat dispositionem.*
Sed ista est opinio Bart. damnata num. 139. etiam hoc communiter reprehenditur. num. 142. et 158.

137 *Vltima voluntatis natura est pendere vsque ad mortem.*

138 *Verba, volo relinquere, cum habeant pendentiam à futuro euentu, conueniunt vltima voluntati.*

140 *in Cõtractibus, verba volo donare, emere &c. sicuti non inducunt dispositionem,*

141 *Ita*

141 *Ita etiam nec in vltimis voluntatibus, cum bona ratio diuersitatis non possit assignari. & num. 157.*

143 *Bart. non bene gustauit text. in l Pamphilio. §. propositum ff. de legat. 3. & num. 159.*

144 *Verba, volo relinquere, prolata à testatore, quando, & ex quibus coniecturis, dicatur ex his disposuisse,*

145 *Et quæ sint istæ coniecturæ, & recensentur vsque ad num. 151.*

152 *Testator, si constet habuisse animum deliberatum testandi, tunc per verba, volo relinquere, dicitur disposuisse.*

153 *Verba, volo accipere in vxorem, denotant sponsalia, non autem matrimonium.*

154 *Verba, volo accipere in vxorem, quando sunt deliberatè prolata, iunctis coniecturis, importãt matrimonium num 155.*

155 *Verbum, accipere, & similia apta sunt comprehendere omne tempus, sic præteritum, præsens, & futurum.*

160 *Bart. fuit ingenij diuini, secundum Gramatic.*

161 *Verba, volo instituere, respiciunt potentiam, & non actum,*
Et sic non disponunt, sed destinant aliquid facere.

162 *à Verbo, volo, tamquam à fonte, & radice proueniunt omnes dispositiones humanæ.*

163 *Verbum, volo, est informe. & destinatur secundum naturam verbij, cui adiungitur. & num. 165. & 166.*

164 *Verbum, volo, si iungatur verbis obliquis importat fideicommissum, si verbis communibus, institutionem.*

167 *Verbum, volo, si referatur ad factum grauati, veluti, volo, vt restituat &c. sine dubio tunc inducit fideicommissum.*

168 *Verbum, volo, quando importet animum deliberatum, & quando præparationem.*

167 *Verbum, volo, si iungatur verbo adiectiuo significanti rem ipsam.*
Et non expectanti post se, actum alterius voluntatis, importat perfectum consensum. numer. 168.

170 *Volo hanc rem, si quis dicat, statim censetur eam elegisse.*
Volo esse hæres, si quis dicat, statim præsumitur adiuisse hæreditatem.

171 *Volo hanc rem, si quis dicat, statim censetur illam elegisse.*

172 *Hæres esse volo, si quis dicat statim censetur adiuisse hæreditatem.*

173 *Hæreditatem adire volo, ex his verbis non colligitur animus adeundi hæreditatem.*

173 *à Fachin. controuers. iur. lib. 6. cap. 50. cauea. tur.*

175 *Volo esse hæres, si quis dicat, censetur adire hæreditatem, secus si dicat, volo adire, & videtur magna subtilitas.*

175 *Verba, nolo adire, vel non volo adire, non important repudiationem.*

176 *Verba, volo esse hæres, si adsint bona, licet non important aditionem, non tamen.*
Verbum, volo, quoties habet adiunctum infinitiuum esse, semper disponit.

177 *Infinitiuum, esse, si iungatur, verbo, volo, informat illud, præsentis actus essentia absque expectatione alterius actus.*

178 *Verbum, volo, quoties adiungitur verbis executiuis, semper disponit.*
Verba, dari, restitui, solui, obuenire &c. sunt executiua. num. 178.

179 *Verbum, succedat, est executiuum.*

180 *Verba, hæc est voluntas mea, vt succedat Hospitale, inducunt dispositionem.*

181 *Verbum, volo, si iungatur infinitiuo significanti actus initium, veluti, volo facere relinquere &c. quid significet. & nu. 182. et 192.*

183 *Verbum, volo, quãdo denotet solum animi motum, seu affectum faciendi in futurum.*

184 *Volo instituere, adire &c. quando quis dicit non censetur statim instituere, adire, & quare.*

185 *Verbum, volo, si non iungatur verbo non substantiuo ne quaquam disponit.*

186 *Ratificatio, quando non inducatur per verba, eam importantia & num. 187.*

188 *Ratificandi animus, quando longe abest, non sunt trahenda verba ad inducendam ratificationem. num. 189.*

190 *Ratificatio non inducitur, per verba ad alium finem prolata.*

191 *Assertio alicuius facti, intelligi potest de facto, & non de Iure.*

194 *Verbum, volo, est præsentis temporis, et resoluitur in participium.*

195 *Verba, volo relinquere, idem sonant, quàm volens sum relinquere.*
Verba, volo relinquere, futurum respicit tempus.

296 *Casus cuiusdam refertur, qui deliberatam nõ habebat voluntatem ad disponendum ad pias causas. & num. 197. et 201. et seq.*

198 *Testatoris verba dicta interroganti, an certum quid vellet relinquere* Signor sì, fate, voi, *nullatenus important legatum.*

199 *Legatum, ut dicatur relictum, non sufficit simplex declaratio.*

200 *Legatum non dicitur relictum, si relinquatur in suspenso, sub futura interrogantis uoluntate.*

202 *Ægroti in extremis existentes, multoties præter uoluntatem, respondent interrogantibus, ut se liberent ab eis.*

203 *Interrogatus de re grauissima, si diuersum respondeat, et nihil significans, non præsumitur sanæ mentis.*

205 *Infirmus si dicat,* io voglio far testamento, è voglio che Sempronio sia herede, *non dicitur fecisse testamentum, et quare nu. 206.*

207 *Verba,* io voglio far testamento, *non sunt dispositiua, sed enunciatiua.*

208 *Sententia Angeli Episcopi Recanaten. de qua quæ hic ualde redditur dubia, et quare num. 209. et 210.*

211. *Ale-*

211 *Alexand. Raudin. decis.46. valde dubitatur, an possit subsistere, num.212. & quaeritur saluari, num.213.*

214 *Matth. Brun. consil.97.n.33.lib.1. toto Cœlo errauit.*

215 *Sine voluntate deliberata nihil ponitur in esse.*

216 *Bald. in consil.74. lib.2. & in consil. 221. eodem lib. dubium est, quomodo possint saluari, & num 218.*

218 *Animus deliberatus in vltimis voluntatibus, tamquam causa efficiens si non adsit, nihil ponitur in esse.*

219 *Animum deliberatum testandi, vt probent testes, quid requiratur.*

220 *in Animo ea, quae consistunt, aliter probari non possunt, quam per assertionem agentis.*

221 *Animum deliberatum alicuius non possumus agnoscere, si verba nullatenus id suadeant.*

222 *Occidendi aliquem animum habere aliud est, & aliud habere animum deliberatum ad eum occidendum.*

CAPVT VI.

TEstatoris voluntas ad pias causas disponentis, duobus modis, asseri potest, quod sit imperfecta imperfectione voluntatis incõpletæ, seu non deliberatæ, Vno namque modo, si testator animum habebat aliquid piè disponendi, & ad id fortè instructionem, seu dicere velimus, minutam habebat, & insuper vocari iussisset Notarium, præuétus tamen morte, nihil re ipsa disposuit, & de hoc dicam infra cap.7. Alter verò modus est, si testator in-
109 cœperit facere testamentum, vel codicillum, & quædam in eis piè disposuit, sed phrænesi, vel morte præuentus non potuit suam voluntatem totam significare, & sic testamento incompleto decessit, de qua imperfectione latè dicam infra in cap.9.

In præsenti enim capite plura præmittam; circa voluntatem imperfectam, quæ consistit
110 in fieri cum nullatenus ea attendatur, nisi per dispositionem ad suum esse deducatur, Noti enim iuris est, quod imperfecta dispositio, nõ possit dici dispositio, nec re vera possit nuncupari vltima voluntas, seu testamentum, cum secundùm illius definitionẽ traditam ab Vlpiano in *l testamentum.1.ff.de testament.* nihil
111 aliud sit testamentum, *Nisi voluntatis nostræ iusta sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit*, & quamuis ista definitio testamenti ab aliquibus oscitanter quidem argua-
112 tur tamquam superflua, dum in principio dicitur (voluntatis nostræ) & deinde in fine subditur (fieri velit.)

Satis enim secundum eosdem erat, ponere
113 alterum eorum, cum maximè in legibus vitãdum veniat vitium superfluitatis. *l 1 ff.quod met.caus.l 3.in princip.* ibi, *nec frustra adijcitur, ff.de iureiur.l.1.in fin. ff.ad municip.* idq; multò cautius in definitionibus, quorum satis libra-
114 ta debent esse verba.

Nam respondetur nihil superfluum in dicta definitione contineri, siquidem in principio
115 dicitur, (voluntatis nostræ) vt designaretur à nostra voluntate, tamquam à Stella Polari, totum testamentum prouenire, nam de medio
116 dempta voluntate, omnis actus est indifferẽs & faciunt quæ proximè dixi supra, subditur deinde in dicta definitione (quod fieri velit)
117 quia frustra facta esset dispositio, nisi vellet testator, quod post mortem suam de suo patrimonio aliquid fieret, & id ordinaret.

Voluntas enim parui est momenti, nisi trã-
118 seat in dispositionem, nec satis est dicere, *Ista est voluntas testatoris*, sed debet dici, *Ista fuit voluntas, & dispositio testatoris*. & bene id confirmatur *per text.in l.iubemus.* C.*de testam.* vbi scriptum habetur, quod cum testator vel-
119 let scribere plures hæredes, puta quatuor, & hoc constabat, & tamen duos solum hæredes scripsit, dicitur ibi, solùm illos duos tantũ censeri institutos.

Ad hoc etiam expendere intendo optimum
120 *textum in l.quidam cum filiusfamilias. ff.de hared.instituend.* vbi est casus, quod testator volens suam hæreditatem peruenire ad filium familias, sed quod pater hæredis, nihil de ea habere posset, tractatu prius habito cum filiofamilias, hæredem instituit amicum dicti filijfamilias, aliter non rogando eum, vt restitue-
121 ret hæreditatem filiofamilias, vt testatoris voluntas erat, hoc faciendo nesciretur à patre familias, decidit tamen ibi textus, filiumfamilias non posse ab hærede scripto petere fideicommissum, nisi probetur testatorem hoc disposuisse expresè sequendo suam fidem.

Itaque satis non erit probare, quod in principio condendi testamentum testator dixerit,
122 se velle aliquid Titio relinquere, si id postea non legatur in testamento, quia potuit dum conderet, mutare voluntatem. *l.si testamentum.* C.*de instit & substit.* vbi si testator instituat hæredem secundùm conditiones in-
123 frascriptas, & nullas scribat conditiones, tenet institutio, & voluntas dicitur perfecta, ex qua ratione de qua supra, & videatur *Crauet. in consil.147.num.6. vers dicitur imperfecta ratione voluntatis &c.* Menoch.*in consil.224.numer.20. vers.non.adscripsit illam substitutionem, quam adscribere destinauerat, videtur illius destinationis penituisse &c.* & sensit Rota *coram bo.mem. Card.* Plato *in causa Viterbien. Census 6.Aprilis 1590. impress penes* Cenc.de *Censib.decis.15.num.5.*

Vbi habetur quod legatum factum pro do-
124 te Capellæ soluendum Capellanis nominãdis ab ipso testatore, si accidat, quod testator postea eos non nominauerit, non tamen tale legatum efficitur caducum, quia perinde est, ac si testatorem penituisset sibi reseruasse talẽ

Digitized by Google

nominationem. per text. 1. in l. penult. C. de in-
stit. & subst. & in d. l. testamentum. & deinde
fuit dictum coram bon. mem. Card. Sacrato in
causa Romana Haereditatis 17. Iunij 1611. § Nec
etiam obstare. vers. quia potuit testator dum con-
deret testamentum mutare voluntatem &c.

Etiam hinc passim dicimus, non ex omni
voluntate testatoris agi posse, sed ex ea, quæ
125 transiuit in dispositionem, vnde non sufficeret
dicere, testatorem velle, nisi disponat, & ex
126 testamento similiter non agi, nisi expressè,
vel tacitè in eo dispositum non sit, nam & etiã
128 tacitum habetur pro expresso, quando in
dispositionem transiuit.

Quantumuis enim clament iura, & strepitẽt
128 Doctores, voluntatem defunctorum omnino
esse seruandam, tamen id intelligendum est,
quatenus transiuerit in dispositionem, quia
talis imperfecta est, & voluntas imperfecta nõ
129 dicitur voluntas. l. cum Syllanianum. C. de ijs.
quib. vt indign. l. haeredes. § vltim. ff. de testament.
§. ex eo autem solo. Instit. quib. mod. testam. infirm.
l. quidam cũ filiusfamilias ff. de hared. instituend.

Voluntas enim cõiuncta cum potestate hu-
130 manis actibus essentiam dat, vt dicunt Phi-
losophi debet esse concreta actui, qui perfici
debet, aliàs tantùm distat fecisse, aut conce-
131 pisse, quarum perfectum ab imperfecto. Alio-
quin dicitur voluntas abortiua. l. si repetendi.
C. de cõdit. ob caus. plenè Riminald. iun. cons. 412.
nu. 38. vers. dicitur voluntas abortiua &c. lib. 4.
Decian. consil. 54. nu. 77. vers. non sufficit testa-
torem voluisse, nisi disponat &c. lib. 2. Honded.
consil. 46. num. 36. vers. voluntas, quæ non tran-
siuit in dispositionem non spectatur &c. lib. 2.
Cephal. consil. 656. num. 66. vers. voluntas non
transiuit in dispositionem &c. Magon decis. Lu-
cens. 82. num. 23. vers. nuda cogitatio non attendi-
tur, & non ex omni voluntate testatoris agitur,
sed ex ea, quæ transiuit in dispositionem &c.

Vtique, vt dixi, non sufficit agenti ex testa-
mento asserere, quod testator volebat aliquid
relinquere, aut disponere, sed opus est, vt do-
ceat ipsum testatorem actualiter voluisse, vt
132 talis eius volũtas transiret in dispositionem,
itaque testes super hoc debent necessariò at-
testari, quod ita testator voluit perfectè, & de-
liberatè disponere. Bald. consil. 12. num. 3. lib. 2.
Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 12.
titul. 16. nu. 3. & perpendit Rota in causa Roma-
na, seu Tudertina Educationis 11. Martij 1638.
coram R. P. D. Carillo. §. Maximè quia. vers. erat
enim necessarium testes deponere, testatorem per-
fectè, & deliberatè voluisse sic disponere &c. &
deinde coram R. P. D. Cerro in causa Senogal-
lien. Bonorum 30. Maij 1644. §. Nec obstat præ-
tensio. vers. erat enim necessarium testatorẽ actua-
liter, & deliberatè voluisse, & disposuisse &c.
& iterum in eadem causa, coram eodem sub die
15. Maij 1645. §. Iustitia vero. vers. opus est, vt
ipse testator actualiter, & deliberatè disponat &c.
Quare non sufficit, si quis dicat, volo dispone-
re, relinquere, quia nisi actus sit conclusiuus
133 non attenditur, homines enim multa dicũt,
quæ non perducunt ad effectum, vel ab ijs re-
cedunt, & multoties contrarium dicunt, quàm
sentiunt, & velint, vt benè ratiocinatur Crot. in
l. non solum. §. mortc. num. 100. in fin. ff. de nou.
oper. nunc. & adduxit Rota coram sanct. mem.
Gregor. XV. decis. 247. num. 18. vers. sæpè enim
homines dicunt aliud, quàm velint &c. & facit
134 antiquum illud peruersum dictum, sic facito,
vt cunctis lingua videaris amicus. Vnde nisi
verba, vt dixi, transeant in dispositionem ni-
135 hil releuant, quia aliud est verba dare, &
aliud disponere, vt in puncto aduertit Rota co-
ram R. P. D. Carillo in causa Romana Domus
18. Nouemb. 1638. § Vnde dum. vers. si voluisset,
potuisset condere testamentum &c.

Miror tamen de radiosa illa iuris lucerna,
Bart. in l. serui electione, sub num. 4. ff. de legat. 1.
138 vbi tenet, quod in vltimis voluntatibus ver-
bum volo, iniunctum infinito, veluti, volo re-
linquere, sufficiens sit ad inducendam dispo-
137 sitionem, & hoc ea ratione, quia natura vl-
timæ dispositionis est pendere vsque ad mor-
tem. l. 4. ff. de adimend. legat. & l. conspiciuntur
§. fin. ff. de leg. 1. quare cum dicta verba volo re-
138 linquere, habeant quamdam pendentiam,
conueniunt illi actui, ideo &c. & ad hoc in
puncto allegat textum in l. Pamphilio. § propo-
situm. ff. de legat. 3. & prædictam opinionem
Bart. singulariter defendit Aretin. in l. gerit ff.
de acquir. hared. & latius Ias. in d. l. serui electio-
ne. & quod in puncto iuris prædicta opinio
Bart. possit substineri dicit Curt. iun. in consil.
304. sanctissimè vol. 3.

Tamen quidquid perperam sensit Bartol.
139 absque vlla dubitatione firmãdum est, quod
sicuti in contractibus, verbum, volo, iniunctum
verbo infinito, veluti, volo vẽdere, donare, &c.
140 verba ista dispositionem aliquam non indu-
cunt, nec aliquid disponunt, glos. in d. l. serui
electione, in verb. possumus in princip. & ibi Bald.
& Alex. ff. de legat. 1. & faciunt text. in l. Clo-
dius Clodianus. 97. ff. de acquir. hared. & in l. fin.
ff. qui testam. fac. poss. Idem Bald. in l. 1. num. 11.
vers. quaero pone. C. de confess. & in l. in venden-
tis. num. 25. & 26. & ibi Salicet. nu. 10. vbi ait,
quod sic communiter transeunt Doctores. C. de
contrahend. empt. Molin. de rit. nupt. lib. 1. com-
pend. 20. num. 34. & seq. Prat. Lexic. Iur. in verb.
volo, Barbos. diction 436. num. 14. Piccard. in-
stitut. quib. mod. testam. infirm. §. 1. nu. 35 Miens.
de maiorat. part. 1. quaest. 48. num. 266. Peregr. in
tractat variar. titul. de pact. num. 5. & 6. & ani-
maduertit Rota coram Card. Seraph. decis. 1079.
num. 3. vers. verbum, volo, iunctum infinito in
actibus inter viuos, non importat dispositionẽ &c.
& coram bon. mem. Burats. decis. 199. nu. 5. vers.
quæ verba nihil disponunt, prout si dixisset, se
velle soluere &c. & deinde coram bon. mem. Ar-
guellio in causa Vlixbonen. Nullitatis Professio-
nis 29. Ianuarij 1646. §. Octauo considerabant

Domini

Domini &c. vers. verbum, volo, iniunctum alteri verbo infinitiui temporis non importat dispositionem de præsenti &c.

Ita, nec quoque in vltimis voluntatibus, cũ
141 bona ratio diuersitatis reddi non possit, ita
contra *Bart. in dicta l. serui electione*, tenuerunt
Imol. Castren. & Alexand. & alij, qui ferè omnes asserunt in hoc Bart. meritò reprehendi
142 communiter, & meminit *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 5. cas. 496. num. 23. vers. ex quibus constat errasse Bart. &c.* & refert *Corn. Socin. & alios*, qui ineptè secuti sunt *Bart.* allucinatus quidem fuit *Bart. à textu in d. l. Pamphilio. §. propositum ff. de legat* 3. cum ab eo, præ-
143 dicta l. nõ fuerit speculata, nam ideo ibi, fuit sancitum, per verba, volo, vel vellem relinquere, prolata à testatore, fuisse inductam dispo-
144 sitionem, quia concurrebant plures coniecturæ, ex quibus patebat testatorem habuisse deliberatam voluntatem ac si perfectè disponendum.

In primis aderat ibi conuocatio amicorum,
145 vt probat text. ibidem in verbis, *accersitis amicis*, ex qua conuocatione, apparet deliberatio. *secundùm eundem Bart. in l gerit. ff. de acquirend. hæred. & in l. fin ff. de testament.*
146 Secundò erat miles, & contubernalis ille, cui prædicta fuerunt relicta, vt apparet ex textu, ibi, *Caio contubernali dixisse, quod vellet ei relinquere prædia*.
147 Tertiò erat testator infirmus. & prope mortem. vt dicit text. ibi, *in vitæ discrimine cõstitutum*.
148 Quartò interuenit scriptura facta ad instantiam dicti Caij, cui relinquebantur prædia, vt apparet ex tex. ibi, *in attestatione Caium Seium redigisse*.
149 Quintò interuenit nedum geminata, sed etiam triplicata dispositio testatoris, & primò præambula quædam voluntas testantis, licet non perfecta, quia dixit *velle relinquere Caio prædia*, & interuenit statim *nominatio* prædio-
150 rum distinctè, & accessit dictæ denominationi *scriptura* facta per illum Caium, quorum verborum geminatio multum operatur, quia demonstrant iam enixam voluntatem. *vulgat. l. Balista ff. ad Trebell. & l si mulier. C. ad Vellejan. cum simil*
151 Sextò, & vltimò interuenit postea interrogatio ex parte dicti Caij scribentis erga dictũ testatorem, ibi, *& ipso testatore interrogato, an*
152 *ea dixisset*. Sicquè, quãdo ex coniecturis constat, testatorem ex tunc habuisse animum deliberatum ad testandum, eo casu verba, volo facere hæredem, denotant voluntatem perfectam, sicuti etiam in simili videmus, quod licet verba illa, volo ducere, vel accipere te in vxorem, vel in maritum, denotent sponsalia,
153 et non matrimonium, quia ea verba non denotant dispositionem de præsenti, sed futuro, vt constat *ex pluribus relatis per* Sanchez. *de matrimon. lib. 1. disputat. 18. à num. 25. & super* *alios referens* Io: Angel. Boss. *in eodem tractat. cap. 3. num. 193. & seq. & sensit* Rota *coram bon. mem* Robuster. *decis. 121. à num. 7. vers. inducitur enim sponsalia de futuro &c. part. 1. diuers. & coram bon. mem.* Butatt. *decis. 713. num. 1. vers. mi contento, & voglio pigliarmi &c. & coram Card.* Verospio *decis. 124. num. 10. vers. negabatur, quod possent ea verba satis esse pro deliberatione consensus præsentis &c. part. 7. recent.*
154 Nihilominus quando dicta verba, volo accipere in vxorem sunt deliberatè prolata, tunc iunctis coniecturis, cum infinitiuum accipere, et simile, sit aptum ad omne tempus, præsens, futurum, et etiam præteritum *ita glos. in l. ubi. 5 §. stipulatio, in verb daturum. & facturum. ff.*
155 *de verb. obligat.* important matrimoniũ, quæ autem sint dictæ coniecturæ ad longum deduxit *Rota d. decis. 121. à num. 22. & seq. part. 1. diuers. & d. decis. 713. num. 2. vers. prædicta opinio non procedit, præcedentibus tractatu, & alijs coniecturis &c & decis. 266. num. 3. vers. ista verba, volo, & vis accipere in uxorem possunt adaptari ad contractum matrimonij ex adiunctis, & circumstantijs &c. part. 5. diuers. alias post 2. tom. consil. Farinac. & decis. 74. num. 2. vers. quando hæc verba, volo accipere in uxorem, proferuntur deliberatè, vt in apparatu matrimonij, vel ad interrogationem alterius partis, tunc sunt apta ad inducendum perfectum contractũ matrimonij &c. par. 4. recent.* & iterum fuit animaduersum *coram Card.* Sacrato *in causa Romana Hæreditatis. 17. Iunij 1612. §. Vltim. verba, volo accipere in virum iunctis circumstantijs importãt matrimonium &c.* quæ decisio loquitur in terminis nostris; nempe, quod verba, *volo facere hæredẽ*,
156 iunctis circumstantijs de quibus ibi, importent veram institutionem, eis tamen cessantibus, & sic regulariter loquendo non potest saluari nullo modo *d. doctrina Bart.* & vide infra *à num. 181.*

Patet ergo ex ipso textu *d. §. propositum* omnia supradicta specialia concurrere, quę faciunt dispositionem illam valere, quæ quidem dissẽ-
157 tiunt à simplici casu, quare stat inconcussa supra relata generalis conclusio, vt tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus,
158 verbum volo iniunctũ infinitiuo nihil disponat. Iure ergo dixi *Bart.* fuisse allucinatum à *d. §. propositum*, tantum per ipsum in transitu
159 gustatum, & bene id sedulo considerauit *Thom. Grammat. in sui consil. ciuil. 54. sub nu. 3. vers. non obstat textus in d. §. propositum &c.*
160 vbi ait ab eo §. fuisse deceptum diuinum ingenium *Bartoli*, latè videatur etiam apud *Menoch. de arbitrar. Iudic. dict. cas. 496. à num. 35. vers. cæterum in eo versatur dubitatio &c.* vbi ad longum videri potest. Et benè post *Fulgos. Castren. Socin. & alios* animaduertit *D. Regens Capyc. Latr. decis. 140. num. 23. lib. 2.* verba, vo-
161 lo instituere, respiciunt quidem potentiam, sed non actum, & sic non disponunt, sed destinant aliquid facere, & vide infra *à num. 181.*

Cæterùm illud animaduertam, circa cele-
162 bre verbum, volo, à quo tamquam à fonte,
& radice prouenitũt omnes dispositiones, quod
si per se solùm consideretur, nihil ponit in esse,
163 nam de sui natura est informe, & determina-
tur, secundùm naturam verbi adiuncti, vnde
non est directum, vel obliquum de se, sed ra-
tione verbi adiuncti, quare si iungatur verbis
164 obliquis, importat fideicommissum, si verbis
directis, aut communibus directam substitu-
tionem, secundùm doctrinam Bart. in l. apud
Aufidium num. 2. vers. respondeo verbũ volo &c.
ff. de opt. legat. & in l cunctos populos num. 3. C. de
Sum. TRINIT. & fid. Cathol. & clarius in
l. verbis ciuilibus num. 5. vers. præterea ff. de vul-
165 gar. Vbi ait, verbum, volo, non esse directũ,
vel obliquum, de se, nisi propter verbum ad-
iunctum, alios DD. ad hoc cumulat Rota corã
bon. mem. Vbaldo in causa Bononien. Fideicom-
missi de Pretis. 17. Iunij 1611. & deinde coram
bon. mem. Dunozetto in causa Firmana Hære-
ditatis 16. Decemb. 1620. à me relata in part. 4.
recent. tom. 2. decis. 346. num. 42. vers. existimarunt
enim Domini verbum illud, volo, ex sui pro-
prietate esse informe &c.

166 Vnde quatenus multi DD. dicunt, per ver-
bum, volo, induci fideicommissum, vt constat
ex pluribus relatis per Rotam coram bon. mem.
Card. Panzirolo in Romana fideicõmissi de Pan-
caldis 16. Februarij 1640. §. Nec visum. vers.
verbum, volo, inducit fideicommissum &c. et ite-
rum coram R. P. D. Bichio in causa Romana
Fideicõmissi de Spiritibus 22. Maij 1643. §. Quæ
comprehensio. vers. verbum, vult, est fideicommissũ
inductiuum &c. id tamen venit intelligẽdum,
quatenus adiungatur verbis obliquis, et tunc
refertur ad fideicommissum, et id sine dubio
167 procedit, si dictum verbum, volo, vel similia,
referantur ad factum grauati, veluti volo, vt
det, præstet, restituat &c. l. si seruus legatus est.
§. qui margaritam. l. etiã. 118. & l. & eo modo. 121.
& l Lucius 126. in princip. & § fin. ff. de legat. 1.
l. cum quidam. 23. & l. vnum ex familia. 69. § sed
& si fundum & §. rogo. & l. cum filius. 78. §. pa-
ter. l. cum pater. 79. in princip. & §. rogo. & l. Ti-
tia Seio. 89. § Seia libertis. ff. de legat. 2. l. sed & si
sic. 6. l. fideicommissa. 11. § hæc verba. l. Stichus 12.
l. cum qui decedens. 35. §. pater. ff. eodem, cum
alijs pluribus relatis per Bellon. in tract. de Iure
accresc. cap. 7. quæst. 3. num. 389.

Dilucidius tamen procedendo circa prædi-
ctum verbum, volo, persistendo in terminis
168 nostris, scilicet ad effectum cognoscendi,
quando denotet animum deliberatum testan-
di, vel disponendi, seu tantùm præparationem
animi, aut affectum ad disponendum, vel testã-
dum, et hoc propter verba ei adiuncta, distin-
guendi erunt nonnulli casus.

Primus ergo erit, si verbum, volo, iungatur
169 adiectiuo significanti rem ipsam, itaque non
expectet ad sui essentiam, actum alterius vo-
luntatis ipsius loquentis, vel cuiuslibet alterius,
veluti volo Caium esse mihi hæredem, vel volo,
vt schedula manu mea scripta, & ad Titium
transmissa sit meum testamentum, vel volo esse
170 hæredem, et tunc cum ista verba executio-
nem actus perfecti, et completi respiciant. Vn-
de Doctores vno ore concludunt, quod ver-
bum, volo, importet consensum, et voluntatẽ
perfectam, et stare dispositiuè non autem enũ-
171 ciatiuè, itaque si quis dicat, volo hanc rem,
statim censetur illã eligisse, vt per text. in l. Au-
fidium ff. de option. legat. tradit Menoch. de arbitr.
Iud. cas. 496. num. 6. & 7. cum ibi allegatis. Vnde
similiter si quis dicat, volo esse hæres statim
172 censetur adiuisse hæreditatem. vt constat ex
leg. iam dubitari in fine. ff. de hæred. instituend.
Bart. in l facta. §. si sub conditione. num. 4. ff. ad
Trebell & in l. gerit num. 10 vers. instantibus ff.
de acquir. hæred. cum alijs copiosè relatis per
Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 12.
titul. 11. num. 3.

Vbi ait, licet ex his verbis, volo adire hære-
173 ditatem, non inducatur aditio, nisi ex alijs
coniecturis animus adeundi colligatur, tamen
si quis dixerit, volo esse hæres, censetur adire
hæreditatem, videatur etiam Menoch. de præ-
sumpt. lib. 4. præsumpt. 100. nu. 10. Mascard. de
probation. conclus. 41. à nu. 6. & seq. tom. 1. Fran-
cisc. de Barry de Testament. lib 11. titul. 4. nu. 1.
vers. adeo hæreditatẽ, vel accipio, agnosco, quibus
verbis puris intelligitur adita hæreditas &c. &
174 num. 2. monet, vt caueatur à Fachin. contro-
uers. iur. lib. 6. cap. 50. vbi sequitur eos, qui te-
nent verbis illis, volo adire hæreditatem, censeri
aditam. Et vt animaduetto valde enim excã-
descit ibi Fachine. & ingenuè fatetur, se nesci-
re vnde veniat talis subtilitas, vt si quis dicat,
volo esse hæres, dicatur adita hæreditas, at si as-
serat, volo adire hæreditatem, non censeatur
adita.

Insuper nota, quod sicuti per verba, volo
adire hæreditatem, ea non censetur adita, ita è
175 contra per verba, nolo adire, vel non volo
adire, non censetur repudiata, vt voluit glos.
in l. qui separatim. C. vnt. liber. per text. in l filij
matris. C. ad Tertull. vbi Iacob. Butrig. & sequi-
tur Bald. in d. l. qui separatis vbi Dec numer. 17.
vers. prædictis non obstantibus, & dicit commu-
nem, & Curt. iun. num. 17. idem affirmat. Idem
voluit glos. in l. 2. vbi Bart. & alij C. de iur. &
fact. ignorat. Benedict. in cap. Raynutius. in verbo
mortuo testatore il primo, num. 160. Idem enim
operatur oppositum in opposito, quod propo-
situm in proposito, vt in puncto ratiocinatur
Surd. in consil. 298. à num. 18. vers. qui dicit nolo
adire &c. & num. 19. loquitur in casu nostro,
vt qui dicit, volo adire, non fit hæres &c. cum
ibi allegatis, & videatur Rota coram bon. mem.
Pirouano in causa Romana Hæreditatis 2. Iunij
1623. §. Quia fuit responsum. Vbi dicitur, quod
si quis dicat, se velle esse hæres, si aliqua bona
habeat, quamuis ista verba sint suspensiua, nec
176 importent aditionem l. cum qui. §. fin. ff. de
acquir.

acquir. hered. Bart. *in l. qui procuratorem. num.* 1. *ff. eod.* non tamen important repudiationem, & maximè quando aditio iam fuit facta, *& latius vt habetur in d. decisione*.

Verù persistendo in terminis, quoties ver-
177 bum, volo, coniunctum est cum infinitiuo, esse, semper disponit, quia infinitiuum esse, informat verbum, volo, præsenti essentia actus absque expectatione alicuius alterius actus voluntatis propriæ, vel alterius.

178 Quare idem erit affirmandum, quando similibus verbis executiuis prædictum verbum, volo, reperiemus adiunctum, veluti, dari, solui, restitui, obuenire, deuenire, nam sicut prædicta verba important executionem actus, seu sunt executiua, *vt per Alex. in l. 1. num. 7. ff. de pact. Bart. in l. Centurio. numer. 31. ff. de vulgar. Ruin. in consil. 49. numer. 11. lib. 2.* et latius *per Sim. de Prat. de interpretat. vltim. volunt. lib. 2. interpretation. 3 dub. 2. solut. 3. num. 9.* Ita etiam volo dari, solui &c. Et idem est dicendum,
179 si testator dicat, *volo Titium succedere, vel quod Titius succedat*, nam & hoc verbum, *succedat*, est executiuum, seu executionem actus denotat, prout discutit *Marcell. de Maur. allegat. 36.* vbi concludit verba prolata ab infirmo
180 existenti in Hospitali, *Hæc est voluntas mea, vt post mortem meam succedat Hospitale*, inducere dispositionem, et alias, pro vt latius ibi habetur, et sequitur *Marc. Anton. Genuens. in tract. practicab. Eccles. quæst. 275. nu. 4. vers. non omitto.* Vbi dicit, quod contrarium fuisset, si testator dixisset, *mea mens est velle instituere Hospitale*, sed cum dixisset, succedat Hospitale dicitur dispositio valida, cum non habeat tractum de futuro &c. vt supra dixi.

Secundus casus est, si verbum, *volo*, iungatur
181 infinitiuo nō significanti rem, aut essentiam, nec actus executionem denotanti, sed potius ipsius actus initium, et inchoationem, siue di-
182 cere velimus, voluntatē propensam aliquid agendi in futurum, quemadmodum si quis dicat *Volo instituere, volo facere heredem, volo relinquere, volo eligere, volo adire, & similia*, & hoc casu, verbum, *volo*, vt iam tetigi *supra à num.* 39 & cessantibus coniecturis, de quibus pariter *supra à num.* 143. non denotat volun-
183 tatem de præsenti, nec stat dispositiuè, sed tantùm enunciatiuè, denotatque solùm animi motum, seu affectum faciendi in futurum, *iuxta glos. in leg. serui electione in principio. ff. de legat. 1. cū aliis à me copiosè relatis supra nu. 140.* et hanc esse communem Doctorum opinionē testantur Card. *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 12. titul. 11 num. 1. & Menoch. de arbitrar. Iud. d. cas. 496. num.* 8. *&* 20. et idem *in consil 750. num. 6.* Socin. iun. *consil. 179. nu. 66. & 74. vol. 2.* Simon. de Prat *in tractat. de interpret. vlt. volunt lib. 2. interpret. 1. dub. 2. solut. 1. num. 33. vbi alios habes, vide D. Regens* Hect. Capyc. Latr. *decis. 140. num* 23. *vers. illa verba volo instituere respiciunt potentiam, non dicitur dis-positio facta, sed quam destinauerat facere &c. cum ibi allegatis lib. 2.* et dixit *Rota coram bon. mem.* Card. Sacrato *in d. Romana hæreditatis 17. Iunij 1611. §. Minus facit. vers. testatorem dixisse volo facere heredem vxorem meam, quæ verba volo facere regulariter denotant voluntatem imperfectam &c.*

184 Quare dum quis dicit, *volo instituere, volo adire, volo eligere*, non censetur statim instituisse, audiuisse, eligisse &c. eò quod verbum, volo, adiunctum infinitiuo, quale non est substātiuum, seu verbi substantiui, nullatenus dispo-
185 nit, sed dumtaxat primum animi motum denotat, vt benè considerauit *Rota coram bon. mem.* Vrgellen. *decis. 17. num* 11. *& 12. vers. aut fit mentio de voluntate determinanda, per actum alterius voluntatis, & tunc verbum, volo, non disponit &c.* et iterum fuit dictum *in decis. 478. num. 1. vers. cum verba illa intendunt adire, suspensionem quamdam habeant, vt de similibus verbis volo adire &c part. 5. recent. tom. 2. & coram Reuerendiss.* D. Dunozetto *Decano in causa Rauennaten. Emphyteusis 19. Ianuarij 1646. §. Minus prodest. vers. verba volo eligere non disponunt, sed actum futurum enunciant, vt de verbis, volo hæreditatem adire &c. & coram bon. mem.* Arguellio *in causa Vlixbonen. Nullitatis Professionis 29. Ianuarij 1646. §. Octauo considerabunt*, ibi, *non importat dispositionem de præsenti, sed voluntatem propensam id agendi in futurum &c.*

Verum quamuis casus relatus in dicta decisione videatur contrariari primo capiti præ-
186 sentis nostræ distinctionis, dicitur enim in dicta decis. cum quædam Monialis animi maxima perturbatione commota, et quasi desperata emiserit professionem per violentiam, ac
187 deinde emissa professione dixerit, quod licet Monialis non esset, adhuc Monialis esse volebat, per quæ verba fuit dictum non fuisse inductam ratificationem, ex ibi allegatis.

Sed secundùm terminos nostros de quibus
188 in primo casu, cum adsit prædictum verbum, esse, quod denotat substantiam videretur esse inductam ratificationem, ex his, quæ ibi dixi. Tamen respōderur, quod in casu prædictæ decisionis multa concurrebant, quæ apertè demonstrabant ratificandi animum longè erat à tali actu, et quod magis stringit, prædicta ver-
189 ba non fuerunt à dicta Moniali prolata in actu determinato ad emittendam professionē, seu ratificationem, sed ad alium finem, nempè
190 ad desistendum à lite, ideoque non poterant deseruire ad inducēdam ratificationem. *iuxta text. in l. Diuus. 25. ff. de milit. testam. & ibi Gotifred. litera K. l. tale pactum. 41. & ibi. Bart. numer. 3. Castren. numer 8 ff. de pact. l. quid venditor. 8 ff. de adilit. edict. l. Arrianus. 47 ff. de act. & obligat. & l quidquid astringendæ 99. ibi, quidquid astringendæ obligationis est, id nisi palam, verbis exprimitur omissum intelligendum est ff. de verb. oblígat.* et ibidem Scribentes, et non

esset.

essct nouum affirmare, quod assertiones factæ
ab aliquo super actibus ab eo gestis, intelligi
191 possunt de facto, non autem de Iure *ex allegatis d. Rota coram R.P.D.* Bichio *in causa Romana, seu Veliterna Affictus 15. Martij 1652. §. Memoriale &c. & coram Reuerendiss.* Terraconen. *in causa Meleuitana Nullitatis Professionis 13. Ianuarij 1653. § Nec aliqua uniuers. d. assertio intelligi potest de facto, non autem de iure &c.*

Sed persistendo in casu nostro, quando scilicet, verbum, *volo*, iniunctum est verbis de-
192 notantibus actus initium, seu voluntatem
propensam aliquid faciendi, veluti, *volo relinquere, legare &c.* vt ex hoc non dicatur testator reliquisse, legasse &c. et id corroborari potest ea ratione, quia verbum, *volo*, iniunctum
193 similibus infinitis, importat actū voluntatis
determinandum, et perficiendum per alterū
actum voluntatis; et sic non potest considerari perfectio, quis enim dicendo, *volo relinquere*,
resoluitur ac si dixisset, volens sum, quia ver-
194 bum, volo, præsentis temporis resoluitur in
participium, et verbum eiusdem temporis
iuxta Bald. in l. verbum volo. C. de fideicommiss.
et ob id, idem est dicere, *volo relinquere*, quod
195 volens sum relinquere, atque ita futurum
respicit; Vnde dicens, *volo relinquere*, vel *volo eligere*, enunciat in futurum, se id velle, et cōsiderauit *Rota coram R. P. D.* Certo *in causa Senogallien. Bonorum 30. Maij 1644. §. Nec obstat*, ibi, *erat contentus relinquere, quæ verba cum expectent post se complementum dispositionis actus remanet simplex præparatio. sine effectu perfectæ dispositionis &c.*

Fuit enim decisum in prædicta causa cum
quidam Confessarius ægroti ad instantiam cō-
196 sanguineorum illius interrogasset dictum
ægrotum morti proximum, an vellet legatum
relinquere scutorum mille pro erigenda Collegiata in quodam loco, qui respondet, *Padre si*, quo responso habito, agnoscentes dicti cōsanguinei ijdem scuta mille non sufficere pro
197 perficiendo opere, curarunt, vt Confessarius
iterum interrogaret ægrotum, an vellet pro
erectione dictæ Collegiatę relinquere certum
prædium. et cum respōdisset, *Padre si fate voi*,
et in hoc casu Rota respondit, quod dicta verba nullatenus important legatum, quia non
198 continent dispositionem perfectam, vt opus
esset, sed simplicem declarationem, quod erat
contentus relinquere, et præsertim cum dicta
199 verba sonent, quod negotium immittebatur
ipsi Confessario interroganti, ibi, *fate voi*.

Vnde ægrotus non fecit legatum, sed declarauit se contentum, quod Confessarius ipse ad
sui libitum disponeret, quod valde distat à le-
200 gato, pro cuius perfectione opus est, quod
ipse testator actualiter, et deliberatè disponat,
nec sufficit, quod illud relinquat in suspenso
sub futura interrogantis voluntate. Et vlterius ad detegendam imperfectionem dicti le-
201 gati, ponderabatur, quod Confessarius dictam imperfectionē agnoscens, subdit, *Signor Pietro non tocca à me à disporre della robba vostra*, Ægrotus verò responsum dedit, *sapere è zappare*, quibus articulatis, illinc ad modicū
tempus expirauit.

Quare nec Confessario voluit aptè respondere, sicque vnum de duobus elijcitur, et quidem necessariò, vel quod non habebat ipse
202 perfectam voluntatem sic disponendi, et ita
respondit ad euitandas interrogationes adstātium, vel ipse non erat amplius sanæ mentis,
dum interroganti super vna re grauissima,
respondit de re, ad rem non faciente, et nihil
203 prorsus significante, *& aliàs pro vt latius in d. decisione, quæ amplè fuit deinde confirmata coram eodem R.P.D.* Certo *in eadem causa Senogallien. Bonorum 15. Maij 1645.*

Constat ergo, quando testator aliquid exprimit, per verba, quæ denotant solum animi
motum, et ad sui essentiam actum alterius vo-
204 luntatis ipsius loquentis expectant, tunc
nullatenus potest dici, inducta aliqua dispositio, Hinc etiam est si quis infirmus dixisset.
205 *Io voglio far testamento, & voglio che Sempronio sia mio herede*, non dici fecisse testamētum, *ait Menoch. de arbitr. d. cas. 496. num. 22. in fin.*

Nam verba illa, *voglio che Sempronio sia mio herede*, licet secundùm se induçant dispositionem, et importent voluntatem de præsenti
206 perfectam, vt dixi superius in primo capite,
tamen quia à verbis præcedentibus, *voglio far testamento*, regulantur, et per se non stant,
207 ideo non stant dispositiuè, sed enunciatiuè
sicut præcedentia; *vt benè deducit Socin. iun. consil. 120. vol. 2.* Ex supradictis satis, si benè
perpendamus redditur dubia decisio Angeli
Episcopi Recanaten. et Maceraten. inserta in-
208 ter consilia diuersorum vltimarum voluntatum *part. 1. consil.* 55. qui diffinitiuè respondit,
quamdam Margaritucciam rectè fuisse testatā
dum protulisset hæc verba. (*Io voglio far te-*
209 *stamento, e voglio lasciar lo mio, che sia dato per l'amor di DIO, e per l'anima mia à chi pare à me, & quando torno dalla Torre di Palma si lo farraggio*) ex his enim verbis non colligitur
aliquo modo deliberata voluntas ipsius testa-
210 tricis, quod voluerit tunc testari, vt benè
patet ex iam deductis.

Pariter quoque non parum dubitandum
211 est de decisione *Alexand. Raud. in decis. 46.*
vbi vult, quod mulier quædam nominata
Thomasina, poterat petere bona cuiusdam sui
mariti, qui vindicatus ab ipsa à seruitutis iugo, in quo à Turcis detinebatur, cum sæpius
212 instasset, vt ad eum adduceretur Scriba cōdendi causa testamentum, in quo volebat omnia sua bona remunerationis causa prædictæ
Thomasinæ relinquere, ex hac luce, antequā
Notarius peruenisset, fuit subtractus. Prædicta tamen decisio Raud. poterit tamen saluari,
213 ri, ex multis circumstantijs tum pietatis, et

loci,

loci, tùm temporis, causæ et personarum, de quibus apud eum in facti specie videri potest.

Saluari tamen non poterit, quia toto errauit Cœlo, *Matth. Brun. consil.* 87 *num.* 33.*lib.* 1. dum ibi concludit per verba enunciatiua de
214 futuro induci dispositionem ad fauorem piæ causæ, & ratio est clara, quare dicta opinio saluari non potest, nam defectus est in substantia, cum non adsit deliberata voluntas, sine
214 qua nihil ponitur in esse.

Cum supradictis poni etiam potest *Bald. in consil.* 74 *Quidam Rhanbanus lib.* 2. vbi si esset aliquis interrogatus, *quos volebat esse suos haredes*, respondeat, *Carthusianos*, per hæc verba, consuluit *Bald.* fuisse inductam dispositionem ad illorum fauorem, saltem per viam fi-
216 deicommissi, *& in consil.* 221 *eod. volum* dicit, quod verba ista ad interrogationem prolata, *vellem, quod bona mea potius haberent pauperes,*
217 *quam attinentes*, inducerent dispositionem, si legitimè probarentur. Verum an possint saluari prædicta consilia, benè patet ex supradictis, atque hæc sufficiant circa celebre, verbum, volo,

Animus enim deliberatus in prædictis ter-
218 minis, tamquam causa efficiens, si non appareat nihil fit, qui tamen non probatur, licet testes dixerint, quod testator eum habebat, nisi reddant aliquam rationem, quæ resultet
219 ex verbis testatoris id necessariò inferentibus, vel alijs signis, et actibus extrinsecis, ex quibus colligi possit testatorem prædictū animum habuisse testandi, cum animus de quo ipsi deponūt, sit quid latens & occultum estq;
220 firma cōclusio, quod ea quæ consistūt in animo aliter probari non posse, quam per assertionem propriam agentis, vt inquit *glos. in l. is, qui* § *diuus, in verb. sermonibus*, quam ibidem sequuntur *Bart. & Bald. ff. de tutor et curat. datis ab his. glos. in* §. *aha. Instit. de action. cum alijs allegatis per* Menoch. *consil.* 383. *num* 12. *uers. ratio uera, & concludens est, quia ea, quæ consistunt in animo &c. & per* Altograd. *consil* 5. *num.* 12. *uers. quæ consistunt in animo aliter probari non posse, nisi per assertionem agentis &c.* Rota *coram bon mem*. Merlino *dec*. 194. *numer.* 23. *uers. animus aliquin latitans melius detegi non potest, quam &c. et coram bon. mem.* Mormanno *decis.* 197. *num* 4. *uers qua in animo consistunt, nemo uerius &c part.* 6. *recent. & coram R. P. D.* Bichio *in causa Augustana Decimarum* 27. *Iunij* 1639. §. *Et accedit. uers. animus excluditur ex dicta declaratione &c. cū ibi allegatis.*

Quare nisi verba prolata à testatore, quod velit aliquid alicui relinquere, necessariò in-
221 ferant eius animum deliberatum, quod intendit id facere, non possumus asserere, quod id deliberatè voluerit, *ut benè animaduertit* Cancer. *uar. resolut part.* 1. *resolut.* 4. *sub nu.* 76. *uers. dictus animus testandi non probatur, licet testes dixerint, quod habebat testator animum testandi, nisi resultet ex uerbis testatoris &c.* Magnum enim discrimē versatur inter animū simpliciter, et animū deliberatum. Vnde aliud quidem est habere animū ocidēdi, & aliud ha-
222 bere animum deliberatū occidendi, vt rectè declarat Ægid Boss *in prax. titul. de homicid. num.* 3. *uers si non est animus deliberatus &c. cū ibi allegatis adde* Surd. *consil.* 33. *num.* 4. *uers. inter se differunt animus occidendi, et animus deliberatus &c. et consil.* 40. *num* 29. *uers. aliud est habere animum occidendi, et aliud habere animū deliberatum occidendi &c. quæ consilia Surd. secuta est* Rota *coram bon. mem.* Merlino *decis.* 231. *num.* 10 *uers. magnum discrimen est inter animum simpliciter, et animum deliberatū &c. part.* 6. *recent inter eius impress est decis.* 392. *num.* 10. Quare sic concludi potest in casu no-
223 stro, quod magnum est discrimen, quod testes deponant, de animo testatoris simpliciter, vel de animo deliberato relinquendi, vt constat abundè ex supra relatis.

ARGVMENTVM.

Defectus publicationis, et stipulationis testamēti, quando arguat ipsum testamentum esse inualidum ratione solemnitatis, et quando ratione voluntatis, ita vt isto casu nec valeat, quamuis testamentum sit conditum ad pias causas.

Testator, quando declarauit suam voluntatem per verba dispositiua declaratoria, seu explicauit, quod disponere intendebat, et petijt, vt vocaretur Notarius, et antequam accedat, vel perficiat, moriatur testator, tunc illa est dispositio imperfecta ratione voluntatis.

Testator, si suam voluntatem propalauerit, et iussit vt accederet Notarius, quo peruento, id distulit in aliud tempus, si interim moriatur testator, an eius propalata voluntas, possit dici perfecta. Plura deducuntur circa famigeratum consil. 119. Oldrad. et tota difficultas, vt illud intret, stat ad indagandum, vtrum in casu illius consilij, testamentum illud sit imperfectum ratione voluntatis, vel solemnitatis,

Ex tractatu non bene infertur ad conclusionem, Velleitas aliud est, et alind voluntas, Testator adhibendo Notarium, vt redigat in publicam formam testamentum, tunc quantumuis declarauerit suam voluntatem, quomodo testari intendebat, tamen si ante stipulationem moriatur, nihil fit, cum testator non habuerit suā voluntatem pro perfecta.

SVMMARIVM.

224 *Testator, si piè testari intendat, sed id non disponat nihil agit.*

225 *Actus si pecces ex defectu deliberata voluntatis, in vanum quaritur de eius subsistentia. Voluntas abortiua non attenditur.*

226 Te-

226 Testator, si ordinauerit suam voluntatem & iussit, vt vocaretur Notarius, et testes et antequam connocarentur decesit,
Quid inde, si essemus in casu piæ dispositionis. et num.229.

227 Testator quando dicatur potius se præparasse ad testandum, quàm actu testamentum condidisse.

228 Testator quando videatur complementum suæ voluntatis, suspendisse, vsque ad stipulationẽ Notarij.

229 Testator piè disponens, si vt intendebat, non valuit, vt Notarius testamentum stipularetur, ista qua imperfectio sit.

230 Notarius, si voluntatem testatoris in scripturam redegit, quare omnino recitatio necessaria sit.

231 Notarius, dum in scripturam redigit voluntatem testantis, totum illud tempus ante stipulationem testator habet liberum ad addendum, minuendum &c.

232 Testatores inter legendum testamentum per Notarium sæpe pleraque mutant. et nu.272.

233 Voluntas testatoris non potest dici plena, dum etiam aliquid addere, vel minuere potest.

234 Publicationis, et stipulationis testamenti defectus, cum sit iuris positiui, non attenditur in testamento pio.
Stipulatio, et publicatio testamenti non est necessaria, cum illud possit fieri sine scriptura.

235 Actus non potest dici perfectus, dum superest aliquid agendi.

236 Linea dum constat esse vsque ad vltimum punctum ducta, dicitur perfecta.

237 Testator, quando declarauit suam voluntatem, et voluit, quod ea expediretur per Notarium, quo animo censeatur facta dicta declaratio.

238 Verborum nuda, et simplex enunciatio non sufficit ad testandum, nec ad pias causas, cum deliberata voluntas requiratur.

239 Dispositio, si non sit conclusiua nullatenus attenditur.

240 Oldrad. in consil. 119. in quo casu loquatur, refertur. et num. 241.

242 Præparatio ad testandum non potest dici testamentum, quantumuis illud esset pium. et num.246.256. et 258.

243 Testator si pium ordinauerit testamentum, et postea dixit, quod sibi placebat, et addit, quod volebat adhibere Notarium, et id differre vsq; ad vesperas,

244 Dato, quod ante dictum tempus moriatur, tale testamentum non substinetur.

245 Testator, si propalauerit suam voluntatem, et volebat eam stipulari per Notarium, et id distulit in aliud tempus, quod signum id sit.

247 Notarium quemdam, si testator iubeat vocari pro stipulando eius testamento.
Et illo accendente, & redeunte semper distulit; dicendum non est deliberatè velle testari. & num.282.

284 Testator, si dicat, velle instituere Hospitale, dum constat, de tali voluntate velle conficere instrumentum publicum, si ante moriatur, nihil fit. & num.249.

252 Testator, quando vocat Notarium, vt suam voluntatem scribat, quid ex hoc inferatur.

253 Testamentum ad pias causas, quando dicitur nullũ ex defectu publicationis, & stipulationis.

254 Oldrad. consil. 119. est satis famigeratum, & perpetuo menti retinendum.

257 Testator, quando constat, quod in scriptis voluit testari, quo casu dicitur perfectum tale testamentum.

260 ab Oldrad consil. 119. quantumuis sic famigerato, nonnulli DD. recesserunt.

261 Testatoris voluntas de qua in consil. Oldrad. 119. an possit dici deliberata. & num.262.

263 Testamentũ de quo in casu d. consi. 119. Oldrad. an dicatur nullum ex defectu solemnitatis, vel voluntatis.

264 Oldrad. consil. 119. secundum aliquos est communiter damnatum.

265 Testator, si suum pium testamentum conscribat, licet illud non fuerit publicatum, consisto de eius manu, tenet.

266 Et hoc procedit, quando testator aliud non dixit, vel non fecit.

267 Oldrad consil. 119. in quo casu non procedat.

268 Testator, quando post scriptam, vel declaratã eius piam voluntatem, iussit vocare Notariũ, & id nõ perfecit, tunc intrat cons. Oldrad. 119. & num. 269.

270 Cum tunc sit imperfectio voluntatis, et non solemnitatis.

273 Dispositio non omnis perficitur, et peruenit ad suam perfectionem.
ex Tractatu non infertur ad conclusionem.

274 Testis qui interfuit tractatui, et non conclusioni, non probat.
in Capitulis, si adsit aliqua pactio, quæ non reperitur in instrumento, censetur consulto in eo omissa.

275 Capitula si discordent ab instrumento, standum est capitulis, et quare.
Capitula fiunt à partibus; instrumenta à Notario. & ideo inhærendum eis.

276 ad Conuentionem originalem semper est recurrendum, dum contrarium in instrumento disponitur.

277 à Capitulis datis à parte, si recedatur, solet de hoc fieri mentio in instrumento.

278 Contrahentes si constet ex parte recessisse à capitulis traditis Notario, intrat præsumptio nouæ voluntatis.
Dum contrarium expressis verbis reperitur tantum in instrumento.

279 Mart. vot. 8. num. 25 reprobatur, dum sentit Oldrad cons. 119. communiter esse damnatum.

281 Velleitas aliud est, & aliud voluntas.

284 Testator, quando adhibuit Notarium censetur ex more voluisse, vt publicaretur testamentum.

Et

Et ideo, si non fuerit publicatum est nullum
ex defectu voluntatis, et sic non valeret etiam
si esset ad pias causas.
285 *Viam duplicem, quando quis habet, si eligat*
vnam, sed nulliter, non poterit deinde vti al-
tera.
286 *Hæres, si non vult vti beneficio legis, et inuen-*
tarij, & petierit terminum iuxta formam le-
gis antiquæ,
Etiam quod confecerit inuentarium, tenebi-
tur in solidum creditoribus.
287 *pro Beneficio nouo, qui vetus eligit, sibi impu-*
tet, si aliquid sinistri ei accidat.
288 *Superentimis aliquando nocet,*
289 *Legis beneficio, quando quis non vult vti, sed*
vult aliter sibi prouidere, quia ei eueniat.
290 *Via antiqua non est dimittenda propter no-*
uam, et vide num. 291. et 292.

CAPVT VII.

TEstatoris voluntas ad pias causas testan-
tis, si sit imperfecta ratione voluntatis
incompletæ, scilicet si testator intentionem
habebat aliquid piæ relinquendi, sed eam ad
224 suam esse per dispositionem non reduxit, vt
apparet ex casibus supra relatis in præcedenti
capite, tunc quia actus peccat in iure naturali,
scilicet ex defectu deliberatæ voluntatis, non
225 est quærẽdum de subsistentia talis abortiuæ
voluntatis.

Vnde si quis facta scriptura talis suę piæ vo-
luntatis, dedit ordinem, vt vocarentur Nota-
226 rius, et testes, et anteaquam illi conuoca-
rentur, vel Notarius in publicam formam di-
ctam scripturam redigeret, testator extremũ
clausit diem, tunc sanè actus non dicitur per-
fectus, quantumuis ad pias causas cantaret,
227 cùm ea potius dicatur quædam præparatio
voluntatis ad testandum, quàm perfecta, et
absoluta dispositio, nam alio non apparente,
de eius deliberata voluntate, videtur comple-
mentum dictę suæ voluntatis suspendisse vsque
228 quo fuerit per Notarium in scriptis de mo-
te redacta, et deinde coram testibus stipulata.

Quare dicta recitatione non facta dicendũ
est, dispositionem esse ratione voluntatis im-
229 perfectam, et tantum præparatam *ad text.*
in l. fideicommissa. 11. §. 1. ibi, *quoties quis exem-*
plum testamenti prius præparat, et prius decedit,
quam testetur, non valent quasi ex Codicillis,
quæ in exemplo scripta sunt, licet verba fideicom-
missi scripta habeant ff. de legat. 3. et in l. ex ea
scriptura, ibi, *ex ea scriptura, quæ ad testamen-*
tum faciendum parabatur, si nullo iure testamen-
tum perfectum esset, nec ea, quæ fideicommissoria
verba haberent peti possunt. ff. qui testam. facer.
poss.

Et ratio in promptu est, quia si id, quod in
testamenti formam redactum est, testatori nõ
230 perlegatur, fieri tamen potest, quòd aliud
contineat, quàm quod testator dixit, quare
ad excludendam omnem sinistram suspicionẽ,
fraudisque occasionem, quando conspicitur,
testatorem in extremis esse, testamenti præ-
lectio omnino necessaria est, *vt per Comarr. in*
cap. relatum. 10. num. 11. de testament. Clar. *in*
§. Testamentum. quæst. 7. num. 7. Card. Mantic.
de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. cap. 6. numer. 10.
Ludouic. Zunt. *in consil. pro vxore. numer. 285.*
et seqq. Ioannes Dauth. *de testament. num. 404.*
& seq. Ioannes de Castill. *Soto maior lib. 4. con-*
trouers. 21. optimè Gomes. *ad leg. Tauri 3. nu-*
mer. 107. vers. quia si instrumentum, aut scriptu-
ra non legatur, potest aliud continere, quam
testator dixit &c. Sic quoque senserunt *Afflict.*
Boer. Grammat & alij relati *Io. à Sande decis.*
Curiæ Frisiæ 5. de testament. et codicill.

Vbi etiam adducitur supra relata ratio;
vnde sic talis dispositio remanet nulla ex de-
fectu voluntatis, nam et vlterius etiam totum
231 illud tempus, quo perficitur scriptura per
Notarium, liberum est testatori mutandi, de-
trahendi, addendi, quæcunque, quæ addere,
vel mutare, vel detrahere vult in suo testamẽ-
to, Et sæpè accidit, vt inter legendum plera-
que vel deleantur, vel emendentur, ita iuben-
232 te testatore, tamquam ad id, quod agit di-
ligentius attendente. Quare nullo modo di-
ci potest plenam esse, numerisque omnibus
233 absolutam voluntatem cui aliquid addere,
vel detrahere potest testator, Vnde testamen-
tum remanet nullum ex defectu voluntatis,
et sic non valebit, nec ad pias causas, Et hoc
nullatenus ex defectu publicationis, et stipu-
234 lationis testamenti, quia id si non requiri-
tur in alijs testamentis, nam et sine scriptis va-
let testamentum, *l. hac consultissima. §. per nun-*
cupationem. C. de testam. et alibi dixi. Vnde hoc
multò magis habebit locũ in testamento pio,
vt ratiocinatur Rota *coram bon. mem.* Motman-
no *decis. 108. num. 12. vers. in testamento pio non*
est necessaria illius stipulatio, seu publicatio ad
illius validitatem &c. part. 7. recent. nam istæ
solemnitates cum sint iuris positiui non attẽ-
duntur in prædicto testamento, vt satis latè
dixi *supra cap. 1. per tot.* sed ex defectu, vt præ-
misi, voluntatis conclusiuæ, non enim actus
235 perfectus dicitur, dum quid superest ad agẽ-
dum. *l. penult.* C. *de his quib. vt indign. est simil. lib.*
et tunc verè dicitur aliquid suam perfectionẽ
236 recepisse, quando constat lineam omnem du-
ctam esse etiam, vsque ad extremum punctũ.

Quando enim testator declarauit suam vo-
luntatem, & voluit, quod per manum Nota-
237 rij expediretur, & talis declaratio nõ fuit fa-
cta animo condendi vltimam voluntatem, sed
animo, quod in futurum facere volebat, & nisi
aliud deinde sequatur talia verba nihil ope-
238 rantur, & sic non probatur testamentum,
nec ad pias causas, sed solum probatur quæ-
dam prima dispositio, seu quædam nuda ver-
borum enunciatio redigenda postea in testa-

239 mentum; Vndè perperam, & satis ineptè
quis tunc assereret constare de deliberata vo
luntate testari volentis, cum esset dispositio
conclusiua;

Punctualiter in terminis dispositionis piæ,
240 habetur celebre *cons.* 149. *Oldrad.* in quo te-
stator vocauit duos testes, & quemdam cleri-
cum, a quo scribi fecit accuratè eius bona, in
quibus hæredes instituit pauperes CHRI-
STI, & nonnulla legata fecit, deinde dictos te-
241 stes rogauit, vt ab aliquo Tabellione ordi-
nationem à se factam describi facerent, ipsam-
que dispositionem in formam redigerent, sed
antequam hæc ad finem perducerentur, testa-
tor vitam cum morte commutauit, & consu-
luit *Oldrad.* quod etiam si causa pia fuerit hæ-
res instituta, dispositio non teneat, quia si ma-
242 turè consideremus, ea dispositio non potest
dici testamentum, sed benè præparatio ad te-
standum. & *Oldrad* secutus est *Io. Andr. in
addit. ad speculat. in tit. de edit. instrument.
§. compendiosè. in addit. incip. ex parte. circa med.
vers. sed contrarium fuit iudicatum, ex ratione,
quia illa scriptura non fuit testamentum, sed
quadam dispositio ad testandum &c.* & *Oldrad.
& Io. And. adhæruit Alberic. in l. hac consultis-
sima. § si quis autem. C. de testament.* & optimè
plura allegando, & sequendo d. *consil. Oldrad.*
concludit Couar. *in repetition. cap. relatum. el 1.
num. 9. vers. vt pietatis causa valeat testamentum
imperfectum respectu solemnitatis, non autem
voluntatis &c. ext. de testament.* & refert, seu
figuratur casus *Oldrad.* et idem sensit Rota
coram bo. mem. Bubalo *in causa Castnaten. Le-
gati 11. Ianuarij* 1580. *§. Nec obstant vers. illa
scriptura confecta à Notario, potius dicitur præ-
paratio, quàm testamentum, quo casu non va-
let, nec fauore piæ causæ &c.* et canonizatur
supradictum *consil. Oldrad.* & sæpius sic tenuit
Rota, vt dicam infra *num.* 259.

Ita pariter consuluit *Paul. de Castr. in con-
sil. 540. incip. Visa facti narratione. in fin. lib. 2.*
vbi sic respondit etiam in fortioribus termi-
nis; Nam ibi in casu suo lecta fuit scriptura
243 priuata, in qua continebatur ordinatio te-
stamenti, & institutio hæredis ad pias causas,
& testator dixit, quod sibi placebat, & quod
ita faciebat, addit tamen, quod volebat ad-
hibere testes, & Notarium, et quod volebat
differre, vsque in vesperas, & interim mor-
244 tuus est testator. Consulit *Paul. de Castr.*
quod tale testamentum etiam ad pias causas
non valebat, quia talis dispositio non fuit
perfecta.

245 Nam licet illa verba apta fuissent ad facien-
dam dispositionem perfectam, si testator vo-
luisset, tamen ex sequentibus verbis appare-
bat, quod testator noluit, quia distulit in
futurum, et voluit testes, & Notarium adhi-
bere, vnde apparuit, quod non habuit illam
dispositionem pro perfecta, sed potius fuit
246 quædam præparatio testamenti, quàm te-
stamentum, allegat *Ioan. Andr. in loc. præalle-
gat.* videatur etiam idem *Castren. in consil.
307. vol. 1. & consil. 137. volum. 2.* & Decian.
in consil. 86. num. 14. lib. 2. vbi refert, & sequi-
tur supradictum *cons. Castren.* 450. Idem te-
net *Io. de Anan. in consil. 57. incip. Visis & con-
sideratis. circa med. vers. postquam testator co-
ram duobus testibus &c.* vbi tenet eãdem opi-
nionem, quam tenuit *Oldrad.* licet eum non
alleget. Sic quoque consultus respondit *Ias.
in consil. 165. incip. In causa, & lite sub num. 5.
vers. vltima voluntas ad pias causas perfecta nõ
fuit sufficienter probata &c. lib. 4.* vbi de Testa-
tore, qui iusserat vocari quemdam Notarium
247 pro stipulatione, & illo accedente, & re-
deunte semper distulit schedulam testamenti
stipulari.

Nec à prædicta opinione *Oldrad.* recessit
Philipp. Dec. in consil. 159. num. 4. qui loquitur
de quodam, qui dixit coram testibus se velle
248 instituere hospitale, et insuper apparebat
voluisse, vt de tali voluntate, & testamento
conficeretur instrumentum publicum, et cum
ante confectionem illius testator migrauerit
ab hac vita, respondit, tale testamentum va-
lidum non esse, nec ad pias causas, cum vsque
249 ad illud tempus non dicatur perfecta volun-
tas. Ita pariter in non dissimili casu consuluit
*Ruin. in cons. 7. nu. 7. vers. nõ valet illa dispositio,
nec ad pias causas, quamuis probetur per testes
testatorem ita ordinasse &c. lib. 3. & in cons. 11.
nu. 12. vers. secundo alia ratione &c. eod. lib. 3.*

Vbi firmauit, schedulã testamenti non con-
tinere voluntatem perfectam, et deliberatam,
250 sed potius quamdam dispositionem præpa-
ratoriam ad testandum, si in fine illius dicat
testator, vt de ea rogetur Notarius, cũ ex hoc
apertè colligatur, testatorem interim talem
schedulam non habuisse pro perfecta, et ideo
si ante talem confectionem moriatur, tale te-
251 stamentum nec valet ad pias causas, nec in-
ter liberos, et sequitur ad hoc predictum con-
silium *Oldrad.* sicuti quoq; consulendo ample-
ctitur *Surd. in cons.* 158. *nu.* 20. *vers. quia magis
videtur facere cœpisse, vel parasse, quã fecisse &c.*
Menoch. *in cons. 45. nu. 29. vers. qui præparauit
testari, et morte præuentus non potuit &c. lib. 1.*
eamque opinionem communẽ nuncupat Iul.
Clar. *in §. Testamentum. nu. 3. vers. testator fecit
vocare duos testes &c.* et refert prædictũ *Oldrad.*
casum, ac sequitur eiusdẽ decisionem, abundè
videatur *Anton.* Gabr. *conclus. 9. num. 3. & 4. &
per tot.* et magis affluenter Magdal. *de numer.
test. part. 3. cap. 5. à numer. 1. vers. si testamentum
ad pias causas, sit imperfectum ratione incom-
pletæ voluntatis non tenet &c.* addo Gratian.
*discept. 969. numer. 23. vers. apocha est imperfe-
cta tamquam continens dispositionem ad dispo-
nendum &c.* Mart. *de successʃ. part. 4. quæst. 8.
articul. 3. numer. 11. vers. seu l. dicitur imperfe-
ctum ratione voluntatis, quando non perfi-
cit &c.* et deinde pluribus etiam relatis

Anton.

Arton.de Amat. *resolut.8.num.18. vers.quamuis parentes inter liberos. vel ad pias causas, oretenus vel corã testibus.vel priuata scriptura &c.*
& latissimè videatur *Pasqual. de patr. potestat. part.2.cap 8.à numer.68.* & addo Paul Staiban. *resolut forens.cap.69. à numer.43.* & optimè deducit Io.Baptist.Hodiern. *in suis controuers forens lib 1.cap.35.à num.63.*

Vbi ait, quando Testator vocat Notarium,
vt suam voluntatem scribat, certum est. quod
252 de publicatione, & stipulatione cogitauit,
vnde ante illius publicationẽ, dici non potest,
quod voluerit illud pro perfecto habere, cum
præsumatur voluisse testari, iuxta consuetudinem,
vnde ante quam testamentum publicetur,
& legetur coram testibus, nullum dicitur
253 ex defectu volũtatis, & sic nec ad pias causas
valebit, Addo *Cancer. variar. resolut. part 1.cap.
4.sub num.66. vers. si antequam Notarius accedat, moriatur testator, est illa dispositio imperfecta ratione voluntatis, & sic nec fauore piæ causæ valet &c.*

Eandemq. opinionem diuersa Orbis Tribunalia
comprobarunt, & præsertim Senatus
254 Lusitanus penes *Gamm. decis.221.numer.3.
vers. decedente eum prædicta declaratione non censetur cum testamento mori, nec ad pias causas testari visus est &c.* & refertur, & sequitur
Oldrad. in d.consil.119. Idem fuit animaduersum in *Senatu Burdegal. apud Boer. decis. 93. num.10. vers. tale testamentum non valet, nec ad pias causas, nec inter liberos &c.*

Idemque fuit decisum in Audientia Baren. vt scribit *Franc. de Vit. decis.13. num.11. vers. non debetur hæreditas, nec legata, etiam si essent ad pias causas &c.* & canonizantur rationes famigerati *consil Oldrad. 119.* monetq. prædictam
sententiam esse verã, & perpetuò me-
455 ti tenendam, eamq. procedere tàm secundũ
rigorem Iuris Ciuilis, quàm secundum æquitatem
Canonicam; Ita pariter fuit responsum in Senatu Gratianopolitano vt habetur apud *Guidopap. decis.538.sub num.2.vers.non recitatus coram testibus testamentum &c.*

Sic quoque fuit ponderatũ in *Senatu Mantuano* vt firmat *Surd. decis. 292. num. 11. vers. magis videtur cœpisse, vel parauisse facere testamentum, quàm fecisse &c.* & ibi, *quia cum proposuerit testes adhibere, nihil actum videtur, antequam fuerit impletum &c*, & subditur, *quod Oldrad. d. cons.119. loquitur quando pauperes CHRISTI erant instituti &c.*

Et sic pariter fuit ratiocinatum in *Senatu Neapolitano*, vt scribit *Grammat. in decis.62. num.15. vers. etiam in testamento nuncupatiuo, si antequam Notarius recitaret testamentum, testator moritur non tenet testamentum etiam ad pias causas &c.* allegatur prædictum *consil. 119. Oldrad.* Et iterum in eodẽ Senatu fuit dictum penes *D. Regentem Hector. Cappc. Latr. decis.7.num.13.vers. quamuis faciat dispositionẽ ad pias causas vel inter liberos, & faciat scripturam ex omni parte perfectam, quod si deinde dicat, quod vocetur Notarius &c.* & pariter canonizatur prædictum *Oldrad consil. 119.* & tertiò in eodem Senatu fuit retentum apud *eundem. D. Regetem decis.140.sub num.15 vers. etiã quod pia causa sit instituta dispositio non tenet, quia re vera non dicitur testamentum, sed præparatio ad testandum &c. lib.2.* & expenditur quoque relatum *consil. Oldrad. 119.* & pleno calamo plures DD. adducuntur.

Id pariter fuit admissum in *Rota Lucen. penes Hierom. Mangon. decis 95. num.2.* vbi si testator
enũciata voluntate iusserit vocari No-
256 tarium pro scriptura cõficienda, & ante aduentum
moriatur, illa sic probata voluntas
non valet in vim testamenti, sed potius dicitur,
quædam dispositio ad testandum, quàm testamentum,
& ibi etiam allegatur prædictũ
consil.119. Oldrad. Ita quoq. tentũ fuit in *Rota Ferrarien. asserente* Anton. Leoncil. *decis 196. num.4. vers. huiusmodi volũtas est potius præordinatio testamenti, quàm testamentum &c.*; & in
Rota *Maceraten. penes* Thomaz. *decis.68. nu. 96. vers. sed solùm præparatio ad testandum &c.*
vbi dicitur, si testator voluerit eius dispositionem
in scriptis redigere, & deinde coram te-
257 stibus rogatis per Notarium vti moris est
publicare, tunc quantumuis in scriptis perfectè,
eius enixa voluntas sit redacta, nequaquã
potest dici perfecta dispositio, nisi in puncto,
seu actu publicationis, & benè discutit *Gasp. Thesaur. quæst. forens lib.4. quæst.28. n. 6. 7. & 8*
quia prius negatur, quod sit perfecta volũtas,
258 quæ ante publicationem nõ potest dici absoluta,
sed præparatio, nec etiam talis scriptura
posset substineri ad pias causas, dum adest
imperfectio voluntatis, vt sæpius dixi.

Sic pariter sæpius in Rota Romana fuit re-
259 solutum, & præsertim coram *bo. me. Crescentio decis.3. alias 164. sub nu.2 vers. defectus voluntatis est, ex quo voluit testes adhiberi, & per consequens sit voluntas faciendi, non autem facere testamentum &c. de testamen.* vbi etiam allegatur præfatum *consil. 119. Oldrad.* idem fuit firmatum *coram bo. me. Motmanno in causa Romana Hæreditatis 3. Martij 1636. à me relata in part 7. recent. decis.108. num.4. vers. non fuit absoluta voluntas, sed potius quædam præparata testamenti, non obstante fauore piæ causæ nequaquam substineretur &c. & nu.21. vers. conclusio procedit in voluntate, quæ ea ratione dicitur imperfecta &c. & coram R. P. D.* Cerro *in causa Senogallien. Hæreditatis 30. Maij 1644. §. Non obstat. vers. quia non continent dispositionem perfectam, sed simplicem declarationem, quod erat contentus relinquere &c.* quæ decisio loquitur etiam in terminis nostris piæ dispositionis, *& deinde fuit confirmata sub die 15. Maij 1645. coram eodem.*

Nec me latet à prædicto *consil. 119. Oldrad.*
260 ab omnibus ferè celebrato, recedi, & impugnari
per Io. de Imolam cap. cũ esses. in 5. quæst.

de testament. vbi formiter prædictam decisio-
nem *Oldrad.* refert, sed non sequitur, imo tue-
tur contrarium, ex quo prædicta dispositio, vt
261 est casus *Oldrad.* fuit perfecta ratione volun-
tatis, Nam de ordine testatoris fuit scripta, &
sic constat de perfecta voluntate, licet restaret
publicatio fienda per Notarium, vnde tunc
262 voluntas dicenda est imperfecta ratione so-
lemnitatis, quæ imperfectio in testaměntis pijs
non attenditur, vt satis dixi supra cap. 1.

Et in puncto notat *Bart. in l. si is qui. nu. 2. ff. de testament.* vbi tenet, quãdo testator scrip-
sit, vel de eius ordine scribere ordinauit in
263 schedula totam suam voluntatem, sed eam
non publicauit coram Notario, & testibus af-
firmat, quod tunc testamentum dicitur im-
perfectum ratione solemnitatis, non autem
ratione volũtatis, quare tenet testaměntum, et
264 substinetur ad pias causas. *Oldrad.* reproba-
tur etiã *post Alex. & Ruin. à Cephal. in cons. 99. num. 6. vers. propterea Oldrad. reprobatur &c.* & à *Mart. vot. 8 numer. 21. & 25.* vbi ait, prædi-
ctum *cons. 119. Oldrad.* esse communiter repro-
batum.

Veritas tamen est, quod supra relati casus
non congruũt, relato per *Oldrad. in d. cons. 119.* admitto quidem secundùm *Bart. in d. l. si is qui* si testator scribat, vel scribere faciat suam vo-
265 luntatem ab aliquo, licet eam non publica-
uerit coram Notario, et testibus, cõstito quod
illa non sit manus testantis, vt latè dicam in-
fra, sed de ordine, et commissione scriptura
sit facta, et tunc si testator aliud non dixit, vel
non fecit; certè tale testamentum fauore piæ
266 causæ substineretur, cum aliquid non possit
deduci, ex quo de imperfectione deliberatæ
voluntatis possit mens testantis redargui, &
in his terminis non procedit opinio *Oldrad. & sequacium,* quia hoc casu defectus solemnita-
267 tum extrinsecarum non infirmant testamen-
ta pia, vt supra late dixi.

Sed quando testator post scriptam, vel aliter
declaratam eius piam voluntatem, dixit, vel
268 iussit, vt vocaretur Notarius, et testes, quia
intendebat, vt talis voluntas in publicam for-
mam redigeretur, et stipularetur, et tunc, si-
cut est casus *Oldrad. & sequacium,* quamuis
testator explanauerit suam voluntatem per
scripturam, vel coram testibus eam declara-
uerit, et interim antequam aduenerit Nota-
269 rius, vel non adimpleuerit ei commissa, mo-
riatur testator, non dicitur perfecta voluntas
eiusdem et sic tunc potius imperfectio respe-
270 ctu voluntatis dici possit, quàm solemnitatis,
vnde nec ad pias causas tale testamentum va-
lebit, *vt iam satis deduxi. & vide cap. 8,* nam
hoc casu etiamsi quæcũque solemnitas inter-
uenisset, non obstante fauore piæ causæ, tale
testamentum, tamquam imperfectum ratione
voluntatis non valeret, vt pluribus relatis in
puncto ratiocinata est *Rota coram bon. mem.* Mormanno *d. decis. 108. nu. 4. vers. si nempe non fuerit absoluta, sed potius quædam præparatio testamenti &c par. 7. recent.*

Suspensa enim in prædicto casu videtur vo-
luntas testatoris in futurum Notarij rogitum,
271 quem voluit adhiberi, vnde non potest dici
perfecta ante dictum rogitum sequutum, nam
& in ipso actu stipulandi (vt experientia ipsa
docet) testatores sæpe mutant, addunt, & re-
272 uocant plura per eos prius ordinata, vt te-
tigi supra à *num. 232.* & in proposito conside-
rat *Iul. Clar in § Testamentum. quæst. 7. in fin. vers. videmus, quod testatores in ipso actu confi-
ciendi &c.* multa quidem tractantur, quæ non
273 perficiuntur, & non veniunt ad perfectionẽ,
et finalem effectum, vt dicit *Bald. in l. cum al-
legas num 8. C. de vsucap. & in l. multum. nu. 2. ad fin. vers. quandoque præcedit tractatus. C. si quis alteri, vel sibi &c.*

Vnde rectè dicitur ex tractatu, non inferri
ad conclusionem; et ideo testis, qui interfuit
274 tractatui, & non conclusioni, nihil probat,
sicuti etiam asseritur, quando in capitulis re-
petitur aliquod dictum, quod nõ sit in instru-
mento standum est instrumento, et censetur
consultò in eo omissum, *cap. ad audientiam. de decim. Rota coram san. me. Gregor. XV. decis. 90. sub num. 15. vers. cum in instrumento non fuerit appositum prout alia videtur consulto omissũ &c.*
Cõsule tamen, & declara, vt per *Rotam coram R. P. D. Terraconen. in causa Romana Situs 15. Decembris 1642. §. Non obstat. vers. in contra-
ctibus si Capitula discordant ab instrumento po-
275 tius standum est Capitulis, quam instrumen-
to &c.* & redditur ea ratio, quia Capitula fiũt
à partibus, instrumentum verò à Notario, &
ideo eis inhærendum est in dubio, *per text. in l. Titia §. 1. ff. de verb. obligat. l. itẽ quia. §. vltim. vbi communiter Doctores ff. de pact.* Alex. *cons. 56. num. 8. lib. 6.* Surd. *consil. 202. nu. 19. & decis. 71. num 4. latè* Rota *deduxit coram bo. me.* Merlino *decis. 608. num. 19.*

Vbi post plures decisiones ibi adductas, cõ-
276 cluditur, quod semper est recurrendum ad
matricem, et originalem conuentionẽ, quando
in instrumento contrarium disponitur, quod
fuerat à cõtrahentibus prius firmatum in Ca-
pitulis, solet vt plurimum, vel in instrumento
277 de hoc recessu fieri mentio, vel ipsa capitula
deleri, aut laniari. Verum prædicta conclusio
non procedit quando constat contrahentes in
aliqua parte recessisse à Capitulis, et tunc in-
trat præsumptio nouæ voluntatis, dum con-
278 trariũ illius, quod in Capitulis fuerat conclu-
sum disertis verbis, reperitur in instrumento
recessum, *vt consideravit Rota coram Reueren-
diss. Terraconen. in d. Romana Situs, §. Non ob-
stat, vers. intrare præsumptionem nouæ volunta-
tis &c. & coram R. P. D. Melzio in causa Ro-
mana residui Dotis 8. Iunij 1643. §. 1. vers. cum
apocha illa hoc casu habeatur loco capitulorum
nec de ratis instrumento non fuit facta mentio
censetur consultò omissa &c.* Et persistendo in
termi-

Digitized by Google

terminis, quod sufficit tractatus sine conclu-
sione videatur in puncto *Dec. in consil. 159. nu-
mer. 6. vers. non deponunt testes de perfectione vo-
luntatis, quæ debuit fieri per Notarium, ad quem
testator videtur se retulisse &c.* et latius *in con-
sil. 488. à num. 9. vers. non ergo facta fuit scriptu-
ra, vt esset testamentum, sed pro designando te-
stamento &c.* et benè pariter in puncto discu-
tit *Magdal. de numer. test. part. 3. cap. 5. num. 12.
vers. num in ipso actu stipulandi, testatores sæpè
mutant, addunt &c.* vbi ait, id ab ipsamet ex-
perientia doceri, et ratiocinatur *Rota coram
bon. mem. Card.* Sacrato *in causa Romana Hæ-
reditatis. 17. Iunij 1611. §. Non etiam constare.
vers. multoties testantes non retinent voluntatem,
quam explicarunt in tractatu &c.*

Videatur etiam Hodierna in *addit. ad Surd.
decis. 292. sub num. 14. vers. & vbi voluntas non
esset perfecta &c.* ibique plures DD. ad hoc cō-
gerit, et benè deduxit *D. Regens Capyc. Latr.*
279 *decis. 7. num. 14.* vbi quoque affirmat, quod
non est verum, id quod dixit *Doctor. Marta in
d. vot. 8. num. 25.* opinionem *Oldrad.* et sequa-
cium esse communiter reprobatā, et subiūgit
post Zant. in respons. pro vxore num. 290. quod
sine dubio procedit dicta opinio *Oldrad.* quā-
do constat, testatorem dispositionem suam in
280 stipulationē Notarij voluisse differre, & tunc
licet, vt sæpius dixi, suam dispositionem scri-
psisset, vel coram testibus explicasset, videtur
potius voluisse se præparare ad testandum,
quàm testari. et addo *Iason. in consil. 155. nu. 6.
vers. imo non est perfecta dispositio, sed prepara-
tio &c. lib. 4. & Honded. in consil. 77. numer. 2.
vers. cum hæc fuerit potius quadam præparatio
testamenti quàm testamentum &c. lib. 1.*

Vel si lingua Philosophorum loqui velimus,
281 possumus asserere, illam esse potius velleita-
tem, quàm voluntatem, et vt in proprijs ter-
minis firmat *Rouit. in consil. 41. numer. 9. lib. 2.*
si Testator etiam proprio ore, Notario scribē-
ti suam dispositionem narrauerit in præsentia
testium, animo testandi in scriptis, et illud te-
282 stamentum stipulandi, ipsam verò stipula-
tionem distulerit vsque ad alium diem, vel ho-
ram, si interim moriatur testator, testamento
non stipulato, talis dispositio non valet, nec
inter liberos, nec ad pias causas, est enim
283 imperfecta voluntas, pro qua opinione plu-
res DD. cumulat, et adde *Cardin. Mantic. de
coniect. vltim. volunt. lib. 2. titul. 4. numer. 6.* vbi
post *Ruin. in consil. 1. nu. 7. & seq. vol. 3. & So-
cin. iun. in consil. 71. num. 24. vol. 4.*

Traditur, pro regula, quod si testator adhi-
buit Notarium, creditur voluisse ex more pu-
284 blicari testamentum, et ideo si non fuit pu-
blicatum non valet, tamquam imperfectum
ratione voluntatis, id etiam admisit *D. Regens
Capyc. Latr. d. decis. 7. num. 27 vers. si testator ad-
hibuit Notarium creditur voluisse ex more pu-
blicari testamentum, & ideo &c. lib. 1.* et iterū
in decis. 140. num. 1. vers. cōuocatio Notarij &c.

lib. 2. sensitque *Rota coram bon. mem. Card.* Se-
raphin. *decis. 623. num. 8. vers. si verò appareret
testatorem suspendisse voluntatem suam &c.* et
deinde *coram bon. mem.* Motmanno *d. decis. 108.
num. 21. vers. antecedens dispositio fuit coarctata,
& dependet à futura publicatione, in quo testa-
tor actus perfectionem contulerat &c. part. 7. re-
centior.*

Corroborari potest prædicta opinio, ex sin-
gulari illa iuris decisione, quod habens dupli-
285 cem viam, eligens vnam, sed tamen nulliter
non poterit deinde vti altera, ad quod est tex-
tus notabilis *in l. fin. §. sin autem hoc aliquis fe-
cerit. C. de iur. deliberand.* vbi statuit Impera-
tor, quod si hæres beneficio illius legis vti po-
terat in conficiendo inuentarium *iuxta formā
d. l.* poterit terminum ad deliberandum iuxta
formam legis antiquam, etiam quod confecerit
inuentarium, tenebitur in solidum creditori-
bus super quo textu Offred. allegat rationem,
287 quia sibi imputet, qui pro nouo beneficio
vetus eligerit grauamen, et magis infra, quia
damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi im-
putet. *l. quod quis. ff. de regul. iur. & Alberic.* ex
mente *Oldrad.* dicit ex eo text. sumi illud vul-
gare Lombardorum *(che lo troppo sappere noce)
& Petr. ibi vers. notabilis ex dicto text. aduertis.*

Quod qui non vult vti beneficio legis, sed
289 vult aliter sibi prouideri, amittit legis pro-
uisionem, *vt ibi, & in l. fin. C. de pact. conuent.*
et Salicet. dicit *colum. 1. vers. nota, & signa tex-
tum.* Quod de duabus vijs eligens deteriorē,
vel magis periculosam, et lubricosam, debet
sibi imputare, et notat antiquum illud dictū,
290 *Noli dimittere viam antiquam, pro noua &c.*
et videatur *Vincent. de Franch. decis. 567 à nu-
mer. 7. vsque ad 33.* vbi ex illo text. *in d. l. fin.
§. sin autem.* tenuit, quod Fiscus, qui in Ciui-
tate Neapolis poterat citari facere inquisitū
ad fori iudicandum sine testibus, quia tamen
291 elegit viam eum citandi cum testibus, nulli-
ter citauit, ei imputandum est, quod cum pos-
set eligere viam sine testibus, elegit viam cum
testibus, sed nulliter, sic quoq; potest afferi in
casu nostro, nam dū testator quamuis ad pias
causas disponens, noluit vti facultate sibi à le-
ge concessa voce testādi, sed voluit vt ad sub-
292 stantiandum testamentum Notarium adhi-
beretur, proinde si eo modo illud non habuit
suam perfectionem, necesse est, vt voluntas
testantis corruat.

ARGVMENTVM.

Partes, quando inter se conueniunt, vt de con-
tractu inito inter eos conficiatur publicum
instrumentum, quamuis illud non esset neces-
sarium, tamen ratione conuentionis, contra-
ctus perfectionem videntur reposuisse in tem-
pus stipulationis dicti contractus, et quare,
itaque donec illud non conficitur, contractus
remanet in pendenti, et interim licita erit pę-
nitentia.

nitentia. Quæ opinio licet aliquibus videatur vera, tamen contraria est verissima, vel potest asseri, quod ambæ sunt admittendæ, sed in terminis suis, scilicet

Quando simpliciter fuit conuentum, vt de contractu fiat scriptura, et sumus in illis contractibus in quibus ea non requiritur, etenim quia verba contrahentium debent intelligi secundum naturam contractus, tunc censentur requisiuisse scripturam, non ad essentiam contractus, illiusque perfectionem, sed ad efficaciorem illius obseruantiam, et promptionem executionem, ac faciliorem probationē, et propterea licet deinde scriptura, vel instrumentum publicum non fuerit celebratum, nō tamen potest recedi à contractu. Quando verò dictum fuit, quod conficiatur scriptura, et contractus aliàs aliter non valeat, et tunc totum oppositum dicendum venit.

Scriptura in contractu tunc dicitur necessaria, quando partes primum conuenerunt de ea perficienda, et postea conuentiones tractarūt, quare si prius perfectè, et deliberatè de omnibus fuerunt concordes circa contractus essentiam, et postea dixerunt, vt conficeretur instrumentum, et tunc secus est. Ex quibus multa deducuntur in terminis, quando Testator præsumatur voluisse adhibere Notarium pro stipulatione testamenti, eiusque publicatione, et quando secus.

SVMMARIVM.

293 *Dispositio imperfecta ratione voluntatis, nec valet ad pias causas.*

294 *in Contractibus licet partes sint concordes de omnibus, si volunt vt de eis rogetur Notarius,*

Interim dum non purificatur rogitus est locus pœnitentiæ. & num. 296. & 298.

295 *Scriptura regulariter in contractibus non requiritur, nisi ad eorum maiorem probationem. & numer. 315.*

297 *Notarius, quando adhibetur in contractu quare censeatur adhibitus.*

297 *in Contractu, quando partes adhibent Notarium, vt conficiat instrumentum, videntur tacitè innuere, vt valeat contractus à die rogitus.*

300 *Notarius non potest rogari, nisi de his, quæ eo præsente dicantur, aut fiunt.*

Partes necessarium est, vt coram Notario cōtrahant. num. 300.

301 *Contractum de aliqua re si faciant partes, & sunt conuenti de necessarijs in eo, si ambo consentiant,*

Vt conficiatur instrumentum, vtrū ante illius confectionem sit perfectus, & sit locus pœnitentiæ. & nu. 303.

302 *Contractus ante perfectionem non dicitur contractus, sed ratiocinium.*

304 *Scriptura si partes conuenerunt, vt fiat, ante illius effectuationem, non videtur habere animum se obligandi.*

305 *Fideiussionem, si quis pro alio faciat, & fuit dictum, vt adhiberetur Notarius, tunc ante stipulationem est locus pœnitentiæ.*

306 *Partes, quando constet voluisse contrahere in scriptis.*

307 *de Venditione si partes conueniant, vt fiat scriptura publica, tunc ante illius confectionem, venditio potius dicitur cœpta, quàm perfecta.*

308 *Itaque renuens vendere, aut emere improbè argui non poterit, quod non seruet conuenta, & quare.*

309 *Venditio alicuius rei, si facta sit, & instrumēti confectio sit remissa in crastinum, interim est locus pœnitentiæ.*

310 *Scriptura est de substantia contractus, quando partes conuenerunt, vt ea fiat.*

311 *Testatori quando voluit, vt adhiberetur Notarius dicitur suspensa voluntas eius in futurum Notarij rogitum.*

312 *Instrumentum, vt fiat de contractu, quando partes conuenerunt simpliciter, interim contractus non stat in suspenso.*

313 *Nisi fuerit conuentum, quod contractus aliter non valeat.*

314 *Scriptura de contractu; dum partes conueniūt, vt fiat, hoc debet intelligi secundum iuris dispositionem.*

Verba contrahentium debent intelligi secundū naturam contractus num. 314.

315 *de Contractu, si fiat pactum, vt conficiatur scriptura, partes non præsumuntur velle eam pro illius substantia, si illa de iure non requiritur.*

316 *Contractus, quando non requirit scripturam, si fiat pactum, vt ea interueniat, ante eius confectionem, non est licita pœnitentia. & numer. 317.*

318 *Scriptura, quam volunt adhibere partes in contractu, dupliciter possunt moueri vt fiat.*

319 *Scriptura in contractibus sui natura non tam ad rerum substantiam, quàm ad probationem spectant.*

320 *Et quatenus partes velint eā conficere intelligitur quoad probationem, cum ita sit de iure, quæ opinio est verissima. & num. 328.*

321 *Itaque ita sæpe sæpius respondit Rota Romana.*

322 *Declaratio conficiendi scripturam simpliciter facta de aliquo contractu, quid inferat.*

323 *Castren. in l. contractus. numer. 1. ff de fid. instrument. refutatur. & declara num. 326.*

324 *Partes tunc eo magis non censentur voluisse adhibere scripturam pro substantia contractus,*

Quando ad executionem dicti contractus hinc inde deuenerunt ante illius confectionem.

325 *Scriptura, quando de contractu conuentum fuit, vt fiat, & aliter non valeat, &*

tunc

tunc ea est de substantia. & numer. 327.

328 *Oldrad.consil.119. intrat, quando non constat de deliberata mente testantis.*

330 *de Scriptura conficienda, si id dixerunt partes quando habuerunt contractum pro perfecto, & tunc non dicitur petita pro illius substantia, secus si ante. & num.332.334.335.336.*

331 *Venditionis, & emptionis contractus, quando dicatur perfectus.*

333 *Scriptura in multis contractibus de Iure requiritur remissiue.*

336 *Donatio non potest dici intuitu matrimonij facta quando sine ea praecesserit capitula matrimonialia.*

337 *Testator, si coram competenti numero testium aptis verbis declarauit suam voluntatem, si postea iubeat vocare Notarium, quid ex hoc inferatur.*

338 *Testator, quando habuit testamentum pro perfecto, tunc vocatio Notarij non infert ad illius imperfectionem.*

339 *Nam censetur vocatus ad maiorem cautelam, & non ad illud substantiandam.*

340 *Testamentum pium, si sit nullum ex defectu voluntatis, quantumuis sit adhibita omnis solemnitas non tenet.*

343 *Testator si constet in scripturis voluisse testari, & coram Notario, et testibus aperuit suam voluntatem, si scriptura de ea non fuit facta, quando valeat. et num.344.345.346.*

346 *Testator, quando totam suam voluntatem coram testibus aptè expressit, & id fuerit probatum,*

Tunc valet, et dicitur perfectum testamentũ, etiam si per Notarium vocatum non fuerit publicatum.

348 *Testamentum nuncupatiuum, cum nõ requirat scripturam, ita nec publicationem ad eius essentiam.*

349 *Via vna probationis amota, non tollitur alia, quae non reperitur amota.*

350 *Testamentum, si sit perfectum ratione voluntatis, attenditur licet sit imperfectum ratione scripturae.*

351 *Testator, si testamentum dictauit Notario, qui illud non scripsit, potest tamen testibus probari, licet scriptura non probetur.*

352 *Quia testamentum fuit in facto, quo ad officium testandi, licet esset in fieri, quoad officium Notarij.*

In Testamento nuncupatiuo nullatenus requiritur scriptura.

353 *Notarius, si timeat propter vim mali non posse testatorem explicare suam voluntatem, & renuat conficere scripturam, quid sit dicendum.*

354 *Et sic an tunc voluntas testatoris possit probari per testes.*

Notarij iudicium de habendo testamentum pro imperfecto non attenditur. num.354.

355 *Verba iocosa, et blandiendi animo dicta non important vltimam voluntatem.*

Et refertur casus, de quodam, quo animo blandiendi testatus fuit.

356 *Verba non animo disponendi, sed adulandi prolata, nõ important validam dispositionem. et num.359.360.et 361.*

357 *Genuens practicab Ecclesiast. cap.275.nu.2. improbatur dum male tribuit Corn. in consil. 149.lib.2.*

360 *Maritus, si ob quamdam apparẽtem honorificentiam, fateatur se recepisse maiorem dotem, quàm verè recepit, cum absit consensus, id non attenditur,*

361 *Et tales confessiones, uti ampullosa, inanes, ac simulata passim per Rotam reijciuntur.*

Veritas magis est attendenda, quàm quae simulatè, fictiuè, et imaginatiuè fiunt. nu.361.

362 *Simulatio, quando sit in persona, et veritas in actu, ius quaeritur vera persona, et nõ ficta.*

Veritati potius est standum, quam honorifico verborum cortici. num.362.

362 *Verba adulatoria, tamquam extrinsecè prolata non probant, nec obligationem aliquam inducunt.*

363 *Verba adulatoria non sunt applicatoria, cum verba curialia dicantur.*

Curiales solent aliud sentire, et aliud dicere, et plusquam simplices sunt, qui eorum verbis credunt. num.363.

364 *Petitio alicuius rei, si alicui sit facta, si ille respondeat, non solum praedictam rem tibi concedo, sed etiam omnia mea bona, ista vltima verba, non sunt attendenda.*

Cortefia di bocca molto vale, e poco costa, *adagium satis vulgatum. num.364.*

366 *Oldrad.cons.119.quando sine dubio cesset.*

368 *Testamentum pium, quando non sit nullum, quamuis non fuerit confectum instrumentum, vt testator desiderabat. num.369.*

370 *Rogitus Notarij, siuè publicationis testamenti defectus, tunc testamenta in oppositum ducit, dum agitur de eo probando per scripturam & num.371.*

372 *Rota decis.173.numer.5.par.2. diuers. quando intret.*

373 *Testamenti publicatio. quando sit necessaria.*

374 *Testatoris voluntas in dubio praesumitur perfecta, et vide distinctionem. num.375.& 376.*

376 *Iudices cauti sint in examinando testes deponentes super perfectione testamenti.*

378 *Voluntas testatoris in dubio non praesumitur perfecta, secundum Bald. nisi ea probetur, & num.379. sed ista opinio est falsa.*

370 *Bald. in l.quaestio. num.59.C.de fideicommiss. aliter saluari non potest, nisi asserere id euenisse in curia Typographi.*

381 *Et id ex multis redditur verisimile. & 382.*

383 *Voluntas testatoris tunc dicitur imperfecta, quando appareret, testatorem voluisse aliquid plus dicere.*

384 *Testamentum momento perficitur, cum ad extraneos actus deuenitur, vel licentiantur testes, vel Notarius.*

Et quid ex hoc inferre vellet Bald. sed improbatur num. 386.

387 *Testamentum, quod in dubio perfectum non sit, non potest admitti talis conclusio.*

388 *in Corde nemo præsumitur plus habere, quàm quod verbis expressit.*

389 *Testator, si dicat, velle institutioni hæredis imponere quasdam conditiones, si deinde nihil in actu ipso dicat, censetur mutasse voluntatem.*

390 *Gomes. ad leg. Tauri 3. num.* 105. *reijcitur dum sentit in dubio præsumi testatorem voluisse aliquid addere testamento, si interim moriatur.*

391 *Testator, si pium testamentum scripsit, & antequam testes accederent decessit, & incertum est, an aliquid voluerit addere, quid sit dicendum.*

392 *Testator, si post institutum hæredem decesserit, an præsumatur aliud voluisse addere testamento. & num.* 393. 394.

395 *Testamenti perfectio eo clarior redditur, si testator dixerit,* sia ringratiato DIO adesso sono contento, che hò aggiustato le cose mie. *& num.* 405.

399 *Testator, quando semel habuit pro perfecta suam voluntatem, licet dicat, velle aliquid addere, non ex hoc redditur imperfecta & numer.* 404

397 *Testator si postquam compleuit testamentum, dicat,* non farò altro sino à dimani, *quid ex dictis verbis inferatur.*

398 *Et quid si post dictum tempus nihil disposuerit & num.* 399.

400 *Testator dum non facit, id quod facere destinauerat, censendum est penituisse.*

403 *Prohibitio temporalis certi diei, per eius lapsu inducitur concessio.*

402 *Testator, si post scriptam testamenti substantiam dicat Notario,* tenete così, non fate altro tornate domani.

An ex his verbis inferatur imperfectio testamenti, & negatiuè respondetur, & quid inferatur.

403 *Testator, si facta publicatione testamenti dicat, reuertimini cras, quia volo addere, vel diminuere, ex hoc non dicitur imperfectum testamentum.*

405 *Notarius, si petat à Testatore, an velit testamentum in publicam formam redigere, si respondeat, quod vult in aliam formam redigere, quid inferatur. & num.* 406.

408 *Dies incertus habetur pro conditione.*

409 *Testator si habuerit testamentum pro perfecto, & dixit Notario, vt cras rediret, quia volebat aliud addere, & detrahere,*

Ex hoc necessariò non infertur, quod habuerit testamentum pro perfecto.

410 *Testamentum, quod sit perfectum, & quod testator velit altera die, aliquid addere per viã codicillorum, ista possunt stare simul.*

411 *Testator postquam perfectè compleuit suum testamentum pium, si interrogetur à Notario, an velit illud stipulari,*

412 *Dato, quod respondeat,* andate via non ci voglio far altro, *ex hoc minimè arguitur ad illius imperfectionem. & quare nu.* 413.

413 *Solemnitas publicationis testamenti, est quid diuersum ab ipso testamento.*

414 *in Testamentis pijs, nec illius stipulatio, nec publicatio est necessaria & nu.* 417.

417 *Testamentum, quando est perfectum, non ita facile suspendenda est eius perfectio & nu.* 418. *cum seqq.*

422 *Testator, quando apparet, quod non habuit testandi animum, & tunc si aliquid expresserit, id potius demonstrabit velleitatem, quàm voluntatem.*

423 *Voluntatis perfecta, & conclusiua defectus, vbi adest, nihil ex ea sperandum venit quantumuis casus sit priuilegiatus. & numer.* 424. *&* 425.

426 *Testamentum, si sit imperfectum ratione voluntatis non potest valere, nec vt codicillus, etiamsi adesset clausula codicillaris,*

427 *Clausula codicillaris non lecta, & publicata nihil operatur.*

428 *Clausula codicillaris est penitus frustratoria, quando non concurrit mens testatoris.*

CAPVT VIII.

DIsponens ad pias causas, si minutam huius suæ dispositionis confecerit, & iussit
vt vocaretur Notarius, vt eam in publicũ instrumentũ de more redigeret, si antequã talem
ordinẽ testatoris Notarius perficeret, vitam cũ
293 morte ipse testator commutauerit, tunc talis dispositio cum sit imperfecta ratione non
perfectę voluntatis, nec ad pias causas valebit
& præter adducta ad id firmandum in præcedenti capite, corroborari sanè prædicta opinio vlterius poterit, adducendo illud simile,
294 quod videmus in contractibus, in quibus
licet partes, sint de omnibus pactis cõcordes,
tamen dum volunt, vt de eis rogetur Notarius, quamuis non ad substantiam contractus,
295 sed ad faciliorem probationem requiratur
iuxta *textum in l. cõtrahitur ff. de pignor.* & generalem Orbis consuetudinem,

Nihilominus contractus non dicitur perfectus, nisi sequatur rogitus, vt partes fieri vo-
296 luerunt, et idcircò interim donec sequatur
rogitus, quilibet pœnitere potest, vt decidit
Paul. de Castr. in l. contractus num. 1. *C. de fid. instrument & in l. qui his idem. num.* 2 *ff. de verbor. obligat & in l. cum res. n.* 4. *C. de probat* vbi
ait, quod quando adhibetur in cõtractu No-
297 tarius, vt conficiat instrumentum sicut modernis temporibus fieri assiduè solet, contractus non dicitur perfectus, nisi postquam Notarius non fuerit stipulatus, & rogatus, & ante
298 instrumentũ est locus pœnitentiæ, & subdit

Idem

Idem Castren. quod de facto id contigerit in
Ciuitate Florentiæ, & ita consuluisse, & Rapha. subscripsisse, & obtinuisse.
Insuper eam quoque adducit rationẽ, quia
499 quando conuentum est, vt fiat instrumentũ
de contractu, Notarius apponit diem conscripti instrumenti, ideo contrahentes videntur hoc tacitè conuenisse, cum Notarius non
possit rogari, nisi de his, quæ eo præsente di-
300 cuntur, aut fiunt, & ideo necessarium est, vt
partes in præsentia Notarij contrahant, quam rationem etiam tradunt Fulgos. in consil. 200. In quæstione. num. 2 in fin. Aretin. in cons. 160. alias 159. incip. Longa est sub numer. 8. Socin. Sen. in consil. 120. num. 17 lib 4. Fabian. de Mont. Pic. in tract. de empt. & vendit. part. 1. q. 3. Ripa qui etiam communem profitetur, in responso 5. n. 11. & 12. & seq. vol. 2. Riminal. Iun. consil. 51. n. 18 & 19. Natta in consil 357 sub nu. 1. vers. quando in contractu adhibetur Notarius, vt conficiat instrumentum, &c. lib. 2. & latè Ias. in consil. 151. num. 3. vers. an venditor possit pœniteri &c. lib. 2.
Vbi ait, quotidie, contingere, quod partes
301 faciunt mercatum de aliqua re in presentia
testium pro tanto precio, & vtraq pars consentit, quod illa res sit vendita pro tanta quãtitate, et debeat confici instrumentum, et hoc casu. cum ante confectionem instrumenti non dicatur perfectus cõtractus, stante pacto, quod
302 contractus celebraretur in scriptis, igitur
antea non est dicenda venditio perfecta, sed ratiociniũ de facienda, et videatur ibi. Franc. Becc in addition. in litera B vbi DD. plures cõcordantes ad hoc congerit, et adde Parlador. rer. quotidian lib. 2. cap. 3. num. 47.
Vbi ait, quando conuenitur inter partes, vt inscriptis contractus fiat, tũc antequam scri-
303 ptura fiat, vnicuiq ex contrahentibus pœnitere licebit, & subdit, quod firmissima ei videtur illa opinio, si quidem ita contrahentes
304 non videntur habere animum obligandi se,
antequam scriptura fiat. Idem aduertit Afflict. decis. 39. num 4 vers. donec non est confecta scriptura &c. vbi asserit, si probetur aliquem fideiussisse pro alio, & fuit dictum, quod adhi-
305 beretur Notarius pro scriptura conficienda de dicta fideiussione, tunc succedit iuris conclusio, quæ vult, quod donec non est confecta scriptura, quam partes fieri voluerũt de contractu, habet locum pœnitentia, cum antea contractus non sit perfectus.
306 Quia ex hoc constat partes voluisse in scriptis contrahere, & subditur istam esse opinionem Azonis, Placentini, Castren. Salicet, & alior. ibi relatorum. Sic etiam asseruit Hieronym. Magon. decis. Lucen. 95. num. 1. vers. conuentum est de publica scriptura facienda &c. vbi habetur si inter partes conuentum fuit, vt de venditione fiat scriptura publica, videntur
307 tacite inter se conuenisse, vt inter ea quamdiu hoc publicum documentum non fuit cõfectum, contractus cœptus magis, quam perfectus dici debeat, tacitamque conditionem contineat, videlicet si interim eos non pœniteat.
Adeo vt renuens vendere, aut emere impro-
308 bè argui videretur, si secundùm tacitè acta, vel intellecta pactum non seruet. Boer. decis. Burdegal. 48. num. 18 vers. sed contrarium &c. vbi sequendo opinionẽ Castren. ait, si facta sit venditio alicuius rei, & instrumenti confectio
309 remittatur in castrinum, interim sit locus
pœnitentiæ. Gamm. decis. Lusitan. 207. num. 7. vers. ipsa scriptura erat de substantia contractus &c. vbi inquit, quando partes expressè
310 voluerunt per scripturam contrahere hoc
casu scriptura est de substantia contractus, & ita tenent alij relati per Augustin Barbos. in collectan ad d. l. contractus. C. de fid. instrumen. tom. 1. lib. 4. Quamobrem sic videtur concludendum in terminis nostris, vt voluntas testatoris dicatur suspensa in futuram Nota-
311 rij scripturam, quam ipse voluit adhiberi, licet ea scriptura non dicatur necessaria, vt iã superius dixi.
Et multi tamen contrarium tuentur, & secundum eos est verior, & communior opinio, quod stante tali cõuentione, de faciẽda scrip-
312 tura, nullatenus maneat in suspenso contractus, donec ea fiat, sed ad hoc sit necesse, vt nominatim cõueniatur, quod contractus alias aliter non valeat, nisi post cõfectionem ipsius
313 scripturæ, & hoc ea ratione roboratur, quia
quando partes simpliciter dicunt, quod de cõtractu fiat scriptura, videtur hoc intelligere,
314 secundum dispositionem iuris, verba enim
contrahentium debent intelligi secundum naturam contractus, de quo agitur l. si stipulatus ff. de vsur. l. 1 § si sub conditione. ff. vt leg. nom. cau. l. si legati serui nomine ff. de legat. 1.
Vnde si contractus, qui fuit celebratus sine
315 scriptis, fieri potest tũc per cõtrahẽtes simpliciter dicentes quod scriptura fiat, non videntur eam voluisse adhiberi pro substantia, sed vt scriptura fiat ad effectum facilioris, ac perpetuæ probationis, non autem ad perfectionem contractus. vt est textus singularis in l. contrahitur 4. ibi, fiunt enim de his scriptura, vt quod est factum facilius probari possit, & sine his valet autem, quod gestum est ff. de pignor. §. 1. Instit. in princip. de emption. & vendit & §. 1. Instit. de obligat. q. ex consens. & benè disserit Grat. in consil. 107. à nu. 5. lib. 1. vbi firmat,
316 quòd quando non sumus in illis contractibus, qui de essentia non requirunt scripturã, qui enumerantur per glos. in cap 1. de censib.
317 in 6. quamuis inter partes fuerit dictũ, quod
confieeretur scriptura, ante illius confectionẽ sanè non erit locus pœnitentiæ. ex ibi allegatis; adde Riminald. Iun. in consil. 51. à num. 1. vers. licet sit conuentum, quod inde fiat instrumentũ de huiusmodi cõuentione &c. & sub n. 6. Fernand. Vasq. controuers. illustr. lib. 1. cap. 28. in fine.

Displicenti enim ratione moueri possant con-
318 trahentes, ad conueniendum vt de contra-
ctu fiat scriptura, vel eo animo, vt scriptura
ad rei probationem vtilis esset, vel eamente,
vt ad substantiam ipsius contractus deserui
319 ret, at prior interpretatio verisimilior est, cũ
scripturæ sui natura non tam ad rerum sub-
stantiam, quàm ad rerum probationem pro
desse soleant, ac spectare. *l. Publia. ff. de posit. cũ
simil.* & latè id comprobat *Thesaur. decis. Pe-
de mont. 195. n. 6. vers. cum partes dicunt, quod
de contractu fiat scriptura, videntur hoc intelli-
gere secundum dispositionem &c.* & ait prædi-
320 ctã opinionẽ non solum esse communem,
sed etiam verissimam, & vti talem quoque
comprobat *Mangon d. decis. Lucens. 95. nu. 19.
vers. si simpliciter conueniatur de instrumento
conficiendo, tunc præsumitur cogitatum de scrip-
tura ad faciliorem probationem non autem pro
forma actus &c.* Idem *Mangon. decis. Florent.
135. num. 14. in fin. vers. si simpliciter facta sit
mentio de scriptura, non præsumitur cogitatum,
vt pro forma &c. Fabr. in Cod. Fabrian. titul.
16. lib 4. definit. 14. num 7. vers. censetur hac
conuentio subijci in consequentiam, & ad pro-
bationem perfecti contractus, non ad eius vim
suspendendam &c.* & cõprobat Card. Mantic.
*de tacit. & ambig. conuent. lib. 1. titul. 10. sub n. 7.
vers. non sufficit hoc actum esse, vt fieret instru-
mentum ad hoc vt contractus in scriptis intelli-
gatur &c* & attestatur prædictam opinionem
communiter esse receptam.
321 Ita pariter pluries censuit *Rota*, & præser-
tim penes *Put. decis. 43. incip. Contractus tunc
dicitur fieri in scriptis. lib. 3.* vbi dicitur etiam,
quod opinio *Castr. in l. contractus. C. de fid. in-
strument.* communiter, reprobatur *& coram
Ghisanen. in Placentina Salis 27. Maij 1547.
& coram Card.* Seraph. *decis. 854 num. 5 vers.
contractus dicitur perfectus etiam si actum sit de
conficienda scriptura &c.* & *coram Card.* Lan-
cellotto *decis. 377. num. 6. vers. contractus non
dicitur fieri in scriptis, &c part. 1. diuers. & corã
Card. Sacrato in causa Romana Palatij 6. Iunij
1618. est decis. 37. num. 8. vers. non demostat im-
perfectionẽ contractus &c. part. 4. recent. tom. 2.*
Vbi attestatur, *Rotam* tenere hanc opinio-
nem, vt talis declaratio conficiendi scripturã
322 super cõtractu simpliciter facto non arguat
imperfectionem contractus &c. præter ibi
allegata, addo *decisionem in causa Romana
Casalis 17. Iunij 1575. coram bo. me. Cotta
§. Nec obstat, quod dicitur* vbi reprobatur su-
pradicta opinio *Castren.* & firmatur, quod per
323 pactum de conficienda scriptura non fiat.
Et iterum fuit dictum *corã bo. me. Card.* Vbal
do *decis. 113. num. 13. vers. quia illa scriptura
deseruisset solum ad faciendam probationem
&c part. 5. recent. tom. 1.* & optimè id fuit dis
cussum, & firmatum *corãm Eminentiss. D.
Card.* Corrado *in causa Cesenaten. Gensitum
3. Iunij 1644. §. Quoniam huiusmodi, vers. sim-
plex illa conuentio de conficiendo instrumento,
non respiciebat perfectionem ipsius contractus,
sed efficaciorẽ illius obseruantiam, & probatio-
nem, & propterea licet deinde celebratum non
fuerit non tamen potest à contractu recedi &c.*
& iterum fuit dictum *in eadem causa coram
eodem D. Card. sub die 9. Iunij 1645. §. Quin-
imò vers. quando atq. ideo licet instrumentum confe-
ctum non fuerit nihilominus contractus, & con
cordia substinetur &c.* Et ampliatur id mul-
324 tò magis procedere, quando fuit deuentum
hinc inde ad executionem cõuentionum, an-
te confectionem instrumenti, nam certior in-
de redditur, & comprobatur eiusdem contra-
ctus perfectio, & animus contrahentium, qui
habuerunt contractum pro perfecto ante d.
confectionem instrumenti, vt satis per se pa-
tet. Et persistendo in terminis.
Quando tamen, est expressum, vt fiat scrip-
tura, et alias aliter non valeat contractus, et
325 tunc quamuis scriptura non sit necessaria
in tali contractu, nihilominus donec illa non
interueniat, contractus non recipit suam per-
fectionem, cum censeatur adhibita ad sub-
stantiandam eorum voluntatem, et in hoc casu
326 optimè potest saluari *Castrens. supra n. 196.*
relata, et ita conciliant hunc satis contrōuer-
sum articulum *Sallicet in auth. sed nouo. col. 3.
num. 8. C. si cert. pet. & alij communiter, in d. l.
contractus. C. de fid. instrument.* et sensit *Ro-
ta coram bo. me. Buratt. decis. 553. num. 9. vers.
expressè voluerunt illa in scriptis redigi cũ clau-
sulis abnegantibus potentiam aliter &c. part. 1.
recent. inter eius impress. est decis. 29. num. 12.*
et subditur, quod hoc casu procedit doctrina
Castrens. sic quoque fuit dictum *bo. me.* Pito-
uan. *decis. 20 num. 4 vers. satis patet hanc cõ-
ditionem non habuisse effectum, cum ad eius sub-
stantiam partes desiderauerint confici instru-
mentũ &c part 2. recent, & coram bo. me. Card.*
Vbald. *decis. 114. num. 8. vers. & si aliquando
scriptura requiritur, id procedit, quando fuit
conuentum, quod aliter contractus non valeret
&c part. 5. recent. tom. 1. iterum coram eodem
Vbald. decis. 199. num. 10. vers. licet scriptura
non requiratur regulariter ad perfectionem con-
tractus, attamen requiritur, quando inter partes
hoc fuit conuentum &c part. 6. recent.* et deinde
fuit tentum *in causa Romana Dotis 5 Iunij
1648. §. Quod eo facilius. vers. quia tunc dici-
tur de substantia instrumentum, ob necessariam
in contractu solemnitatum interuentum siue ex
legis dispositione, siue ex ipsarum partium con-
uentione &c. coram R. P. D. Celso* Auditore
quidem per egregio, ac non minori morum
probitate, quàm præstanti literarum, et præ-
sertim Iuris scientia conspicuo quem et amo-
re singulari prosequor &c.
Verumtamen admissa prædicta opinione,
vt redeam in viam, pro vera nempe quòd non
sufficiat, ad hoc vt scriptura requiratur pro
327 forma contractus, sola conuentio partium
de

de conficienda ſcriptura, niſi addatur quod
contractus aliter non valeat, et ſic quoq. fir-
mandum videtur in caſu noſtro, Vnde dum
teſtator ſimpliciter aſſerit, vt de eius prolata
voluntate conficiatur per Notarium ſcriptu-
328 ra, alio nō addito, cenſetur illam deſideraſ-
ſe pro maiori probatione, et non pro eius eſ-
ſentia, et forma, ſeu ad ſubſtantiandum ipſum
teſtamentum, et ſic proſternitur p enitus ce-
lebris deciſio *Oldrad.* 119

Verum pro clariori intelligentia animad-
uertendum puto, quod ſicuti in materia de
329 qua ſupra, et ſic tradam aliam diſtinctionem
ad effectum dignoſcendi, quando partes deſi-
derantes ſcripturam in contractu, eam velint
interuenire pro forma, vel ſolemnitate, ſcili-
cet ſi contrahentes de ſcriptura, ſeu inſtrumē-
to conficiendo, nihil ab initio dixerūt, ſed poſt
330 perfectum, et abſolutum contractum, pro-
miſſionibus, et ſtipulationibus hinc inde ſe-
cutis, etiam ad ſuum eſſe deductus apparet
contractus, veluti ſi ſimus in contractu em-
ptionis, et venditionis, in quo quando con-
ſtat de mutuo contrahentium cōſenſu, de re,
331 et pretio, videlicet res ex parte venditoris,
pretium ex parte emptoris, et ſimul cōſenſus
partuim, et tunc ſatis dicitur contractus iſte
perfectus, *l. 1. & per totum titul. ff. de contra-
hend emption. & in l. 1. & per totum titul. C. eo-
dem, & in §. 1. Inſtit de emption. & vendit. cum
ſimil.* et eſt optima *deciſio coram re. me. Merli-
no in cauſa Vrbeuetana Reſciſſionis contractus
24. Ianuarij 1633. eſt deciſio 172. part. 6. recen.*
confirmata coram *eodem ſub die 12. Decembris
1633. eſt in eadem part. deciſ.* 248. vbi etiam
quæritur, ſi prætium conferatur in certum pe-
ritum, eo declarāte illud, quid ſit ſaciendum,
et ſic an contractus venditionis ſit perſectus,
nec ne.

Quare, vt dicebam, ſi poſtquam contractus
fuit perfectus, et abſolutus conuentum fuit
inter partes de inſtrumēto conficiendo, illud
332 nequaquam pertinere interpretandum eſt
ad ipſius contractus perfectionem, ſed potius
ad probationem, ex *text. in d. l. 5. C. de tran-
ſact. & in d. l. cū res. C. de probat.* cum ſimilib.
iur. quādo verò à principio, dum adhuc erat
in pendenti, inter partes conuentum fuit, vt
contractus fieret in ſcriptis, tunc ſcriptura
videtur eſſe neceſſaria, et ad ſubſtantiam ip-
333 ſius contractus pertinere, quem admodum
in multis alijs caſibus ſcripturam adhibendā
eſſe *Alciat* docet *in d. l. 5. C. de tranſact.* et ſu-
pradictam diſtinctionem probant *Andr. Fa-
chin controuerſ. iuris lib. 2. cap. 97. §. Priori ſē-
tentiæ. verſ. in caſu, quo inter partes conuenit
&c.* Gomeſ. *variar. reſolut. tom. 2. cap. 2. titul.
de empt. & vendit. ſub num. 17. verſ hoc dicere
debent partes in ipſo contractu, vel ante, ſecus
verò ſi poſtea contractu iam perfecto, & abſolu-
to, quia tunc requiritur tantum ad effectum
probationis &c.* Anton. Amat. *variar. reſolut.
lib. 1. cap. 8. num. 16. verſ. nam ſi contractus ab-
ſolutus, & vndique perfectus non exiſtat quan-
do quo quomodo etiā per coniecturas conſtet con-
trahentes de ſcriptura conficienda &c.* cum *ibi
vſque ad nauſeam allegatis. & num. 17.* dat al-
terum caput diſtinctionis, et bene diſcutit
*Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 1.
titul. 10. ſub num. 13. §. fin.*

Vbi ait, quod quando prius celebratus eſt
334 contractus, deinde dictum fuit, quod fieret
ſcriptura, illa dicitur accedere ad faciliorem
probationem, ſed quando prius dictum eſt, vt
fiat ſcriptura, et ex hoc colligitur, quod par-
tēs voluerint in ſcriptis celebrare cōtractum,
et videātur *Anton. de Cana in tract. de inſi-
nuat. quaſt. 11. n. 39.* Fabian. de Mont, *in tract.
de empt. & vendit. quaſt 5. princip. nu. 76. verſ.
dicitur autem contractus &c.* Idem quoque
ſenſit *Rota coram Eminentiſſ. D. Card.* Corra-
do *in d. cauſa Caſanaten. Cenſuum 13. Iunij*
1644. *§ Quoniā huiuſmodi.* vbi firmatur, quod
quando à principio non fuit actum, vt de cō-
335 tractu fieret ſcriptura, ſed poſtquā fuit con-
cluſus contractus, et hoc caſu ſcriptura non
eſt de eſſentia contractus, nec de eius perfec-
tione, ſed ſolum pro maiori probatione. *& id
fuit quoque confirmatum in eadem cauſa coram
eodem ſub die 9 Iunij* 1645. *§. Quia cum inſtru-
menti, verſ. non egerunt, quod contractus in ſcri-
ptis fieret, ſed poſt firmatam iam concordiam
&c.* et adduci etiam poteſt *deciſ. in cauſa Ro-
mana Fideicōmiſſi del ucorouatis 7 Iunij 1652
coram R.P.D.* Albergato *§. Non obſtat.* Vbi aſ-
ſeritur, quod nullatenus donatio præſumitur
facta intuitu matrimonij, ſi abſque illius men-
336 tione præceſſerint capitula matrimonialia,
et dotale inſtrumentum, cum tunc gratuita,
et voluntaria cenſeatur latè *Fontanel. de pact.
nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 1. ſub num. 20. verſ. ex
quibus,* et nunc ſtrictè loquendo in terminis
teſtamentarijs.

Vnde quoque poteſt cōcludi in caſu noſtro
337 ſcilicet, quando teſtator coram teſtibus ad
hoc neceſſarijs ſuam volūtatem perfectè pro-
tulit verbis aptis ad teſtandum, ſeu codicillā-
dum, et poſtea iuſsit vocari Notarium, et tūc
illa conuocatio Notarij non ſuſpendit actum
voluntate perfectum, et cenſetur ſolùm teſta-
tor animum habuiſſe adhibendi Notarium
ad effectum maioris probationis, non autem
ad ſubſtantiandum ipſum teſtamentum, cum
iam habuerit illud pro perfecto.

Vnde hoc caſu non poterit conſiderari im-
perfectio voluntatis, ſed maioris ſolemnitatis
338 eò quia illa Notarij vocatio tantum ad ma-
iorem cautelam præſumitur facta, vnde qua-
tenus Teſtator ante illius ſtipulationem mo-
riatur, non obſtat eo caſu talis defectus, quia
339 ad maiorem cautelam id adhibebatur, vn-
de non officit, dum non interuenit, *argument.
l. teſtamentum. C. de teſtament* et ſenſit *Socin.
conſil. 189. n. 92. & 93. lib. 2.* latè *Ruin. conſil. 15*

nu. 10. *lib.* 2. et reprehendit Castren. quasi con-
trarium sentire videatur *in consil.* 15. *Visa fa-*
cti lib. 1. adde alios allegatos *per Cancer. va-*
riar. resolut. lib. 1. *cap* 4. *de testam. num.* 96. *vers.*
& postea dixisset, quod vocaretur Notarius &c.
in istis terminis non intrat prædictum *consil.*
Oldrad. 119. vide infra *à num.* 368.

Quando verò constaret, quod ab initio, te-
stator petijt Notarium, et postea protulit ver-
ba non conclusiua suæ voluntatis, sic antequã
340 Notarius accederet, vel stipularetur moria-
tur, et tunc illa dispositio dicenda est imperfe-
cta ratione voluntatis, vnde nec ad pias causas
poterit substineri, et ratio est, quia Testator
341 prius petendo, et postea, nec verba conclu-
siua suæ voluntatis dicendo, videtur suam vo-
luntatẽ distulisse in tempus stipulationis No-
tarij, *vt volunt Bart. Cuman. Castren. & alij,*
in d. l. si is qui. ff. de testam. Cephal. in consil. 99.
num. 9. *&* 10. *cum alijs allegatis per* Cancer. *d.*
p. 1. *cap.* 4. *sub num.* 96. *vers. vbi verò constet*
primum petijsse Notarium & postea &c.

Et nos persistendo in primo casu, quando
testator verbis aptis coram competenti nu-
mero testium explicauit suam voluntatem,
342 et postea iussit vocari Notarium, et tunc si
antea moriatur, id non sit defectus volunta-
tis, sed solẽnitatis, imo et hãc conclusionẽ am-
plia, ex communi Doctorum sententia defini-
tum esse, si non constet testatorem in scriptis
343 testari voluisse, sed coram Notario, et testi-
bus ipse suam voluntatem manifestè aperuit,
eo etiam animo, vt scriptura ad probationem
de ea fieret licèt enim illa facta non fuerit, vel
minus solemniter, adhuc per solas testium
344 rogatorum depositiones, testamentum re-
ctè probatur, et valebit, per text. *in l. Lucius.*
ff. de testam. milit. et inde notant *Bald. Alber.*
Ang & Cuman. et sẽsit *Bart. in d. l. si is qui n.* 2.
latè scribentes *in l hac consultissima. §. per nũ-*
cupationem. C. *de testam. Crauet. in consil.* 944.
num. 3. *vers. & quidem res perabsurda esset te-*
stium admittendam probationem non esse &c.
cum alijs copiosè relatis per *Hondred. in con-*
sil. 77. *num.* 17. *vers. quando testator coram No-*
tario, & testibus suam volũtatem perfectè aper-
uit &c. lib. 1. et adde *Bertazol. in consil.* 86. *n.* 5.
lib. 1.

Vbi etiam dicit si quis aliter diceret, lo-
345 queretur contra decisionem *text. in d. l. Lu-*
cius, et contra communem omnium senten-
tiam, tenentium, quod quando per testes est
probatum testatorem totam suam dispositio-
346 nem, seu voluntatẽ coram testibus expres-
sisse, testamentum dicitur perfectum, etiam si
per Notarium vocatum non fuerit publicatũ.
ita quoque pluribus relatis sensit *Hodiern. ad*
Surd. decis. 292. *n.* 7. vbi ait.

Quando constat testatorem voluisse nun-
347 cupatiuum condere testamentum, et eo ca-
su licet de eius dispositione Notarium cum
testibus conuocasset, hoc erat ad faciliorem
probationẽ, vnde perfecta videretur eius vo-
luntas, nam dum testamentum nuncupatiuũ
non requirit scripturam, ergo nec publicatio-
348 nem ad eius essentiam, et perfectionem, et
sedulò sic iudicauit *Rota Patauina decis.* 80.
num. 10. *vers. quamuis Notarius vocatus non*
publicauerit voluntatem testatoris, & interim
decesserit, nihilominus testamentum per testes,
qui interfuerunt probatum valebit &c. et testa-
tur de communi omnium sententia estque in
349 iure satis notum, vt amota vna probationis
via, non tollitur alia, quæ non repetitur amo-
ta *arg l. si domus ff. de seruit. vrban. præd.* dicit
Bald in l. penult. col. 2. *vers.* 3. *quæritur* C *de te-*
stam. et in pũcto ratiocinatur *Simon. de Prat.*
de interpret. vlt. volunt. lib. 2. *solut.* 1. *num.* 49.
vers. quia amota vna via probationis &c. &
subdit ita in facto obtinuisse, *vt in eius consil.*
164. *lib* 1.

Idem optimè etiam fuit ponderatum cum
nonnullis egregijs distinctionibus *per Rotam*
coram. Card. Seraph decis. 613 *à num* 3. *vers. aut*
testator tractat de præparatione sui testamenti
&c. vbi ait, si testamentum sit perfectum ra-
350 tione voluntatis, attenditur licet sit imper-
fectum ratione scripturæ *iuxta glos. in d. l. Si is*
qui, & in d. l. hac consultissima §. sed quia in
verb. octauum C. *qui testam. facer. poss.* quæ est
communiter approbata expenditur etiam fa-
migerata doctrina *Bald. in d. l. Lucius ff. de te-*
stam vbi inquit si testator dictauit testamen-
351 tum Notario, qui illud non scripsit, potest
tamen testibus probari, licet scriptura non
probetur, et reddit rationem quia testamen-
tum fuit in facto, quoad officium testandi, li-
cèt esset in fieri, quoad officium Notarij, cu-
352 ius ministerium in testamento nuncupati-
uo nullatenus est necessarium cum scriptura
in eo non requiratur *l. hac consultissima §.*
per nuncupationem C. *de testam. & dicam*
infra.

Insuper si Notarius vocatus, timens, quod
testamentum esset imperfectum ex eo, quia
353 testator propter vim morbi perfectè non
posset explicare voluntatem suam, noluit cõ-
ficere scripturam, vel illam coram testibus le-
gere, et publicare, quia, vt dictum est valet te-
stamentum sine scriptis, etiam si interueniat
354 Notarius ex hoc non excluditur, quin vo-
luntas non possit probari à testibus, quia iudi-
cium Notarij in habendo testamento pro im-
perfecto non nocet *vt latè per Ruin. in cons.* 1
num. 21. *vers. non est curandum, quod Notarius*
habuerit testamentum pro imperfecto, ex quo de
dispositione solemni testatoris per testes appareat
&c. lib. 2. et post eum sensit *Gratian. discept.*
550. *num.* 11. *& in decisione Rotali in fine d. di-*
scept. posita num. 43. *vers. Notarij iudicium in*
habendo testamento pro imperfecto &c.

Dum ergo, vt dicebam supra, verbis aptis,
aperuit suam voluntatem, nam si verba essent
355 iocosa, vel blandiendi, et iactandi causa di-

cta

cta non importarent vltimam dispositionem
validam vt in casu consil. Corn. 149. Visis non-
nullis lib. 2. vbi quidam non institutus non ac-
cersitis aliquibus, et habens agnatos, ad ignẽ
existens ad interrogationem quorundam ibi
existentium dixit, Voglio che doppo la morte
mia tutta la robba mia sia del monasterio di S.
Catherina, et hæc verba protulit præsentibus
duabus monialibus eiusdem Monasterij, qui-
356 bus stantibus consuluit Corn. ibi, quod cũ
ista verba tamquam blandiendi, et adulandi
animo prolata essent, non animo disponendi,
non importarent vltimam dispositionem va-
lidam.

Et quamuis Genuens. in suis practicab. Ec-
clesiast. cap. 275. num. 2 tali Corn cons. 149. ma-
357 lè tribuat tamen animaduertendum venit,
quod Corn. non negat, sed imo supponit, vt le-
gentibus patet, per huiusmodi verba. Voglio,
che doppo la morte mia tutta la robba mia sia
del Monastero &c. de se iudicatur dispositio,
sed negat in suo casu, Monasterium fuisse hæ-
redem, quia à dicente non fuerunt prolata
358 animo deliberato disponendi, sed potius
blandiendi eis, qui interrogauerunt, an vellet
bona sua monialibus dicti Monasterij post
mortem suam obuenire, & ipsis Monialibus.
(erat enim ipsarum famulus) ex quibus duæ
erant præsentes vt dixi dum illa verba protu-
lit ab alijs, & non ab ipsis monialibus inter-
rogatus, et concurrebant etiam requisita de
quibus latè in d. consil. vnde ad prædictum ef-
fectum sat non sunt verba blandiendi, & la-
359 ctandi animo dicta, videatur etiam Ruin. in
d. consil. 1. num. 23. lib. 1. & Rip post alios in l. 1.
§. si quietta nu. 8. seq ff. de verb. signif. vbi plu-
ra de intellectu d. §. propositum, et latius per
Grammat. consil. 53. per tot. et in puncto per Si-
mon. de Prat. de interpretat. vlt. volunt lib 2. in-
terpret. 1. dub 2. solut. 1. num. 37. vers. & verba
iocosa. vel blandiendi &c.

Et facit etiam vulgata illa iuris conclusio,
quod quando vir simulatam dotis receptio-
nem confitetur, aut maioris summæ, vt hono-
360 ri consulat, ne incompetèter dotatam vxo-
rem duxisse videatur, vel vt satisfacit paren-
tibus, aut consanguineis, quibus renitentibus
matrimonium inijt, vel intendit inire, non est
dubium huiusmodi confessionem esse nullam,
nec donationem inducere, cum sit apparens
quædam honorificentia, seu iactantia, nullam
habens veritatis substantiam, ad text. in l. 3.
§. fin cum leg. seq vbi DD ff. commod. Angel. in
l. 1. sub princip. vers. in textu C. de donat. ante
nupt. latè Card. Paris consil. 86. à num. 20. vers.
fuerunt omnia simulatè, & imaginatiuè concep-
ta &c. lib. 30. Roman consil. 445. sub nu. 8. vers.
quare dicta confessio facta videatur & maritus
tegat eius verecundiam, quam incurrit ducendo
vxorem indotatam &c. Hieronym. Gabr. consil.
103 num 40. vers. nam omnes in hoc conueniũt,
&c. lib. 2. P. Molin. de Iustit. & Iur. tom. 2. disp.
429 sub nu. 9. vers. sed quid tenendum &c. Al
uar. Valasc. consult. 5. sub num. 21. vers. quando.
quis simulatè fatetur dotem recepisse, quàm non
recepit, & hoc fingit honoris gratia. vt videatur
dotem recepisse &c. & latè videatur P. San-
chez. in tract. de Matrim. lib. 6. disputat. 9. n. 2.
vers. quãdo vir simulatè &c. adde etiã Criuel.
decis. Senat. Dolan. 48. sub num. 5 vers. ostenta-
tionis gratia instrumentis dotalibus adiectum
esse, quàm quod animo donandi &c. Pontanell.
de pact. nuptial. clausul. 7. glos. 3. par. 12. à n. 57.
vers. maioris ostentationis gratia &c.

Et Rota Rom. passim huiusmodi apochas,
361 seu instrumenta, quæ fiunt ob maiorem ho-
noricentiam matrimonij, vti ampullosa, pom-
posa, & simulata, cum in eis absit consensus,
declarat, et reijcit, quamuis licitè possint fie-
ri, et hodie multùm in vsu sunt &c. Inclamat
enim vulgatum illud Iuris axioma, quod ma-
gis attendi debet ipsa veritas, quàm quod si-
mulatè, fictitiè, et imaginatiuè fit vt tot titul.
C. plus valer. quod ag. l. qui sub prætextu. C. de
Sacrosanct. Eccles. l. imaginaria. ff. de regul.
iur l. ab Anastasio. C. mandat. l. nuda. § ff de con-
trahend. empt. l. 1. contractus. 34. ff. de obligat. &
action. cap. fin de probat cum allegatis per Rotã
coram R P. D. Bichio in causa Rossanen. Deci-
marum 28. Iunij 1641. §. Plus enim valet, quod
in rei veritate agitur, quam quod simulatè ex-
primitur &c. vbi deciditur, quod quando si-
mulatio est in persona, & veritas in actu, ius
362 quæritur veræ personæ, & non fictæ ex ibi
allegatis.

Sed nos persistentes in terminis, quod Ro-
ta passim, constito de veritate, non attendat
apochas, vel instrumẽta dotalia, quæ ob quã-
dam apparentem honorificentiam fiunt, cum
non habeant substantiam veritatis, & præ-
sertim fuit dictum corã bo. me. Burat. decis. 775.
num. 1. vers. pro maiori partium honorificentia
constituuntur &c. & coram bo. me Merlino de-
cis. 553 num. 1. vers certè illi promissioni maioris
dotis ad pompam emanata &c. vbi dicitur,
quod veritati potius est standum, quam ho-
norifico verborum cortici. & coram R. P. D.
Carillo in causa Macerat. Census 15. Februa-
rij 1641. §. Præcipuum resolutionis, vers. similes
apochas matrimoniales pomposas, vti simulatas
reputatas &c. quæ decisio fuit deinde confirma-
ta in eadẽ causa corã Reuerend. Terracinen. sub
die 18. Ianij 1642. §. Nec reuelare, vers. apochæ
matrimoniales ficta, & ad apparẽtiam inter no-
biles &c. & coram R. P. D. Peutingero in causa
Romana prætensæ restitutionis Dotis 15. Ianua-
rij 1649. §. Nec refert. vers. ob maiorem honorifi-
centiam matrimonij, pro vt fieri solet &c. Quã-
do verò intret prædicta conclusio, et quando
cesset, benè declarauit Rota coram R. P. D.
Meltio in causa Romana residui Dotis 8. Iunij
1643. tot. At modo domum redeundo.

Clarum est ergo, quod verba ampullosa
adulatoria tamquàm inania, frustratoria

et

Digitized by Google

& extrinsecè prolata de vento deseruiunt,
363 & sic non probant, nec obligationem aliquam
quam induunt, *vt latè per DD. in cap cum venissent. per illum textum*, ibi, *Faceret quod
sibi placeret &c. de institution. cum alijs à me allegatis
in annotat. ad decis 2. num. 108. vers. verba
adulatoria, tamquam inania &c. part. 3. rec.*
vbi etiam dixi, quod verba adulatoria non
364 sunt appretiatoria, cum verba curialia dicantur,
nam curiales solent aliud sentire, aliud
loqui, & plus quàm simplices sunt, qui eorum
verbis credunt. Vnde si quis petat aliquid à
Titio, & respondeat, *non solùm prædictam rem
tibi concedo, sed etiam tu es dominus omnium re-*
365 *rum mearum* addat, talia verba generalia
non obligant, congruit illud vulgatum, *Cortesia
di bocca molta vale e poco costa.*

Verum persistendo in terminis quãdo verbis
aptis testator suam voluntatem perfectè
coram integro numero testium patefecit, &
366 deinde iussit vocari Notarium, tunc talis
vocatio non suspendit, vt dixi supra *nu. 328.*
actum voluntatis perfectum ex rationibus lã
supra deductis, & in his terminis absque scrupulo
sibi non vsurpat locum *opinio contra Oldrad.
in d. consil.* 119. Quæ conclusio multò magis
procederet, dum fortè testator in extremis
laborabat, & mori incipiebat, & totam
eius voluntatem coram testibus expressit, &
367 pro perfecta habuit, & hoc casu licet fuerit
missum pro Notario, non tamen arguitur ex
hoc, quod voluntas fuerit suspensa in aduentum
ipsius Notarij, sed vt eius voluntas magis
patens esset, de ea conficeretur publicum
instrumentum, quod licet factum non fuerit,
quia testator morte forsitan, aut phrenesi præ-
368 uentus fuit, nihil impedit quo minus eius
voluntas maximè ad pias causas suum sortiatur
effectum, dum per duos testes, vel per septem
omni respectu legitimè probari potest,
quamuis de illa nullum instrumentum confe-
369 ctum fuerit, vt testator ipse desiderabat, &
ad hoc suffragatur Couar. *in repet. d. cap. relatũ.
el. 1. num. 11. ad fin. de testament. cum alijs allegatis
per Magdalen. de numer test part. 3. cap. 5.
n. 15. vers quia forte laborabat in extremis &c.
Stephan. Gratian. discept. forens cap. 764. num 6.
vers. quãdo testator omni mora postposita voluit
testari, & habere voluntatem suam pro perfecta,
& absoluta, & non suspensa per accessum Notarij &c.*

Defectus enim solemnitatis, rogitus Notarij,
370 siue publicationis testamenti, tunc supremas
voluntates in oppositum ducit, vbi agitur
de probando testamento per scripturam,
non autem per testes, nam licet ex similium
solemnitatum prætermissione arguatur actus
371 imperfectio, non tamen sunt necessariæ, ita
vt si non fiant testamenta, habeantur pro imperfectis,
vt animaduertit *Rot. decis. 173. nu. 5.
vers. illa imperfectio non publicationis testamenti
respicit Notarium, non testatorem, & dicitur
imperfectio solemnitatis, quæ non attenditur vbi
agitur de probando testamẽto per testes &c. par. 2.
diuers.* & reprobatur Ruin dum contrarium
sentit, cum loquatur *contra communem*, & videatur
Menoch. cons. 1189. num 12 & 13. lib 12.

Vbi declarat, quando intret prædicta *deci-*
372 *sio* 173. & veritas est, quod publicatio testamenti,
tunc necessariè requiritur, quando testator
voluit, & destinauit, vt sua ipsa volun-
373 tas, & dispositio publicaretur coram Notario,
& testibus *iuxta l. fideicommissa §. 1. ff de
leg. 3.* aliàs non est necessaria, vt demonstrat
*Menoch. cons. 224. num. 43. vers quando ipse testator
destinasset &c.* cum ibi allegatis *lib. 3.*
meminit *Gratian discept. 550. num. 5. vers. publicatio
testamenti non est necessaria &c.* & dixit
Rota *coram bon mem.* Card Saetar. *dec. 336.
num. 4. vers. non obstat, quod testamentum non
fuerit lectum, & publicatum per Notariũ, quia
id non procedit, quando agitur de probando testamento
per testes &c. part. 5. diuers. alias post
2. tom. consil. Farinac.*

Substantia igitur tota, stat sanè in eo, quòd
374 testator iam perfectè, & conclusiuè suã manifestauerit
voluntatem, quod & in dubio
præsumitur, vt latè patet ex textu *in d. l. si is
qui*, ibi, *si constaret voluisse plures eum hæredes
pronunciare ff de testament.* & ibi in specie annotarunt
Bald & Imol. cum alijs allegatis *per
Nell. Fernand. ad l. Tauri in 2 parte legis tertia
sub num. 19.* qui dat distinctionem de testamẽto
per scripturam confecto, aut per nuncupa-
375 tionem, vt primo casu eo ipso quod scriptura
non completa apparet, nõ dicitur nec præ-
376 sumendum est perfectum, secundo vero casu,
id ait pendere à depositionibus testium,
& in hoc monet Iudices, vt sint ualde cauti in
committendo examinationem prædictorum
377 testium, sicuti etiam post eum aduertit *Dominus
Regens Capyc. Latr dec. 140. à numer. 16.
lib 2.*

Nec aliquis titubet ad recognoscendam pro
vera supradictam iuris regulam, quantumuis
Bald. in l. quæstio n. 59 vers. sin autẽ non constat.
378 *C de fideicommiss* innuere videtur in dubio
voluntatem nõ præsumi perfectam sed id probandum
veniat, verba autem quæ scribit sunt
379 hæc. Si autem non constat, quod testator
perfecerit testamentum, talis scriptura non
valet *l. fideicommissa §. 1. ff. de legat. 3.* ex quibus
verbis arguitur præsumptionem esse, quod in
380 dubio testator non perfecerit testamentum,
*& Bald secutus est Alex. in cons. 73. numer. 12.
vers. nisi testator asseruisset se compleuisse dictam
scripturam, secundùm Bald &c. lib. 3. & Grammatic.
decis. 62. num. 10. vers si non constat, quod
testator perfecerit testamentum &c.* Tamen non
video aliter posse saluari prædictam inaduer-
381 tentiam Bald. nisi asserere id euenisse in incuria
Typographi, cum verbum illud non fuerit
antepositum, & sic ita legi debet. *si autem constat
quod testator non perfecerit testamentum,*

& be-

382 & benè id colligitur ex textu, quem ibi alle-
gat *Bald. in d. l. si fideicommissa §. 1.*
Et si aliter intelligeretur, non solùm sibi
ipsi parum constans esset Baldus, sed & aduer-
sus *d. l. si is qui*, in qua ex sententia Labeonis,
tunc dicitur voluntas eius, qui obmutuit im-
383 perfecta, quādo constaret voluisse plures hæ-
redes pronunciare, Ergo dum non constat, vo-
luntas interim perfecta est iudicata, sicuti nec
384 etiam obstant, deducta per eumdem *Bald. in d. l. si is qui, & ibi Castrens. nu. 6. & cum ibidem
Alexan. in l. 1 num. 13. & Ruin. ibi num 4. ff. de le-
gat. 1.* quod testamentum momento perfici-
tur, cum ad extraneos actus peruenitur, vel
385 licentiantur testes, vel Notarius quasi id ve-
niat probandum ad effectum, vt dicatur testa-
mentum completum. Quia respondetur non
negando prædicta, & similia, arguere testa-
menti perfectionem, tamen non sunt omnino
386 necessaria, ita vt si non fiant, testamentum
habeatur pro imperfecto, quia si ita Doctorū
dicta interpretanda venirent, iterum destrue-
retur iam firmata conclusio, quod testamen-
387 tum in dubio præsumitur perfectum, quod
nullo modo admittere possumus, cum id esset
contra *text. in d. l. si is qui*, & benè post *Castrens.
Fulgos. Cels. V g. & alios admonet Rot. dec. 173.
num 7 part. 2 diuers.*
Eo enim casu fortius intrabit supradicta
præsumptio iuris, dum appareret testatorem
non voluisse aliud disponere, nemo enim præ-
388 sumitur habere in corde plusquam ore ex-
presserit, vt declarat in his terminis *Bald. in
d. l. si is qui in 3 notab.* & sequitur ibi *Imola nu-
mer. 3. pariter in 3. notab. ff. de testament.* & alle-
gari ad hoc potest *tex. in l penult. ff. de instit. &
substit.* vbi dicitur, si hæredem testator insti-
tuat secundum conditiones infrascriptas, valet
389 testamentum, etiam si nullæ cōditiones sint
expressæ, vel scriptæ, & latius declarat, ac con-
trarijs iuribus respondet *Fachin. controuers.
iuris lib. 4. cap. 4 per totum. cum ibi allegatis.*
Nec est curandum *de Gomez ad leg. Taur. 3.
num 105. cum nonnullis ibi relatis*, dum deter-
minat, quod & si Testator nihil dixit, nec pro-
390 testatus est, se velle addere, nec appareat id
voluisse agere, sed versamur in dubio an vo-
luerit addere, adhuc testamentum totum vi-
tiari, sed vt dixi de eo non est curandum, quia
contra eum, est *text. in d. l. si is qui*, vbi contra-
rium determinatur. & in puncto testamēti pij,
vt si cōtineat hæredis institutionem, in dubio
391 præsumatur completum benè comprobat,
Vasq de success. creat. lib 3. §. 22. num. 6. in fine.
Vbi ait, quando testator suum testamentum
in quadam schedula conscripsit, & antequam
testes adducerentur, decessit, & incertum est,
an aliquid vltra additurus esset, nec ne, tunc
si in tali testamento adsit hæredis institutio,
præsumendum est nihil aliud addendum fuis-
392 se, & valebit testamentum. *arg. in l. 1. §. fin. ff.
de vulg. tr. & pupil. & in l. proximè ff. de his, quæ
in testam. delen.* ita etiam sensit *Sanchez in con-
sil moral. lib 4. cap. 1. dub. 9. & 20 Eminentissimo
D. Card. de Lugo in tractat. de Iustit. & Iur.
tom. 2. disput. 22. numer. 127.* Honded. *consil. 77.
num. 10 vers. tunc testamentum dicitur perfectū,
quando in eo non reperiuntur verba, quæ demō-
strēt illud non esse perfectum &c. lib. 1. cum alijs
allegatis per* Rotam *decis. 177 num. 1. vers. regu-
la est, vt in dubio voluntas pro perfecta habetur
&c. part 2. diuers.*
Vbi etiam dicitur, quod hæc regula proce-
393 dit etiamsi in actu testandi post hæredem
institutionem superuenerit impedimentum,
& hoc *ex eadem l. si is qui ff. de testament.* videa-
tur etiam Rota *coram Card.* Sacrat. *decis. 336.
num. 9. vers. voluntas præsumitur completa, &
absoluta &c. post 2. tom consil. Farinac.* vbi quo-
que asseritur, quod dicenti contrarium incū-
394 bit onus plenè probandi, & per media, quæ
concludant per necesse, & in puncto testamēti
conditi ad pias causas pluribus relatis, dixit
Rota coram bon. mem. Mortmanno *d. decis. 118.
num. 5. vers. in dubio voluntas præsumitur perfe-
cta &c. part. 7. recent.* vbi etiam dicitur, quod
in casu dictæ decisionis eò clarior apparebat
395 perfectio testamenti, attentis verbis à testa-
tore prolatis, scilicet, *Laudato DIO, adesso so-
no contento, che hò aggiustato le cose mie*, & alias
vt ibi latius.
Insuper etiam est animaduertendum, quod
quando semel testator habuit suam voluntatē
pro perfecta, licet deinde cogitauerit aliquid
396 facere, vel addere, non tamen ex eo quod
non fecit, desinit esse perfecta, *d. l. penult. ubi
Aret. num. 2. C. de instit. & substit. & l. cum pater
§. penult. ff. de legat. 2. Anton. de Prat. inter con-
sil. Alex. in cons. 72. num. 3. vers. quia forte testa-
tor voluisset lib. 1.* quem secus est idem *Alexā-
der in seq. cons. 74. num. 3.* Dictus enim Prat. re-
397 spondit, si postquam testator suum testamē-
tum compleuerit, dicat *non farò altro sino à do-
mani*, idest non faciam, vel addam aliud vsque
in crastinum, dato enim quod postea aliquid
398 non fecerit, vel addiderit, non tamen ex hoc
testamentum dicitur imperfectum esse, vt est
*tex. in l. 2. & in l. asse toto cum ibi notat. per glos.
& DD. ff. de hered. instituend.* & notatur in *l. si
ita scripsero ff. de condit. & demonstrat.*
Per dicta enim verba, non constat omnino
de voluntate testatoris, quid voluit facere, vel
399 addere, mutare, vel diminuere, & ideo
elapsa dicta die, & non faciendo, videtur per-
sistere in eadem voluntate, prius expressè ex-
plicata, & poenitere eius adiectionis, & perpē-
dit *Menoch. in consil. 224 sub num. 23. vers. quia
testator fortè poenituit illius destinationis, quam
habebat aliquid addendi ipsi testamento &c.*
Quare cum dicta verba includant prohibitio-
nem temporalem certi diei, per cuius elapsū
401 inducitur concessio, & habetur perindè ac
si verba non essent prolata, & sedulò animad-
uertit *Surd. decis. 209. nu. 6.* vbi si testator post
scriptam

ſcriptam teſtamenti ſubſtantiam dicat, *tenete*
402 *così non fate altro tornate domani*, nō per hoc
dicitur imperfectnm.

Et infertur quod pnniri nō poterit de falſo
Notarius, qui illud leuauit in publica forma,
& comprobauit *Simon de Pret. de interpretat.*
vltim. volunt. lib. 2. interpret. 1. dub. 2. ſolut. 1. nu-
mer. 41. vbi ait ſi facta publicatione teſtamen-
403 ti corā Notario, & teſtibns diceret teſtator
Notario, *Non fate altro tenete così ſino domani*,
vel diceret, *reuertimini cras, quia volo addere,*
vel diminuere, tamen non impedit teſtamenti
perfectionem, & hoc ea præcipuè ratione, quia
vt dixi, poſt diem craſtinam, eo aliud non fa-
ciente iam teſtata, & diſpoſita remanent in ſua
validitate, *arg. l. Imperator ff. de poſtul. & l. 1. C.*
eodem l. ſtatu liberũ. §. Stuebum. ff. de leg. 2. l. pa-
ter filium §. fundum ff. de leg. 3. nam & qui in
tempore prohibnir, vltra illud dicitur permit-
tere *l. enim prator. ff. de indic. & l. maritus. C. de*
procurat. & in puncto ſequendo, & declarando
prædictum *conſ. 78 Alex.* ratiocinatur *Iaſon.*
in conſ. 196. ſub num. 14 verſ. vnde probibitum
vſque ad certum tempus &c. vol. 2. vbi etiam
ſubdit.

405 Quod in caſu ſuo non poterat inttare fir-
mata per *Anton. de Prato veter. in d. conſil. 73.*
quia teſtator non dixit, vt ibi, *non farò altro*
ſino à domani, ſed ſine adiectione temporis
reſpondit Notario petenti ab eo, an vellet te-
ſtamentũ in publicam formam redigere, quod
volebat illud in aliam formam redigere, quã-
do melius ſe haberet, & idem ſenſit *Barr. de*
ſucceſſion lib. 10. tit. 15. ſub nu. 1. verſ. dixit No-
tario, rogo vos, vt reuertimini bue, quia volo ad-
aptare hoc meum teſtamentum, in meliorem for-
mam, quando melius me babebo, quale teſtamen-
tum non valet &c.

Quare ſic, vt dixi, adiecit tempus incertum,
408 & dies incertus habetur pro conditione
l. dies incertus ff. de condition. & demonſtrat. Vi-
deatur etiam *Ruin. in conſ. 15. numer. 12. vol. 2.*
vbi coníuluit in caſu, quo teſtator habuit te-
ſtamentum pro perfecto, & dixit Notario, vt
cras rediret, quia volebat aliquid addere, vel
detrahere ex hoc ait, neceſſariò non inferre,
409 quod teſtator non habuerit teſtamentũ pro
perfecto, & abſoluto, cum poſſint ſimul ſtare,
410 teſtamentum eſſe perfectum, & quod teſta-
tor velit, & poſſit altera die, vel alio tempore
addere, vel diminuere per viam codicillorum,
& benè conducunt adducta *per Bertazz. conſ.*
86. à num. 8. & ſeq. lib. 1. & latè per Mart. dict.
vot. 8. num. 7. & doctè per *Regentẽ Capye. Latr.*
à deciſ. 7 lib. 1.

In puris verò terminis noſtris, nempè teſta-
menti conditi ad pias cauſas, vt ſi appareat
441 teſtatorem conclnſiuè, ac perfectè ad hoc
ſuam voluutatem declaraſſe, ſi poſtea ipſe in-
terrogetur, an velit illud ſtipnlari coram No-
tario, et teſtibus, et reſpondeat *andate via nõ*
ci vogho fare altro &c. ex hoc minimè argua-
tur ad imperfectionem, vel reuocationem im-
412 perfectæ voluntatis, qnia cum talis reſpõſio
conſecutiuè veniat ad prædictam interroga-
tionem ſuper ſtipulatione, non attingit teſta-
menti ſubſtantiam, ſed illius publicationem,
quæ ſolemnitas eſt quid diuerſum ab ipſo in-
413 ſtrnmento, in hoc adeſt optima *deciſio Rota*
coram bon. mem. Motmanno in cauſa Romana
teſtamenti 5. Martij 1636. eſt à me relata in re-
cent. part. 7. deciſ. 108. per tot. & ſæpe ſupra alle-
gata, nam vt argutè conſideratur *numer. 12.*
qnemadmodum in teſtamento cõdito ad pias
cauſas non eſt neceſſaria illius ſtipulatio, nec
414 publicatio, cum iſtæ ſint ſolemnitates à iure
ciuili introductæ, quibus non ſubiacent dicta
teſtamenta, ex amplè à me relatis ſupra *cap. 1.*
per tot.

Ideo conſtito de voluntate, prout benè ap-
parebat in caſu dictæ deciſionis, ex quo teſta-
415 tor iuſſit teſtamentum à ſe ſubſcriptum, et
ſno ſigillo obſignatum, in arcula reponi,
vt retuli ſupra *numer. 395.* et quamuis ſe-
quenti die Notario redeunte, et ſuſcitante à
teſtatore, num vellet teſtamentum ſtipulari, et
reſpondit *andate via io non ne voglio far altro,*
ſino che non parlo con il Signor Marcheſe mio
Padrone &c. tamen prędicta reſponſio parum
416 releuat, cum clarè iam conſtet dè perfecta,
et concluſiua voluntàte, et ſic ſolemnitatum
ſuſpenſio, ſeu omiſſio non vitiat, neo arguit
imperfectionem voluntatis.

Quæ in huiuſmodi pijs teſtamentis, dũ pro-
batur, aliud non quæritur, *& num. 14* datur
regula generalis, quam etiam ſupra adduxi,
vt quotieſcumque conſtet de perfecta volun-
tate teſtatoris, ad hoc verbis aptis explicita,
non arguatur eius imperfectio, ſeu reuocatio,
ſi quid cogitauerit deinde, et poſtea non per-
fecit, ſicut exemplificaui in caſu de quo ſupra,
nempe dum coram competenti numero te-
ſtium concluſiuè manifeſtauit ſuam voluntatẽ
teſtator, ſi poſtea iuſſerit, vocari Notarium,
418 dato quod moriatur antequam ille accedat,
vel ante teſtamenti ſtipulationem, nõ ex hoc,
niſi aliter enixè appareat de teſtatoris volun-
tate, vt dicam infra, talis vocatio ſuſpendit te-
419 ſtamentum voluntate perfectum, et teſti-
bus tunc illud poterit probari, vt dixi, et abũ-
dè qui plures DD. materiam hanc pertractã-
tes, et ſic concludentes videre deſiderat, con-
ſulat. *Anton. de Amat. variar. reſolut. lib. 1. reſo-*
lut. 8. num. 19.

Vbi ait ſi teſtator inter liberos, vel ad pias
420 cauſas coram teſtibus, vel quomodolibet iã
perfectè ratione voluntatis diſpoſuerit, ſed
Notarium vocari, et ſcripturam publicam
confici iuſſerit, tunc enim ad faciliorem pro-
bationem, non ad voluntatem iam perfectam
ſubſtantiãdam, voluiſſe dicendum eſt, Hinc li-
cet tunc fato præuentus teſtator, non potuerit
adhibere Notarium, nihilominus perfectam,
firmamque eius diſpoſitionem remanere ibiq;

multos

multos plena manu ad hoc congerit, & adde
D.Regen. Hector Capyc. Latr. d.decis. 140. *nu-
mer.* 18.

Verum enim verò quando verisimiliter ap-
422 pareret, testatorem non habuisse animum
perfectè, & deliberatè manifestandi eius vo-
luntatem, & si aliquid expresserit, id magis
fecerit ad demonstrandam velleitatem, quàm
voluntatem, seu præparationem, quàm dis-
positionem, vt est casus *cons.* 119 *Oldrad.* cuius
decisio apparet adeo magnificata, vt abundè
iam supra deduxi, quo casu, cum voluntas te-
statoris stet in fieri, vnde nullatenus perfecta,
423 & tunc si ipse iubeat vocari Notarium, talis
vocatio censetur adhibita per testatorem, ad
effectum vt sua concepta voluntas per illum
ad perfectionem reduceretur, quibus stanti-
424 bus, ad omnem effectum, & sic etiam nec
ad pias causas vel inter liberos, volũtas signi-
ficata per testatorem subsistentiam haberet.

Sic ipse si decesserit, vel in furorem incide-
rit, antequam Notarius suum officium imple-
uerit, cum adsit defectus conclusiuę volunta-
425 tis, & perfectæ dispositionis, quare in tali
statu si decedat, perperam quæritur, vtrum
detur casus subsistentiæ eius, quod non fuit,
vt iam dixi supra, & prædictam distinctionem
optimè fouent plures DD. relati per *Hodiern.
in addit. ad Surd. decis.* 292. *sub num.* 14 *vers. at
secus vbi voluntas non esset perfecta, & conuoca-
tio Notarij, & publicatio admitteretur per te-
statorem ad effectum vt sua voluntas perficere-
tur, nã tunc nec ad pias causas substineretur &c.*

Insuper amplia prædicta, quod tale testa-
426 mentum, neque valere potest, vti codicillus
l. fideicommissa §.1. ff de legat. 3. *cum alijs allega-
tis per Surd. consil.* 258. *num.* 23. *vers. non substi-
neret etiam per clausulam codicillarẽ &c. lib.* 2.
vltra quod talis clausula nihil operatur, nisi
427 fuerit lecta, & publicata *d. l. fideicõmissa. §.1.
vbi glos. in verb. quoties. & l. ex ea scriptura.* 29.
ff de testament. cum simil. estque, satis decanta-
tum in iure, quod dicta clausula, penitus est
frustratoria, quando cum ea non concurrit
voluntas testandi, sicque quando deficit mẽs,
& voluntas testatoris, vires dictæ clausulæ, cõ-
tra eam non possunt operari suum effectum
Bald in consil. 170 *num.* 10. *& consil.* 319. *in fin.
lib.* 1. Dec. *cons.* 205. *num* 10 *& consil* 347. *nu-
mer.* 7. *& cons* 384. *in fin. & in l. præcibus C. de
impub & alijs substitut.* Surd. *cons.* 37. *numer.* 7.
plenè per Gonzag. *consil.* 32. *numer.* 4. *vers. quia
alioquin.* Laderch *consil.* 58. *num* 32. Rot. *decis.*
519. *num* 6. *part.* 1. *recent & coram sanct. mem.*
Gregor. XV. *decis.* 271. *num.* 12. *& benè ponde-
ratum fuit coram Reuerendiss.* Terracinen *in
causa Romana de Marescottis* 18. *Maij* 1646.
*§. Nec pariter. vers. contra quam non substine-
tur testamẽtum ex dicta clausula codicillari &c.*
Et in istis terminis secundùm veriorem sen-
tentiam sibi locum vindicat celebris decisio
Oldrad. in d. cons. 119.

Atque hæc dicta sufficiant; circa cõtrouer-
siam de qua supra, nempe si testator animum
habebat aliquid piè disponendi, & ad id fortè
instructionem habebat, iussitque accersiri No-
tarium, & interim mortuus est, vtrum talis
dispositio substineatur, nec ne, in sequenti ca-
pite verò videbimus, quidnam sit dicendum,
dum quis cœpit testari verbo, vel scripto, et
quædam inter cætera piè disposuit, sed morte
aut frenesi præuentus non potuit illud perfi-
cere.

ARGVMENTVM.

Testamentum, quando quis condere incœpit, & constat illud non perfecisse, quia morte fuit præuẽtus, aut phrænesi, aut quia loqui amplius non valuit, & tunc quoniam forma essentialis testamenti, consistit etiam in vltimo verbo cõclusiuo, perinde est ac si testamentum non incæpisset, ac ab intestato decessisset, sicque tale testamentum deseruiet de vento, quod procedit etiamsi facta esset institutio, & substitutio, vel quoque si adesset clausula codicillaris.

Et supradicta conclusio procedit etiam si in eo adessent legata pia, quia cum tale testamentum sit nullum, non ex defectu solemnitatum, quæ in dispositionibus pijs non attenduntur, sed ex defectu voluntatis incompletæ, quo casu, nec disposita ad pias causas substinentur, nam de actibus humanis volũtarijs actum est, dum deficit voluntas.

Verumtamen, cum talis imperfectio voluntatis proueniat à iure ciuili, vt testamẽtum incompletum, quia testator morte præuentus, non valuit illud perficere, & sic fit nullum ex defectu voluntatis incompletæ, secus verò dicendum est de iure naturali, nam licet dictum testamentum sit nullum ratione totius integralitatis, ratione tamẽ speciei perfectè dispositę, attento iure naturali, dicitur validum, quod intellige quando disposita ad pias causas habuerunt suam perfectionem in illa sua specie, & ideo secus est dicendum, si testator dum disponebat ad pias causas ante illius conclusionẽ decesserit.

SVMMARIVM.

528 *Testator si ante quã testamentum perfecit, moriatur, nihil ex eo debetur, & nec legata pia.*
429 *Testamentum dicitur nullum ex defectu voluntatis, quando testator nõ potuit illud perficere. & num.* 465.
de Priuilegijs piæ causæ actum est, quando adest defectus voluntatis.
430 *Testator, quando incœpit testari, sed facto nõ valuit illud perficere, perinde est ac si non incœpisset illud. & num.* 441.
431 *Testator, si non decessisset incõpleto testamento*

aliud dispoſuiſſet, vel iam diſpoſitis conditiones adieciſſet.

432 *Actum nihil dicitur, quando aliquid ſupereſt agendum.*

433 *Perfectum id dicitur, quod ex omnibus partibus ſuis conſtitit.*

434 *Teſtamentum dicitur incompletum, quando fuit probatū, quod teſtator volebat aliud addere, vel detrahere.*

435 *Teſtatoris voluntas, quando ſemper dicatur imperfecta.*

436 *Teſtamenti forma eſſentialis conſiſtit in puncto indiuiſibili, & in vltima litera concluſiua, ſicuti in baptiſmate.*

437 *Coniecturæ multæ ſunt, ex quibus colligitur teſtatorē teſtamentum habuiſſe pro imperfecto remiſſiuè.*

438 *Forma, quæ dat eſſe teſtamento non ſolùm conſiſtit in inſtitutione hæredis, ſed etiam in perfectione ipſius teſtamenti.*

436 *Teſtamenti forma eſt quidam actus indiuiduus.*

440 *Teſtator dum teſtamentum ſuum imperfectū relinquit, idem eſt ac ſi ab inteſtato deceſſiſſet.*

442 *Hominibus plerumque accidit, vt morte præuenti; diſponere non valeant de rebus ſuis.*
Et ſic eorum bona contra ipſorum voluntatem vadant ad eos, quos numquam voluiſſent hæredes.

444 *Emphyteuta ſi in defectu generationis habeat facultatem nominandi aliquem ſi moriatur ab inteſtato,*

445 *An in caſu iſto hæres ſuccedens ab inteſtato dicatur nominatus ad emphyteuſim,*

446 *Et opinio negatiua dicitur verior, & communior.*

447 *Temerarius eſt ille, qui cum potuit, noluit, & deliberationem coniecit ad extrema.*
Naufragio facto non eſt opus conſilio.

448 *Prudens non dubitat, ſed expectat, non ſuſpicatur, ſed cauet.*

449 *Præcauere melius eſt, quàm pauere.*
Fœlix nemo eſt niſi ſit prudens num. 449.

450 *Renunciantes caueant effuſis ſermonibus renunciare, quia non ſufficit poſtea, ſtulte dicere, non putabam.*

451 *Renunciatio facta verbis generalibus trahitur etiam ad incognita.*

452 *Sermonis generalis natura eſt, vt omnes actus, & perſonam includat,*
Etiamſi maior ratio ſit in vno, quàm in alio.

453 *Teſtator ſi inter diſponendum moriatur, nihil valent diſpoſita per eum, quamuis fecerit inſtitutionem, & ſubſtitutionem.*

454 *Teſtamentum non dicitur perfectum, licet teſtator fecerit inſtitutionem, ſi conſtet facturum eſſe legata.*

455 *Teſtamentum non dicitur perfectum, quamuis teſtatori remanebat facere vnum tantum legatum.*

456 *Teſtator, ſi fecerit hæredis inſtitutionem, ſi dū velit pronunciare ſubſtitutionem decedat, nihil dicitur feciſſe & num. 457.*

458 *Teſtamentum, ſi conſtet teſtatorem non perfeciſſe, quamuis in eo adſit clauſula codicillaris non ſubſtinetur.*

459 *Clauſula codicillaris, quando non fuit lecta nihil operatur.*

460 *Clauſula codicillaris, quamuis cenſeatur appoſita de ordine teſtatoris, tamen de tali ordinatione conſtare debet.*

461 *Clauſula codicillaris plerunque ex ſtylo, & capite Notariorum ſolet apponi.*
Teſtatores multi ſunt, qui neſciunt, quid importet clauſula codicillaris.

462 *Notarij cenſentur à partibus rogati apponere in inſtrumentis clauſulas conſuetas.*

463 *in Teſtamento quolibet an ſubintelligatur clauſula codicillaris.*

466 *Clauſula codicillaris ſubintelligitur in teſtamento inter liberos & ad pias cauſas.*

466 *de Clauſulæ codicillaris virtute in vanum quæritur, quando teſtamentum non fuit completum. & quare num. 467. & ſeq.*

469 *Teſtamentum paternum ſi ſit nullum ex eo, quia pater morte præuentus non potuit illud perficere, nec valet inter liberos. & nu 473.*
Et hoc eſt valde vtile liberis, quādo ſunt inæqualiter inſtituti.

470 *Teſtamentum inter liberos validum eſt quantumuis ſit imperfectum. & num. 496.*

471 *Quod tamen intelligendum eſt. ſi ſit inualidū ratione ſolemnitatis, non autem voluntatis, quale eſt, quando minime fuit completum teſtamentum*

472 *L. fin. C. famil. erciſcund qualiter procedat. & num. 472.*

474 *Teſtamentum ſi ſit nullum, eò quia non fuit completum, non tenet, nec quo ad diſpoſita ad pias cauſas.*

476 *Teſtator ſi aliquid reliquerit ad pias cauſas, & dum adhuc teſtamentum erat in fieri deceſſit. illud non debetur.*

477 *in Diſpoſitionibus pijs, quis non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus & num. 479 et ſeq.*

484 *Teſtamentum, ſi ſit nullum, ex quo complere non valuit illud teſtator, vtrum ſubſtineatur quoad diſpoſita ad pias cauſas, p unctm vbi ſtet. et num 485.*

486 *Teſtator, ſi aliquid diſpoſuit ad pias cauſas, dū poſtea fato, non valuit complere teſtamentum. Quo ad iam diſpoſita, dicitur completum, attento iure naturali.*

487 *Et prædicta opinio procedit, etiamſi teſtator ante perfectionem dicti teſtamenti, diſpoſita potuerit mutare.*

488 *Teſtamentum etiam integrum, & perfectum, non ex hoc dicitur imperfectum, quamuis teſtator poſſit illud mutare, & in totum reuocare.*

489 *Diſpoſita iam in teſtamento imperfecto, quia teſtator non valuit illud complere, dicuntur*

in

Digitized by Google

in sua specie perfecta attento iure naturali.
490 *Insciuile quo ad dispositiones pias perinde est, ac si non emanasset.*
491 *Testamentum nullum, quia non fuit completum, si in eo adsint disposita ad pias causas, valet quo ad eas. n.293.*
492 *Et ista opinio est magis iusta, & æqua.*
494 *Bart. in l. qui testamento, ff. de fideicommiss. libert. iniust. reprobatur communiter à DD. & num. 495.*
497 *Testamentum incompletum, quia ante testator decessit, quam vi compleuit, quare non teneat quo ad disposita, nec inter liberos.*
498 *Disposita ad pias causas remanent sub dispositione iuris naturalis, & sic non attenditur censura ciuilis.*
501 *Testamentum, quando est incompletum, non solum ratione totius integralis, sed etiam ratione relicti ad pias causas.*
502 *Tunc sine dubio non tenet, nec quoad illam partem relicti ad pias causas.*
594 *Testator, si imperfectè disposuit ad pias causas, quia morte præuentus fuit, non valet talis dispositio.*
505 *Quia talis imperfectio est respectu voluntatis, & non solemnitatis.*
506 *Testamentum incompletum, quia testator nō valuit illud complere, vt nec valeat ad pias causas multi DD. tenent, alij vero contrariū, & vide concordiam, num. 507. & seq.*

CAPVT IX.

TEstamentum, aut codicillum si quis verbo, aut scripto condere incœperit, & multa in eo disposuit, et inter cœtera ordinauit non nulla legata ad pias causas, et antequam illud perfecerit, morte, aut phrænesi fuit præuentus, Quæritur quidnam veniat respondē. dum in hac satis controuersa opinione, scio multos DD. indubitanter in omnibus nega-
428 tiuè respondisse, et sic nec quo ad disposita
ad pias causas substineri, ea non contemptibili ratione ducti, quia hoc casu testamentum
non est imperfectum ratione solemnitatis, sed
429 voluntatis, et sic actum est de priuilegijs
piæ causæ, ex allegatis *in præcedenti cap.*

Noti enim iuris est, quando testator mortuus est inter disponendū, plura esset dicturus
430 nisi mors præueniens illum occupasset, tunc
perinde est, ac si non incœpisset testari *text. est in l. si is, qui testamentum ff. de testam. & in l. ex ea scriptura ff. eod. §. eo autem solo Instit. quib. non est permiss. facer. test.* nā fortè nisi deficis-
431 set testator, aliud disposuisset, vel iam dispo-
sitis conditiones adiecisset, Hinc vulgatum
432 illud axioma, *Nihil dicitur actū, quando aliquid superest agendum.* vt inquit *text. in l. cum Syllanianum. 11. in fin.* ibi, *nihil etenim actum credimus, dum aliquid addendum superest. C. de his, quib. vt indign. hæred.* satisque in angulo est,
433 quod id dicitur perfectum, quod ex omni-
bus suis partibus consistit. *l. 1. ff. de orig. iur.*

Sufficit enim si tacitè, vel expresè constet, quod testator volebat aliquid addere, vel de-
434 trahere, vt dicit *Bart. in d. l. si is qui testamentum. in fin. ff. de testam & per eum Surd in consil. 258. num. 19. vers. sufficit, quod tacitè, vel expressè constet, quod testator volebat aliquid addere &c. lib. 2.* & eo casu semper voluntas testa-
435 toris dicitur imperfecta, *vt Bart. in d. l. si is
qui* & ibi, inquit *Bald. in princip.* quod testamenti forma essentialis consistit in puncto in-
436 diuisibili, et in vltima litera conclusiua, sicuti in baptismate, et alijs Sacramentis, & prædictam conclusionem, vti in dubitatam, & certā pluries admisit *Rota* et præsertim *in decis. 176. num. 6. vers. testamentum momento perficitur &c. part. 2. diuers.* et deinde *coram R.P.D. Carillo in causa Tiburtina Hæreditatis. 15. Maij 1638. §. Nec releuat. vers. continet actam conclusiuum, & vltimum dispositionis punctum, à quo testamentum recipit perfectionem &c.* iterū *in eadem causa coram eodem 16. Maij 1639. §. Reliquerat. vers. testamentum recepit ab vltimo actu conclusiuo perfectionem &c.* et comprobat *D. Regem Copye. Latr. decis. 7 num. 18. vers. Testamentum dicitur perfici in vltimis verbis &c.* et latè tractat *Mart. de success. part. 4. quæst 1. art. 7. ferè per tot. incip. Nihil dicitur actum, quando aliquid superest agendum &c.* et *num. 5.* ponit non nullas coniecturas ex qui-
437 bus colligi potest, testatorem non habuisse
testamentum pro perfecto.

Forma enim testamenti non solum hæredis institutionem complectitur, sed totum ipsum
438 testamentum, donec fuerit perfectum, et ab-
solutum, est enim forma testamenti, quidam
439 actus indiuiduus. *l. furiosum cum glos. C. qui testament. facer. poss. l. si quis testamentum ff. de testam.* et vnicus dicitur contextus *l. hæredes palam. §. vlt. ff eodem*, et consuluit *Menoch. in consil. 234. num. 4. vers. testamentum dicitur esse, quid indiuiduum, & ideo capit vires ab vltimo puncto &c. & consil. 1189 num. 8. vers. testamentum capit vires ab vltimo pūcto &c. lib. 12.*

Testator quippe dū voluntatem suā imper-
440 fectam reliquit, id quod incœptū est pro ni-
hilo habetur, & perinde est, ac si decessisset ab intestato *ad tex. in d. l. furiosum cum alijs supra allegatis*, et videat *Francisc. V in decis. 13. n. 5 ver. testator intendebat facere legata, et fideicōmissa &c.* et plures DD. plena manu ad hoc cumulat *Castill. in tract. de vsufruct. mulier. relict. part. 2 cap. 22. num. 19. ver. vbi constat, quod testator vltra volebat disponere, & morte, aut morbo impeditus, id non fecit &c.*

Sic etiam quoque censuit *Rota corā R.P.D. Carillo in causa Romana Domus 8. Aprilis 1639. §. Imo si quis*, vbi dicitur, quando quis
441 incœpit facere testamentum cum omnibus

solemnitatibus requisitis, sed morte præuen-
tus non potuerit vlterius procedere, pro vt
volebat, testamentum dicitur nullum in totũ,
442 et allegantur suprarelati textus, subditur
etiam, Ideòque plerumque accidere homini-
bus, vt morte præuenti non possint dispone-
re de rebus suis prout volebant, et hinc eorũ
bona transeunt ad personas etiam sibi ipsis
443 inuisas, pro vt accidit in casu dictæ decisio-
nis, et addo, quòd id etiam aliàs animaduer-
tit *Rota coram Card Sacrato in causa Bonon.
de Lucio 9 Decemb.* 1619. *à me relata in part. 4.
recent. tom. 2. dec. 55. num. 17. vers. cum notum
sit plerosque ex negligentia testandi habere ha-
redes ab intestato, quos numquã voluissent &c.*
Hinc illa ardua quæstio, si emphyteusis cõ-
444 cessa sit ad certam generationẽ, et emphy-
teuta in defectu generationis habeat facul-
tatem nominandi aliquem; si eueniat eum
mori ab intestato, nullatenus facta dicta no-
445 minatione, vtrum censeatur nominasse ve-
nientes ab intestato, et quamuis multi Docto-
res ex notatis *in l. conficiuntur. ff. de iure codi-
cill.* affirmatiuam partem tenere videantur,
446 negatiua opinio est verior, ac communior,
et in hoc habetur egregia decisio *Rotæ in
causa Romana Domus 23. Iunij 1636 coram bo.
me. Card. Verospio, quam retuli in part. 7. recent.
decis. 163. per tot.* et iterum eamdem opiniõnẽ
vti veriorem agnouit in altera *Romana Do-
mus 16. Iunij 1641. coram R. P. D. Bichio.* De
qua materia alibi latissimus ero.
Temerarius, si quidem est ille, qui cum po-
447 tuerit noluit, et deliberationem conieeit ad
extrema, sera pœnitudine, qui consilia circũ-
spicit, naufragio facto. Prudens enim non du-
448 bitat, sed expectat, non suspicatur, sed ca-
uet ad *text. in l. fin. C. in quibus cau. restitut in
integr. non sit necess. et in l. liberam resistendi. C.
quando liceat fin. Iud.* et longe plus expendit
449 præcauere, quàm pauere. Nemo, enim (vt
dicebat Plato) fœlix est, nisi prudens, et ali-
qua in hac materia iam congessi in *annotat. ad
decis. 523 à num. 23. vers. si prudens esse cupis in
futura prospectum intende &c. part. 4. recent.
tom. 3.*
Vbi sedulò monui renunciantes, vt atten-
450 dant, quid faciunt quando effusis verbis re-
nunciant, et sat non erit dicere, non putabant,
quia postea sat non erit pœnitentia, et adde
*decis. in causa Romana Pecuniaria 23. Iunij
1645. coram R. P. D. Melzio. §. 1.* vbi dicitur,
451 quòd renunciatio facta verbis generalibus
ad incognita etiam extendatur, cum genera-
lis sermonis natura sit, omnes casus, et perso-
452 nas includere, etiam quod, sit maior ratio in
vno, quam in alio, et capit etiam incognita, ex
his ibi latè allegatis. Sed ad nos.
Notabiliter ampliari potest supra relata con-
clusio, nempe si testator inter disponendum
453 moriatur, disposita per eum ruant in totum,
vt procedat etiam si iam fecisset institutionẽ
et substitutionem, in quibus tota vis testamẽ-
ti consistit, et versaretur circa legata, vt inquit
*Paul. de Castr. in d. l. si is, qui testamentum, n. 2.
& post Paris Natt. Ruin. & alios,* solidè respõ-
dit *Caphal. in consil. 294. num. 10.* ibi, *testator
iam fecerat institutionem, & substitutionem
in quibus tota testamenti substantia consistit ta-
men cum videretur non habuisse testamentum
pro perfecto &c lib. 4 præsumpt. 5. sub n. 3. vers.
secundus est modus,*
Vbi ait, testamentum non esse perfectum
454 quando testator post iam scriptam hæredis
institutionẽ, et substitutionẽ facturus erat le-
gata, nam tunc, quidquid antiqui scripserint,
totum testamentum dicitur imperfectum. ex
ibi allegatis, et idem senserunt *Mart. de suc-
cess. part. 4. quæst. 1. articul. 7. num. 1. vers. quan-
do testator instituit hæredem suum, & fecit ali-
qua legata, quia alia facere destinauerat, mor-
te præuentus complere non potuit, tune totum
testamentum corruit &c. Fernand. Vasq. de
success. lib. 3 §. 22. limit. 11. n. 7. vers. morte præ-
uentus non declarauit &c. Francisc. de Barrij.
de testament. lib. 10. titul. 15. sub num. 1. vers.
quando iam scripta hæredis institutione, & sub-
stitutione, facturus legata, & cum legare vellet
morte fuit interceptus, nam tunc nulla ex parte
valebit testamentum &c.*
Et de communi opinione post *Natt. Curt.
Socin. & alios testatur Clar. in §. Testamentum.
quæst. 9. nu. 2.* vbi. et facta institutione, et alijs
legatis, prius quam faceret vnum legatum
quòd facere intendebat, et solum restabat
455 relinquere, et morte præuentus illud fa-
cere non valuit, tale testamentum non va-
let, neque sustinetur, quo ad iam perfectè di-
sposita, et vide ibi *Addentes,* qui testantur pa-
riter de communi, et congerunt concordan-
tes *DD.* et casus in *d. l. si is,* est, quis cœpit face-
556 re testamentum, ac cum hæredis institutio-
nem iam fecisset, et vellet substitutionem
pronunciare, obmutuit, et dicitur quod id ni-
hil valet, etiam quo ad ea quæ scripta fuerũt.
Casus *decisionis in d. causa Romana Domus
8. Aprilis 1639. coram R. P. D. Carillo,* est quo-
457 que de testatore, qui institutionem, et legata
aliqua expressit, sed non omnia, et interim de-
cessit, et fuit dictum in totum inualidum te-
stamentum, intellige etiam supradicta, vt lo-
cum habeant, quamuis in testamento, vel co-
458 dicillis posita reperiatur clausula codicilla-
ris, *text. est in d. l. ex ea scriptura ff. de testam.*
et ibi communiter *DD.* tenet etiam et com-
mendat *Bart. in l. 1. in 4 quæst. principal. ff. de
iure codicill. Castren. & communiter DD. in d. l.
si is qui, Gomes. ad l. Tauri 3. num. 18. vers. exi-
de, vt procedat etiam in codicillis. & testamentis,
in quibus est posita clausula codicillaris &c.*
459 Clausula enim codicillaris quando non fuit
lecta, et publicata, eo casu nihil operatur *vt est
text. in l. fideicommissa. §. 1. ff. de legat. 3. & l. ex
ea scriptura. 29. ff. de testam. Gabr. Ruin. & alij*
alle-

allegati per Gasp. Thesaur. quaest. Forens. lib. 4.
quaest. 28. vers. Clausula codicillaris non fuit le-
cta, & publicata quo casu nihil operatur &c la-
460 . è *Turrett. de clausul. Codicillar. quaest. 6.*
et quamuis, de voluntate testatoris censea-
tur apposita d. clausula codicillaris, tamen
de tali ordinatione constare debet, cum soleat
apponi ex capite, et stylo Notariorum nam
461 multi sunt testantes, qui nesciunt quid nam
importet d Clausula ex allegatis *per Thesaur:*
d. quaest. 24 num. 12. vers. & quamuis censeatur
apposita de voluntate &c.
462 Notarij enim censentur rogati apponere
clausulas consuetas et sic clausulam codicilla-
rem, *vt notat Roland. à Vall. consil. 7. num. 27.*
& seq. lib. 4. Menoch. *consil. 37. num. 30 lib. 1. &*
de praesumpt lib. 3. praesumpt 31. num. 6. Card.
Mantic. *de coniectur. vltim. volunt lib. 1. titul. 9.*
num. 2. Sfort. Odd. *de compend. substitut. part. 5.*
art. 1. vers. retenta tamen communis Alex. Tren-
tacinq *de substitut. part. 4. cap. 9. num. 18. cum*
alijs allegatis per Seraph. *de priuileg iurament.*
priuileg 22. n. 91. & seq. & innumeri per Turr.
de tract. de claus. codicillari quaest 143. defect. 36
Ita vt si scripta non reperiatur subintelliga-
463 tur in quolibet testamento dicit *Alex. in*
consil. 1. n. 22 lib 5. & Menoch. consil 58. *nu.* 59.
in specie, vbi instituti essent valde dilecti, in-
quit *Bald. in l. si iure per glos ibi* C. *de testam.*
manumiss. Cephal. *consil.* 294. *num.* 16. *lib.* 2.
Card. Mantic. *de coniectur. vltim. volun. d. lib.* 1.
titul 9. nu. 8. Boer. *decis.* 34. *sub nu.* 10. Menoch.
lib. 4. praesumpt. 3. *num.* 17.
Quidquid tamen sit de supradicta opinione
illud certum est, quod in testamento inter li-
464 beros d. clausula subintelligitur, vt in casu
nostro ad pias causas, sed super hoc articulo
hic insistere vanum puto, dum vt dixi supra
etiam si d. clausula expressè apposita fuisset
de vento deseruiret, ponderare si quidem
debemus tale incoeptum testamentum nõ es-
465 se nullum respectu solemnitatis, sed volun-
tatis, eo quod testator coepit testari, suamque
voluntatem manifestare, et aliquibus disposi-
tis cum vellet reliqua disponere, morte, vel
466 phrenesi praeuentus non valuit, et sic potius
incoeptio testamenti, quàm testamẽtum nun-
cupari poterit, quare clausula codicillaris, aut
quid aliud simile accessorium, cum principale
465 non subsistat, vanum erit quaerere de subsi-
stentia accessorij.
Et hoc propter rationem, quia nisi testator
à morte fuisset praeoccupatus poterat muta-
re, addere, vel detrahere aliquid de contentis
468 in testamento, ideo non dicitur perfecta, et
consumata voluntas, in quo fundata reperi-
tur decisio *text. d. l. si quis cum testamentum*
alijsq simil. determinari poterit, vt nec quidẽ
quoad liberos poterit vllo modo etiam in iã
469 dispositis valere tale testamentum, vel co-
dicillum ità singulariter tenuit *glos. in d. l. si*
quis cum testamentum, in verb futuros, et ibi-
dem *Aretin. Bartol. Castren. Imol.* et com-
muniter ibi *scribentes. Corn. in l. hac consultis-*
sima §. ex imperfecto. C. de testam. Boer decis 240
n. 5. vers. cum testator plus voluisset disponere
fuit impeditus, & illa dispositio non valet nec
etiam inter liberos &c, et subdit, quod durum
esset in iudicando recedere ab ea opinione.
Gomes. ad d Leg 3. Tauri num. 106. vers. exten-
de, vt habeat locum, & procedat etiam inter li-
beros &c vbi etiam ait, id esse valde vtile li-
beris, quando sunt inaequaliter instituti.
Concedo verum esse, quod testamentum
470 imperfectum, validum sit inter liberos, vt
clarus est *text. in d l hac consultissima §. ex im-*
perfecto. C. *de testament. cum autẽ. sequenti.*
Etenim id intelligendum venit de imperfe-
ctione solemnitatis, sed non profectò de im-
471 perfectione voluntatis. Sic quoque potest
responderi ad *textum in l. final. C famil. ercisc*,
vbi Imp. Constantinus ait, sine incoeptum
neque completum sit testamentum, custodiẽ-
dum esse patris defuncti testamentum inter
liberos, Quia id quoque intelligendum est de
472 eo testamento, quod non est completum,
quantum ad iuris solemnia, non verò quan-
tùm ad defectum voluntatis. vt est casus no-
ster. Et ita quam per egregiè declarat *Fa-*
chinen. controuer. Iur. lib. 4. cap. 4. §. Prima
propositio.
Vbi ait, praedictum textum loqui quando
in testamento patris inter liberos confecto
473 desunt solemnia iuris, si enim Testator mor-
te praeuentus illud perficere non potuit aliter
est dicendum, & sic pariter sensit *Gaill. obser-*
uat. Imper. lib. 2. obseruat. 112. num. 14. vers. se-
cus si voluntatis sit defectus, puta si pater morte
praeuentus voluntatem suam inter liberos non
compleuisset &c. Ioach. Mynsinger. singular. obseruat.
Centur. 5. obseruat. 28 num 4. vers. quinimo tale
testamentum imperfectum quia testator incoepit
condere, & conficere testamentum, sed non ab-
soluit, nec inter liberos seruandum est &c.
Quibus ergo stantibus, sic quoque in casu
nostro, nempe in testamento ad pias causas
474 ordinato concludendum quis arbitrabitur,
& hoc quidem de plano, cum adsit defectus
non solemnitatis. cui talia testamenta nõ sub-
iacent, sed voluntatis, sine qua indifferenter
475 omnia corruunt, ex allegatis supra *à num.* 1.
quamobrem si testator haeredes fecerit pau-
peres, Ecclesiam, &c. vel aliquod legatum pijs
reliquerit, et dum adhuc testamentum erat
476 in fieri, facto abreptus fuit, tale testamentũ
erit nullum etiam in dispositis ad pias causas,
et in totũ, et sic tradiderunt *Bald in l. habeat.* 1.
in 2. lectura. vers. dico testamentũ non valere &c.
C. *de sacrosanct. Eccles.* et subdit, quod contra-
477 rium asserere, esset ridiculum, nam etiam in
dispositionibus pijs, quis non potest decedere
pro parte testatus, et pro parte intestatus, ex
ibi allegatis, et respondit contrarijs, et dicam
in seq. cap.

Supra

Supra relatæ opinioni se etiam subscripse-
runt *Ioan. de Imol. in cap. 2. num 22 de testam.*
et ibidem *Anchar. numer. 10. Vasqu. de success.*
creat. lib. 3. §. 22. num. 7. vbi ait, si testator ius-
478 serit fieri capellam, vel Ecclesiam certo mo-
do, et cum vltra vellet procedere decessit, an-
tequam testamentum perficeret, id testamē-
tum non valet etiam, quo ad illam Cappellā,
vel Ecclesiam, et subdit licèt secundùm *Dec.*
in consil 610. num. 3. contraria opinio sit com-
479 munis, defendi tamen nō potest. Ita quoque
tenuit *Clar. in §. Testamentum. quæst. 7. num. 4.*
versic. priusquam ipsum testamentum compleret
decessit &c. et reprobat *Bart. in l. in testamento*
C. de fideicommiss. libert. & Dec. in consil. 159.
num. 3. vers. Quartò, & vltimo &c.

Quia cōtrarium senserunt, asserendo, quod
credit *Bart* in hoc male dixisse, et *Dec.* falli,
quia communis opinio est, quòd quandocum-
que testator decedit, priusquam integrè vo-
480 luntatem suam explicauerit, tale testamentū
non dicitur perficere ratione solemnitatis, sed
voluntatis, et ideo non valet, nec fauore piæ
causæ, et testatur de communi opinione, sic
etiam in puncto asserit *Ma t de success. part. 4.*
quæst. 8. artic. 2. sub num 11. vers testamentum
imperfectum ratione voluntatis, non valet, nec
ad pias causas. & dicitur imperfectum ratione
voluntatis, quando perfecit minimè quod facere
destinauerat &c et de veriori et validiori sen-
tentia testatur *Mynsig. singular. obseruat. cen-*
tur. 5. d. obseruat. 28. num. 3. vers. sed contrariam
sententiam vti veriorem &c.

Latè prædictam opinionem defendit, & fo-
uet *Magdalen. in tractat. de numer. test. part. 3.*
cap. 5. sub numer. 2. §. Et quamuis, vbi affirmant
481 hanc conclusionem esse veriorem, & magis
communem, ac pluribus, & validioribus au-
thoritatibus, & rationibus roboratam, & cō-
trariam fundatam in opinione *Bart in d. l. in*
testamento esse tamquam falsam communiter
reprobatam, vt testantur plures ibi allegati.
Et miratur *de Tiraquell. in tractat. de priuileg.*
pia caus. priuileg. 7 §. Tu tamen tene &c. dum
attestatur, quod dicta opinio Bart. communior
482 est, quam ipse inaduertenter sequitur, per
textum, quem ait expressum *in d. l. in testa-*
mento.

Qui tamen nihil penitus concludit, cum so-
lùm probet ex testamento imperfecto, deberi
libertatem, & sic legata pia, non tamen loqui-
tur, quando est imperfectum ex defectu volū-
tatis, & idcircò potest, pro vt intelligi debet
483 de imperfectione solemnitatis, non autem
voluntatis, vt sæpius dixi, & insuper asserit,
quod Tiraquell. à dictis rationibus Bart. fuisse
allucinatum ad firmandam eam opinionem
tamquam communiorem cum ea sit reproba-
ta, vt latè dixi supra, in præcedenti cap.

Et adde *Io. Baptist. Hodiern in suis cōtrouers.*
forens. lib. 1 cap. 36. à num 71. vbi latè magnifi-
cat, & extollit prædictam opinionē, quod quā-
do testamentum est nullum ex defectu incom-
pletæ voluntatis, non valet, nec quoad iam
disposita ad pias causas.

Anceps est quidem resolutio tàm ventilatæ
quæstionis propter rationes hinc inde enume-
ratas. & auctoritatem Doctorum pro vtraque
484 parte scribentium, pūctus tamen solùm stat
in eo, an verè in tali casu adsit defectus non
solemnitatis, sed voluntatis. Et veritas est, lo-
quendo tamen in puncto de dispositis ad pias
causas, in quibus tantùm ius naturale, seclusa
omnii iuris ciuilis censura attenditur, vt supra
485 in principio dixi, respondendum arbitror,
talem defectum esse nullatenus volūtatis, quo
probato vana erit omniū Doctorum alterca-
tio circa talem controuersiam.

Si quidem, quando testator fecit hæredem
piam causam, vel ei aliquod legatum reliquit,
486 licet suam voluntatem postea morte præuē-
tus in reliquis non potuerit prosequi, ex hoc
non arguendum venit ad imperfectionem res-
pectu illius institutionis, vel relicti in sua spe-
cie perfectè dispositi, dum sunt expressa cum
sufficienti deliberatione, Quæ conclusio sanè
quidem procedit, quantumuis testator autē
487 testamēti perfectionem potuerit iam dispo-
sita reuocare, & mutare, id tamen non nega-
tur, sed solum ponderatur, propter talem
considerationem, non esse imperfectam volun-
tatem, vt supra dictum est.

Nam & etiam integrum testamentum ha-
488 bet hoc, vt prior voluntas possit mutari, &
reuocari in totum, ex qua ratione neqnaquam
dicimus anterius testamentum esse imperfe-
ctum, dum potest mutari. Quare si re ipsa
nullam mutationem testator significauerit,
naturali iure. & consequenter absolutè firma
489 remanere debet illa dispositio ad pias cau-
sas, cum vt valida sit, & in sua specie perfecta,
nihil aliud exigatur, quodque sufficit stando,
in solo iure naturali. nam ius Canonicum nū-
quam talem dispositionem irritauit, & ius Ci-
490 uile, quoad dispositiones ad pias causas, per-
inde est, ac si non emanasset, iuxta vulgatum
text in cap. relatum el 1 de testament. & ibidem
latè Scribentes, & abunde dixi supra cap. 1.
per tot.

Patrocinantibus igitur rationibus istis, be-
nè patet, quantum æqua, & iusta sit opinio
affirmatiua, vt tali casu disposita ad causas pias,
491 quantumuis testamētum ad suam perfectio-
nem nō deuenerit, executioni debitæ sint de-
mandanda, & ita docuerunt *Bart. in d. l. in te-*
stamento ff. de fideicommiss. libert. qui dixit se
respondisse, quod cum quidam cœpisset face-
492 re testamentum, et iam scripsisset, quod tali
loco construeretur Ecclesia, et ei reliquisset
certam summam, et deinde statim decessit re-
siduo suæ dispositionis non absoluto, et perfe-
cto, eam voluntatem fauore piæ causæ obser-
493 uari debuisse, et ad hoc inducit *textum in*
d. l. in testamento.

Qui

Qui dicit esse expressum in prædictis termi-
nis, vt ibi videre potes, et post Bart. ita etiam
pluribus alijs relatis, tenuit *Couarr. in d. cap.
relatum.el.1. num.10.* ibi, *testator incœpit face-
re testamentum, & cum pietatis causa aliqua le-
gasset, velletque alia disponere, mortuus est, ex
hac voluntate deberi pia legata &c. extra de te-
stament.* alios DD. antiquiores, qui hanc opi-
nionem firmarunt commemorat *Tiraquell. de
priuileg piæ caus. priuileg.7. in princip. & in §. Tu
tamen tene*, et testatur de communiori, et ma-
gis recepta opinione.

Et quamuis in hoc fuerit damnatus à Mag-
dalen. vt habes supra, vbi tamquam allucina-
494 tum à Bart. eum reprobat, tamen an benè
id fecerit, rationes iam adductæ id iudicent.
Et quatenus aliquis diceret eas non stringere,
nescio quid dicam, nisi quod aut ego dormio,
aut ipse somniat. Scio quidem, talem dispo-
sitionem esse imperfectam ratione voluntatis,
quo ad reliqua, de quibus volebat ipse testa-
495 tor testari, nisi fuisset à morte præoccupatus,
attamen quoad dispositionem piam perfectè
explicitam, non video quomodo in sua specie
non sit dicenda perfecta.

Nam dato prædictum defectum non esse
voluntatis, attento iure naturali, temeritas
496 esset contrarium firmare, scilicet non esse
validum tale relictum, Concedo, quod testa-
mentum inter liberos, in quo etiam seruatur
ius naturale, si fuerit incœptum, et non termi-
natum ob mortem superuenientem, non va-
497 lere, nec quo ad disposita iuxta DD. supra
relatos *num.473.* nam respondetur id proce-
dere, quia ius ciuile, ita *in d. l. si quis cum testa-
mento, & in d. l. furiosum* disposuit, & potuit,
& ita per dicta iura in tali casu determinauit
*glos. in d. l. si quis cum testamentum. in verbo fu-
turos. cum alijs vt supra*.

Quo verò ad relicta ad pias causas prædictū
498 ius ciuile non disposuit, nec potuit, vnde re-
manserunt in terminis iuris naturalis, et gen-
tium, secundum quod attendendum venit an
499 aliquid in sua specie sit perfectum, relicta, vt
dixi, censura iuris ciuilis. Tandem supra re-
latam sententiam, quamuis multi recalcitrent
500 sed contra stimulum, fouent, et protegunt
plures alij DD. quos longa serie cumulat
*Menoch in cons.234. num.24. vers. tamen quoad
institutionem factam fauore piæ causæ, non di-
citur voluntas imperfecta &c.* et adde *Anton.
Gabr. de testament. conclus.9. numer 7. vers. aut
voluntas erat perfecta, quo ad piam causam, licet
esset imperfecta, quoad alia, & tunc valet &c.
idem* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt.5.
sub num.6. circa med. vers. quando dispositio te-
statoris est perfecta quo ad vnum capitulum, li-
cet imperfecta sit, quo ad reliqua &c.* Molina *de
instit. & iur. tractat.2. disputat. 134. § penult.
vers. etenim stando in solo iure naturali seclusa
iuris ciuilis dispositione, valida sunt illa, vt pote
iam disposita &c.* Sanchez. *consil, moral. lib. 4.
cap.1. dub 7. num.5. ibi, si vero esset perfectum
ratione voluntatis, quo ad legata pia, licet quoad
cætera imperfectū tenebit tãtùm quo ad pia &c.*
et adde Villal. *in 2. part. summ. tr. 30. differ 5.
num 3.* Bonacin. *de contract. disputat. 3. quæst. 1.
part. 3. numer. 21.* Trull *in Dialog lib 7. cap. 13.
dub. 4. nu. 3. Card. Ioannes* Lugo *de Iustit tom. 2.
disputat. 22. num. 277.*

Vbi tamen testamentum esset imperfectum
non solùm ratione, vel respectu totius inte-
501 gralis, sed etiam quo ad id, de quo est quæ-
stio, puta si dum testator vellet instituere hæ-
redem piam causam, vel ei aliquod legatum
relinquere, morte præuentus non potuit di-
ctum capitulum perficere, et tunc equidem
502 talis dispositio diceretur imperfecta ratione
voluntatis, et sic nec ad pias causas subsisten-
tiam reperiret, vt sæpius iam dixi, et in puncto
aduertit *Surd decis. Mantuan. 292. sub nu 16.*
vbi ait, licet testamentum recipiat perfectio-
503 nem ab vltimo puncto conclusiuo, tamen
sustinetur fauore piæ causæ, in eo capite, in
quo testator perfectè disposuit.

Sed quando esset imperfectum respectu il-
lius particularis capitis relicti ad pias causas,
504 quia morte abreptus non potuit illud cõple-
re, et hoc casu fauor piæ causæ talem disposi-
tionem non sustinere valeret, quam distin-
ctionem prius tradit *Dec. in cap. scripturam 1.
num. 43. vers. secus est. ext de fid instr.* vbi post
Abb in cap. 1. de success. ab intest. ait, quãdo vo-
luntas respectu capituli in quo testator voluit
relinquere aliquid ad pias causas, non fuit
perfecta respectu illius speciei,
505 Tunc cum adsit imperfectio respectu volū-
tatis, nec fauore piæ causæ substinetur, et post
eos ita sensit *Tiraquell. de priuileg. piæ caus. di-
cto priuileg. 7. §. vltim. vers. secus est, si volun-
tas est imperfecta, respectu dispositionis, de qua
agitur &c.* et deinde sic voluit *Gabr. de testa-
ment. d. conclus. 9. num. 7. vers. erat imperfecta
etiam, quo ad piam causam, & tunc testamen-
tum est nullum &c.* et nuper ita indubitanter
firmauit *Hodiern. in suis controuers. forens. lib. 1.
cap. 36. sub num. 82. vers. decessit vacando circa
ipsam institutionem ob onera, & cõditiones quas
pro eius anima salute adijcere volebat &c.* vbi
attestatur prædictam opinionem omni carere
difficultate, et in eam sententiam, omnes Do-
ctores, nemine contradicente deuenerūt, cum
conclusio sit irrefragabilis.

Distinctione igitur ista mediante concludi
506 poterit certa pax inter DD. qui in hoc pun-
cto videntur adeo inter se hostiliter pugnare,
vt supra retuli, et sic quando voluntas testa-
toris non solùm est imperfecta respectu to-
tius testamenti, sed etiam respecto illius par-
ticularis relicti ad pias causas, cum tunc quo-
507 que attento iure naturali, testator minuere,
addere, vel conditiones apponere non inueri-
similiter valuisset, et hoc casu benè intrant
DD. qui mordicè tenent, quod testamentum

imper-

imperfectum ratione voluntatis, eo quia te-
508 statot illud non valuit concludere, sic inua-
lidum etiam respectu piæ causæ, cum intent
rationes ab eo expensæ.

Quando verò testatot institutionem, seu
509 legatum ad pias causas perfecit, veluti quia
diuertit ad alias dispositiones, sed illas, fato
occupatus, non potuit absoluere, quo casu at-
tento iure naturali non potest de perfectione
voluntatis testantis ad pias causas verisimili-
510 ter dubicari, et cum non adsit defectus vo-
luntatis, inuitis etiam dentibus fatendū erit,
tale teditum deberi, et sic in hoc casu intrat
innumera turba DD. asserentium, testamen-
tum inualidum ratione incompletæ volunta-
tis substinete fauore piæ causæ.

ARGVMENTVM.

Testatus pro parte, et pro parte intestatus quis naturaliter decedere nō potest, in tantū quod si quis fuerit institutus in re certa, et Testator non nominauerit hęredē vniuersalē, nec alitet de reliquis suis bonis disposuerit, tunc ille hę-res particularis, quamuis aliàs haberetur pro legatario, erit hæres vniuersalis, ac succedet in toto asse, quod procedit etiamsi fuerit prohibitum, ne plus petere possec, vel si fuerit institutus in aliqua re certa, cū taxatiua dictione, tantùm, quod habet locum, licet testatot dederit hæredē vniuersalem, sed ille præmortuus est, vel repudiauerit.

Testator nedum tacitè imò nec expresè potest prohibere ius accrescendi in directis institutionibus, et hoc ne admittatur magnum absurdum, vt quis decedat pro parte testatus, et pro parte non. Quale iuris axioma licet indubitatum sit, et habeatur pro lege naturali, vt dicitur in l. ius nostrum. ff de regul. iur tamen non intrat, quando agitur de dispositionibus pijs, quia cessat, præ dicta Iuris anxietas, et quamuis asseratur, id procedere de iure naturali, vt quis pro parte testatus &c non tamen probatur id esse verum, et qualiter id procedat.

SVMMARIVM.

511 *Dispositiones piæ valent, quamuis relicta in testamento nullo, quia totum non fuit completum.*

512 *Testatus pro parte, & pro parte intestatus, naturaliter. quis non potest decedere.*

513 *Homo naturaliter non potest esse pro parte viuus, & pro parte mortuus.*

514 *Testator si instituat haredem in certa re, dato quod de reliquis bonis non disponat, ille erit hares vniuersalis. & num. 519.*

515 *Sicque totam consequitur hareditatem. & numer 531 & 534.*

516 *Vxor, si sit hares instituta in vsufructu, & nullus alius hares sit institutus in proprietate, ipsa omnia habebit.*

517 *Testator dum aufert haredibus ab intestato hareditatem viuente vxore, præsumitur voluisse, vt post illius mortem ad eam iret.*

518 *Hareditas ex die, vel ad diem dari non potest, sed detracta temporis mentione censetur pure data.*

520 *Vxor, si sit instituta hares in vsufructu, donec vixerit, sed alio non dato harede, qui lex hac institutione veniat detrahendum, vt sit pura.*

521 *Vxor, quod teneatur restituere hareditatem venientibus ab intestato mariti. si ipse hoc non dixit, nullo iure cauetur. & num. 522.*

523 *Hares institutus in re certa habetur loco legatarij.*

524 *Institutio haredis vniuersalis si fuerit restricta ad certa bona, nō desinit haredem esse particularem, & sic legatarium.*

525 *Institutio haredis, quando non est de tota, vel quota hareditatis semper censetur particularis.*

526 *Hares, si sit institutus in re certa, & alius in quota, nullo scripto harede in reliquis, in his succedit hares in quota.*

527 *Hares institutus in re certa. tunc habetur pro legatario. si sit datus hares vniuersalis, aliàs secus. num. 528 & 529.*

530 *Testator non potest decedere pro parte testatus, & pro parte non, licet hares institutus sit prohibitus certum quid petere, & num 533.*

532 *Testati causa est fortior, & fauorabilior quā causa intestati, & ideò eam vincit.*

535 *Institutus in re certa tantùm, succedet in totum, alio non dato harede, vel eo repudiante non obstante dictione taxatiua tantū. & numer. 537. 538.*

536 *Dictio, tantum, est limitatiua, & exclusiua omnium præter expressa.*

Dictio, tantùm, operatur, vt vno incluso cætera excludantur.

539 *Testator sine dubio tacitè in institutionibus directis, non poterit prohibere ius accrescendi, dum nec expressè, id facere valet.*

540 *Hares institutus in certa re, alio non dato coharede, capiet totum, quamuis refragaretur mēs testatoris,*

541 *Contrarium tamen tenet Bart. volens, vt hoc casu, res reducatur ad causam intestati, sed in hoc est communiter reprobatus, damnatus, & reiectus, vt à num 550. vsque ad 556.*

542 *Bartol. fuit alter Pytagoras.*

543 *Pytagoras apud suos sectatores fuit tanta venerationis, vt non audebant, ea quæ ab eo acceperant, in disputationem deducere;*

544 *Et sat erat dū aliquis assereret ipse dixit, quia solum replicabant, ergò est verum.*

545 *Heres si sit institutus in omnibus, excepto vsufructu, si de eo testator non disposuerit, ei accrescet, non obstante exceptione. & numer. 546. 547. & seq.*

548 In

548 *In hoc enim praeualet ius Ciuile. dum prohibet, ne quis decedat pro parte testatus, et pro parte non.*

549 *in Milite speciale est, vt possit pro parte testatus & pro parte intestatus decedere, ergo contrarium est in pagano.*

556 *Ius accrescendi inductum est à lege ex tacita, & coniecturata mente testantium.*

557 *Ideoque videtur id posse cessare, quando constaret de contraria eius aperta voluntate.*
Testatoris mens expressa, semper praeferenda est tacitae.

558 *Testator, quod possit prohibere expresse, ne haeres institutus in re certa, possit capere totum, si de eo non disposuit,*
Tenentes hanc opinionem, à quo textu fuerint allucinati.

449 *Ius accrescendi, licet à Iure proueniat ex tacita mente testantis, tamen etiam ab eo id quoque sancitum est, & quidem principaliter, vt num. 560.*

560 *Testator, tacitam illam voluntatem, non decedendi pro parte testatus. & pro parte non, licet possit mutare per expressam contrariam,*

461 *Non tamen poterit derogare dispositioni legis, quae sic interpretata fuit mentem testatoris. & numer. 562.*

562 *de illis, quae à voluntate testatoris liberè pendent, ipse potest facere quidquid vult.*

563 *Testator non potest liberè disponere, de his quae ab eius voluntate, & simul à dispositione iuris dependent.*

564 *Testator, quamuis habeat absolutam à lege facultatem, vt possit disponere de rebus suis, non tamen id efficit, vt contra leges ipsas possit disponere.*

565 *Beneficia conferendi liberè potestatem obtinens, licet quis habeat, ea intelligitur secundum leges, non autem contra leges.*
Expectatiua in beneficialibus sunt prohibita, & sic sunt contra ius. num. 565.
Ius accrescendi primariò, & immediatè procedit à lege.

566 *Maritus, si statuto caueatur, ne possit relinquere vxori proprietatem bonorum, sed solum vsumfructum, illud cessabit si capiat proprietatem per ius accrescendi.*

567 *Haeres capiens bona per ius accrescendi dicitur illa habere ex dispositione Legis.*

568 *Statutum non debet extendi ad casum non expressum.*
Statutorum verba in proprio casu, sunt intelligenda,

569 *Statuta sunt stricti iuris, et sterilia vt Mula, & multò magis, si sint exorbitantia à iure communi.*
Statutum, si tollat liberam testandi facultatem est exorbitans à iure naturali, & ciuili.

570 *Statutum loquens in casu simplici, non comprehendit casum mixtum.*

571 *Ius redimendi domum, cum tali pacto venditam, non cadit sub Bulla Iuris congrui Gregor XIII. cum loquatur de domo.*

572 *Ius redimendi domum, est quid diuersum à domo.*

573 *Bulla Iuris congrui Greg. XIII. cessat quando non est simplex venditio, sed mixta, veluti si fiat etiam ex causa gratitudinis.*

574 *Constitutiones exorbitantes, vt euitentur licitum est indirectè illud, quod directè non liceret.*

575 *Statutum disponens, locationes tacitè censeri tam in vrbanis, quàm in rusticis renouatas, pro eodem tempore, & pactis &c.*
Tale statutum cessabit, si locatio sit mixta, idest cum pacto de affrancando.

576 *Et praedicta opinio est magis communis, et verior, nec ab ea est recedendum.*

578 *L. quoties. §. si duo. ff. de hared. instituend. videtur destruere opinionem, quod testator non possit ius accrescendi prohibere.*

579 *Et refertur verus sensus d. l. secundum communem scholam DD. ibi scribentium. & numer. 580. 581. & 582.*

583 *Iura anxiè insistunt, ne quis pro parte testatus. & pro parte intestatus decedat. & nu. 584.*

585 *Testator non potest pro parte testatus, & pro parte intestatus, nec fauore piae causae decedere. contra num. 606.*

586 *Quae opinio, secundum Bald adeo vera est, vt contrarium asserere, esset ridiculum.*

588 *Testator, quod pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere valeat, id repugnat iuri naturali vide tamen num 692.*

589 *Tiraquell. more solito plures quaestiones indecisas reliquit,*

590 *Piae causae fauore quis potest decedere pro parte testatus. & pro parte intestatus.*

591 *in Dispositionibus pijs cessat iuris ciuilis solemnitas.*

592 *Testatus, vt quis per omnia decedat id non est necesse, secundum naturalem aequitatem, & num. 608.*
De iure naturali ea, quae sunt, vlla lege, nec moribus, aut priuilegijs, siue hominum dispositionibus, possunt tolli.

593 *Testatus per omnia, si naturaliter quis non posset decedere, nulla lege, aut statuto posset dispensari.*
Et tamen id per legem, aut statutum contrarium disponitur.
in Hispania iure Regio, quis pro parte testatus, & pro parte intestatus potest decedere. numer. 593. in fin.

594 *Miles, qualiter partim testatus, & partim intestatus possit decedere.*

595 *Testator pro parte testatus, & pro parte non decedere potest, ex incapacitate haeredis instituti,*

596 *Quia in ea parte, in qua est capax, ipse succedit, in reliquis vero venientes ab intestato.*

597 *Pater non potest filio naturali, existentibus liberis legitimis plus relinquere, quàm vnciam bonorum.*

598 *Mulier, quæ intra annum luctus prioris mariti nupsit, quantum possit relinquere secundo viro.*

599 *Patrimonia, quando sunt diversa, posita in diversis locis habentibus diversa statuta, tunc quis potest, quo ad vnum patrimonium decedere testatus, & secus quoad alterum.*

600 *Iuris naturalis ea, quæ sunt, non possunt tolli lege humana. num.601.& 602.*

603 *L.ius nostrum.77.ff de regul.iur. dū dicit, quod naturaliter, quis non potest pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere,*

606 *Qualiter intelligenda sit, & quo casu capiat verbum illud naturaliter, & num.607.*

609 *Testatus pro parte, & pro parte non, vt quis non decedat, id est inductum à iure ciuili.*

610 *Testamentum, quod sit indiuiduum ista est solemnitas iuris ciuilis, & sic non attenditur in causis pijs.*

CAPVT X.

Dispositiones piæ, quod valeant, & teneāt, quantumuis sint relictæ, in testamento
nullo ex defectu incompletæ voluntatis, quia
testator non valuit illud perficere, & dum-
511 modo dispositiones illæ sint in sua specie
perfectæ, vt iam in præcedenti capite docui-
mus, sed ad eam conclusionem firmandam
magis, opus est, vt in præsenti cap. respon-
deamus obiectioni, quæ multùm stringere vi-
detur, *& tetigi supra num.*477. Nempe, quod
512 quis naturaliter non potest decedere pro
parte testatus, & pro parte intestatus. *vulgata
l.ius nostrum.77.vers.naturaliter inter se pugna
est, vt testatus, & intestatus quis sit.ff. de regul.
iur.& l.si ego.19 ff.de iniust., & rupt. testament.
cum simil.*

Non enim defunctus pro parte est repræ-
513 sentandus, & pro parte non, quia vt natura-
liter homo non potest esse viuus pro parte, &
pro parte defunctus, ita nec haberi per fictio-
nem, cum fictiones naturam imitentur, cuius
subtilis rationis inuentor, non fuit *Antonius
Fabr.* vt ipse gloriatur *in tractat. de error prag-
mat decad 49. error.1.* sed Duarenus qui ante
Fabr. clarè exposuit *in lib. de Iur. accresc. cap.2.*
& eā sequuntur cū recentiorum Schola *Gomes.
Vasq Bonell. & alij relati per Rotam in causa
Tiburtina H[illegible]itatis 1639. coram* R.P.D. Ca-
rillo *§. Etenim licet. vers. vel ne defunctus pro
parte repræsentetur &c.* Quare dum testator
instituit hæredem particularem aliquem, si in
514 eodē testamento non repetiatur factus alius
cohæres, nec aliter cœtera bona per legata
distributa, tunc per dictam regulam iuris, hæ-
515 res ille particularis debet consequi totam
hæreditatem, *vt sunt text. expressi in l.cohære-
di.41.§.non videri.ff de vulgar.& pupill.substit.
l.1.§.si ex fundo.& ibi* glos. *in verb. institutus.
l.quoties 9 § si duo. & l.si alterius.10.& ibi* glos.
*magn.& in l.ex facto 35.§.ita igitur.ff de hæred.
instituend. cum alijs allegatis per* Cyriac. *con-
trouers.forens.cap.43.num.44. vers.quidem fieri
hæredem insolidum &c. et cap 305.nu.1.vers.in-
stituto in re certa alio non dato cohærede vniuer-
sali &c. adde Card.* Mantic. *de coniectur vltim.
volunt lib.4.titul 3.num.17.vers institutio facta
ex rebus certis nullo alio hærede instituto, per
iuris interpretationem intelligitur esse vniuer-
salis &c.* Surd. *qui, et alios cumulat in cons.437.
num.19.vers toti hæreditas accrescit instituto in
re certa, si hæres vniuersalis non fuit institu-
tus &c* & ita sæpè respondit *Rota, vt coram
sanct mem.* Gregor.XV. *decis.244.num.7. vers.
institutus in re certa hæredis nomen, & commo-
dum habet, cessante vniuersali hærede et ibi* Bel-
tramin. *in annotat. in litera C dat concordantes,*
& addo *decis.coram Card.* Seraph.194 *num.5.
vers.institutio in re certa trahitur ad totam hæ-
reditatem, nullo hærede vniuersali instituto &c.
part.2.diuers.quæ inter eius impress. est dec 584.
num.6.* Idem fuit dictum *coram Card* Sacrato
*dec.109 n 3.vers institutus in re certa, et nullus
datus cohæres, tunc taliter institutus fit hæres
vniuersalis &c.part.3. recent. et deinde coram
Eminentiss.D. Cardinal* Ottbobono *in causa
Romana Restitutionis Dotis 27.Ianuarij 1649.
§ sed vlterius fuit ammaduersū. vers hæres par-
ticularis, cum in eodem testamento non legatur
factus alter cohæres, ipse remansit hæres vniuer-
salis, et totam debet consequi hæreditatem &c.*
& iterum *in eadem causa coram eodem Eminē-
tiss. Domino 24.Ianuarij 1650. §. Et in omnem.
vers.institutus in re certa vim habet vniuersa-
lis institutionis, ex quo alius hæres institutus non
fuit &c. et præter ibi allegatos,* addo *decis. in
causa Senogallien. seu Vrbinaten. Dotis 28. Iu-
nij 1648.coram Reuerendiss.* Terracorer. *§ Vnde sequitur. vers.nec alius fuit datus hæres vni-
uersalis &c.*

Hinc deciditur illa satis ardua quæstio, si
vxor in solo vsufructu sit relicta hæres, donec
516 vixerit, & nullus alius etiam post eius mor-
tem fuerit institutus, vtrum ea succedat in
tota hæreditate simpliciter, an verò succedat
quidem, sed cum onere restituendi hæredita-
tem venientibus ab intestato, & quamuis hāc
vltimam opinionem multi sequantur, & præ-
sertim *Castren. in consil.142 lib. 2. cum multis
alijs, quos refert, et sequitur* Menoch. *de præ-
sumpt.cap.141.num.5.lib.4.* ea ducti ratione,
517 quia cum testator auferat legitimis suis hæ-
redibus hæreditatem donec vxor vixerit, ea
mortua videtur velle, ad eos peruenire. *argum.
l.vltim.C.de legat l.Titia cum testamento. § vl-
tim.ff de legat.2.et l peto post princip. § idem di-
cemus.ff.eod.titul.*

Melius tamen alij primam opinionem se-
cuti sunt, & præsertim *Corn.in consil.60.nu,6.
lib.1. & Francisc.de Doctoribus inter consilia
diuers.vltim.volunt.in consil.158.num.6.versic.
ipsa remanebit hæres purè, absque onere resti-
tuendi*

tuendi &c. lib. 1. & ita tenent Ioann. de Imol.
& Arctin. cum alijs ibi relatis, & addo Cardin.
Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib 4. cap. 5.
num. 13. verſ. donec vixerit, nullo dato cohærede
poſt mortem &c. Et ratio eſt ſatis clara, quia
518 aliàs teſtator partim teſtatus, & partim in-
teſtatus decederet, contra diſpoſitionem text.
in l. ius noſtrum. 7. ff. de reg. iur. Indubitatum
enim eſt, hæreditatem ex die, vel ad diem da-
ri non poſſe, ſed detracta temporis mentione
purè relictam dici. l. hæreditas ex die. ff. de hæ-
red. instituend.

Inſuper indubitatum quoque eſt, & ſatis iã
probaui ſupra d. num. 514. ſi quis ex certa re,
519 hæres inſtituitur detracta rei particularis
mentione, ille in totum, & purè dicitur habe-
re hæreditatem, ex iuribus ſupra allegatis nu-
mer. 515 Cum ergo vxor hæres in ſolo vſufru-
ctu inſtituta fuerit donec vixerit, detracta
temporis, & rei particularis mentione eum
520 nullus alius cohæres datus fuerit, hæres pu-
re, & in totum eſſe iudicabitur. Sic enim ratio-
cinatur Cyriac controuerſ. forenſ. d. cap. 43. n 45.
verſ. quia detrahitur mentio rei particularis, &
temporis, et remanet hæres purus totius ſubſtan
tiæ &c. Nec eſt curandum de Doctoribus cõ-
trarium ſentientibus, de quibus ſupra d nu-
mer 517. nec de iuribus per eos allegatis, nam
quod vxor legitimis hæredibus in hoc caſu te-
521 neatur reſtituere hæreditatem, nulla ratio-
ne nulliſque legibus demonſtrari poteſt, & be-
nè ad iura ſupra allegata à num. 517. reſpõdit
Andreas Fachin. lib. 4. cap. 14. vbi etiam ait
prædictam opinionem magis ſibi probari, &
522 declarat prędictos textus in his terminis nõ
procedere, ſed in diuerſis loquuntur, vnde
perperam fit ad diuerſa illatio.

Nec obſtat, quod hęres inſtitutus in re cer-
523 ta habeatur loco legatarij d. l. quoties. C. de
hæred. inſtituend. vbi Salicet. declarat numer. 1.
& 6. Alex. num. 3. Iaſ. num. 1. et 2. in fin. Couar.
var. reſolut lib. 2. cap 18. nu. 5. Franc. deciſ 293.
num. 3. verſ hæres inſtitutus in re certa, habetur
loco legatarij &c. Rota coram bo. me. Vrgellen.
deciſ. 224 num. 18. verſ inſtitutus in re certa
legatarius eſt &c. et coram ſanct. me. Greg. XV.
deciſ. 495 num. 1. et 2. verſ. inſtitutus in re certa
non poteſt dici hæres, nec ſub nomine hæredum
venit &c. et fuit dictum coram R. P. D. Cerro
in cauſa Ciuitatis Vetulæ Dotis 27. Febr. 1643.
§. Quatenus verò. verſ. et ipſa fuit inſtituta in
certis rebus, vnde cenſeri non debet, niſi legata-
ria &c. et iterum coram eodem in eadem cauſa
ſub die 29. Aprilis eiuſdem anni. §. Nec contra-
rium ſuadent verba.

Vbi dicitur, quando vniuerſalis inſtitutio
524 fuerit reſtricta ad bona certi loci, non ideò
deſinit eſſe particularis, vt probatur ex text. in
l. vbi autem. §. illud ibi, ſi qui vinum, aut oleum
aut triticum, quod in Horreo eſt ſtipulatur, cer-
tum ſtipulari intelligitur ff. de verb. obligat. Suf-
ficit enim inſtitutionem non eſſe de integra,
525 aut quota hæreditatis, vt ſemper reputetur
particularis, & de re certa. DD. omnes in d. l.
quoties. C. de hæred. inſtituend. Bald. in l. cum à
matre. num. 5. verſ. aduerte. C. de rei vindic. Alex.
conſil. 175. num. 1. verſ non efficitur hæres vni-
uerſalis, ſed particularis & in re certa &c. lib. 6.
cum multis ibi allegatis. Hinc ſi in eodem te-
526 ſtamento ſit aliquis hæres inſtitutus in re
certa, & alius in quota, nullo ſcripto hærede
pro reſiduo, illud accreſcet inſtituto in quota
non autem hæredi rei certæ, quia vt dixi, iſte
habetur pro legatario, vt per text. in d. l. quo-
ties communiter num. 1. & 6. Alex num. 3. Iaſ.
numer. 1. & 2 cum alijs in puncto allegatis per
Surd in conſil. 339. num. 25. verſ. ſit aliquis inſti-
tutus in re certa, & alius in quota &c. ibi pro-
bant Scribentes, & præſertim Salicet.

Reſpondetur enim admittendo prædictam
concluſionem, vt quidem procedat, quando
527 alter fuerit inſtitutus hæres vniuerſalis, quia
tunc proculdubio inſtitutus in re certa, rema-
net particularis, & legatarius, nec talis hæres
repræſentat defunctum, nec in eum tranſeunt
iura paſſiua, Ideoque ſecus eſt dicendum in
528 caſu noſtro, quãdo nullus alius eſt datus hæ-
res vniuerſalis, vel datus deficit, vt quia repu-
diauit, vel mortuus eſt, & tunc ne hæreditas
remaneat in ſuſpenſo, vel defunctus pro par-
te, vt ſæpe dixi, remaneat teſtatus, & pro par-
529 te inteſtatus, tota hæreditas defertur ad hæ-
redem inſtitutum in re certa, ita diſtinguen-
do tradunt Alex. in d. l. quoties ſub num. 5 verſ.
quod videtur intelligendum, ibique Alberic. ſub
num. 5. verſ ſi verò inſtituit &c. Molin. de pri-
mogen Hiſpan lib. 1. cap 14. num. 8 verſic. inſti-
tuitur abſque alio hærede vniuerſali, & hoc ca-
ſu tamquam hæres iure directo &c. cum aliis al-
legatis per Beilon. in tractat de Iure accreſcend.
cap 7. num 2. & ſeq. verſ ſi nemo fuerit inſtitu-
tus, ſiue inſtitutus poſtea defecerit &c & optimè
id declarauit Rota coram R. P. D. Cerro in di-
cta cauſa Ciuitatis Vetulæ Dotis 27 Febr. 1643.
& 29. Aprilis eiuſdem anni §. Vltim. verſ. quan-
do nullus alius fuit datus hæres vniuerſalis &c.
cum alijs deciſionibus ſupra adductis

Ampliari etiam inſuper poteſt ſupra relata
concluſio, quod quis pro parte teſtatus, & pro
parte inteſtatus non poteſt decedere, vt pro-
cedat, etiamſi teſtator hæredem inſtituat in
omnibus ſuis bonis, præterquam in quibuſdã
530 rebus, & tunc ſi accidat, vt de illis rebus nõ
diſponat, eo caſu illæ non ſpectabunt ad hæ-
redes ab inteſtato, ſed ad hęredem inſtitutũ,
ſiue per ius accreſcendi, non obſtante tali diſ-
poſitione. l. ſi quis ita hæres, ibi excepto fundo,
ff. de hæred. inſtitut ſiue non propriè per ius
accreſcendi, ſed ſubtracta de medio probatio-
531 ne illa particularis rei, tunc perinde eſt, ac ſi
in totum purè fuiſſet hæres inſtitutus, & hoc,
vt dixi ne teſtator decedat pro parte teſtatus,
& pro parte inteſtatus, ita probat text. in l. co-
hæredi. §. fin. ſecūdum primam lecturam gloſ. ibi,

ff. de vulg. et pupill. et in d. l. 1. § si ex certo fundo. ff. de hered. instit. latè Bero *in cap. Raynutius. à num. 147. de testam.* Signorol. *in consil.* 183. *numer. 10. vers. ex beneficio legis institutus detracta particulariter admittitur in vniuersum &c.* Tholosan. *in sintag. Iur. vniuers. lib. 42. cap. 9. num. 8. vers. vsque adeo* Quare semper verum
erit dicere, quod siue testator nihil disposuerit
de bonis à se alieni non relictis, siue ea exce-
532 perit ab institutione, causa testati vti for-
tior, & fauorabilior palmam reportabit de
causa intestati.

Et congruit decisio *Rotæ coram bon. mem.* Gypsio *in causa Romana Hæreditatis de Vignodu 17. Nouemb. 1595. § 1.* vbi dicitur, si testa-
tor instituat duos cohæredes, & vni relinquat
533 tot, puta centum pro omni, & toto quod
prætendere posset ab eius hæreditate, eue-
niendo alterum prædecedere testatori, et cō-
sequēter eius institutio caduca effecta fuisset,
iuxta textum *in l. 1. § et centuplum ff. de caduc. toll. l. cum ex filio. 39. § quidem. ff. de vulg. l. Lucius Titius. § filiam ff. de legat. 2.* Vnde solus ille
in tota hæreditate succesisse dicitur non ob-
stante dicta restrictiua. Perinde enim est, ac si
534 simpliciter solus in tota hæreditate institu-
tus esset, *ex allegatis per* Cyriac. *cōtrouers. 352. num. 11. & per* Ósasc. *decis. 108. num. 5. & seqq. et per Rotam coram R. P. D* Bichio *in causa Bononien. Legati Vsusfructus 5. Decembris 1650. § Eamque &c. et coram R. P. D.* Meltio *in causa Bononien. Nullitatis Cōcordiæ 17. Maij 1651. § 1. vers. qui propterea solus in tota hæreditate succedit, ac si ipse solus à principio fuisset institutus hæres &c.* Paria enim sunt, aliquid à prin-
cipio non extitisse, vel extitisse, sed non ha-
buisse effectum. *l. si quis sub conditione 11. ff. de testament. tutel. l. si quis in Senatoria. 27. et l. tot qui 65. ff. de rit. nupt. l. 1. ff. de iniust. et rupt. testament. l. 2. § sed si sint sui ff. ad Trebell. l. 1. § penult. ff. de bonor. possess. contra tabul.* Ergo idem erit
dicendum, quando est datus hæres, sed non
adiuit.

535 Est quoque notandum prædictam con-
clusionem procedere, etiamsi cohæres ille, qui
remāsit, reperiatur institutus in certis bonis,
cum dictione taxatiua, tantùm, quę licet sit li-
536 mitatiua, et exclusiua, seu prohibitiua om-
nium, præter expressa, itaque vno incluso cœ-
tera excludat, & hoc maxime in dispositione
hominis. *l. serui nomine. 16. ff. de vsucap. l. bis solis. 7. C. de reuocand. donat. l. 3. § cum Titio. ff. de adimēd. legat. l. qui alienus. § libertas. ff. de negot. gest. l. qui sella. § qui actum. ff. de seruit. vrban. præd.* Surd. *decis. 192. num. 10. vers. quæ taxatiua tantum, excludit &c. cum alijs allegatis per* Cyriac. *controuers. forens. cap. 103. num. 95. vers. dictio, tantùm, est limitatiua &c.* Rota *decis. 235. num. 3. vers. in vim taxatiuæ &c. part. 1. recent. et decis. 240. num. 5.* ibi, *dictionis taxatiuæ, tantum, virtus est, vt vno incluso &c. par. 6. recent. cum alijs allegatis coram Reuerendiss.* Terraco-
nen. *in causa Vicen. Cameraria 14. Martij 1640. § Iustitia vero vers. quæ dictio taxatiua, excludit non expressos &c. et coram eodem in causa Romana Domorum 1. Iunij eodem anno 1640. § Vltra quod. vers. dictio taxatiua, tantum, alias partes reseruat &c.* Tamen his non obstantibus
hæres ille totum consequetur, *vt sentiunt* Ias. *in l. si mora in 4. notab. ff. solut. matrim.* Imol. *in l. quoties. § si duo. ff. de hæred. instit. et ibi etiam* Angel. Ias. *in consil. 71. num. 6. vers. quinimo dictio taxatiua tantum nō impedit ius accrescendi. lib. 3.* Decian. *consil. 40. num. 9. vers. imo plus dico, si hæres fuisset institutus in re certa tantum, totum tamen traberet &c. lib. 1.* Marcabrun. *consil. 111. num. 81. et seq.* Celsus Hugo *cons. 36. num. 15.* Crot. *cons. 79. num. 21. lib. 1. et melius in consil. 365. num. 9. et 16. lib. 3.* Caball. *consil. 49. num. 21. et 22. lib. 1. Francisc.* Vin. *in Sylu. commun. opinion. cap. 312. incip. Filius institutus. numer. 2.*

Vbi ait, si quis sit hæres institutus in re par-
537 ticulari tantum, atque aliud non possit pe-
tere, tunc si nullus alius sit institutus hæres
vniuersalis, aut si sit factus, et repudiauerit,
huic hæredi particulari accrescet tota hære-
ditas, non obstante dicta dictione taxatiua,
tantum, *et post Alex. in l. si quis in priore, col. fin. ff. ad Trebell.* asseuerat hanc esse communem
opinionem, prout etiam attestatur *Turrett. in tractat. de clausul. Codicillar. quæst. 119. effect. 81. num. 8.* et benè deduxit *Altograd. in consil. 77. numer. 56. vbi etiam de communi*, et respondet *Rota coram Eminentiss. D. Card* Otthobono *in d. causa Romana Restitutionis Dotis 24. Ianuarij 1650. § Nec visa, vers. Non altera, quod institutio hæredis sit facta cū verbis taxatiuis &c.*

Nec in aliquo venit dubitādum, quin testa-
tor, ne pro parte decedat testatus, et pro par-
te intestatus, possit nullatenus tacitè prohibe-
538 re nempe, vt cohæres non possit plus petere,
vel possit tantum, vel solum consequi partem
ei relictam, quia si non dederit testator alium
cohæredem in bonis suis, vel si dederit, et re-
pudiauerit hæreditatem, et tunc quamuis ta-
citè videatur prohibitum ius accrescendi, et
539 sic velle quoad illam partem vacantem de-
cedere ab intestato, tamen talis tacita prohi-
bitio in nihilo venit attendenda. Cum in
aperto sit satis, quod testator, dum sumus in
institutionibus directis, nec expresè valet
prohibere, ne institutus in re certa, nō capiat
540 totum, si de cœteris bonis ipse testator non
disposuerit, et sic non cessabit ius accrescendi
quantumuis mens testatoris expresè refrage-
tur, quidquid dixerit *Bart. in l. si quoties. § si duo. numer. 1. ff. de hæred. instituend.* vbi ait, si
ex parte institui, prohibuique alteram partē,
in qua nullum institui, tibi accrescre, tunc ex
toto vitiatur institutio, vt nec eā habeas, quæ
541 primodialiter tibi data fuit, quod commu-
niter receptum est, *secundum Dec. in d. l. ius nostrum. 9. ff. de regul. iur. et Viglium in § hære-*

ditat

ditas. ad fin. Institut. de hæred. instituend. quod
refert, et non sequitur *Vasq. de success. progress.*
lib. 1. §. 3. num. 61. vers. quod communiter recep-
tum est &c. et sunt multi alij, qui Bart. sequun-
tur.
542 Bartolus enim fuit alter Pytagoras, cui tan-
ta veneratio ab eius sectatoribus attributa
fuit, vt quæ ab eo acceperant, in disputationē
543 deducere nefas existimabant, quia etiam de
ipsa ratione, seu causa interpellati hoc solùm
respondebant, *Ipse dixit*, & in acerrimis dis-
putationibus, si quis tantùm asserebat, *Ipse*
544 *dixit*, tunc depositis argumentis, vti superati,
aliud non replicabant, nisi, *Si ipse dixerit*,
ergo est verum, vt memorat *Valer. Max. cap. 8.*
cap. 16. titul. de his quæ magnif. vnicuique obue-
nerunt.
Quod enim testator supradictam prohibi-
tionem facere non valeat, est verior, & recep-
545 tior opinio, et satis probatur *per text. in l. si*
quis ita. 74. ff. de hæred. instituend. vbi ponitur
casus, in quo testator hæredem instituit Titiū
in certo fundo, excepto vsufructu, alio non
546 dato cohærede, et quæritur an hac institu-
tione non obstante, sit restricta ad certam
rem, et expressè fuerit exceptus vsusfructus
trahatur ad totum, et resoluit, perinde esse
iure ciuili, ac si sine ea re hæres institutus fuis-
set, vbi *glos. in verb. sine ea re* dicit, idest sine
exceptione eius rei, scilicet vsusfructus, *vt su-*
pra eadem l. 1. §. si ex fundo, et subiungit *glos.* to-
547 tum enim simpliciter debet habere, cum nō
sit alius institutus. Patet ergo, quod licet te-
stator hic expresse declarauerit suam volunta-
548 tem verbis claris excipiendo vsumfructum,
nihilominus contra eius voluntatem præualet
ius Ciuile, quod non intendit admittere, vt
quis pro parte testatus, et pro parte intestatus
decedat. Accedit etiam, speciale esse in limite,
549 vt valeat institutio ab eo facta in certo fun-
do, et non trahatur ad totum. *l. similes vnum*
ex fundo ff. de milit. testament. et l. 1. & 2. C. eo-
dem, cum alijs infra allegandis à nu. 594. et per
consequens in pagano ius commune videtur
esse in contrarium. *l. ius singulare. ff. de legib.*
Ex quibus solidis iuris fundamentis prædi-
550 ctam opinionem amplectuntur, et veriorem
et receptiorem prædicant *Dyn.* omnium Ante-
signanus *in l. si quis ita hæres ff. de hæred. instit.*
Bald. *in consil. 379. num. 2. vers. adeo est ex neces-*
sitate, vt ius accrescendi prohiberi non possit &c.
lib. 2. Roman. *in l. vnic. nu. 29 & 30. vers. à con-*
trario sensu. C. quand. non pet. part. vbi post plu-
rium relatas sententias tandem opinionem
Dyni sequitur, et eam, vt ipse ait, tamquā in-
551 dubitatissimam extollit, et pronunciat, et idē
sensit *Aretin. in §. hæreditas n. 2. vers. sed Dynus*
Instit. de hæred. instituend. vbi ait, quod ista est
552 veritas, et expresse reprobat Bart. eius
opinionem nō esse veram. *Vasq. de success. pro-*
gress. titul. de hæred. instituend. dicto lib. 1. §. 3. nu-
mer. 61. qui contrariam opinionem *Bartol.*
falsam putat, et illam propterea reprobat, *et de*
tacit. substitut. lib. 3. § 21. num. 105. vbi firmat
hanc nostram opinionem esse tutiorem. *latè*
Clar. in §. Testamentum quæst. 74. num. 2. & 3.
vbi hanc Dyni opinionem contra *Bart* pro-
553 culdubio magis communem esse attestatur,
et in fine profitetur, ab ea in praxi non esse
ita de facili recedendum. *Menoch. in cons. 596.*
num. 14. vbi ait hanc esse magis receptam sen-
tentiam, et ab ea non esse recedendū in praxi.
Trentacinq. de substitut. part. 1. cap 15. num. 13.
vbi ait, prædictam opinionem esse veram, et
554 communem, et contrariam falsam. *Fab. Tur-*
rett. Claus. Codicill. quæst. 129. effect. 81. num. 8.
& cons. 97 nu. 92. lib. 1. qui vtrobique ait, Bar-
toli sententiam non esse veram, et contra eum
stare magis communem opinionem. *Ioann.*
Guttierez. in repetit. l. vnic. C. quand. nō pet part.
num. 18. & seq. et num. 19. reiecta opinione
555 *Bart.* hanc nostram veriorem, et commu-
niorem existimat. *Caball. commun. contra com-*
mun. quæst. 707. num. 3. vbi de magis communi
Iacob. Cancer. variar. resolut. part. 3. cap. 22. de
iure accrescend. numer. 154. 155. et numer. 160.
ait hāc esse meram veritatem. *Argel. de acqui-*
rend. possess. quæst. 17. artic. 6. per tot. vbi ad par-
tes disputato articulo hanc late defendit, et
omnium melius, et plenius *Ioan. del Castill.*
quotidian. controuers. iur. lib. 3. cap. 17. à num. 1.
vsque ad num. 123. vbi præsertim *num. 65. 66.*
& n. 108. hanc nostram opinionem firmat, et
testatur de veriori, et communiori sententia,
quam etiam exactè canonizatur *per Lelium*
Altograd *consil 77. à num. 13. & seq.* vbi plu-
ribus, relatis attestatur prædictam opinionē
absq; dubio, et veriorem esse, & receptiorem,
nec non Bart. sententia cōtraria penitus dam-
natur, & prosternitur. Supradictam conclusio-
nem sequitur etiam *Rota*, & præsertim *in de-*
cis. 333 alias 1 de testament. in nou. vers. ius ac-
crescendi hæredi per testatoris dispositionem non
potest prohiberi, quia lex vult hanc accrescentiā,
quia non patitur, vt quis decedat pro parte tes-
tatus, & pro parte intestatus &c. et recentius
fuit dictum *coram Eminentiss. D. Card.* Octo-
bono *in causa Romana restitutionis dotis. 24.*
Ianuarij 1650. §. Nec visa sunt vbi dicitur
etiam quod contraria opinio *Bart in d. l. qua-*
ties. § si duo impugnatur à pluribus.
Nec repugnat supradictæ coronatæ conclu-
sioni, quod ius accrescēdi introductum fuerit
556 à lege. ex tacita, & coniecturata mente te-
statoris, *vt tradunt* Castren. *in l. si Titio. §. idem*
Iulianus num. 2 ff de legat. 2. Iaf. *in l. si in testa-*
mento, nu. 5. ff de vulgar. Dec *in rub. C. quand.*
non peten. part. in vlt lectur. num. 15. qui dixit
hanc esse communem, cum alijs allegatis *per*
Menoch. cons. 596. nu. 13. ius accrescendi est in-
troductum à lege ex tacita mente testatoris. &c.
557 Vnde, quoties testator expresse prohibet
tale ius accrescendi, non videtur dubitandum
sequi opinionem Bart. quia vbi expresse ali-
quid

quid à testatore dispositũ reperitur, illud debet præferri tacitæ eius menti, quæ ex coniecturis fuit à iure expiscata, cum expressa semper præualeant tacitis. *ex allegatis in puncto per Clar. in § testamentum, quæst. 74. sub nu 3. et per Menoch. d. cons. 596 num. 13. vers. si iuri accrescendi repugnat mens &c.* sic etiam multi DD. tenent apertè, quod absque vllo scrupulo
558 testator possit prohibere ius accrescendi, allucinati à textu, vt ipsi assetunt, clarum, & ad literam *in d. l. si quoties. § si duo. ff. de hæred. instituend.* ibi, *si modo voluntas patris familias manifestissimè non refragatur &c.* Quasi ius accrescendi cessare debeat, quando testatoris volũtas refragatur ergo dum habemus textum expressum in causis laboratur ad firmandum contrarium, vt infra.

Respondetur enim, licet dictum ius accrescendi proueniat ex tacita volũtate testantis, vt dicunt supradicti Doctores tamẽ nemo est,
559 qui neget talem prohibitionem prouenire etiam ex dispositione legis, quæ ita interpretatur mentem testatoris, Imo principaliter, et immediatè dicitur induci talis prohibitio à le-
560 ge, vt constat. ex *l. si testamento. 5. iuncta glos. in verb. legem. & ibi notat* Bart. *nu. 3. ff. de vulg. & pupill.* secundariò autem, et occasionaliter ex tacito iudicio testatoris. *l. si Titio, & Menio. § Iulianus ff de legat. 2.* cum alijs allegatis per Bellon. *de Iur. accrescend. cap. 2. quæst. 2. n. 1 & per Guuer. in repetit. d. l. vnica num. 13 vers. licet ius accrescendi proueniat ex tacita defuncti voluntate &c.* subdit etiam quod licet testator
561 tacitam illam voluntatem mutare possit per alteram expressam contrariam, non tamen poterit dispositioni legis derogare, quæ interpretata est mentem defuncti, propter incon-
562 ueniens maximum de quo *in d. l. ius nostrum Bellon. d. tract. de iure accresc. cap 3. quæst. 2. à nu. 1 vbi abunde,* & benè in terminis deducit *Trentacinq. de substitut part. 1. d. cap. 25. nu. 13.* vbi ait, quando sumus in his, quæ à sola, & me-
563 ra voluntate testatoris dependent, et tunc ipse absolutè potest facere, quod vult, sed secus, in his, quæ ex eius sola voluntate non dependent, vt si simul etiam adsit iuris resistentia, vt est casus noster, propter dictum absurdum, nam tunc secus est, quantumuis enim fa-
564 cultas amplissima concessa sit Testatoribus, vt ad libitum de rebus suis disponant, iuxta *§. disponat, auth. de nupt.* non propterea id efficitur, vt contra leges ipsas possint disponere, *vt ratiocinata est Rota in causa Fanen. Commenda 27. Iunij 1639 coram Reuerendiss.* Terraconen. *§. Nec dicta constitutio. vers. facultas amplissima concessa testatori, vt ad libitum disponat &c.* vbi refertur, si habeat quis liberam dispositionem conferendi beneficia, talis dis-
565 positio venit intelligenda de dispositione legitima, et iuxta leges, et non contra leges, & sic non poterit dare expectatiuas, cum sint contra ius, *cap. 2. de conceß. præbend. in 6. cum alijs ibi allegatis,* sed persistendo in terminis.

Ius ergo accrescendi, quasi ex lege descendit, et sic iudicari debet, quia per prius, et immediatè à lege originem trahit, quidquid sit mediatè, et secundariò. Hinc nobiliter deducitur, vt si statuto caueatur, pro vt est Papiæ, quod maritus non possit relinquere proprietates bonorum vxori, sed tãtum vsufructum,
566 Tamen eo non obstante vxor relicta vsufructuaria, non prohibetur capere proprietatem sibi obuenientem per ius accrescendi ex repudiatione hæredis, et ratio est, quia vxor non dicitur habere à Marito, sed à lege vt perpulchrè consuluit *Ioan.* Cephal. *in consil. 59 nu. 19. vsque ad fin. & consil. seq. à num. 11 & seq. & benè per* Natt. *qui in eodem casu consuluit in consil. 463. num. 15. vers. ius accrescendi descendit principaliter à lege &c.* vbi etiã ait, id procedere, quamuis concedatur ius accrescendi
567 prouenire etiam ex tacito iudicio testatoris cum principaliter veniat à lege. ita quoque sensit *Card. Mantic. de coniectur vltim. volunt. lib. 4. d titul. 11. num. 12. vers. si quidem si repudiat hæreditatem, vxori accrescit, nec statutum intelligitur esse impedimento huic acquisitioni &c.* Cyriac. *controuers. Iur. cap 43 nu 46. vers. si Statutum prohibeat Marito relinquere proprietatem vxori &c.* Surd. *decis. Mantuan 8. nu 29 vers. vxor, cui non potest Maritus aliquid relinquere præter vsumfructum, consequitur etiam proprietatem per ius accrescendi quia est successio delata à lege &c* Vnde non est curandum de *Crauett. in consil. 766* qui in eadẽ facti specie contrarium consuluit, nam per rationes à supradictis DD adductas, satis subuertuntur illius conclusiones.

Accedit etiam, quod prædictum statutum intelligendum est, de eo, quod vxor solum ca-
568 pit ex iudicio testatoris, vnde hoc non venit extendẽdũ ad id, quod non solum capit ex iudicio testatoris, sed etiam legis ministerio, Nam statutum loquens in casu simplici, comprehendit casum mixtum. *l. quidergo §. 1 ff. de his, qui not. infam. l. 1. § si quis ff. de exercit.* Bart. *& cæteri in l. certi conditio. §. quoniam ff si cert. pet. cum alijs allegatis* per Menoch. *consil. 11. num. 5. vers. statutum hoc loquens in casu simplici &c. lib. 1.* Statutorum enim verba in pro-
569 prio casu sunt intelligẽda, cum sint stricti iuris, et sterilia veluti Mulæ, *vt post Rip. in cap. 3. col 3. num. 2. lib. 1. respons. dixit Hieronym.* Magon. *decis. Florent. 55. num. 13. vers. statuta esse stricti iuris. & sterilia veluti Mula &c.*

Et supradicta multò magis veniunt intelli-
570 genda, quando statutum esset exorbitans à iure communi, quale est prædictum, cum auferat liberam testandi facultatem, quare loquens in casu simplici absit, vt trahatur ad casum mixtum *l. vim passam. § præscriptione. ff. de adult. Doctores in l. 2. in princip. ff. de verb. obligat. & in puncto* Natta *d. consil. 463. n. 28 vers. statutum exorbitans loquens in casu simplici nõ*

trahi-

trahitur ad casum mixtum &c. Card. Mantic. d.titul.11.num.13 vers. quia statutum odiosum, loquens in casu simplici &c. Surd.decis.174.nu. 14.vers.praecipuè, quando materia est odiosa &c. Riminald.iun.consil.372.num.17. vers. praecipuè procedit in materia exorbitanti &c. et saepius dixit Rota, & praecipuè coram bo.me. Robuster.decis.475.nu.3. vers. constitutio qua loquitur in casu simplici &c part.1.divers. & corã Card. Cavaler. decis.526.num.5.vers. statutum esse exorbitans à iure communi, itaut non habeat locum in casu mixto &c. & coram Card. Sacrato in causa Romana Prelationis 16. Februarij 1618. §. Sicut etiam.vers.casus mixtus non debet venire sub dispositione exorbitanti à regulis iuris &c.

Vbi deciditur quod ius redimendi domum
571 cum tali pacto vendita, Dominus potest illud vedere cui vult, nec in his terminis intrar Bulla Iuris Congrui.fa.me.Gregor.XIII. cum ea Bulla loquatur de venditione Domus, &
572 nõ de iure redimendi, cum tale ius, sit quid diuersum ab ea, et ampliatur multò magis id procedere, si adesset aliqua mixtura, veluti, si cessio fieret etiam ex causa gratitudinis, cũ tunc sine dubio cessaret d.Bulla, quia cum sit exorbitans, et contra Ius commune, loquen-
573 do in casu simplici tantùm venditionis domus, cessat quando intraret aliqua mixtura, vt erat in casu dictae decisionis de qua materia alibi multus ero circa fallentias d.Bullae, & quomodo possit ea euitari, cum non sit nouum asserere, quod ad euitandas Constitutiones exorbitãtes, liceat indirectè illud, quod
574 alias nõ liceret directè, vt probabo. Videatur etiam dec.in causa Bononien. Pradi 27. Ianuarij 1642 coram R.P.D.Cerro. §. Statutum verò &c. vbi firmatur, quod Statutum Bononien. lib.1.rubr.de poen.vend.rem alienam.§.praeterea disponens tàm in vrbanis, quàm in rusticis.
575 tacitam locationem intelligi renouatam, eisdem pactis, pensionibus, et tempore, pro vt erat prima locatio, habet locum, quando sumus in locatione simplici, et sic non comprehendit locationem mixtam, veluti si esset facta cũ pacto affrancandi, vt distinguendo consuluerunt Alex.cons.76.nu.5.& 10.lib.5. Bero consil.153.num.18 & seq. lib.1.Ruin.consil.144. num.4.& seq.pariter lib 1. Trentacinque variar.resolut.lib.3.titul de locat. resolut.2. nu.4. vers. non procedit in locatione facta cum pacto de affrancando &c. & praeter ibi allegatos adde Card.Mantic.de tacit. & ambig. convent.lib. 5. titul 15. num.32. vers iste contractus cum pacto affrancandi non est locatio simplex, sed mixta &c. et in fine testatur hanc esse magis cõmu-
576 nem, et veriorem opinionem, et in iudicando, et consulendo non esse ab ea recedendum. Idem sensit.Rota Bononien. divers.119. num.9. vers attamen praedictum statutum loquitur in simplici locatione, non autem cum pacto affrancandi &c. Vbi etia Adden.in §.1.circa Statutũ. Iidem Adden.ad decis.80.vers.deficit, quoque pactũ, et ad decis.90. vers. circa tertiũ, vbi veriorem, et magis receptã opinionem testatur.

Patet ergo e x supra relatis, quod statutum loquens in casu simplici, non potest trahi ad casum mixtum, et sic statututum disponens,
577 quod vxori non possit relinqui proprietas bonorum, sed tantum vsusfructus, illud non intrat, quando mulieri proprietas per ius accrescendi defertur, quia tunc illa defertur ex dispositione legis, et tacita mente mariti, et sic est casus mixtus, qui in statutis, et maximè exorbitantibus non venit si loquantur in casu simplici; atque haec sufficiant circa praedictum statutum. Restat tantum vt respondeatur circa veriorem opinionem, vt testator in dire-
578 ctis institutionibus non possit prohibere ius accrescendi, textui, qui praedictam opinionem videtur destruere, et in quo DD. contrarium sentientes suum constituunt fundamentum, et adduxi n.558. nempe in d. l. quoties. §. si duo ibi, si modo volũtas patris familias manifestissimè nõ refragetur &c. quasi ius accrescẽdi cessare debeat, vbi volũtas testatoris refragatur.

Animaduertendum est enim, quod cõmu-
579 nis schola DD. in d.text. scribentium, praedicta verba, non referunt ad ius accrescendi, sed ad aequalitatem partium, de qua ibi agit Iurisconsultus. Perpendamus obsecro d.textũ, quaeritur enim ibi an duo instituti in certo
580 fundo, hoc est vnus in tertia parte, et alter in besse, detracta fundi mentione succedere debeat in tota haereditate aequis portionibus, an verò proportionabiliter secundum partes, ad quas in particulari fundo eos expressè testator vocauerat, et textus respõdit, quòd detracta fundi mẽtione succedere debeant in tota hereditate aequaliter & sic absq. distinctione quasi sine partibus instituti, quod statim limi-
581 tat dicens, nisi voluntas Testatoris manifestissimè refragetur.

Vnde exceptio haec fieri debet ad regulam praecedentem aequalitatis portionum seruandae inter ita institutos, nisi apertè voluntas te-
582 statoris contradicat, quia tunc nõ succedent in totũ, sed pro partibus inaequalibus, hoc est iuxta ratam assignatam in institutione particulari, ita, huic textui respondent Imol. in d.l. 1.§.si ex fundo.num.59.ff.de hared.institut. Roman.in l.vnic.num.32.C. quando non pet. part. et ibi etiam latè Gutier.num.22. Cancr.var. resol.cap.22. de iur.accrescendi n.185.vbi ait, hũc esse genuinum huius textus intellectum. Angel. d tract.de acquir. possess. quaest. 17. art.6 n. 139 et latè Castill quotid lib.3. d.cap.17. n.45. 46.& 47.

Tempus iam est, vt ad nostram redeamus cõclusionem, de qua supra à n.338. nempe, Iu-
583 ra nullatenus admittere intendunt, vt quis pro parte testatus, & pro parte intestatus decedat, et super hoc non parum mordicè insistunt, ita vt licet videantur id induxisse ex tacita

584 cita, & coniectutara mente ipsorum testato-
rum, tamen quateous constaret de contratia
eorum mente, per prohibitionem iuris accre-
scendi intet hæredes iostitutos ad nihil deser-
uitet talis prohibitio, quia leges recusant suf-
ferre, vt dixi, hoc absurdum, vt quis pro parte
testatus &c. quæ conclusio videtur etiam ad-
mittenda in terminis nostris, nempe testamēti
ad pias causas ordinati, vt inquit *Bald in l.ha-
beat.1.in 2.lectura num.147. vers.ex hoc conclu-
do &c C. de sacrosanct. Eccles.* vbi ait (sicuti
etiam tetigi supra) quod in institutionibus ad
585 pias causas non potest testator pro parte te-
status, & pro parte inrestatus decedere, quia
esset ridiculum id dicere. Et insuper repro-
586 bat DD. contrarium dicentes, tamquam
pessimè loquentes, & respondet *ad text. in l.si
miles vnum.ff.de militar.testament.*

Vbi sancitur, quod miles potest pro parte
testatus, vel pro parte intestatus decedere, vt
587 ibi latè videri potest. Et satis fauere vide-
tur *text.in d.l.ius nostrum*, ibi *naturaliter pugna
est. ff.de reg.iur.* & cum in testamentis pijs at-
tendatur ius naturale, & id repugnet iuti na-
turali, vt quis decedat pro parte testatus, &
588 pro parte intestatus, ergo id quoque in testa-
mentis pijs venit seruandum suptadictamque
opinionem comprobant plures alij *DD. relati
per Tiraquell. de priuileg. piæ caus. priuileg. 13.
§.Verum Bald.&c.* vbi *Tiraquell.* refert ratio-
nes omnes in hoc parriculari adductas *per
Bald.* & deinde io fine non declarat, quam
589 opinionem pro vera teneat more solito, sed
solum relinquit cogitandum, quæ sit verior,
at ipse referendo hanc negatiuam pro vltima,
eam videtut tetinere.

Verùm supradictis, & quotquot in contra-
rium possent adduci minimè refragantibus,
590 opinionem affirmatiuam, vt quis fauore piæ
causæ possit pro parte testatus, & pro parte in-
testatus decedere, veriorem prædico, & atte-
stor, atque tatio est, quia io dispositionibus ad
pias causas ordinatis, cessat omois iuris ciuilis
591 solemnitas, nec sanè obstat, quod ex na-
turali æquitate, quis pet omnia testatus dece-
dat, ergo &c. Nam si absolutè esset verum, vt
inouere videtur *text in d.l.ius nostrum*, quod
592 naturaliter quis non potest decedere pro
parte testatus, et pro parte intestatus, certè
vlla lege, vlloque more, aut priuilegio, vel ho-
minis dispositione posset induci contrarium
eius, quod à natura prohibetur. *l.vbi repugnā-
tia 188. § fin ff.de regul.iur.cum simil.*

Et tamen scimus, à lege, vel statuto fieri, seu
593 determinari posse, vt quis possit decedere
pro parte testatus, & pro parte non, vt scribūt
*Bart.in l.cunctos.1.nu.38. vers quia ex potestate
legis, quis potest decedere pro parte testatus &c.
C.de summ.TRINIT.& Fid Cath &* Bald *in
leg.1,num 10.C.de secund.nupt.*Alex.*in l 1. nu-
mer.6. vers.in glos.2.* et ibi Ias.*nu.1.C.de testam.
milit.*Alex.*in l.2.in princip. num.6. ff de vulgar.*
Angel & Imol.*in l.moribus in princip.per illum
text ff eodem de vulgar. & pupill.* Dec.*in d.l.ius
nostrum numer.12* ibi, *auctoritate statuti potest
induci, vt quis pro parte testatus &c. ff.de regul.
iur. & in l.nec ex pratorio.num.7 vers.à statuto
tamen contrarium potest induci &c. ff.eodem*
Ruin *in consil 17. num.18. vers statutum, sicut
lex potuit facere, vt quis pro parte testatus, & pro
parte intestatus decedat &c. lib.3.*Corn.*in con-
sil.85 num.8. vers.ex dispositione legis, quis potest
decedere pro parte testatus &c. lib.3.* Cephal. *in
consil.00 num 3 vers statutum potest disponere,
vt quis decedat partim testatus, & pro parte in-
testatus &c lib.1.* Surd. *in consil.93. numer.2.
vers.benè hoc facere potest lex, vel statutum, vt
quis pro parte testatus &c. lib.1.* Andr. Gaill.
*practic observat lib.2 obseruat.124.num.14.vers.
ex legis dispositione fieri potest, vt partim testa-
tus &c. & nuper Francisc.*Redenasch.*consil.1.
num.175. vers.nouum non est, vt ex dispositione
legis, vel statuti, quis decedat pro parte testatus,
& pro parte intestatus &c.*Hinc est quod in His-
pania iure Regio *ex leg. 1. titul. 4. lib 5. recop.*
admittitur, vt quis pro parte testatus, et pro par-
te intestatus decedere possit, *& refert Geuall.
commun contra commun.quæst.114.num.7 vers.
de iure regio hæredes ab intestato succedent cum
hærede instituto &c Castill. tom. 3. controuers.
iur. cap.17. num.150.* vbi ait sic esse de Iure
regio.

Videmus quoque quod miles pro patte te-
594 status, et pro parte intestatus decedere po-
test, *vt tetigi supra num.549. d.l. miles. 6. & l.
quærebatur.20.et l.si duobus.38.l miles ita hære-
dem.42.ff.de militar testament.l.1.& 2. C.eodem
titul.* & latè declarat *Clar. in §.Testamentum
per tot. & Card.Mantic. de coniectur. vltim.vo-
lunt.lib 6.titul.1 à num.21.vsque ad numer.31.*
& alij allegati per *R. P. Dian in suis moral. re-
solut part.7. tractat.6. resolut 55* vbi post Clar.
ponūtur plutes casus, in quibus iuxta allegatas
leges, vel cooiecturas debet miles censeri de-
cessisse partim testatus, et partim intestatus.

Scimus pariter, quod quandò ex qualitate
persona hæredis non potest insolidum iostitui,
595 potest defunctus decedere pro parte testa-
tus, et pro parte intestatus, veluti, quādo filius,
vel alius est capax successionis paternæ, vel te-
statoris tantum io certa parte, tunc in ea po-
596 test iostitui, et in reliqua patre decedit ab
iorestato, vt probat *text.in l.2.* et ibi Scriben-
tes et præsertim Angel *ff.de vulgar. & pupill.*
et casus habetur *in l.2. C.de natural. liber.* vbi
597 assignatut vnica bonorum paternorum, filio
oaturali, existentibus liberis legitimis *l.1. &
auth.licet C.de natur.libe.& in §.discretis Auth.
de triens.et semiss glos.in l.cogi.§.is qui solidum
ff.ad Trebell.latè per* Peregrin.*de iure fisc. titul.
de natural.& spur.à num.12.& adde* Fusar. *de
fideicomm.quæst.125 num.6.&* Merlin.*de Legi-
tim.lib.1.titul.2. quæst.4.sub num.1.* vbi plura
allegantur.

Et

Et in terminis etiam facit text. in l. 1. §. praterea. C. de secund. nupt. vbi secũdo viro, cui mu-
lier, quæ intra annum luctus prioris viri nup-
serat, tertiam dumtaxat bonorum suorũ par-
598 tem vtiliter assignatur, de qua materia dicã
alibi fusè, & sic pater, aut vxor in reliquis bo-
nis possunt ab intestato decedere. Nam vbi
Lex prohibet alicui relinqui vltra certã summam.
vltra eam relictum ipso iure non illi de-
beri, sed venientibus ab intestato, quoniam
lex ex sua auctoritate potest facere, quem de-
cedere pro parte testatus, et pro parte inte-
status Bart. in l. 1. per illum textum. C. de secund.
nupt. et ista est recepta, et communis opinio,
vt per Alex. & Aretin. in l. si is, qui ex bonis. ff. de
vulg. et per Dec. et Cagnol. in l. ius nostrum. in
vltim. fallẽt ff. de regul. iur latè Ioan. de Garton.
in d. l. 1. num. 114 C. de secund. nupt. et melius in
cons. 155. nu. 21. vers. quoniam lex. lib. 1. Peregr.
cons. 72. num. 7. vers si totum relinquat non va-
let relictum &c. lib. 1. Bellon. de Iure accrescẽd.
cap. 7. quæst. 10. nu. 35. 41. & 42. vbi, quod hæ-
reditas hoc casu pertinet ad venientes ab in-
testato, & sequitur Francis. Redenasch. cons. 5.
num. 66. vers tunc non accrescit hæreditas insti-
tuto in re certa, sed pertinet ad venientes ab inte-
stato &c. lib. 1.

Item quando sunt diuersa patrimonia po-
sita in diuersis locis habentibus diuersa statu-
599 ta, potest quis quo ad vnum patrimonium
decedere testatus, et quo ad alterum intesta-
tus, vt post Bart. Angel Corn. Alex. Ruin. Gozad.
& alios firmat Menoch. in consil. 1018. numer. 8.
vers. quando sunt diuersa patrimonia &c, Hære-
ditas enim tamquam quid intellectuale, et in-
diuiduum, quando non possit scindi, et quan-
do secus, videatur in magistrali decis. 177. à nu-
mer. 30. par 5. recent.

Quamobrem, aut affirmandum erit prædi-
ctas conclusiones nullatenus vti iuridicas pos-
se substineri, quia, vt dixi, ea, quæ sunt iuris
600 naturalis, pro vt supponitur casus noster, ex
textu in d. l. ius nostrum non possunt tolli, aut
mutari, nec ex dispositione legis, vel statuti,
601 aut hominis, vt in §. sed naturalia quidem
iura. Instit. de iur. natural. gent. & ciuil.

Aut omninò est dicendum prędictam regu-
602 lam, quod quis pro parte testatus, et pro
parte intestatus decedere non potest, nequa-
603 quam discedere à iure naturali, & id verius
puto, nec scrupulum mihi iniciunt verba d. l.
ius nostrum, dum aiunt naturaliter inter se pu-
604 gnare, vt quis testatus, & intestatus decedat,
nam credo prædictum textum respexisse ad
605 communem naturam contrariorum, quæ in
vno, eodemq; subiecto sese non admittunt, ac
probabiliter credi potest Ius Ciuile voluisse
606 demonstrare in hoc quodãmodo imitari na-
turam, quod saltem in paganis comprobauerit
testatum, & intestatum posse decedere nemi-
607 nem, non quin hoc ius veriùs ciuile sit, quã
naturale, et vide alias declarationes super hoc
puncto penes Gomes. variar. resolut. tom. 1. cap.
10. num. 11. vers. loquitur tãtum limitatiuè &c.
& nuper id optime explicat Petr. Gudel. in
syntag. Regul. iur. cap. 10 num. 34. et seq. Constat
608 ergo, quod decedere pro parte testatum, &
pro parte intestatum non repugnat iuri natu-
rali, sed benè iuri Cæsareo.

Quia certè si repugnaret non possent addu-
ci tot limitationes, vnde dicendum est id fuis-
609 se inductum de iure ciuili, & ita in proprijs
terminis, quod quis fauore piæ causæ, posse
decedere pro parte testatus, & pro parte inte-
status, scribunt Bart. in repetit l. habeat 1. nu. 70.
vers. Ecclesia, quæ instituta est ex tertia parte &c.
C. de sacrosanct. Eccles. Ias. in l. hac cõsultissima.
§. ex imperfecto. num. 10. vers. & tenendo. C. de
testam. Dec. in d. l. ius nostrum nu. 8. vers. & ista
limitatio de militibus extenditur etiam ad pias
causas &c. ff. de regul. iur. Alex. in consil. 105.
num. 23. ibi, in testamento ad pias causas dece-
dit quis pro parte testatus, et pro parte intesta-
tus &c. lib 4. & ibi Addentes in verb. Testa-
mentum dant concordantes, alios etiam con-
gerit Tiraquell de priuileg piæ caus. d. priuileg. 13.
§. 1. et latius deinde per Bellon. de iure accre-
scendi cap. 5. quæst. 41. numer. 40. vers si de testa-
mẽto ad pias causas &c. et reijcit Bald. et alios
contrarium sentientes. Nam quod testamen-
610 tum sit indiuiduum est solemnitas iuris Ci-
uilis, igitur non attenditur in pia causa, vt in
puncto ratiocinatur Barbat. consil. 42. num. 23.
lib. 4 cum ibi allegatis.

ARGVMENTVM.

Quomodo sit procedendum, et assignanda bo-
na, quando in dispositionibus pijs, testator
decedit pro parte testatus, et pro parte inte-
status, vide plures distinctiones à num. 624.
Testamentum pium sicuti per duos testes pro-
bari potest, an eius reuocatio possit quoque
doceri per eandem probationem, quæstio est
satis ambigua, sed affirmatiua opinio præua-
let, et multa notabilia circa hoc adducuntur.

Nam, sicuti Ecclesia vult vti iure naturali circa
confectionem testamenti, vel legati pij, ita nõ
debet dedignari eodem iure vti circa eorum-
dem reuocationem, Cum semper clamitet illa
regula sine cuiusque indignationis, iusta, Quod
quisque iuris in alium statuit, eodem iure ipse
quoque vtatur, quæ regula procedit etiam in
Ecclesia.

Et reijciuntur DD. qui sentiunt in reuocatione
testamenti pij sit seruandum ius commune,
cum ratio assignata in cap. relatum. el 1. de
testament. sit communis tàm ad confectionẽ,
quàm ad destructionem testamentorũ ad pias
causas conditorum.

SVMMARIVM.

611 *Pia causa, si sit hares instituta, & constat testatorem voluisse aliqua legata relinquere, sed non potuit,*

612 *Quid in his terminis sit respondendum, & vide plures distinctiones, vsque ad num.627. & num 629. 630.& 632.*

628 *Disponendi animus solus, sat non est, vt dicatur dispositum.*

631 *Ius naturale, quale in dispositionibus pijs attenditur, spernit iuris solemnitates, quando constat, de nuda veritate etiam ex coniecturis habita, & num.632.*

633 *Pia causa, non est aequum, vt habeat totam hareditatem contra mentem testantis,*

634 *Veluti si ipse intendebat, post institutam haredem ipsam piam causam, aliquid relinquere alicui, sed non valuit, quia fato cessit, & id cõstet ex coniecturis.*

635 *Pia causa dum intendit vti iure naturali in acquisitione hareditatis, eodem etiam debet vti, circa accidentia talis acquisitionis.*

636 *Ecclesia aequum est. quod statutum, quod nõ recipit contra se super obseruantia alicuius actus, non debeat recipere postea pro se. & numer 689.& 690.*

637 *Regula, quod quisque iuris in alium statuit, ipse quoque eo vtatur, secundum. Aristotelem est lex Radamontis, quae maximam continet aequitatem.*

638 *In Ecclesia etiam procedit, regula illa sine cuiusque indignatione iusta, quod quisque iuris in alium statuit &c.*

639 *Ecclesia petendo hareditatem, vel legatum pium sibi factum, fundando se in iure diuino, quo disponitur, vt credatur duobus testibus, Debet etiam illud contra se admittere propter rationem de qua supra. numer. 637 668. & 669.*

640 *Testamentum sicuti de Iure Diuino probari potest duobus testibus, eodem modo etiam probari potest illius reuocatio,*

641 *Et sic Ecclesia, vel locus pius id admittere debet, cum ratio assignata in cap. relatum el 1. de testament. est communis ad confectionem, & destructionem testamenti.*

642 *Solemnitas ea, quae requiritur in faciendo eadẽ sat est in dissoluendo.*

643 *Legati pij ademptio valet de Iure Canonico, si ea probetur per duos testes. & nu. 644.*

645 *Testator si reuocet institutionem factam de pia causa, & non faciat alium haredem, haec reuocatio valet de iure Diuino.*

Testamẽtum an dicatur reuocatum dum illud simpliciter reuocat, & non ait, quod vult mori ab intestato.

DEVS curat tantum de intentione.

646 *Testamenta, vel legata pia, cum ad eorum fauorem de Iure Canonico fuerit introductum, vt probarentur duobus testibus,*

647 *Si etiam illorum reuocatio eisdem testibus possit probari, in pia causa praeiudicium redundaret.*

in Fauorem alicuius id quod est introductum, non debet contra eum retorqueri.

648 *Ius Canonicum disposuit, quod duo testes sufficerent tantum in testamentis pijs, sed circa reuocationem nihil disposuit, & sic standum iuri communi circa hoc. contra à num.651.*

649 *Testamentum inter liberos, valet conditum coram duobus testibus, & tamen septem requiruntur ad eiusdem reuocationem, & numer. 673.*

650 *Regula, Nihil tàm naturale &c. non procedit vbi agitur de correctione iuris communis, quae est euitanda. contra num.678.*

652 *Cap. relatum el 1. de testam. in quo fundatur, & corrigat ius ciuile.*

653 *in Correctorijs etiam licita est extensio de casu ad casum, ex identitate rationis in lege correctoria expressa & num.654.*

655 *Ratio in lege expressa, habetur pro lege, licet aliàs secus.*

656 *ex Ratione in lege expressa, licita est extensio ad casum omissum, vbi eadem ratio concurrit, & num.657.*

658 *Et tunc non dicitur extensio, sed comprehensio. & amplia num.666.*

659 *Ratio, quando est generalior dicto admittitur etiam extensio in odiosis, & exorbitantibus.*

661 *Genus, sicuti comprahendit species, ita generalis ratio includit diuersas species casuum emergentium.*

662 *Ratio generalis tanquam genus, omnes casus, tamquam species complectitur,*

663 *Quod procedit etiamsi lex, vel statutum loqueretur restrictiuè, vel esset etiam poenale. numer.664. & 665.*

670 *Testamentum pium, quod possit probari duobus testibus, & illius reuocatio non possit doceri pariter duobus testibus, non valet assignari bona diuersitatis ratio.*

671 *Dispositum de vno, intelligitur idem dispositũ de eodem contrario, quando militat eadem ratio, spreto an actus contrarius sit odiosus.*

672 *Actus eo modo, quo nascitur, eodem modo potest dissolui.*

Contrariorum nõ solum eadem est disciplina, sed etiam potentia.

675 *Testamentum conditum inter liberos, sicuti coram duobus testibus fieri potest, ita, & reuocari potest, sed aliud statutum fuit per Imperat. in auth. hoc inter liberos. C. de testam. num.676.*

677 *Legatum, sicut statuti forma potest probari per duos testes, eodem modo potest reuocari.*

679 *Testamentum conditum cum omnibus solemnitatibus, reuocatur per testamentum pium cum duobus testibus conditum.*

680 *Pia causa, si reuocat testamentum solemne, & hoc cum duobus testibus, quare id quoque*

non debet seruare in casu proprio. & nu. 681.

682 *Testamentum solemne ad pias causas, reuocatur pariter per secundum ad pias causas, quãtumuis sit conditum coram duobus testibus.*

683 *Solemnitas maior in testamentis non inducit maiorem perfectionem, vbicumque vtrumque est perfectum.*

684 *Solemnitas superflua, & non necessaria non attenditur.*

685 *Testamentum pium, quod non possit reuocari, coram duobus testibus, multi DD. tenent, sed in casib. num. 686.*

687 *Cum contraria opinio sit verior, & communior.*

691 *Bald. numquam subtraxit conscientiam suã ab operibus pietatis propter bonum animæ, sed tamen à rationibus legum, propter ea ait, se non posse recedere.*

CAPVT XI.

Firmato iam in præcedenti capi legatum relictum ad pias causas in testaméto im-
perfecto ratione conclusiuæ volũtatis, vt illud
611 debeatur quãuis aliquis non possit pro parte
testatus, et pro parte intestatus decedere, nũc
et procedamus discutere maiorem difficultatem, nempe si pia causa sit hæres instituta, et
coaftet testatorem voluisse aliqua legata re-
612 linquere, sed fato, aut phrænesi præuentus
non potuit suam voluntatem perficere dispo-
nendo, an tota hæreditas debeatur tunc piæ
causæ, et breuiter sic distinguere intendo.

Aut enim tantùm in genere apparet, quod
613 testator volebat alia disponere, et aliquod,
vel aliqua legata facere, et tunc ob omnimo-
dam incertitudinem, vel quibus vellet relin-
614 quere, et tunc causa pia instituta hæres ex
mente ipsius testatoris capiet totam hæredi-
tatem, et ratio est, quia eo ipso, quod testator
615 instituit hæredem piã causam, voluit, quod
ad eam pertinerent omnia bona, et per conse-
quens etiam omnia legata, quę vel obliuione,
616 vel impotentia non possent executioni de-
mandari in se ipsis, neque in æquipollenti, ac
617 proinde ex vi institutionis factæ, et ex casu
impotentiæ subsecutæ, ius habet legitimum
causa pia ad omnia illa bona hæreditaria præ-
tendenda.

Aut verò certum esset testatorem aliqnid
voluisse relinquere alicui ex suis nepotibus,
618 vel consanguineis, aut suis famulis, et non
potuisset explicare determinatè personam
morte peruentus, puta dixisset, Lego centum
nepoti meo, vel famulo meo, et dum voluit
exprimere nomen nepotis, vel famuli morte
619 præuentus non potuit, et tunc videtur tale
legatum esse soluendum à causa pia hærede
instituta, et ratio est, quia iam constat certò
de voluntate præsenti iam explicata legandi
alicui ex nepotibus, vel famulis, sed quia cum
non potuerit nominare certum nepotem, vel
620 famulum, incertum esset cui ex nepotibus,
vel famulis deberet dari, foret tale legatum
diuidendum inter nepotes, vel famulos, vide
quæ congerit *Ludouic. Molin. de Iustit. tom. 1. tractat. 2. disputat. 197. per tot.*

Aut verò ex antecedẽtibus, & verisimilibus
621 coniecturis apparuisset, quod post institutio-
nem piæ causæ volebat relinquere certæ per-
sonæ, vel certis personis, & morte præuentus
622 non potuit legatum explicare, neque perfe-
ctè quoad quantitatem, dicendo, Lego centũ,
vel imperfectius dicendo, Lego, & etiam in hoc
casu in foro conscientiæ, vt supra responden-
dum non procul à veritate puto. Vnde in his
623 terminis recurrendum est ad prudentem, in-
tegrumq; virum, qui ferre debeat iudicium ex
æquo, & bono, spectatis, ac liberatis circum-
624 stantijs concurrentibus in singulis casibus,
puta si attentè omnia rimatis, ac perpensis ve-
risimilius appareat, testatorem aliquibus per-
sonis aliqua legaturum fuisse puta vxori, ne-
potibus, vel famulis, tunc enim eis aliquid est
assignandum, cum clamitet illa ratio, vt tali
625 casu verè animus testatoris non fuerit, vt
Ecclesia, seu alia pia causa totam hæreditatem
non haberet, idque satis ex coniecturis de qui-
bus supra, patenter dicitur constare.

Nec id oritur ex iuris Ciuilis dispositione,
626 sed ex ipso iure naturæ exigente testatoris
plenum consensum, qui per illa verba in tali-
bus circumstantijs prolata non sufficienter si-
gnificatus videtur, cum potius significarent
627 animum dandi hæreditatem cum oneribus
apponendis, *& super hoc videatur* Bonacin. *de contractib. disputat. 3. quæst. 1. part. 3. numer. 21. &* Trullench. *in Decalog. lib. 7. cap. 13. dub. 4. numer. 3. & Eminentiss. Card. Ioannes* Lugo *de iustit. tom. 2. disputat. 22. à num. 277. & declarat Io. Angel.* Boss. *in suis varijs moral. part. 3. tit. 12. §. 1. à num. 60.*

Nec supra relatis resistit, id quod iam supra
firmaui *cap. 7. à numer.* 114. quod animus solus
628 disponendi ad valorem dispositionis sat mi-
nimè sit cum alijs, vt ibi, *& adde decis. in causa Romana Rescissionis* Concordia 21. *Iunij* 1652. *coram R. P. D.* Bichio. *§. Et hoc. vers. multa non perducuntur ad effectum &c. cum multis ibi allegatis*, quia respondetur, in casu nostro non
adesse solum animum, sed rem ipsam, Nam
testator post institutam hæredem piam causã,
629 deinde cœpit actu legare, & erat in procin-
tu effectualiter faciendi aliquod legatum tali
personæ, vel talibus personis, de qua, vel de
quibus verisimiles coniecturæ apparebant,
630 quamuis impedimento superuenient non
potuit suam voluntatem explicare, & quate-
nus quis huic rationi stare recuset, consideret
quoque prædictam conclusionem procedere
secundum ius ciuile, iuxta quod omninò con-
clusiua dispositio ad validitatem actuum re-
quiritur, non autem secundum ius naturale,

631 quale tantum seruandum venit in disposi-
tionibus pijs, nam *iuxta d. ius naturale* non est
de apicibus iuris disputandum, sed attenditur
nuda veritas, etiam ex coniecturis, et verisi-
632 militudinibus habita, et sic quid testator sē-
sit, vel probabiliter coniici potest voluisse di-
sponere, nisi fuisset impeditus, vt est casus no-
633 ster. alias enim pia causa haberet totam hæ-
reditatem contra mentem ipsius testatoris, et
id nulla æquitas certè permittit.

634 Ergo dum pia causa vult vti iure diuino,
seu naturali in acquisitione hæreditatis, eodē
635 pariter vti debet circa accidentia talis ac-
quisitionis, hinc est, quod Clericus volens vti
Laicorum statutis, cogitur illis vti cum om-
nibus, *vt tradit* Bald. *in l. venditiones num. 9. C.
de contrahend. empt. & in l. omni nouatione. sub
num. 9. C. de sacrosanct. Eccles.* cum alijs copio-
sè relatis *per Crauett. consil. 902. num. 9. vers.
clerico vulgo dici solet Laicorum statutis non ali-
ter eum vti, nisi si conditiones &c. & latiùs per*
Honded. *in consil. 78. à n. 111. vers. clericus vtens
statuto contra Laicum &c. lib. 2.* & adde *Pollic.
illustr. quæst. cap. 1. circa fin. vers. Clericus non
potest vti statuto Laicorū, nisi cum omnibus qua-
litatibus suis &c.* et dixit Rota *in causa Roma-
na, seu Ianuen Locorū Montiū 20. Iunij 1648.
coram R.P.D. Cerro. §. Minusque vers. Clericus
volens vti huiusmodi statutis, cogitur illis vti
cum omnibus suis qualitatibus &c.* declara ta-
men, vt doctè habetur *in d. decis. in §. Qua-
propter.*

In terminis verò nostris faciūt tradita per
Ancbar. in consil. 309. num. 3. vbi ait, esse æquū,
vt statutum, quod Ecclesia non recipit contra
se super obseruantia alicuius actus, nō debeat
636 recipere pro se *cap. cum omnes de constitut. &
l. 1. C. quod quisque iur.* Quod enim æquum
contra alium quis ducit, id recipere, et contra
se debet *l. cum eo ibique gloss. ff. de pact. l. si duo.
§. si quis, & §. sequent. ff. de iur. l. si fundum
qui ff mandat.* Nec petendum à quopiam id
non est, cuius contrariū ipse tractat. *l. si & rem
& pretiū ff. de petit. hæred. l. de fidei commisso. C.
de transact. l. si pater puellæ. C. de transact. l. si ea
lege. C. de vsur. l. latas. C. de rescind. vendit. l. pe-
nult. C. de solut. cap. 1. & cap. qualiter. de pact.
Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 13. nu. 6.*

Vbi ait, regulam illam quod quisque iuris
637 in alium statuit, ipso iure vtatur secundum
Aristotelem esse legem Radamontis, quæ ma-
ximam continet æquitatem, et sine cuiusque
indignatione iusta, quod enim prædicta re-
638 gula procedat etiam in Ecclesia est *text. in
d. cap. cum omnes*, ibi *quod quisque iuris in aliū
statuit &c.* & benè discurrit *Grauett. in consil.
802. à num. 13. vers. quod cum ita sit, quod sibi
præstari Ecclesia vult, hoc idem ab ea alijs recu-
sari non conuenit &c. Natt. in consil. 442 à n. 5.*
vbi firmat, quod si Ecclesia, seu alius locus
pius, petendo legatum pium sibi factum, fun-
939 det se in iure diuino, quo disponitur duobus
testibus credi, debet etiam illud contra se ad-
mittere, propter rationem de qua supra, nem-
pè, quia quod quisque iuris in alium statuit
&c late ad rem *Sperell. decis. 11. num. 1. vers. cū
iniquum videatur, vt quis eo iure vtatur quo cō-
tra se alijs vti non permittit &c. lib. 1. & Genu.
in pract. Ecclesiast. quæst. 645. sub num. 5. vers.
Insuper videtur æquitas id suadere, quæ seruan-
da est ab Ecclesiasticis &c.*

640 Vnde sicuti de iure diuino testamentum
probari potest duobus testibus, eodem modo
etiam potest probari illius reuocatio, nam ra-
tio assignata in *cap. relatum. el. 1. de testament.*
in quo testamenta pia eximuntur à vinculis
iuris ciuilis, est communis ad confectionem, &
destructionem text. Solemnitas enim ea, quæ
641 requiritur in faciendo actum, eadem sat est
in dissoluendo, *l. nihil tam naturale. ff. de reg.
iur.* & in puncto dissolutionis testamenti, vel
legati pij, sic exactè scribunt *Cardin. in d. cap.
relatum*, quem sequitur *Imol. & Alex. in
rubric. de acquirend. poss. & in l. inter stipulan-
tem §. sacram. col. 1. ff. de verb. oblig.* Idē *Alex.
in consil. 209. statutis accurrate perspectis, n. 17.
vers. sicuti valet legatum pium factum coram
duobus testibus ita ademptio eiusdem potest fieri
coram duobus testibus. lib. 2.* & allegatur *Card. in
d. cap. relatum*, ita quoque consultus respondit
Bald. in consil. 28. super eo. per tot. lib. 3. & in fine
attestatur, apud eum nullum dubium adesse,
quod de iure Canonico legati pij ademptio
642 valeat, si per duos testes ea probetur, quia
sicuti eodem modo potest probari, quod fue-
rit relictum *per text. in d. cap. relatum*, ita quo-
643 que doceri poterit, quod fuerit ademptum,
*& benè patet ex notatis per Bald. in l. 1. nu. 153.
vers. item incid. inter &c. C. de sacrosanct. Eccl.*
vbi dicit, si testator reuocet institutionem fa-
644 ctam ad fauorem piæ causæ, non facit tamē
alium hæredem, hæc reuocatio valet de iure
diuino, quia DEVS tantum curat de intē-
tione, *vt latè dixi supra cap. 5. à n. 32.* licet secus
645 sit de iure ciuili *l. si ita § regula ff. de liber. &
post hunc* cum secundum magis receptā opi-
nionem reuocatio simplex testamenti, quan-
tumuis coram septem testibus facta, non te-
net nisi etiam reuocans addat, quod volebat
decedere ab intestato, *ex doctrina Bart. in l. si
iure 18. n. 3. ff. de legat. 3.* quam vti receptiorē
amplexa est Rota *coram fa. me. Gregor. XV.
decis. 446. n. 2. vers. qui testatus fuit cassando te-
stamentum dicat velle ab intestato decedere &c.*
de quo subtili articulo alibi fusè discerani, ne
hic à proposita materia pia discedam. Vnde
Bald. tenet, quod in ademptionem facta piæ
causæ seruetur ius diuinum, et naturale, quòd
sanè prædictam expresionem non requirit.

Difficultatem tamen non ingerit, quamuis
Andreas Sicul. in d. cap. relatum, n. 13. ex dia-
metro contrarium firmiter defendat, & præ-
sertim ea ductus ratione, quia cum introdu-
646 ctum sit de iure Canonico, quod testamen-

ta.

ta, vel legata pia fieri possint coram duobus
testibus, vt habetur *in d. cap. relatum.* retor-
queretur contra Ecclesiam, quod eius fauore
647 fuit introductum, contra *Leg. quod fauore C.*
de legib. cum simil.

Insuper prouisum tantùm est, quod duo
testes solùm sufficiant ad disponendum, & re-
linquendum ad pias causas, ergo in reuocan-
648 do, et adimendo, standum erit dispositioni
Iuris communis, cum de hoc nihil dictum sit.
l. si extraneus ff. de condit. ob caus. l. si seruus. §.
non dixi, ff. de acquir. hered. vlterius id confir-
649 matur simili illo, quia testamentum inter li-
beros valet conditum coram duobus testibus.
l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam.
& tamen ad eius reuocationem septem requi-
runtur testes, *authent. hoc inter liberos. C. eodem*
tit. Et ad regulam *nihil tam naturale &c.* res-
pondet *And. Sicul.* eam non procedere vbi agi-
650 tur de correctione iuris communis, quæ est
euitanda. *l. si vero, §. de viro. ff. solut. matrimon.*
cum simil.

Verumtamen rationes istas non reperio sic
651 validas, vt tantam habeant vim ad prosterner-
nendas vires contrariæ, & iam supra firmatæ
conclusionis, & sic nullatenus discedendum
puto ab opinione *Card. in d. cap. relatum*, nam
considerare debemus, quod *text. in d. cap. rela-*
tum. disponens, posse testari, aut legari ad pias
652 causas coram duobus testibus (intellige ta-
men semper ad effectum probationis) fundat
se in ratione iuris diuini, secundùm quod in
ore duorum, vel trium stat omne verbum, vn-
de licet corrigatur in hoc ius ciuile quo ad Ec-
653 clesiam, vel causam piam, tamen in corre-
ctorijs licita est extensio de casu ad casum ex
identitate rationis, vbi scripta est ratio in lege
glos. in clem. 1 in verb. eligatur de elect. & latè
per Tiraquell. in tractat cessant. caus. num. 158.
654 vbi ait, quod in exorbitantibus, & corre-
ctorijs extenditur dispositio ex ratione expres-
sa in lege, licet aliàs secus, & ad hoc DD. ad
nauseam vsq; adducit, & adde *Menoch. illustr.*
quæst. cap. 37 nu. 4. & cap. 57. nu. 15. & cap. 76.
655 *num. 1. & cap 87. num. 27.* vbi firmat, quod
ratio in lege expressa habetur pro lege. *Ioann.*
Gutier canonic quæst. lib 1. cap. 10. nu. 3. vbi ait,

Quod ex ratione expressa in lege, vel alia
quacumque constitutione, licita est exten-
656 sio ad casum omissum, vbi eadem ratio con-
currit, ac militat, etiam in correctorijs. *Petr.*
Barbos. in l. si constante. in princip num. 102. ff. so-
657 *lut. matrim.* vbi inquit, si in lege correctoria
ratio sit expressa admittitur extensio ad om-
nes casus, quibus ea ratio adaptari potest,
658 quasi tunc præcipuè nō dicatur extensio, sed
comprahensio magis, & latè per *Ioann. Valer.*
de different. inter vtrumque forum verb. Lex. dif-
ferent. 5. & dixit *Rota coram R. P. D.* Dunozetto
Decano decis. 194. num. 26. part. 7. recent. vbi as-
seritur, quando ratio est generalior dicto, ex-
659 tensio etiam admittitur in odiosis, & exor-
bitātibus, cum alijs à me allegatis in annotat.
ad decis. 27. num. 41. vers eadem lex non exten-
siuè, sed comprehensiuè &c. part. 3. recent.

Sicut enim genus comprehendit species, ita
660 generalis, & expressa ratio includit diuersas
species casuum emergentium, & sic possumus
asserere, quod ratio generalis tamquam genus
661 omnes casus, tamquam species cōplectitur,
vt bene deducit Giurb. *de success. feud. §. 2. glos. 2.*
num. 21. & glos. 11. sub num. 14. Reg. Ramond.
consil. 12. inter consil. Sicul. à num. 25. vbi inquit,
quod quotiescumque ratio est expressa in Le-
662 ge, vel Statuto, non solum comprahendit
causam expressam, seu casum expressum, verū
etiam alios casus, qui comprahenduntur sub
illa ratione.

Quod amplia etiam si Lex, vel Statutum,
663 nedum, vt dixi, esset correctorium, sed etiam
si restrictiuè loqueretur. *Castill. decis. 157. nu-*
mer. 32. & 33. Bursatt. cons. 76. num. 15. Honded.
consil. 4. nu. 75. & seq. lib. 1. vbi ait in Iure esse
regulam infallibilē, vt in vim rationis expressæ
664 statuti verba, etiam in materia correctoria,
& strictissimè intelligenda, largè, & impropriè
sint interpretanda ad ampliationem statuti.
Idem Honded. *in consil. 34. num. 24 lib. eodem,*
665 vbi etiam plura allegātur. Et iterū id amplia
quoque si Lex, vel Statutum esset pœnale. *Bo-*
badigl. in politic. lib. 2. cap. 14. sub numer. 18. glos.
in cap. si postquam & ibi Io. And. *de election. &*
elect. potestat. in 6. Menoch. *de præsumpt. lib. 5.*
præsumpt vltim. nu. 27, Riminald *Iun. cons 657.*
à num. 30. vers etiamsi materia esset pœnalis &c.
lib. 6. Giurb *d. §. 2. glos. 2. num. 21. & seq.* Curt.
Iun. *consil. 334. num. 9. & sub nu. 30. & 31. lib. 3.*
Gerrad. Mazzol. *consil. 108. nu 68.* Marcabrun.
consil. 98. nu. 176. & de magis communi testa-
tur Port. *consil 184. num. 21.* Torniell. *cons. 24.*
num. 18 & 20. & Paul. de Mont. Pic. *consil. 95.*
numer 17.

Qui omnes concludunt, si Lex, vel statutum
sit specialis, si tamen ratio expressa est gene-
666 ralis comprahendit alias personas, & casus
non per viam extensionis, sed per viam com-
prahensionis, quod procedit etiamsi casus illi,
qui in lege comprahendūtur sub ipsa ratione
generali essent aliter per aliam legem decisi.
Fontanell. de pact. nupt. claus 7 glos 8. part. 9. à
num. 26. & seq Firmum ergo stat, quod quādo
667 ratio generalis in lege est expressa, operatur
quod Lex specialis sit generaliter intelligēda,
dum militat eadem ratio.

In proposito enim nostro ratio assignata
in text. d. cap. relatum, est communis, & gene-
ralis ad confectionem, & destructionem lega-
668 torum, quia secundum ius diuinum, ita de-
bet credi duobus testibus deponentibus super
dissolutione relictorum ad pias causas, quàm
669 super confectione illorum, ergo dispositio
text. in d. cap. relatum. militabit pariter in dis-
solutione propter identitatē rationis expressæ
in d. cap. relatum, nec ratio, diuersitatis poterit

assigna-

670 assignari cur potiùs credendum sit duobus
testibus deponentibus de relictis ad pias cau-
sas, quàm super reuocatione eorum, quoque
deponentibus, & comperti iuris est, quod dis-
671 positum de vno, intelligitur idem dispositũ
de eius contrario esse, quando militat eadem
ratio. *l.fin.§ fin.*ibi, *contra quoque. ff.de legat.3.*
l.et si contra.§.fin. & ibi *gloss ff.de vulgar.& pu-
pill.* & tradit *Bart in l.in fundo. num.1.ff de rei
vindic. Bald. in l.vnic.§.pro secundo. 7.opposit.
C.de cadue.toll.*

Nec attenditur, vt est casus noster, an sit
odiosum cõtrarium, nec ne, quia prænalet illa
672 ratio, quod eodem modo quo actus nascitur,
eodem debet, & potest dissolui, cum contra-
riorum eadem non solum sit disciplina, sed etiã
potentia vt *Bald.* inquit *in l ab emptione, per
illum text.ff.de pact.* Nec pariter obstat, illud
673 simile adductum de testamento inter libe-
ros, quale tenet, & valet quantumuis coram
duobus testibus sit factum, & tamen ad eius
reuocationem septem requiruntur testes.

Nullo enim negotio potest responderi tali
674 obiectioni, speculando id potius saueri con-
clusioni nostræ, quàm quod obsit, quia nisi
fuisset dispositio *text.in d.auth.hoc inter liberos.*
testamentum factum inter liberos, sicuti fieri
675 potest coram duobus testibus, ita etiam
duobus testibus poterat reuocari, sed quia Im-
perator specialiter disposuit in casu illo, sequi-
676 tur, quod in contrarium sit ius commune
l.ius singulare, & l.quod vero. ff. de legib. quod
expressè etiam determinat *Bald. in l.fin. circa
fin vers.ex hoc infero. C.de fideicommiss.* dicens,
677 quod si ex forma statuti legatum poterit
probari per duos testes, eodem modo etiam
reuocatio eiusdem poterit probari *per glos.in
l.eum proponeretur.ff.de leg.2.*

Ex quo patet etiam quod regula iuris, nihil
tam naturale &c. procedit etiam in correcto-
678 tijs, cuius contrarium And.Sicul.dicebat, &
in specie circa hoc particulare eum reprobat
Natt.in d.consil.442.nu.7.lib.1. cum loquatur
contra communem opinionem, & Nattam se-
cutus est *Franeisc. Viu.in Sylu.commun.opin.
cap.890. incip.Testes septem. num.16.vers.sicut
valet legatum pium coram duobus testibus factũ,
ita etiam potest adimi coram alijs dũtaxat duo-
bus testibus, &c.*& sic quoq; sentiunt alij relati
per *Io. Baptist. Thor. in singular. piarum caus.
singular.25 vers.quemadmodum valet coram
duobus testibus &c.*

Expendi potest etiam alia conclusio, scilicet,
quod testamentum prius conditum cum om-
679 nibus solemnitatibus iuris communis vide-
licet septem testium, reuocatur tamen per te-
stamentum ad pias causas cum duobus tantũ
testibus conditum, vt per *text in l.eius militis.
§.militia missus. ff.de testament. milit.*decidunt
Castren.Alex.*& alij relati per Tiraquell. de pri-
uileg.piæ caus.priuileg.53.in fin, vers, testamentũ
prius conditum cum solemnitate iuris commu-
nis &c.* & videatur *Medic. in opusc.4. sub nu-
mer.60. vers decimo tertio.* Si ergo hoc est ve-
680 rum, vt pia causa possit tollere testamentum
solemne per secundum testamentũ eius sauore
conditum cum duobus testibus, tamen idem
seruandum non erit in casu proprio, scilicet
681 dum constat eius testamentum fuisse per te-
statorem reuocatum coram duobus testibus,
cum semper vociferet maxima illa æquitas su-
pra relatæ regulæ, Quod quisque iuris in aliũ
statuit, eodem ipse vtatur.

Congruitque pariter alia non longè dissimi-
lis conclusio, scilicet, quod testamentum so-
682 lemne ad pias causas tollatur per secundum
minus solemne etiam ad pias causas, cum suf-
ficiat, vt istud secundum perfectum sit in sua
683 specie, & habeat substantialia requisita
ad sui perfectionem, quamuis primum conti-
neat plures solemnitates, nam maior solemni-
tas non inducit maiorem perfectionem, vbi-
cumque vtrumque est perfectum, quo ad so-
684 lemnitatem necessariò requisitam, quasi so-
lemnitas superflua, & non necessaria non attẽ-
datur, iuxta doctrinam *Bart.* communiter in
proposito approbatam *in l.haredes palam.21.
§.si quis post num.3 vers.sed dubium est.ff.de te-
stam.* & pluries secuta est *Rota*, & præsertim
*coram R. P.D. Ghisilerio in causa Firmana Co-
dicillorum 28.Iunij 1645.§.Minus releuat vers.
illius depositio non est necessaria &c.*

Et quamuis supra relatæ opinioni plures nõ
685 assistant, & potissimum *Ruin.in consil.9.n 16.
18.& 19.lib.2.* qui alios refert, & ad hoc mul-
ta inculcat; sed in vanum, cum & ipsemet fa-
686 teatur, contrariam communem sententiam
ei refragari, quam secuta est *Alex. Dec. & alij
relati per Tiraquell. de priuileg. piæ caus. priui-
leg.2.* & omnium copiosius id tractat *Gratian.
discept.forens cap.603. per tot.* vbi plura ad hoc
cumulat, *& num.9.& 10.* expulsa contraria
687 opinione hanc affirmat veriorem, et magis
communem, *& numer.12.* congerit DD. anti-
quos, et modernos, qui huic receptæ senten-
tiæ adhæruerunt, et adde *Gasp. Ant. Thesaur.
quæst forens.lib.4. quæst.35. à num.6.* cum alijs
nuper allegatis per *Ricc. & Thor. in addit. ad
Tiraquell. de priuileg. piæ caus. dict. priuileg. 2.*
quibus subnecto *Francisc. de Barry de Testa-
ment.lib.10.titul.1.sub num.27.vers.sed quid si
vtrumque &c.* vbi post *Mascard & Vasq.* te-
statur de veriori, et communiori sententia.

Opus esset, vt nunc discuterem amplam illã
688 controuersiam, an in reuocatione testamẽ-
ti, vel legati ad sauorem piæ causæ conditi, sit
necessaria expressa, et specialis reuocatio, qua-
lis quæstio pendet ab alia, pariter non parum
ventilata, an clausula derogatoria subintelli-
gatur in testamentis pijs, sed quia proximam
conclusionem incidenter deduxi, ideò fortè in
separato capite amplam vtrique assignabo do-
tem. Atque supradicta, vt dixi, incidenter
sufficiant respectu eorum, quæ supra retuli,
nempe

Digitized by Google

nempe quod dum Ecclesia, seu alij loci pij vtū-
689 tur iure naturali circa acquisitionem bono-
rum eisdem relictorum, *iuxta text. in d. cap. re-
latum*, eodem etiam iure vti debent circa mo-
dum, et quantitatem prædictorum bonorum,
690 et hoc ex famigerata regula ista ab omni iu-
re exaltata, Quod quisque iuris in aliū statuit,
idem ipse quoque seruet, quæ etiam in Eccle-
sia ex textu *in d. cap. cum omnes de constitut.* di-
xi procedere.

Et concludam vnà *cum Bald. in consil.* 254.
in fin. vol 1. vbi scribit, se DEVM quidem ti-
mere, et propterea numquam conscientiam
691 suam subtraxisse ab operibus pietatis pro-
pter bonum animarum, sed tamen à rationi-
bus legum, se non posse recedere, quale dictū
etiam refert *Card. Mantic. de coniectur. vltim.
volunt. lib. 6 titul. 1. num. 38. vers. vnde etiam Ec-
clesia, quæ est auctrix, & cultrix iustitiæ &c.*
et faciunt *tradita per me in Annot. ad decis. 444.
num. 51. vers. Ecclesia est mater Iustitiæ, Æqui-
tatis, & Dilectionis &c. part. 4. recent. tom. 2.*
Videbimus modo infra an testamētum furiosi
ad pias causas conditum valeat.

ARGVMENTVM.

Testamentum cōditum ad pias causas ab eo, qui habet caput cerebro vacuum non potest substineri, Et cum materia ista dementiæ si satis fertilis, et in iure reperiatur sæpe sæpius agitata, ideoque in præsenti cap. plura materiam furoris attingentia deducuntur.

Et quamuis species furoris sint ferè innumerabiles, imò et genera ipsa sint infinita cum ipsa excogitata vocabula videantur superare, cum multi reperiantur, qui non sunt mente capti, non fatui, non stulti, non insani, non dementes, non frenetici, non lunatici, et tamen non magis, quam prædicti mente, et ratione carēt, Vnde iure dixit Sapiens in Ecclesiast. cap. 1. stultorum infinitus est numerus. Stultorum genus ad vnū Ius Ciuile reduxit, scilicet ad furiosos, et sic stultos omnes sub nomine furiosorum nuncupat, qui tamen in octo species diuiduntur, vnde separatim de eis discutitur. Testamentum vero ad pias causas conditum à furioso, vt non teneat dicam infra cap. 17.

SVMMARIVM.

1 *Stultorum plena sunt omnia, eorum species sūt infinitæ.*
2 *Testamentum conditum ad pias causas ab eo, cui mens agrotat, an valeat.*
3 *Et opinio absoluté est negatiua.*
4 *Piæ causæ fauor non potest abstergere maculā defectus voluntatis, in disponentibus ad eius fauorem.*
Voluntatis priuatio vbi adest, ibi nihil adest.
5 *Testamentorum summa perfectio consistit in voluntate testantium.*
6 *Mentis sanitate, qui non gaudet, alienus est à discursu, & iudicio rationis.*
7 *Furiosi voluntas nulla est, nec habet velle, nec nolle, & instar animalium, furiosus non possidet vsum rationis.*
7 *Furiosorum materia est satis fertilis, & in iure propter varios casus sapè ventilata.*
9 *Stultorum infinitus est numerus, secundum Salamon.*
10 *Stultorum plena sunt omnia, secundum Oratorem Romanum.*
11 *Furiosus ille propriè dicitur qui furia, seu rabie, actus homini non sana menti conuenientia, facit.*
12 *Furiosus ex eo, quis dicitur, quasi extra mentem, se feratur.*
Mentis emotæ dicuntur, qui furore agitātur.
13 *Furiosi verbum est generale ad plures insanarum species.*
14 *Stultorum genus ad vnum, Ius ciuile reduxit, constituens, stultos omnes sub nomine furiosorum nuncupare. et nu. 15. & 20.*
16 *Insaniæ gradus plures sunt, tamen ex Medicorum schola, ad tres gradus reducuntur.*
17 *Scilicet vel ad Phrenesim, vel ad Maniam, vel ad Melancholiam, seu fatuitatem.*
18 *Phrenesim semper est cum febri, cum sit morbus acutus. & num. 67.*
Mania semper est cum rixa, et cum furore.
19 *Melancholia, seu fatuitas est cum metu, & tristitia sine causa.*
21 *Furiosorum species secundum Doctores nonnulla referuntur.*
22 *Furiosi aliqui non videntur tales, & tamen sunt magis stulti, quàm illi, qui tales apparent. & num. 23.*
24 *Pictor quidam cum in perexigua tabella pingere deberet decem millia milites armatos, quid fecerit.*
25 *Mente captus ille propriè dicitur, cui mens, & consilium desicit, licet nullum ostendat furorem. & num. 29. & 30.*
26 *Mente captus ideo sic vocatur, quia ei capta sit mens, vel quia captiua mente teneatur.*
27 *Mente capti discurrunt bene, retinent memoriā, & nisi tangatur illa pars melancholiæ in qua pecant non cognoscuntur tales.*
28 *Si verò tangatur de facili erumpunt in insaniam manifestam.*
30 *Mente captus est cum quieta dementia.*
32 *Fanalici sunt, qui cum corporis cogitatione fana profanantes debacchantur. et nu. 33.*
34 *Fatuus dicitur, qui quidem caret intellectu, licet integrum animi vigorem non habeat.*
35 *Fatuus est, qui fatua loquitur.*
Fatuitas quasi consistit in loquela, & non in operibus.
36 *Stultus à fatuo discernitur, quia fatuus cognoscitur ex verbis, stultus ab operibus.*
37 *Stultum esse, leuius est, quàm esse fatuum.*
36 *Fatuus est, qui omnino desipit, stultus verò, qui aliquid sapit.*

Fatui-

Fatuitas aliquando eſt leuis, & aliquando grauis.

39 *Fatuus quandoque quis eſt in totum, & quandoque in parte.*
Fatuitas aliquando à principio eſt leuis, & poſtea ex tempore augetur.

40 *Stultitia eſt inconſtantia ſanitatis vacans, eſtque nomen generale.*

41 *Stultus dicitur, qui ſtulta facit.*
Inſania ſtulti leuior eſt, quàm ea fatui.
Stultum eſſe minus eſt, quàm inſanum.

42 *Stultus eſt, qui imprudens, incautus, vel ineptus eſt.*

43 *Stultus, & mente captus æquiparantur.*

45 *Stultus dicitur à ſtupore, quia non ſtupenda ſtupet, & ſtupenda non ſtupet.*

46 *Inſania eſt ſpecies furoris, quæ ex diuerſis cauſis poteſt procedere*
Inſani ex bile ſunt feroces, & furioſi.

47 *Inſani ex ſanguine deſipientiam habent cum riſu aſſociatam.*

48 *Inſani ex melancholia, vacantur circa ſepulchra, noctu ambulant, imitantur lupos, & ſimilia agunt.*

49 *Inſani ex pituita plorant, nemine moleſtante, aut verberante.*

50 *Inſani triſtantur ex rebus, quæ nihil ad eos pertinent.*

51 *Inſania eſt mens vacua animi tranquillitate, & conſtantia.*

52 *Inſania dicitur, quaſi inſanitas, hoc eſt non ſanitas.*

53 *Inſanum eſſe, minus eſt, quàm eſſe ſtultum.*

54 *Melancholia, qui afficiuntur inſania rapiuntur.*

55 *Melancholici mortem ſibi inferunt, vel laqueo, vel ferro, aut præcipitijs.*

59 *Inſanus eſt Titius, ergo eſt melancholicus, eſt bona conſequentia, non autem è contra.*
Inſanus qui eſt, melancholicus eſt, quia inſania procedit ex nimia melancholia.

57 *Melancholicus qui eſt non ſemper eſt inſanus, quia vt plurimum ſtudentes, ſunt melancholici ſecundum Ariſtotel.*
Viri præſtantiſſimi melancholia vexantur.

58 *Melancholia eſt ſoror furoris.*

59 *Humor melancholicus qualiter, & ex quibus cauſis poſſit producere inſaniam. num. 60. 61. & 62.*

62 *Amentia, ſeu dementia eſt afflictio animi lumine carens.*
Amens idem eſt, quàm ſine mente.

63 *Demens dicitur, qui habet mentem diminutã, atque mente caret. vide exemplum nu 64.*

65 *Demens præſumitur, qui proprium nomen ignorat.*

67 *Freneſis eſt cum fibri, & facit ægrotum deſipere, & aliena loqui.*
Freneſis vera paulatim creſcit, nec ſubito mentis alienationem facit.

69 *Freneſis proprie, qualis dicatur.*

71 *Frenetici alij ſunt hilares, alij triſtes, alij facilius continentur, alij conſurgunt, & violenta faciunt.*

72 *Frenetici verba, & actus conuenientes viris prudentibus dicunt, & faciunt, non tamen ſunt tales.*
Lunaticus dicitur, qui in interlunio natus eſt.

73 *Lunatici illi dicuntur, cuius mens propter Lunam, officium ſuum non facit.*

74 *Dominis non expedit habere ſeruos Lunaticos.*
Lunatici ſingulis menſibus in eumdem morbum incidunt. Quo tempore nullius vſus ſunt, imo maximi incommodi.

74 *Lunatici tempore Lunæ mille faciunt motiua, proijciunt ſe in terram, virtutem quaſi perdunt &c.*

75 *Lunatici, licet eodem ſpecie ſint, quam epiletici, tamen ab illis differunt frequentia, & grauitate.*

76 *Medici ſatis diſcrepant circa morbum furoris lunaticorum, & maxime circa eius definitionem. & num. 77. & 78.*

78 *Domine miſerere filio meo, quia lunaticus eſt, vt habetur apud Matth. cap. 17.*

79 *Miſerabiles ſunt, qui habent caput cerebro vacuum.*
Furioſi, vti perſonæ miſerabiles, gaudent priuilegio fori, cæteriſque priuilegijs miſerabilium perſonarum.

80 *Pauperes dicuntur furioſi, & ſic illorum priuilegijs fruuntur.*

81 *In Actibus pro mente captis celebrandis cuncta gratis debent procedere.*

82 *Dementia longè maior eſt, quàm paupertas ipſa;*
Sapientia maior eſt, quàm pecunia.

83 *Cerebri carentia maior eſt, quàm pecuniæ.*
Cerebro poteſt acquiri pecunia, at non pecunia cerebrum.

84 *cum Talentis poſſunt acquiri talenta, ſed non è contra.*

85 *Homo melius eſt, qui pecunia indiget, quàm pecunia, quæ indiget homine.*

86 *Stulto nihil proſunt diuitiæ, cum ſapientiam emere non poſſit.*

87 *Stultitia magis deplorabilis eſt, quàm mors.*

CAPVT XII.

STVLTORVM, cum plena ſint omnia, eorumque ſpecies ſint infinitæ, vnde non incongruè putaui de eis aliqua deducere, & deinde diſcutere, an ſi teſtamentum reperia-
2 tur factũ ad pias cauſas ab eo, cui mens ægrotat, vtrum fauor piæ cauſæ aliàs adeo potens, tollere poſſit, vel mederi talem, ac tantam imperfectionem. Et abſolutè reſpondere arbitror,
3 quando tamen conſtat, teſtantem nullatenus fuiſſe ſanæ mentis, dum teſtatus fuit, quantumuis piè, & religiosè, nequaquam fauor piæ cauſæ abſtergere poteſt talem, & quidem ſubſtantialem defectum;

Volun-

Voluntatis enim priuatio vbi adest, ibi nihil
5 adest, omnesque actus eo casu sunt indifferentes, testamentorum enim omnium perfectio præcipua, à voluntate testantium dependet,
6 at qui mentis sanitate, & integritate non gaudent, alieni sunt à discursu, & iudicio rationis, cum eorum nulla sit voluntas, nec habent velle nec nolle, nam mens imaginibus addicta,
7 adinstar animalium, non habent vsum rationis, prout ex Physicorum, & Medicorum schola differunt *Cornel.* Cels. *lib. 3. de re medic. cap.* 18. *forens. obseruat. lib.* 1 *obseru.* 19. D. Mercur. *lib.* 1. *sua practic. Medic. cap.* 16. Hipp. 1. *in* 6. *Epid. vlt. lib. 4. aeut.* 63 66. *lib 2. aphoris.* 6. *lib. 6. aphor.* 23. 54. *lib. 7. aphor.* 40. 1. *prognost. text.* 10. 19. 21. 23. *lib. 2, prognost. text.* 12. *in coacis pranot text. ex fasio* 47. *&* 233. 282. Galen. 3. *in* 1. *Epidem.* 1. *&* 2. *in* 6. *Epid.* 43. *lib 4 de loc. affect. cap.* 2. 1. *prognost. text.* 10, 18. Areteus *lib. 3. cap.* 5. Valles. 3. 1. *epid. ag.* 1. *lib. 5. epid comm. vltim. &* 1 *in* 6 Epid. *com. vltim. &* 7. *epid. com.* 4. 8. 11 12. 83. Guarinor. *Consult.* 191 *Guglielm* Ballon. *lib. 2. consil. hist.* 1. Duret. *in coacis pranes. lib. 2. cap.* 11. *text.* 12. *cap.* 24. *text.* 4. Sennert. *lib.* 1. *prax. part.* 2. *cap.* 6. *Io. Dom.* Migliocc. *tom.* 1. *part* 1. *disputat. med. disputat.* 1. *cap.* 26. *ad finem. & Andreas* Laurētius *in tractat. de Morb Melanchol. cap.* 1. *& fusius cap.* 7. *vbi plura habes. & nuper peregregiè discussit, & firmat clari nominis* D. Paul. Zacch. *Medic Roman. in suis quæstionib. Medic. legal. lib.* 2. *cap.* 2. 3. 4. *& seq.*

Pro pleniori, quippe, suprarelatæ conclusionis intellectu, quod testamentum furiosi, fatui, stulti &c. non teneat, nec ad pias causas, *vt*
8 *differam infra cap.* 17. Multa opportunè duxi præmittere, in hac tam fertili materia, & in sinte sæpè propter varios casus ventilata. Videbimus ergo primum quis dicatur furiosus, &
9 quot sint species furoris, nam & ferè sunt innumerabiles, cum vt sapienter scriptum reliquit Sapientissimus Rex Salamon in Ecclesiast.
10 *Stultorum infinitus est numerus*, & secundùm Tubam Romani Eloquij lib. 4. Quæst. Tuscul. *Stultorum plena sunt omnia*, & iuxta DD. infra allegandos, species eorum penitus non possunt describi, tam magna multitudo est, & deinde aliqua deducam, à quo sit probandus furor, & quomodo, necnon per quæ signa furor probandus veniat, & an semel furiosus, semper præsumatur talis, & quid de habentibus dilucida interualla, & an Iura requirant in testantibus perspicacem intellectum, & absolutum ingenium, & sic vtrum grossolani alijque huiusmodi speciei possint testari.

Breuiter igitur assero, furiosum eū propriè
11 dici, qui cum furore, furia, seu rabie, vt alij dicunt, actum homini non sanæ mentis conuenientem gerit, *secundum Bald. in l. sed & milites. §. iam autem. ff. de excusat. tut. & in l. furiosi.* C. *de nupt. & in l. humanitatis. col.* 3. *vers. venio ad quartum.* C. *de impuber. & alijs substit.* Ias. *in l. furiosum. numer.* 2. C. *qui testam. facer. poss.* latè Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt.* 45. *nu.* 11. *& seq. & latius* per Mascard. *de probat. tom.* 3. *conclus.* 1045. *num.* 1. vbi alij plures referuntur concordantes. Furiosus ex eo, quis dicitur,
12 quasi mente extra se feratur, vnde mentis emotæ dicuntur, qui furore agitantur.

FVRIOSI verbum est quidem generale ad plures insanorum species, de quibus infra di-
13 cam, potest referri, Nam cum insaniæ varia, & infinita sint genera, quæ in hac specie excogitata vocabula superare videntur. Vnde me-
14 ritò Ius ciuile, vnū stultorum genus ad actus legitimos incapaciū, vt est casus noster, nempè à testamenti factione, vel à pœnis delictorum,
15 exemptum constituit, quos omnes furiosos nuncupare statuit, *vt in l. furiosus. ff. de tutel. in l.* 1. *ff. de curat. furios. in § furiosus. Institut. qui testament. tut. dar poss.*

Et quàmuis multi gradus insaniæ ponantur à Platone, & Marco Tullio, nihilominus ex
16 Medicorum sententia omnes reducuntur, vel ad phrenitidem, vel ad maniam, vel ad melancholiam, seu ad fatuitatem, *Phrenesim* semper
17 est cum febri, & est morbus acutus, *vt infra*
18 *num.* 67. *Mania*, vt voluit inter cœteros Auicenn. semper est cum rixa, & furore, *Melan-*
19 *cholia*, seu fatuitas iugiter cum metu, et mæstitia sine causa, vt sentit *Galen. in loc. affect. cap.* 7. *Paul. Aetius. Areteus & omnes alij Medicina Scriptores* in proprijs capitibus de Melācholia, sed nos loquendo secundum terminos legales, iuxta quos, vt dixi, vnum stultorum genus Doctores constituunt, et quidem sub
20 nomine furiosi, et sic videamus secundum eorumdem furiosorum species.

Furiosi ergo aliqui dicuntur mentecap-
21 ti, aliqui fatui, aliqui stulti, aliqui insani, aliqui dementes, aliqui lunatici, aliqui frenetici, sed quid vltra faciam, ad enumerandam tàm deplorandam cateruam personarum, cū
22 tam magna multitudo earum sit, et species, vt diuersi reperiantur, qui non sint furiosi, nō mentecapti, non fatui, non stulti, non insani, non dementes, non lunatici, non frenetici, et
23 tamen non magis, quàm prædicti mente, et ratione carent, et facit præclara sententia Plauti in Bacchid. Act. 1. scen. 1.

Quicumque vbi sunt, qui fuere, quiq; futur sunt, posthac
Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, buccones, blenni, ego
Longe anteo stultitia, & moribus indoctis.

Quare ego de speciebus stultorum locutu-
24 tus, imirabor celebrem illum pictorem, qui cū in perexigua tabella decē millia armatos milites pingere deberet, solum octo eorum penicillo expressit, cœterorum verò galeas confusim adumbrauit, ideoque ad nos.

MENTECAPTORVM igitur est præcipua species furoris, et propriè ille dicitur mente-
25 captus, cui mens, et consilium deficit, licet

Digitized by Google

nullum ostendat furorem, et non alia ratione
mentecaptus sic vocatur, nisi quia ei capta sit
mens, eique pars animæ rationalis vitiata sit,
26 nisi dicere velimus mentecaptum sic ideo di-
ci, quasi captiua mente laborans. Isti enim
mente capti discurrunt benè, retinent memo-
27 riæ, et nisi tangatur illa pars melancoliæ, in
qua peccant difficulter cognoscuntur.
Si verò illa pars, in qua humor peccat, tan-
28 gatur, de facili erumpunt in insaniam mani-
festam, vt ad longum differunt *Ias. in l furio-
sum.num.2.* & ibi etiam *Dec pariter nu.2 & 8.*
C.*qui testament.fac.poss. cũ alijs relatis per* Mas-
card.*de probation.conclus.*1045.*à nu* 1.Menoch.
de præsumpt lib.6.præsumpt. 45.*à nu.*7. Farinac.
*in fragment.part.1. in verb. Furor. à num.*219.
cum multis alijs allegatis per Rotam *coram
bon.mem.*Cantucc.*decis* 107.*nu.*2.*part.*2.*diuers.*
29 Vbi dicitur, quod mentecaptus est is, cui
mens, & animi iudicium deficit, et extrinsecus
30 nullum furorem ostendit, vel qui furorẽ habet
latentem, et deinde fuit dictum *coram bo. me.*
Coccin. *decis.*484. *num.*3. vbi etiam habetur,
quod ille dicitur mentecaptus qui est cũ quie-
ta dementia, et adde *Parlador. quotid. differ.
different.*86. *nu.*1. vbi ponit differentiam inter
furiosum, mentecaptum, & fanaticum, et ait
31 Furiosum mentis alienationem, factis, dictisq;
furore ipso agitatum propalam ostendere,
Mẽtecaptum verò sine vlla corporis agitatio-
32 ne mentis pati alienationem. Fanatici autem
sunt, qui corporis iactatione fana prosanantes
debacchantur, *vt ostendit Quintil. l ultit lib.*9.
33 *&* 11. in hæc verba, viros, veluti mẽtecaptos,
cum iactatione fanatica vaticinari &c.
FATVITAS est altera species furoris, et fa-
tuum eum esse dicimus, qui quidem non ca-
34 ret intellectu, licèt integrum animi vigorem
non habeat, *vt inquit Dec. in l furiosum. nu* 8.
C *qui testam.facer.poss.* cum alijs ibi allegatis,
videatur etiã textus *in can. legimus distinct.*93.
35 vbi dicitur fatuum esse, qui fatua loquitur,
quasi quod fatuitas consistat in loquela, et non
in operibus, *ex allegatis per Pacian. de probat.
lib.*1.*cap.*23.*num.*11.
36 Vbi probat in hoc cognosci stultum à fatuo,
quia fatuus cognoscitur ex verbis, Stultus au-
tem ab operibus, *& num.*12. dixit leuius esse
37 quem stultum esse, quàm fatuum, et idem di-
xit *Menoch. de præsumpt. lib.6. d.præsumpt.*45.
*n.*9. vbi propterea ait quod fatuus est is, qui
38 omnino desipit, stultus vero, qui aliquid sapit,
& post Dec. Pacian. & Menoch. differit Nonar.
*in prax. de elect. & variat. for. cap.*45. *numer.*2.
vers. fatuum esse, qui fatua loquitur &c. Veri-
tas tamen est, quod fatuitas aliquando leuis
39 est, et aliquando grauis, quandoque quis fa-
tuus est in totum; quandoque in partem,
et fatuitas à principio quandoque est leuis, et
postea ex tempore augetur.
STVLTITIA est etiam species furoris, et
40 eam dicitur esse, inconstantiam sanitate va-
cantem, est quidem nomen generale, et om-
nes alias species furoris complecti valens est,
vt inquit *Pacian. de probat. d. cap* 43.*numer.*10.
*& seq. & Claud in addit. ad Bertaz. d. cõs.*218.
litera B. vers. insania. vbi etiam ait, stultum
41 esse, quia stulta facit, leuiusque esse insaniam
stulti, quàm fatui, sicut etiam minus est esse
stultum, quàm insanum. *Menoch de præsumpt.
lib.*7.*d.præsumpt.*47. *num.*8 vbi dixit stultum
42 eum esse, qui imprudens, incautus, vel inep-
tus est.
Et stultus potest æquiparari mentecapto, et
differt à furioso, quia furiosus ostendit extra
suum furorem, stultus autem secus, et æquipa-
43 ratur, vt dixi, mentecapto, quia ambo non
ostendunt signa furoris, licet pars animæ vi-
tiata sit, minus tamen est esse stultum, quàm
44 furiosum, vel tandem secundum *Bart. in tra-
ctat. de testib. num.*98. stultus dicitur à stupo-
45 re, quia stupenda non stupet, vel non stupen-
da stupet.
INSANIA est quoque altera species furo-
46 ris, quæ ex diuersis causis potest prouenire,
aut enim à bile, aut à Melancholia, aut à pi-
tuita, vel à sanguine. Insanientes ex bile sunt
47 feroces, & furiosi, Ex sanguine, desipientiam
habent cum risu. *Galen.6. Aphor.*53. Ex Melã-
cholia, sicut est Lycanthrogia, vagantur circa
sepulchra, noctu ambulant, imitantur lupos,
48 & similia agunt. *Altom. cap.6. de medend. morb.*
Quæ verò procedit ex pituita, plorant nemine
49 molestante, aut verberante formidant non
formidanda, tristantur ex rebus nihil ad se
50 pertinentibus, & dicunt ea, quæ non conue-
niunt sapientibus *Hippoc. lib.*1.*de dyeta.*
Insania igitur est mens vacua animi tran-
quillitate, & cõstantia, & insania dicitur, quasi
51 insanitas, hoc est non sanitas, Insania est etiã
verbum generale, & potest referri ad stultos,
& mentecaptos, & vt dixit *Menoch. d. cons.*82.
*num.*199. minus tamen est esse insanum, quàm
52 furiosum, quamuis plus sit esse insanum, quàm
stultum, vt dixit *Pacian. de probation. lib.*1.*c.*43.
*num.*3. videatur etiam *Menoch. de præsumpt.
d. lib* 6.*præsumpt.*45.*à num.*2. *& Farinac. in
fragment. criminal. in verb. Furor. num.*124.
Aduertatur quoque, quod qui melancholia
53 afficiuntur, insania rapiuntur, *secundum Ari-
stotelem in problem. sect.*12. cum dixit eos, quo-
54 rum natura atra bile, quæ Melancholia est,
abundat, insania rapi, quare *idem Aristotel. in
prim. problemat. sect.* 30. scriptum reliquit Me-
55 lancholicos, mortem, vel laqueo, vel ferro sibi
inferre consueuisse. Veruntamen est, quan-
tumuis bona sit consequentia. Titius insanus
est, ergo est melancholicus. Non tamen sequi-
56 tur è contra, est melancholicus, ergo est insa-
nus, qui enim insanus est, melancholicus est, cũ
insania ab ipsa immodica malincholia cause-
tur, non tamen, qui est malincholicus semper
57 insanus est, quia vt plurimum studentes sunt
malancholici, *& secundum Aristotel. eadem
sect.*30.

sect. 30. viri præstantissimi melancholia vexan-
tur. & plures ex eis ibi commemorat.

Verum tamen est, quod non incongruè di-
cere possumus, melancholiam furorem esse fu-
58 roris. Insuper animaduertendũ est ex Medi-
corum, & Phisicorum schola, quod licet mor-
bi cerebrum percutientes procedant ab hu-
more malancholico peccante, tamquam à fon-
te, nihilominus constituunt diuersos gradus,
59 quasi riuulos delirij, cum enim sint tres prin-
cipalium animæ virium effectus, seu facultates,
quarum sedem in cerebro Philosophi consti-
tuunt scilicet imaginatio, memoria, & ratioci-
60 natio, fieri potest, vt aliqua ex dictis facultati-
bus in homine reperiatur male affecta, & læsa,
alijsque verò sanis, & integris manenti-
bus, *vt distinguit Galen. lib. 3. de loc. affect. cap. 5. & 6.*

Alij enim totalem memoriæ vsum propter
61 aliquem morbum, vel senium perdiderunt,
videatur *Andreas Laurentius in tract. de Morb. Melanchol. cap. 1. & fusius cap. 7.* vbi multas ex
Historicis causasq; naturales ex Arabum, Græ-
corum, & Latinorum scriptis depromptas en-
mulat, et supradicta latius deducũtur ex Phy-
sicorum schola, *per Rotam in causa Romana Donationis* 11. *Ianuarij* 1619. *coram bon. mem. Seleucien. §. Placuit enim responsio ex Physicorum &c.*

AMENTIA, seu, vt alij volunt, dementia
est altera species furoris, quę est animi afflictio
62 lumine carens, et amens is, qui est quasi sine
mente, et demens quasi deorsum à mente, nisi
dicere velimus, quod demens dicitur is, qui
63 habet mentem diminutam, atque ita mente
caret, quamuis non in totum, sed ex parte
mentis errore ducitur. *l. his qui. ff. de tut. & curat. dat. ab his, & ratiocinatur Menoch. d. cõs. 82. num. 193. vers. nec minus. & de præsumpt. lib 6. d. præsumpt 45. num. 6. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 43. numer. 14. Farinac in d. verb Furor. numer. 125.* et addo Roderic. Suares *in allegat. 1. num. 4.* vbi arguit dementiam in casu, in quo
64 ipse respondet, ex eo, quia mulier, quæ testata
fuit, vocabat maritum, et cum veniebat, illum
repellebat, dicendo, quod non erat ipse, sed
65 alius, qui vocabatur Goncalo Hita, vide reli-
qua ibi, et adde *Rota decis.* 107. *num. 9. part. 2. diuers.* vbi dicitur, quod demens præsumitur,
qui proprium nomen ignorat.

FRENESIS, quæ, et ab aliquibus etiam
67 Melancholia nuncupatur, est morbus acutus
in febre superueniens, quæ facit ægrotum de-
sipere, et aliena loqui *ad text. in l. 1. §. interdũ, ff. de adilit. edict.* et ipsa melancholia frenesim
68 generat, et vera frenesim paulatim venit, nec
subito mentis alienationem facit, vt bene ex
nostris diserit *Menoch. d. cons. 82. à num. 197.*

Frenesis est propriè passio (vt Auicen. placet
69 & Galen. cæterisque Medicorum magistris)
et quędã exagitatio furoris à cerebro descen-
dens, et dicitur frenesis ab impedimento mẽ-
tis, imò secundùm eundem Auicen. patiens
frenesim, quandoque dicitur demoniacus, ex
hoc quia frenesis, vel terminatur ad maniam,
70 vel quia mania sequitur ad frenesim, et com-
plicatur cum ea, vt post Medicos cõmemorat
Roderic. Suares. d. allegat. 1. num. 7.

Insuper freneticorum, alij sunt hilares, alij
71 tristes, alij facilius continentur, et intra ver-
ba desipiunt, alij consurgunt, et violẽter quæ-
dam manu faciunt, *& secundum Galen lib 3. de symptomatum different. cap. 3.* Frenetici sæpè
72 sæpius verba ad propositum immiscent, ac
emittunt, et faciunt etiam actus, qui conue-
niunt viris prudentibus, sed tamen id euenit
casu, nec inde resultat eos esse sanæ mentis, vt
concludunt plures relati *per Cyriac. controuers. 334. numer. 24. versic. sæpe loquuntur ad propositum &c.*

LVNATICORVM etiam est altera species
73 furoris, et lunaticum illum esse dicimus, qui
in interlunio genitus fuit, cum ipsa Luna mu-
tabili, defectum, et mutabilitatem patitur,
menteque abalienat, itaut insanat *Maioll. in tract. st. de irregularit cap. 16. lib. 1. quem refert, & sequitur* Viuald. *in candelabr. aur. in titul. de irregularit. ex defect. corpor fol 542. col. 2. num. 5.* eosque adducit, et amplectitur *Nouar. de elect

ion. for. sect. 2. priui leg. 47. num. 2. vers Lunaticum illum appellari &c.* Vel Lunaticus ille ap-
pellatur, cuius mens propter Lunam suum of-
ficium non facit, *ad text. in lege bouem. §. aliquando. ff. adilit. edict.* cum dicat, non ex-
pedire Domino seruum habere lunaticum, ex
74 hoc, quia singulis mensibus in morbum rela-
bitur, ita vt nullius penè vsus sit. imò potius
maximi incommodi, nam tempore Lunæ mille
faciunt motiua, et sensum non habent, insani
à cunctis reputantur, in terram se proijciunt,
virtutem quasi perdunt, calore carent, et ali-
quando quasi mortui nõ loquuntur, nec vllos
75 viuæ creaturæ actus gerunt &c. Lunatici licet
eodem morbo laborent, quo detinentur Epi-
letici, & in eadem specie existant. tamen ab il-
76 lis differunt frequentia, & grauitate. Medici
satis discrepant circa definitionẽ huius mor-
bi, videatur *Holler. lib. 1. de Morb. inter. cap. 15.*
vbi refert diuersas opiniones, sicut etiã *Mercurial. lib. 1. sua pract. cap. 26. & Forest. lib. 10. Obseruat. 13.*

Ex nostris tractant *Strace. in tractat de mercatur. part. 3. numer. 23. & seq.* & melius *apud Ioann. Caluin. in suo Iuris Lexic in verb Luna-*
77 *ticus*, vbi ait, prædictum verbum non solum
aptari comitiali morbo laborantibus, sed cæ-
teris omnibus qui secundum Lunæ motum
ægrotant, & quorumdam morborum insulti-
bus corripiuntur, aut eo tempore insaniunt.
Quo ad Lunaticos confert etiam text. sacer
Matth. cap. 17. Domine, miserere filio meo, quia Lunaticus est. Vere miserabiles sunt Lunatici,
sed generaliter asserere possumus satis pietate
digni sunt, qui habent caput cerebro vacuum,

79 vnde meritò eorum priuilegijs potiuntur, &
gaudent, vt benè probant *Innocent. in cap. significantibus.de offic.delegat.* Cala *de modo articul. & probandi glos.* 1.*nu.*193. Amat.*decis.Rotæ Marsb.*105.*num.*5. Ricc. *in Collect. Decis collect.*300.*vbi allegat* Franch.*decis.*598.Cochier.
*in tractat.de Iurisdict.in exēpt.quæst.*108.*par.*4.
*tom.*1. Nouar.*de election.for.sect.* 2.*quæst.*44.

Dicuntur etiam pauperes, & eorum quoq;
80 priuilegijs fruuntur,*ad text.in l.tā dementis.*21.
in fin. C.de Episcop. Audient. vbi quod in acti-
bus pro mentecapto celebrandis gratis cun-
81 cta procedunt,ne tale hominum infortunium
expensarum quoque detrimento prægrauetur.
Idemque disponitur *in l.furiosi* 25. *in fin. C.de*
82 *nupt.* Imo dementia longè maior est, quàm
paupertas ipsa, nam sicut maior est sapientia,
quàm pecunia, ita maior est carentia cerebri,
83 quàm pecuniæ ex multis, & maximè ex eo,
quod cum cerebro potest acquiri pecunia, at
non è contra, nam cum talento possunt acqui-
84 ri talenta, at non è conuerso.

Vnde *Themistocles apud Tull. & Plut.* malo,
85 inquit,hominem, qui pecunia indigeat,quàm
pecunia,quæ homine,vnde in prouerb.cap.17.
86 dicitur, *Quid prodest stulto habere diuitias,cum sapientiam emere non possit.* Tandem videtur
magis deplorabilis stultitia, quàm mors, nam
87 Sapiens in Ecclesiast.cap. 21.ait,supra mortuū
plora, defecit enim lux eius, supra fatuum
plora, defecit enim sensus eius. *Luctus mortui septē dies, Luctus fatui omnes dies vitæ eius &c.* Visis iam speciebus furoris, videbimus in sequent.cap.cui incumbat onus probandi furorem.

ARGVMENTVM.

Natura cū producat homines sanæ mentis,ideoque quilibet præsumitur mentis sanitate gaudere,cum id sit naturale,furiosum tamen esse, est quid accidentale, vnde dum quis asserit, aliquem fuisse furiosum, quando testamētum, vel alium actum fecit,cum contra eum militet præsūptio naturalis grauatur onere id,& quidem concludenter probare, & quidem exacta probatione.

Furoris probatio est difficilis probationis, et quare, & quatenus verum sit, quod furor possit probari indicijs,coniecturis,& adminiculis. Testes singulares vtrum probent furorē, Probationes in suo genere non omninò perfectæ admittuntur in materia difficilis probationis, quia tunc iura contentantur leuioribus probationibus, ne veritas, quæ aliter nō apparet, suffocata remaneat.

Socius criminis licet regulariter non admittatur ad testificandum contra socium, cum sit infamis, tamen quando veritas aliter haberi non potest, tortus admittitur; quod limita nisi ille testis patiatur alias etiam exceptiones, quia tunc omninò reijcitur. Testis, quamuis nō interrogatus non teneatur reddere rationem sui dicti, tamen limita, vt hic, Testibus deponentibus super furore diligens inquisitio facienda est, et qualis,et qualiter ipsi deponere valeant.

SVMMARIVM.

88 *Natura producit homines sanæ mentis.*
Mentis sanitate quilibet præsumitur gaudere.
89 *Furiosum esse, est quid accidentale.*
90 *Mente sanus, quis censetur, etiam si decrepitæ ætatis esset.*
Senio confecti regulariter solent delirare.
Senis vita in occasu est.
91 *Senes præsumitur sanæ mentis, etiamsi esset centum annorum.*
92 *Testator præsumitur sanæ mentis etiam esset moribundus, et quasi in agonia positus.*
93 *Furiosum, si quis dicat fuisse testatorem de tempore testamenti, id concludenter tenetur probare.*
94 *Furor, seu dementia est quid inuisibile, & propriè non percipitur visu, vel auditu, sed magis mentis ratione. & num.*107.
95 *Probatio exactissima requiritur contra præsumptionem naturæ, & iuris. & nu.*97.
96 *Furoris probatio ideo est difficilis probationis, quia passim cognita non est.*
98 *Furor coniecturis, signisque ex verbis, & factis orientibus probari potest.*
99 *Furor etiam ex vnico actu probari potest.*
100 *Furor benè potest probari per testes singulares, & sic non est necessè vt sint contestes.*
101 *Testes singulares admittuntur, quando agitur ad effectum probandi aliquid ex multiplicatis, & successiuis actibus. & num.*103.
109 *in Occultis, & in rebus difficilis probationis, admittuntur leuiores probationes.*
110 *Probationes in genere suo adeo perfectæ non requiruntur, vbi agitur de materia difficilis probationis.*
111 *Coniecturæ solæ admittuntur, & habentur pro plena probatione, vbi veritas aliter haberi non potest.*
112 *Socius criminis non admittitur ad testificandum contra socium.*
113 *Veritas, quando aliter haberi non potest, tunc socius criminis admittitur contra consocium ad testificandum;*
114 *Quod intelligendum est, quando id deposuit in tortura.*
115 *Socius criminis non admittitur in testem contra socium, etiam quando veritas haberi non potest, si alios etiam patiatur defectus,*
116 *Et tunc nec sat esset ad inquirendum, nec in crimine læsæ maiestatis.*
117 *Socius criminis non admittitur in testem, licet veritas aliter haberi non possit, si duo sint tantum defectus.*
118 *ex Socio criminis testimonio patiente plures defectus, nullatenus deueniendum ad torturam.*

Tortura

Tortura supplet solum vnum defectum n.118

119 *Furor tunc indicijs, & coniecturis probatur, quando sunt tales, quæ furioso tantum conueniunt.*

120 *Coniectura non omnes probant dementiam & ideo debent esse tales vt moueant omnem sensum, & iudicium & n.121.*

122 *Mentis alienatio nequaquam probatur leuioribus probationibus.*

123 *Viri prudentes, & sapientes dicūt & faciunt aliquando plura, quæ nisi furiosis conueniunt: & non tamen sunt tales.*

124 *Dicta, vel facta insani, ex quibus cognosci possint, quod proueniat à viro prudēti, vel ab insano, & n.125.126.& 127.*

128 *Testes dum deponunt super furore diligens inquisitio est venit facienda.*

Et sic interrogari debent quid viderint, quæ signa, quos actus, quos motus, quas demonstrationes &c.

129 *Furoris accidentia non possunt percipi ex momento temporis, seu ex transitu, sed ex multitudine actuum, & n.130.*

131 *Testes deponentes super furore non releuant, nisi etiam non interrogati reddant rationem sui dicti.*

132 *Testes regulariter, nisi sit interrogatus, non tenetur reddere rationem sui dicti.*

133 *Testis non debet esse verbosus, nec tenetur dicere ea, de quibus non interrogatur.*

134 *Testis, quando deponit super his, quæ indicio intellectus percipiuntur, tunc etiam non interrogatus tenetur reddere rationem sui dicti. & num.135.*

Animi passiones, cum cerni non possint, idcirco qualiter probari possint.

136 *Testis deponens super furore debet reddere rationem talem, per quam appareat ipsum nullatenus errasse.*

137 *Testes, vt probent furorem sat non est, si simpliciter asserant talem esse furiosum & quid requiratur.*

138 *Testis deponens super furore, nisi reddat satis concludentem rationem sui dicti, præsumitur pro sana mente.*

139 *Testis non probat furorem alicuius, si simpliciter asserat, quod proijciebat lapides per viam.*

140 *Sapientes etiam aliquando proijciunt lapides, cum id iusta de causa fieri posit, veluti pro tuitione corporis sui, vel alterius aut relaxandi animi gratia, vel corpus suum exercendi causa.*

141 *Testis deponens, quod aliquis proijciebat lapides, vt probet furorē eius, quid addere debet.*

142 *Testis non probat furorem alicuius si simpliciter asserat, eum vidisse ligatum in carcere, & insuper quia tenetur addere.*

143 *Testis non concludit super furore, si dicat quē noluisse obtemperare Medico, quia id potuit fieri ex causa.*

144 *Medicina aliquando plus damnum, quàm adiumentum solent infirmis adferre.*

145 *in Teste deponente super furore, substantialia sunt illa verba, quod demens aliquid faciebat, more furiosorum. & num. 146.*

CAPVT XIII.

VISIS iam in præcedenti cap. speciebus
furoris, seu dementiæ opportunæ nūc se-
quitur inquirere, cuinam incumbat onus pro-
bandi talem defectum, & quomodo. Verum
cum indubitatum sit naturam ipsam parere
homines sanæ mentis vnde quilibet præsumi-
88 tur mentis sanitate gaudere, & sic aliquem
esse compotem mentis naturale est, sed esse
furiosum, accidentale est, Quare quis præsu-
89 mitur esse talis, qualem solet natura produ-
cere, nisi tamen contrarium probaretur, quod
procedit, etiamsi quis sit senio confectus, seu
decrepitæ ætatis, cum isti regulariter mente
90 laborent, vt *ex Lucretio, Platone, & Iuuenali*
tradit *D. Paul* Zacch. *quæst. Medic. Legal. titul.
1. quæst. 10. n. 19. & seq.* & vide, quæ dixi *supra
in præludio à num. 341. vers. Nam senis vita in
labijs primioribus habitat &c. & in annotat. ad
decis. 460. num. 15. vers. inuidet ætatem iuuenti-
bus, cum sua sit in occasu &c. part 4. recent. to. 2.*
91 Tamen d. præsumptio sanæ mentis militat
etiam in quantumuis sene, *pro vt notant DD.
in l. Senium. 3. & signanter Bald. & Salicet n. 2.*
C. *qui testament facer poss.* & Castren. *ibidem
num. 2.* dicit, quod senes non præsumitur de-
litare etiamsi esset centum annorum, *quem se-
quitur Card.* Mantic. *de coniectur. vl im. volun.
lib. 2. titul. 5. num. 3. vers. etiam si esset centum
annorum, & prædictos secuta est Rota coram
Reuerendiss.* D. Dunozetto *Decano in causa
Meliuitana Hæreditatis 26 Ianuarij 1643. §.
Nec releuat quod præsumptio vers. etiā si ille esset
senes centum annorum, quia adhuc nullatenus
præsumitur delirare &c.*

Loquitur enim ibi decisio de sene habente
annos nonaginta tres. *& antea idem fuit reso-
lutum in causa Romana Donationis* 11. *Ianua-
rij* 1619. *coram Reuerendiss.* Seleucien. *§. Nec
potest. vers. non præsumitur quis delirare, etiam
si esset centum annorum &c. & iterum respondit
coram bon. mem.* Buratto *decis. 256. num. 2 vers.
præsumptio sanæ mentis militat etiam in quan-
tumuis sene &c.* Amplia quoque id procedere
etiam si testator grauiter decumbat, & sit se-
92 mi mortuus, moribundus, & quasi in agonia
constitutus. *per text. in l. quoniam indignum
15. l. iubemus. 29. C. de testament. & de hoc dicā
infra.*

Sicque generaliter firmari potest, mentis
sanitatem de Iure præsumi, itaque si quis con-
trarium asserere intenderet. scilicet, quod ali-
93 quis tempore testamenti, vel alterius actus à
furore, vel dementia possidebatur, difficili se
supponit periculo probationis, quia cū furor,
vel dementia sit quid inuisibile, & propriè nō
per-

perc ipiatur visu, vel auditu, sed magis mentis
ratione, ac proinde deponendo, vt dixi, non
sanitatē mentis, cum sit contra præsumptio-
nem naturæ, & iuris, est necessaria exactissima
probatio. ad text in l. fin. C. de testamen. & in l.
nec codicill. C. de codicill. & in cap. fin. ext. de
success. ab intestat. & vbique scribētes, & ideo
dicebat Bald. in l. furiosum. in princip. C. qui
testam. facere. poss. quod difficile est probare,
quem esse furiosum. & sequitur Alex. ibidem
post num 3. vers puto in tanta varietate. Ias. n. 4.
vers. verum quia furor. Dec. in consil. 448 n 31.
vers difficile est probare &c. Decian. consil 127.
post num 29. vers. quod difficile est probare. lib. 34
cum alijs allegatis per Menoch. in consil 82. nu.
211. vers ex mente omnium sciendum est stulti-
tiam esse difficilis probationis &c. lib. 1. vbi ait.
Quod stultitia, dementia, insania, & furor
96 ideo sunt difficilis probationis, quia sunt de
his, quæ latent in hominis animo, & passim
cognita non sunt, adde Card. Mantic. de conie-
ctur. vltim. volunt. lib. 2. titul. 5. n 16. vers. illud
verum notandum &c & post Innoc. benè dedu-
xit Spin. in specul testament. rubric. 10. num. 10.
vers probatio dementia vel furoris est difficilli-
ma &c. cum alijs copiosè relatis per Maschard.
de probation. conclus. 824. à num. 8. vers. qui fu-
riosum aliquem esse dixerit &c. et id aduertit
Magon. decis. Florentin. 97. num. 15. vers. furor
enim nō præsumitur, nisi manifeste constiterit,
et ideo difficilis probationis reputatur &c. plene
Menoch. de præsumpt. lib 6 præsumpt. 45. à nu.
18. et 20. & Farinacc. in fragment. in verb. Fu-
ror. num. 232. vers. furorem esse difficilis proba-
tionis &c. & Nauar. in tract. de elect. for. section.
2. quæst. 43. n. 1. vers. qui furiosum aliquem dixe-
rit, id ei onus probandi incumbit &c. et adde de-
cis. Petr. Royz. Lituan. 2. num. 32. vers. vnum-
quemque sanæ mentis esse præsumptū est, et ideo
probandi onus &c. Sanchez de matrimon. lib. 1.
disput. 8. num. 17. vers. asserenti aliquem esse in-
sanum, aduersatur præsumptio, quæ à natura
ipsa descendit &c. Boss. eodem tractat. cap. 3 §.
22. num. 64 et seq. et sic sæpe sæpius censuit Rota
et videre est penes bon. mem. Comitul. decis. 164
num. 3 vers caput dementia visum fuit diffici-
lioris esse probationis &c. et coram bo. me. Burat.
dict. decis. 256. num. 1. vers. indubitata est natu-
ra, et iuris &c. vbi ad hoc plures decisiones
cumulantur, sicuti etiam facit R.P.D. Ferent.
ibi in annotat. in littera A. num. 20. vers. clemen-
tia plenè, et concludenter &c. et adde decis. 184.
num 2. vers indubitati iuris est, neminem præsu-
mi dementem, et qui contrarium asserit &c. et n.
3. vers. quin concludenter probanda est &c. par 1
recent et decis. 570. nu 12 vers. vnde debuit ta-
lem defectum insaniæ ex aduerso plenè, et con-
cludenter probari &c. part. 4. recent. tom. 3. et co-
ram bo. me. Merlino decis 772. num. 4. vers. con-
cludenter venit probanda &c. optimeque fuit
animaduersum coram R.P.D. Carrillo decis. 233
num. 19. vers. allegant i furorem incumbit onus
probandi, et quidem concludentissimè &c. part. 7.
recent. et num. 20. redditur ratio iam adducta,
97 quia contra præsumptionem iuris naturalis
requiritur exactissima probatio ex ibi allega-
tis. adde decis. 384. num. 7. vers agitur de probā-
da dementia, quæ debet concludentissimè proba-
ri &c. part. 1. recent. et coram Reuerendiss. Ter-
tacinen. in causa Melitetana Hæreditatis. 1.
Iulij 1633. §. Vltim. vers. contrarium asserenti
incumbit onus plenè, et concludenter probandi
assertam mentis alienationem &c. et corā R.P.
D. Cerro in eadē causa Melitetana Hæredita-
tis 15 Aprilis. 1644. §. Multòque minus. vers.
qui contrariū dicit, et dementiam, et furorē alle-
gat, tenetur concludentissimis rationibus probare,
& grauatur onere exactissimæ probationis &c.
Non nego tamen, furorem coniecturis, &
98 exterioribus signis ex verbis, & factis orien-
tibus, & homini non sanæ mentis conuenien-
tibus probari, communiter esse receptum, &
præsertim sic sensit Bart. in l. si quidem. num. 2.
vers. & ideo videtur. C. solut. matrim. Ias. in d. l.
furiosum nu. 4. vers. verum quia furor, C. qui te-
stament. facer poss. Paris. in consil. 87. nu. 4. & 5.
vers. tamē ex gestu, & sermonibus &c. lib. 3. vbi
alios DD. pleno calamo congerit, sicuti ple-
nius facit Maschard. de probation. conclus. 824.
num. 2. & seq. vers. quem furiosum esse ex conie-
cturis, & præsumptionibus procul dubio probā-
dum &c. & admisit Rota coram bo. mem. Can-
tuec. decis. 107. num. 5. vers. ex verbis fatuis, &
deridendis, quia D. Margarita dicebat se esse in-
firmam in vno capillo &c part. 2. diuers. Imo ex
99 vnico actu furiosi, vel mentecapti probatur
dementia, vt benè comprobat Petr. à Blaneb. in
Epitom. delict. lib. 1. cap. 29. num. 6. vers illud etiā
constat &c. ex Bald. & Angel. & alijs per eum
allegatis & refert Farinac. in fragment. d. verb.
Furor. num. 233. vers. ampliat furorem probari
ex vnico actu furiosi &c.
100 Scimus etiam, quod dementia docetur per
testes singulares, itaque non est necesse, quod
sint contestes, sed satis erit, dum erunt saltem
singulares, veluti si vnus deponeret vno mo-
do, et alius alio, nam cum agatur de probādo
101 quid in vniuersum, id est, quem esse demen-
tem, sufficiunt testes singulares, vt notant In-
nocent. & cæteri scribentes in cap. qualiter, &
quando. el. 2. de accusat. Speculat. in titul. de in-
quisit. §. 1. vers. quod si vnus. & in §. nunc tra-
ctemus. cum alijs abunde relatis per Alex in
consil. 147. num. 20. vers. testes singulares ad pro-
bandum, quem in genere fuisse furiosum, vel in-
famem, vel hæreticum. sufficiunt, &c lib. 7. & ad-
de Ruin. in consil. 67 n. 9. vers. quando agitur de
probando aliquid in genere scilicet, quod quis sit
furiosus, sufficiunt testes singulares &c. lib. 1. cum
alijs allegatis per Rotam coram bon. mem. Co-
cin. decis. 155. num. 61. part. 6. recent.
Vbi determinatur, quod testes singulares
102 admittuntur, quando agitur ad effectum
probandi aliquid ex multiplicatis, ac succes-
siuis

fiuis actibus in genere. et adde Mynsig. Obser-
uat. Imperial. centur. 3. obseruat 76. num. 4. vers.
quando testes admittuntur ad probandum hæ-
resim, vel furorem in genere &c. Riminald. Iun.
in consil. 7. vbi ad satietatem per totum consi-
103 liū docet, et magistraliter demonstrat, quā-
do testes singulares probent, et nu 68, loqui-
tur in casu nostro, quando sit probandus fu-
ror, quòd probetur per testes singulares Sur.
in consil. 89. n. 26 agitur de probando furorem
admittuntur testes singulares &c. Mantic. de
coniectur. vlt. vol. lib. 2. tit. 5. nu. 16. vers. testes
singulares probant quē esse furiosū &c. et citat
Gab. de testib conclus. 2. n. 52. qui alios congerit
quibus addo Mascard. de probat. concl. 327. n. 7.
vers. sat erit, vt salte singulares sint, et tunc furo-
rē probabunt &c. vbi etiā multos DD cumulat
sicuti etiam facit Farinac. in tractat. de testib.
quæst. 63, num. 259. vers. limita in probatione
furoris &c. vbi attestatur, prædictam opinionē
104 communiter esse receptam per DD, et de
veriori opinione testatur Boer. decis. 4. nu. 44.
vers. ad probandum quem esse furiosum sufficiūt
testes singulares &c. et addo Caldas, consil. 24. n.
7. vers. licèt vnus testis deponat de vno actu fu-
roris, et alius de alio, bene probat &c. cum ibi al-
legatis, et subnecte Hieronym. Magon. decis. Flo-
rentin. 97. n. 9 ibi ad quorum actuum, et furo-
ris probationem etiam singulares testes admittū-
tur &c. & idem tenet Rota d. decis. 107. num. 12.
vers. ad probandum quid in genere testes singu-
lares admittuntur &c part 2. diuers.

Verumtamen licet verum sit, vt dixi, furo-
rem, seu dementiā concludentissimè esse pro-
105 bandam, & postea coniecturis, indicijs, &
præsumptionibus, de ea doceri posse, receptū
esse, et etiam per vnicum actum, ac quoq. per
106 testes singulares, vt patet ex superius dictis,
attamen animaduertendum venit, quod ideo
tales leues probationes admittuntur, quia si-
107 cuti præmisi, cum furor sit quid inuisibile,
et propriè nō percipiatur visu, vel auditu, sed
108 magis iudicio rationis, cum lateat in homi-
nis animo, et ideo sit difficilis probationis,
quo casu, satis nota est illa Iuris cōclusio, quod
109 quando sumus in occultis, et rebus difficilis
probationis, lex contentatur illis probationi-
bus, quæ haberi possunt, et sic non requirun-
100 tur probationes in suo genere adeo perfe-
ctæ, et ita adamussim concludentes, vnde ali-
quando solæ coniecturæ admittuntur, vt per
DD. in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemad. testamen.
111 aper. et habentur pro plena probatione. l. si-
lium definimus. ff. de his, quæ sunt sui vel alien.
iur. l. si vicinis. C de nupt. l. consensu §. nuper. C.
de repud. l. licet Imperator ff. de legat. 2. l. si quis
locuplex ff de manumiss. testam cap. veniens il 2.
in fin. de testib. cap. Michael. de fil. presbyter. et
dixit Rota coram bon. mem. Arguelles in cau-
sa Anconitana sepulturæ de Cimis 14. Martij
1641. §. similique modo. vers. tamquam res diffi-
cilis probationis satis etiam probatur coniecturis
&c. Bald. in cap. causam matrimonij, n. 4. in fin.
de offic. delegat. Alex. in consil. 24. n 42. vers.
probatio nō est facilis &c. lib. 2 et ibi Addētes in
littera XX. cōcordantes adducūt Granut. Theo-
rem. 23. n. 15. vers. quando essemus in occultis, et
rebus difficilis probationis &c. latè Gomes. var.
resol. lib. 3. cap. 12. rubric de probat. n. 21. vers. si
factum, vel delictum est cōmissum tali loco &c.

Hinc est, licet regulariter socius criminis
112 non admittatur ad testificandum contra
consocium cap. Veniens. 1. de testib. cap. 1. de
confess. l. 1. §. Diuus Anton. ff. de quæst. l quoniā
liberi. ff de testib. l. 1. C. de accusat Dec. cons. 188
à num 7. vol. 1. Marsil. consil. 28. in fin. Paris. con-
sil. 63. num. 10. vol. 4, latè Baiard. in prax. quæst.
24. n. 129. Tamen quando veritas aliter habe-
113 ri non potest, admittitur socius criminis cō-
tra socium, nec poterit contra eum excipi,
quod fuerit socius. ita Butr. in cap. quoniam
de testib. Hippolit. in d. §. Diuus Anton. nu. 15.
et in l. de minore, §. tormenta num. 21 ff. de quæ-
stion. et probat. text. in cap. fin. de testib. cogend.
114 quod intellige, si tamen fuerit tortus, vt tra-
dit Fulgos. consil. 163. n. 2. Hippolit. consil. 109.
num. 15. Sed si d. socius criminis alios patitur
defectus, omnino reijcitur. Natt. consil. 298.
lib. 2. Riminald. cons. 290. n. 8. lib. 3. Bursat. cons.
192. vbi testatur de communi n. 22. lib. 2.

Vnde si dictus socius criminis pateretur
etiā alias exceptiones, vt quia esset vilis, pau-
115 per, lusor, &c. & tunc nec etiam ad inquirē-
dum sat esset, et etiam in casu, in quo veritas
aliter haberi non posset, etiam in crimine læsæ
maiestatis, et etiamsi defectus essēt duo. Mar-
sil. singul. 400. et consil 74. n. 4. cum alijs allegatis
per Farinac. in prax crimin. titul. de indic. et tor-
tur. quæst. 43. n. 122. et seq. et n 178. testatur in
socio criminis patiente plures defectus, nun-
quam vidisse in Vrbe, quod fuerit deuentum
117 ad torturam, et aduerte etiam, quod tunc so-
cius criminis non probaret si quoque id de-
poneret in tortura, cum tortura nō suppleat,
118 nisi tantummodo vnum defectum. et latè de
prædicta materia tractat pluribus adductis Al-
mont. Ciazz. in suis discept. Forens. criminal. di-
scept. prim. à num. 80. vsque ad num. 100.

At persistendo in terminis videatur Fari-
nac. de testib. quæst. 62. limitat. 1. n. 28. vers. non
procedere in factis, quæ sunt difficilis probationis
&c. & sic multoties censuit Rota, et præsertim
coram bon. mem. Coccino. decis. 430. num. 12. et
13. ver. cum hæ res de facili probari non possit
sufficiunt probationes coniecturales &c. part. 5.
recent. tom. 2. et plenius coram eadem decis. 191.
n. 7. ver. vbi difficilis est probatio statur etiam
probationibus, quæ haberi possunt, et etiam solis
coniecturis &c. part. 6. recent. cum alijs allegatis
corā bo. me. Merlino decis. 177. n. 4. ver. propter
difficultatem probationis etiam leuior probatio
admitti solet &c. & in puncto casus nostri bene
ratiocinatur Surd. in consil. 89. n. 24. ver. cum
dementia sit difficilis probationis, lex contentatur
his

Digitized by Google

bis probationibus, quæ haberi possunt &c. cum
ibi allegatis.

Conclusio tamen ista cum aliquo grano sa-
lis est intelligenda, & sic concludi potest pax
inter supradictas opiniones, quæ videntur cō-
trariæ, de quibus supra *num.* 105. vt tunc fu-
119 ror, seu dementia coniecturis, indicijs, &
præsumptionibus probata dicatur, quando illa
sunt talia, quæ furioso conueniunt, & hominē
sanæ mentis non attingunt, nam non omnes
120 coniecturæ probant demētiam, & ideo signa
concludentia furorem debent esse tot, & talia,
quæ remoueant ab homine omne iudicium,
121 omnem mentem, & omne intellectum aliàs
nihil agitur *vt post Sociu. Paris. Grammat. Lan-*
franc. & alios sensit *Mascard. de probation. con-*
clus. 224. *num.* 4. *vers. dummodo signa huiusmodi*
sint talia, & furioso conueniant &c adde *Me-*
noch. de præsumpt. lib. 6. *præsumpt.* 45. *num.* 17.
vers. intellige de illis insanis, qui omnino carent
bono sensu &c. Petr. Roy 2. *decis. Lituan.* 2. n 33.
vbi ait, nusquam relatū esse leuibus coniectu-
122 ris, furorē, mentisq; alienationē probari &c.
cum alijs allegatis *per Farinac. in fragment. in*
verb. Furor. num. 236. *vers. non omnia signa, &*
coniecturæ probabunt furorem &c.

Multoties enim viri prudentes, & sapientes
123 dicunt, & faciunt nonnulla, quæ sanè nisi fu-
riosis, & mentecaptis conueniunt, & tamen
ex hoc non sunt indicandi furiosi, *& sic ratio-*
cinata est Rota coram R. P. D. Carillo *decis.* 233.
num. 24. *vers. quandoque viri sanæ mentis, etiāsi*
ex accidenti faciant aliqua leuia non reputantur
dementes &c. part 7. *recent.* cum alijs allegatis
coram R. P. D. Cerro *in causa Meliuitana Hæ-*
reditatis 15. *Aprilis* 1644. *§. Præterea. vers. huius-*
modi actus non excludunt vsum rationis &c.
Sicque in hoc notabiliter potest distingui ad
124 cognoscendum, an dicta, vel facta insana
proueniant à furore necne. Aut enim constat
talia dicentes, vel facientes non furiosos antea
125 fuisse, & hoc casu tales ex his non præsumū-
tur furiosi, & hoc ratione de qua proximè di-
xi, & qui asserit hunc esse stultum, aut insanum
126 probare tenetur. Aut verò constat, illum
esse stultum, et tunc verba illa, vel facta insa-
na arguunt eum esse insanum, et qui contra-
127 rium deducit, id probare grauatur, quia fu-
ror durare præsumitur, vt infra dicam.

Quare dum testes testificari intēdant super
furore, seu dementia, diligens inquisitio eis
128 facienda est, et sic interrogari debent quid-
nam viderunt, quæ demonstrationes furoris,
quæ signa, quos actus, quos motus, et similia,
vt ex illis coniecturari possit furor testatoris,
cum hæc accidentia nō possint percipi ex mo-
129 mento temporis, sed ex quodam discursu, et
multitudine actuum, sicuti optimè aduertit
post Bald. & Aretin. Rota coram R. P. D. Carillo
d. decis. 233. *num.* 26. *vers. testis deponens super*
furore debet interrogari, quid vidit &c. part. 7.
recent. . . .

Insuper cum dementia cognoscatur per in-
130 quisitionem, quæ se animo non offert, nisi
per multa, et diuersa media circa quæ testes
facile errare possunt, ideo eis non creditur, nisi
131 causam sui dicti, etiam non interrogati fa-
ciant manifestam, licet aliàs regulariter testis
non interrogatus, non tenetur reddere ratio-
132 nem sui dicti, *iuxta glos. communiter approba-*
tam in cap. cum causam. 1. *vers. de causis. extra de*
testib. & in cap. sicut. de re iudic. & in cau. item
solum. 4 *quæst.* 3. *& in l. solum. vbi DD. omnes.*
C. de testibus cū alijs copiosè relatis per Mascard.
de probation. conclus. 869. *num.* 1. *& seq. & nu-*
mer. 2. ait,

Quod testis non debet esse verbosus, nec re-
133 spōdere debet eis, de quibus non interroga-
tur &c. Ista tamen regula nō procedit in mul-
tis casibus, qui latè recensentur *per Farinac. in*
tractat. de Testib. quæst. 70. *cap.* 1 *per tot.* et inter
alios est casus noster, vt dixi, quando scilicet
testis deponit de his, quæ non corporeo sensu,
134 sed iudicio intellectus percipiuntur, vt sunt
inuisibiles animi passiones, quæ cerni, aut co-
gnosci per sensum non possunt, nisi medianti-
bus quibusdam extrinsecis actibus, ex quibus
intrinsecæ qualitates cognoscuntur, *vt in pñ-*
cto ratiocinati sunt Aretin. in §. Præterea. in fin.
Institut. quib. non est permissis. facer. testamen.
Florian. *in l. sed & si. §. iniuriam. num.* 7. *vers. &*
hoc scire est vtile &c. ff. ad Leg. Aquil. Dec. *in*
l. furiosum nu. 28. *vers. & casu quo. & ibi etiam*
Paul. de Castr *num.* 3 *&* Corn. *num.* 5. *C. qui te-*
stam. fac. poss. Card. Zabarell. *consil* 56. *num.* 4.
vers & quia consistit in intellectu &c. Roland.
consil. 27. *num.* 24 *vers. cum non reddant causam*
sui dicti, quare sit furiosus &c. lib. 3. Mascard.
de probation. conclus. 827. *num.* 4. *vers. etiamsi nō*
sint interrogati testes debent reddere causam sui
dicti &c et ibi alij allegantur. & id ē sensit Boer.
decis. 23. *numer.* 41. *versicul. nisi reddant cau-*
sam scientiæ, etiam non interrogati &c. Magon.
decis. Florentin. 97. *num.* 15. *vers. quia etiam non*
interrogati exprimere debent &c. Honded. *in*
consil. 78. *num.* 70. *vers. quas rationes, & causas*
bonas et concludentes reddere debent, quamuis nō
fuissent interrogati &c. Iul. Cæs. Caluin *in tra-*
ctat. de Æquitat. lib. 2. *cap.* 184. *num.* 14. *vers. nisi*
testes deponant illum esse furiosum, & simul red-
dant causam scientiæ, etiam non interrogati &c.
et sic sæpius respondit *Rota, & præsertim corā*
bon. memor. Cantuc. *d. decis.* 107. *numer.* 30. *ver-*
sicul. debent reddere causam sui dicti, alias non
probant furorem &c. part. 2. *diuers. et coram*
bon. mem. Manzaned. *decis.* 384 *num.* 7. *vers. cum*
deficiant &c. part. 1. *recent. et coram bo. mem.* Du-
rano *decis.* 233. *num.* 22. *vers. nisi causam sui dicti*
etiam non interrogati faciant manifestam &c.
part. 5. *recent. & inter eius impress. est decis.* 178.
nu. 17. *part.* 1. *et coram Card.* Caualer. *decis.* 366.
nu. 4. *vers. testibus de dementia deponentibus non*
est credendum, nisi assignent rationem sui dicti
etiam non interrogati &c cum alijs decisionibus
allega-

allegatis in d. causa Meleuitana Hæreditatis 15. Aprilis 1644. coram R. P. D. Cerro. §. Talis autem. vers. minusq; reddunt concludentem sui dicti causam, quam tamen in isto casu probationis furoris, etiā nō interrogati reddere debuissent &c.
Et in tantum est indubitara prædicta con-
135 clusio, vt nedum testes super furore deponē-
tes, reddere teneantur causam scientiæ, etiam non interrogati, verum etiam causam, et rationem talem. quæ concludat furorem ipsam,
136 & per quam clare appareat eos nullatenus
errasse, *prout post Bald. & Salicet. in l. solam. numer. 3. ff. de testib. sensit Alex in consil. 147. post num. 16. lib. 1. vers. quando deponit quem esse furiosum, debet reddere causam sui dicti concludentem &c.* & sedulo admonuit *Rota coram bo. me. Penia in Romana Hæreditatis 13. Noueb. 1592. inter eius à me impress. decis. 202. nu. 3.* vbi asse-
137 ritur, quod ad hoc, vt testes, probent aliquē
non fuisse sanæ mentis, non sufficit, vt deponāt simpliciter talem esse furiosum, nisi etiam non interrogati, sufficientem reddant rationem
138 eorum dicti, aliàs enim pro sana mente præ-
sumendū erit *cum alijs ibi allegatis, & animaduersum fuit coram R. P. D.* Cerro *in d. Meleuitana Hæreditatis 15. Aprilis 1644 §. Talis vers. cum agatur de probatione furoris, circa quam error facillimè potest committi &c.*
Sicque satis non esset, si testis in redditione rationis super furore diceret, talem ideo esse
139 furiosum, quia lapides per viam proijciebat,
nam & hoc casu nihil probaret, quia etiam Sapientes aliquando lapides proijciunt, cum iusta de causa id fieri possit, veluti pro tuitione corporis sui, vel alterius, aut relaxandi ani-
140 mi gratia, vel corpus suum exercendi, vel
alia rationabili causa, Oportet ergo, vt testes deponant, quod proijciebat lapides in via sine
141 causa, vel quod nullus sanæ mentis hoc fecis-
set, & quod hoc sæpius fecerit.
Item si testis deponeret quem esse furiosum, quia vidit eum ligatum in carcere cum funi-
142 bus, vt furiosum detinere, non concluden-
ter probat, nisi addat, & in vinculis vidisse, vel audiuisse facta, aut insana verba. Minusq; sufficeret, si deponeret talem noluisse obtem-
143 perare Medico, sed opus est, vt addat, quod
istud faciebat propter furorē, vel more furiosorum, cum possibile sit, medicinas sibi à Medico ordinatas, infirmum recusare propter infirmitatem, vel propter earum amaritudinē,
144 vel quia timeat ne plus damni, quàm adiu-
menti ferant, vt sæpè experientia demonstrat, necesse est, vt dixi, testes addere, propter furorem infirmum id recusare, & infra dicam.
145 Nam, & verba illa substantialia sunt in teste
deponente super furore, videlicet more insanorum quis aliquid fecerit, vel dixerit. *Bald. in §. item furiosi. Instit. quib. non est permiss. facer. testam. Alex. in l. cum dotem. §. maritus col. penult. in fin. ff. solut. matrim.* Ias. *in consil. 2. num. 9. vers. cum talia faceret more insanorum &c. lib. 1.* & testatur hanc esse doctrinam *Bald. in d. §. ite*
146 *furiosi*, eamque tamquam singularissimam extollit, sicuti etiam faciunt alij DD. ibi per eum adducti. *Magon d. decis. Florentin. 97. numer. 16 vers testes in aliquo erant defectiui, dum prætermiserunt hæc verba substātialia, videlicet more insanorum illa fecisse &c.*

ARGVMENTVM.

Testibus vt fides adhibeatur, si deponant super furore, vel dementia alicuius, inter alia requisita opus est, vt eorum depositio percutiat tēpus celebrati testamenti, vel alterius actus, quia si deponerent de tempore post, frustratoria esset talis probatio, cum furor superueniēs non dirimat actum perfectum.

Furiosus, quando constat, quod quis iam olim fuit, & in eo radicatus probetur, tunc semper præsumitur talis, quia qui semel cœpit fatuizare, numquam regulariter liberatur, quare dum quis probatur, quem olim fuisse furiosum, non tenetur docere, quod de tempore actus, erat etiam talis, quia talis continuatio præsumitur de iure, & sic contrarium asserenti, quod ille tempore actus erat sanæ mentis, incumbit onus id probandi, quod procedit etiamsi constaret eum habere dilucida interualla.

Notario attestanti de sana mente testantis an fides adhibeatur, est quæstio satis inter Doctores ventilata, sed potest distingui, aut enim cōstat, quod testator iam olim delirauit, & tunc eius attestatio ad nihil deseruiet, cum tractetur de eius vituperio, & damno, aut nullatenus de hoc constat, et tunc cum deponat, secundū præsumptionem naturæ, et iuris, et hoc casu facit vehementem præsumptionem sanitatis mentis.

SVMMARIVM.

147 *Testes vt probent furorē necesse est, vt attingant tempus præcisum ipsius.*
Testes, nisi deponant super tempore furoris, eorum probatio deseruiet de vento.
148 *Testes probando furorem, parum releuant deponendo in genere quem esse stultum.*
146 *Testes non probant furorem, si deponant quem postera die celebrati actus fuisse dementem.*
150 *Tempus, quando est fundamentum intentionis alicuius, præcisè tenetur illud probare.*
151 *Tempus præcisum testes non probant, si deponant generaliter, & incertè.*
152 *Tempus, quando est fundamentum intentionis alicuius, probari etiam debet de hora confecti actus.*
153 *Furoris probatio nihil iuuat, dum fuit probatus de tempore, post actum consummatum.*
154 *Furor superueniens non annullat actus iam perfectos.*

155 *Furor superueniens nullum negotium rectè gestum perimit.*

156 *Obligatio fideiussoria, non perimitur ob superuenientem furorem fideiussoris.*

157 *Fideiussoriam obligationem mors non soluit, licet ipsa omnia soluat.*

158 *Furiosi mortuis etiam æquiparantur.*

159 *Matrimonij vinculum non rumpit furor superueniens.*

160 *Matrimonium non dissoluitur, si post illud cõtractum, mulier dæmonibus sit obsessa, vel mentecapta.*

161 *Testes deponentes de furore ante tempus celebrati actus, an releuent. & num. 162.*

163 *Furiosum, quando constat quempiam iam fuisse semper præsumitur esse talem. & nu. 172.*

164 *Insanire, quando quis semel cœpit numquam liberatur.*

165 *Furiosus olim, hodie etiam præsumitur talis.*

166 *Furiosus olim, quod etiam hodie non sit furiosus, id asserens probare tenetur.*

167 *Actus gestus ab eo, qui fuit iam olim furiosus, debet annullari, non docto de sana mente.*

168 *Delictum commissum ab eo, qui iam olim fuit probatum fuisse dementem, non est puniendũ. & numer. 169.*

170 *Furiosum, si quis asserat actum gessisse de tẽpore sanæ mentis, id probare tenetur.*

171 *Testamentum etiam pium conditum ab eo, qui iam olim erat furiosus non releuat, non docto de sana mente.*

173 *Furiosus præsumitur continuare in eodem furore ex præsumptione iuris.*

174 *Animi passiones vehementes, durare præsumũtur, nisi contrarium probetur.*

175 *Furor, postquam est radicatus, durare præsumitur, vt docent Medici, & experientia demonstrat. & num. 181.*

176 *Delirare, qui semel cœpit, & fatuum esse numquam liberatur.*

177 *Furiosus, licet habeat dilucida internalla, tamen si quis asserat actum gessisse de tempore illo, tenetur id ipse probare. & num. 178. 180. 182. & 183.*

179 *Furor præsumitur durare, quamtumuis quis probetur habere dilucida interualla.*

184 *Furiosus celebrans contractus, licet ex verbis videatur sapiens, tamen id aliunde est probandum.*

185 *Cum furor iam probatus, semper durare præsumatur, & prædicta conclusio est communiter recepta. num. 186.*

187 *Primogenitura instituta à furioso habente dilucida interualla, non tenet, nisi probetur facta de tempore dicti dilucidi interualli. & numer. 188.*

189 *Furor in aliquo, quando iam fuit probatus, si habeat dilucida interualla, id est accidens, quod non præsumitur.*

190 *Accidens, quando est contra, vel præter naturam, tollit effectum præsumptionis ipsius naturæ, & num. 191.*

192 *Furor semel probatus præsumitur durare, quamuis Notarius attestetur, celebrantem testamentum, vel alium actum, esse sanæ mentis.*

193 *Notario non creditur, nisi de eo, quod sibi mãdetur.*

194 *Notarius de qualitatibus, & rebus naturalibus, quæ nec dependent à voluntate partium, non potest condere instrumentum.*

195 *Notarius non probat sanam mentem testantis, quamuis fuerit rogatus ab eo, vt id attestaretur.*

196 *Notarij verba enunciatiua, sanus mente & c. quare non disponant.*

197 *Notario deponenti de sana mente testãtis, quod non credatur est verior, & receptior opinio, immo, & verissima. num. 198.*

199 *Testis deponens in causa propria nõ creditur.*

200 *Testi non creditur deponenti super facto alieno, quando ex eo reportaret aliquod commodum, vel vituperium.*

201 *Causa propria illa etiam dicitur, ex qua testis commodum, aut damnum sperat.*

202 *Quæ opinio est communiter recepta.*

203 *Notario conficienti testamentum alicuius dementis, magnum damnum et id potest afferre.*

204 *Notarij antiquam testamenta scribant, pro debito sui officij, & honoris, quid perquirere deberent.*

In officio suo, quilibet præsumitur diligens,

205 *Negligens in arte, vel officio suo, qui est, dicitur esse in lata culpa.*

206 *Notarij iurant fideliter exercere suum officiũ.*

207 *Notarij assertio de sana mente testantis, inducit vehementem præsumptionem ad eam probandam.*

208 *Notario tamquam officiali publico credendum est.*

209 *Notario attestanti de sana mente, eo magis videtur credendum, cum dictet secundũ ius commune.*

210 *Testator, quando verè, vel præsumptiuè erat furiosus, tunc attestatio Notarij, quod erat sanæ mentis, non attenditur. & quare numer. 209.*

211 *Coniectura simplices non iuuant, contra præsumptiones naturæ, & iuris.*

212 *Furiosi, & mentecapti sæpe loquuntur prudẽter, & tamen non sunt tales.*

213 *Notarius excusatur, condendo testamentum furiosi, dum in eo actu non vidit signa manifesta furoris.*

214 *Notarij attestatio, de sana mente testatoris, quando inducat vehementem præsumptionem pro ea.*

CAPVT XIV.

FVror, vt concludenter per testes dicatur probatus, non tantum requiritur, vt deponant secundum requisita in præcedenti ca-
147 pite deducta, verum etiam necessarium est,

vt

vt eorum depositio tempus, vel momentum,
quo actus prætenditur annullari ex causa fu-
roris, percutiat, aliàs tales depositiones deser-
uiene de vento, itaque parum iuuabit, si testes
148 probent indefinitè, quem fuisse, vel esse in-
sanum. cap. sicut tenor. iuncta glos. in verb. mente.
de regular. Paul. de Castr. in l. qui testamentum.
§. nec furiosus. ff. de testament. milit. quem refert
Alex. in l. furiosum. post num. 3. C. qui testamēt.
fac. poss. Honded. consil. 78. num. 71. vers. conside-
randum est, nunquid deponant de furore tem-
pore professionis &c. lib. 2. cum alijs abunde rela-
tis per Maschard. de probation. conclus. 824. nu.
15. vers. tempore actus probare debet &c. et ita
sæpius censuit Rota, coram bon. mem. Orano in
causa Rauennaten. Attentatorum 13. Martij
1589. circa fin. vers. deponentes, de insania non
percutiens tempus ipsius actus &c. et corā Card.
Caualer. decis. 366 num. 7. vers. necessaria erat
temporis expressio, & quod furor inesset tempore
donationis ad illam inualidandam &c. et coram
bon. mem. Manzaned. decis. 570. nu. 15. vers. nec
deponunt de tempore testament, prout necessa-
rium ad illius inualiditatem &c. part. 4. recent.
tom. 3, et coram R. P. D. Carillo d. decis. 232. n.
35. vers. probatio dementiæ non releuat, nisi con-
cludenter probata de tempore testamenti &c.
part. 7. recent. Itaq. non sufficeret, si testes pro-
149 barent furorē alia die, vt sensit Cæsar Garen-
in suis practic. resolut. cap. 171. nu. 14. vers. non
sufficit, si probatur altera die furiosus &c. Rota
coram bon. mem. Durano decis. 178 nu. 10 vers.
itaq. non sufficiat, si aliqua die probetur furiosus
&c. et coram eodem Manzanedo decis. 384. nu.
10. vers. isti testes super dementia non deponunt,
de tempore testamenti prout est necesse &c. part.
3. recent. cum alijs allegatis à Rota coram R. P.
D. Cerro in causa Melinitana Hæreditatis 15.
Aprilis 1644. §. Idque vers. eoque magis quia
testes non percutiunt tempus præcisum conditi
testamenti prout opus esset &c.

Cui sententiæ optimè conuenit illud decā-
tatum, axioma Iuris, vt dum fundamentum
150 intentionis alicuius est tempus, illud præci-
sè, et explicitè probandum est, nec sufficit si
generaliter, vel incertè probetur est text. in l.
non solum. §. sciendum. vers. sed vt probari ff. de
nou. oper. nunc. l. cum actum ff. de negot. gest. l. col-
te. C. de probat. & post Angel & Alex. comprobat
Osach. decis. Pedemont. 79. num. 53. vers non ne-
cessariò includunt tempus suarum depositionum
de quo præcisè erat probandum &c. latè in pun-
cto Card. Zabarell. consil. 56. n. 5. vers. quod quā-
do quis fundatur super aliquo, quod habet tem-
poris determinationem &c. Riminald. Iun. con-
sil. 39. num. 28. vers. quando tempus est à funda-
mentum intentionis alicuius, est præcisè proban-
dum &c. cum alijs ibi allegatis, & copiosius per
Surd. decis. 75. nu. 10. vers. qui se fundat in tem-
pore certo, & præciso, tenetur illud probare &c.
& passim respondit Rota, & præsertim coram
Card. Sacrato decis. 361. num. 6. vers. quādo au-
tem tempus est de substantia, debet præcisè pro-
bari &c. part. 2. recent. & coram bon. mem. Piro-
uano decis. 441. num. 2. vers. et præcisè, quando
tēpus est de substantia &c. part. 3. recent. et coram
Coccino decis. 469. num. 4. eadem part.
151 Vbi etiam dicitur, quod quando tempus est
de substantia rei, debet probari etiam de hora
confecti actus, et coram Card. Panzirolo decis.
99. num. 10. vers. quia non percutiliter tempus præ-
cisè vnionis &c. part. 7. recent. et coram Card.
Verospio decis. 130. num. 20. vers. quod tempus
erat necessariò probandum, dum in eo constitue-
batur id fundamentum &c. eadem part. 7. cum
alijs allegatis coram bon. mem. Merlino dec. 711.
num. 20. vers. tempus cum sit de substantia præci-
sè attingere debebant &c. et deinde fuit dictum
corā R. P. D. Celso in Toletana Decim. 15. Iunij
1644. §. Vlterius vers. nec percutiliter tempus &c.
et coram eodem in causa Pisana Damnorum, &
Interesse 10. Iunij 1652. §. Adhuc. vers. quando
tempus est de substantia, tunc probatio debet ex-
cludere respectu temporis &c. et adde in puncto
Cyriac. controuers. forens. 334. num 27. vers. qui
fundat se in tempore tenetur illud præcisè proba-
re, & ibid. qui dicit talem fuisse furiosum, quando
contraxit, debet &c. cum alijs DD. et decisioni-
bus de quibus num. 138.

Firma igitur stat nostra cōclusio, quod pro-
152 batio furoris, dum præcisè non percutit tē-
pus, seu momentum ipsius actus, qui præten-
ditur annullari, sed post, nihil releuat talis
154 probatio, cum noti Iuris sit, furorem super-
uenientē non annullare actus iam perfectos,
vt in d. l. furiosum, & ibi communiter scribentes.
furor enim superueniens nullum negotium
155 rectè gestum perimit. §. Præterea Instit. quib.
non est permiss. fac. testament. latè Hering.
in tract. de fideiuss. cap. 30. titul de furore vbi
quærit, an furor superueniens in persona fide-
iussionis, extinguat obligationem fideiussoriā,
156 et asserit id nullatenus in iure esse expressū,
vt extinguatur, si enim mors, quæ omnia sol-
uit fideiussorem ab effectu obligationis fide-
157 iussoriæ liberare non valet, & sic multò mi-
nus furor superueniens ipsum ab effectu obli-
158 garionis fideiussoriæ liberabit, quia furiosi
mortuis etiam æquiparantur à Bald. in l. hu-
manitatis nu. 4. C. de impub. et alijs substitut.
Hippolit. de Marsil. in l. 1. in princip. et nu. 57.
C. ad leg. Cornel. de sicar. Hinc etiam est, quod
159 furor super veniens non dissoluit matrimo-
nij vinculum, vt notant DD. in cap. neque fu-
riosus, ibi, sed si contractum fuerit. 37. quæst 2.
& explicant Theologi in 4. distinct. 3. vbi S.
Thom. & Sot. art 4. Boer. decis. 24 num. 69. San-
chez de matrim. lib. 1. disput. 8. nu. 15. vers. se-
parandum non est matrimonium ob superuenien-
tem furorē. cum alijs allegatis per Boss. in eodem
tractat. de Matrim cap. 3. num. 57. vers. demen-
tia superueniens &c. et dixit Rota coram bon.
mem. Burat. decis. 763. num. 3. vbi dicitur, quod
160 matrimonium non dissoluitur, si mulier dæ-

moribus sit obsessa, vel sit mente capta, & id
post contractum matrimonium, *& coram eodē*
Buratt.d *decis.256.num.20.vers. et quatenus de*
illo tempore superuenisset dementia, illa tamen
non infringeret &c. sed persistendo in terminis.
Maior tamē difficultas oritur, in casu quo
161 testes deponerent de furore ante d actum,
et pariter nullatenus de tēpore ipsius actus,
an quoq. talis probatio dicatur frustratoria,
162 et in casu isto contrarium, vt scilicet valida
sit probatio, respondendum arbitror. Vnde
constituenda est regula contraria præcedēti,
et hoc propter rationem illam, nempe quan
163 do constat, aliquem fuisse furiosum, demen-
tem, vel insanum, semper præsumitur esse talē
vt colligitur *in cap. cum dilectus, et ibi glos. in*
verb. compotem. de success. ab in testat, et ibi no-
tat Abbas. *num.20.* et docuit *Bart. in tractat de*
testib. in verb. opposita prudentia, post num.94. et
seq. vers. quid si dixerit &c. Castren. *in l. qui te-*
stamento. § nec furiosus, num.3. ff. de testam. vbi
asserit, eum qui semel cœpit insanire, nunquā
164 liberari, idque confirmauit *Nicol. Buerard.*
in suis loc. legal. in loc. à tempore, ad tempus, post
num.18. vers. hinc etiā est. vbi ait, quod si quis
olim fuerit furiosus, vel inops mētis, præsumi-
165 tur etiam hodie talis, & ideo, qui dicit, eum
postea fuisse, vel esse hodie sanæ mentis, debet
hoc probare, & si non probauerit, debet actus
166 per talem gestus post furorē declarari nul-
lus, & inualidus, quia furor semel accidens,
præsumitur adhuc adesse, nisi contrarium pro-
betur, et quod prædicta opinio menti perpe-
167 tuò retinenda sit, quia docto de furore ante
actum gestum, postea transferatur in aduer-
sarium onus illud, quod de tempore actus di-
ponens non erat furiosus, bene monet *Paris.*
in addition. ad Bart. in l. mutus. 2. in litera H.
vers. tenet mentis perpetuò &c. ff. de bon. poss. furios.
Surd. *in consil. 89. num. 29. vers. qui semel fuit*
furiosus. vel mentecaptus præsumitur continua-
re in eodem furore &c.

Idem comprobauit *Gomez. variar. resolut.*
tom.3. cap.1. num.77. vbi ait, si probaretur, quē
aliquando fuisse furiosum, præsumitur durare
168 in tali statu & tempore furoris commisisse
delictum, et accusator, vel Iudex si procedat
ex officio, tenetur probare delictum esse factū
169 tempore sanæ mentis, ita probat *text. in can.*
indicas. 3. quæst. 9. et ibi glos. in verb. ostenderis,
et ibi etiam latè *Anchar.* vbi quoque affirmat,
ita aliquando ex facto interrogatum, respon-
disse, vt verè respondit *in consil. 5. num. 5.* vbi
asserit, quod ille, qui dicit furiosum gessisse
170 actum tempore, quo erat sanæ mentis, de-
bet hoc clarè probare, ex ibi allegatis, *& adde*
Alex. in consil. 141. num. 4. vers. qui certis tempo-
ribus fuit furiosus præsumitur in posterū furio-
sus &c. lib. 1. vbi ait, quod dùm Florentiæ as-
sideret iudicauit contra quoddam monaste-
171 rium Monachorum institutum hæredem,
in testamento vnius, de cuius anteriori furo-
re probatū fuerat, *& latè* Menoc. *de præsump.*
lib. 6. præsump. 45. n. 59. vers. sanè dicendū est, hūc
præsumi adhuc furiosum &c. num. 61. asseuerat
de veriori, et recepta Doctorum sententia, si-
cuti quoque testatur *Card. Mantic. de coniect.*
vltim. volunt. lib. 2. cap. 5 num. 7.

Vbi ait ex communi Doctorum sensu elici-
172 tur illa cōclusio, quod qui fuit furiosus, præ-
sumitur in eodē furore perseuerare, & ad hoc
plures congerit Doctores, et qui ad satietatē
eos videre desiderat, consulat *Mascard. de*
probat. vol. 2. conclus. 825. à nu. 1 vers. furiosum
semel, semper præsumi furiosum &c. & n. 3. vbi
plures DD. adducit, qui testantur de commu-
ni, et veriori opinione, et abunde quoque vi-
deatur *Farinac. in prax. criminal. in titul. de*
pœnis temperand. quæst. 94. num. 52. & copio-
sius in Fragment. in verb. Furor. num. 317.
vers. furiosus, qui fuit semel in futurum durare
præsumitur &c. qui pariter de communi, et
veriori testatur, & adde *Gaspar. Ant.* Thesaur.
quæst. forens. lib. 3. quæst. 34. nu. 3. vers. post cœp-
tum furorem argui perseuerantiam, et illum
præsumi durare in furore, nisi probetur contra-
rium &c. et num. 4. pro certa regula tradit fu-
173 riosum continuare in eodem furore ex præ-
sumptione iuris, et ad hoc plura allegat. &
subnecte *Cyriac. controuers. 534. num. 12. vers.*
qui probatur fuisse mentecaptum per aliquod
tempus ante, præsumitur etiam mentecaptus de
præsenti &c. Sanchez. *de Matrimon. lib. 1. disp. 8.*
num. 17. vers. quando constat aliquem dementē
fuisse, præsumitur adhuc demens &c. et deinde
Ioan. Angel. Boss *in eodem tractat. de Matrim.*
cap. 3. num. 67. vers. furor de præsenti præsumi-
tur durare in futurum &c. & sensit *Rota co-*
ram Card. Mantic. *decis. 60. num. 3. vers. tamen*
quando constat aliquem in furorem incidisse &c.

Supradictæ tamen cōclusionis, si ratio quæ-
174 ratur, ea in promptu est, quia passiones ani-
mi vehementes, prout inter alias est furor, seu
dementia, durare præsumuntur nisi contrariū
probetur, sicque furoris morbus, qualitatem
175 illam habet, qui postquam radicatus est, du-
rare præsumitur, vt testantur periti Medici,
ipsaque experientia docet, *et probat text. in*
l. humanitatis, C. de impuberib. et alijs substitut.
et in l. 1 ff. de curat. furios. et glos. celebris, in cap.
cum inter canonicos, 21. in verb. recusatus, vers.
quia non constabat. &c de elect. quæ benè pro-
bat, passiones animi vehemētes, et similes mor-
bos durare omni tempore præsumi, *Rodor.*
Suarez allegat. 1 num. 21. vers. passiones enim
et tales morbi durare præsumuntur &c. & ra-
tiocinatus est *Ioseph. de Sesse decis. Aragon. 36.*
num. 17. vers. morbus furoris non censetur de
facili recedere &c. vbi post *Castr.* & alios alle-
gat, id quod dici solet scilicet, eum, qui semel
176 cœpit delirare, & fatuum esse, nunquam li-
berari, *R. P. D. Ferentill. in annotat. ad Buratt.*
decis. 763 num. 16. vers. furoris morbus suapte
natura perpetuus, insanabilis, ac desperatus est,
et ideo

& ideo præsumitur durare omni tempore &c. et
adde alios allegatos per Iul. Cæsar Caluin. *in*
tractat. de Æquit. lib. 2. cap. 194. num. 5. vers. qui
semel cœpit fatuizare nunquam liberatur &c.
Magon. decis. Florentin. 97. numer. 10. vers. quæ
quidem dementia, et furor, cum semel quemquã
inuaserit durare præsumitur, nisi aliud doceatur &c. Simon. de Præt. *de interpret. vltim. voluntat. lib. 2. solut. 4. num. 19. vers. dementia, est defectus, seu motus in cerebro, cuius defectus non*
ita facile sanatur &c. et plura ibi allegantur.

Insuper in tantùm est vera prædicta conclusio, quod quando quis est factus stultus, & in-
177 sana mentis, quamquam dilucida interualla
habeat, attamen hoc non obstante, quod ab
eo dictum, aut factum est, præsumitur dictum,
aut factum nullatenus de tempore sanæ men-
178 tis, sed benè de tempore furoris, & qui con-
trarium dicit, probare debet, *vt est text. apert. in l. cũ aliis ff. de curat. furios.* vbi est casus, quod
furor præsumitur continuari, licet causaliter
179 quis habeat dilucida interualla per quem
text. ita tradit *Bart. in tractat. de testib. §. opposita prudentia.* Vbi scripsit eum, qui firmat furiosum, vel dementem gessisse aliquem actum
180 tempore sanæ mentis, id probare debere, cũ
præsumptio sit contra eum. Et notabiliter idẽ
sensit *in l. si eum dotem. § si maritus. ff. sol. matr.*
vbi per *text.* ibi dixit, quod quandocumque
aliquis est infirmus alicuius infirmitatis, quæ
181 illum extra mentem constituit, & nulla erat
spes sanitatis, si semel probatur furor, præsumitur semper in futurum durare, quã doctrinam sequitur *Angel. de Perus. consil. 36. col penult.* & eam doctrinam *Bart.* dicit esse mirabilem *Francisc. Aretin. in l in eo. nu. 2. ff. de testament.* allegatis per *Francisc.* Cald. *cons. 24. num. 5. vers. eam doctrinam Bart. esse mirabilem &c.*

Sic quoque docuit *Card.* Zabarell. *in clem. si furiosus. 1. num. 4. de homicid. volunt.* vbi refert
in contingentia talis casus sic respondisse, age-
182 batur, vt ipse inquit, ex causa mutui contra
quemdam, & obijciebatur contra agentem, eũ,
cui fuerat factum mutuum, fuisse furiosum, &
exaduerso fuit probatum, quod ille habebat
dilucida interualla, & ait *Zabarell.* in hoc casu
protulisse suam opinionem, satis non fuisse,
183 quod ille probauerit dilucida interualla, sed
doceri debuit, tempore illo, quo fuit celebratus mutui contractus, is haberet dilucidum
interuallum. In simili etiam casu ita controuersiam decidisse refert *Petr. de Anchar. in dicta clem. si furiosus. circa med.* Quidam furiosus
184 ait, qui ex verbis, & factis extrinsecè sanam
mentem præseferebat, is enim celebrauerat
contractum, in quo se obligauerat ad mille, eo
namque mortuo eius hæres eodem contractu
conuentus, rationem furoris excipiebat, & sic
se defendebat, & exaduerso probatum fuit, illũ
habuisse dilucida interualla, sicque aliquo tẽpore mentis sanitatem possedisse, & aliquo, minimè, sed non fuerat tempore contractæ obligationis probatus furor, ideo merito dubitabatur, vtrum obligatio præsumeretur facta
185 tempore dilucidi interualli, vel furoris, & in
eam pedibus, & manibus itum fuit sententiam
fuisse celebratum contractum, tempore furoris, cum semel fuerit furiosus, cuius *Ancharan.* iudicium secutus est *Dec. in d. l. furiosus. nu. 13. C. qui testam. facer. poss. Innocent. Anton. de Butr. Io. Andr. & Abb in cap. final. de success. ab intest.* Speculat. *in titul. de probationib. §. 1. numer. 19. vers. pone quidam erat furiosus &c.* Paris *in consil. 87. nu. 16. vers. non præsumuntur facta tempore sanæ mentis, & dilucidi interualli &c. vol. 3.* & ibi plures congerit DD. idẽ fouentes, & magnam eorum cateruam expendit *Mascard. de probat. d. conclus. 825. num. 10. vers. locum habet, etiamsi constaret furiosum habuisse, dilucida interualla &c.* sicuti pariter facit *Menoch. de præsumpt. lib. 6. d. præsumpt. 45. num. 63. vers in dubio præsumi gestum tempore furoris, & qui dicit gestum tempore dilucidi interualli probare tenetur &c. & copiosè* Parinac. *in fragmẽt. d. verb. Furiosus. nu. 329. vers. dic, quod præsumitur factum tempore furoris &c.* & attestatur, negari
186 non potest, dicam conclusionem esse communiter receptam, & deinde sensit Cyriac. *dicta controuers. 334. num. 13. vers. licet probaretur talem mentecaptum habuisse dilucida interualla præsumeretur etiam actus gestus tempore furoris &c.* & ad hoc plures Doctores ad satietatẽ
adducit.

Necnon adde *Molin. de primogen. Hisp. lib. 2. cap. 11. num. 30. vers. si vero de furore antecedenti continuato constet &c.* vbi ait, quod primoge-
187 nitura à furioso habente dilucida interualla,
instituta, non tenet, nisi probetur facta de tẽpore dicti dilucidi interualli, alias dicendum
est, fuisse instituta de tempore furoris, sic quoque sensit alter *Molin. Theolog. de Iust. & Iure tom. 1. tractat. 2. disputat. 136. num. 3. vers. constat fuisse amentem, lucidum habuerit interuallum præsumendum est illum nõ habuisse &c.* Barbos. *in d. cap. fin. num. 10. vers furor præsumitur durare omni tempore, si cõstet furiosum fuisse antea furore agitatum, quamuis dilucida habeat interualla &c.* Cyriac. *controuers. forens. cap. 334. num. 14. vers. præsumitur gestum tempore furoris &c.* & attestatur, quod communis opinio
188 est, quod indistinctè gesta à furioso quantũuis dilucida interualla habente præsumantur
tempore furoris facta.

Sicque vbi notum est, aliquem ante actum
controuersum fuisse furiosum, præsumitur, vt
189 sæpius dixi, durare in futurum, & omni tempore, & illa dilucida interualla, quia sunt per
accidens, minimè præsumuntur, nam accidens
licet sit contrarium naturæ, vel præter naturã
190 tollit effectum præsumptionis ipsius naturæ
& hoc præcipuè in accidente saltem aptitudine, vt accidens, seu morbus furoris, ac dementiæ, & proinde stante furore huiusmodi iam
191 noto, & semel probato, licet aliquando adfuerint

fuerint dilucida interualla, tamen qui asserere
voluerit mentem sanam, id probare tenetur,
vt supra firmatum est.

Intellige pariter veram prædictam conclu-
sionem, etiamsi Notarius, qui rogauit se de
tali actu gesto à furioso, attestetur, talem fuis-
192 se sanæ mentis de tempore testamenti, vel
alterius actus, vt infra num. 208. Et generali-
ter loquendo, Notario attestanti de sana men-
te non videtur credendum, cum ipsi ex quadã
consuetudine in testamentis communiter scri-
bere soleant, Titius sanus mente, licet corpo-
re infirmus, & sic passim reperitur in eis, quæ
verba deducta videntur, *ex l. sanum. 27. ibi, sa-
num mente, licet egrum corpore, rectè transigere
manifestum &c. C. de transact.* Nam Notario
193 non creditur, nisi de eo, quod sibi mandatur
*text. in auth. de tabell. §. nos autem. collat. 4. idem
tenet* Aretin. *in leg. 2. num. 1. ff. de testament.* De
qualitatibus enim, et rebus naturalibus non
194 potest Notarius conficere instrumentum, ad
producendum effectum, qui non dependet à
potestate partium rogantium, Quod etiam
procedit, etiamsi testator rogauit Notarium,
195 vt scribat quod erat sanæ mentis, *& latè id
examinat* Angel *de Gambel in tract. de testamẽt.
glos. 3. num. 4. vers. si Notarius in principio testa-
menti, dicat Titius sana mentis &c. vbi numer. 6.*
ait, quod verba enunciatiua Notarij (prout
196 sunt dicta verba Titius sanæ mentis &c.) nõ
disponunt etiam inter partes à quibus est ro-
gatus, nisi in his, quæ partes possunt disponere,
*vt in l. optimam, & ibi notant DD. & præsertim
Cyn. Bart Bald. Ang. & Saliect. C. de contrahend.
& committend. stipulat.* et insuper attestatur,
et determinat, quod opinio negatiua, vt non
197 credatur Notario attestanti de sana mente,
sit verior, et receptior. *id pariter defendunt Ro-
deric. Suarez allegat. 1. num. 8. vers licet in prin-
cipio testamenti dicatur sanus mente, non tamen
ex hoc probatur sana mens &c.* Bocr. *decis.* 23.
*num. 71. vers. mentis sanitas non probatur per te-
stimonium Notarij &c.* et post Ias. et alios, pro-
fitetur hanc esse communem opinionem, sicuti
pariter facit *Franc. Viu. in Sylu. commun. opin.
cap* 534. *à num. 1. & num. 3.* affirmatque præ-
198 dictam esse verissimam opinionem, reiectis
Saliect. & Corn. in contrariam sententiam in-
clinantes. *Menoch. de præsumpt. lib. 6. à præ-
sumpt. 45. num. 65. vers. mente sanus non præsu-
mitur, cũ Notario non credatur &c.* Riminald.
*Iun. consil. 376. numer. 22. vers nec standum est
assertioni Notarij, dicentis in testamento, sanus
mente &c.* Simon de Pret. *de interpretat. vltim.
volunt lib. 2. interpret. 1. dub. 1. solut. 4. n. 13. vers.
in tantis negotijs periculum est credere vni Ta-
bellioni &c.*

Viua est quidem illa ratio, quod sicuti testi
199 non creditur deponenti in causa propria,
vt in l. omnibus. 9. ibi, *in re propria dicendi testi-
moniũ iura submouerunt. C. de testib.* ita nõ cre-
ditur super facto alieno, quãdo in causa in qua
200 deponit haberet aliquod interesse, vel ex sua
depositione, speraret commodum, vel honorẽ
consequi, aut è contra damnum, vel vituperiũ
euitare, nam tunc indistinctè non probat, cũ
201 tunc etiam causa propria illa dicatur, ex qua
quis cõmodum, aut damnum resultare putat.
*l. 1. §. in causa propria ff. quando appelland. sit, &
intra qua tempor.* à qua opinione nullus est, qui
dissentiat, *vt post Menoch. & alios profitetur
Farinac. de testib quæst. 63. num. 211. vers. dam-
num, vel vituperium euitare &c.* et in fine post
cumulatos plures DD. indubitanter firmat,
202 sine dubio ita communiter receptum esse,
& idem firmauit Surd. *decis.* 219 *nu. 2. vers. non
est bonus testis is, qui de suo honore, vel vitupe-
rio &c.* Hieronym. à Laurent. *dec. Auenion.* 105
*num. 1. vers. ille testis nullo modo probabat &c.
& num. 4. vers. qui ex depositione sua laudem, vel
vituperium consequi poterat, repellitur &c* Ant.
de Gamm. *decis. Lusitan. 98. num. 1. vers. ex quo
sibi ipsis laus, vel opprobrium obuenire possit, non
est adhibenda fides &c.* Ioseph. Ludouic. *decis.
Lucen. 14. num. 13. vers. ratione vtilitatis non
creditur testibus &c,* et passim sic respõdit Ro-
ta, et præsertim *coram Card. V baldo decis. 159.
num. 21 vers. secundus testis tamquam interessa-
tus non probat &c. in recentior. part. 5.* ibique
aliæ decisiones referuntur, *& coram bon. mem.*
Penia *decis. 77. num. 10. vers. opponitur, quod sit
interessatus &c.* Et quod dicti testes nullum
gradum probationis faciant, sedulò *aduertit
Rota coram Card.* Verospio *decis. 107. num. 25.
vers. nullam fidem facere poterãt propter interes-
se &c. par. 7. recent.*

Quare, cum nullibi sit dubium, quod esset
opprobrium, imo periculum, ac magnum in-
203 teresse Notario conficienti instrumentum
alicuius dementis, cum iurent Notarij fideli-
ter exercere suum officium. *cap. ad audientiam
de præscript.* Notarij enim, antequam ipsi in-
cipiant scribere testamentum alicuius pro va-
liditate sui instrumenti, et debito sui officij, et
204 honoris, diligenter prius cum testibus voca-
tis perquirere optimum erit, de bono intelle-
ctu, et sana mente testatoris cum præsumatur
quilibet diligens in officio suo. *d. cap. cum ad
audientiam, vers. nos igitur.* Cum in lata culpa
205 dicatur esse, qui est negligens in arte, seu of-
ficio suo. *Bart. in l. quod Nerua num. 17. & 18.
ff. deposit. Menoch. consil. 1194. num. 18. & 30.
& faciunt tradita per Rotam coram Reuerẽ-
diss* Dunozetto *Decano in causa Cusentina Be-
neficij 4. Decemb 1637. §. Præterea. & coram
eodem in causa Romana Census, seu Depositi
8. Martij 1641. §. Minus, vers. in lata culpa di-
citur esse, qui est negligens in officio suo &c.* quã-
206 obrem absque difficultate Notario attestã-
ti de sana mente contrahentis, non est credẽ-
dum propter rationem supradictam, et ità in
puncto *post Viu. Io. Andr. Anton. de Butr. Alex.
Duennas, & alios ratiocinatus est Francisc.*
Caldas. *consil. 24. sub num. 16. vers. sicut non*

dicitur

Digitized by Google

creditur, quando sibi potest quæri laus, vel opprobrium &c. & adde Paris. *in cons. 87. numer. 43. vers. depositio Notariorũ deponentium &c. lib. 3.* Cyriac *controuers. forens. cap. 334. num. 27. vers. quia tunc agitur de eius opprobrio &c.*

Sunt tamen multi celebres DD. qui oppositum defendunt, asseuerando quod talis No-
207 tarij assertio de sana mente, faciat vehemen-
tem præsumptionem ad eam probandam, nã
208 Notarius est officialis publicus, cui credẽdũ
est, *l. si quis decurio. C. de fals. et in auth. de instrum. cautel. & fid. §. si vero nominantur & l. 1. §. penult. ff. de offic. præfect. & cap. cum parati. de appellat. cap. ad audientiam. de præscript.* eoque
209 magis videtur eidem credendum, quia cum
quilibet sanæ mentis præsumatur *l. 2. C. qui testam. fac. poss. et dixi supra num. 138.* Ergo Notarius dicendo dicta verba, *sanus mente &c,* non ponit, nec inducit aliquid de nouo, sed declarat, quod ius dictat, igitur &c. eamque opinionem defenderunt, *post Imol. in l. 3. ff. de testament. Tiber.* Decian. *in consil. 51. numer. 41. vers. assertio Notarij, qui scripsit testamentum, asserentis eũ tunc fuisse sana mẽtis, creditur &c. lib. 4. et sic tenent plures alij consulentes ibi per* Decian. *adducti. et adde* Honded. *in consil 78. num. 58. vers. negari tamen non potest, quin faciat magnam coniecturã &c.* Magon. *decis. Florentin 97. num. 12. vers. Notarius, qui testamentum scripsit, asseruit testantem sanæ mentis fuisse &c.* Cæsar Caren. *in suis practic. resol. cap. 171. num. 4. vers. hæc autem assertio Notarij sine dubio inducit vehementem præsumptionem sanitatis intellectus &c. et sequsit Rota corã bon. me.* Buratt. *decis. 256. numer. 3. vers. assertio Notarij de sana mente vehementem facit præsumptionem &c. et coram R. P. D.* Carillo *decis. 233. num. 32. vers. maximè quia Tabellioni asserenti testatorem fuisse sana mentis prout hic, standũ est &c. par. 7. recent. et coram Reuerendiss.* Terracinen. *in causa Meleutana Hæreditatis 1. Iulij 1633. §. vltim. vers. sed omnis cessat difficultas ex facto, tum ex assertione Notarij facta in testamento, in quo se fundat pars aduersa, dum in ea enunciatur testator sana mentis &c.*

Sed quia opinio ista est valde inter DD. cõtrouersa, tamen quidquid sit de ea, certum tamen est quod in casu nostro, de quo supra *numer. 192.* cessat omnis amaritudo, et sic indubitanter potest concludi, quod quando verè,
210 vel præsumptiuè fuit probatus furor ante
conditum testamentum, cum ille præsumatur
durare, donec contrarium probetur, vt iam
deduxi *num. 163.* ideoque tunc standum est,
primæ opinioni de qua supra *num. 193.* scilicet
prædictam Notarij attestationem, aliquid non
211 releuare, nec præsumptionem inducere ad
docendam sanam mentem, cum esset ratio iã
adducta, scilicet quemlibet præsumi sanæ mẽ-
tis, nam semel probato furore, vt dixi, præsu-
mitur durare in futurum, et sic Notarij asse-
212 rerent contra præsumptionem iuris, quo ca-
su requiruntur plenæ probationes, et sic non
sufficerent simplices coniecturæ desumptæ ex
sola Notariorum attestatione, cum ipsi in hoc
facile possint decipi, nam furiosi, siue mente-
213 capti sæpe loquuntur ad propositum, et fa-
ciunt actus quales conueniunt viris pruden-
tibus, sed tamen id euenit casu, nec inde re-
sultat eos esse sanæ mentis, vt latè dicam infra.

Hinc est, quod Notarius excusatur condẽ-
214 do testamentum furiosi, quando in eo actu
non vidit manifesta signa furoris, et sic nõ fuit
in culpa, vt post *Alex. Paris. Surd. Mãtic. Suarez. Burg. de Pax.* scitè differit *Ioseph. de Sess. decis. Aragon. 56. n. 23. vers. maxime cũ non viderit in eo actu manifesta signa furoris &c.* Cyriac. *controuers. forens. cap. 334. num. 25. versic. quia Notarij potuerunt decipi, nã furiosi sæpe loquuntur ad propositum &c.*

215 Quando vero non constaret, seu non fuerit
probatus præcedens furor, et tunc procedie
altera opinio de qua supra *à num.* 205. quod
assertio Notarij, quod testator erat sanus mẽ-
te, induecat vehementem præsumptionem, vt
habes supra *d. num.* 205. Cæterum quãdo fuit
semel probatus furor, contrarium est dicendũ
216 cum prædicta conclusio, quod docto semel
de furore, præsumatur semper durare, donec
aliud non docetur sit indubitata, quam etiam
in sequenti capite comprobabo, et declarabo.

ARGVMENTVM.

Natura cum non patiarur subitaneam mutationem maxime in his, quæ concernunt mentem, sensus &c. ideoque conclusio, quod semel furiosus semper præsumatur talis, multò magis procedit, quando agitur de actu facto ab eo, paulò post, quam incidit in furorem, cum vicinitas temporis valde operetur. Inimicus reconciliatus, licet admittatur contra inimicum, tamen id non procedit, si de recenti fuit facta dicta reconciliatio, quia adhuc præsumuntur durare reliquiæ rancoris, & mali animi. Iudæus de nouo factus Christianus, quare non possit ordinari.

Furiosus, quando non præsumatur manere in eodem furore, & sic si fecerit testamentum, vel alium actum prudenter, & laudabiliter, an dicendum veniat illum eo tempore insania nõ laborasse, & distinguitur, aut fuit probatum prædictum furiosum solitum fuisse habere dilucida internalla, & tunc de eo tempore præsumitur ea habuisse, aut constat semper fuisse dementem, & tunc tamquam casu facta, quãuis prudenter non tenent.

Declara tamen, tunc testamentum rectè factum ab habente dilucida interualla valet, et præsumitur de tempore sanę mentis conditum, quãdo deliberatè, & spontè ab eo fuit factum, secus verò si ad suggestionem, & interrogationem alterius, et quare. Testibus paucioribus

depo-

deponentibus de ſana mente magis creditur, quàm mille negantibus, et qualiter, et quando prædicta concluſio procedat.

SVMMARIVM.

217 *Furoris vicinitas multum operatur, ad eam præsumendam.*

218 *Natura non patitur repentem mutationem, & nu. 249. et 250.*

219 *Furiosus licet desierit esse furiosus tamen, nisi appareat facere actus prudentes, præsumitur in eodem furore manere. amplia nu. 220.*

221 *Actus gestus à furioso, quamuis rectè factus non valet, si paulò post furorem fuit gestus, Quia integra mente non præsumitur ille adhuc esse.*

222 *Testes, qui prius erant inimici, et postea recōciliati, admittuntur contra olim inimicos. quia attenditur tempus depositionis. et nu 223.*

224 *Testis reconciliatus, tunc admittitur contra olim inimicum, si longum tempus post reconciliationem intercesserit.*

225 *Testis quantumuis reconciliatus non admittitur contra inimicum, quando modicum tempus intercessit post reconciliationem, Quia adhuc reliquiæ præcedentis odij, seu rancoris præsumuntur durare.*

226 *Accusatores, & testes minimè esse possunt, qui ante externum diem erant inimici accusati. Inimico nemo citò venit in gratiam.*

227 *Inimicus de breui reconciliatus, timendum est, ne amicitia sit vera, & sic adhuc rancoris vestigia repupullent.*

228 *Iudex, vel accusator, vel testis non potest esse sui inimici, qui post modicum tempus est reconciliatus.*

229 *Testis de breui reconciliatus, tunc multò magis non admittitur contra inimicum, quando post reconciliationem, secuta est aliqua causa odij.*

230 *Quia tunc non videtur testis idoneus, quamuis reconciliatio non esset de breui.*

231 *Inimicus etiam post mille reconciliationes nūquam potest dici integer testis.*

233 *Inimico suo in æternum non est credendum, & si humiliatus vadat curuus, custodiendum est ab eo. Liuorem acerbum, nulla dies potest placere.*

234 *Inimicitia non facit indicium ad torturam, quando secuta est reconciliatio, limita si de recenti facta sit. num. 235.*

236 *Iudæus de modico factus Christianus non potest ad ordines sacros promoueri, sed aliquod tempus debet prius currere.*

237 *Neophitus ideo ad ordines sacros non potest promoueri, quia ex tempore, & signis debet constare an in fide perseueret, & num. 240.*

238 *ad Religionem Christianam conuersus nemo ante biennium debet tonsurari.*

239 *ad Sacerdotium nullus Neophitus debet promoueri.*

241 *Esse aliquid in statu, vel de recenti fuisse paria sunt.*

242 *Factum aliquod de recenti fuisse, vel factum non esse, paria sunt.*

243 *Infirmus sicuti excusatur à comparendo, ita etiam excusatur, si de recenti exijt à malo.*

244 *Morbo cessante, cessat impedimentum.*

245 *Valetudinarij non tenētur comparere cum ex reliquijs præcedentis morbi possunt reincidere in morbum.*

246 *Medicus tenetur curare infirmum recidiuantem pro eodem salario, & distingue.*

247 *Reliquiæ præcedentis causæ, etiamsi de recenti cessasset causa, adhuc durare præsumuntur. & numer. 248.*

251 *Furioso si aliquid fuerit relictum, donec permanserit in furore, videtur testatorem voluisse legatum resolui, si ad sanam mentem deuenerit.*

252 *Legatum relictum furioso, donec permanserit in furore, illud non resoluitur, si ille in furore decesserit, sed vadit ad eius heredes.*

253 *Mortuus censetur manere in eo statu, in quo decedit.*

254 *Legatum relictum vxori, donec abstinuerit à secundis nuptijs, si illa moriatur in statu viduali, illud remanet heredibus mulieris.*

255 *post Mortem, quis iuris fictione præsumitur manere, sicuti in quo erat tempore mortis.*

256 *Furiosus semel, præsumitur in eodem furore perseuerare. dum fuerit probatum per aliquod tempus in furore perseuerasse.*

257 *Furiosus non præsumitur in eodem furore perseuerare, si tantum aliqui actus furoris fecerit. & num. 256. & 465.*

258 *Actus aliquos furoris, si tantum quis fecerit eos per accidens præsumitur fecisse.*

260 *Furiosus non præsumitur perseuerare in eodē furore. si iudicio Peritorum probetur, id contingisse ex causa accidentali,*

261 *Et sic ex verisimili coniectura præsumitur etiam cessasse furor.*

263 *Furor dum est probatus ante; & post actum qui prætenditur annullari, & tunc aliud non est probandum,*

264 *Extremitatibus probatis media præsumuntur.*

265 *Furiosus, si habeat dilucida interualla, & dispositio ab eo facta, est prudenter facta, & tunc non præsumitur, quod de eo tempore fuerit furiosus. & nu. 267. contra nu. 301.*

268 *Furiosus semel, quod semper præsumatur talis, ista præsumptio tollitur alia vehementiori præsumptione.*

269 *Sapiens, vel stultus quis in dubio debet censeri, secundum qualitatem ipsius dispositioni. & num. 270. quæ opinio menti tenenda est. numer. 273.*

271 *Senatus Romanus approbauit testamentum cuiusdam furiosi. ex eo, quia illud prudenter reperiebatur factum. & num. 272. 274. 278. & 300. vbi quod hoc est mirabile.*

Testa-

Testamenta magis sunt inspicienda, quã quod quis ea scripserit.

275 *Actus quod præsumatur factus à prudenti, vel à stulto ex qualitate ipsius dispositionis, est opinio Io. Andr singularis & peregrina & n. 276.*

277 *Et est verior, & rationabilior conclusio, & in diuersis Orbis Tribunalibus recepta. num. 280.*

281 *Sententia cuiusdam fatui Parisiensis refertur, quæ in quodam casu, qui hic refertur à nu. 282. & seqq.*

285 *Fuit adeo iusta, & prudens ita vt multi DD. de ea admirentur, cum ipse Gratianus, vel Cato melius non poterant iudicare.*

286 *Fatuus quidam in quæstione de præcedentia inter Legistam, & Medicum, iudicauit, quòd Fur, Carnificem præcederet.*

287 *Fatuus ex tenore sententiæ ab eo prolatæ cognoscitur an de eo tempore sit talis.*

288 *Testamentum furiosi rectè disponentis valet, sicuti quilibet actus à stulto prudenter gestus.*

289 *Testamentum factum à furioso habente dilucida interualla, si laudabiliter fuerit factum, tenet, quia præsumitur factum de tempore sanæ mentis.*

290 *Et sic in diuersis Orbis Tribunalibus fuit decisum, approbando sententiam Romanorum Senatorum, de qua supra num. 271.*

291 *Et præsertim in Consilio Neapolitano.*

292 *In Auditorio Lituanico.*

293 *In Senatu Burdegal. In Senatu Lusitano.*

294 *In Rota Perusina.*

295 *In Senatu Pedemontano;*

296 *In Camera Imperiali.*

297 *Et sæpius in Supremo Rom. Rota Tribunali.*

298 *Mentis sanæ coniectura nulla maior datur, quam illa, quæ sumitur ex ipsa dispositione, de qua controuertitur.*

302 *Furiosus non præsumitur sanæ mentis, quamuis rectè faciat.*

Furiosus non præsumitur sanæ mentis, licet ingrediatur Monasterium, & bona sua dispẽses pauperibus.

303 *Actus factus à furioso, sicut quilibet prudens faceret, nullius est roboris.*

304 *Sententia Romanorum Senatorum super approbatione testamenti à furioso prudenter facti, ex quo valuit.*

305 *Testamenta stultorum rectè condita, si valerent, multæ fraudes possent committi, & vide num. 320.*

306 *Testamentum furiosi laudabiliter conditum quando valeat, et quando non vide distinctionem. nu. 307. 308. & seq.*

309 *Furor vbi adest, ibi, abest voluntas, & discursus.*

310 *Testamentum conditum à furioso habente dilucida interualla rectè factum tenet.*

311 *Quando deliberatè, & sponte fuit conditum et ideo secus si ad alterius interrogationem. num. 313.*

312 *In furore persistens facilè negatiuè prudenter negatiuè, vel affirmatiuè potest respondere.*

314 *Furiosus habens dilucida interualla, si testetur ad interrogationem alterius, non potest cognosci an tunc erat sanæ mentis.*

315 *Et hoc quantumuis prudenter testetur, quia talis prudentia ei non possit ascribi, quare si dubitetur de hoc, non tenet, & num. 316.*

317 *Testibus deponentibus de sana mente magis credendum, quam deponentibus de insania.*

318 *Illis enim assistit ius cõmune, quæ opinio negari non potest, quin non sit communior.*

319 *Testibus deponentibus de insania, quod magis sit standum, quam deponentibus de sana mẽte, est opinio nonnullorum DD. sed damnata.*

320 *In Probationum concursu quod magis sit stãdum testibus deponentibus de insania, quàm de sana mente, id ratio nulla naturalis suadet.*

321 *Testibus duobus deponentibus de sana mente magis est standum, quam mille negantibus. et num. 322. 323.*

324 *Testibus pauscioribus deponentibus de sana mente, tunc est standum, quando sunt melius informati, quam testificantes contrarium.*

325 *Idẽ si illi deponant in specie, et isti in genere.*

326 *Testes mille si deponerent, quem fuisse furiosum ante testamentum, et duo deponant de sana mente de tempore testamenti, isti præualent.*

327 Probationes præualent præsumptionibus.

328 *Testes, quando dicantur deponere in specie de actibus sanæ mentis, & num. 329.*

330 *Testibus deponentibus de sana mente in specie et alijs deponentibus de insania pariter in specie, standum est maiori numero.*

331 *Testibus paucioribus deponentibus de insana mente in specie, magis standum est, quam deponentibus de sana in genere.*

332 *Testibus deponentibus de sana mente, vel de insana, quando intret quæstio quibus magis sit standum. num. 333. et seq.*

CAPVT XV.

IN Furorem, dum quis incidit, cũ morbus
iste cerebri sit fere desperatus, nam quãdo
quis semel fatuizare incœpit, difficile sanatur,
vt constat ex communi Physicorum Schola,
ipsaque experientia demonstrat et ista est Iu-
ris præsumptio, vt satis in præcedẽti capite de-
monstraui, quare nunc loqui prosequendo de
eadem materia, vnde tunc multò magis pro-
cedit dicta præsumptio, si intra modicum tem-
217 pus, dispositio, quæ controuertitur inualida,
& nulla, fuit facta nam talis vicinitas multùm
operatur ad præsumendam modicam illã con-
tinuationem furoris, Natura enim non patitur
218 repentem mutationem, præsertim in his, quæ
concernunt mentem, sensus, & affectus homi-
num, *vt benè post Ias. in l. pater furiosi nu. 5 ff de
his quæ sunt sui, vel alien. iur.* declarat *Decian.
in consil. 34. num. 32. vers. & quod à modico tem-
pore &c. lib.* 3. vbi consuluit, quod furiosus, li-
cèt desierit esse in furore, tamen nisi appareat,

219 quod fecerit ea, quæ quilibet sanæ mentis fe-
cisset, præsumitur adhuc in furore durare, &
præsertim, quando constat, quod diu fuit in
furore, & à modico tempore citra furor, desijt,
220 sic quoque potest argui in casu nostro. & in
puncto post Bald. Aretin. Anchar. Couar. & alios
affirmat Card. Mantic. d. lib. 2. cap. 5. sub num. 6.
vers. quando testamentum, vel alius actus paulò
post furorem factus fuerit aliud si fiat post longū
interuallū &c. cum alijs copiosè relati per Mas-
card. de probat. d. conclus. 815. nu 20. vers. quan-
do actus factus fuerit post diuturnum temporis
interuallum post tempus furoris &c. adde Boss.
in tractat. de matrimon. d. cap. 3. numer. 71. vbi
firmat, post DD. ibi allegatos, quod quando
actus gestus à furioso, est rectè actus, non va-
221 let, si proximè, et paulò post furoris tempus
fuit gestus, quia integra mente non præsumi-
tur factus.

Congruitque illa iuris dispositio, quod licèt
222 verum sit, testes, qui primò fuerunt inimici,
sed postea reconciliati facta pace admitti con-
tra aliàs sibi inimicum, sed reconciliatum, at-
223 tenditur enim in materia ista tempus depo-
sitionis. Vnde si tempore depositionis testis
est amicus eius contra quem producitur, non
224 repellitur à testificando contra ipsum etiam
si antea esset inimicus arg. text. in l. 3. § fin. cū
leg. seq. ff. de adimend. legat. & ibi Bart. & com-
muniter DD. & facit text. in l. in ipsum. C. famil.
ercisc. Bald in sua Margarit. in verb. testis. vers.
testis inimicus. ex Innocent. quem allegat in cap.
cum oporteat de accusat. cum alijs copiosè relatis
per Farinac. de testib. quæst. 63. nu. 58. vers. non
procedere in inimico reconciliato, & cum quo se-
cuta est pax &c.

Attamen id verum est, si longum tempus
225 intercessit post recōciliationem, aliàs si mo-
dicum tempus, non admitteretur, quia reliquiæ
præcedentis odij, et rancoris durare præsu-
muntur, etiam post reconciliationem per ali-
quod tempus quale arbitrio Iudicis remitti-
tur secundum Clar. in §. fin. quæst. 24. numer. 6.
vers. & quid si secuta sit reconciliatio &c. in fin.
ideoque propter dictam vicinitatem repelli-
225 tur testis de proximo reconciliatus à testifi-
cando, iuxta text. singularem in can. accusato-
res. el 1. 3. quæst. 5. vbi dicitur, quod accusato-
226 res, et testes esse minimè possunt, qui ante
externum diem, aut nodius tertius inimici
fuerūt, ne irati nocere copiant, aut læsisse vul-
cisci velint, audiamus Plauti Comici consiliū

Cum inimico nemo in gratiam cito redit
Opus est tunc tuto loco ——————

Et ex nostris, idque optimè aduertit Gomez.
variar. resolut. lib. 3. cap. 12. numer. 14. vers. quod
intellige nisi talis reconciliatio sit de recenti &c.
Francisc. de Cort. in tractat. de testib. num. 101.
vers. & hoc si cōcordia sit de recenti &c. Aufrer.
de reprobat. test. num. 56. vers. nisi sit reconcilia-
tus de recenti &c.

Timor enim est, stante temporis breuitate
dictæ reconciliationis, ne amicitia verè sit cō-
227 firmata, et sint obliterata omnia inimicitię
vestigia, et sic remāserint adhuc aliquę odij re-
liquiæ, et sic talis non potest esse Iudex, vel ac-
228 cusator, aut testis, vt dixi, inimici de proxi-
mo reconciliari, & notauit glos. in cap. per tuas
el. 1. in verb. inimicitias, vbi omnes tradunt de
simon. et præsertim Augustin. Barbos. in collect.
ad d. cap. per tuas. numer. 9. ad d. glos. vers. non sit
recens, vbi plures etiam DD. ad hoc congerit,
et addo Bertazz. consil. 474. nu. 24. et seqq. lib. 2.
vbi num. 26. ampliat multò magis id procede-
229 re, quando post reconciliationem secuta es-
set alia causa inimicitiæ, hic enim non videtur
testis idoneus, etiam quod reconciliatio non
230 esset de recenti, & sequitur Decian. & alij
relati per Farinac. in tract. de testib. d. quæst. 54.
à nu. 59 et seq. Et veritas est, quod in omnem
casum inimicus, et si reconciliatus ad testimo-
231 nium admissus, non est testis omni exceptio-
ne maior, vt placuit Clar. in practic. d. quæst. 24.
num 9 vbi ait, quod inimicus etiam post mil-
232 le recōciliationes, numquam potest dici in-
teger testis &c. & sensit Rimnald. iun. cons. 88.
numer. 13. vers. etiam post mille reconciliationes
numquam inimicus potest dici integer testis &c.
et ad hoc expendo textum Oraculi Diuini in
Ecclesiast. cap. 12. ibi, Non credas inimico tuo in
233 æternum, & si humiliatus vadat curuus, adijce
animum tuum, & custodi te ab illo &c.

Quod quidem verum est quādo magna, seu
sæua adfuit inimicitia, nam verè dixit Claud.
lib. 3 de Rap. Proseq.

—————— rabiem liuoris acerbi
Nulla potest placare dies ——————

Sed persistendo in terminis. Hinc pariter est,
vbi est secuta pax, & reconciliatio, tunc inimi-
234 citia præterita, si aliquod malum sit illatum
inimico reconciliato, non facit indicium ad
torturam, vt inquit Eugen. cons. 17. nu. 21. vol. 1.
Decian. cons. 88. nu 12. vers. pax & reconciliatio
facta tollit omnem suspicionē &c. vol. 3. Honded.
cons. 87. nu. 101. vers. nihilominus cum reconci-
liatione, ac remissione facta per concordiam, omne
indicium, quod ex prætensa inimicitia aliàs oriri
posset, remanet sublatū &c. lib. 2. Bursat. cōs. 146.
nu. 14. vers. tollitur indicium inimicitiæ, & recō-
ciliatione sequuta, quæ omnem mali animi præ-
sumptionem tollit &c. lib. 2. & ibi plures alios
DD. cumulat, sicut facit Farinac. quæst. crimi-
nal. 41. à num. 109. & adde Guazzin. ad defens.
reor. defens. 28 cap. 1. num. 16. vers. poterit defen-
sor deducere in articulis, & probare quod inter
inquisitum, & interfectum secuta fuit reconcilia-
tio, quia ex ea tollitur omne indicium inimi-
citiæ &c.

Tamen supradicta cōclusio nullatenus pro-
cedit absolutè, in casu de quo supra, scilicet si
235 inimicus de recenti sit reconciliatus, quia
tunc aliud est dicendum, vt constat ex relatis
per

Digitized by Google

per Farinac. d. quæst. 41. nu. 110. & adde Cyriac.
controuers. forens. 150. num. 14. vers. non procede-
re in inimico de recenti conciliato &c. & declara
vt per Guazzin d. defens. 28. cap. 1. nu. 17. Sem-
per enim intrat ratio illa, quod duratio præ-
sumitur in facto de recenti ob breuitatem
temporis.

Pariter quoque videmus, quod Iudæus de
236 nouo, et modico tempore factus Chri-
stianus non potest ad ordines sacros promo-
ueri, sed oportet permitti labi aliquod tem-
237 pus, vt signis cognoscatur an in fide perseue-
ret, vt est text. in §. 1. 48. distinct. vbi decerni-
tur, quod Neophiti in Episcopos eligi non
debent. can. qui de Ecclesiasticis. & can. Sacer-
dotale. 59. distinct. & can. in Sacerdotibus, &
can. non negamus, & can. miramur. et fere per
tot. 61. distinct. estque auctoritas D. Paul. Apost.
ad Timoth. 1. cap. 3. ibi, Non Neophitum ne in
superbiam elatus in laqueum incidat etc. cuius
auctoritate, prædicta iura sic statuerunt, et vi-
deatur Maiol de irreg. lib. cap. 31. nu. 2. Hoied.
de incompatibil benef. part. 1. cap. 24. à numer. 1.
Azor. Moral. Instit. tom. 2. lib. 4. cap. 6. quæst. 2.
vers. verius tamen.

Hinc Gregor. Magn. lib. 8. epist. 23. ad Fortu-
natum Neapolitanum Episcop. scribit, Neminē
238 ad religionem conuersum ante biennium
debere tonsurari, vt in can. Monasterijs. 19.
quæst. 3. & Siricus Papa huius nominis Primus
hoc ipsum prohibet in epistol. 3. ad vniuersos
Orthodoxos, prohibuit ne Neophiti Sacerdo-
239 tes fiant, sic et in Neocæsariensi Concil. cap. 12.
quoque statutum reperitur. Et hoc nulla alia
ratione admittitur, vt dicebam, nisi quia
Neophiti propter vicinitatem temporis, quo
240 erant alieni à fide Catholica, non dum videā-
tur satis in fide cōfirmari, vide Anton. Riccull.
in tract. de Neophit. cap. 2. per tot. & latè Augu-
stin. Barbos. in tractat de offic. & potest. Episcop.
part. 1. titul. 1. glos. 17. à princ.

241 Nam & paria sunt aliquid esse in statu, vel
de recenti fuisse, vt per glos. in clem. in agro. §.
fane. in verb. nouitijs. de stat. Monach. latè Felin.
in consil. 3. num. 7. vbi ait paria esse aliquid esse
242 factum de recenti, vel factum non esse, & ad
hoc adducit text. in l. 2. § si quis in iudicio. ff. si
quis caut. vbi text. vult quod quemadmodum
excusatur à comparendo ille, qui est in infirmi-
243 tate constitutus l. 1. § si quis in iudicio. ff. si quis
caut. l. celsus 28. §. 1. ff. de recept arbitr. l. cum ha-
res. 4 § Stichus ff. de stat liber l. contumacia 53.
ff. de re iudic. Thom. Act. in tractat. de Infirm. c. 7.
ita, & qui fuit de recenti infirmus, & concor-
dat text. in cap. si quis testium. 8. ibi, valetudina-
rij. ext. de testib.

244 Et licet verum sit, quod cessante morbo,
cesset impedimentum, cum cessante causa, ces-
set effectus, vulgat. cap. cum cessante. 60. ext. de
appellat cum simil. tamen ex reliquijs præce-
245 dētis morbi dicetur adhuc impeditus, cum
facile posset in recidiuum morbum cadere, &
peiorem, vt ipsa quotidiana experientia de-
monstrat, & tradunt DD. in l. maritus. ff. locat.
Alberic. in l. contractus. nu. 7. ff. de regul iur. vbi
246 etiam decidit, an Medicus teneatur curare
infirmum recidiuantem pro eodem salario, &
distinguit, vtrum statim vel longè post, & vi-
247 de ibi, ne à proposita materia discedā. Re-
liquiæ enim præcedentis causæ, etiamsi de re-
248 centi cessasset causa substinēt, & faciūt dura-
re effectum causæ, quamuis maxima ex causa
cessasset. l. 2. & 3. vbi scribent. post Dyn. ff. de
rer. amot. cum alijs allegatis per Decian. in con-
sil. 14. numer. 39. vers. reliquia enim præcedentis
causæ, etiam quod de recenti &c. lib. 3. Et facit,
quod dicimus, de recenti professum haberi
pro nouitio, vt inquit Felin. in cap. cam te. sub
num. 12. de regul. & nouitium Ciuem, & foren-
sem comparari, quo ad ignorantiam statuti,
vt ex nonnullorum sententiam scribit Gaill. Ob-
seruat. Imperial. lib. 2. obseruat. 48. nu. 29. & latè
videatur in hac materia. Iudoc. Damboud. in
suis loc. comm. parium, ac simil. in verb. Proxima,
vel proximè futura, in annotat. in litera O. vers.
factum esse de recenti, vel factum nō esse plerum-
que æquiparari &c. vbi ad satietatem magnā
ad hoc cumulat cateruam Doctorum.

Quare nunc directò in viam redeundo, tunc
249 enim multò fortius probato furore de ali-
quo tempore, omnia postea gesta vti à furioso
facta inualida sunt, si recenter post dictam
probationem furoris emanauerint, nam in his,
quæ concernunt mentem, sensus, & affectus ho-
250 minum, natura non patitur repentem mu-
tationem, vt iam demonstraui. Addo quoque
quod semel furiosus, semper præsumitur talis,
vt hoc in tantum sit verum, quod si testator
251 relinquat aliquid Titio, quamdiu perman-
serit in furore, videtur voluisse legatum resol-
ui, quando desierit esse furiosus, si autem con-
tingeret illum decedere, antequam efficiatur
252 sanæ mentis, legatum non resoluitur, quam-
uis enim non videatur permanere in furore,
quando mortuus est, cum in mortuo nō cadat
253 furor, tamen iuris fictione censetur esse in eo
statu, in quo obijt, ideo legatum remanebit
ad hæredes descendentis in furore, text. super
hoc habetur in l. ambiguitatem. C. de vsufruct. et
probatur etiam in l. sufficiat. de condict. indebit.
et comprobat Paul. Castren. in consil. 451, nu-
mer. 1. lib. 1. vbi quoque firmat per text. ibi ad-
ductos quod legatum factum vxori in tantum,
254 in quantum abstinuerit à secundis nuptijs, si
ea moriatur in statu viduali legatum remane-
bit penes hæredes mulieris, quia amplius non
potest resolui conditio. Quis enim post mortē
255 censetur remanere in eo statu, in quo erat
tempore mortis. arg. l. mala. §. sed si alimenta.
ff. de aliment. legat. et l. si mater. C. ne de stat. de-
funct. videatur Simon. de Prat. de interpret. vl-
tim. volunt. lib. 4. dub. 10. numer. 93. & Gratian.
discept. forens. cap. 563. à num. 16. sed persistēdo
in terminis.

Notabiliter nunc animaduertendum venit,
vt tunc semel docto de alicuius furore, censea-
tur ille in eodem statu continuare, quãdo fuit
iam probatum per certum tempus cõtinuum,
256 nempe plures menses, vel aliquot annos, olim
ante gestum actum, de quo controuertitur,
quem fuisse fariosum, quia tunc in furore, seu
dementia præsumitur perseuerantia, secus ve-
257 rò si probaretur fecisse aliquos tantum actus
dementiæ, vel furoris, aut delirij; Nam tunc
non præsumeretur furiosus, vel delirus in fu-
258 turum, cum illi actus per accidẽs euenisse pos-
sit euenisse, vnde non datur in eis perseueran-
tia. *vt Bart sensit in l. mutus. 2. num. 4. vers non
sequitur, quod si heri fuerit surdus, mutus, furio-
sus, quod hodie sit. nam potest id esse propter ali-
quod accidẽs &c. ff de bonor. possess. furios. infant.
surd. cæc. compet.* vbi ait, quod non sufficit pro-
259 bare, quem fuisse semel mutum, vel cœcum,
vel furiosum, quia debet probare aliquo tem-
pore certo, vel mensibus sic fuisse, *vt in l pretia
rerum. in fin ff ad leg. Falcid.* tunc enim præsu-
mitur, quod in futurum sic quoq; sit, nisi pro-
260 betur contrarium, vt satis iam diximus,
Cœterum prædictam *Bart. opinionem* sunt se-
cuti *Ias. in d. l. furiosum. post num. 3. vers. sed tu
dic quod intentio Bart. &c.* vbi etiam *Alex. post
num. 3. vers puto in tot varietate opinionum &c.
&* Dec. *ibi num. 25. et seq. C. qui testam fac. poss.
latè* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. d. præsumpt 45.
num. 62. vers quando fuit iam probatum, hunc
per aliquod tempus continuum, atque ita per ali-
quot annos, vel menses &c. cum alijs copiosè re-
latis per* Mascard *de probation. d. conclus. 835.
numer 8. vers. fuisse furiosum per aliquod tempus
continuũ veluti per mensem &c. & adde Card.*
Mantic. *de coniectur. vltim. volunt lib. 2 cap. 5.
nu. 7. vers quando per aliquod tempus continuum,
puta per mensem &c.* Sanchez, *in tractat. de
matrimon lib. 1. disput. 8. num. 17. vers. quod ta-
men procedit si probatum fuerit furorem durasse
quodã tempore continuo vt anno, vel mense &c.
& Io. Angel* Boss. *in eodẽ tractat de matrimon.
cap. 3 numer. 69 vers si probaretur fecisse aliquos
tantum actus stultitiæ &c.*

Quare quis non præsumitur perseuerasse in
261 eodem furore, si iudicio, ac testimonio pe-
ritorum probetur, illum furorem ex causa ac-
cidentali contigisse, quæ postea sublata fuerit,
262 nam ex verisimili coniectura furor etiam
cessasse præsumitur. *et optimè distinxit Rota
coram bon. mem* Cantucc. *decis. 134. numer 5.
part. 2. diuers.* quidquid sit dum est probatus
furor ante, & post actum, qui prætenditur an-
263 nullari, & tunc aliud non est probandum,
quia furor præsumitur durasse tempore inter-
264 medio, nam probatis extremitatibus, me-
dia præsumuntur. *l. oratio ff de sponsal. cũ simil.*
Si vero fuerit probatus furor de tempore tã-
tum ante actum de quo controuertitur, & tũc
vt præsumatur continuatiò furoris vsque ad
265 tempus dicti actus, & eo casu opus est, vt
probetur furor per aliquod tempus continuũ,
aliàs non releuat.

Temperanda pariter venit supradicta con-
clusio, vt probato semel furore, detur in eo
continuatio, vt id non procedat, quando fu-
266 riosus habebat dilucida interualla, et dispo-
sitio de qua cõtrouertitur ita facta reperitur
267 vt ex ea, nullum stultitiæ signum concipi
possit *ad text. in l. furiosus. ff. de action. & obli-
gat. et in l. si a furioso. in princip ff. eodem. et l.
non omnis § si pupillus. ff. si cert. pet.* itaque si ri-
tè & rectè furiosus disposuerit ex tali pruden-
ti actu, quantumuis constaret antea fuisse fu-
riosum, præsumitur fuisse sanæ mentis tempo-
268 re dicti actus. sicquè præsumptio illa, quod
furiosus, semper præsumatur furiosus, tollitur
ex præsumptione vehementiori, nempe vt di-
269 xi, ex actu congruenti viro sanæ mentis, et
ista est fortior præsumptio, et magis confor-
mis naturæ, et in dubio censeri debet sapiens,
270 vel stultus fuisse, secũdum naturam, et qua-
litatem ipsius dispositionis. *ita valde notanter
dixit* Io. Andr *in cap eum dilectus. fin. num. 7. de
success. ab intestat,* vbi etiam *ex Valer. Maxim.
lib. 7. cap. septem,* refert,

Quod iam olim Romæ, quidã furiosus con-
didit testamentum, & ita prudenter, ac solem-
271 niter, vt videretur factum ab homine sanæ
mentis, et licet multum fuerit dubitatum su-
per tali testamento, tamen fuit iudicatum per
Senatores Romanos, vt testamentum valeret,
causa de qua supra, quantumuis ille, qui con-
272 didit testamentum vocatus Tuditanus no-
tæ insaniæ esset, vt pote, qui populo nummos
sparserit, togamque velut tragicam vestem,
in foro trahens, maximo cum hominum risu
conspectus fuerit, de cuius insania mentionẽ
quoque facit *Lactant Firman. in suis Institut.
lib. 3 de fals. sapient cap 21. circa med. vers imi-
tare saltem insaniam, furoremque Tuditani
sparge populo diripienda &c.* Nam considera-
uit Amplissimus Senatus Romanus, *vt refert
idem Valer. Maxim* magis quod scriptũ erat
in tabulis, quàm quod quis eas scripserat.

Quod enim menti tenenda sit prædicta opi-
273 nio *Io. Andr.* plures DD. ingenuè fatentur,
& præsertim *Hippolyt. de Marsil. in singul. 380.
num. 3. vers. teneas tamen menti &c* vbi abun-
dè multos DD. congerit in eadem sententia
persistentes, et testatur de veriori, et rationa-
biliori opinione, et quod ei magis placeat, re-
274 ferendo etiam prædictum placitum Romani
Senatus, et in contingentia facti, adducendo
casum, sic ipse pariter iudicauit, ita quoque
sensit *Anton. Corset singul. 368. in verb. Testa-
mentum incip. Tu habes in l furiosum. versic. fu-
riosus si faceret testamentum tale &c* vbi extol-
275 lit prædictam sententiam *Io. Andr.* tanquã
singularem, et peregrinam theoricam, *& ita
tenent quoque alij plures relati per* Mascard. *de
probation conclus. 825. num. 13 vers. videtur fu-
riosum habentem dilucida interualla, præsumi*

sana

sana mentis &c. vbi etiam recitat præfatum
placitum Senatus Romani, ficut pariter facit
*Roderic. Suarez. allegat. 1 num. 2. verſ. quod Va-
ler. refert &c.* vbi, quod ipſe aſſentit illis Do-
276 ctoribus volentibus in dubio benè eſſe pon-
derandā qualitatē, et formā ipſius diſpoſitio-
nis, ad præſumendum an diſponens ſit furio-
ſus, vel ſanæ mentis.

Sic quoque conſuluit *Honded. in conſil. 78.
num. 6. verſ. quoniam ex dicta prudenti diſpoſi-
tione præſumitur fuiſſe ſana mētis, tēpore illo &c.
par. 2.* vbi etiam teſtatur de veriori, et ratio-
277 nabiliori opinione, ad cuius confirmationē
multos DD congerit, et adde *Riminald. Iun.
conſil. 376 num. 33. verſ. cum teſtatus fuerit, ita
ritè, ac rectè, ſicuti fuiſſet homo ſanæ mentis &c.
tom. 4.* vbi etiam refert ſententiam Romano-
278 rum Senatorum, de qua ſupra, et deinde
ſic quoque ſenſit *Cardin. Mantic. de coniectur.
vltim volunt. lib. 1. cap. 5. numer. 7. verſ. quando
furioſus habuit dilucida interualla, & teſtamen-
tum ita conditum fuerit &c.* vbi omnibus co-
pioſius DD. cōcordantes expendit, et adducit
279 pariter auctoritatem Senatus Romani &c.
ſicut quoque facit *Menoch. de præſumpt. lib. 6.
præſumpt. 45. num 66. verſ. actus ipſe geſtus, ita
bene geſtus, vt ſignificet non eſſe actū furioſi &c.*
Cæſ. Caren. *in ſuis pract. reſolut. cap. 171. ſub
num. 6. verſ. ex ſic autem benè ordinatis non eſt
dubium, quin rectè arguatur ad integritatem
mentis &c. et num. 8. in fin.* teſtatur de magis
communi opinione, magiſque in Tribunali-
280 bus vſu recèpta, *et idem ſenſit Franciſc.* Cald.
*conſil. 24. ſub num. 2. verſ. quotiescumque ſtul-
tus faceret actum, quem quilibet ſapiens feciſſet,
talis actus valet, & tenet &c. & adde Cæſar*
Caluin. *in tractat de Aequitat. lib. 2. cap. 184. nu-
mer. 8. verſ de aquitate verò, contraria ſententia
tutior eſt, nempe teſtamentum valere, quando
furioſus ſapienter omnia diſpoſuit &c.* vbi etiam
refert prædictam auctoritatem Senatus Ro-
mani, eamque quoque refert *Petr. Ærodius
lib. 5. rer. iudic. titul. 1. cap 1. & conferunt tradita
per* Redin. *in eius promptuario Iuris titul. 114.
de teſtament. num. 10.*

Et plures ex dictis Doctoribus adducunt
quamdam ſententiam latam à quodam fatuo
281 Pariſienſi, nam cum viator mendicus, & fa-
melicus perueniſſet ad Tabernam, & ad odo-
rem carnis aſſæ, quæ tūc coquebatur, auidè ſuū
panem comediſſet, & cum iam ſatur eſſet, Ta-
bernarius petebat, ſibi pecuniā ſolui, ex quo,
282 ille viator tam ſaporosè ad odorem dictæ
aſſæ (vulgò *arroſto*) comederat, & cum ſuper
hoc magna altercatio inter eos hinc inde fuiſ-
ſet, tandem conuentum fuit, ne ad manus, aut
bacula deuenirent, vt ſtarent ad iudicium fa-
tui Pariſienſis, ibi in Taberna exiſtentis, qui
283 auditis partibus, & intellecta controuerſia,
*Iuſſit adferri bacile, & in eo numerari fecit par-
uam quamdam ſummam denariorum Turonen.
illius viatoris, quam deinde eidem reſtituit*, Et
ferendo ſententiam dixit, quod ſicuti ille fa-
284 melicus fuit ſaturatus ex odore carnium,
ita etiam per eumdem modum ex tinnitu nū-
miſmatum, Tabernario eſſet ſatisfactum, ex
ſono tantùm denariorum.

De qua prudenti ſententia quaſi admiratus
Hoſtienſ. in cap. ex parte conſuetud. inquit, quod
ſi Gratianus, qui decretum compilauit, hac
285 de re fuiſſet interrogatus, non ſciuiſſet in-
ſtius illam controuerſiam decidere, *& ſecun-
dum Boer. deciſ. 23. numer. 59.* nec ipſe prudens
Cato melius decidere potuiſſet, *& numer. 60.*
refert etiam ſententiam Baſtiani Hiſcidi pari-
286 ter fatui, qui Mediolani decidit quæſtionem
de præcedentia inter Legiſtas, & Medicos, ſci-
licet Latronem præcedere Carnificem, *& re-
liqua, vt ibi.* Vnde illi fatui tunc præſumuntur
287 ex tenore ſententiæ latæ, ſanæ mentis fuiſſe,
id quoque comprobauit *D. Regens Capyc. Ga-
leot. lib. 1. controuerſ. 4. num. 9.* vbi firmat, quod
teſtamentum furioſi rectè diſponentis valet,
288 ſicuti quoque valet quilibet actus à ſtulto
prudenter factus.

Stat ergo inconcuſſa prædicta concluſio,
quod ſi probatum fuerit furioſum habere di-
289 lucida interualla, & prudenter, ac laudabi-
liter actum aliquem fecerit, ex hoc præſumi-
tur de eo tempore fuiſſe ſanæ mentis, & ſic in
290 diuerſis tribunalibus Orbis fuit iudicatum,
& præſertim in Concilio Neapolitano *penes
Matth. de Afflict. deciſ. 143. num. 5. verſ. teſta-
mentum furioſi eſſe validum, quia bene fuit diſ-
poſitum, &c* vbi etiam mentio fit de ſuprare-
lata ſententia Romani Senatus relata *per Va-
ler. Max. de qua ſupra num. 271.* & iterum in
291 eodem Sacro Conſilio fuit ſancitum *apud
Thom. Grammatic. deciſ. 73. num. 38. verſ. inde
ſumitur regula, quod ſi ſtultus, vel furioſus face-
ret actū, quem quilibet ſapiens feciſſet, talis actus
valet, & tenet &c.* & quoque refertur ſenten-
tia Romani Senatus, nec non prudens diſpoſi-
tio, ſeu placitum fatui Pariſienſis de quo ſu-
292 pra, Idem fuit deciſum in Auditorio Luſi-
tanico, *vt refert Petr. Royz deciſ. 1. numer. 111.
verſ. illud vnum ſpectandum exiſtimantibus ſa-
na mentis homini ordinatio conueniat, nec ne,
quo magis valeat, infirmaq; eſſe exiſtimetur &c.
et num. 114.* narratur illuſtre exemplum de
quo ſupra Valer. Maxim. ita pariter fuit con-
293 cluſū in Senatu Burdegal. *teſte Nicol. Boer.
dict. deciſ. 23. à numer. 58. verſ ſapienter teſtatus
fuerat, quia tunc præſumitur fuiſſe ſana men-
tis &c.* & pariter refertur auctoritas Senatus
Romani. Sic ita etiam reſponſum reperitur in
Senatu Luſitano, vt videre eſt *apud Anton. de
Gamm. deciſ. 302. numer. 2. verſic. ſi actus geſtus
conuenit homini ſanæ mentis &c.* ſic etiam fuit
294 deciſum in Rota Peruſina *penes Ioſeph. Lu-
douic. deciſ. 1. numer. 11. verſ. debet præſumi ſana
mentis, cum actus geſtus conueniat homini ſanæ
mentis &c.* & pariter fit mentio de dicta reſo-
lutione Senatorum Romanorum, *et numer. 12.
in fin.*

in fin. affirmat prædictam opinionem esse ve-
riorem, & magis communem, Nec dissensit
295 Senatus Pedemontanus, vt videre est apud
Thesaur. decis. 92. num 4. vers. ita vt si rectè cō-
ditum sit testamentum tamquam si ab eo, qui sa-
na mentis est, valet &c. & testatur de commu-
ni, & quoque adducitur casus similis decisus
296 in Senatu Romano, ita pariter fuit iudicatū
in Camera Imperiali, vt scribit Ioach. Mynsi.
Centur. 2. obseruat. 41 num. 3. vers. sit conueniens
homini sana mentis et præsumitur, quod in quie-
te, et tempore internalli gesserit &c. & asseritur,
prædictam opinionem, vti veriorem Domi-
nos amplexos fuisse.

Sic quoque sæpe sæpius sancirum reperio in
297 Supremo Rotæ Romanæ Auditorio, et præ-
sertim coram bon. mem. Cauucc. decis. 129. nu-
mer. 15. vers. actus à furioso ritè, & rectè factus,
sicut à quolibet prudenti gestus, valet. & te-
net &c. part. 2. diuers. & amplè plures DD. cu-
mulantur, & testatur de communiori, & ratio-
nabiliori opinione. & idem fuit dictum coram
Card. Caualer. decis. 366. num. 8 vers. quia dona-
tio fuit satis cauta, & digna viro prudenti &c.
et coram bo. me. Buratto decis. 256. num. 20. vers.
in qua, non solum nihil legitur sapienti inconne-
niens &c. & affirmatur de veriori, & magis
communi. et ibi R. P. D. Ferentill. in annotat. in
litera B. adducit alias decisiones Rotales, &
addo decis. 233. num. 31. part. 7. recent. coram
R. P. D. Carilio, vbi dicitur, quod nulla maior
sanæ mentis coniectura datur, quàm illa, quæ
298 desumitur ex qualitate dispositionis, de qua
controuertitur &c. & antea fuit dictum coram
bo. me. Dunozetto in causa Romana Donationis
11. Ianuarij 1619. §. His sic stantibus. vers. cum
actus in eo etiam, qui patitur dilucida interualla
præsumatur factus de tempore habili &c. et §. Et
quod omnem. vers. omnis dubitatio videtur sub-
lata ex testamento &c. & deinde sic quoque
fuit decisum coram Reuerendiss. Terracinen. in
causa Meleuitana Hæreditatis 1. Iulij 1633. §.
Neque obstat, vers. testamentum factum apparet,
vti à viro sana mentis, non autem à demente &c.
& coram R. P. D. Certo in eadem causa Meleui-
tana Hæreditatis, 15. Aprilis 1644. §. Idque eo
magis. vers. minus excludunt testatorem habuisse
dilucida interualla, quod satis esset ad substinen-
dum testamentum &c. et in §. penult. vers. nulla
maior coniectura sanæ mentis dari potest, quam
illa, quæ desumitur ex qualitate testamentaria
dispositionis &c. coram bo. me. Merlino in causa
Elnen. Beneficij 21. Aprilis 1638. est inter eius
impress. decis. 772. nu. 12. vers. in dubio præsumi-
tur actus gestus de tempore dilucidi interualli, si
ipse actus sit congruus homini sana mentis &c.
et antea bene fuit animaduersum coram bon. me.
Rembold. in d. Romana Hæreditatis de Grac-
chis. 5. Octob. 1622. §. Tum etiam. vbi asseritur,
quod omnia gesta per furiosum sunt nulla, sed
299 si prudenter & sapienter gesta sunt, tenent.
& Rota ibi facit mentionem, de supratelata
sententia Romanorum Senatorum, qui con-
firmarunt testamentum furiosi rectè, & pru-
300 denter conditi, & post Roman. asseritur, id
esse mirabile, & rationi consentaneum.

Verumtamen, quamuis prædicta opinio sa-
tis iam appareat canonizata, nihilominus nō
301 video illam transire sine difficultate, nam
sunt plures celebres DD. qui stant pro con-
traria sententia, & præsertim Panormitan. in
cap. sicut tenoris. nu. 3. in secund. notabil. vers. fu-
riosus non potest se aliquo modo obligare, etiam
DEO &c. de Regul. et transeunt. ad Relig. vbi
302 inquit, furiosum non præsumi sanæ mentis,
quāuis rectè faciat, veluti si ingrediatur Mo-
nasterium, aut bona sua disperdat, & det pau-
peribus, quod cōprobat ex illo text. et ex cap.
fin. de success. ab intestat. In eadem sententia
persistere etiam videtur Phillip. Dec. in d. l. fu-
riosum. nu. 14. & seq. C. qui testam. facer. poss. vbi
etiam attestatur idem sentire Bald in §. item
furiosi Instit. quib. non est permiss. facer. test. et
multi cum sequuntur simpliciter in d. l. furiosum,
& sic etiā tenent plures alij relati per Crauett.
in consil 689. num. 14. vers. nec actum vllum fu-
riosus facit &c. part. 4 vbi, quod actus furiosi,
303 quantumuis factus, sicut quiliber prudens
faceret, nullius est roboris, & præter ibi rela-
tos, addo Io. Cephal in consil. 753. num. 4. versic.
quod procedit etiam si furiosus actum ritè fecerit,
cum illud casu fecisse dicatur &c. & ad senten-
tiam Romanorum Senatorum, de qua apud
Valer. Max. respondent supradicti DD. quod
304 ex eo, quia fuit approbata ab eo Senatu,
benè arguitur quod à principio dictum testa-
mentum furiosi non valuit, et ipsamet appro-
batio ostendit. Acerrimè etiam supradictam
opinionem Io And. impugnat D. Regens de Pōt.
in consil. 149. lib. 2. asserens Io. Andr. numquā
305 eam opinionem tenuisse, eo quia ordinari
potest testamentum per alium, multaque ad-
hiberi fraudes, et meminit Io. Baptist. Hodiern.
in suis controuers. forens. lib. 2. cap. 41. numer. 34.
vers. cui quidē opinioni acerrimè contradixit &c.

Saluari tamen possunt istæ tam contrariæ
opiniones, vt ambæ veræ sint, sed in terminis
diuersis, Quare sic opportunè distingui pote-
306 rit, aut enim cōstat furiosum, vel mentecap-
tum habuisse dilucida interualla, et sic solitū
ea habere, et tunc si prudenter aliquid agat,
307 certè ex dicto actu sic gesto, censendum erit,
illum fuisse sanæ mentis, tempore celebratio-
nis prædicti actus, et in hoc casu locum sibi
vindicat prima tàm celebris opinio, quàm cō-
ditionem semper supposui. Aut verò constat,
furiosum non habuisse dilucida interualla, sed
308 semper continuo furore correptum fuisse, et
tunc etiamsi talis furiosus faciat actum, qui
in sui facie appareat prudenter gestus, tamen
id à casu profectus censendum erit, non autē
309 à voluntate, et discursu agentis, cum furio-
sus istis careat, nam vbi adest furor, ibi abest
voluntas, et discursus, et in istis terminis bene
proce-

procedit secunda opinio, quod actus gestus à
furioso quamuis prudéter gestus nequaquam
validus sit, & hanc distinctionem cõprobarunt
*Menoch. de præsumpt. lib. 6. d. præsumpt. 45. num.
68. vers. testamentum factum ab eo, qui habet di-
lucida internalla &c.* Mascard. *d. conclus.* 825.
*num. 16. vers. si probatū fuerit furiosum habuis-
se dilucida interualla certè ex actu prudenter ge-
sto secus &c.* Card. Mantic. *de coniectur. vltim.
volunt. lib. 2. d. cap 5. num. 6. in fin. vers. non ha-
bet locum, quando furiosus habuit dilucida in-
ternalla, et testamentum rite conditum fuit &c.*
Castill. *quotidian. quæst. cap. 28. num. 52 part. 4.*
vbi abundè alios cumulat eamque distinctio-
nem pariter sæpius eanonizauit Rota, *et posis-
simum coram* Canruce *d. decis. 129. nu. 17. vers.
communem cõclusionem procedere in furioso ha-
bente dilucida interualla &c part. 2 diuers. et co-
ram* R. P. D. Carillo *d. decis. 233. num. 31. vers.
sufficit ad eius validitatem etiamsi factum fuis-
set ab eo, qui habuit aliquãdo dilucida interual-
la &c. et melius coram bon. mem.* Merlino *decis.
772. num. 15. vers. horum opinio vera est quando
constat furiosum nõ habuisse dilucida interual-
la, sed secus si fuerint probata &c.*

Liber nunc sedulò admonere, quod tunc
gesta per furiosum habentem dilucida inter-
ualla, valent, et tenent, si prudenter facta
310 sint, vt ista conclusio procedat, quãdo actus
talis deliberarè, et spõtè fuerit gestus, secus ve
rò, si ad alterius interrogationem, dispositio
reperiatur facta, quoniam facili negotio, quis-
311 que etiam in furore persistens affirmatiuè,
vel negatiuè prudenter respondere potest, ca-
su tamen & sic non animo deliberato, quare
312 si testator sanæ minimè mentis fuerit, et te-
stamentum eius factum reperiatur ad alterius
interrogationem, valere non debet, etiamsi
313 prudenter et ritè conditum fuerit, cum tẽ-
pore furoris præsumatur factum, nam prudẽs,
et sapiens, dementem suo modo interrogare
valet, et testamentum, vel alium actum facere
314 ordinarè, et prudenter, quare non poterit
discerni, an tunc dilucida interualla testator
315 habuerit, cum talis ordinatio, et prudentia
ei ascribi non possit: *vt per text. in l. furiosum.
C. qui testam facer. poss. respondit* Menoch. *in
consil. 45. num. 40 vers. maximè procedere in te-
stamento furiosi facto ad alterius interrogatio-
nem &c. vbi etiã respõdent* Corn. Alex. et Gra-
tian. *per ipsum supra num. 10. in contrarium al-
legatt,* & Menoch. *sequutus est Ioseph.* Lodouic.
*in suis commun. conclus. cap. 59 post septimam
ampliationem, vers. hac tamen ampliatio &c.*

Vbi ait, quod quando est dubiũ, an testator
316 tempore conditi testamenti sit mente cap-
tus nec ne, tunc ex actu ritè gesto præsumitur
sanæ mentis, si à semetipso nominauit hæredẽ
et ritè testatus sit, secus verò, quando non à
316 semetipso testatus est, sed ad interrogatio-
nem alterius, et hoc casu cessat opinio adeo
famigerata de qua *supra à num. 285.* et idem
sensit Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. vo-
lunt. lib. 2. d. cap. 5. sub num. 8. vers. alioquin si
dubitetur, an testator, sanæ mentis fuerit, testa-
mentum factum ad interrogationem alterius
non valet; etiam si rectè conditum fuerit &c. et*
benè quoq. ponderauit *Ioseph. Sess. decis. Regn.
Aragon. 56. num. 21. vers. in actu confectionis te-
stamenti respondebat Notario aliqua verba sa-
næ mentis & ad propositum, non inde infertur,
quod habebat sanam mentem &c.*

Illud quoque mihi remanet asserere, quod
testibus deponentibus de sana mente magis
credendum veniat, quàm deponentibus super
furore, illis enim assistit præsumptio naturæ, et
iuris, quæ est, vt quilibet præsumatur sanæ mẽ-
317 tis, et non deponentibus super furore, et ista
est communis Doctorum sententia, *vt constat
ex pluribus relatis per* Ias. *in consil. 178. num. 2.
vers. imo præferuntur, et credi debet illis testibus
qui deponunt de sana mente &c. lib 2. cum
alijs allegatis per* Menoch. *de præsumpt. lib. 6.
præsumpt. 45. num. 21. vers. hinc est, quod magis
creditur testibus deponentibus de sana quàm de
insana mente &c. et adde* Maschard. *de proba-
tion. d. conclus. 827. num. 11. et 12. vers. tunc ma-
ior est adhibenda fides his pro sana mente, quam
illis de furore deponentibus &c. et omnium ple-
nius deducit* Farinae. *in fragment. d. verb. Fu-
riosus, num. 306. vers. magis creditur testibus de-
ponentibus de sana mente, quam deponentibus de
furore &c.* et post plena manu relatam nobi-
lem Doctorum cohortem, ait, non posse ne-
318 gari eam opinionem esse communem Do-
ctorum sententiam.

Non desunt tamen, qui contradicunt, nam
& illi facilè sperni possunt, quia vltra quam lo-
319 quuntur contra communem, videmus etiã
sic in diuersis Tribunalibus fuisse decisum, *&
præsertim in* Concilio Neapolitano *teste Cas.
Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 365 nu. 3. vers.
statur enim magis testibus deponentibus de sana
mente, vt contigit mihi in Sacro Consilio &c.* &
in Audientia Baren. *affirmante Francis.* Viu.
*decis. 377. num. 13. vers. potius statur testibus de-
ponentibus de sana mente, quam deponentibus de
furore &c. et sæpius fuit dictum* in Rota Ro-
man. *& præsertim coram bon. mem.* Robustetio
*decis. 577. num. 10. vers. magis credendum est te-
stibus deponentibus de sana mente &c. part. 1. di-
uers. et coram bon. mem.* Manzaned. *decis. 384.
num. 9. vers. magis standum est testibus de sana
mente deponentibus &c. part. 1. recent. et optime
aduertit coram bon. mem.* Coccino *decis.* 884.
*num. 5. vers. in concursu magis standum est testi-
bus qui habent præsumptionem iuris &c.* & sub-
ditur, quod nulla æquitas naturalis suadet,
quod in concursu probationum magis creda-
320 tur testibus deponentibus super amentia,
quàm testibus deponentibus super sana mẽte,
*et idem fuit decisũ coram Reuer. D. Dunozetto
Decano in causa Melitana Hæreditatis 26.
Ianuarij 1643. §. Irrelevantia, vers. intrat con-*

clusio

clusio quod testes, quibus ius commune assistit,
præferuntur alijs, qui iuri cõmuni aduersantur
&c. quæ decisio loquitur in terminis nostris.
Prædicta insuper conclusio adeo indubita-
ta apparet, vt procedat etiamsi illi testes de-
ponentes de sana mente essent exigui numeri,
321 veluti duo, illi verò de furore asserentes es-
sent plures vt mille, & tunc fides maior est etiã
habenda duobus de sana mente deponẽtibus,
322 quàm mille negantibus, *vt respondit* Ias. *in*
consil. 2. num. 10. vers. magis in isto casu creditur
testibus deponentibus de sanitate, quàm mille
deponentibus de insania &c. lib 1 & ibi Adden-
tes in litera b adducit plures DD in eandem
opinionem coincidentes, *& addo* Boer. *decis.*
Burdegal. 23. num 93. vers quia plus creditur
duobus testibus de sana mente, quàm mille de in-
sana deponentibus &c. et decis. 160 num. 5. vers.
323 *alius casus est, quando duo testes deponunt de*
sanitate mentis quibus plus creditur, quàm mille
de insania deponentibus &c. Cas. Caren. *practi-*
car. resolut. cap 171. num. 27. vers. plus creditur
duobus testibus super sana mente, quam mille su-
per insania deponẽtibus &c. Io Baptist. Hodiern.
in suis controuers. forens cap. 35. nu. 3. vers ma-
gis credi debere duobus testibus deponentibus de
sana mente, quàm mille negantibus &c. & dixit
Rota coram eodem Manzaned. *d. decis. 384. sub*
num. 9. vers. plus creditur duobus testibus de sa-
na mente, quàm mille de insania deponentibus
&c. cum alijs allegatis *coram R. P. D.* Cerro *in*
causa Melitana Hæreditatis 15. April 1644.
§. Sed ex duobus vers. plus enim creditur duobus
testibus deponentibus de sana mente, quàm
mille de insania &c.
Declara tamen, & intellige, vt ea opinio tũc
324 præcipuè procedat, vel quando testes depo-
nentes de sana mente sunt consanguinei, vici-
ni, familiariares, domestici, vel alij, qui cum eo
de cuius furore, vel sana mente controuerti
tur longam conuersationem habuerunt, vel
quando illi testes pauciores deponant in spe-
325 cie de sana mente: plures verò in genere
de insania per ea, quæ generaliter tradit *Fa-*
rinac. de testib. quæst. 65. à num. 170 et in puncto
benè aduertit Ias. *in d. consil. 2. num. 10. vers. &*
maximè quando deponunt in specie de sana mẽ-
te &c et consil 178. num. 1. vers. sufficit probare
specialiter &c. lib. 2. Dec. *in consil 448. num. 37*
vers. testes deponunt in specie de actu confessio-
nis, qui a mente capto fieri non solet, et testes, qui
in specie deponunt &c & sensit Rota *decis. 577.*
num 10. vers magis credendum est testibus depo-
nentibus sanam mentem, quàm deponẽtibus sim-
pliciter de mentis defectu &c. et fuit dictum co-
ram bon. mem. Rembold *in d. Romana Hæredi-*
tatis de Gracchis 5. Octobris 1622. §. Nam his
omnibus vbi asseritur, quod etiamsi mille te-
326 stes probarent talem prius fuisse furiosum,
et duo probarent eumdem tempore, quo actũ
gessit sanæ fuisse mentis, ista secunda proba-
tio præualet, quia prima non infert in tempus
327 de quo præcisè quæritur, nisi præsumptiuè,
et huic præsumptioni præualet secunda pro-
batio, *& benè tradit* Boer. *d. dec. 23 num. 97.*
vers. dato, quod mille testes probarent talem &c.
et refert, & sequitur Philipp. consil. 85. vol. 2. vbi
amplè dictam materiam discutit, & adde Pa-
cian. *de probation lib. 1. cap. 50. num. 17. & 18.*
Vbi quoq; aduertit probationem dici in
specie factam non solum, quando deponũt te-
328 stes de specialibus actibus, et signis sanæ
mentis, sed etiam quando deponunt de actu,
de quo specialiter quæritur, cum testis magis
in specie probet, qui ad tempus celebrationis
329 actus, puta testamenti, vel alterius cõtractus,
suam probationem coarctabit, & *num. 19.* ait,
quod stantibus testibus de sana mente in spe-
cie & alijs testibus deponentibus de furore in
330 speciẽ, standum est maiori numero testium
in specie deponentibus, *iuxta textum in l. ob*
carmen §. si testes, et ibi glos. in verb. impari. ff de
testib. tacitè sentiens, vt præmisi, quod testes
pauciores deponentes de sana mente in spe-
331 cie alij autem plures deponentes de furore
in genere, præferuntur illi pauciores ita etiã
e contra dicendum erit, *Card.* Mantic. *de con-*
iectur. vltim. volunt. lib. 2. d. cap. 5. num. 6. vers.
tamen si deponerent de furore per veras causas
significantes, eis magis credendum esset &c. et
præter ibi allegatos. addo Barr. *de testam. lib. 1.*
titul. 7. num. 46. vers nisi deponerent &c.
1. Animaduertendum tamen venit, quod tũc
intrat disputatio, an testibus deponẽtibus de
sana mente, vel insania sit magis credendum,
332 vt scilicet sit standum magis illis deponen-
tibus de sana mente, quam alijs, quãdo siqui-
dem, vno eodemque tempore, deponunt con-
traria, aliqui nempe de furore, alij autem de
sana mente, alias enim si aliqui testes de-
331 ponerent de furore de aliquo tempore, et
alij testes deponant de sana mente de diuer-
so tempore, et tunc intrabit dubitatio de actu
facto ab habẽte dilucida interualla, quo tem-
pore factus præsumatur, et vide, quæ dixi su-
334 pra *num. 316. et seq.* non autem quibus testi-
bus sit magis credendum &c. In sequenti cap
videbimus plura signa furorum.

ARGVMENTVM.

Furor, cum sit morbus intrinsecus, et ita facile non possit discerni, nisi per actus extrinsecos, cum sit infirmitas animi, quæ oculis nõ patet, Ideo discuritur, quod duobus modis ad illius cognitionem deueniri potest, scilicet aut per verba, aut per facta, et nonnulla prius deducuntur circa verba, cum eis quis cognoscatur, nam loquela quem manifestũ facit, & fatuus fatua loquitur, et plura afferuntur exempla de nõnullis, qui ex verbis ab eis prolatis, præsumpti fuerunt fatui.

Furor ex factis multò melius, et fortius arguitur, quàm ex verbis, et habes ad hoc plurima fa-

cta

Digitized by Google

cta, et præsertim si quis spernat sine ratione medicinas, et Medicos, dum est valde à morbo grauatus. Item si quis imaginibus fallatur, veluti si vnum pro alio accipiat.

Item ex inordinata, et satis confusa memoria, et plura circa hoc adducuntur. Item ex datione curatoris, vt de pretenso furioso curam gerat, et quando dictum inditium furoris locum habeat, declaratur, quia multæ fraudes in hoc concipi possunt. Probationis furoris materia tota ferè manet in discreto Iudicis arbitrio, qui omnia sedulo, et diligenter pensare debet, cum agatur de materia satis ardua nempe hæreditatum aucupatione, quibus facile tenduntur insidiæ.

SVMMARIVM.

335 *Furorum signa propemodum sunt infinita.*
336 *Sitientibus sat est fontem digito monstrare.*
337 *Furor nihil aliud est, nisi animi ægritudo, estque morbus latens.*
Furoris morbus non cadit sub sensu nostro.
338 *Furoris morbus cum sit intrinsecus per actus et signa externa probatur.*
Stigmata ostendunt militem.
339 *Habitus Clericum, Purpura Regem, Stola Sacerdotem, Toga Doctorem, Cuculla Monachum, Marca Mercatorem.*
340 *in Speculis sicuti figura propria aspicitur, ita in verbis, & sermonibus, animi natura cernitur & num. 341.*
342 *Hominis sermo, quasi figulus animi formam effingit, & profert.*
343 *Vasa fictilia, sicuti ex sono cognoscuntur an sint bona, & integra, ita homo ex sermone cernitur.*
344 *Lingua non discrepat à mente.*
345 *Loquela quem manifestum facit:*
346 *Philosophus quidam, cum vellet inquirere de quodam viro, an esset vir frugi, nec ne, dixit illi, loquere, vt te videam.*
347 *Fatuus fatua loquitur, ac deridenda dicit. numer. 350.*
348 *Mens talis præsumitur, qualem verborum proprietas demonstrat.*
349 *Vxor Iob reprehendit eum de tanta patientia, & quid ei dixerit, ac replicauerit Iob.*
351 *Furor arguitur fuit in quodam, qui asserebat, quod asinus suus erat bos, & dum erat in Ciuitate, aiebat, se esse in pratis cum bestijs,*
352 *Item in quodam alio, qui dicebat, vxorem sui Vlliet non esse mulierem, sed virum.*
353 *Item in quadam muliere, quæ asserebat, Turres cuiusdam Ecclesiæ, quæ ob nebulam non videbantur, fuisse asportatas, & postea dempta nebula, fuisse reportatas.*
354 *Item de alio, qui dicebat, se esse Sanctum, & Deum.*
355 *Item de alio, qui asserebat mortuos viuere, & fratri suo iam mortuo legatum reliquit. & vide num. 356. et 357.*
358 *Item de alio, qui dicebat, se exploratorem ab Inferis missum, delaturum dæmonibus hominum peccata.*
359 *Item de quadam muliere, quæ asserebat se esse infirmam, in vno capillo. & vide num. 360.*
Stulti per quam loquaces sunt.
361 *Vascula inania maximè tinniunt, ita cui minimum inest mentis hi sunt loquacissimi.*
362 *in Garrulo verborum flumen inest, mentis verò gutta.*
363 *Stultus verba multiplicat.*
Homo velox ad loquendum, stultitia speranda est ab eo.
364 *Prudens homo tacet.*
Stultus si parum loquatur, ipse etiam videbitur sapiens.
365 *Stultus a sapiente non differt, nisi dum loquitur.*
366 *Democratus, cum in quodam consessu taceret, quid prudenter, respondit.*
367 *Vitrum, sicuti est inter lapides, ita stultus inter prudentes, & quare.*
368 *Vitri natura est patefacere exterius, quidquid habet interius.*
369 *Furoris probatio, quæ fit per facta, est longè potentior, quam illa, quæ fit verbis.*
370 *Facta potentiora sunt, quam verba. & vide nu. 371. 372. & 376.*
373 *Equum, si quis vendat,* per vn saccho di osse, *quid ex hoc veniat intelligendum. & nu. 374. & 375.*
377 *ex Verbis, licet quis appareat prudens, tamen si facta eum ostendant furiosum, talis est iudicandus.*
378 *Furiosi, & alienati à mente, sæpe loquuntur ad propositum. & nu. 380.*
379 *Infantes sæpe sæpius verba prudentia asserũt, & tamen non sunt tales.*
381 *Infirmi etiam faciunt multa signa sanitatis, et tamen non sunt tales.*
382 *ex Verbis sapientibus, quis non præsumitur talis, nisi etiam faciat actus sapientiæ consentaneos. & nu. 384. declara nu. 385.*
383 *Demens, quod quis sit, et quod loquatur ad propositum simul stare potest.*
386 *Furiosus ille est dicendus, qui spernit se mederi, et Medico obedire recusat. & numer. 387. & 388.*
389 *Testamenta plurima destruerentur, si argueretur furor testantium, ex ea quia nolunt obedire Medicis, & qualiter id procedat. & numer. 390. et 391.*
394 *Pompeius Magnus noluit obedire Medicis, qui iusserunt in quadam infirmitate, vt se vesceretur solis turdibus, et quare. & nu. 395.*
395 *Pompeius Magnus, ne vitam à debitis recognosceret spreuit consilium Medicorum.*
396 *Furor arguitur, si quis tam publicè, quàm priuatim lapides more furiosorum proijciat.*
397 *Furor præsumitur, quando quis ad propositum non loquitur.*
398 *Veluti, si de vna re interrogetur, & respon-*

deat de re, quæ non facit ad propositum. & numer. 399.

400 *Furiosus quidam, interrogantibus de aliqua re, omnibus aliud responsum non dabat, nisi, se esse Regem Cueeborum, & replicantibus, quid in, ulse dicebat. num. 401.*

402 *Furiosus præsumitur, qui interrogantibus sibilat.*

403 *Iudex quidam absoluit pastorem ouium, qui vectigal non soluit, eò quia eum iudicauit furiosum, quia aliud responsum non dabat, nisi sibilare,*

404 *Quale consilium habuit pastor à quodam Aduocato cauto, sed pastor eum postea decepit, & quomodo & numer. 405.*

406 *Fatuus ille præsumitur, qui sine causa publicè vociferat.*

407 *Montalis quædam iudicata fuit fatua, quia tempore silentij vociferabat.*

408 *Furoris signum est, quando quis imaginibus fallitur velut vnum pro alio accipit. & numer. 409.*

410 *apud Furiosos adest atra mentis confusio, & quid velint, vel nolint, nesciunt exprimere.*

411 *Furiosi habent memoriam inordinatam.*

412 *Furiosi aliquando nec proprij nominis memoriam habent, sic adumbrata reperitur eorum mens & num. 413.*

414 *Dementia non tam præsumitur in eo, qui ignorat nomen proprium, verum etiam nomen patris sui declara num 415.*

Infirmitas operatur obliuionem.

416 *Vir, quidam doctissimus, ictu lapidis in capite percussus, literarum quarum erat peritissimus memoriam penitus amisit, secus quoad reliqua.*

417 *Furoris signum desumptum ex inordinata memoria est satis debile. & nu 432.*

418 *Memoriæ imbecillitas nõ infert ad intellectus defectum.*

419 *Memoria inordinata potest venire à casu, vel à morbo, vel à senectute*

420 *Hominis memoria labilis est, & sæpissimè etiã Principes, non recordantur de eo, quod paulò ante gesserunt.*

421 *Obliuio in teste magis præsumenda est, quàm dolus.*

422 *Obliuio præsumitur in Supremo Principe propter multitudinem negotiorum, & sic eum fallit obliuio.*

423 *Princeps propter multitudinem negotiorum præsumitur obliuisci de his, quæ alias rescripsit.*

424 *Clausula, ex certa scientia, cum similibus operatur circa ea, quæ sunt iuris, non autem circa ea, quæ sunt facti.*

425 *Clausula motu proprio, non operatur, quando Princeps renocat à se concessa, quia præsumitur circumuentus. & nu. 427.*

426 *Quod procedit etiamsi diceretur, non obstante concessione alteri facta, quia intelligeretur de concessione inualida.*

428 *Obliuio non præsumitur in facto proprio, quod tamen non procedit in viro valde negotijs dedito*

429 *Summi Pontifices, vt plurimum senes eligantur.*

In senibus naturaliter contingit obliuio.

433 *Memoriam inordinatam habere est potius indicium obtusi ingenij, quàm probabile indicium stultitiæ.*

434 *Memoriæ omnis mala inordinatio non sufficit ad præsumendum quem insanum.*

Nisi sit notabiliter confusa.

453 *Furoris signum est, quando alicui est datus curator, vt illius curam gerat. & vide numer. 436 & seq & late à nu. 702.*

438 *pro Iudicis decreto præsumitur.*

442 *ex Curatoris datione, vt arguatur furor, quid sit necessarium, & præsertim debet abesse dolus. & num. 441.*

442 *Furor ex multis signis arguitur, & sunt innumeri, & nulli ex eis referuntur confusim.*

443 *Veluti, dum quis à propinquis in carcerem detinetur.*

Item furor arguitur ex audacia.

444 *Item si quis in aliquo negotio fuit enormiter læsus.*

Item cum possit eligere bonum, et eligit malũ.

445 *Item si à patre furiosus habitus fuerit, & ideo ei fecerit substitutionem exemplarem.*

Item si per vicos, & plateas cachinnos emittat.

446 *Item si per Ciuitatem nudus incedat.*

447 *Item, si in faciem alterius consulto expuat, puta Notario, Medico &c.*

Item si in testamento ordinauerit, vt corpus suum projciatur in Mare.

448 *Item si de naturali erga liberos charitate laboret.*

449 *Stimulus naturalis vrget patrem ad charitatem liberorum.*

Item, si timenda non timeat, vel non timenda timeat.

450 *Item per venditionem bonorum suorum vili pretio Item per crebras donationes.*

451 *Item si turpia, & inhonesta faciat, et publicè ostendat pudibunda.*

452 *Item si quis semper de fuga cogitet, timendo ne Cælum cadat*

453 *Item si patrem, vel matrem verberet.*

455 *Item si quis tentaret se ipsum occidere, & hoc est magnum furoris signum.*

457 *Signa omnia, quæ non conueniunt viro prudenti, & sanæ mentis, sunt signa furoris.*

458 *Fatuitatis probationis materia tota reposita est in discreto Iudicis arbitrio & vide numer. 459. & seq.*

460 *Iudices in declaranda dementia testantium valde circumspecti sint, & non ita facilè omnibus credant.*

462 *Hæreditatum negotia sunt satis ardua, & insidiarum plena, & quare num. 463.*

CAPVT XVI.

INquirere nunc sequitur, iuxta promissio-
nem de qua supra, et quidem breuiter ex
quibus signis probetur furor, seu insania, et
sanè ea tot sunt, vt propemodum infinita sint,
principaliora tantum adducam, et postea re-
337 feră Doctores in genere, qui de his tractant,
cum sitientibus satis sit, fontem digito mon-
strare. Et in primis sciendum est, cum furor
nihil aliud sit, quàm quædam animi ægritudo,
animique morbus proinde latens intus, et
cum sub sensu nostro cadere nequeat, quare
necessariò sequitur, quod nisi per actus, et si-
338 gna externa, ad cognitionem internorum
deueniamus. Furor enim probatur ex signis,
quia signa ostendunt signatum, *l. 1. § si intelli-
gatur ff. de adilit. edict.* Nam stigmata ostendũt
339 militem, habitus clericum, purpura Regẽ,
stola Sacerdotem, toga Doctorẽ, cuculla Mo-
nachum, marca Mercatorem &c.

Duobus enim modis prædicta signa exter-
340 na apparere possunt, verbis & factis. Et lo-
quendo, quoad verba, sicuti enim in Speculis
figuram vultus nostri aspicimus, ita in verbis,
341 seu sermonibus, animi naturam, et imaginẽ
cernimus, et vt inquit *Demost. apud Max.
serm. 15.* Oratio, seu sermo hominis, quasi si-
342 gulus animi formam effingit, et profert, Et
sicuti vasa fictilia ex sono, et percussu an sint
343 bona, et integra cernuntur, ita homo ex ser-
mone exploratur, nam sicuti ait *Orator Ro-
manus lib. 1. de orat.* Quoties aliquid dicimus,
344 aut loquimur, toties de nobis iudicatur, *&
secundum Demonst. Rbal.* Lingua non discrepat
à mente, et congruit illud Euangelicum apud
345 Matth. cap. 26. *Et tu de illis es, nam & loque-
la tua manifestum te facit.* Fertur etiã de quo-
dam Philosopho, qui cum esset rogatus ab a-
mico suo, vt de quadam persona perquireret
346 quid sibi videretur, et cum ille ad eius præ-
sentiam peruenisset, dixit ei Philosophus, *lo-
quere vt te videam.*

Ex sermone ergo, vt dicebam, cognoscitur
347 an quis sit fatuus, nam nimis in angulo est,
quod fatuus fatua loquitur *iuxta can. Legimus*
ibi, *fatuus fatua loquetur &c. 93. distinct.* &
dixit *glos. in l. nec codicillos. in verb. probari. in
fin.* ibi, *item ex sermonibus. C. de codicill. per leg.
quidam in suo ff. de condit. instit.* et faciunt *text.
in l. ob vitia. in princip. ff. de adilit. edict. & in
l. si quis. §. Diuus* ibi, *ex sermonibus videntur cõ-
potes esse.* et ibi *glos. super verb. ex sermonibus.
vbi Bart. num. 1 ff. de curat. furios. l. idem Iulia-
nus. § fin. ff. de legat. 1. cap. filij. de haret. in 6.* Ta-
346 lis enim præsumitur mens, qualem verborũ
proprietas demonstrat. *iuxta l. fin. C. de hered.
instituend. l. patronus. § fin. ff. de legat. 3.* Inde
est, quod cum vxor Iob eum reprehenderet
349 de tanta patientia, vt habetur *in cap. 2.* ibi,
*Adhuc permanes in simplicitate tua? benedic
DEO, et morere &c.* et Iob vxoris insaniam
arguens ex verbis illis respondit ei, *Quasi vna
ex stultis mulieribus locuta es,* et reliqua, *vt ha-
betur in d. cap. 2.*

Quamobrem furiosus ille iudicandus erit,
350 qui more insanorum, fatua seu deridenda
loquitur, Hinc *Alex. in consil. 86. Visis dubita-
tionibus. num. 10. lib. 2.* arguit furorem in dis-
ponente, ex eo, quia more insano, asserebat,
351 quod suus asinus erat bos, et dum esset in
Ciuitate Ferrariæ, aiebat, se esse in pratis cum
bestijs. *Et* Menoch. *in consil. 683. nu. 15.* loqui-
tur de eo, qui asserebat, vxorem sui Villici nõ
352 mulierem, sed virum esse. *Et Decian. in
consil. 127. num. 32. lib. 3.* loquitur de quadam
muliere, quæ dicebat Turres Ecclesiæ Sancti
353 Antonij quæ ob nebulam non videbantur,
fuisse asportatas, et postea depulsa nebula,
aiebat, fuisse reportatas. Et *Ruin. in consil. 67.
num. 8. lib. 1.* affert exemplum de eo, qui pro-
354 fitebatur, et palam affirmabat se esse Deum,
et Sanctum &c. *et Afflict. in cap. prim. numer. 2.
de form. fidelit.* loquitur de eo, qui credebat, et
355 asserebat, mortuos viuere, prout sensit ille,
de quo *apud Corn. in consil. 73 per tot. lib. 1.* qui
certum quid legauit eius fratri, iam mortuo.

Et *Menoch. in consil. 82. sub numer. 220.* vbi
356 verba facit, de quodam Berardino, qui dice-
bar, se vidisse Equitem ingredientem suum
cubile per speculam, et quod contra eum cla-
mabat, quod recederet, *et Corn. in consil. 216.
357 num. 16. lib. 3.* loquitur de eo, qui more ve-
nantium sibilabat. Et *Mascard. de probation.
conclus. 826. num. 32.* affert exemplum de Me-
358 nedeno Lampsaceno, qui dictabat se explo-
ratorem esse ab inferis missum, delaturum
dæmonibus hominum peccata. Et *Rota corã
bo. mem. Cantucc. decis. 107. sub num. 5. vers. in
primis ex verbis fatuis & c. part. 2. diuers.* loqui-
tur de quadam muliere infirma, quæ dicebat
359 se esse infirmam in vno capillo, et asserebat
sibi apparere quamdam faciem in vno fora-
mine, quæ sibi videbatur Maurus incantator,
aliaque insulsa, et ridicula dicebat, vt ibi *et
coram bo. mem.* Seleucien. *in causa Romana Do-
nationis 11. Ianuarij 1619. §. Nec obstans,* vbi
loquitur de eo, qui noctu videbat feles sylue-
360 stras, aliaque spectra, et illusiones ridiculas.

Obseruandum etiam est, quod stulti, sunt
361 per quam loquaces, hinc Plaut. in Moral. in-
quit, *Vascula inania maximè tinniunt, ita qui
minimum inest mentis, hi sunt loquacissimi,* et
sicuti affirmat Stob. sermon. 36 *In garrulo ver-
362 borum flumen, mentis verò gutta,* meritoque
inquit Sapiens in Ecclesiast. cap. 10. *Stultus
verba multiplicat.* et in prouerb. cap. 29. asserit,
ibi, *Vidisti hominem velocem ad loquendum
stultitia speranda est &c.* Nam et prudentis est
363 tacere, vt fidem facit, Idem quoque in pro-
uerb. cap. 11. ibi, *Vir prudens tacebit.* Imo, et
si ipse stultus parũ loquatur, videbitur sapiens,

vt pariter habetur in prouerb cap. 17 ibi, *Stul-*
364 *tus quoque si tacuerit , sapiens reputabitur*,
quodque quibusdam in faciem præficauit pa-
tientissimus Iob cap. 13. ibi , *Vtinam taceretis ,*
et videretis sapientes .
Neque enim à sapiente. stultus differt, nisi
365 quando loquitur. Vnde Demarathus in
consessu quodam, cum penitus sileret, roga-
tus fuit ab astantibus vtrum ob stultitiam, an
366 ob sermonis inopiam sileret, prudenter re-
spondit, *quod stultus non potest tacere* , teste
Plutarch. in Lacon. Apophteg. Quemadmodū
enim vitrum (vt dicit Auicenna) inter lapi-
367 des est, ita quoque est stultus inter homi-
nes. Vitri namque natura est patefacere ex-
368 terius, quidquid habet interius, quod secus
est in quolibet alio metallo, sic est de fatuo, vt
de vitro, quia ille quidquid scit, & habet in-
terius, loquitur, et prodit exterius .
Ex factis etiam deuenitur ad cognitionem
369 an quis habeat caput cerebro vacuum, nec
ne, quæ quidem probatio est longè potentior
ea, quæ fit per verba, cum clari iuris sit, facta
370 esse potiora verbis , *iuxta text. in l si tamen*
§ ei qui ff. de adil. edict. vbi quis vendidit seruū,
eumque venditori ostendit ligatum, & pauló
post secuta venditione aufugit, quæsitum fuit
371 an venditor teneretur de fuga quasi naturā
serui ei non significauerit, et respondet text.
372 quod satis venditor id expressit, dum seruū
victum ei vendiderit, cum multò magis sit, id
facere, quam pronunciare in vinculis fuisse,
Videatur *Surd decis.* 146. *nu.* 14. vbi ait si quis
373 vendat equum, et expresè conueniat, se
nolle tenere pro aliquo vitio ad interesse, et
nec ad pretij restitutionem, sed equum illum
374 vendere. vt vulgus dicit, *per vn saccho d'osse*,
ex hac enim forma et pacto, emptor poterat
in cognitionem deuenire, talem equū aliquo
375 morbo laborare, et allegat *text. in d. l. si ta-*
men § ei qui. plura circa hanc materiam, quod
376 facta sunt potentiora, quam verba *dixi in*
annotat ad. decis. 431. *numer.* 95. *vers. facta dictis*
sunt potiora &c. part. 3. *recent. tom* 2. *& in an-*
notat. ad decis. 542. *num.* 7. *vers. voluntas non*
minus declaratur factis, imo potentius quàm ver-
bis &c. eadem part. 3. *tom.* 3.
Quare loquendo in casu nostro, quamuis ex
verbis quis appareat prudens, tamen si facta
377 furiosum ipsum ostendant, erit talis iudicā-
dus, *iuxta text. in l. ii qui § diuus. ff de tut. et*
curat. et comprobat *Zabarell. in consil.* 56 *nu-*
mer. 4. *vers. conuincuntur , quandoque ex factis ,*
licet ex verbis prudentes appareant &c. Corn. *in*
consil. 69, *num.* 12. *vers furiosi multoties loquun-*
tur ad propositum, vt prudentes & tamen non
iudicantur propterea non furiosi &c, lib. 1. Idem
in consil. 73. *num.* 3. *vers. nam ponderandum est.*
378 *eodem lib.* 1. vbi ait, quod furiosi, et alienati à
mente propter infirmitatem, vel ex alia causa
sæpe respondent ad propositum, & immiscent
et verba, et facta, quæ conueniunt homini sa-
næ mentis. Prout videmus quoque in insan-
379 tibus, qui sæpe sæpius loquuntur ad propo-
situm, et verba valde prudentia proferant, nō
tamen iudicantur prudentes, vt in puncto ra-
tiocinata est *Rota coram bo. mem.* Cantucc. *di-*
cta decis. 107. *numer.* 25. *vers. quia etiam infantes*
sæpe sæpius verba prudentia loquūtur &c. par. 2.
diuers. et multi DD. id adducunt relati *per*
Mascard. de probation. conclus. 824. *num.* 3. *vers.*
licet ex verbis prudens videatur, nam si facta
insapientem ipsum ostendant erit talis iudican-
dus &c. et adde Ioseph de Sesse *dec. Aragon.* 56.
num. 21. *vers respondebat aliqua verba sana mē-*
tis, et ad propositum, non inde infertur , quod ha-
bebat sanam mentem &c. Ipsaque experientia
rerum magistra docet, et refert *Roder.* Suarez.
allegat. 1. *num.* 17. et adducit *Rota d. decis.* 107.
380 *num.* 23. *in fin.* quod nullus est ita stultus, qui
aliqua verba nō proferat, pro quibus iudicen-
tur homines sanæ mentis.
Et in simili etiam videmus quāuis infirmus
381 faciat aliquos actus plerunque sanitatis, vt
ambulando, ludendo, benè manducando &c.
tamen infirmitate corporis laborat, vt quoti-
die practicatur, *et post Proposit. Corset. et alios*
ratiocinatur Rota decis 233. *num.* 34. *vers vbi in*
simili infirmus qui et si aliquos actus faciat , qui
sanitatē arguant, tamen non est sanus &c. part. 5.
recent. tom. 1. Ex verbis ergo sapientibus non
382 præsumitur quis sapiens , nisi etiam faciat
actus sapientiæ cōsentaneos , *et notat* Roman.
ex glos in l filium emancipatum. num 3 *ff de ac-*
quirend hared. et aduertit *Rota decis.* 129. *nu* 7.
vers quia stant simul &c part. 2. *diuers.* vbi ait,
383 quod est compatibile, quia stant simul, quod
quis sit demens, et loquatur ad propositum.
Vnde etiam *Lap in allegat* 25. *nu.* 2. asserit hoc
384 modo probari aliquem esse sanæ mētis, quia
verba prudentis proferebat, et actus sensatos
exercebat. Id tamen non est vniuersaliter ve-
385 rum, nam quis potest loqui ad propositum,
et actus prudentes facere, et tamen stultum
esse, vt sensit *Rota in d. decis.* 129. *num.* 8. *& seq.*
Adducam modò nonnullos actus, seu facta
ex quibus argui poterit, quem in furorem in-
cidisse, quare illud non parum signum furo-
386 ris , seu dementiæ erit, si quis reperiatur in
infirmitate constitutus, ac diu spreuit, se me-
deri, Medicoque recusauit obtemperare, *vt*
sensit glos. in cap. singularis. 1 *in verb. inferat. vers.*
sed puto esse furiosum &c. 83. *distinct.* vbi ait,
quod infirmus si prohibeat, vt ei nullæ dentur
387 medicinæ, putandum est talem furoris mor-
bo laborare, et sequitur *Specul. in titul. de salar.*
§ vltim. §. 4. *vers. sed quid si infirmus &c.* vbi
ait, eum furere dici, qui cum aduersa laborer
388 valetudine Medico rectè consulenti, morem
gerere recusat, vt si sibi salutares medicinas
dari prohibuerit. *et idem sensit Ias. in l furiosus.*
sub nu. 4. *vers. item si furiosus recusat &c.* C. *qui*
testam. fac poss. Alex. *in l. apud Iulianum. § con-*
stat. num. 4. *in fin. ff de legat.* 1. Menoch. *de præ-*
sumpt.

sumpt. lib. 6. dict. præsumpt. 45. num. 37. vers. cum
infirmus spernit, vel probibet medicinas in infir-
mitate sibi à Medicis ordinatas &c. Mascard. *de*
probation. d. conclus. 826. num. 23. vers. vt si salu-
tares potiones sibi dari prohibuerit &c. Farinac.
in fragment. d. verb. Furiosus nu. 265. vers. dum
est infirmus non patitur se medicari &c. Cardin.
Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. d. cap. 5.*
num. 12. vers. si quis sit ægrotus, & nolit medico
obtemperare &c. et ratiocinata est *coram bo. me.*
Cantucc. *d. decis. 107. sub num. 5. vers. qui in in-*
firmitate non vult mederi &c. part. 2. diuers.

Intellige tamen tale argumentum tunc pro-
cedere secundum ea, quæ dixi supra *à nu.* 143.
scilicet dummodo testes addant, infirmũ pro-
389 pter furorem, vel more furiosorum spreuisse
Medicos, aliàs si simpliciter prædicta conclu-
390 sio procederet, destruerentur quamplurima
testamenta, *vt bene aduertit* Andr. Alciat. *de*
præsumpt. regul. 1. præsumpt. 38 nu 2. vers. si esset
ita simpliciter verum, destruerentur multa testa-
menta &c. Quamplurimi enim sunt, qui re-
391 nuunt obedire Medicis, ex causis de quibus
supra *d. numer* 144. congruitque quod narrat
392 *Plutarc. in Apoth.* de Pompeio Romano verè
Magno, qui cum valde aduersa valetudine la-
393 boraret, eique Medici præscripserint, vt so-
lis turdis vesceretur, Quumque ille, cui datũ
erat negotiũ, negaret inueniri (non erat enim
tempus, quo genus hoc auium capi posset)
394 admonuit quis apud Lucullũ inueniri posse,
qui turdos toto anno alere solitus esset, itaque
inquit Pompeius, nisi luxuriaret, seu delitijs
395 deditus esset Lucullus nequaquam viueret
Pompeius? Contempto Medico, turdisque re-
cusatis voluit se vesci, cibis parabilibus. *O ve-*
rè masculum animum, qui ne vitam à delitijs
recognosceret. tàm generosè Medicorum consilia
spreuit, et simul sanitatem.

Probabile est quoque illud furoris signum,
dum quis inconsulto, et absque alia differen-
396 tia, tùm publicè, tùm priuatim lapides fu-
riosorum more, proijcit, sicuti probat *text. in*
l. iudeus 2. ibi, *saxis, aut alio furoris genere &c.*
C. de iudeis. Bald. *post glos. in l. si cum dotem. § si*
maritus. numer. 2. vers. in text ibi, terribilis, et ibi
Angel. *in fin.* Castr. *num. 4. vers. vltimo nota glo-*
sam. Alex. *num. 7. vers. nota in glos.* Imol. *nu. 62.*
vers. & ex prædictis nota ff. solut. matrim. Idem
Bald. Angel. Ias. *& alij in dicta l. furiosus.* Carol.
Ruin. *in consil. 67. nu. 8. vers. item deponunt, quod*
proijciebat lapides &c. lib. 1. Paris. *in consil. 87.*
num. 5. vers. more insanorum lapides proijcit &c.
part. 3. Idem in consil. 88. nu. 68. vers. proijciebat
lapides per viam &c. eadem part. 3. cum alijs co-
piosè relatis per Mascard. *de probation. conclus.*
503. num. 5. vers. poterit ex eo probari, quod quis
proijciat lapides &c. et iterum *in d. conclus. 826.*
num. 32. vers. cum publicè lapides more furiosa-
rum proijciat etc. et per Decian. *in consil. 127.*
num. 30. vers. puta, quod lapides indifferenter, et
sine causa proijceret etc. tom. 3. et per Menoch.
de præsumpt. lib. 6. d. præsumpt. 45. num. 25. vers.
quando quis proijcit lapides per viam, is enim
furiosus demensque præsumitur etc. Farinac. *in*
fragment. d. verb. Furiosus. num. 261. vers. furor
probatur per proiectionem lapidum etc. Cardin.
Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. d. cap. 5.*
nu. 12. vers. furoris signũ est proijcere lapides etc.
Io. Maria Nouar. *in prox. election. for. part. 1.*
quæst. 43. num. 8. vers. quando quis proijcit lapi-
des per viam etc. Petr. Royz. *decis. Lituan. 1. nu-*
mer. 11. vers. ex lapidibus vulgò commeantium
pernicie temere, et sine causa iactis furor argui-
tur etc. Rota Rom. d. decis. 107. num. 5. vers. qui
lapides proijcit etc. part. 2. diuers. Hinc bene ce-
cinit Vernaculus ille Poeta.

Altri cō pie và misurando i passi,
Altri parla latin, nè sà, nè intende,
Chi trà se stesso per la via contende,
E chi crede saper tirando i sassi.

Intelligenda tamen est suprarelata conclusio,
vt iam dixi supra *num.* 143.

Vehemens est pariter illud furorem probã-
397 di argumentum, quando quis ad propositũ
nõ respondet, veluti si de vna re interrogetur,
aliud respondeat, quod ad rem nec per som-
nium quidem faciat *vt* Gemin *in cap. 1. § si ve-*
rò est. de cleric. ægrot. lib. 6. et illum secutus est Ias.
in d. l. furiosum. num. 4. vers. item iudicatur. ibi-
dem Dec *num. 29. vers. tertiò si probetur, et in*
consil. 448 sub num. 1. vers. si quis cum interroga-
bat non respondebat ad propositum etc. Alex.
Raudens. *in commentar. de Analog. cap. 30. à nu-*
mer. 156. Grammat *in consil. 16. num. 9. et 10. in*
criminal. Menoch *d. præsumpt. 45 num. 36. vers.*
quando quis ad rem non respondet etc. et idem
sensit Mascard *de probat. d. conclus. 826. num. 20.*
vers. furor colligitur cum quis ad rem ipsam non
respõdet &c. et præter ibi allegatos adde Magon.
decis. Florentin. 97. num. 8. vers. de insulse respon-
dente ad interrogata &c. & fuit dictum coram
R. P. D. Cerro *in causa Senogallien. Bonorum*
30. *Maij* 1644. *& iterum in eadem causa* 15.
Maij 1645. vbi cum quis fuisset interrogatus
an vellet relinquere scuta mille pro erigenda
398 collegiata, respondit, *sapere, è zapare,* eaque
verba sæpius replicauit, ex qua inepta respõ-
sione dixit Rota, alterum de duobus elijci, vel
quod ille non habebat animum, sic disponen-
di, & sic faciebat, vt euitaret molestas inter-
rogationes adstantium, vel ipse non erat am-
plius sanæ mentis, dum interroganti super re
graui, respondit de alia ad rem non faciente,
399 et nihil prorsus significante, de casu dicta-
rum decisionum memini etiam supra. Insuper
& pro exemplo adduci potest fatuus ille voca-
tus Scarpaccia, de quo mẽtionem facit *Thom.*
Garz. in suo hospital. stult. incurabil. discurs. 24.
400 qui fuit tam vacuæ mentis, & tam extraua-
ganti stultitia laborauit, vt prætendebat se
esse Regem Cucchorum, & quoties aliquis se-
cum alloquebatur, omnibus indistinctè respõ-
debat

debat ter replicando cucchù, cucchù, cucchù,
& interrogatus quare non respōdebat ad pro-
401 positum, aliud responsum non dabat, *loso-
no il Rè, cucchù, cucchù, cucchù*, aliaque exem-
pla vide ibi.

Vlterius quis eum furentem non præsumit?
402 qui cum interrogatur, sibilat, vt consultus
respondit *Corn in consil.* 319. *nu.* 1. *vers. dicunt,
quod eum sibilabat more venantium &c. lib.* 1. *cum
alijs allegatis per* Menoch. *d. præsumpt.* 45. *nu.* 58.
*vers. interrogatus à Notario conscribente eius te-
stamentum sibilabat, nec aliud respondebat &c.*
vbi etiam asserit, se legisse aliquando apud fa-
403 cetiarum scriptorem euenisse in Ciuitate
Patauij corā illius Ciuitatis Prætore, qui ouiū
pastorem dementem iudicauit, ob id, quod in-
404 terrogatus, quare non persoluisset vectigal
Publicanis pro ouibus à se conductis, & quæ
alioquin in commissum inciderant, nil aliud
respondebat, quàm quod sibilabat. Sic enim
ille pastor, vt eo signo se stultum fingeret ab
illius Ciuitatis Aduocato consilium, seu caute-
405 lam acceperat, Qua quidem cautela cautus
ille pastor, aduocatum deinde petentem dari
consilij præmium, mercedemque, facetè &
prudenter deinde quoque eludit. Fatuus quo-
406 que censetur ille, qui publicè sine causa vo-
ciferat, *vt asserunt DD. in l. quidam in suo. ff. de
condit. instit. & in l. ob quæ vitia ff. de ædilit. edict.*
Ias. *in consil.* 141 *numer* 14. *vers. faciebat multos
clamores &c.* vbi abūdè alios adducit, & sensit
Rota d. decis. 107. *sub numer.* 5. *part.* 2. *diuers.* vbi
407 loquitur decisio de Moniali quæ tempore si-
lentij vociferabat.

Furoris non leue signum, illud certè pariter
erit, quando quis imaginibus fallitur, nempè
408 vnum pro alio accepit, & credit, vnde ima-
ginandi potētia læsa reperitur, *vt recenset* Ga-
lenus *lib.* 3. *de morbis.* & Cornel. Cels. *lib.* 3. *me-
dicin. cap.* 17. & Cœlius Rhodig. *lib.* 17. *lect. antiq.
cap.* 3. vbi nonnulla adducunt exempla, & ex
nostris videatur *Roderic.* Suarez *allegat.* 1. *nu.* 4.
vbi pro magno dementiæ signo ponit, quod
quædam mulier infirma, vocabat ad se venire
409 maritum, et dum veniebat illum repellebat,
dicendo, quod non erat ipse, sed alius, qui vo-
cabatur Gonzalo Hita. Hi enim qui imagini-
bus falluntur insani verè sunt, *vt sentit Cornel.
Cels. lib* 3. *medicin. d. cap.* 17. nam est apud eos
410 atra confusio, et quid velint, vel nolint ex-
primere nesciunt, vt bene considerat *text. in
cap. pastoralis.* 1 *§ si verò.* ibi, *demens fuerit &
quid velit, aut nolit exprimere nesciat &c. de
cleric. ægrot. in* 6. Prędicti enim habent memo-
411 riam inordinatam, ex quo bene arguitur fu-
ror, vt notabiliter probatur *per text. in cap. fi-
lij* 3. ibi, *quod non sit sana mentis, & memoriam
habeat inordinatam &c. de hæretic. in* 6. *cū alijs
allegatis per* Surd. *consil.* 89. *numer.* 24. *vers. habet
memoriam inordinatam, quod est insaniæ mani-
festum signum &c.* Rota *decis.* 233. *nu.* 16. *vers.
inordinatio arguit defectum &c. part.* 5. *recent.*
412 ita vt aliquando nec proprij nominis memo-
riam habeant, sic enim adumbrata reperitur
eorum mens.

Verum et quod illud non sit paruum furo-
413 ris argumentum, cum quis ignorat suum
nomen, optimè probat *text. singularis in l. fin.*
ibi, *nec enim sic bonos supinus, imo magis stultus
inuenitur, vt suum nomen ignoret &c. C. de hæ-
red. instit.* & innuunt *Bart. in l. si quis in fundi
vocabulo. post num.* 6. *vers. sicuti enim, qui igno-
rat &c. vbi etiam* Castren. *num.* 5. *ff. de legat.* 1.
et idem voluit Romanus *in consil.* 176 *sub nu.* 1.
vers. adest error nominis &c. vbi etiam dicitur,
414 quod dementia non tam præsumitur in eo,
qui ignorat nomen proprium, sed quoque si
ignoret nomen patris, vel filij. *Idem* Roman.
in consil. 281. *num.* 6. *vers. allegans errorem in
nominis proprij expressione, fatuitatem errantis
allegat &c. & sequitur* Ias. *in d. l furiosum. post
num.* 4. *vers. item qui nomen &c. C. qui testam.
facer. poss.* Intellige tamen id nullatenus pro-
415 cedere, quando quis propter corporis mor-
bum, nominis sui memoriam non habet, vt
de Messala Coruino Oratore, paginæ antiqui-
tatis memores testantur, qui propter ægritu-
dinem, qua non parum vexatus fuit, proprij
nominis oblitus est, quantumuis aliàs ei sen-
sus vigerent, *vt tradiderunt* Solinns *cap.* 6. Po-
lyhist. Crinit. *lib.* 1. *cap.* 10. Plin. *lib.* 7. *cap* 24. *&*
Sabin. *lib.* 10. *c.* 9. *& ex nostris adducit* Mascard.
de probation. d. conclus. 826. *numer.* 18. *& latius*
Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *d. præsumpt.* 45. *nu-
mer* 31 *vbi etiam nu.* 33. *post* Valer. Max. *lib.* 1.
cap. 8. & Folarer. *lib.* 21. narrat fuisse obserua-
416 tum, virum quemdam eruditissimum Athe-
nis ictū lapidis in capite percussum, literarum,
quarum doctissimus erat, memoriam amisis-
se, reliqua verò tenacissima memoria rete-
nebat, quod quidem videbitur mirabile.

Declara, quod dixi *num.* 410. scilicet furo-
417 rem benè argui posse ex inordinata memo-
ria, quod tale indirium leue sit, nam memoriæ
418 imbecillitas non infert ad intellectus defe-
ctū. *Menoch. de præsumpt. lib* 6. *d. præsump.* 45.
numer. 30 *vers. cum multi inueniti sunt obliuiosi,
qui tamen in cæteris &c. Rota decis.* 384. *num.* 5.
*vers. quasi non habeat illum vigorem mentis &c.
part.* 1. *recent. & decis.* 233. *num.* 23. *vers. memo-
ria imbecillitas non infert ad intellectus defe-
ctum &c part.* 5. *recent. tom.* 1. & ideo non ita
facilè ei dandus est locus ad probandam insa-
niam, seu dementiam nisi, et alia plura admi-
nicula concurrant, Et hoc ea ratione, quia ta-
419 lis inordinata memoria potest venire à casu,
tùm vel à morbo, vel à senectute, tùm quia
memoria hominis labilis est, & sæpissimè ho-
mines, & etiam Principes non recordantur de
420 eo, quod paulò ante gesserunt, & hoc præser-
tim propter multiplicitatem negotiorum cu-
rarum &c. quibus anguntur, *vt satis iam dixi
supra cap.* 2. *à num.* 108 Et de memoriæ imbe-
cillitate generaliter loquendo in terminis fa-

cit

Digitized by Google

cit. text. in l. peregri. 44. vers. infirmitatem memo-
ria &c. ff. de acquir. possess.
Hinc est obliuionem magis præsumere de-
421 bemus in teste quàm dolū. arg. text. in l. me-
rito ff pro soc. et l quoties, §. qui dolo ff de prob.
Corn. in consil. 324. num. 9. vers. & de facili ca-
dit obliuio &c lib. 3. et sensit Rota coram sanct.
mem. Gregor XV. decis. 294 num. 6 vers. obliuio-
nem magis præsumere debemus, quàm dolum in
teste &c. quæ decisio impress. etiam habetur in
recent. part. 1. decis. 131. num. 3. in fin. & in pun-
cto, quod etiam in Supremo Principe præsu-
422 matur obliuio propter multitudinem nego-
tiorum, et sic eū fallat obliuio, bene colligitur
ex text. in cap. ex parte. 12. ibi si memores fuis-
semus scripsisse pro primo, non scripsissemus pro
secundo &c. ext. de offic. delegat. & ibi DD. &
præsertim Card. nu. 7. Anan. num. 2 & Anchar.
num. 2. Sarnens. in cap. licet. 1. num. 135 vers. pro-
pter multitudinem rescriptorum præsumitur ob-
liuio &c de constitut. in 6. cum multis ibi allega-
tis. et adde Paris. in tractat. de resignat. benef. lib. 3.
quæst. 6 num. 58. vers. quia Papa multitudine
negotiorum impeditus, hæc retinere memoria non
præsumitur &c. & sic sæpius censuit Rota, &
præsertim iam olim coram bo. mem. Oradino in
causa Taruisina Pensionis 2. Maij 1567. §. Fuit
tentum vers. dicebatur Clementem ob multitudi-
nem negotiorum fuisse oblitum breuis &c. coram
bo. me. Cotta in causa Romana Officij Camera-
riatus 17 Iunij 1569. §. Conclusum. vers. proba-
bilem esse in Papa ignorantiam regularum Cā-
cellariæ &c. et coram bo. me. Cantucc. in causa
Cremonen. Pensionis 18. Maij 1589. est dec. 791.
num. 13. vers. quia Papa multitudine negotiorum
impeditus hæc memoria retinere non potest &c.
part. 1. diuers. et coram Card. Seraph. decis. 268.
nu. 4. vbi dicitur, quod Princeps propter mul-
423 tiplicitatem negotiorum præsumitur obliui-
sci illius, quod alijs vicibus rescripsit, et subdi-
tur, quod huiusmodi sciētia minimē supplea-
tur per clausulam ex certa scientia, cum Rota
indistinctè teneat, quod huiusmodi clausula
424 cum similibus operentur tantùm circa ea,
quæ sunt iuris, non autem circa ea, quæ sunt
facti. ex ibi allegatis. et adde Crauett. in cōs. 241.
sub num. 20. vers. tertio respondeo.
Vbi loquitur in terminis clausulæ, motu
proprio, & ait, quod prædicta clausula non
425 operatur, quando Princeps reuocat à se cō-
cessa, quia præsumitur circumuentus, adeo
quod contrarium probari non possit. l. prædia.
C. de locat. præd. ciuil. vel fiscal. lib. 11. Quæ con-
clusio adeo vera est, vt procedat etiam si dictū
fuisset, non obstante concessione alteri facta,
426 quia intelligeretur de concessione inualida,
iuxta solemne dictum Compostell. in cap. causā.
de rescript. et tamquam notabile dictū sequun-
tur Alex. Ias. Dec. Afflict. Ruin. et alij relati per
Peregr. de Iur. Fisc. lib. 1. titul. 3. sub numer. 21.
vers. amplia etiam si fuerit dictum non obstante
concessione alteri facta &c.
Semper enim clamat illa ratio, quod in
427 Principe propter diuersitatem curarū præ-
sumitur obliuio, et sic fuerit circumuentus in
secunda concessione, et per consequens vide-
tur in eo cessare voluntas reuocandi primam
vt eleganter inquit text. in cap. cum olim ibi, sicut
credimus circumuentus, ext. de re iud. quem tex-
tum in varijs locis Doctores notarunt ad multa,
vt fidem facit Roderic. Suarez. allegat. 8. num. 6.
vers. præsumitur cum Princeps circumuentus in
secundo priuilegio &c.
428 Et licet in facto proprio nō admittatur ob-
liuio. cap. ab excommunicato. de rescript. cum
simil. tamen id procedit in homine non impli-
429 cito in negotijs, quia tunc minus toleratur
obliuio, quàm in valde occupatis l. penult. ff. de
confess. cum alijs allegatis per Gratian. discept.
forens. cap. 846. num. 40 vers. quia scimus in ho-
mine non implicito &c. & in puncto ratiocina-
tur Gomez. in d. cap. licet. num. 135. vers. quæ li-
cet in facto proprio non præsumatur, tamen fallit
propter multitudinem negotiorum etc. de consti-
tut. in 6. et num. 136. subdit, quod supradicta
430 maximè procedunt in Papa, quia vt pluri-
mùm Summi Pontifices senes eliguntur, in
qua ætate naturaliter contingit obliuio, vt
probat Andr. Sicul. in cap. eam te. in 3. col. per illū
textum ibi. si benè meminimus. de rescript.
Sed quia vereor, ne loquendo de materia
obliuionis, quæ est exitus è memoria, in simi-
431 lem quoque caueam præcipitem, ideo nunc
recto tramite domum redeundo, Prædictum
argumentum de quo supra numer. 397. quod
furor alicuius bene possit deduci ex eiusdem
432 inordinata memoria est satis, superque leue,
vt dixi, et nisi alia plura adminicula concur-
rant ad præsumendam insaniam, seu furorem,
nullius erit roboris. Nam habere memoriam
inordinatam est potius inditium obtusi inge-
433 nij, quàm probabile inditium stultitiæ sicu-
ti optimè aduertit Card. Mantic. de coniectur.
vltim. volunt. lib. 2. d. cap. 5. num. 13 vers. quam-
quam aliud sit obliuisci, et aliud non habere me-
moriam ordinatam etc. et eum referunt, et sequū-
tur Mascard. de probat. d. conclus. 826 numer. 14.
versic. verum cum hac præsumptione inordinata
memoria debere alia adminicula cōcurrere, alio-
quin ex se furorem etc. & Farinac. in Fragment.
d. verb. Furiosus. num. 246. vers. hoc signum inor-
dinatè memoria reputat leuem coniecturam etc.
et conferunt tradita per Menoch. de præsumpt.
lib. 6. d. præsumpt. 45. num. 20 et seq. versic. cum
multi sint inuenti obliuiosi etc. Nauar. in repetit.
cap. si quando. numer. 1 except. 10. versic. quarto
quia. de rescript. vbi deducit, quod non omnis
mala memoriæ ordinatio, sufficit ad faciendū,
434 quem reputari insanum, seu dementem, nisi
fuerit notabiliter confusa.
Furoris quoque morbus ex eo indubitatè
435 poterit argui, dum alicui ratione dementię
assignatus fuit curator, vt illius curam gereret,
quemadmodum et in simili dicimus de pro-
banda

banda ætate pupillari, vel minori, vt bene illa
436 arguatur ex datione tutoris, vel curatoris,
itaut onus probandi illum non fuisse pupillũ,
vel minorem transferatur in eum, qui id deducit. sicuti post Bald. Dec. Riminald. et alios. sentit Decian. in consil 53. num. 5. vers. quia tunc si curator datus sit &c lib 2. vbi ait. licet regula sit, quod qui se fundat in ætate, illam probare debeat, fallit tamen in eo, qui pro se addu-
437 cit decretum Iudicis, talem esse datum curatorem illi, quia tunc releuatur à tali probatione, cum alijs ibi deductis, et super tali conclusione latè videatur Sfort. Odd. in tractat. de restitut. in integr. part. 1. quæst. 37. articul. 11. tit. An per instrumentum cura. seu dationis Curatoris probetur ætas, et per Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt 50. num. 40. et seq.

Et in terminis, quod ex assignatione cura-
438 toris facta à Iudice alicui vti furioso arguatur furor, quia pro decreto Iudicis præsumitur, sedulò comprobat Dec in consil. 87. sub numer. 7. vers. accedit, quod fuit datus curator, tamquam mentecapto &c. vbi plures DD. allegat, et copiosus per Surd. in consil. 89. num. 19. vers. hæc autẽ datio curatoris arguit esse dementẽ &c. & adde Paris. in consil 88. nu 70. vers fuerit datus curator, vti datur mentecaptis &c lib. 3. Lap. allegat. 25. num. 2 vers si tamquam furioso fuisset ei datus curator, vel coadiutor iam constito hoc, incumbet probatio aduersario, quod erat sanæ mentis &c. cum alijs allegatis per Mascard. de probation. d conclus 826, nu. 7. vers. inditium non leue probandi furorem est cum ratione dementiæ datus est ei curator &c. & idem respondit Hondted in consil. 78 num. 73. vers. quando alicui datur curator vti furioso non modica furoris resultat probatio &c. lib. 2. Boer. decis. Senatus Burdegal. 23 numer. 79. vers. fuit eidem Carolo datus curator sicut furioso &c. Gamm. decis. Lusitan. 302. num. 4. vers. iussit curatorem dandum &c. et sensit Rota Rom. corã bo me. Durano dec. 178. num. 19. vers. qua Curatoris datio dementiã arguit &c. par. 1. et corã bo me. Card. Marcomont. decis. 190. numer. 4. vers. atque deputatione curatoris simul, atque iterum dati ex causa dementia &c. part. 2. recent.

Intelligenda tamen venit prædicta conclusio, vt tunc vera sit, quando talis datio cura-
439 toris facta furioso cum causæ plena cognitione reperitur decreta, iuxta text. in l. obseruare. ff. de curat furios. Causæ enim cognitio, est requisitio agnatorum, & attinentium vicinorum, et amicorum ad effectum explorandi ab cis veritatem, ne ex fictione, & causa decipiẽdi alios, talis fieret petitio. ad l. fin. ff. vbi pupill. debet educar et l ergo ff ex quib caus. maior &c. Castren. in consil. 248. num. 4 vers. ne ex fictione, et causa decipiendi alios &c. part, 2. quæ ratio deceptionis consideratur etiam à text. in d. l. obseruare. ibi, quoniam plerunque vel furorem, vel dementiã fingunt quo magis curatore accepto &c. Hinc benè dixit Rota coram bon. mem. Merlino decis 772. num. 18. quod curatoris deputatio arguit furorem, et insaniam, quando
440 tamen abest suspicio fraudis, qualis suspicio non parum intrabat in casu dictæ decisionis, ex eo quia patronus quidam qui furiosus prætendebatur, iam præsentauerat, et postea fuit
441 à suis procuratum, vt ei curator assignaretur, et sic poterat suspicari id fuisse factum in fraudem, et præiudicium præsentationis cum alijs ibi allegatis, et idem fuit animaduersum in recent. decis. 233. num. 36. vers. & an fuerit ad hoc procurata ab habentibus pinguius interesse ex primo testamento &c part 5. tom. 1. et coram bo. mem. Remboldo in illa Romana de Gracchis 5. Octobris 1622. vers. nec sola curatoris datio arguit dementiam &c. et coram bon. mem. Cardin. Panzitolo in causa Meleuitana Hæreditatis 26. Nouemb. 1637. §. Non obstat. vers datio curatoris non abstulit testamenti factionem &c. et corã eodem in eadem causa sub die 19. Maij eiusdem anni. § Non obstat. vers. datus fuerat curator, per quam curatoris dationem &c et in eadẽ causa 26 Ianuarij 1643 §. Minus releuat. vers. petierit dari curatorem &c. coram Reuerendiss. D. Dunozetto Decano, et iterum in eadem causa 15. Aprilis 1644 § Nec releuat. versic. ex sola constitutione curatoris datione, non argui dementiam &c. coram R P. D. Cerro. Vide quæ dicam cap 19.

Sed quia, vt dixi iam supra num 335. propemodum infinita sint signa, seu argumenta
442 ex quibus probatur furor, seu dementia, & sanè quoniam longum esset singula, vt incœpi, discutere, ideoque ne vltra quam par est in similibus quæstionibus insistam. Vnde breuitati consulendo, aliquam eorum magnam turbam simul coaceruabo, & deinde DD. de eis tractantes. Insuper ergò probatur furor, dum
443 quis à propinquis in carcerem detinetur, & etiam compedibus constrictus sit. Item furoris præsumptio oritur ex audacia. Item si quis
444 in aliquo contractu sit enormiter læsus. Item cum possit eligere bonum, malum eligit. Item si à patre pro furioso fuerit habitus, et tracta-
445 tus, et tamquam tali fecerit substitutionem exemplarem. Item si per vicos, & per plateas
446 cachinos emittat. Item si nudus incedat per Ciuitatem. Item probabile erit illud dementiæ argumentum, si quis in faciem alterius
447 consultò, & dedita opera exputet, puta Notario, Medico &c. Item si in testamento ordinauerit, vt suum corpus in Mare proijciatur. Item si quis publicè clamores emittat. Item
448 si quis de naturali erga liberos charitate laborat, eum; naturalis stimulus vrgeat patrem
449 ad charitatem liberorum. Item si quis non timenda timeat, & timenda non timeat. Item per vẽditionem bonorum suorum vili pretio.
450 Item per crebam donationem sine causa, & alias per bonorũ dilapidationem. Item si quis
451 turpia, et inhonesta faciat, sicuti quando quis passim, et publicè ostendat pudibunda.

Item

Item si quis semper de fuga cogitet, timendo
452 ne Cœlum cadat. *Item* dum quis communiter fuit tentus, & reputatus pro insano, & mentecapto, seu demente. *Item* qui potest
453 ire per porticum, quando pluuit. & vult ire per pluuiam. *Item* si verberaret patrem, vel matrem. *Item* dum quis voluntariè periculo
454 euidenti se submittit. *Item* si quis se ipsum occidere tentauit. quod quidem est magnum
455 furoris argumentum. hinc *Seneca lib. 3. controuers. 9.* defendendo furiosum, & pro eo per-
456 orando, inquit, Quæritis insaniæ argumentum? & se ipsum voluit occidere.

Cæterum vt paucis multa complectar generaliter assero, quod omnia signa, quæ mi-
457 nimè conueniunt prudenti, & sanæ mentis homini, sunt signa furoris, & dementiæ. Et prudens Iudex, in cuius arbitrio totam istam
458 materiam probationis fatuitatis repositam apud Doctores reperio, *vt post Rip. Ias. & alios testatur Antonin.* Thesaur. *decis. Pedemont 92 numer 4. versic. hæc autem fatuitas discretio tota relinquitur iudicantis arbitrio &c.* satis attentè, & cum non modica consideratione, omnia simul perpendendo animaduer-
459 tere debet, vtrum quis possit dici furiosus, & vti talis fecerit actus, qui prætenduntur annullari, cum furor ex momento temporis non possit percipi, sed ex quodam discursu,
460 & ex multis signis, et argumentis simul iunctis, et tandem omnia diligenti obseruatione rimari, cum satis sit materia fallax, &
461 facilè restantium, aut aliter disponentium voluntates sic in totum possunt labefactari. *& benè aduertit* Simon de Præt. *de interpretat. vltim. volunt lib. 2. interpretat. 1. dub 1. solut. 4.*
492 vbi monet Iudices, vt in declaranda demētia testantium valde circumspecti sint, & non ita facile omnibus credant, quia negotia hæreditatum cū valde ardua sint, & insidiarum plena, quia quilibet pro se canere quæ-
463 rit illud carmen, *Res non parta dolore, sed relicta,* & memini etiam supra, Vnde vbi maius est periculum, ibi est cautius agendum circa fidem adhibendam.

Qui verò supradicta iam relata, & similia
464 signa, seu argumenta fatuitatis videre desiderat consulat *Mascard. de probation. conclus. 503. 824. 825. 827. & 1045.* Menoch. *de præsumption. lib. 6. præsumption. 45. per tot.* Cardin. Tusc. *pract. conclus. in verb Furor. conclus. 539. cum plurib sequent,* Card. Mtāic. *de cōiect. vltim volunt. lib 2. cap. 5. à numer. 10.* Farinac. *in fragment. in verb. Furor. à num. 238.* & tradunt communiter Doctores *in cap. vltim. de success. ab intestat. & in l. furiosum. C. qui testament. facer. poss. Petr. à* Blach. *in Epit. delict. lib. 1. cap. 29. à numer. 7.* vbi plura signa deducuntur, & deinde plena manu plures Doctores videndi, citantur, late quoque videatur *Nouar. in sua prax. electiion. fori. quæst. 21. part. 1. per tot.* Surd. *consil. 89. per tot.* Valasc *consult. 145. numer. 18. vsque ad fin. Addent. ad* Mascard. *in supradict. conclusion. late* Castill. *quotid. controuers. part. 4. cap. 18.* Ioan. Angel. Vermigliol. *in suis consil. criminal. 65. per totum. Francisc* Viu. *decis. Audient Baren. lib. 2. decis. 377. per tot.* Nicol. Boer. *decis. Burdegal. 23. numer. 70. & seq.* Anton. de Gamm. *decis. Lusitan. 100 per tot* Petr. Royz. *decis. Lituan. 1. fere per tot. Ioseph. de* Sess *decis Regn. Aragon. 56. à numer. 11. Ioseph.* Ludouic. *decis. Perus. 1. num 8 & seq. Hieronym.* Magon. *decis. Florentin 9 à num. 8. & seq*

Et sæpius etiam perpendit Rota Romana;
465 *& præsertim coram bon mem.* Robuster. *decis 577. à numer. 5. part. 1. diuers. & coram bon. mem.* Cantucc. *decis. 107. à num 5 part. 2 diuers.* vbi plurima signa furoris deducuntur, & congeruntur multi Doctores id pertractantes. *& adde decis. 384. à numer. 1. part 1. recent coram bon. mem.* Manzaned. *& decis. 570. à numer. 11. part. 4. recentior. tom. tertio. coram dicto* Manzaned. *& decis. 233. à numer. 11. vsque ad fin. part 5. recent. tom. 1. coram bon mem.* Vrgellen. *vbi plenè, quæ est decis. inter eius impress. 188. part. 1. & idem fuit discussum coram R. P. D.* Carillo *in causa Tiburtina Hæreditatis impress. in recent. part. 7. decis. 233. à num. 18. & coram Cardin.* Caualer. *decis. 566 à numer. 4. & coram bon mem.* Penia *decis 201. à numer. 17. videatur etiam coram bon. mem.* Butart. *decis. 256. à numer. 1. & seq. & coram eodem decis 763. & vtrobique R. P. D. Ferentill.* ibi *in annotation. & coram Cardin.* Mantic. *decis. 60. à numer. 2. & est magistralis decisio in causa* Romana *Hæreditatis de Gracchis 5. Decembris* 1618. *coram bon mem.* Remboldo *impressa habetur inter Additiones ad Mascard conclus. 824 tom. 2. & coram bon. mem.* Seleucien. *in causa Romana Donationis 11. Ianuarij* 1619. & deinde fuit perpensum *coram bon. mem.* Merlino *in causa Elnen. Beneficij 21. Maij 1638 & inter eius impress 772. à numer. 3. part. 2. & coram Reuerendiss. Domino* Terracinen. *in causa Melenitano Hæreditatis 1. Iulij 1633. § fin. & coram bon. mem. Cardin.* Panzitolo *in eadem causa 26. Ianuarij 1637. & coram eadem in eadem causa 29 Maij eiusdem anni 1637. & coram Reuerendissimo Domino* Dunozetto *in eadem causa 26. Maij 1642. & 26. Ianuarij 1643. & coram R. P. D.* Cerro *in eadem causa Melenitana Hæreditatis 15. Aprilis 1644.*

ARGVMENTVM.

Furiosus, cum omninò careat consensu, & voluntate, sine qua nihil ponitur in esse, & ideo incapax dicendus est ad celebrandum quemlibet contractum, vnde si de facto conderet testamentum, inualidè testaretur, quod pro-

cedit etiamsi prædictum testamentum reperiatur à furioso subscriptum, & amplia, quod si probetur, furiosum non habere dilucida interualla, licet ritè, & rectè testatus fuerit, nec teneret, imo etiamsi haberet dilucida interualla, nisi in specie probetur, quod tempore celebrati actus erat sanæ mentis, gesta similiter non viribus subsisterent.

Et prædicta conclusio procedit etiam si furiosus ad pias causas testatus fuerit, & licet dum sic quis testatur, videtur esse sanæ mentis, cum talis dispositio conueniat viro prudenti, et sanæ mentis, tamen dum constat eum perpetuò furoris defectu laborare, cum casu, dicatur factum tale testamentum, vnde non poterit dubitari, quod nullam habebit subsistentiam, quia dum non adest deliberata voluntas in actibus humanis, actum est de eis.

In Furioso cum impossibile sit, vt possit dari determinata voluntas, ideo inhabilis erit ad celebrandum quemuis contractum, Quare nec emptionem, & venditionem contrahere poterit, etiamsi in eo interposuerit iuramentum, & dederit fideiussorem, qui nec ipse ad nihil astrictus erit, cum contractus principalis non teneat. Item furiosus non poterit contrahere sponsalia, et nec matrimonium, et hoc intellige tam si sit spirituale, quàm carnale.

SVMMARIVM.

466 *à Testamenti factione omnino arcetur, qui mentis, animique furore opprimitur.*

467 *Furiosi testamentum non valet, licet ab ipso reperiatur subscriptum.*
Furiosus per subscriptionem testamenti an censeatur illud approbasse.

468 *Furiosus non potest dici approbare actum, quẽ gerere ignorat.*
Consensus numquam porrigitur ad ignorata.

469 *Iuramentum non operatur vltra voluntatem, & mentem iurantis.*

470 *Iudicium, & animi intellectus à quo remouetur, remouetur etiam consensus, & voluntas.*
Consensu, & voluntate remota, remouetur substantia actus.
Furiosus censetur à Notario, vel à Circumstantibus vocatus ad subscribendum testamentum.

471 *Subscriptionis actus, licet conueniat viro prudenti conuenire tamen etiam potest furioso, in quantum decipiatur.*

472 *Furiosi licet ratione careant, tamen aliquando faciunt facta, & dicunt verba summè prudentia.*

473 *Furiosus eadem facilitate, qua inducitur ad testãdum, eadem quoque potest induci ad subscribendum testamentum.*

474 *Testamentum furiosi adeo subijcit vitio nullitatis, vt nec per Principem, nec per Statutũ, ei possit reparari.*

475 *Testamentum furiosi non tenet, quantumuis ritè, & rectè conditum sit.*

476 *Furiosus, quantumuis piè, & sanctè suum testamentum ordinauerit, tunc eneruatis viribus pia causa, nec valet, nec tenet. & numer. 477. 487. 488. & 489.*

478 *in Testamentis pijs quamuis sint cassæ dispositiones iuris positiui, tamen secus est si sint iuris naturalis.*

479 *Testamentum conditum ab eo, qui non habet vsum rationis, non est dubium quin sit nullũ etiam de iure naturali.*

480 *Voluntas vbi deficit, tunc omnes actus sunt indifferentes.*

481 *Voluntas, est illud substantiale, quod in testamento, omnibusque alijs dispositionibus voluntarijs humanis requiritur.*
Actus validitas non potest dari, quando deficit illius substantia.

482 *Furiosus, si se, suaque bona omnia Monasterio dedicet, inualida est talis dedicatio, quia deficit voluntas & nu. 483 & 484.*

485 *Furiosus dum testatur ad pias causas dicitur ordinatè, & rectè disponere vnde de eo tempore præsumitur sana mentis, de qua opinione tamen dubitatur.*

486 *Testari ad pias causas est actus, qui conuenit cuilibet bono Christiano, & homini sanæ mentis. et num. 509.*

488 *Furiosus non intelligit, quod agit, vnde inualidè testatur ad pias causas.*

491 *Pueri multa agunt, et faciunt vti prudentes viri, & tamen carent vsu rationis.*

492 *Fatui, & furiosi reguntur impulsu corporum superiorum.*
Furiosi quare sæpe numero vaticinantur futura.

493 *Sol, & Luna, & reliqua influentia cœlestes agunt in ficum fatuam. & inde est, quod aliquando vaticinantur futura.*
Casus iuuat plerunque temeritatem.

494 *Casus, & fortuna nullum cum prudentia commercium habent.*
In Actu quantò quisque aliquãdo minus prospexerit, tantò melius à casu euenire solere non est nouum id asserere.

495 *Fatui reguntur à casibus, quia coguntur facere nec non operari secundum necessitatem emergentem.*
Sapientes sua prudentia regunt casus.
Sapiens dominatur Astris.

496 *Furiosi testamentum ad pias causas conditum, quod non valeat, damnata contraria opinione, est communis, & verissima, ac indubitabilis conclusio.*

497 *Furiosus profitendo religionem, non obligatur, quia consensum non habet.*

498 *Professionis actus est prudentis viri, et tamen si eam faciat furiosus non tenet.*

499 Fu:

499 *Furiosus relinquendo omnia sua bona pio loco, non dicitur uti homo sanæ, & bonæ mentis disposuisse, si nihil reliquerit suis propinquis. et num. 500. & seqq.*

503 *Testamentum pium factum à furioso non valet, etiamsi super hoc adesset statutum vt valeat.*
Furiosi, nec naturaliter obligantur.

504 *Testamentum pium factum à furioso non tenet, etiam si ipse furiosus, iustum pateat, quod fecit.*

505 *Priuilegia piæ causæ tunc intrant, quando constat de determinata mente disponentis.*

506 *ad Pias causas relicta, vt teneant non debet constare de insanitate mentis, quia tunc non tenerent.*

507 *Testatorem dicitur non fuisse sanæ mentis, si interrogetur super re grauissima, & respondeat, insulse de alia re.*

509 *Et hoc sufficit, vt dispositio non valeat, quamuis ad piam causam,*

510 *Furiosus testando ad pias causas, tunc dicitur ritè, & rectè testatum fuisse, si constet eum habere dilucida interualla, aliàs secus.*

511 *in Furioso impossibile est, vt detur voluntas, & consensus, sine quo omnia frustratoria sunt.*

512 *Furiosus habetur loco absentis, quiescentis, & mortui.*

513 *Furiosus est similis dormienti.*
Furiosus, & mentecaptus nullatenus possunt
514 *resignare.*

515 *Damnum, quod furiosus dat, æquè æstimandum est, ac si à quadrupede esset illatum.*

516 *Adrianus Imp. egregius, quid ordinauerit ex quo seruus furiosus in ipsum ruit cum gladio. & num. 517.*

517 *per Offensionem factam à furioso, nec pax, nec cautio de non offendendo rupta dicitur.*

518 *Furiosus non potest contrahere emptionem, & venditionem, etiam cum iuramento.*

520 *Fideiussor contractus celebrati à furioso ad nihil tenetur cum contractus principalis non subsistat. num. 521.*

522 *Furiosi sunt inhabiles ad contrahendum quélibet contractum, & hoc intellige tàm quoad bona, quàm quoad personam.*

523 *Furiosus nec matrimonium, nec sponsalia contrahere potest.*

524 *Furiosus, nec furiosa matrimonium contrahere possunt, sed si contractum fuerit non separatur.*
Matrimonium à furioso contractum, cum altero sanæ mentis, conscio furoris illius, an valeat.

525 *Text. in can. furiosus 32. quæst. 7. qualiter veniat intelligendum.*

526 *Furoris impedimentum superueniens vinculum matrimonij non dissoluit. & num 527.*

528 *Furiosus sicuti matrimonium carnale contrahere non valet, ita nec spirituale.*

529 *Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale valet.*

530 *Homicidium causale dicitur, si fuerit commissum ab infante, vel furioso.*

531 *Peccatum non datur sine voluntate, quæ deficit in furioso, & sic iste non peccat.*

532 *Peccatum vsque adeo est voluntarium, ita vt non sit peccatum, nisi sit voluntarium.*

533 *Peccatum actuale committi non potest sine voluntate.*

CAPVT XVII.

PRæmissis supradictis tam amplis conclusionibus in relata materia probationis furoris, seu dementiæ, nunc intermissum opus reassumendo, scilicet ad discutiendum, an testamentum cõditum à furioso teneat, & deinde in specie tractabimus an substineatur, dũ reperitur conditum ad pias causas, Quamobrem absolutè est dicendum, quod illi, qui
466 mentis animique furore opprimuntur, à testamenti factione omnino arcentur, text est formalis *in l. furiosum. C. qui testament. fac. poss. et in l. filiusfamilias. §. Marcellus. ff. de testamẽt. et in §. item furiosus Institut. quib. nõ est permiss. fac. testam et facit text in l. ob quæ vitia. ff. de ad. lit. edict. cum alijs allegatis per* Menoch. *de arbitrar. Iud. cas. 325. et lib. 2. præsumpt. 75. numer. 57. & consil. 374. numer. 45.* Card. Mantic. *de coniectur. vltim volunt. lib. 2. titul 5 à num. 1.* Spin. *in specul testament. glos. rubric. 10. num. 5. versic. ius prohibuit liberam testãdi facultatem, furioso, mẽtecapto, frenetico &c.* Gomez. *ad Leg. Taur. 3. numer. 6. versic. item prohibetur furiosus testari, qui perpetuo morbo laborat &c.*

Quæ conclusio procedit etiam si tale testa-
467 mentum subscriptum reperiretur ab ipso testatore, qui iam probatum fuit in furorem incidisse, quasi per talem subscriptionem ille dispositionem suam videtur approbasse, *arg. text. in l. Publia. ff. deposit et in leg cum antiquitas. C. de testament et arg l. fideiussor. § pater. ff. de pign. & l. sicut. § nõ videtur ff. quib. mod pign. vel hypot sol. et l. si ego. § dotis ff de iur. dot. cum alijs allegatis à* Rebuffo *tom. 1. ad Leges Gall. titul. de chirog. & eor. recognit fol. 188. num 52.*

Non enim approbasse videtur testator visus
468 est testamentum, seu alium actum, quem geri ignorabat, propter mentis & iudicij alienationem, cum consensus, numquam porrigatur ad ignorata Bart. *in l qui Roma. § duo fratres. num. 11. ff. de verb. obligat & ibid.* Alex. *numer. 27.* Ias. *num. 21.* Capra *consil. 103. numer 5* Thob. Non. *consil. 42. num 21.* Cephal. *cons. 455 num. 81* Peregr. *de fideicommiss. art. 52. num. 20. et dixit Rota coram R. P. D.* Bichio *in causa Rossanen. Decimarũ 18. Iunij 1642. §. Nec opus est. vers. assensus Proregis, qui non extendit recognitionem vltra ibi disposita &c. et coram eodem in Romana Donationis 16. Iunij 1643. §. Nam semper. versic. consensus non porrigitur ad ignorata &c.*

Vbi etiam ampliatur id, vt procedat etiam
si appositum sit iuramentum, quia illud non
469 operatur vltra voluntatē & mentem iurantis,
& sic non extenditur ad ignorata, *l. fin C. de non numerat. pecun cap. quintauallis de iureiur.* Rip. *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres num. 73. in fin.* Socc. Iun. *cons. 24. numer. 23. lib. 4.* Siluan. *consil. 49 num* 38. Riminald. *consil. 54. num. 18.* Menoch. *consil. 355. numer. 11.* Fusar. *consil. 39. num. 60.* D. Regens Capyc. Latr. *decis. Neapolit. 2. num. 44.* Sed persistendo in terminis, cum furiosus ignoret an condat testamentum, nec ne, vnde ad nihil deseruiet eius procurata subscriptio facta in dicto testamento, à quo enim remouetur iudicium, et animi intellectus, remouetur etiam consensus, & voluntas; Vnde corruit substantia dispositionis, quæ per
470 consensum, & voluntatem inducitur Sicque prædictam testatoris subscriptionem non supplere, animi, & intellectus iudicium, nec testamenti inualiditatem, asseuerandū est, quasi testator fuerit deceptus à Notario, vel à circumstantibus cogentibus eum subscribere testamentū, *ex doctrina Bartoli in l. 1. § si quis neget ff. quemadmod. testament. aper. et ita in proprio casu consuluit Amic. in consil. 127. nu. 28.*

Vnde licet subscriptionis actus homini sanæ mentis conuenire videatur, non tamen ideo
471 non conuenire furioso, frenetico &c. et ei, qui iudicio, & mente alienatus est, quoniam & prædicti licet iudicio, et mente careant, & omnino à ratione sint alieni, non numquam
472 tamen aliqua verba, et facta faciunt, quæ nisi viris prudentibus conuèniunt, & tamen non sunt tales, vt iam probaui supra, & sic potest asseri quoque de subscriptione facta à furioso, Quare et dici potest eadem facilitate,
473 qua fuit inductus furiosus ad testandum, eadem præsumitur quoque inductus ad subscribendum, *& optimè id deduxit Francisc.* Caldas. *in consil. 24. num. 19. vers. asseuerandum est, quasi fuerit testator deceptus à Notario ad subscribendum &c.*

Insuper animaduertendum venit, testamē-
474 tū furiosi ita, & taliter nullitatis vitio subiacere, vt nec à Principe, nec per statutum possit confirmari, *vt satis notum est, & probat* Reusn. *in tractat. de testament. part. 2. cap. 8. numer. 10. Francisc.* de Barr. *in eodem tractat. de testament. lib. 1. cap. 7 num. 40. vers. extenditur, vt nec à Principe, vel statuto confirmari potest testamentum furiosi &c.* Didac. *in Speculo testamentorum titul. de testament. furiosi num. 7.*
475 vbi etiam ampliat id, quantumuis testamē-tum ritè, & rectè fuerit conditum &c. *cum multis allegatis per Aloys.* Ricc. *decis. 1. numer. 4. vers. etiā si ritè testatus sit furiosus non valet &c. part. 2.* de qua materia plura iam abundè deduxi supra.

Et nunc tandem loquendo in casu nostro, vnde supra relata conclusio amplianda venit, etiam si testamentum conditum reperiatur ad pias causas, sicque absolutè respondendum
476 est, quod si testator perpetuo furoris morbo laboret, vel si habeat dilucida interualla, tempore furoris piè testatus sit, vel si ægrotus sit, & morbo phrenesis febri efficiente, semper phrenetizet, aut deliret, vel si eum intermedio temporis talem morbum patiatur, & tēpore phrænesis, seu delirij ad pias causas testamentum ordinauerit, & id fuerit probatum cum circumstantijs probationis fu-
477 roris, de quibus abundè iam disseruimus, quo casu, vt dixi, nulla est spes validitatis prædicti testamenti quamtumuis pij.

Et ratio satis palpabilis est, quia vt sæpe decantatum fuit supra, et præsertim cap 1. quod licet in dispositionibus pijs non attendantur solemnitates iuris positiui, et quod in eis,
478 pro non scriptis habeantur, vt satis docui supra cap. 1.

Tamen à vinculis iuris naturalis non reperiuntur exemptæ, Non enim est dubitandum,
479 quin testamētum conditum ab eo, qui actu vsu rationis, et libero arbitrio caret, peccet in iure naturali, dum in eo deficit voluntas, sine qua omnes actus sunt indifferentes, & cum
480 in furioso deficiat voluntas, quæ est substantialis, attento iure naturali, in testamento, omnibusque alijs dispositionibus, deficiet etiam
481 causatum, producendum ab illo substantiali, quod est validitas dicti pij testamenti, seu alterius dispositionis.

Quod enim testamentum conditum ad pias causas ab eis, qui actu, rationis vsu carent,
482 nullius sit roboris, probat *text. in cap. dilectus. vltim. de success. ab intestat.* vbi Summus Pontifex Innocentius III. declarauit inualidā dedicationem de se, suisque bonis Monasterio
483 factam à quodam qui suę mentis compos nō erat, ibi, *quæ, super vltima voluntate præmissa sunt, alienata mente dixisse, ad faciendam et restitutionem bonorum &c* & vide ibi latè Scri-
484 bētes, ex quo textu benè refutari potest opinio *Io. Andr. in d. cap. vltim. quem secuti sunt* Bald. *in cap. 1. in princip. titul. per quos fiat inuestitur.* Alex. *in d. l. furiosum. num. 3.* Ias *in col. 1. vers. quarto limita. &* Dec. *nu. 14.* qui sentiunt
485 dum furiosus testatur ad pias causas dicitur ordinatè, & rectè disponere, cum sit actus, qui conuenit cuilibet bono Christiano, & homini
486 sanæ mentis; et sic validum esse tale testamentum, et adducunt pro se sententiam Senatus Romani centum Senatorum, de qua supra cap 16. *num. 271.* declarantium validum
487 testamentum fatui, ex quo apparuit rectè fuisse ordinatum.

Tamen quidquid sit de præfata opinione, illud certum est, si constet piè testantem tempore testamenti caruisse vsu rationis, et libera
488 voluntate, certè non video, quomodo prædicta conclusio possit saluari, Nam, sicut supra dixi, testamentum vt perfectum sit, secundum ius naturale debet à voluntate procedere, sed

in

489 in prædicto casu deficit voluntas, & iudiciũ
propter furorem, dementiam, delirium &c.
ergo testamentum furiosi ad piam causam or-
490 dinatum non poterit substineri, Non enim
furiosus intelligit, quid agit §, furiosus. Instit.
de inutil. stipul. & sic dum aliquid rectè dicit,
aut disponit, casu id agere præsumitur, sicuti
491 faciunt pueri, qui multa prudẽtis viri pera-
gunt, et tamen carent vsu rationis, liberique
arbitrij, iam dixi supra.

Nec non facit quod dicit S. Thomas. 1.2. in
principio, quod fatui, & furiosi reguntur impul-
492 su corporum superiorum, et sæpè numerò
vaticinãtur futura, et sic in pũcto casus nostri
ratiocinãtur Gul. Benedict. in cap. Rainutius, in
verb. Adiectæ impuberis, nu. 74. de testam. vers.
tales enim fatui reguntur impulsu corporum
superiorũ &c. Vnde Bald. in præm. Decr. Agũt,
inquit, Sol, & Luna, et reliquæ influentiæ cœ-
493 lestes in ficum fatuam, & inde est, quod ali-
quando vaticinantur futura &c. Casus enim
iuuat plerunque temeritatem, quia casus, &
fortuna nullum cum prudentia commercium
494 habent. Imo euenit aliquando, vt quantò
quisque minus prospexerit, tantò melius à ca-
su euenire soleat. Fatui enim reguntur à casi-
495 bus, quia coguntur facere secundum neces-
sitatem emergentem, Sapientes verò sua pru-
dentia regunt casus. Hinc illud vulgarum di-
ctũ Sapiens dominatur Astris &c. sed persistẽ-
do in terminis nostris videatur, Didac. Spin.
in Specul. testament. super glos. rubric. part. 10.
num. 7. vers. sed certò prædicta opinio, vbi inge-
nuè fatetur, quod nulla ratione potest subsisti-
496 neri conclusio illa, quod testamentum furio-
si valeat ad pias causas ordinatum, et cõtra-
riam tuetur, et post Dec. in l. furiosum. C. qui te-
stam. fac. poss. ait eam esse communem, et ve-
rissimam, Optimequè ad hoc etiam exponen-
do textum notabilem in cap. sicut tenor. 15. ibi
positus extra mentem, indutus fuit habitu mona-
chali &c. de regul. vbi pariter Innocentius III.
decreuit, quod furiosus profitendo non obli-
497 gatur, & tamen actus professionis, est prudẽ-
tis viri, & de hoc dicam infra, et in terminis
nostris prædictum text. valde magnificat Abb.
in eodem cap. sicut tenor. n. 3. vers. idem videtur,
si furiosus daret omnia bona sua pro anima non
valebit &c. & sedulò quoque aduertit Ias. in
consil. 141. num. 15. lib. 4. vbi reiecta contraria
opinione firmè tenet per dictum text. in d. cap.
sicut tenor quod si furiosus non habens dilu-
498 cida interualla dato, quod ritè, et rectè sit
testatus sicut quilibet sapiens, tamen testa-
mentum non valet, nec tenet ad pias causas.

Subiungit etiam Ias. quod in casu super
quo ipse consuluit non poterat dici, quod fu-
499 riosus illè ritè, et rectè disposuisset, sicut ho-
mo sanæ, et bonæ mentis, ex quo omnia bona
sua reliquit cuidam loco pio, nihil penitus re-
linquendo filio arrogato, qui vltrà arrogatio-
nem etiam erat ex proximioribus propinquis
500 suis, et successurus ei ab intestato, et quem
in instrumẽto dictæ arrogationis promiserat
501 cũ tractare in omnibus, et per omnia, ac si
esset filios legitimus, et naturalis, et de pro-
prio corpore procreatus &c. reliqua vide ibi,
et alibi in hoc multus ero. Vnde persistendo
in terminis, prædictã opinionem, quod furio-
502 sus incasse testetur ad pias causas, tuentur
etiam Bart. & alij relati per Clar. in §. Testa-
mentum quæst. 5. num. 5. vers. an furiosus poterit
testari ad pias causas responde, quod non &c. &
testatur eam esse communem opinionem, &
ibi Addentes in littera B. asserunt eam esse
veram, & communem sicuti etiam affirmat
Graff. in §. Testamentum, quæst. 17. num. 3. vers.
furiosum ad pias causas testari non posse &c.
Fernand. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 22. li-
mit. 11. num. 5. vers. an furiosus possit testari ad
pias causas, & cõmunis opinio est non posse &c.
Benedict. Capr. regul. 102. num. 5. vers. vt est in
furioso, & demente, qui testari non potest, etiam
ad pias causas &c.

Vbi etiam ait, id procedere etiam si statu-
503 tum contrarium disponeret, nam cum talis
defectus proueniat à natura nõ potest per ius
positiuum tolli Tiraquell. de priuileg. piæ caus.
priuileg. 79. vers. limitabis non procedere in his,
in quibus est defectus intellectus, vt in furioso
&c. Gall. de except. testamen. titul. 1. except. 7.
part. 2. num. 21. vers. furiosus testari non valet,
quod extẽditur, etiamsi velit testari ad pias cau-
sas &c. et testatur de cõmuni opinione. Alex.
in consil. 182. n. 3. vers. furiosus, seu mente captus
non potest testari, nec ad pias causas &c. lib. 5.
vbi reddit rationẽ de qua supra, scilicet quan-
do quis est inhabilis ad testandum inhabili-
504 tate proueniente à ratione iuris naturalis,
pro vt est in mente capto; furioso &c. tunc isti
nec ad pias causas validè disponunt, quia & hi
non obligãtur etiam naturaliter. l. Marcellus
cum ibi notat. ff. de fideius. & dicam infra. Hie-
ron. Grat. consil. 30. num. 33. vers. sed hic legata
pia non valerent si testamentum esset factum ab
insano &c. Francisc. de Barrij in tractat. de Te-
stament. lib. 1. titul. 9. num. 40. vers. furiosus non
potest facere testamentum, & procedit etiam si
ad pias causas testatus sit &c. & idem sensit.
Aym. in consil. 689. num. 14. vers. sed nec etiam
ad pias causas furiosi recipi testamẽtũ solet &c.
Magdal. de numer. test. part. 3. cap. 4. nu. 96. vers.
nec alius actus valet ad pias causas, vel pro ani-
ma, & quantumuis alias religiosè factus à fu-
rioso tempore furoris &c. cum ibi allegatis, &
adde Nouar. in tractat. de election. for. part. 1.
quæst. 42. num. 14. vers. etiam si ad pias causas
testetur &c. Cæsar Caluin. in tract. de Æquitat.
lib. cap. 194. num. 4. vers. etiam in furioso dispo-
nente ad pias causas &c.

Et sic tenent plures Theologi, & præsertim
Molin. Vasq. Layman. Bonacin. Fagund. Trul-
lench. Card. Lugo. Filliuc. Diana. relati per Io.
Angel. Boss. in suis var. moral. titul. 11. §. 3.
n. 131.

nu. 131. vers. furiosi. qui perpetuo laborant morbo
inhabiles sunt ad testandum, & sic etiã ad pias
causas &c.

Ita quoque respondit Ioseph Ludouic. decis.
Rotæ Perus. decis. 1. num. 3. vers. quod amplia-
tur procedere etiam quod furiosus disponeret ad
pias causas &c. Hieronym. Magon. decis. Rotæ
Florentin. 96. nu. 5. vers. nam furiosus nec le-
gata relinquere, nec codicillare, etiã ad pias cau-
sas &c. Nicol. Boer. decis. Burdegal. 23. nu. 49.
vbi dicitur, etiamsi actus per furiosum factus
ritè, et rectè fuisset gestus pro vt prudenti cõ-
505 uenit viro, tamen non tenet, etiam ad pias
causas, immo quamuis furiosus iustum putet
id quod facit. can. illam in fin. 11. quæst. 3.

Sic pariter fuit resolutum in Rota coram
bon. mem. Manzaned. in causa Romana Domo-
rum 27. Iunij 1614. est decisio 576. num. 3. vers.
nec talis scriptura potest sustineri, quasi testa-
mentũ ad pias causas &c. part. 2 recent. et corã
R.P.D. Cerro in causa Senogallien. Bonorum
30. Maij 1644. § fin. vbi dicitur, quod tunc in-
trant priuilegia piæ causæ, quando de deter-
minata mente disponentis constat, & sic, vt
valeant legata ad pias causas relicta non de-
bet constare de insanitate mentis, quia in ter-
minis istis non valent disposita ad pias cau-
sas, quæ decisio deinde fuit confirmata 15. Maij
1645. §. Iustitia vero. vbi dicitur, quod tunc
constat, testatorem non fuisse iam sanæ mentis
507 dum interroganti super vna re grauissima,
respondit de alia, ad rem non faciente, & ni-
hil prorsus significante, quod sufficit ad hoc, vt
508 dispositio prætensa non valeat, quantumuis
facta ad pias causas.

Benè verum est, quod opinio Io. Andreæ, et
sequacium de quibus supra num. 485. volentiũ
ex quo furiosus testatur ad pias causas dici-
tur testari prudenter, cum sit actus, qui con-
509 uenit cuilibet bono Christiano, et sic tam-
quam actus ritè, et rectè gestus, cũ præsuma-
tur illo tempore furiosus eo morbo non labo-
rare, debeat sustineri, respondetur, quod ea
opinio tantum potest saluari, quando constat
510 furiosum habere dilucida interualla, et tũc
illa præsumptio potest intrare, vt dum prudẽ-
ter testatus sit fuerit absque furore, et frenesi,
et latè iam dixi supra, secus verò si appareat
furiosum fuisse in perpetua mentis alienatio-
511 ne, cum in eo deficiat substantiale funda-
mentum omnium dispositionum, idest consẽ
sus, qui in eo dari nequit. l. qui ad certum. ff.
locat. l. oratione, in fin. ff. de rit. nupt. l. in negotijs.
ff. de regul. iur. l. 2. ff. de contrahend. empt. cap. si-
cut. de regul. et hinc est, quod furiosus habetur
512 loco absentis, quiescentis, et mortui, l. si ei
qui 2. § furiosus, vers. cum per omnia, & in om-
nibus absentis, vel quiescentis loco habeatur &c.
ff. de iur. codicill. l. Iulianus. ff. de diuort. l. 2. §. fu-
riosus, ff. de procurat. l. 1. §. adipiscimur. ff. de
acquirend. possess. latè Menoch. in consil. 82.
num. 203. & seq. vbi etiam probat furiosum
513 ipsum dormienti esse similem, & sequitur
Francisc. Viu decis. Audient. Baren. 377. nu. 13.
vers. furiosum ipsum dormienti similem fore &c.
lib. 2. latè etiam Flamin. Paris in tractat. de re-
signat. benefic. lib. 3. cap. 8. num. 4 vers. et haben-
tur pro mortis &c. et num. 1. plures DD. conge-
514 rit circa conclusionem illam, quod furiosi, et
mente capti nullatenus possunt resignare.

Videmus etiam, quod æquè æstimãdum est
515 damnum, quod furiosus dederit, ac si qua-
drupes fecerit l. sed et si quamcunque iniuriam
§. 1 ff. ad leg. Aquil. nõ enim furiosus intelligit
quid agit, Menoch. de arbitrar. Iud. cas. 325.
num. 3. vers. æquè æstimandum esse damnũ &c.
Petr. Caball. resolut. crimin. centur. 3. quæst. 297.
num. 23. vers. videtur enim factum à furioso ha-
bendum esse tamquam factũ casu sine facto ho-
minis et non secus æstimandum, ac si a quadru-
pede factum fuisset &c. Vnde Adrianus egre-
gius ille Imperator cum spatiaretur per viri-
516 darium in eum irruit seruus furiosus cum
gladio, qui retentus à Ministris Imperialibus,
517 et vbi furiosum esse consistit. Imperator ius-
sit vt Medicis curandum traderetur, in nullo
omninò cõmotus, auctores sunt Dion. et Spar-
tian. in Adriani vit. & ex nostris id refert Me-
noch. in d. consil. 82. num. 209. vers. Hinc lauda-
tur Adrian. Imperator. &c. et ante eum retu-
lit Tiraquell. de pœn. temperand. caus. 2. num. 3.
vers. Adrianus Imp. spatiatus per viridaria &c.

Quamobrem, et videmus, quod per offen-
sionem factam à furioso, nec pax, nec cautio
518 de non offendendo rupta dicitur, vt probat
Hercul. in tractat. de caut. de non offendẽdo cap.
34. num. 20. et seq. et dixit Farinac. in prax. cri-
minal. part. 1. titul. de pœn. temperand. quæst. 94.
num. 28. vers. vt per offensionem factam à furio-
so &c. Nec venit dubitandum omnia gesta
519 à furioso inania esse, ac aerea, vnde et insu-
per scimus, quod furiosus non potest contra-
here emptionem, vel venditionem leg. 2. C. de
contrahend. empt. cũ alijs vt per Francis. Viu.
decis. 377. num. 16. vers. furiosus non potest con-
trahere emptionẽ &c. quòd amplia etiam si iu-
ramento reperiatur vallata, et quoque si em-
ptor, vel venditor reputabat eum sanæ mẽtis,
520 et nec fideiussor, qui in venditione pro fu-
rioso intercessit ad nihil tenetur, etiamsi sciẽ-
ter intercesserit, cum contractus principalis
521 non teneat, sicuti rectè concludit Boer. decis.
23. d. n. 47. cum ibi allegatis.

Estque generalis axioma, furiosos inhabi-
les esse ad ineundum quemlibet contractum
522 eò quia carent vsu rationis ob defectum in-
telligentiæ et legitimi cõsensus, quod verum
est tàm quoad bona, quã quoad personã, vn-
de est communis assertio, quod furiosi matri-
523 monium aut sponsalia contrahere non pos-
sunt, can. furiosus 32. quæst. 7. cap. dilectus filius,
de sponsal. l. furor. ff. de rit. nupt. Franc. Molin.
de rit. nupt. lib. 1. comp. num. 80. Guttierez de
Matrim. cap. 8. num. 5. cum alijs allegatis per Sã-

chez

chez *eodem tract. de matrim. lib. 1. disput 8. n. 5.*
et seq. et nuper per Io. Ang. Boss. *in eodem tract.*
de matr. cap. 3. à n. 56. Ric. *dec. 1. n. 1. part. 2. vers,*
matrimoniũ contractũ à furioso, non tenet &c.
Rota corã bo me. Buratt. decis. 763. n. 1. vers. si-
cut si fuisset furiosa vel mente capta &c & ibi
R. P. D. Ferentill. in annotat. in littera A. alios
DD adducit.

Nec tali communi assertioni aduersatur
tex in d. can. furiosus, dum dicit, Neque furio-
sus, neque furiosa matrimonium contrahere
possunt, sed si contractum fuerit, non separen-
524 tur propter quæ verba *glos in d. cap. dilectus*
filius in verb. furorem vers potest dici, voluit ma-
trimonium à furioso contractum cum altero
sanæ mentis, conscio furoris illius, valere, quia
text. ille intelligendus venit, de matrimonio
525 contracto ante furorem, vt sensus sit, furiosũ
nullo modo matrimonium posse contrahere
de tempore furoris, sed si contraxerit (nempe
ante furorem) separandum non esse.
526 Nam impedimentum furoris superueniens
vinculum matrimonij non dissoluit, *vt notant*
Canonistæ in d. can. furiosus, ibi, *sed si contractũ*
fuerit &c. & videatur *decis. 763. num. 3. coram*
Buratt. vbi dicitur, quod vt dirimatur matri-
monium cum muliere dæmonibus obsessa, aut
527 mentecapta, oportet, quod huiusmodi defe-
ctus extiterint tempore, quo fuit contractum,
vel ante, secus si postea superuenerint. Insuper
quemadmodum furiosus non potest, vt dixi-
528 mus, contrahere matimonium carnale, ita
nec spirituale, vnde professio religionis facta
à demente nulla est, & satis cogniti iuris est,
529 valere argumentum de matrimonio carna-
li ad spirituale, *cap. quoniam contra §. porro. vt*
lit. non contestat. late Euerard. *in loc. à matrim.*
carnal. ad spiritual. & in specie, quod furiosus
incasse profiteatur est optima decisio *Rotæ*
207. per tot part. 2 diuers. & præsertim à nu. 16.
vbi abundè vlterius quoque etiam homicidiũ
casuale dicitur illud, quod committitur ab in-
fante, vel furioso, nam isti causaliter semper
dicuntur peccare, quia alterum innocentia
530 & alterum fati infelicitas excusat, *iuxta*
text. in l. infans. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Imo
531 verius dici potest, furiosos malum commit-
tendo nullatenus peccare, cum non habeant
voluntatem, & sine ea peccatum dari non po-
test. Nam, est Theologorum omnium senten-
532 tia, peccatum vsque adeo voluntarium esse
vt non sit peccatum, nisi sit voluntarium *secũ-*
dum S. Augustin. lib. 4 quæstion. 24. ad cap. 15.
Numer. relat. in *can. merito. 15. quæst. 1.* vbi ait,
533 sine voluntate peccatum actuale committi
non posse *vide Card.* Bellarmin. *in controuers.*
Christian. Fidei tom 3. controuer. 2. cap. 5. Card.
Tolet *in Summ. lib. 6. cap. 84. post princip.* San-
chez. *in præcept. Decalog tom. 1. lib. 1. cap. 2. n. 12*
& 13. Nauar. *in manual. Prælud. 7. num. 11. &*
latius Magister in 2. distinct. 4. littera D *& E.*
In sequenti cap. videbimus an, & qualiter de-
licta furiosorum puniantur.

ARGVMENTVM.

Furiosi, cum non habeant voluntatem, mentem, discursum &c. & apud eos omnes actus sint indifferentes, ideoque si aliquod delictum committant, puniendi non veniunt, quia vbi abest voluntas delinquendi, ibi silet potestas puniẽdi, & hoc est verum etiamsi quis in furorem inciderit ex facto proprio, si tamen casus iste dari possit.

Furiosus non solùm non punitur de delicto cõmisso de tempore furoris, verum etiam, nec de delicto ante furorem perpetrato, quæ opinio licet sinuosa, & valde nodosa sit, tamen conclusio negatiua palmam inuictè reportat, et inter alias rationes illa multum stringit, quia Iudex debet indulgere reo ad mortem condemnato, vt possit peccata sua confiteri, de qua re est penitus incapax furiosus, et ideo expectandum est, an resipiscat, quia si interim in peccato mortali decederet, condemnaretur apud DEVM.

Et supradicta opinio, quod furiosus non possit puniri de delicto commisso ante furorem est adeo canonizata, vt defendere contrarium, sit temerarium. Verum licet hoc casu furiosus nõ possit puniri in persona, tamen in bonis potest mulctari, Ob delicta commissa, seu ob damna illata à furiosis, an, & quando veniant puniẽdi eius consanguinei.

SVMMARIVM.

534 *Furiosus, homicidium, vel aliud graue delictũ committendo, dissimulandum est eum puniri.*
535 *Voluntas delinquendi vbi abest, ibi cessat potestas puniendi.*
536 *Homicidium commissum à demente non est punibile.*
537 *Furiosus delinquendo non punitur, etiamsi in furorem inciderit facto proprio.*
538 *Furiosum culpa sua, quod quis velit esse, vix potest dari casus, et num. 542.*
539 *Furiosus peccando, vel delinquendo, non secus habendus est, ac si casu id contigerit.*
540 *Furiosus non peccat, etiamsi culpa propria in insaniam inciderit.*
541 *Ebrius sua culpa, dupliciter puniri potest, scilicet ebrietatis, & delicti.*
542 *Ad Veniam consequendam alicuius delicti, credi non potest, quod quis velit insanire.*
Mens semel alienata fere nũquam resipiscit.
543 *Ebrietas est furor momentaneus citò transiens.*
Furiosus aliquem mutilans, aut occidens non efficitur irregularis.
544 *Clericus furiosus aliquem occidens, non peccat, sed officium exercere non poterit.*
545 *Furiosus non solùm non punitur de delicto ab eo commisso de tempore furoris, sed nec etiam de commisso ante furorem.*

Qua

546 Qua conclusio licet sit sinuosa, & nodosa tamen opinio negatiua prævalet.
Furiosus satis suo furore punitur.

547 Punitur frustra ille, qui supplicium non sentit, nec habet velle nec nolle.

548 Delinquens, qui postea effectus fuit furiosus, posset esse vt habuisset iustam causam delinquendi quā n alij ignorent.

546 Impunitum nocentem sanctius est relinquere, quam innocentem condemnare. et num 554.
Interpretatio benignior in dubio est sequenda, et id non solum iustius est, quàm tutius.

550 In Obligationibus interpretatio benignior est sumenda.

551 In pœnalibus opinio benignior amplecti debet, & habet exemplum et num 552.

553 Incertitudo delinquentium excusat.

555 Rationem reddere ob misericordiā melius est, quam ab crudelitatem.
Seueritas nec nimia, nec nimia misericordia seruanda est.

556 Iudex plus charitate, quam potestate vti debet.
Nemo sine reprehensione, aut peccatis viuit.

557 Scientia, qua misericordiam negat fugienda sane venit.

558 Iustitia vera est misereri delinquentium, cū plenitudo virtutum sit misericordia.
Iustus nimis quandoque in sua iustitia perit.

559 Iudices mali, nihil aliud præ oculis habent, quā proprium maledictum interesse.
Ob Iudices malos Christiana pietas frigescit.

560 Iudices mali, quamuis DEVM verbis fateātur, factis verò negant, & quod peius est inducunt alios ad hoc.

561 Lenitas cum seueritate miscenda est, & faciendum ex vtraque quoddam temperamentum.
In Delictis leuioribus sicuti esse debemus mitiores, sic in atrocissimis intemperati

562 Nocentibus dum ignoscitur, innocentium salus non potest custodiri.

563 Nocentium remissio improborum studia ad peccatum excitat.

564 Magistratus prudens seuerus est,.
Bonis est parcendum, malis verò puniendi.

565 Furiosus si de homicidio, commisso de tempore sana mētis puniretur, quod absurdum magnū sequeretur.

566 Iudex debet indulgere reo ad mortem cōdemnato, vt possit confiteri sua peccata et n. 593.
Sacerdos missus ad reum condemnatum ad mortem, quid ei persuadere debet.

567 Diuinissimum omnium diuinissimorum est, cooperari DEO in salutem animarum.

568 Furiosus est incapax confessionis, et exhortationum piarum.

569 Furiosus, si commiserit peccatum mortale de tempore quo erat sana mentis, & illi non satisfecerit, si decedat in furore condemnabitur apud DEVM.

579 In Mala fide, si quis est, & ei superueniat furor adhuc dicitur in eo durare mala fides.

571 Furiosus, de delicto commisso ante furorem, licet possit puniri in bonis, non tamē potest in persona

572 Afflictio non est addenda afflicto.

573 Furiosus, quod non possit puniri de delicto commisso de tempore sanæ mentis est opinio communis et benignior et n. 574.

575 Furiosus potest puniri de delicto cōmisso quādo mentis sanitate gaudebat, secūdum Roman. sed contrarium est verius.

576 Qualitas superueniens post delictum commissum non mutat pœnam.

577 Furiosus de delicto commisso ante furorem tunc potest puniri, si post latam sententiam inciderit in furorem, contra n. 595.

578 Furiosus in delicto commisso antè furorem non potest puniri, si ante accusationem, & sententiam in illum inciderit.
Furiosus cum habeatur loco absentis non potest puniri.

579 Furiosus, quod indistinctè non possit puniri, ob delictum commissum ante furorem est verior opinio, & vide num. 580 581. & 583.

582 Roman. in l furiosum. C. qui testam. fac. poss. carpitur à Gul. de Benedict.

583 In Pœnis sequenda est mitior pars, vbi sunt diuersæ opiniones.

584 Furiosus, an debeat puniri ex delicto commisso ante furorem consulendus est Princeps. & quando id procedat n. 585. & 586.

587 Furiosus, tunc ob delictum commissum ante furorem, potest vltimo supplicio affici, quando paulò ante furorem eius peccata confessus est.

588 Sed ista est opinio noua Ioseph. Ludouic. quam habet contradictores.

589 Furiosus, quod non debeat puniri indistinctè, ob delictum ante furorem commissum, plures celebres DD. viriliter defenderunt, vt nu. 596. 591 & seq vsq. ad num. 606.

590 Et sic rescripsit Senatus Mediolanen. consilto tamen prius an furor sit verus.

596 Furiosus ideo non potest puniri de delicto cōmisso ante furorē, quia æquiparatur mortuo, & mortuus non potest suspendi.

597 Furiosus, quod capitaliter non possit puniri ob delictum commissum ante furorem, est opinio adeo vera vt si quis contrarium sentiret temerarius esset.

599 Furiosus ob delictum commissum ante furorem, non est puniendus licèt nulla sit spes, vt resipiscat.

601 Furiosus an sit puniendus ob delictum commissum ante furorem, est quæstio pulchra & nobilis.

602 Sicuti inquit Caball. et ipse tenet negatiuam opinionem, et affirmat numquam vidisse tales furiosos puniri pœna corporali.

607 Iudex debet esse cautus, ne decipiatur, fingendo se delinquentes furiosos, ne puniantur.

608 Et refertur casus quod contingit Ioseph Ludouic.

Digitized by Google

donic. dum erat Commissarius in Arce Spoletana et num.609.

610 *Furiosus condemnatus ad mortem, interim dum non apparebit, an sit verè furiosus, est diligentius custodiendus.*

611 *Furiosus est diligenter custodiendus ad tutelam, et securitatem aliorum.*

612 *Furioso delinquente, possunt molestari eius consanguinei.*

613 *Consanguinei furiosi, quare veniant puniendi, si ille malum aliquod faciat. et num.616.*

614 *Furiosi, debent custodiri, ligari, vel incarcerari per eius consanguineos.*

615 *Diligens quilibet, præsumitur in suo officio, & non negligens.*

618 *In Officio sibi commisso, qui est negligens, puniendus venit, et num.620.*

619 *Consanguinei furiosi, tunc veniunt puniendi ob delictum ab eo commissum, quando eis specialiter fuit commissa custodia per Iudicem, et num.620.*

622 *Delicti immanitate stante potest puniri furiosus, qui illud perpetrauit aliqua pœna arbitraria. declara vt num.634.*

624 *Regina Castellæ puniri fecit quemdam furiosum, qui vulnus intulit eius marito Regi.*

625 *Furiosus ob delicta commissa ante furorem ex quibus causis possit puniri aliqua pœna arbitraria et num.626.*

627 *Apud Romanos antiquos, nulla excusatio etiã iustissima recipiebatur à decoctoribus, sed omnes illos indistinctè puniebant, et quare.*

628 *Excusatio nulla recipitur, vbi agitur de præstanda fide.*

629 *Contra Homines inculpatæ vitæ Iura aliquando insurgunt.*

630 *Furiosus quamuis non possit puniri capitaliter de delicto commisso ante furorem, poterit tamen puniri in bonis.*

631 *Intellige quando talis furiosus esset condemnatus de tempore sanæ mentis, secus vero si iam erat furiosus.*

632 *Processus non potest fieri cum furioso, quia nullum negotium facere potest, nec cum eo fieri, et num 638. et 639.*

633 *Furioso curator dari non potest ad acta facienda in iudicio.*

634 *Minor cum tutore, et curatore potest facere negotium.*

635 *In Possessione acquirenda plurimum id facti habet.*

636 *Infans quamdam tenendi affectionem habet si quid ei in manu ponatur, quod tamen secus est in furiosis.*

627 *Furiosus, nec meliorem conditionem suam facere nequit in his, quæ sunt iuris.*

640 *Furiosus ratione, et intelligentia caret.*

641 *Voluntas, vbi non adest, ibi nec adest propositum ad delinquendum.*

642 *Furiosus, si testetur incassè dicitur testari, etiamsi ad pias causas disposuerit; Quamuis actus iste sit prudentis viri, et boni Christiani.*

643 *Furiosi nulla est voluntas, sine qua omnibus iuribus conclamantibus, nihil boni, vel mali ponitur in esse.*

CAPVT XVIII.

APertũ est, quod furiosus homicidiũ, furtũ,
aut aliud crimen committendo, de
pœna illius dissimulandum veniat, cum satis
534 suo furore puniatur, & ideo liber euadat
à supplicio. *probat text in l Diuus Marcus*, ibi
quia satis suo furore punitur ff de Offic. Præsid.
& idem habetur *in l. 1. C si quis Imperat.
maledix. l. quod infans. ff. de rei vindic. l. quinta ff. ad Leg. Aquil l penult. §. final. ff de parricid. l. fin ff de administr. tutor. l. illud §. sane ff. de iniur.* cum alijs iuribus allegatis *vt per Farinac. de pœn. temperand quæst 95. à numer. 1.*
Vbi enim non adest voluntas nec propositũ
535 delinquendi, ibi abest auctoritas puniendi,
*l. 1 ff ad leg Cornel de sicar. l. qui iniuria ff de
furt. l. damna fatalia ff pro soc alijsque allegatis
per* Gomes. *variar. resolut tom. 3. cap. 1 num. 70
vers. an furiosus possit delinquere. & puniri &
breuiter dico quod non &c. & præter ibi adductos, addo* Caball *in tractat. de omni genere homicidij à n* 179 vbi defendit, quod homicidiũ
536 cõmissum à furioso non est punibile, cum
ibi allegatis, & respondetur ad illam obiectionem, quod aliquando delinquẽdo animal puni-
nitur, *& adde* Menoch *de arbitrar Iud cas. 325
per tot.* vbi etiam dicitur, quod valdè dubia
537 est opinio eorum, qui sentiunt, quod si facto proprio effectus sit aliquis furiosus, & de-
linquat, tunc possit puniri, cum non sit verisi-
mile, vt quis velit ita se perdere, vt alium of-
fendat nam *vt bene aduertit Farinac. in frag-
ment. criminal. part. 2. in littera* I. *nu. 418. in fin.*
vix potest dari in quo quis velit culpa sua fu-
538 riosum euadere, *& num. 417.* iam firmauit,
quod qui facto proprio in furorem incidit, de-
linquendo non punitur, & ratio est clara quia,
539 vt dixi, furiosus peccãdo, seu delinquendo
nõ secus habẽdus sit, quàm si casu cõtingisset.
Idem quoq. sensit *Ant. Fabr. in suo Cod. Fabrian. lib. 9. titul. 10. definit. 1.* vbi refert Senatum Sabaudiæ censuisse, furiosum, qui furore
percitus Apparitorem iussu Iudicis exequentem percusserat, & occiderat, nõ puniri debe-
539 re, sed continendum decreuit per necessarios proximiores, si fieri poterat cõmodè &c.
Idem etiam censuit Senatus Belgiæ, *vt refert Paul.* Christian. *decis. 198. num. 14. vers. casus fortuitus, & impetus furoris, vel amentia plenam excusationem præbet &c.* & refert quod Senatus ille, in casu cuiusdam famuli furiosi, qui filium sui Domini occidit, iussit, quod tantum
carceribus contineretur &c.

Videatur quoque *glos.in can si quis insanit* *§. sed hoc forte.15.quaest.1.in verb.propria*, vbi
in ea re reprehendit Gratianum, Et sequitur
Tiraquell de pœn.temperand d. caus. 2. num.5.
vers.procedit etiam in eo,qui sua culpa in furorē
incidit &c. & allegat. *Gabr.Biel lib.2 sentent.*
distinct.22.quaest.2.cons.3. docentem, furiosum
540 non peccare in his, quæ in furore facit etiã
si sua culpa in furorem incidit, et dixi *in an-*
notat.ad decis.28. num 155. vers nec furiosi m,
nec ebrium,quamuis vterque cor. sit sua culpa
*vsu ratione priuatus &c.*adde *Petr.* Caball. *re-*
solut. criminal centur.3.d.resolut.297.num 27.
vers.quod adeo verum est, vt procedat etiam
in eo,qui sua culpa in furorem incidit &c.

Vbi etiam asserit, quamuis secundum ali-
541 quos DD.ebrius sua culpa,si delinquat du-
pliciter possit puniri cum sit in duplici pœna,
scilicet ebrietatis,& delicti commissi, et *etiam*
dixi in annotat.prædicta,num.156.vers. possent
tamen optimè saluari Doctores &c.

Tamen respondit Caball. quod licet facilè
posset euenire, vt quis dedita opera se ine-
542 briet,vt committat aliquod delictum, & sic
excusetur tamen difficillimum est, ne dicatur
impossibile, vt quis velit effici furiosus ad cō-
543 sequendam aliquam veniam delicti perpe-
trandi cum mens semel alienata ferè numquã
resipiscat, vt dixi supra *nu.217.* ebrietas verò
est furor momentaneus, cito transiens, et ita
sentiũt alij relati *per August.*Barbos.*in Clem.si*
furiosus.vnic.nu.3.vers amplia etiam si furiosus
occisor sua culpa in furorem inciderit &c. de
homicid.volunt.& casual in qua Clem. decidi-
tur quod furiosus aliquem mutilans, vel oc-
cidens,non efficitur irregularis ex quo text.
videtur corrigi alius *in can si quis insanient.*
*15.quaest.1.*vbi probatur, clericum in furore
544 occidens non peccare, sed officium exerce-
re non posse,et id discutiunt *Auil. de Censur.*
part.7.titul de homicid.casual.disputat 6 sect.1.
*dub.12.*Maiol.*de irregulat lib.5.cap 48. nu.11.*
Ludouic. Bzia *respons. cas.conscient.part.1.cas.*
40.Farinac. *in prax. criminal.quaest.94.num.6*
& in fragm crimin.part.2.in voce b.1. à nu. 417.

In tantum quoque est vera opinio ista, vt
furiosus non puniatur ob delictum perpetra-
545 tum in furore, verum nec etiam ob delictũ
commissum ante furorem, scio quidem prædi-
ctam opinionem sinuosam, ac nodosam esse,
opinio tamen negatiua videtur palmam re-
546 portare quia furiosus satis suo furore puni-
tur,qui non sentit supplicium,neque velle,ne-
que nolle habet,*& vt dixi*, furiosus habetur
547 loco absentis,dormientis,et mortui,qui non
possunt condemnari *iuxta leg. absentem. ff. de*
pœn.clem.vnic,de homicid & l.defuncto ff de pu-
blic.iudic. Posset pariter esse quod talis delin-
quens,qui postea effectus fuit furiosus, habe-
ret aliquam iustam causam defensionis, quam
548 curator eius ignorabat, et sic Iudex inno-
center eum condemnaret, *clamitat enim text.*
in d l.absentem.ff.de pœn.

Nam sanctius est nocentem impunitum
relinquere, quàm innocentem condemnare,
549 & in re dubia benigniorem interpretatio-
nem sequi,non minus iustius est,sed quàm tu-
tius. *l.semper in dubijs.56. & l. rapienda. 168.*
alias 128. & l.ea qua. 92.alias 153.ff. de regul.
iur.& l.benignius.18.ff de leg.

Sumitur namque interpretatio benignior
550 in obligationibus. *l.Titius.14 ff.de constitut.*
pecun. sumitur in testamẽtis.*l.si ita 13.ff de*
liber & posthum. sumitur in legibus.*d.l beni-*
gnius.ff.de legib.& sumitur in casu nostro, idest
in pœnalibus *l factum.155.§.vltim ff de regul.*
iur.cap.in pœnis,49 de regul.iur.in 6.l penult.ff.
de pœn.can.pœnas de pœnit.distinct 1.

Hinc est, si reperiatur quis in rixa mortuus,
551 & plura,vel pauciora vulnera habens quàm
fuerint personæ in rixa, si non constet,quis le-
thaliter eum vulnerauerit, licet vnus vulne-
rasse necessariò dicatur], & hoc quidem cer-
tè. Tamen nullus poterit condemnari pœna
552 ordinaria homicidij, quia semper in du-
bio fit mitior interpretatio, *ita plene Hippolit.*
Marsil. *singul. 217. incip. Ter, vel quater.* vbi
plures allegat, incertitudo enim delinquentis
553 excusat,et ita communi Doctorum calculo
receptum est, *vt post* Roland.*in consil.63.nu 3.*
lib.2.& alios testatur Clar. *in §. Homicidium.*
sub num.3.vers. sunt omnes absoluendi à pœna
mortis,& condemnandi pœna pecuniaria &c.et
declara vt ibi,vbi tres distinguit casus *et vide*
Farinac. *in sua prax.criminal.part.3.titul. de*
pœn.temperand. quaest.96. num.35. et seqq. vbi
DD. concordantes adducit, *et adde Matth.*
Berlic. *in suis conclus practicabil part.4.conclus.*
11.titul.de pœn.pluriũ in rix. aliquem occident.
à num.36.vers. si tamen author vulneris letha-
lis ignoretur &c. et intellige vt *à nu. 49.*

Clamat enim semper ratio *text. in d l. ab-*
sentem ff de pœn. quod sanctius est nocentem
dimittere, quàm innocentem condemnare,
554 vnde et promptiores esse debemus ad libe-
randum, quàm ad condemnandum, *vt inquit*
text.in l. Arrianus ff.de action.& obligat.& me-
lius est ob misericordiam,quàm ob crude-
555 litatem rationem reddere *can. alligent. 26.*
*quaest.7.*et iustitia sine pietate crudelitas est.
Etenim nec nimia seueritas,nec nimia miseri-
cordia seruanda est, *l.respicienda ff.de pœnis*, et
vt inquit *text. in can. licet. 45. distinct.* Iudex
plus erga corrigendos agat beneuolentia,
quàm seueritate,plus cohortatione,quàm cō-
556 minatione plus charitate,quàm potestate,
cum nemo nostrum sine reprehensione, aut
sine peccato viuat. *Et glosa in d.can. licet.*dicit,
557 Quod sciẽtia, quæ misericordiam negat fu-
gienda est.*& text. in can. vera iustitia 45. di-*
*stinct.*ait quod vera iustitia est misereri delin-
558 quẽtium,cum, & plenitudo virtutum sit mi-
seri-

Digitized by Google

ſericordia, *& vt inquit gloſ. in cap. niſi cum pri-*
dem de renunciat, quod nimis iuſtus, quandoq.
in ſua iuſtitia petit. *& latè videatur Ioſeph.*
Facell. *in tract. de adminiſtrat. Iuſtit. tract. 1.*
cap. 4. titul. Arbitrium Iudicis ad quid debeat in-
clinare. à num. 1. verſ. Iudex inclinet ſemper ma-
gis in pietate &c. & num 53.
559 Inclamat, quod mali Iudices nihil aliud præ
oculis habent quàm propriam domum, ac fi-
lijs prouidere, ita vt Christiana fides frigeſcat
ob malos Iudices, et quamuis fateantur ſe
560 noſſe DEVM factis tamē eũ negant, et quod
peius eſt inducunt etiam alios ad id, *reliqua*
vide ibi.

Verumenimuero miſcenda venit lenitas
cum ſeueritate, faciendumque quoddam
561 ex vtraq; temperamentum, & veritas eſt, ſi-
cuti in leuioribus debemus eſſe mitiores, ſic
in atrociſſimis intemperati. *can. diſciplina, &*
can. licet. 45. diſtinct. l. ſi Præſes. ff. de pœn. Nam
562 obſeruandum eſt dictum, & quidem graue
Straroclis, ſcilicet, *Ignoſcendo nocentibus inno-*
centium ſalutem cuſtodiri non poſſe. Et Lycur-
gus, *Nocentium remiſſio* (inquit) *improborum*
ſtudia ad peccatum excitat. Magiſtratus enim
563 prudens ſeuerus eſt, in ſumma bonis parcē-
dum, mali puniendi, iuxta Poetam.

Parce bonis, & perde malos, propone quibuſq;
Iuſtitia, meritis compenſans præmia cunctis.

Sed perſiſtendo in terminis, ſi admitteretur
opinio, quod furioſus poſſet puniri de homici-
564 dio, aut alio delicto, commiſſo de tempore
ſanæ mentis, conſiderandum venit, quod Iu-
565 dex debet concedere, et indulgere tempus
ipſi reo ad confitendum peccata ſua ante exe-
cutionem ſentētiæ, *vt in l. archigerontes, 6. C. de*
Episcopal. audient. & notat Bald. *ibidem num. 1.*
Cuiac. *lib. 13 obſeruat. 3.* Alciat. *lib. 3. diſpunct.*
18. Paris. de Put. *in tract. de Sindicat. in verb.*
Condemnatio cap. 2 num 1. Marſil. *in prax cri-*
minal. § quoniam poſt num. 51. Iod. Damhoud.
pariter in prax criminal cap 150. *num.* 3. vbi ait
quod ita ſe habet laudabilis conſuetudo, vt
pridie quam reus patiatur, ad eum mittitur
566 prius aliquis Confeſſarius, cui confiteri poſ-
ſit, & qui ipſius animum ad contritionem mo-
ueat, ad miſericordiam diuinam conſequen-
dam accendat, & ad ſatisfactionem corporali
pœna perſuadeat, qui rei pectus ſacra admo-
nitione pijs verbis emolliat, & ad dolorem cō-
pungat, et CHRISTI facilitatem in remittē-
do perſuadeat &c. *reliqua vide ibi, & ſequitur*
Iul. Clar. *in prax. §. fin. quæſt. 99. num 11. verſ.*
mittuntur enim viri religioſi qui eum conforten-
tur &c. Nam, & inquit *S. Dioniſius Areopagita*
567 Diuiniſsimum omnium diuiniſsimorum eſt,
cooperari DEO in ſalutem animarum.

Sed furioſus eſt de ſupradictis incapax, qua-
re ex hac cauſa iuſtiſſimum erit pœnam differ-
re in tempus, quo reſipuerit, Nam certum eſt,
568 quod ſi quis commiſit peccatum mortale,
tēpore, quo mentis ſanitate gaudebat, & ſi ſu-
569 perueniat ei furor, et decedat in furore cō-
demnabitur apud DEVM *ſecūdum Theologos,*
& ſecundum Canoniſtas *in cap. maiores, de bap-*
tiſm & tenet Bart. *ponderando text ibi in l. num-*
quam §. ſi vi aut clam, num. 1. verſ. ſi aliquis ha-
beat peccatum mortale, & efficitur furioſus, &
moriatur furioſus &c. ff. de vſucap. vbi habe-
tur, quod ſi quis erat in mala fide, et ſuperue-
570 niat ei furor, adhuc dicitur in eo durare
mala fides, quo ad omnes effectus.

Quare iuſtiſsimum erit, vt dixi differre cō-
demnationem in tēpus ſanæ mentis, et præ-
dictam opinionem prius probauit *Bald. in*
l. furioſum. num. 3. C. qui teſtam. facer. non poſſ.
vbi dicit, licet talis furioſus in eo caſu poſſit
puniri in bonis, non tamen poterit in perſona.
572 Quia non debet afflicto addi afflictio *vt in*
his terminis dicit *text. in d l. diuus ibi, cum ſa-*
tis ſuo furore puniatur &c. ff. de offic præſid. &
notat ibi gloſ. Et quod præfata opinio ſit com-
573 munis, et benignior apertè proteſtatur *Hie-*
ronym. Cagnol. *in l in negotijs. 5 num. 3. verſ. pro*
homicidio commiſſo ante furorem non puniatur
ſuperueniente furore, verum differatur execu-
tio &c ff de regul. iur. eamque opinionē quo-
que magnificat *Gul. Benedict. in repetit. cap.*
Raynutius. in verb. ſi abſque liberis moreretur.
el. 2. à num. 22. de teſtam. vbi poſt relatas tres
in hac controuerſia ſententias, hanc negatiuā
ſequitur. Prima enim eſt iſta noſtra iam re-
574 lata, vt talis furioſus non puniatur *ſecundum*
Bald, in l. furioſum num. 3.

Secunda ſententia eſt tota cōtraria primæ,
ſcilicet, quod furioſus propter delictum com-
575 miſſum ante furorem puniri debet, et po-
teſt, non obſtante furore ſuperueniente, *vt la-*
tè defendit Ludouic. Roman *in d. l. furioſum,*
vbi dicit, quod licèt opinio Bald. propter eius
authoritatem ſeruaretur in practica, tamen
576 de iure verior eſt opinio, quod furioſus pu-
niatur, quia qualitas ſuperueniens poſt deli-
ctum commiſſum non mutat pœnam, *l. 1. ff de*
poen. cum alijs ibi adductis.

Tandem refert tertiam ſententiam, et eſt
Ioan de Imol. qui ſic diſtinguit, aut ille deli-
quit ante furorem, et pro delicto fuit accu-
577 ſatus, et per ſententiam condemnatus, ſed
tempore executionis reperitur factus furio-
ſus, et tunc furor eum non excuſat à pœna,
quia non reſtat niſi pura facti executio, Aut
furor ei ſuperuenit poſt commiſſum delictū,
578 ſed ante accuſationem, et ſententiā, et tunc
puniri non poterit durante furore, donec ad
ſanam mentem reuertatur, quia cum tūc fu-
rioſus habeatur loco abſentis, non poterit pu-
niri cum reliquis vt ibi, nam tunc non potuit
ſe defendere.

Relatis prædictis tribus ſententijs ingenuè
fatetur ipſe *Gul. Benedict.* vbi ſupra *ſub nu. 25.*
quod ipſe in conſulendo imo ſemel in iudicā-
579 do tamquam Iudex appellationum Caturci

securus fuit primam sententiam, scilicet *Bald.*
in persona cuiusdã mulieris pauperrimæ, quæ
quemdam submerserat puerum patri, & matri
580 vnicum, quem proiecerat de ponte de Va-
landræ Ciuitatis Caturei in flumine Olii, ob
quod facinus per Consules dictæ Ciuitatis cõ-
demnata fuerat ad suspendium. Quæ quidem
sententia per eundem Benedict. fuit reforma-
581 ta, & dicta infelix mulier fuit absoluta à pœ-
na capitali. *videatur etiam Franc. Aret. in l.*
humanitatis. C. de impub. et alijs substit. & in
l. ex facto. ff. de vulgar. & pupill. substitut. vbi
quæstionem prædictam latè examinat, & hãc
nostram opinioné sequitur, et nominatim car-
582 pit *Roman.* qui, vt dixi, contrarium defen-
dere nixus est, & respondet ad rationes illius.

Idem quoque protegit *Tiraquel. de pœn. tem-*
perand. cauf. 3 num. 6. vbi ait, non esse discedẽ-
dum à prædicta opinione, nec in iudicando,
583 nec in consulendo, nec in legendo, cum in
pœnis sequẽda sit mitior pars, vbi sunt diuer-
sæ opiniones per text. *in l. interpretatione & l.*
sanctio. ff. de pœn. et respõdet ad text. *in d. l. Di-*
uus Marcus, vbi dicitur, quod super ea re cõ-
584 sulendus est Princeps, et subiungitur, quod
propter immanitatem sceleris (ibi enim po-
nitur casus de eo, qui matrem interemerat)
morbo eius non est danda venia, ideoque da-
585 tur clarè intelligi, quod nisi esset tanta, cri-
minis immanitas, non esset huiusmodi furio-
sus supplicio afficiendus, quamuis prædictæ
opinioni non videatur adhærere *Andr. Fachin.*
controuers. Iur. lib. 9. cap. 5. vers. ego omnibus ma-
turè &c. vbi prædictum *text. in d. l. Diuus.* ge-
586 neraliter intelligit, & ipse recusat adhærere
nec affirmatiuæ, nec negatiuæ opinioni, sed
consulendum Principem esse omninò putat,

Nec mihi satisfacit opinio *Ioseph. Ludouic.*
in decis. 78. sub num. 13. vbi tenet communem
opinionem de qua supra, vt scilicet furiosus nõ
587 possit puniri, quam tamen limitat, si furio-
sus ille parum ante furorem fuisset confessus
eius peccata, & tunc ipse putat, quod non ob-
stante furore possit furiosus vltimo supplicio
affici, et quidem ista opinio est noua ipsius Lu-
douic. quam tamen habuit, vt ipse ait, contra-
588 dictores, & ipse secundum eam votauit, &
vide rationes super hoc à Ludouic. adductas,
sed vt dixi eius opinio, mihi non satisfacit.

Nec desunt plures alij celebres DD. qui
supradictam opinionem, quod eo casu indi-
589 stinctè corporaliter furiosus non possit pu-
niri, defenderunt, & viriliter amplexi sunt, &
præsertim *Emanuel* Soarez. *in thesaur. recept.*
sententi. in litera F. num. 411. vers. furor postea
superueniens pœnam corporis delicto antea pa-
trato infligendam extingit &c. & testatur de
communi opinione *Iul.* Clar. *in practic. § fin.*
sub numer 4. vers. aut tempore delicti erat sana
mentis, & postea effectus furiosus, et nec hoc casu
potest puniri &c. & affirmat hanc esse commu-
nem opinionem, & abundè plures DD. con-
590 gerit, & refert ita fuisse obseruatum in quo-
dam fure Andrea de Aurificibus, qui postquã
fuerat ex ea causa detentus videbatur insani-
re, Rescripsit enim Senatus Mediolanen. Præ-
tori Leuci, vt diligenter animaduerteret, ne
insania esset procurata, aliàs si esset vera, illũ
dimmitteret. *Duen. regul. 259. in 3. ampliatione*
in fin.

Vbi licet defendat contrariam pluribus fũ-
damentis sententiam, fatetur tamen hanc no-
591 stram negatiuam opinionem communem,
& sequendam esse tam in iudicando, quàm in
consulendo optimè *Anton.* Gomez. *variar. re-*
solut. tom. 3. rubric. de delict. num. 72. vbi magi-
straliter discussa materia hinc inde, & addu-
ctis, ac refutatis argumentis contrariæ senté-
592 tiæ, concludit ab ista opinione, non solum
tamquam magis communi, sed etiã vti æquio-
ri non esse recedendum, & præsertim ratione
de qua supra dixi, quia Iudex non debet exe-
qui suam sententiam capitalem, nisi fecerit
593 reum confiteri sua peccata, quam quidem
confessionem non potest facere furiosus. *Petr.*
à Blanch. in epitom. delict. lib. 1. cap. 29. numer. 1.
& seq. vbi latius disputata quæstione tandem
594 concludit non esse recedendũ ab hac *Bald.*
frequentiori calculo recepta sententia. *Ludo-*
uic. Carrer in prax. criminal. titul. de homicid. §.
secundo excusat. num 2. vbi ait,

Ex quo non potest formari processus cõtra
furiosum, quantumuis tempore commissi de-
licti esset sanæ mentis, non tamen ex homici-
dio poterit suspendi, & affirmat ab ista com-
muni opinione non esse discedendum, nec in
595 iudicando, nec in consulendo, quod amplias
etiamsi factus fuisset processus, et facta fuisset
condemnatio, quia nec poterit exequi senten-
tia capitalis, antequam resipiscat, ex quo fu-
596 riosus mortuo æquiparatur, et mortuus non
potest decapitari, aut suspendi &c. Menoch.
de arbitrar. Iud. lib. 2. cas. 325. num. 12. vbi de
597 veriori, et receptiori sententia, F*arinac. in*
prax. criminal. titul. de pœn. temperand. quæst. 94.
nu. 13. vers. amplia etiam si delictum fuerit com-
missum in sana mente &c. et ad hoc pleno ca-
lamo plures DD. congerit, et multi ex eis at-
598 testantur de communi, et magis communi,
et in fine protestatur, si quis ab ista veriori, et
receptiori opinione recedere auderet temera-
rium eum crederet. *et num. 15.* eam procedere
599 quoque ait, etiamsi nulla sit spes, quod effe-
ctus furiosus reducatur ad sanam mentem, et
præter adductos à *Farinac.* subnecto *Io. Fabr.*
in suo Codic. Fabrian. lib. 9. titul. Ad Leg. Cornel.
de sicar. definit. 1. vbi asseritur, furiosum nedũ
puniri posse pro delictis ante furoré commis-
sis, nec etiam si furor post condemnationem
superuenerit. *Paul. Christian. decis. Cur. Belg.*
198. num. 15. vers. nec etiam si furor post cõdem-
nationem superuenerit &c.

Addo etiam *Hieronym.* de Caual. *commun.*
contra comm. quæst. 33. vbi refert vtramque
opinio-

opinionem, *& num.6.* hanc nostram negati-
600 uam amplectitur sententiam, et fatetur eam
esse veriorem, & æquiorem, et ab ea non esse
recedendum, nec in iudicando, nec in consu-
lendo, idem etiã sensit *Didac. Canter. quæstion.*
criminal. cap. 7. titul. de homicid. num. 63. versic.
aut commisit delictum tempore sanæ mentis &c.
601 et testatur de communi opinione. Latè pa-
riter eamdem conclusionem protegit *Petr.*
Caball. *in suis resolut criminal. cent. 3. cap. 297.*
à num. 1. vbi ad satietatem plures DD. idem
602 sentientes cumulat, et ait hanc esse pulchrã,
et notabilem quæstionem, et tenet vna *cum*
Bald. in d. l. furiosum, quod talis furiosus ob
delictum commissum ante furorem non pu-
niri possit in persona, licet possit in bonis. *&*
numer. decimo nono. alia super hoc adducit,
et apertè protestatur, quod contrariæ opinio-
ni nullatenus abhæreatur, sed omnino sequa-
603 tur ista nostra opinio negatiua tam in iudi-
cando, quàm in consulendo cum in pœnis sit
sequenda mitior pars, vbi diuersæ sunt opi-
niones, *et num. 43.* affirmat, prædictos furio-
sos, qui post delictum commissum in furorem
inciderunt, numquam vidisse fuisse punitos
604 pœna corporali, sed in carceribus detineri,
donec ad sanam mentem redeant, et pœna
contra eos exequi possit, maximè quia multi
vt pœnam capitalem euitarent, etiam prudẽ-
605 tes, furiosos, se atque insanos esse calidè si-
mularunt, vt vitæ consulerunt.

Et hanc cautelam inter alias vulpium fal-
lacias reperio posuisse *Bartholom. Cepoll. in*
tract. de cautel. 2. titul. de liberando aliquem ad
mort. iustè damnat. num. 7. vers. est etiam alia
606 *cautela, ne ille, qui interfecit hominẽ, vel aliud*
delictum cõmisit, decapitetur, vel moriatur, quod
fingat se furiosum, quia tunc non poterit puniri
criminaliter, nec de delicto commisso ante furo-
rem &c. Quare valde cautus sit in hoc Iudex
607 ne decipiatur, et iustitia eludatur *ad text. in*
l. congruit, ibi, *vtrum simulato furore. et in dicta*
l. diuus, ibi, *nec subest aliqua suspicio &c.* et pru-
denter admonuit *Angel. in tractat. de malefic. in*
verb. scienter dolosè. num. 9. ibi, *Sis autem cau-*
tus, tu Iudex quòd non credas ita faciliter aliquẽ
esse fatuum, vt pœnam criminis euitare possit, sed
velis retinere ipsum et multas, et varias interro-
gationes per te, vel alium fiendas, vt comprehen-
di possit si est furiosus, vel non, ita dicit; *Bald. in*
l. obseruandum. numer. 5. ff. de curat. furios.

Videatur etiam *Ioseph. Ludouis. decis. 68.*
num. 14. vbi etiam sedulò monet Iudices, vt
in hoc cauti esse debeant, ne deludantur à de-
linquentibus, qui aliquando fingunt se esse
608 furiosos, ad hoc vt dilaretur executio sen-
tentiæ capitalis, et affirmat id sibi contingere
in facto, dum erat Commissarius Summi Pon-
tificis fel. rec. Pij V. in Arce Spoletana. Vbi
quidam Pasqualis de Castro Valli fingebat se
stultum, ex quo verebatur, ne eum suspendi
faceret, prout facere destinauerat die sequen-
ti, et subdit, quod interim, et consulto Roma-
609 no Pontifice, ipsum Pasqualem cum quam-
plurimis alijs condemnauit per plures annos
ad triremes, et licet, vt ait, ab eius sententia
appellatum fuerit, fuit tamen confirmata hic
in Vrbe per D. Blasium Buffetum Senatorem
Vrbis &c.

610 Interim tamen si non apparebit, quod verè
sit furiosus diligentius custodiendus erit, non
tam in pœnam ipsorum furiosorum, quàm ad
611 tutelam, et securitatẽ aliorum, *et facit text.*
in d. l. congruit. §. Furiosi. in fin. ibi, *si fureret, in*
carcere detineretur etc. ff. de offic præsid. et aper-
tè *in d. l. Diuus*, ibi, *tamen diligentius custodien-*
dus erit, aut si putabis, etiam vinculo coercendus,
quoniam non tam ad pœnam, quam ad tutelam
eius, et securitatem proximorum pertinebit etc.
ff. eodem.

Imo, et multi sunt, qui senserunt, quod fu-
612 rioso delinquente possint molestari eius cõ-
sanguinei ad quos spectabat custodia, et cura,
quasi negligenter eum obseruauerint, et non
613 custodiuerint, ex quo lex ipsis talem custo-
diam, et curam imponit, vt custodient, ligent,
vel incarcerent per iura mox allegata, quod si
614 non faciunt puniuntur tamquam negligen-
tes in officio eis à lege commisso, quilibet
615 enim diligens esse debet in officio suo, et nõ
negligens. *l. si duas. §. decet autem. ff. de excusat.*
tut. l. plures. §. nimium ff. de administrat. tut. l. si
quos. C. de offic. præfect. prætor. l. penult. C. de an-
nal. except. & in puncto est *text. in d. l. diuus*, ibi,
à suis, vel in propria villa custodiatur, & in fi-
ne subiungitur, ibi, *non immeritò culpa eorum*
adscribendum est, qui negligentiores in suo officio
fuerint &c.

Et congruit Platonis dogma *lib. de legib.* 12.
quo cautum est, vt propinqui furiosum domi
quocumque modo possint custodiant, quod
616 nisi fecerint, mulctentur, qui maximi census
sunt, drachmis cẽtum &c. quod enim propin-
qui furiosi ob non diligentem custodiam ve-
617 niant puniendi ex supradictis rationibus
multi vt dixi, sentiunt, et præsertim *Bald. in*
d. l. congruit. § furiosus. num. 1. vers item nota
quod lex committit custodiam furiosi coniunctis,
618 *vt eum custodiãt*, & postea in fine subiungit,
qui est negligens in officio sibi commisso de-
bet puniri, *& cum Bald.* conuenit *Aretin. in*
§. furiosi. num. 1. & 3. Institut. de curat. & clarius
Tiraquell. de pæn. temperand caus. 2. nu. 10. vers.
illud autem non prætermiserim, quod etsi furiosi
non sunt puniendi, parentes tamen puniendi &c.

Mihi tamen magis arridet opinio *Bartol. in*
dicta l. congruit, numer. 2. in fine, vbi dicit,
619 quod tunc demum consanguinei furiosi ob
eius delictum puniendi sunt, si eis specialiter
iniuncta est custodia per Iudicem, et id vide-
tur satis consonum literæ *d. l. congruit. § furiosi*
et d. l. diuus, in quibus nihil est dictum ex quo
possit inferri necessariò coniunctos teneri pro
delicto furiosi, nisi quando negligentes sunt in
eorum

620 eorum officio, et custodia furiosi illis iniun-
cta. *idem quoque sensit Petr.* Caball. *resolution.*
criminal.centur 3 d resolut.297.num.50. vbi in
fine ait quod Bald. et sequacium opinionem
621 non vidit securam, sed potius Bart. et sic et
in contingentia casus, coniunctos, et attinen-
tes furiosi non fuisse molestatos nec à Curia
criminali inquisitos, ob damnum illatum per
eum. Atque hæc sufficiant quoad consangui-
neos furiosorum.

Non nego tamen, quod stante immanitate
622 delicti, possit deueniri ad aliquam pœnam
arbitrariam contra furiosum, nec ei omnino
parcatur, *vt constat ex multis relatis per Petr.*
Caball.*d.resolut.297.num.35. vers possit tamen*
esse tanta immani as sceleris &c et adde *Gomes.*
variar.resolut.tom 3. d.cap.1. num.72. vers præ-
terquam delictum si esset valde enorme &c. et re-
fert quod Serenissima Regina Castellæ fecit
623 puniri hominẽ furiosum, qui intulit vulnus
Serenissimo Regi Ferdinando marito suo. Su-
pradicta opinio forsitan posset procedere abs-
624 que magna pugna, quando furor superue-
nit post commissum delictum, vt quoque sen-
sit Farinac. *in prax titul.de pœn temperand. dict.*
quæst.94. numer. 29. in fin. vers. in casu quando
furor superuenit post delictum in sana mente cõ-
missum &c. et nu.30 post Gall. Nauarr. et alios
inquit quod triplici causa tales furiosi possunt
625 aliqua pœna arbitraria puniri. *Primo* in
exemplum cohibendi delicta fauore Reipu-
blicæ. *Secundò* in solatium offensorum. *Tertiò*
626 propter suspicionem, quod facilè ex delicto
commisso generari potest, quod ille demens si
non dolum, aliquam tamen culpam habere
possit.

Et facit quod *dixi in annotat. ad decis.9. nu-*
mer.54.55. et seq. part 3. recent. quod apud an-
tiquos Romanos, nulla penitus excusatio,
627 quamuis iustissima à decoctoribus recipie-
batur, et ne de hoc quis admiraretur rationẽ
elegantem expendit *Senec. lib. 7. de benefic.*
cap.27. vbi post relatam dictam legem, eiusq;
admirationem, sic tollit omnem stuporem, ibi,
628 *Nullam excusationem recipiebant Romani, vt*
omnes scirent fidem vtique præstandam, satius
enim erat à paucis etiam iustam excusationem
non accipi, quã ab omnibus aliquam tentari &c.
nec etiam nouum in iure esset asserere, quod
629 iura contra inculpatæ vitæ homines aliquã-
do inuehi, *vt in l quanta. ff. de Public. et in l.3.*
§. miratur ff. naut. caut stab. reliqua vide ibi.

Cœterum declara, quod dixi supra, delin-
quentem in sana mente, si postea efficiatur fu-
630 riosus, non puniri in persona, sed benè posse
in bonis, vt hæc conclusio procedat, quando
talis furiosus esset condemnatus tempore sa-
næ mentis, nam si esset condemnatus, quando
631 erat in furore, non valeret talis condemna-
tio, nam cũ eo non potest fieri processus, quia
furiosus nullum negotium facere potest, nec
632 cum eo fieri, vt est *text. in § furiosus*, ibi, *nul-*
lum negotium gerere potest furiosus, quia non
intelligit, quod agit, Instit de inutil. stipulat.
Ergo nec cum eo iudicium fieri potest, cum
633 ibi faciat negotium, nec etiam furioso po-
test dari curator ad facienda acta in iudicio,
quod probatur *per text. iuncta sua glos. in l. in*
negotijs.5 ff. de regul. iur. & ibi glos. in verb. po-
test, dicit etiam curatore auctore. Et hoc vult
text. in æquiparatione furiosi ad minorem, li-
634 cet verum sit, quod minor cum tutore, vel
curatore posset facere negotium, vt satis aper-
tum est, tamẽ furiosus non posset, vt dixi, Quin
etiam in acquirenda possessione cum plurimũ
hæc facti habeat & infans quamdam tenendi
635 affectionẽ, si quid ei in manu ponas, habeat,
singulare est, et vtilitas causa receptum est, vt
possit tenuitas iudicij eius suppleri auctoritate
tutoris. *l. quamuis.32. §. infans. ff. de acquir. vel*
amittend. possess.

In furiosis enim, seu mentecaptis non idem
est, cum non sit auctoritas, nisi de eo, quod ab
636 alio geritur, ac gestio intellectum desideret,
quo ille caret, adeo vt ne quidem meliorem
suam conditionem facere posse, in his, quæ
637 iuris sunt, censeatur, vt bene perpendit *Petr.*
Gudelin. *in Syntag. Regul Iur. titul. de tutel. &*
curat cap.7 num.36. vers cum non sit auctoritas,
nisi de eo &c. et aurea ratiocinatus est *Didac.*
Canter. *quæstion. criminal. cap.7. de homicid. sub*
num.65. vers. nec etiam furiosus acquireret pos-
sessionem etiam per procuratorem &c qui loqui-
tur in puncto terminis nostri, nempe, si quis
committat homicidium, vel aliud delictum
638 tempore sanæ mentis, si postea efficiatur fu-
riosus, licet tunc non possit puniri in corpore,
tamen poterit puniri in bonis, quod intelligẽ-
dum venit, vt dixi, quando furiosus esset con-
demnatus, dum erat sanæ mentis.

Secus si iam inciderat in furorem, quia tunc
639 non potest fieri processus cum eo, nec pote-
rit eidem dari curator ad facienda acta iudicij,
per rationes iam adductas. Quatenus vero di-
xi, quod furiosus nec cum curatoris auctori-
tate possit suam conditionem meliorem face-
re declara. *vt per Ioann Fabr. in tractat. de con-*
iectur lib.8. cap.6. num 8. vbi ait, quod furiosus
iure veteri, nec hæreditatem sibi acquirere
poterat, etiam curatore auctore, nec curator
ipse nomine furiosi, Hanc tamen substulit Iu-
stinianus *in l. fin. §. fin autem. C. de curat furios.*
vbi curatoribus imo et ipsis necessitatem im-
posuit, vt nomine furiosi hæreditatem adire
possint. Sed ad nos.

Ex supradictis ergo apparenter constat, quã
640 longe absit à furioso, seu demente consen-
sus, et voluntas, et sic carent vsu rationis ob
defectum intelligentiæ, et legitimi consensus,
ad hoc vt facta ab eis, casu, et absque eis di-
cantur facta, nam et secundùm etiam ius na-
641 turale, vbi non adest voluntas, nec proposi-
tum ad delinquendum, ibi non adest auctori-
tas puniendi, furiosus enim nõ intelligit, quid
quid

Digitized by Google

642 quid agit. Vnde non mirum est, si testando etiam ad pias causas, nullatenus talis dispositio subsistat, quamuis prudentis, et boni Christiani actus ille dicatur, cum furiosi nulla sit
643 voluntas, sine qua, omnibus iuribus conclamantibus nihil boni, vel mali ponitur in esse, vt satis iam demonstraui.

ARGVMENTVM.

Leges, cum nullatenus requirant in testantibus perspicacem intellectum absolutissimum ingenium, nec omnimodam mentis sanitatem, cũ aliàs pauci possent testari, cum rari reperiantur, qui sint sine aliquo defectu prudẽtiæ. Vnde ad prædictum effectum quis satis erit habilis, dummodo omninò non desipiat, et non sit talis, vt possit induci ad credendum asinos volare.

Quare quãtumuis aliquis habeat ingenium imbecille, vel imaginationem læsam, aut obtusum intellectum, siue faciat actus non omninò conuenientes homini sanæ mentis, et nihilominus non sit in statu furoris, et tamen prædictus testamentum valide poterit cõdere. Cum et aliàs in Iure apertum sit, licet masculus 14. annorum, et puella 12. annorum non possint sine curatore de bonis suis disponere, cum nõ habeant integrum, et perfectum iudicium, et tamen possunt condere testamentum.

Fatuus, si habeat tantum iudicium, quantum puer 14 annorum, vel puella 12. annorum rectè testatur. aliàs erit inhabilis. Moribundo quantumuis langueat intellectus, cum tunc humana fragilitas mortis cogitatione turbara, non sinat morientem esse mentis compotẽ, et tamen de eo tempore validè testatur, et ex hoc infertur, quod Iura non requirunt perfectum iudicium, et intellectum in Testantibus. Stulti, & furiosi de tempore dilucidi interualli rectè quemlibet contractum facere possunt, et sic sponsalia, matrimonia &c. Vnde multò magis testari, sed quid requiratur.

SVMMARIVM.

644 *Furiosi, & mentecapti nullum contractum inire possunt. & sic nec possunt testari.*

645 *Fatuus suum condere potest testamentum, & valebit.*
Fatuus ille propriè dicitur, qui non caret intellectu, quamuis integrum animi vigorem nõ habeat.

646 *Fatuus, vel demens, si habeat aliquem sensũ, & intellectum, veluti si sciat aliqualiter discernere negotia sua, poterit testari. & numer. 647.*

648 *Testari, vt quis possit, vel aliter disponere de rebus suis, iura non requirunt perfectissimum intellectum, & quantum sufficiat. & numer. 668. & 690.*

649 *de Furiosis quoties Leges mentionem faciunt, de quibus furiosis intelligant.*

650 *sine Prudẽtiæ aliquo defectu rari reperiuntur, qui sint.*

651 *a Mente, qui non est penitus alienatus poterit testari,*

652 *Grossolanus, vt dicitur, quando quis est, dummodo non sit talis, vt credat asinos volare, poterit testari.*

653 *Imaginationem læsam, quis potest habere, & nihilominus non esse in statu dementiæ.*

654 *Terram coctam, quis se esse credebat, & quid obuiantibus asserebat, ne se rumperet.*

655 *Sensum bonum, et discursum optimum, quis potest habere, & tamen falsam imaginationem possidere.*

656 *Insanus quis potest esse, circa aliqua obiecta, circa verò alia esse sanæ mentis.*

657 *Pastor, quidam quamuis prædicus ratione, nihilominus à pluribus exquirebat chirographum, ne eos cogerent ad suscipiendum habitũ Monachalem. & num 658.*

659 *Insaniæ morbo, quis eo laborabat, vt putabat Ianuenses esse eum occisurum, quia ipse dixit illos gerere barbam Iudæorum more.*
In reliquis verò erat prudens, & sapiens, & sic tantum imaginatiua erat læsa.

660 *Imaginatiua dum est tantum læsa, cum non excludat vsum rationis, & intellectus, ideo non excludit testamenti factionem.*

662 *Fatuo datur curator, sicuti furioso, & mentecapto.*

663 *Furiosus, & mentecaptus sicuti non possunt testari, ita nec fatui, cum Leges eodem modo, & ratione istos habeant.*

664 *Fatui non sunt rerum suarum Domini, cum a Curatoribus regantur.*

665 *Fatui, quod possint condere testamentum est opinio Fabr communiter recepta, damnata contraria Ias.*

666 *Fatuus, vel demens si habeat aliquem sensũ, potest testari, & nec eis potest fieri exemplaris substitutio.*

667 *Actus singulorum hominum, si benè prætenderentur nullus esset sapiens.*

668 *Testator licet probetur, quod fuerit parui iudicij, & vt dicitur, sciocarello, & sic quod erat simplex.*

669 *Non tamen ex hoc infertur, quod non erat habilis ad testandum.*

670 *Filia, quod hæredem instituat matrem, id non est à ratione alienum, imo est actus satis prudens. & num 671.*

672 *Pueri quatuordecim annorum, et puellæ duodecim annorum adhuc non habent perfectum, et integrum iudicium.*
Minores non possunt eorum bona alienare, sine curatore, nec aliter contrahere validè.

673 *Minores si contrahant sine curatore non obligantur, saltem obligatione ciuili.*

674 *Minor non potest stare in iudicio, & sententia contra eum lata est ipso iure nulla.*

675 *Mi-*

675 *Minor si in iudicio sine curatore aliquid fateatur contra se, talis confessio ei non nocet.*

676 *Minores sunt inhabiles ad comparendum in iudicium sine curatore, & id prouenit a iure natura, et iure ciuili. num 677.*

678 *Puers 14. annorum, et puella 12. validè testatur, licet adhuc non habeant plenum, & integrum iudicium. et num. 679.*

680 *Quod procedit etiam si dies illorum annorum sint incœpti, quia habentur pro completis.*

681 *Fatuus, licet non sit ita sagax, & prudens sicuti cæteri viri oculati, nihilominus poterit testari.*

682 *Testes licet asserant, testatorem non esse sapientem, ex hoc non arguitur, quod sit furiosus. Sapientes rari sunt.*

683 *ex Actibus inferentibus ad paruam prudentiam non infertur ad dementiam.*

684 *Canibus, si quis multoties dederit bibere oleū, ex hoc non infertur ad furorem.*
Oleum prodest canibus, ne fiant scabiosi.

685 *Sordidè, & malè indutus si quis vadat, cum sit diues ex hoc non infertur ad furorem cum id tendat in auaritiam.*

686 *Fatuus, vel demens, si non habeat tantum iudicij, quantum in puero 14. vel in puella 12. annorum, & tunc non poterit testari. & quare num. 687.*

688 *Fatuus, si ei est plus iudicij, quàm in puero 14. annorum, & tunc validè testatur. & numer 689.*

691 *Moribundus, & sic in articulo mortis constitutus, et quamuis lingua balbutiat valide testatur.*

692 *Memoriam perdit, qui agit in extremis, vel saltem redditur imbecillis.*
Animi consilium moribundus non præsumitur habere, cum tunc langueat intellectus.

693 *Fragilitas humana, dum est in extremis mortis cogitatione turbata, non sinit morientem esse mentis compotem.*

694 *Corpore deficiente, deficit intellectus, & sine corpore intellectus nihil operatur.*

695 *in Extremis agens cum perdat memoriam, ideo non debet examinari in testem.*

696 *In Testibus opus est scientia, & memoria, & moriens in vltimo spiritu perdit, et scientiam & memoriam.*

697 *in Extremis agens in tãsum habetur pro mortuo, vt ius succedendi proximioribus videatur quasi delatum.*
Itaque legitimatio de eo tempore facta non tenet.

698 *Testis infirmitate grauatus, non est examinandus*

699 *Semimortuus, & sic semialienatus à mente, cum iura permittant, vt validè testetur, quid ex hoc inferatur. num. 700.*

701 *Fatuus poterit testari, quamuis datus ei fuerit curator.*

702 *Curatoris datio non probat furorem ad effectum, vt quis reddatur intestabilis.*

703 *Curator datur etiam habenti dilucida interualla, & tempore induciarum conquiescit eius officium.*

704 *Fatuis, qui etiam mente totaliter non sunt alienati, datur curator.*

705 *Curatoris sola datio non arguit omnimodo furorem, quando aliud impedimentum non adsit.*

706 *Curatoris datio, quatenus argueret furorem, id esset intelligendum, quo ad tempus dationis, & non antea.*

707 *post Curatoris dationem, quando apparet, quod furiosus deuenerit ad sanitatem mentis, an declaratio Iudicis super hoc requiratur.*

708 *Sententia reuocatoria dationis Curatoris quatenus requireretur ad effectum validitatis testamenti conditi ab eo qui erat olim furiosus.*

709 *Etiam postea ferri potest, cum retrahatur ad diem conditi testamenti.*

710 *Fatui, & dementes non solum possunt condere testamentum, sed etiam stulti & furiosi, si habeant dilucida interualla, & de eo tempore testentur. & nu. 711. declara vt à nu. 716.*

720 *Furiosi de tempore dilucidi interualli cum sint rationis participes possunt præstare consensum, omnes contractus possunt celebrare.*

713 *Furiosi de tempore dilucidi interualli possunt sponsalia, & matrimonia contrahere.*

714 *Furiosus quando præsumatur condidisse testamentum de tempore dilucidi interualli.*

715 *Freneticus, seu delirus, si semper non freneticet, vel deliret, de tempore cessationis rectè testatur.*

717 *Furiosus, vt de tempore dilucidi interualli rectè testetur, requiritur vt dicta dilucida sint perfectissima. et nu. 720.*

718 *Verbum, dilucidum, quid importet, secundū veros Grammaticos. et nu. 716.*

CAPVT XIX.

TEmpus, cum iam sit, vt aliquando incipiam me liberare, à supradicta verè deploranda materia, quantumuis vniuersali, scilicet stultitiæ, qua plena sunt omnia, Vnde tamen subiungere intendo, quod licet indubi-
644 tatum sit furiosos, et mentecaptos nullatenus posse aliquem contractum celebrare, et nec testamentum condere, quantumuis ad pias causas, nihilominus fatuus generaliter poterit suum condere testamentum, et obti-
645 nebit validitatis robur, cum fatuus ille propriè dicatur, qui non caret intellectu, quamuis integrum animi vigorem non habeat iuxta
646 ea, quæ dixi supra à *num.* 34. quare si fatuus, vel demens habeat aliquem sensum, et intellectum, veluti si sciat discernere aliqualiter negotia sua, sed parua perspicacitate, et
647 sic possideat intellectum, licet non perfectū, et integrum benè poterit testari.

Nam

Nam eſt ſatis conſtans in iure axioma illud,
648 quod ad effectum teſtandi, aliterquè diſpo-
nendi de rebus ſuis, Iura nullatenus requirũt
perſpieacem intellectum, & abſolutiſſimum
ingenium, ac omnimodam mentis ſanitatẽ,&
quoties Leges mentionem facinnt de furioſo,
649 intelligendæ ſunt de eis, qui continua men-
tis alienatione patiuntur, omniquè ſenſu ca-
rent, *vt in text. in cap. cum dilectus*, ibi, *quia erat
alienatus mente &c de ſucceſſ. ab inteſt & in l. cũ
dotem. §. ſi manens. ibi, ſenſum non habet, ff. ſolut.
matrim.* nam aliàs rari eſſent, qui poſſent te-
650 ſtari, cum rari reperiantur, qui ſint ſine ali-
quo defectu prudentiæ,

Sed ſatis ſit, dum teſtator non teperitur fu-
rioſus, vel mentecaptus, vel ſimilis, qui omni-
651 no à mente, & intellectu alienatus dicirur,
& ſic poterit vocari, vt dicunt Doctores, groſ-
ſolanus, & hebetis ingenij, vel ſenſus, Vnde
652 omninò non deſipiat, dummodo nõ ſit adeo
fatnns, quod de facili poſſet induci ad creden-
dum, vt aſſeti ſoler. aſinos volare.

Quare benè poterit cõcludi, cum ſimul ſta-
re poſſit, vt quis habeat ingenium imbecille,
653 vel imaginationem læſam, aut obtnſum in-
tellectum, ſiue actus faciat non omninò con-
uenientes homini ſanæ mentis, et nihilomi-
nus non ſit in ſtatu ſntoris, *vt probat Galen.
lib. 3. de loc. affect.* dum commemorauit exem-
plum illius, qui credebat ſe eſſe terram coctã,
654 et ob id eundo, euitabat, quos obuiam ha-
bebat, ne ſe ipſum rumperet, vel eliderer, di-
xitque Galenus hunc habuiſſe, falſam imagi-
655 nationem, bonum tamen ſenſum, & diſcurſũ.

Poteſt enim contingere quoſdam circa ali-
qua obiecta delirare, & inſanos eſſe, circa ve-
656 rò alia eſſe ſanæ mentis, & profectò ratio-
nis iudicio diſcurrere, qui proinde capaces sũt
celebrandi quoſlibet contractus, *vt pluribus
exemplis demonſtrat* Menoch. *de præſumpt. lib. 6.
d. præſumpt. 45. à num. 48 vſque ad 57.* & San-
chez. *de matrimon. lib. 1. diſputat. 8. à numer. 23.*
& inter alia exempla illud adducit, de quo di-
cit fuiſſe teſtem oculatnm, de quodam ſcilicet
657 paſtore, qui ratione præditus erat ad oues
ducendas, et paſcendas, et de ſtipendio ſuis
operis debito, paciſcendum, & denique in
omnibus ratione vtebatur, ſed ſolum vehemẽ-
ter angebatur, ne ad habitum monachalem
ſuſcipiendum cogeretur precabatur enim, &
658 enixè contendebat, quod chirographo ali-
quo ſibi dato, tutus redderetur fore, vt nullo
tempore ad id compelleretur, cæternm quid-
quid ſibi iniungebatur, libentiſſimè executio-
ni demandabat.

Videatur etiam *Boſſ. in eodem tractat. de ma-
trimon. cap. 3. à num. 73.* vbi etiam ipſe alia in-
ducit exempla et inter alia narrat, quod ipſe
nouit Ianuæ quemdam Sacerdotem Pedemõ-
659 tanum, qui eo inſaniæ morbo laborabat, vt
ſemper ſuſpicaretur Ianuenſes, ſibi necem
machinari, eò quod, vt aiebat ille Sacerdos,
Ianuenſibus falsò relatum fuiſſet, ſe dixiſſe
illos gerere barbam Iudæorum more, in reli-
quis verò erat ſanæ mentis. Vndè euidens
ſignum eſt, ſolam imaginatinam, quo ad eam
materiam, læſam eſſe, & ſic, vt dixi, cum præ-
dicta non excludant vſum rationis, ſeu intel-
660 lectum, nec mentis alienationem inducanr,
ſicquè iſti poterint diſponere de rebus ſuis, et
per conſequens teſtari, et iſta fuit opinio
*Io. Fabr. in §. Præterea num. 1. verſ. ſecus dicerẽ
in ſatuo, quod iudicium rei recipit &c. Inſtitut.
quib. non eſt permiſſ. fac. teſtament et ibi ſequitur
Angel.* & illud dictum reputat ſingulare, et nõ
alibi dictum *Iaſ. in l. ex facto. numer. 41. ff. de
exempl. ſubſt.* licet de eo valde dubitet, et non
firmet, imò contrarium cenſeat, quamuis etiã
661 aliquantulum vacillans, et inſuper contra
dictum *Fab.* facit expreſsè *text. in l. 2. ff. de
662 poſtuland.* vbi diſponitur, quod fatuo detur
curator ſicut furioſo, vel mentecapto, eſt etiã
*text. in l. dabimus §. fin. cum l. ſeq. ff. de priuileg.
cred.* quare Iura in eodem loco retinẽt, & cu-
ſtodiunt furioſum, et mentecaptum, quàm fa-
663 tuum, et ſicuti illi non poſſunt teſtari. vt ſu-
pra diximus, ita nec fatuus. *Graſſ. in §. Teſta-
mentum quæſt 21. num. 7. verſ. quæro quid in
fatuo vtrum teſtari poſſit, reſpondeo quod non*
et allegat *Iaſ. in d. l. ex facto. & idem ſenſit* Ca-
bed. *deciſ. Rot. Luſitan. 97 num. 1 part. 1.* reddẽ-
do ſupradictam rationem, quia fatui non ſunt
664 rerum ſuarum domini, cum à Curatoribus
regantur *d. l. 2. ff. de poſtul.* et ſequitur *Ricc. in
collectan. 2965.*

Ab opinione ramen *Fabr.* nullo tamen mo-
do puto recedendum eſſe ex ſupra relatis, &
infra referendis rationibus, cum, et inſuper
665 prædicta opinio eſt communiter ſecuta, *vt
conſtat ex pluribus relatis per ipſum* Iaſ. contra-
rium volentem *in l. patre furioſo. num. 40. ff. qui
ſunt ſui, vel alien. iur.* et affirmat hanc opinio-
nem receptam eſſe, eamque etiam ſecuti ſunt
Paul. de Caſtr. *in l. ſi frater, nu. 2. C. qui teſtam.
fac. poſſ* Corn. *in conſil. 261. num. 21. verſ. profecto
non requiritur ad teſtandum perfectus ſenſus, &
ſufficit, quod ſit ſanus, adeo quod non ſit furioſus,
vel ſimilis &c lib. 4.* Pariſ *in conſil. 88 à nu. 39.
verſ. talis ita rudis, et groſſolanus benè poteſt te-
ſtari, et alios actus celebrare &c. lib 3.* Simon. de
Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib. 2. interpre-
tat. 1. dub. 1. ſolut. 4. num. 21. verſ. ita quod poteſt
dici fatuus, vel quidam groſſolanus, vel hebetis
ſenſus, et iſte nõ impeditur facere teſtamentũ &c.*
Gomez. *ad Leg. Tauri 3. verſ. licet furioſus, &
mente captus non poſſint teſtari, tamen fatuus
benè poteſt teſtari &c* affirmatquè quod ipſe
tenet ſeutentiam Fabri, et ſequacium, et ite-
rum idem ſenſit *in commentar. variar. reſolut.
tom. 1. cap 9. num. 2. verſ. fatuus, licet non ſit ita
prudens, aut ſapiens, vel ſagax, ſicut alter homo
poteſt teſtari &c.*

Vbi etiam dicit, quod ſicut fatuus, vel
666 demens ſi habent aliquem ſenſum, et intel-

lectum possunt testari;sic et eo casu non potest
fieri eis exemplaris substitutio. *ex ibi allegatis,*
et in terminis nostris vide ibi *Emanuel.* Soarez.
in addit litera A. Ioan *Angel.*Boss.*in suis moral.*
var titul 12.§.3.num.131.in fin. vers.quos vul-
go appellamus fatuos,vel stolidos , sicut hi possunt
contrahere matrimonium , ita etiam possunt te-
stari &c. Idem *in tractat.de matrim.cap.3 nu-*
mer.60.vers.qui non sunt ita mentecapti, vt om-
nino desipiant.sed aliquid sapiunt &c. Menoch.
*in consil.*683.*sub num.15. vers.ad disponendum*
de rebus suis proprijs non requiritur perfectus
sensus,sed sufficit,quod non sit furiosus &c lib.6.
Decian.*respons.127.num 31.vers.licet fuisse, et*
esse ingenij obtusi,et grossi, aut simplicis, nam ta-
les possunt testari &c. lib.3.et sub num 32.post
Alex.*in l.si frater.C.qui testam.fac poss:*
Quod hæc adeo vera sunt , vt nullum ha-
beant contradictorem,et considerat , quod si
667 omnes actus singulorum hominum perpen-
derentur , nullus esset sapiens, qui aliquando
non reperiretur fatua , et puerilia loqui , aut
facere , non tamen ideo statim censendus est
mentecaptus, vt testari non possit. Crass.*in*
§.Testamentum d.quæst.21.numer.7. vers.sin le-
uior sit fatuitas et habeat sensum, et intellectum,
eo casu ei testari permittitur &c. Vasq.*de success.*
creat.§.17.numer.110,vers.sin autem leuior,tunc
& possit testari &c. Card Mantic. *de coniectur.*
ultim.volunt.lib 2.cap.5.nu.14. vers.nam etiam
grossolanus.vt vulgo dicitur qui est ingenij obtu-
si,et hebetis testari potest &c. Francisc. Barr. *de*
testament.lib.1.cap 6 num.42.vers.ita quod pos-
sit dici fatuus, vel quidam grossolanus,seu hebe-
tis sensus potest facere testamentum &c. Nouar.
in tractat.seu prax. elect & variar.for. lib,1,
cap.44.num.3.vers.si ie tantum sit stupidus , vel
stolidus, & simplex, testari poterit &c. et testa-
tur de communi. *Cæsar* Caren.*variar, resolut.*
cap.171.num.16.vers.debent de necessitate infer-
re totale exitium mentis, & intellectus , et omni-
modum defectum vsus rationis , ad effectum red-
dendi quem intestabilem &c. Cæsar Caluin.*in*
tractat. de Æquitat lib.2.cap.194.num.12.,vers.
non omnem intellectus imbecillitatem auferre te-
stamenti factionem, sed iam tantum quæ furori
accedit , et dementia &c. Hieron. Magon. *decis.*
Florent 97 num.17. vers.non omnis intellectus
imbecillitas aufert testamenti factionem , sed ea ,
*quæ furori accedit, & demẽtia &c. Anton.*The-
saur. *decis. Pedemont.92. num.3. vers.est aliquis*
fatuus idest rudis, et hebetis sensus, & poterit te-
stari &c.
Itam etiam sæpe sæpius resolutum fuit in
Rora, et præsertim *coram bo.mem.Cantucc. de-*
cis.107.num.28 part.2.diuers. vbi asseritur eam
668 esse communem cõclusionem, vt illud quod
dicitur de mentecapto , et furioso non proce-
dat in fatuo simplici,stupido, et hæbetis inge-
nij, qui intellectu non caret , licet integrum
animi vigorem non habeat, *et coram bon.mem.*
Penia *in causa Romana Hæreditatis* 13. *Nouẽ-*
bris 1592. est inter eius à me impress. decis.202,
num.6. vbi habetur quod licet fuerit probatũ,
669 in casu illius decis. testatricem, vt dicebant
testes, esse de *poco giudicio, sciocarella.e che cre-*
*dena à ogni cosa. e senza malitia,è semplice.*tamẽ
non probabant eam esse inhabilem ad testan-
dum, quamuis enim mentecaptus, et furiosus
670 non possint condere testamentum,simplices
tamen, et fatui non impediuntur , dummodo
mente priuati non sint omninò,quod maximè
procedebat in casu illius decisionis , in quo fi-
lia prætensa furiosa hæredem instituit matrẽ,
671 cum non sit à ratione alienum, matrem hæ-
redem facere &c. *et coram bo.mem.*Manzaned,
decis.384.numer.5.vers possit forsitan imbecillis
videri, quasi non habeat illum vigorem mentis ,
non tamen potest dici ex eo non habere iudicium
ad contrahendum &c. part.1.recent et coram bo.
*mem.*Buratt.*decis.256 nu.10. vers.prædicti enim*
actus tendunt potius ad quamdam lenitatem , seu
imbecillitatem ingenij. vel memoriæ,quàm ad de-
mentiam, cum non excludat vsum rationis , nec
intellectus, & sic non tollunt vsum rationis &c.
*et coram bon.mem.*Rembold.*in d. Romana Hæ-*
reditatis de Gracchis 5.Octobr. 1622. §.3. vers.
neque ad effectum,vt testamentum subsistneatur,
necesse est, vt illud conditum fuerit ab homine
perfecto sensu prædito , sed sufficit vsum rationis
habere,neque à mente totaliter alienatũ esse &c.
et coram bon.mem. Duran.*decis.178. numer.18.*
vers.memoriæ imbecillitas non infert ad intelle-
ctus defectum &c. quæ decisio est etiam in re-
cent.decis.233 nu.23.part.5.tom.1 et idem sensit
coram eodem Manzaned.*decis.570.num.14.vers.*
nullatenus dementiam probant , sed tantum ali-
quos actus impatientiæ ex morbi sæuitia,qui cum
non excludant vsum rationis, non tollunt dispo-
nendi facultatem &c. part.4.recent tom.3 et co-
*ram bon.mem.*Seleucien. *in causa Romana Do-*
nationis 11.Ianuarij 1619.§.Placuit enim,vers.
non omnes actus imbecillitatem ingenij arguentes
ex defectu memoriæ aut imaginatiua, licet parũ
sanæ mentis hominibus competant , tollere facul-
tatem contrahendi , aut testandi &c. et coram
R. P. D. Carillo *in causa Tiburtina Hæreditatis*
22. Iunij 1637. est decis.233.num.24 vers.præ-
dicta omnia non excludunt vsum rationis , seu
intellectum,nec mentis alienationẽ inducunt &c.
part.7.recent. et coram bon.mem. Merlino *decis.*
772.numer.6.vers.qui imperfecta frenesi correpti
sunt, habent tantum læsam imaginationem , sed
adhuc vsus rationis,et discursus cõpotes sunt &c.
*et coram R.P.D.*Cerro *in causa Meleuitana*
Hæreditatis 15 Aprilis 1644. §. Præterea. vers.
qui actus propterea tollere non possunt testamenti
factionem , cum possint stare simul , vt testator
habeat imbecille ingenium , aut actus fecisset non
omnino conuenientes homini sanæ mentis , et ni-
hilominus non esset in totali statu dementiæ,quæ
propterea testamẽti factionẽ illi auferri poterit &c.
Prædicta conclusio ea satis inuicibili ratio-
tione corroboratur , quia scimus , quod licet
puellæ

672 puellæ duodecim annorũ, & pueri quartuor-
decim annorum, non habeant perfectum, &
integrum ſenſum, & iudicium, & non poſſint
eorum bona alienare. *l. non ſolum. & l. mino-
rum & l. etiam. et l. prædia ruſtica. & l. final.* C.
de præd & alijs reb. minor. nec aliter contra-
673 here ſine curatore, & ſi ſine eo contrahant nõ
obligantur ſaltem obligatione ciuili. *l. ſi cura-
torem. cum ibi notat.* C. *de in integr. reſtit. min.*
nec minor poteſt ſtare in iudicio, vnde ſenten-
tia lata contra minorem, eſt ipſo iure nulla, ſi
674 de tempore inchoati iudicij, non fuit ei da-
tus Curator, prout requiritur pro validitate
iudicij, *iuxta text. in l. admone adoleſcentem,*
*C. qui pet. tutor. l. eum, & minores. C. ſi aduerſ.
rem iudic. l. acta. § contra, & l. contra pupillũ. ff.
de re iudic. et l. clarum.* C. *de auth. præſtand.* De-
cian. *reſponſ.* 18. *nu.* 175. *lib.* 1. vbi ait, quod om-
675 nes concludunt, quod etiam ſi minor in iu-
dicio ſine curatore aliquid contra ſe fateatur,
talis confeſſio ei non noceret. *Creſcent. deciſ.*
206. *alias* 9. *num.* 3. *verſ. minor autem, etſi ci-
tetur, tamen ſi curator non detur &c. de ſentent.
et re iudic.* & fuit dictum *coram Card.* Plato *in
cauſa Cortonen. Bonorum* 28. Iunij 1589. *§.
fin verſ. tertiò eſt nulla quia lata contra mino-
rem indefenſum, nemo enim comparuit ad eum
defendendum &c. cum alijs allegatis in cauſa
Maceraten. Hæreditatis* 2. *Decembris* 1639.
coram R. P. D. Terraconen. *§. Rurſus fuit, verſ.
minor pro ſe ſine curatore in iudicio paſſiuo ſta-
re non potuit &c. et inſuper poſt* Vant: *in tract.
de nullitat. ex defectu inhabilitatis. num.* 134.
ea aſſignatur ratio, quia talis ſententia eſt ip-
676 ſo iure nulla, ea de cauſa, quoniam inhabili-
tas minorum ad comparendum ſine curatore
in iudicio prouenit à iure naturæ, vel ciuili
677 funditus inhabilitãte, & reſiſtente potentiæ
comparendi, & ad hoc ibi plura allegantur.

Sed perſiſtendo, quæſo in terminis, cum
puella 12. annorum, & pubes 14. annorum poſ-
678 ſint condere teſtamentum, vt dixi, licet non
habeant plenum intellectum, cum plerumque
faciant puerilia, & deriſoria, & nõ conuenien-
tia viro prudenti, tamen benè poſſunt teſtari,
679 quia ſufficit habere ſenſum, & intellectum,
licet non ita plenum, & integrum, ſicut alij ſa-
gaces, & maiores *l. ſi frater.* ibi, *Nam ſi bonæ
ætatem, ſcilicet 14. annorum egreſſus, licet vigo-
ris non dum emerſiſſent veſtigia, ſuum ſolemni-
ter ordinauit iudicium, hoc euellere fruſtra co-
naris &c. C. qui teſtam. facer. poſſ. et l. qua æta-
te, ibi, verius eſt in maſculis quidem 14. annum
ſpectandum, in fœminis 12. completum &c. ff. de
teſtam* & ſubditur, quod quãtum adhoc dies
680 cœptus habetur pro completo. In fauorabi-
li enim materia non eſt nouum aſſerere, quod
dies cœptus habetur pro completo quidquid
ſit in odioſis, *l. ad rempublicam, & ibi gloſ. in
verb. fauoris cauſa. ff. de muner. & honor.* Bart.
num 1. Angel. *num.* 1. *in fin.* Iaſ. *num.* 7. Bart. *in
l. nõ putabam. ff. de condit. & demonſtrat.* Aretin.

*in §. 1. & 2. Inſtit. quib. mod. tutel. fin. & con-
cludunt omnes ferè* DD. *in l. ſi cui. in princip.
ff. de legat.* 1. & in hoc eſt magiſtralis *deciſ. corã
bon. mem.* Cantuc. 75. *à n.* 27. *part.* 2. *diuerſ.* vbi
teſtatur de communi concluſione, & plura ad-
hoc allegantur, & alibi fusè aſſeram, ne à pro-
poſita materiã diſcedam.

Ergo ita etiã dicamus in propoſito noſtro
quod fatuus, licet non ita ſit ſapiens, vel ſagax
681 ſicuti cœteri viri prudentes, & occulati, ni-
hilominus poterit teſtari, *& ita optime arguit*
Corn. *conſil.* 91. *nu.* 23. *verſ. videmus quod puel-
la* 12. *annorum &c. lib.* 4. vbi etiam ait, quod
682 licet teſtes aſſerant, teſtatorẽ non eſſe ſapiẽ-
tem, ex hoc non argui eſſe furioſum, cum ra-
ri ſint ſapientes, ſicuti etiam ex actibus inferẽ-
tibus in paruam prudentiam, nõ infertur de-
683 mẽtia, ſicuti conſiderabatur in caſu *d. conſil.
Corn.* ex quo fuit probatum teſtatorem dediſ-
ſe bibere multoties canibus oleum, & quam-
uis, vt dicitur, oleum prodeat canibus ne ſiãt
684 ſcabioſi, ſicuti etiam reijcitur illa alia obie-
ctio contra teſtatorem, ex quo ibat malè, &
ſordidè indutus, licet eſſet diues, & non viliter
natus, cum id tendat potius in auaritiã, quàm
685 in furorem, reliqua vide ibi, eodem argu-
mento vſus eſt etiam *Pariſ. in d. conſil* 88. *n.* 42.
*verſ. & tamen certum eſt illos, ſcilicet fœminam
in 12. anno, & minorem in 14. anno, non habere
plenum intellectum, & tamẽ poſſunt teſtari &c.
lib.* 3. Gomes. *variar. reſolut. tom.* 1. *cap.* 6. *ſub
num.* 2. *verſ. licet pubes, vel adultus non habeat
plenum, & integrum ſenſum &c,* & Gul. Bene-
dict. *in ſolemni repetit. cap Raynutius in verb,
adiecta impuberi. num.* 83. *verſ. maior* 14. *anno-
rum, licet habeat imbecillitatem ſenſus, tamen
teſtari poteſt, quam imbecillitatem lex non vi-
detur conſideraſſe &c.*

Quare ſic optimè in hac materia poterit di-
ſtingui, aut enim fatuus, vel demens cui plus
686 iudicij non ſit, quàm puero 14. vel 12. anno-
rum, et ei non licet teſtari, quia ſicut lex non
admittit teſtamentum pueri minoris 14. an-
687 norum, ex quo, non poſſidet animi iudiciũ.
*§. præterea. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. facer. te-
ſtament.* ita eadem ratione non permittitur
tali fatuo, defectu iudicij. Aut verò prædicto
688 fatuo plus eſt iudicij quàm puero 14. anno-
rum, & tunc poteſt admitti ad teſtandum.
& ſic diſtinxit Anton. Theſaur. *d. deciſ.* 92. *ſub
num.* 4. *verſ. Ego in contingentia facti diſtingue-
bam &c.* & affirmat, quod talis eius diſtinctio
689 non diſplicuit Senatui, qui iudicauit teſta-
mentum fatui inualidum eſſe, *ex ibi adductis.
& adde Franciſc.* de Barr. *in tractat. de teſtam.
lib.* 1 *cap.* 7. *ſub num.* 41. *verſ. ſi plus iudicij, et ſi
quàm pupillo poſſit teſtari, alias non poſſit.*

Valido quoque alio fundamento prædicta
opinio, quod ad teſtamenti factionem iura in-
tegrum animi, ſeu intellectus vigorem nulla-
690 tenus neceſſariò requirant, roboratur ex eo,
quia moribundus, & ſic in articulo mortis

691 constitutus, et quamuis lingua balbutiat,
poterit testamentum validè condere, text. est
in l. quoniam indignum, ibi, qua fortè feminecis,
& balbutiens lingua profundit &c. & ibi notat
Angel. & glos. & Castren. C. de testament. l. Seia
§. vltim. ibi, morientem. ff. de mort. caus. donat. l.
Pamphilo. §. propositum, ibi, in discrimine vitæ.
ff. de legat. 3. & in cap. Raynutius, ibi, in extre-
mis positus de testament. & dicam infra latius,
692 & tamen satis palam est, quod agens in ex-
tremis perdit memoriam, vel saltim tūc tem-
poris memoria redditur imbecillis, & languet
intellectus, nec quis præsumitur habere animi
consilium, nec intellectum, nam humana fra-
693 gilitas mortis cogitatione turbata, non sinit
morientem esse suæ mentis compotem. l. hac
consultissima. §. at humana fragilitas. C. qui te-
stament. facer. poss. nam deficiente corpore
694 deficit intellectus & sine corpore intellectus
nihil agit secundum Aristotel. et ex eo docet,
Bald. in l. fin. num. 14. de C. bon. q. liber. & sequi-
tur Fabian. de Mont. inter consil. diuers. vltim. vo-
lunt. lib. 1. consil. 149. nu. 55. vers. quilibet labo-
rans in extremis præsumitur animi consilium nō
habere &c. & refert Gard. Mantic. de coniectur.
vltim. volunt. lib. 2. cap. 6. num. 3. vers. quia tunc
temporis memoria redditur imbecillis &c. & vi-
deatur Gul. Benedict. in d. cap. Raynutius. in
verb. in extremis positus nu. 19 vers. quilibet in
mortis articulo cōstitutus est extra mentem.
Quo in loco etiam ait. post Bald. in d. §. at
humana fragilitas. cum existens in extremis
695 perdat memoriam, ideo non debet exami-
nari in testem, argum. l. quidam tabularum.
in fin. ff. de furt. quia mens ita mortis cogita-
tione turbata non bene potest rememorari,
696 in teste enim est opus scientia, & memoria,
et moriens in vltimo vitæ spiritu videtur ca-
rere scientia, et memoria, & latè videatur pe-
nes Farinac. in tractat. de testib. quæst. 80. oppo-
sit. 40 à num. 105. vers. quia constituto in mortis
articulo languescit memoria, et intellectus &c.
Boss. titul. de indic. consid. in tort. n. 186. & seq.
& dicit Cels. Hugo consil. 73. nu. 32. quod in ex-
tremis laboras, adeo pro mortuo habetur, vt
697 Ius succedendi proximioribus delatum cē-
seatur, sicque legitimatio hoc tempore facta
non valet, & eum sequitur Menoch. consil. 108.
nu. 47 & refert Hodiern. controuers. forens. lib. 1.
cap. 35. num. 42. vers. et ob id legitimationem hoc
tempore factam, non valere &c. et num. 38. lo-
698 quitur in terminis, de quibus supra, scilicet
testem infirmitate grauatum non esse exa-
minandum.
Quamobrem nunc redeundo ad terminos
nostros, eum semimortuus, et sic semialiena-
699 tus à mente Iura permittunt, vt possit testa-
ri, ex hoc deprehenditur, quod licet quis pa-
tiatur defectū cerebri, et in aliquibus sit insi-
700 piens, non propterea dicitur inrestabilis,
Insuper adeo verum est, fatuos posse testa-
ri, quod procedat etiam si eis datus fuerit cu-
rator, quia certum est dationem curatoris nō
probare dementiam, ad effectū reddendi eū,
cui fuit deputatus curator, intestabilem, & li-
cet, vt latè dixi supra à num. 435. hoc sit vnū
ex signis ex quibus furor argui possit, tamen
in casu nostro non est ad id potens, quia da-
tio curatoris inferre nō potest, quod quis om-
702 ni rationis vsu careat, atque à mente conti-
nuo alienatus sit, quia curator etiā datur ha-
benti dilucida internalla, & tempore indu-
703 ciarum eius officium conquiescit. l. cum
alijs 6. C. de curat. furios.
Nā fatuis, qui mente totaliter capti non sūt,
704 datur curator. l. fatuo. 2. ff. de postuland.
Quare sola curatoris datio non impedit testa-
705 menti factionem quando aliud impedimē-
tum non subest. vt singulariter post Io. Fabr.
Aretin. Ias. et alios tenet Boer. d. decis. 23. n. 79
vers. licet fatuo detur curator, sicut furioso. ta-
men propter hoc non prohibetur facere testamē-
tum &c. Bart. de testament. lib. 1. titul. 7. nu. 42.
vers. licet huic fatuo datus esset curator, quia hoc
non aufert testamenti factionem &c. & addu-
cit Intrigl. de substitut. centur. 2. quæst. 20. &
nuper deduxit Caren. variar. resolut. d. cap. 171
num. 12. vers. certum est curatoris deputationem
non probare dementiam ad effectum quem red-
dendi intestabilem &c. & optimè censuit Rota
coram bon. mem. Rembold. in causa Romanæ
Hæreditatis de Graccbis 3. Octobris 1622. §. Nec
facit. vers. nec sola curatoris datio, quando aliud
impedimentum non subest, impedit testamenti
factionem &c et iterum coram bo. mem. Durano
decis. 178. num. 29. vers. curatoris datio non ar-
guit dementiam ad effectum &c. et corā R. P. D.
Cerro in causa Melitana Hæreditatis 15.
Aprilis 1644. § Nec ex deputatione curatoris nō
inferri ad dementiam ad effectum impedien-
di, et irritandi testamentum &c. et etiam sub-
ditur, quod quoque admissa contraria opi-
nione quod datio curatoris arguat furorem,
706 intelligendum est, vt ea probet tantummo-
do de tempore, quo datus fuit curator, non
autem antea Hond. d. consil. 28. num. 75. et seq.
lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 50.
num. 41. ad fin. vers. et prædicta.
Et quādo apparet quod post Curatoris da-
tionem furiosus deuenerit ad sanitatem men-
707 tis, veluti si ritè, et rectè testatus sit, quo ca-
su ad validitatem testamenti, nulla præcede-
re debet declaratio Iudicis super sanitate,
etiam si sanitas non esset notoria Cyn. in l. in-
ter se, & auiam. vers. sed. et idem est C. quando
prouoc. non sit necess. Angel. Aretin. in §. item
prodigus num. 5. et 6. Instit. quib. non est permiss.
facer. testam. Rip. in l. si eo boni, num. 41. vers.
ego non discedo ff. de verb. oblig. Caldas. in l. si
curatorem. vers. cum non ab similij, num. 81. C.
de restitut. in integr. Decian. consil. 2. nu. 15. lib. 3.
Riminald. Iun. consil. 515. num. 13. lib. 5.
Et quatenus, tenēda esset opinio quod om-
nino dicta sententia renocatoria dationis cu-
raro-

708 ratoris esset necessaria ad validitatem testa-
menti conditi ab eo, qui prætenditur furiosus,
tamen cõstito de sanitate mentis, potest sem-
per ferri sententia reuocatoria, quæ quan-
tumuis lata post conditum testamentum, re-
709 trotrahitur tamen ad diẽ conditi testamen-
ti. *Alciat in l. si cui nauis, nu. 19. vbi* Ripa *n. 45.*
vers. sed si aliter probari posset. ff. de verb. oblig. &
dixit Rota *coram bon. mem. Card.* Panzirolo *in*
causa Melitana Hæreditatis. 26. Ianuarij
1637. §. Et omnis videtur. vers. ex prædictis satis
constat de sanitate mentis potest hodie ferri sen-
tentia, quæ retrotrahatur ad diẽ conditi testamẽ-
ti &c. et iterum coram eodem in eadem causa
29. Maij 1637. §. Quapropter vers. potest hodie
ferri sententia declaratoria sanitatis, quæ retro-
trahatur ad tempus testamenti, vt illud sustinea-
tur &c. Videatur etiam supra à *num. 453.*

Tandem illud subnectam pro coronide su-
prædictæ tàm amplæ materiæ, asserendo, quod
710 non solùm fatui possunt cõdere testamen-
tum, vt dictum est, sed etiam furiosi, ac demen-
tes, seu menti capti, quia in tantum isti testari
prohibentur, quatenus perpetuo furoris mor-
711 bo laborãt, vnde si habeant dilucida inter-
ualla, validè eo tempore testamentum conde-
re possunt, *text. est in l. furiosum 9. ibi si vero*
voluerit in dilucidis interuallis aliquod condere
testamentũ, stare censemus &c. C. qui testament.
facer. poss. et idem habetur in §. furiosi autem. ibi,
si per id tempus fecerint testamentum, quo furor
eorum intermissus est iure testati esse videntur
&c. Instit. quib. non est permiss. facer. testam.

Possunt enim eo tempore, cum sint rationis
712 participes, & possint præstare liberum, & le-
gitimum consensum quemcumque contra-
713 ctum celebrare, & etiam sponsalia, & ma-
trimonia. *vt constat ex can. quamuis. 7. quæst. 1.*
& latè DD. in cap. dilectus filius de spõsal. & ibi
glos. in verb. furore. & in can. neque furiosus. 32.
quæst. 7. cum alijs allegatis per Sanchez. *in tra-*
ctat. de Matrim. lib. 1. disputat. 8. num. 16. vers.
si enim dilucidis interuallis &c. & per Io. Angel.
Boss. *in eodem tractat. cap. 3. num. 62. vers. nam*
si furiosus, aut demens habeat dilucida interual-
la &c. quando autem furiosus præsumatur
714 condidisse testamentum de tempore diluci-
di interualli iam *tetigi supra à nu. 209.* & quod
dictum est de furioso, idem ob eamdem ratio-
nem asseuerandum venit de ægroto laboran-
te morbo phrænesis, aut febri efficiente deli-
715 rium, qui non semper phrenetizet, aut deli-
ret, sed habeat dilucida interualli, hic enim
tempore dilucidi interualli, & sanæ mentis
potest validè testari.

Notandum tamen est, dum Iura permittũt
716 furiosis, mentecaptis, &c. facultatem testan-
di, hãc concedunt in interuallis dilucidis, sic
disponit *text. in d. l. furiosum.* ibi, *in dilucidis in-*
teruallis &c. et sic non solum requiruntur in-
717 terualla, sed etiam dilucida. *l. cum aliqui* ibi,
sed per interualla, quæ perfectissima sunt &c. C.
de curat. furios. quæ verba notanda valde sunt,
in quantum supradicta, et alia iura requirunt
718 dilucida, et perfectissima interualla, Dilucidũ
enim secundũ veros Grammaticos interpre-
tes cõponitur ex di, & lucidum, vtiq. dilucida-
re est diuersis modis lucidare, et lucidare est,
propriè lucidum facere, aperire, exponere,
declarare, et manifestare, & sic Iura duo requi-
719 rũt interualla dilucida, hoc est diuersis mo-
dis manifestantia, & declarantia mentis sani-
tatem, et hæc manifestissima, *et benè id ponde-*
rant Roderic. Suares. *allegat. 1. sub nu. 20. vers.*
Ecce ergo. quod iura, quæ concedunt furiosi &c.
Cyriac. *controuers. 334. num. 15. vers dilucida*
interualla debent probari per plures actus sanæ
mentis successiuos. & per perfectissima ipsa inter-
ualla &c. et docet Rota *coram bon. mem. Can-*
tuc. decis. 129. num. 11. vers. huiusmodi dilucida
interualla perfectissima esse debent &c part. 2.
diuers. et coram Card. Mantic. *decis. 60. n. 2. vers.*
vt dementis dispositio valeat, debet habere diluci-
da interualla. & quidem perfectissima &c.

Atque hæc dicta sufficiant circa primum
substantiale testamenti, quæ est voluntas, sine
720 qua in actibus volũtarijs nihil ponitur in es-
se, etiam attento iure naturali, et sic omnino
etiam in testamentis pijs requiritur, in seqnẽ-
tib. vero capitibus indagabimus qualiter, et
quomodo testamenta pia probentur attento
iure naturali.

ARGVMENTVM.

Testamentum ad pias causas conditum valet, et tenet, quantumuis nullus testis in eo sit adhibitus, et sic quacumque alia legitima probatione secundum terminos iuris naturalis poterit de eo doceri, non est curandum an adfuerint testes, nec ne, quia testes pro eius substantia nullatenus adhibendi veniunt.

Quidquid plures Doctores senserunt, volentes omnino duos testes esse in eo necessarios, quorum opinionem tutam reddere intendunt, ex verbis text. in cap relatum, el. 1. de testament, ibi, Tribus, aut duobus testibus requisitis, quale fundamentum destruitur, vltra quod dictum verbum, requisitis, non legitur in eius textu originali, et sic non fuit positum ab Alexand. III. Pont. Max. d. cap. conditore, sed fuit additum à S. Raymundo Decretalium Compilatore.

Sed etiam dato, quod adesset, illud non est referendum ad testatorem, sed ad Iudices, quibus Papa rescribit, vt patet ex decretalis inscriptione, vnde verbum illud, requisitis, non potest operari, vt testes sint necessarij in testamento pio, cum textus dicat, quod Iudices requirant testes, qui super ea materia deponere debent, Nam vt testes validè deponant perperam per se ingerunt ad testificandum, cũ debeant inquiri, Omnis enim, qui se ingerit suspectus est, et plura ad hoc deducuntur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dispositiones ad pias causas, vt valida sint, quid sufficiat, et num. 2.*

3 *Pro Testamenti validitate. quid præsumatur adesse.*

4 *Testamentum vt dicatur validum secundum terminos iuris naturalis, sufficit, vt constet de voluntate.*

5 *In Testamento pio, quod ad eius validitatem requirantur duo testes, tenent plures DD. allucinati à verbis text. in cap. relatum, de testam.*

6 *Dum ibi dicitur, Tribus aut duobus testibus requisitis, &c.*

7 *In Testamento ad pias causas, indubitatum est, quod sint necessarij duo testes secundum Aret. et alios, et num. 9. 10. et 16.*

8 *Legatum libertatis, vt validè relictum dicatur sunt necessarij duo testes. quantumuis testamentum sit scriptum manu testatoris, et num. 54. 55.*

10 *Testamentum pium etiam manu testatoris conscriptum non tenet sine duobus testibus.*

11 *Testamentum pium, quod valeat etiam sine vlla teste conditum, est opinio adamantina, et num. 12.*

13 *Testamentum pium, potest probari duobus testibus.*

14 *Testamentum pium conditum coram tribus, aut duobus testibus validum est, et num. 15.*

17 *Ius Ciuile, quo ad disposita ad pias causas perinde est, ac si non esset scriptum, et num. 61.*

19 *Testamentum pium, quod non valeat, nisi adsint duo testes, est opinio reprobata, et adultera.*

20 *Nec est aliquod adiumamen verba text. in cap. relatum de testam. afferunt.*

21 *Verba Legum iudaicè non sunt accipienda.*

22 *Leges non sunt superficialiter studendæ, sed intimè perscrutandæ.*

23 *Leges sunt difficiles vt intelligantur, quia plerunque aliud videntur velle, quàm velint.*
In Legum interpretatione sæpè decipiuntur Magistri, et Scholares. num. 23.

24 *Leges scire non est earum verba tenere, sed vim, & potestatem.*

25 *Leges scire non est earum verba tenere. sed vim et potestatem.*

25 *In Cap. relatum. de testam. verbum illud, requisitis, non fuit appositum ab Alexand. III.*

26 *Sed à Sancto Raymundo decretalium compilatore, et num. 27.*

28 *Cap. relatum, de testamen. mandat causas pias tractari secundum decretorum statuta.*

29 *Testes in testamento omnino debent interuenire secundum ius Ciuile.*

30 *Testes in testamento secundum ius ciuile non solum debent interuenire, sed etiam rogari.*

31 *Legum illa interpretatio non est admittenda quæ est contra mentem expressam Legislatoris.*
Correctio subitanea non est admittenda in Legislatore.

32 *Protestatio, seu declaratio præcedens derogat sequentibus, ne contra prædecentem declarationem operentur qualiacumque verba sequantur.*

33 *Clausula in fine posita, numquam refertur ad ea, quæ frustratoriam reddere possunt dispositionem.*

34 *In Cap. relatum de testam. verba illa, testibus requisitis, ad quid supra sint referenda. & num. 33. & 53.*

36 *Verbum, tractetis, est futuri temporis.*

37 *Text. in cap. relatum, de testam. qualiter verè, et solidè possit interpretari.*

38 *Verba legum non sunt referenda ad ea, quæ nõ possunt subsistere.*

39 *Testes, vt validè deponant, debent inquiri, & non debent se ingerere, ex se.*
Testes, qui ex se volunt se ingerere ad examinandum, non carent suspicione.

40 *Probatio illa inualida est, quæ fit per testes vltroneos.*

41 *Testis non citatus, vltrò se offerens est suspectus, et potest torqueri.*

42 *Testis vltrò se offerens præsumitur habere malum animum contra eum aduersus quem, se affert, ad testificandum.*

43 *Omnis, qui se ingerit suspectus est.*

44 *In Tutores, vel curatores illi non sunt admittendi, qui se ingerunt, vt creentur.*

45 *Tutor, qui se ingerit, vt creetur tunc non videtur suspectus, si alias est idoneus, & an hoc sit verum.*

46 *Curam aliorum, omnes, qui DEI memoriam habent. perdifficulter accipiunt.*

47 *Titulus procuratus non est verus titulus.*

48 *Officium publicum procuratum nihil prodest, nec præstat aliquam immunitatem.*

49 *Vmbra est aer carens Sole, et fit, quando Solis obijcitur radijs.*

50 *Aer sicut sine Sole vmbra est, ita est sine virtute percipere dignitatem.*
Dignitas in indigno amittit dignitatem.

51 *Donatio procurata non dicitur pia, nec ad pias causas, nec licitè potest retineri.*

52 *Testes in dispositione pia nullatenus requiruntur ad eius validitatem, et sic per alias probationes potest doceri.*

56 *Legatum libertatis, quod sit pium, id negari non potest.*

57 *Legatum libertatis licet sit pium, non tamen relinquitur pro anima.*

58 *Pia causa diuersum est, quod respiciat amorem DEI, vel pietatem humanam.*

59 *Pia causa, quæ respicit salutem est longe fauorabilior altera, circa pietatem humanam.*

60 *Causa, quo magis est fauorabilior, sic maioribus debet gaudere priuilegijs.*

62 *Put. decis. 97. lib. 3. firmat, quod in testamen-*

to

to pio de Iure Canonico requiritur duo testes.
63 *Rota Romana à splendore veritatis capta, non curat recedere ab eius placitis, dum videt veritatem esse in contrarium.*
64 *Put. decis. 97. lib. 3. vel est corrupta, vel non est vera, et ex quo appareat. nu. 64. et 65.*
66 *Alex. in consil. 76. num. 15. vol. 3. confutatur, et reprobatur per Rotam.*
67 *in Testamentis pijs non attenditur dispositio iuris Ciuilis.*
69 *Rot. decis. 74. num. 5. part. 2. diuers. declaratur in eadem decis. à num. 12.*

CAPVT XX.

CERTISSIMA cũ sit, et iam coronata appareat, celebris illa cõclusio, quod testaměta, aliæque dispositiones ad pias causas ordinaræ, immunes reperiantur à solemnitatibus iuris positiui, cum satis superquè validæ
1 reputentur, dum iuxta terminos iuris naturalis, et diuini factæ probentur, Quare opportunum duxi, sedulò inquirere, quidnam in similibus dispositionibus attento præfato iure, ad hoc vt actor obtineat, deducendum, ac probandum veniat, Vnde indubitanter, asse-
2 ro, quod constito de voluntate disponentis ad pias causas, ac verificata morte illius, si per viã vltimæ voluntatis sit dispositum, certè petens
3 suam obtinebit intẽtionem, nam potestas disponentis, et capacitas eius ad cuius fauorem disponitur, et libertas in dispositione satis de iure præsumuntur, dum contrarium non probatur per asserentem.

Itaquè quomodocumquè constet hoc casu testamentum, seu aliam dispositionem fuisse factam, spretis tot vinculis iuris Ciuilis, constito tantum, vt dixi, legitimè secundum ter-
4 minos iuris naturalis, & diuini, de voluntate sic testantis, satis validè, ac perfectè dicitur dispositum, nec aliud requiritur, *vt notant Bart. Bald. Fulgos. cæterique scribentes in l. habeat. 1. C de sacrosanct. Eccles. cum alijs adductis per* Tiraquell. *in tractat. de priuileg. pia caus priuileg.* 164. *& ibi Riccius, & Thorus in addit.* & sensit Rota *coram R. P. D. Ghisilerio in causa Fanen. Hæreditatis* 17. *Iunij* 1641. *§. 1. versic. data hac causa pia dubitari non potest de validitate testamenti, quantumuis sit simplex scriptura &c.* & hic congruunt quotquot DD. & decisiones congessi supra pleno calamo, in præcedenti capite 1. à *num.* 13.

Nec aliquis titubet, quamuis plures Docto-
5 res contrarium sentiant, moti auctoritate *textus in cap. relatum el. 1. de testament.* ad subscribendum se illi opinioni, quod in testamen-
6 to condito ad pias causas, necessariò pro eius validitate duo testes requirantur, Verba enim textus hæc sunt *Tribus, aut duobus legitimis testibus requisitis &c.* atque in specie ita senserũt Alex. *in consil. 76. sub num.* 15. *vers concurrit expressus defectus testium, saltem duorum, qui debuerunt adesse tempore testamenti quando in testamenta aliquid disponitur ad pias causas &c. lib.* 3. Aretin. *in l. is qui. col.* 1. *ff. de testam.* Ias. *in consil.* 184. *qui nititur supradicto consil.* Alex. *numer. 6. vol. 2. & sequitur* Socin. *Iun. in cons.* 189. *numer.* 64. *vol.* 2. Aretin. *in consil.* 64. *col penult. vers tamen his non obstantibus.*

Vbi dicit esse indubitatum, quod nec ad pias causas testamentum valeat, quando in
7 scriptura testes non sunt descripti, cum duo testes ad illius validitatem requirantur &c. & refert Card. *Mantic. de coniectur. vltim. volũt. lib. 6. titul. 3 num.* 8. *&* 9. *vers. nullum testamentum absquè duobus saltem testibus à iure recipitur &c.* cum multis alijs ibi allegatis. Concurrit pariter ad fauorem supradictorum *text. in §. si tamen. auth. de testam. imperfect.* vbi legatum libertatis, quod est pium, si relinqua-
8 tur in testamento manu propria testatoris cõscripto, tùm demum valet, si coram duobus testibus exprimatur, & hoc pro solemnitate requiritur. Ergo casus videtur decisus.

Corroboratur quoque non parum prædicta opinio, dum videtur ad eius defensionem cõ-
9 currere singularis auctoritas Rotæ Romanæ, vt videre est *apud Put. decis.* 97. *incip. In vna Romana lib.* 3. vbi damnata contraria sententia hanc protegere nititur, ibi, *Sed his non obstantibus, Domini contrarium voluerunt, quia de Iure Canonico, vt testamentum valeat, vel vt*
10 *relicta debeantur etiam ad pias causas debent esse duo testes &c.* resertque eamdem opinionẽ *Rota in decisione 74. num. 5. vers. testamentum ad pias causas etiam manu testatoris conscriptum non valet sine interuentu, saltem duorum testium &c. part. 2. diuers.*

Sed prædictis Doctoribus, et quotquot alijs in contrarium possent adduci, & nec ipsis de-
11 cisionibus Rotalibus, minimè refragantibus, à priori sententia recedendum non puto, etiãsi adesset calor auctoritatis sublimioris, itaque pro impresia in hoc faciam Sol super Mare, addita inscriptione N V M Q V AM SICCABITVR ÆSTV, abundat quippe hæc nostra
12 sententia (quod in testamento cõdito ad pias causas non sint necessarij aliqui testes pro eius validitate, et substantia, sed valeat etiam nullo adhibito teste) vrgentibus rationibus, & innicta caterua Doctorum communita reperitur.

Nolo tamen substinere testamentum con-
13 ditum ad pias causas non posse probari per duos testes, quia circa hoc veritas est in contrarium, & id vltrò admittendum per textum apertum *in d. cap. relatum,* ibi, *tribus aut duobus legitimis testibus &c. de testam.* et consequẽter dicendũ est testamentum cõditum ad pias
14 causas firmũ, validumq; esse, si fiat coram tribus, aut duobus testibus, *d. cap. relatum,* ibi, *in ore duorum, vel trium &c.* pluraque quo ad hanc conclusionem congerunt *Tiraquell. de*

priuileg.

priuileg. pia caus. priuileg.1. & ibi latè Ricc. & Thor.in addition. Idem Thor in Summ.priuileg. piarum caus.singular.50. Card. Mantic. de coniectur.vltim.volunt.lib.6.titul.3.num.4. vbi allegat Federic.Senens.Calder.Hostien.Io-Andr. Anchar. Alex. Corn. *& alios*, latè *Vasquez. de success.creat.limit 12. §.22. num.1. & seq. lib.3.* Surd.*decis.292.num.2. vers.licet testamentum factum fuerit coram duobus testibus solum &c.* Valasc *decis.74 num.4. vers.si testamentum fuerit ad pias causas duo tantù testes sufficiunt &c. part.1.* latius Cabed *decis 129.numer.12.* Boer. *decis.93.num.5 vers.valet testamentum coram duobus testibus ad pias causas conditum &c.* Gizzarell.*decis.47.num.8. vers.legatum factum ad pias causas probatur per duos testes, & seruãdam dispositionẽ d cap relatum &c.* et ita quoquè sæpe respondit *Rota Romana.* et præsertim *coram R.P.D.Cerro.in causa Romana, seu Ianuen.Locorum Montiũ 26.Iunij 1648. §.vltim. vers.qua dispositio ad pias causas substinetur cũ duobus solis testibus &c.* et antea sic sæpius cẽsuit, *vt videre est in causa Romana Legati corã bon.mem.Card.Caualer est decis.27.num.1.inter eius impress* vbi dicitur in legato piam causam
15 concernente, sufficere duos testes, tàm de Iure Canonico, quàm de Iure Ciuili,

Quoad ius Canonicum ad effectum tamen probationis, et non solemnitatis id indubitãter affirmo *ex text.in d.cap.relatum*, quidquid in contrarium ex eodem textu, vt illi requirã-
16 tur ad effectum solemnitatis, firmare conantur nonnulli Doctores, quos mox refutabo. Quod verò etiam de Iure Ciuili sat sint in testamento ad pias causas duo testes id nullatenus substinere intendo, et quamuis ista controuersia sit penitus frustratoria, quia ius Ci-
17 uile perinde est, ac si non esset scriptum quoad materiam piarum dispositionum, et hoc ex defectu iurisdictionis, *vt dixi in cap 1* tamen quia *Bart.* qui est auctor prædictæ opinionis
18 in hoc errauit, eumque freti illius auctoritate multi sequuntur, ideoquè nonnulla notabilia adducendo in hoc multus iam fui, demõstrando à quo fuit allucinatus *Bart* disserui supra *in cap. 4. ferè per tot.* et præsertim *à numer.287.*

His igitur sic præmissis, illud enim est certissimum, quod opinio illorum, qui minus fũdatè senserunt, ad validitatem testamenti pij
19 de Iure Canonico necesse esse, vt duo testes, & quidem rogati interueniant in ipsius testamenti confectione, est penitus reprobata, &
20 omninò adultera, Nullum sane eis adiuuamẽ affert, imo contra eos retorquetur *text. in dicto cap.relatum.11.de testament.* ibi, *tribus, aut duobus testibus requisitis &c.* Sunt nõnulli Do-
21 ctores, vt liberè loquar, qui legum verba iudaicè accipiunt. *contra notata per Rotam coram bon.mem.Coccino decis.208.num.5. vers.iudaicè legum verba non sunt accipienda, cum iura ex mente, et ratione &c. part.5.recent.*

Leges enim non sunt superficialiter studen-
22 dæ, nec per transitum gustandæ, sed internè perscrutandæ. nam vt benè ab experientia edoctus ratiocinatus est *Bald. in consil.* 121.
23 *Verba testamenti. in fin.lib.1.* Leges sunt difficiles, vt intelligantur, quia plerumquè aliud videntur velle, quàm velint. & sæpe decipiuntur Magistri, & Scholares, & ideo subdit, quod
24 scire leges non est earum verba tenere, sed vim, & potestatem. *l scire.ff de legat.prout quoque post Bald.*monuit *Rota coram eodem Coccino decis.438 num.25 vers.Leges sunt difficiles, vt intelligantur &c. part.5.recent.tom.2.*

Sciant quippe, & hoc præmitto ex abundanti, verbum illud, *requisitis*, positum *in d.cap.re-*
25 *latum.* non fuisse à Summo Pontifice Alexandro III. Iuris, vt dicitur, peritissimo, positum, sed à Collectore Decretalium, qui fuit Sanctus Raymundus, vt patet ex text.originali, existẽ-
26 te apud Antonium Augustinum in illius collectione Decretalium, eius enim verba ita se habent. *Cum aliqua causa, super testamentis Ecclesia relictis, ad vestrum fuerit adducta examen, eã autem non secundũ leges, sed secundum decretorum statuta tractetis, tribus aut duobus legitimis testibus quoniam scriptum est, In ore duorũ vel trium stet omne verbum &c.* sicque in hoc
27 textu, non fit aliqua mentio de verbo, requisitis. *id quoque ponderauit Anton. Merenda in suis controuers lib.19.cap.6.num.1, vers.patet ex textu originali &c.*

Sed dato prædictum verbum adesse in textu Pontificio, tamen animaduertendum est, dum
28 ibi Papa mandat causas pias tractari, non secundum leges, sed secundùm decretorum statuta, Vndè per verba postea sequentia non
29 potest inferri, quod testes debeant interuenire, & rogari, quia hoc esset Ecclesiam tractare secundùm Leges Ciuiles, secundùm quas, te-
30 stamentarij testes omnino debent interuenire, & rogari. *l. haredes palam. §. in testamentis. ff.qui testam facer poss. l.hac consultissima. C.de testam.et in auth.rogati C.de test.* Quare cum id esset contra mentem expressam Papæ, non
31 est admittenda talis interpretatio, nec tàm subitanea correctio in Legislatore.

Nam qualiacumque verba sequantur, protestatio, seu declaratio præcedens derogat se-
32 quentibus, ne contra præcedentem declarationem operentur. *l.si mihi, & tibi. §.in legatis. vers.interdum. et l si ita scriptum.ff.de legat.1. et notatur ple id in cap.cum Martinus.de constitut.*
33 Hinc est, quod clausula in fine posita, numquã refertur ad ea, quæ si referatur, frustratoria dispositio illa redderetur. *l cum vulgari. ff.de dot. prælegat facit l.fin. §. vltim. ff. de fideicommiss. libert.l.si quis à filio.ff de legat.1.* cum alijs iuribus allegatis *à Roman. in consil.* 112. *numer 3. vers.clausula in fine posita.numquã refertur &c. ibique Mandos.in addit.in litera A.* dat concordantes, *& sanius dixit* Rota, *et præsertim corã Card.Marcomont.decis.319, num.10. vers rela-*

tio

tie ita fieri debet, vt dispositio non infirmetur, vel
inutilis non reddatur. part. 1. recent. et coram
sanct. mem. Gregor. XV decis. 495. num. 10. vers.
relatio non sit ad omnia superius expressa, quãdo
sequeretur effectus contrarius intentioni dispo-
nentis &c. cum alijs allegatis coram bo. me. Merlino
decis. 44. nu. 7. vers. relatio non est facienda ad ea,
ad quæ, alias fieri potest si repugnet intẽtioni &c.
part. 5. recent. Et in specie casus nostri, nempè
d. cap relatum ratiocinatur Guglielm. de Bene-
dict. in solemni repetit. cap. Raynutius. in verb. Te-
stamentum. el 1 sub num. 61. vers. vnde per ver-
ba postea sequentia, non potest inferri &c. ext. de
testament.

Verum prædicta declaratio, seu interpreta-
tio mihi penitus non satisfacit, sed vera, ac
germana, & quæ per Doctores contrarium sẽ-
34 tientes nullatenus cauillari poterit, illa respõ-
sio est, scilicet verba illa, testibus requisitis, non
referuntur ad actum testandi, sed ad actum iu-
35 dicandi, & sic verbum illud, requisitis, non ad
verbum, testibus, sed ad verbum, tractetis, quod
quidem refertur ad Iudices, & est verbum fu-
36 turi temporis, & tamen testamentum erat fa-
ctum de præterito, Vnde, vt dixi, referuntur ad
actum iudicandi, quasi Summus Pontifex di-
cere voluisset. si Iudici, requisitis coram se testi-
bus, apparuerit de testamento ad pias causas, de-
bet pro illo iudicare &c. sicque non intendit il-
le textus, quod testator teneatur conuocare,
38 seu inquirere testes, cum ad eum nullatenus
verba referantur, sed ad Iudices, nam Papa
cum eis alloquitur, vt patet ex suprainscriptio-
ne decretalis, In iure enim indubitata est illa
39 conclusio, quod testes debent inquiri, vt va-
lidè deponant, nam non debent ex se ingere-
re, nam hoc modo suspicione non carerent.

Vnde dicere solemus, inualidam esse proba-
40 tionem illam, quæ per testes vltroneos fit, ad
text. in l. qua omnia. vbi Angel. id notat. ff. de
procurat. et aduertit glos. in l. presbyteri. C. de
Episcop. et Cleric. et Roman. in consil. 420. nu. 3.
versic. testis qui vltrò se offert ad testimonium
satis ob hãc suspicionem, repellitur &c. & ibi Ho-
rat. Mandos. in addition. in litera C. dat concor-
dantes. et sæpissimè fuit in Rota decisum, vt ha-
betur coram bon. mem. Dutano decis. 363. num. 5.
vers. vltrò se obtulerunt, ideo nihil probant &c.
cum ibi allegatis, & testatur ita sæpissimè fuisse
in Rota decisum. Imo testis non citatus, vltrò
41 offerens se ad testificandum, tamquam suspe-
ctus debet torqueri, vt probat Marsil. in l. ex
libero. num. 7. ff. de quæstion. et in l. vnius. §. seruo,
qui vltro. ff. eodem, & antea tradiderunt Bart.
in d. l. ex libero. num. 2. et Angel. de malefic. in vers.
comparuerunt, et negarunt totum. num. 18. cum
alijs copiosè allegatis per Mascard. de probation.
conclus. 1358. num. 64. vers. qui spontè vadit ad
testificandum &c.

Nam testis sponte se offerens ad testifican-
dum, præsumitur malum habere animum ad-
42 uersus eum, contra quem se offert, vt inquit
glos. in l. post legatum. §. his verbis ff. de ijs quib. vt
indign. videatur Tiber. Decian. in tractat. crimi-
nal. tom. 1 lib. 3. cap. 25. rub. inimicitia causa. nu-
mer. 62. Prosp. Farinac. in tractat. de testib. lib. 1.
titul. 5. quæst. 43 num. 189. et quæst. 36. numer 9.
et titul. 6. quæst. 54. num. 17. et seq. Estque regu-
43 la generalis, quod omnis, qui se ingerit, suspe-
ctus est, l. qua omnia 25. §. 1. et ibi glos. in verb.
suspectus. ff. de procurat. l. vxori. §. 1. ff. ad l. Cor-
nel. de fals. & tetigi in annotation. ad decis. 617.
num. 230. part. 4 recent. tom. 3. vbi post text. in
l. scire oportet. 21. §. eos. ff. de tut. et curat. dat. ab
his &c. & rogaui Magistratus ne creent eos
44 in tutores, qui se ipsos volunt ingerere, vt cre-
entur, & ibi respondeo quoque ad limitatio-
nem glos. in d. l. scire. in verb. ingerere, dum id nõ
habere locum ait, quando ille, qui se ingerit
aliàs idoneus est.

Et tunc eò magis vana mihi videtur d. glos.
45 opinio, quando ille talis, qui se ingerit, vltra
idoneitatem, etiam DEI timorem habet, cum
vero sit verius, quod sensit Imperator Iusti-
nianus in §. quoniam, ibi, Quicumque DEI me-
moriam habent ad aliorum curam difficulter ac-
cedunt &c. Auth. ij, qui oblig. se hab. &c. & ibi
46 Imperator loquitur in specie de curatoribus
idoneis. Vnde glos. ibi, in verb. difficulter, quasi
oblita, de eo, quod dixit in d. l. scire in verb. in-
gerere, simpliciter ait, eos curatores esse suspe-
ctos, qui se ingerunt, et adducit text. in l. vxo-
ri. §. 1 ff. ad l. Cornel. de fals. et in l. qua omnia. 1.
ff. de procurat. &c. Facit quoque illa Iuris
47 conclusio, quod titulus procuratus, non dici-
tur vetus titulus Bart. in l. fine autem. §. si duo-
bus ff. de public.

Sicuti etiam officium publicum procuratũ,
48 nihil prodest, nec præstat aliquam immunita-
tem, vt est text. in l. vniuersi secundum vnam
lecturam, et ibi Bald. ad hoc notat. C. de legation.
lib. 10. dum text. ibi dicit, nec commoda publi-
ca cum vmbratili suffragiorum pactione lacere-
tur &c. dicitur enim vmbratili, Quia vmbra
46 est aer carens Sole, dicta, quod fiat cùm Solis
objicitur radijs, Inde vmbratilis. Nam sicut
50 sine Sole aer vmbra est, ita sine virtute perci-
pere dignitatem, vide quæ latè dixi in discurs.
part 4. recent. tom. 2. à num. 167. versic. in indigno
amittit dignitas dignitatem &c. Sicque res pro-
curata nõ benè olet, videmus etiam, quod im-
pedimentum procuratum non excusat, l. secũ-
da. § fin. et ibi Bart. ff. si quis caut. & discutit Ias.
in consil. 141. num. 17. lib. 4. vbi etiam dicitur,
51 quod donatio procurata non dicitur pia, nec
ad pias causas, nec potest licitè retineri, sed
debet restitui venientibus ab intestato. argum.
text. notabil. in can. constituit 20. quæst. 3. et can.
fin 17. quæst. vltim. et de hoc alibi dicam. Et nunc
strictè ad nos, et sic à d. num. 39.

Indubitatum ergo est in testamento pio te-
52 stes nullatenus esse necessarios, ad illud sub-
stantiandum, nam benè per alias probationes
potest de eo doceri. Quod enim supradictus

text in d.cap.relatum. necessariò sit intelligen-
dus, vt verbum illud, *requisitis*, referatur mi-
53 nimè ad testatorem, vel ad tempus testamenti,
sed benè ad Iudices, plures inuictè tenuerunt,
& præsertim *Imol. in d.cap.relatum. et alij alle-
gati per Corn. in consil. 215. numer. 10. in fin.
versic. si rectè aduertatur, sic necessariò est intel-
ligendus textus ille, quia Papa ibi loquitur Iu-
dicibus &c. vol.2.* idem quoque firmauit *Gra-
zarel. decis. Neapolitan. 46 numer. 8 versic. uer-
bum, requisitis, de quo in d. text cap. relatum,
non refertur ad testes, sed ad Iudices &c.*
& protestatur, quod iste verus sensus literæ
d. textus, & hunc sensum sequuntur communi-
ter DD. omnes, & ibi nonnullos congerit, Si-
euri etiam faciunt Addentes, ibi.

Restat modò, vt in oppositum deducam
aliud fundamētum Doctorum aduersantium,
dum satagunt colorare eorum opinionem,
quod in dispositionibus pijs sūt necessarij duo
54 testes, quia *text. in § si tamen. auth. de testamēt.
imperfect.* requirit in legato libertatis, quod
est pium, duos testes, etiamsi illud sit relictum
55 in testamento manu ipsius testatoris cōscrip-
to. Facili tamen negotio huic oppositioni po-
56 test responderi, nullatenus negando libertatis
legatum esse pium, nā textus est clarus, super
hoc particulari, *in l. prima. in fin. ibi, rationem
pietatis. C. de commun. seru. manumiss. et in l. con-
tra voluntatem. ibi, iura pietatis. C. de testament.
manumiss. cum similib.* Bene tamen replicatur,
57 licet legatum libertatis sit pium, non tamen
relinquitur pro anima, *vt ratiocinantur Imol.
in l captatoria ff. de legat 1. Ias. in l. 1. in prima
lectur num. 26. vers. nota hanc pulchram limita-
tionem &c. C. de sacrosanct. Eccles. cum alijs al-
legatis per Tiraquell. in tractat. de priuileg pia
caus. in præfat § Limita quod dictum &c. et ibi
Rier Thor. in addition.*

Diuersum siquidem est, quod pia causa res-
58 piciat pietatem humanam, vt est legatum li-
bertatis, & aliud est, si pia causa respiciat amo-
59 rem DEI, & salutem animæ, nam ista pia
causa est longè fauorabilior altera *ad text. in
l. sancimus. C. de sacrosanct. Eccles.* & sic maio-
60 ribus gaudet priuilegijs, ita quoque ratioci-
nata est *Rota decis. 74. nu. 21. vers. quo vero &c.
part 2. diuers.* & melius antea *penes Achill. de
Grass. decis. 1. de testament.* Si quis verò supra-
dictis rationibus mordicus adhuc resisteret,
61 adest ratio generalis, & ineuitabilis, scilicet
ius Cæsareum, perinde est, ac si non esset in
rerum natura, quo ad relicta ad pias causas,
vt dixi supra cap. 1.

Vlterius parum adiuuamen affert contra-
riæ opinioni, auctoritas Rotæ Romanæ *apud
Put decis. 97. lib. 3.* de qua supra num. 9. vbi cla-
rè reiecta cōtraria conclusione, firmatur, quod
62 de Iure Canonico, vt valeant testamentum,
seu relicta ad pias causas debent adesse duo
testes. In hac enim decisione si quis aliquod
63 faceret fundamentum certè aranearum
telas texeret, Nam ipsa met Rota Romana, vt
videre est, *coram bo. me. Card. Lancellotto Sen.
in causa Romana Testament. 9. Iunij 1574.*
à splendore veritatis capta prædictam deci-
sionem Putei attestatur, vel esse corrumptam;
64 vel non esse veram, & liquido id prospiciemus
si oculum demus ad alteram decisionem eius-
dem *Put. nempe decis. 14. sub titul. de testament.*
vbi indubiè firmatur, testes non requiri in te-
65 stamento ad pias causas condito, sed esse sat, si
scriptura mortui sufficienter recognoscatur,
ibique plura allegantur, & refutatur *Alex. in
consil 76, num. 15. vol. 3.* dum contrarium sen-
tit, cum loquatur secundum terminos Iuris
66 Cæsarei nolentis, nec in testamentis ad pias
causas solitum rigorem remittere, quo ad de-
cretas solemnitates, vt infra dicam, quale ius
nullatenus in dispositionibus pijs venit atten-
67 dendum. & benè supra relatam opinionem
souet Rota *apud Achill. de Grass. d. decis. 1. de
testament. incip. Testamentum ad pias causas*,
vbi etiam dicitur, id esse verum atq; ita fue-
68 rit in Rota decisum, Testamentum ad pias
causas valere sine testibus &c. & deinde sic sę-
pius respondit, & præsertim *coram bon. mem.
Cardin. Verospio in causa Gallien. Hæreditatis
1. Iulij 1639. § 1. versic. valet testamentum ad
pias causas, etiamsi nullus adsit testis &c.*

Tandē nullū fundamentū suprarelatæ repro-
batæ opinioni affert altera *decisio quæ est 74.
num. 5. part. 2. diuers.* allegata supra *nu. 10.* quia
si quis ad hunc effectum vti intendit, habet
venenum in ventre, nam eam opinionē, quod
69 sint necessarij duo testes, pro validitate testa-
menti pij, solum refert simpliciter, ac postea
à num. 12. versic. his non obstantibus, destruitur,
ac firmatur totum contrarium à Rota, quæ
70 decisio satis celebris est, & passim ad hoc ca-
nonizatur, eamque tamquam elegantem ex-
tollit *Iacob Cancer. variar resolut cap. 4. de te-
stament. num. 8. versic. est elegans Rota decis. 74.
in nouiss. part 3. diuers. &c.*

ARGVMENTVM.

In Testamento pio, cum testes non adhibeantur ad illius substantiam, sed solum ad eius probationem, ideoque quatenus per testes veniat probandum, non est necessè, vt sint rogati, quamuis tale requisitum omninò sit necessarium in alijs testamentis, quia sic testes diligētius attendunt ad ea, quæ dicuntur, Quæ tamē solemnitas cum sit introducta à Iure Ciuili, à quo sunt exempta testamenta pia, vnde in eis non erit necessarius talis rogitus.

Vnde sat erit, si casu, aut fortuitò testes fuerint præsentes, & probè perceperint voluntatem piam testantis. In testamento condito per milites, ideo requiritur rogitus testium, quia milites sunt faciles ad decipiendum in lapsu linguæ.

Testa-

Testamentum conditum à parre inter liberos, quantumuis valeat, si conditum sit corā duobus testibus, non tamen ex hoc infertur, quod prædicti testes in eo sint necessarij, itaut per alias probationes non possit de eo doceri, & ex hoc infertur etiam ad testamenta pia.

Pia causa, an sit fauorabilior quàm causa liberorum, & conclusio transit sine pugna, quod non sit fauorabilior respectu legitimę, respectu verò aliorum bonorum dubia, & perdifficilis est quæstio, propter vrgentes hinc inde rationes adductas.

Veritas tamen est, quando sumus in dubio, & nō agitur de malè ablatis, & tunc cum pia causa agat de lucro captando, & liberi de damno vitando isti veniunt præferendi, cum instinctu naturæ, & communi voto parentum, hæreditas debeatur liberis. Legitima non minuitur ex legatis pijs, & quid ex male ablatis.

SVMMARIVM.

71 *in Testamento pio, si testes adbibeantur, non est necesse, vt sint rogati.*
Et sufficit, si casu, aut fortuitò fuerint præsentes, & probè perciperint voluntatem testantis.

72 *in Testamento pio, quod testes debeant esse rogati, DD. qui hoc sentiunt reprobantur.*

73 *in Testamento pio, quod testes non sit necesse, vt rogentur, est verior opinio. & num. 74.*

75 *Testes in testamento pio non ad substantiam, sed ad probationem adbibentur, & quid ex hoc inferatur. num 76. & 90.*

77 *Testamentum pium, cum sit redactum ad ius gentium, & naturale, ideo in eo non requiritur rogitus testium. et num 79.*

78 *Rogitus testium in testamento est mera solemnitas iuris Ciuilis. & nu. 85.*

80 *Verbum, requisitis, positum in cap. relatum de testament. multi DD. sumunt pro rogatis, sed male.*
in Testamentis maximus subest falsitatis, & fraudis timor.

81 *in Testamentis, quare Ius Ciuile requirat rogitum testium.*

82 *Testes rogati ad audiendam voluntatem testantium, diligentius ad omnia aduertunt.*

83 *Rogitus testium in testamentis ideo fit, vt certum sit, verba à testatore prolata, fuisse animo deliberato dicta, & non perfunctoriè.*

84 *Testator dum roget testes, vt intersint suo testamento, ex hoc colligitur eius animi deliberatio.*

85 *L. Diuus. ff. de testam. milit. quo casu loquatur.*

86 *Milites solent esse homines, ad decipiendum, vt lapsu linguæ.*

87 *in Testamento militum rogitus testium non requiritur ad eius solemnitatem, sed demonstrationem, quod miles voluerit testari.*

88 *in Testamento pio, sicuti cessat præsumptio fraudis, & falsitatis, sic cessat quoque præsumptio iocandi, & blandiendi.*

91 *in Testamento condito inter liberos sufficiunt duo testes.*

92 *Quæ opinio est communis, & verior & sic in diuersis Tribunalibus fuit decisum, & nu. 95. 96. 97. & 98.*

93 *in Testamento condito inter liberos sufficiunt duo testes, quamuis pater sit cæcus.*

94 *in Testamento matris inter liberos sufficiunt etiam duo testes.*

96 *in Testamento patris inter liberos sufficit etiam assertio Sacerdotis, cum iste vicem duorum obtineat.*

99 *Testamentum patris, licet possit probari duobus testibus, tamen cum illud sit redactum ad ius gentium,*

100 *Ideo non ad eius substantiam, sed ad probationem requiruntur, vnde aliter quàm per testes potest probari.*

101 *in Testamento patris inter liberos, si nullus interuenerit testis valet, & tenet, cum, & aliter possit probari. & nu. 102.*

103 *in Testamento condito inter liberos, si nullus requiritur testis ad eius substentiam, multo magis, id dicendum est in testamento pio.*

104 *Testamentum pium est exemptum à vinculis iuris positiui.*

105 *Testamentum pium æquum est, & congaudeat eisdem priuilegijs testamenti conditi inter liberos.*

106 *ad Pias causas quando aliquid relinquitur DEO relinquitur.*
DEO quis magis tenetur, quàm liberis.

107 *ad Pias causas, quando aliquid relinquitur, pro anima dicitur relictum, quæ charior est liberis.*

108 *Pia causa, tunc non est fauorabilior liberis, si agatur de legitima.*

109 *Pater, si post ingressum Monasterij moriatur non facta diuisione inter liberos filij solùm admittuntur ad legitimam.*
Et reliqua bona Monasterio competunt.

110 *Liberorum fauor præualet fauori piæ causæ absolutè, & simpliciter absque distinctione legitimæ, vel cæterorum bonorum.*

111 *Can. quicumque 17. quæst. 11. an loquatur de exhæredatione facta a patre de legitima, vel quò ad reliqua bona.*

112 *Legitima necessariò filijs de iure naturæ relinquenda est: si causam ingratitudinis, non commiserint.*

113 *S. Augustinus in can. quicumque 17. quæst. 11. non potest loqui de exhæredatione facta a patre ex causa ingratitudinis, & quare.*

114 *Iustinianus Imp. centum post annos a S. Augustini tempore tulit legem de exhæredatione liberorum ex causa ingratitudinis.*

115 *Pater non debet priuare filium sua hæreditate, vt hæredem instituat Ecclesiam.*
Nam non debet hunc suum malum animum tali mendicato colore tegere, secundum Sanctū Augustinum.

116 *Filio exhæredato, si quis instituat Ecclesiam*

 sic

sic Ecclesia id damnat, vt nihil velit sibi acquiri, cum id sapiat iniquitatem.

117 *Pia causa, vel liberi, qui sint fauorabiliores, est opinio satis ardua propter rationes vtriusq; partis satis vrgentes.*

119 *Parentes liberos habentes, numquam solent priuare eos suis bonis, vt haeredem instituant Ecclesiam.*

120 *Pater rarò contingit, vt relicta liberis legitima omnia bona donet Ecclesiae.*

121 *Haereditas parentum liberis debetur instinctu naturae, & communi voto parentum et n. 137.*

122 *Filius est, ergo est haeres valet consequentia.*

123 *Filiũ, de priuando haereditate paterna, quando agitur, qualibet interpretatio fauorabilis est sumenda, dummodo absit malitia, & dolus.*

124 *Pater, quando reliquit haereditatem suam liberis, ista pietas est.*

Pietas est, quando testator reliquit bona sua ad pias causas.

125 *Priuilegiati duo, quando simul concurrunt, ille praefertur, qui agit de damno vitando.*

126 *Et sic praeualet ille, qui est potentior altero, qui inquirit de lucro captando.*

Conditio damnum patientis est melior, quàm damnum inferentis.

127 *Filij, quando concurrunt cum pia causa, ad haereditatem paternam, & sumus in dubio, et tunc ipsi agunt de damno vitando, et quare numer. 128.*

129 *Pia causa, quando concurrit cum liberis ad aliquam haereditatem, & sumus in dubio, ipsa agit de lucro captando. & quare.*

130 *pro Filijs magis in dubio fauendum est, quam pro pia causa propter pietatem naturalem parentum in eis.*

131 *pro Pia causa in dubio iudicandum est.*

132 *Probationibus paribus existentibus libertatis, probationes praeualere debent*

133 *Quod procedit non solum in causis libertatis, sed etiam in omnibus rebus, quae pietatem continent.*

134 *Pia causa tunc praeualere debet, quando aliud ex verisimili mente, & coniecturata voluntate disponentis non apparet.*

135 *Voluntas testatoris est potentior quam fauor pia causa, et religionis.*

136 *Testator, quod non sit excludẽdus liberos propter piam causam, in dubia est facienda interpretatio. & quare num. 137.*

138 *Donatio facta Ecclesiae, alijq. alio loco pio an per superuenientiam liberorum reuocetur in totũ, vel quoad legitimam.*

139 *Et opinio, quod reuocetur in totum videtur praeualere, & quare. et vide distinctionem Bald num. 140. vsque ad 146.*

145 *Donatio facta Ecclesiae simpliciter, vel pro salute animae, haec paria sunt & nu. 145.*

147 *Ecclesiae donans semper censetur donare, vel relinquere pro salute animae.*

148 *Ecclesiae relinquens pro exoneratione conscientiae, vel pro male ablatis, tunc id est fauorabilius, quam causa liberorum. & nu. 149.*

150 *Legitima non debetur, nisi deducto aere alieno.*

Legitima est quota bonorum, & non haereditatis, et bona intelliguntur deducto aere alieno.

151 *Legitimam minuunt relicta pro male ablatis, cum debeantur tamquam aes alienum. & numer. 152. & 153.*

154 *Legitima, vt minuatur pro rebus male ablatis, aliter debet constare de eis, quàm per testamentum, & quare.*

155 *Legata pia non minuunt legitima filiorum.*

156 *Legatum pro male ablatis, pium est.*

Legatum pro male ablatis tunc dicitur pium, quando fuit relictum piae causae.

157 *Legatum pro male ablatis, tunc dicitur pium, si aliunde ea probentur, quàm per assertionem testantis.*

158 *ab Conscientia alterius, eá, quae pendent, statur eius declarationi.*

159 *Legitima filij non sunt priuandi propter solam assertionem patris.*

160 *De Testamento pio, quando constat non requiruntur testes.*

161 *Probatio, quae non potest haberi per testes, satis est, dum aliunde habetur.*

162 *pro Forma, quotiescumque aliud non desideratur, potest adimpleri per aequipollens.*

163 *Legis intentus, si obtineatur, & sic cogitatus sequatur effectus non est curandum de modo.*

164 *pro Forma licet aliquid requiratur, quando eius omissio irritet actum. & numer. 165. & 166.*

167 *Forma, si praescribatur à lege ad consequendum certum finem, tunc si talis finis habeatur, per modum aequipollentem non est aliud quaerendum.*

CAPVT XXI.

CONSTAT igitur ex relatis in praecedenti cap. in testamento pio nullatenus ad illius validitatem necesse esse, vt interueniant nulli testes, & sat esse dum alias legitimè secundùm terminos iuris naturalis probari possit, & quatenus verò per testes illud esset docendum, sanè tunc nequaquam opus esset,
71 quod essent rogati, & sufficeret, si casu, & fortuito fuerint praesentes, & testatoris voluntatẽ probè perceperint, quam opinionem veram, & communem perhibet *Gauar. in cap relatum. num. 4. de testam.* & refutat *Boer. Barbat. et Roman.* contrarium sentientes, & de magis communi opinione testatur *Horat. Mandos. in addition. ad Roman. in consil. 305 in verb. opinionẽ,*
72 vbi quoque damnat contrarium sentientes, eamdem opinionem protegit, reiecta contraria *Tiraquel. de priuileg. piae caus. priuileg. 3. circa med. versic. Sed Corn. in locis &c. et ibi. Riec. & Thor. in addit.* adducunt plures DD. eamdem opinionem fouentes, & adde *Gratian. discept. forens. cap. 93. nu. 8.* vbi testatur de communi,

qui

qui verò abunde alios DD. videre desiderat
in hoc articulo, consulat Farinac. *de testibus*
quæst.62.num.152.vers. in testamento ad pias
causas, nec testes rogatos &c. & in fine attesta-
tur, licet *Boer. Viu. & Rom.* & alij per eos te-
lati asserant contrariam sententiam de iure
73 esse veriorem, tamẽ durum est contra autho-
ritates tantorum DD. recalcitrare, & vide ibi
plures, qui testantur, de communi, & veriori.
sicuti faciunt plures alij conglutinati *per Giz-*
zarell. decis. Neapolit.46. quæ decisio bellissima
est in hac materia, *vt inquit Baldass. de Ange-*
lis in illius addition. num.1. incip. Ex hac b:llis
sima &c. supradictam opinionem diuersa etia
74 alia Tribunalia amplexa sunt, vt videre est,
apud Gamm. decis. Lusitan.81. numer.3. vers. nec
etiam requiritur testes esse rogatos &c. & penes
Thoming. decis. Lipsien.4. Ritc. in collect.in decis.
229. Borell. *in summa decis. Neapolit. titul.6. n.*
5. part.3. & *apud* Boer. *decis. Senatus Burde-*
gal.34 num.5. vers. contrarium in testamento ad
pias causas &c. & restatur de communi.

Ratio verò huius communis conclusionis
est quia, vt dixi, testes in testamento ad pias
causas non requiruntur ad solemnitatem sub-
75 stantialem, sed solum ad probationẽ, ac pro-
inde sufficit, si præsentes fuerint, & bene intel-
lexerint vltimam testatoris voluntatem ita vt
de ea possint deponere, esto non fuerint prius
76 rogati, talem vltimam voluntatem audire
tamquam testes. Insuper etiam d. ratio benè
sumitur ex generali, & famigerata decisione
text. in d. cap. relatum.1. de testament. quam, &
sæpius expendi, scilicet, quia testamentum ad
77 pias causas redactum est ad ius gentium, &
naturale, quo attento in ore duorum, vel triũ
stat omne verbum. Rogitus verò testium in
78 testamentis est mera solemnitas iuris Ciuilis,
vt patet ex text. in l. hac consultissima. in prin-
cip. C. de testament. & in l. hæredes palam. §. in
testamento ff. de testam. & in auth. rogati. C. de
testib. & in l. fin. §. fin. ibi excepto testamento. C.
de codicill. glos. in fin. in verb. adhibitis. Institut.
de testam. Item glos. in l. fin. in verb. excepto C. de
codicill. Item glos. in d. l. hæredes palam. §. in te-
stamentis in verb. rogati. ff. de testam. cum simil.
Igitur dicta solemnitas, rogitus, in testamento
79 ad pias causas non requiritur tamquam re-
quisita à iure positiuo, à quo illud reperitu
immune. Nec obstat *text. in d. cap. relatum*, ibi
tribus, aut duobus testibus requisitis, quale ver-
bum, requisitis, sectatores contrariæ opinionis
80 interpretãntur pro, rogatis, sed ipsi falluntur,
vt satis docui supra in præcedenti cap.19.n.19.

Maior tamen stat difficultas in eo, quia in
testamentis maximus subest falsitatis, & frau-
81 dis timor, ideo voluit lex in his, testes non
fortuitos, sed ad id in specie rogatos adhiberi
82 vt diligentius ad omnia animaduerterent, &
bene consideras *Clar. in §. Testamentũ. quæst.*
50. num.1. vers. in testamentis maximus subest
falsitatis timor, & ideo lex voluit, vt rogentur
testes &c. & Farinac. *in tractat. de testib. quæst.*
62. limitat.7. num.136. vers. maximus subest fal-
sitatis, & fraudis timor ideo &c. Spin. *in specul.*
testament. glos.31. num.30. vers. ea ratione testes
rogati in testamento requiruntur, quia rogatus
testium tollit omnem dubitationem &c. Insuper
rogitus testium ideo Iura requirunt in testa-
83 mentis, vt certum sit, verba à testatore prola-
ta fuisse, animo deliberato, & non perfunctoriè,
aut blandiendo, *iuxta celebrem text. in l. Diuus.*
ff. de testament. milit. §. plane. Instit. eodem. qua
84 quidem deliberatio satis demonstratur, dum
testator testes rogat, vt intersint suo testamẽ-
to, *sicuti ratiocinatur Card. Mantic. de coniect.*
vltim. volunt. lib.2. titul.11. n.34. vers. quæ de-
liberatio. &c. Superatur tamen omnis amari-
85 tudo, non solùm considerando prædictas dis-
positiones scateri à iure positiuo,

Sed etiam quia prædictus *text. in l. Diuus.*
loquitur in testamento militum, qui solent es-
se homines faciles, vt decipiantur in lapsu lin-
86 guæ, & non requirit rogitum ad solemnitatẽ
testamenti, sed ad demonstrationem, quod te-
stator voluerit testari, vt clarè apparet ex ver-
87 bis literę, & ideo non militat eadem ratio (*vt*
notauit Corn. in cons. 278. n.5. lib.1.) in testa-
mẽto, ad pias causas, nã si alibi appareat, quod
piè testator volebat testari, tunc quia sicuti in
88 eo, cessat dispositio fraudis, et falsitatis, pro vt
89 iam dixi, ita etiam præsumptio iocandi, vel
blandiendi.

Deuoratis hactenus supra relatis opposi-
tionibus percurram effusius modò in hac no-
stra materia, quod non solum nequaquam ro-
90 gitus est necessarius in testamento ad pias
causas, sed nec etiam ipsi testes ad eius essen-
tiam, et validitatem requirũtur, vnde vlterius
animaduertendum puto, satis quoque proba-
ri veritatem dictæ opinionis dum pariter vi-
91 demus in testamento condito inter liberos,
sufficere duos testes, *secundũ glos. vnic. in auth.*
quod sine. C. de testament. vbi Alex. *nu.3.* Bart.
in l. hac consultissima. §. ex imperfecto, num.3. &
ibi etiam Angel. *in princip.* *Castren. num.2.* Alex
num 5. Ias. *num.6.* Natt. *numer.153. C. de. te-*
stament. Alexand *consil. 105. numer. 4. vers.*
& quod sufficiunt duo testes; lib.7. & consil.128.
num.2. vers. & videtur quod sufficiant. lib.7. &
consil.128. num.2. vers. et videtur quod sufficiãt
eodem lib.7. et cõmunem dicit *Hieronym.* Grat.
consil.90. num.3 vers. testamentum conditum
inter liberos per duos testes probatur &c. lib.2.
Surd. *consil.258. n.2. vers. sat est si duobus testi-*
bus probetur testamentum conditum à patre
inter liberos &c. lib.2. vbi etiam prædictam
glos. in d. auth. quod sine post Couarr. *in cap. re-*
latum el.2. num.4. de testam. restatur esse com-
muniter receptam Bursat. *consil.206 numer.1.*
vers. testamentum valet inter liberos etiam duo-
bus testibus &c. lib.2. vbi ad hoc *post* Dec. *in*
consil 610. num.2. & Grammat. *consil. ciuil.52.*
num. extollit glos. *in l. fin. C. de codicill.* tãquam

com-

communiter approbatam, & sequitur Roland. à Valle in consil. 82. num. 17. vers. testamentum factum à patre inter liberos valet si fiat coram duobus testibus &c. volum. 1. Natta consil. 423 num 3. & 4. et consil. 622. nu. 1. Bimi consil 277. num. 12. Io de Amic. consil. 39. num. 1. Papon. consil. 88. num. 11. Alciat consil. 37. num. 6. lib. 6. Cabal. decis. 106. n. 13. lib. 2. Menoch. consil. 223. num. 55. vers. testamentum à patre conditum inter liberos requirit præsentiam duorum testium &c. lib. 3. Horat. Persius consil. ciuil. 44. sub n. 10. vers. in testamento condito inter liberos sufficiunt duo testes &c. centur. prim. Io. Anton. Rub. consil 7. num. 8. vbi hanc opinionem crebriorem porrigit. Cephal. consil. 512. num. 21. vers. in testamento inter liberos duos testes etiam non rogatos sufficere &c.

Insuper præfatam opinionem, quod testamentum inter liberos conditum probetur per
92 duos testes. vti communem, & veriorem extollunt plures alij Doctores, & præsertim Clar. in §. Testamentum. num. 2. vers. in testamento condito inter liberos sufficiunt duo testes, & ista est communis opinio &c. Crass. pariter in §. Testamentum. quæst 11. num. 4. vers. tamen in testamento condito inter liberos, sufficiunt duo testes, & hac est communis opinio &c. cum alijs allegatis per Francisc. Viu. in Sylua commun. opin. lib. 3 opin. 890. incip. Testes septem &c. sub nu. 10. vers. illud testamentum inter liberos factum valet etiam cum duobus testibus &c. vbi quoque affirmat id procedere siue sit testamentum nuncupatiuum, siue in scriptis secundum glos. & Doctores in d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. & Michaelem Cifuentes in l. 3. Tauri sub num. 7. vbi ostendit, quod ita quotidie practicatur. Alios etiã pleno calamo adducit Ioseph Maschard. de probat. conclus. 1352. num. 51. vers. testamentum inter liberos potest fieri cũ duobus testibus tantũ &c. vbi etiam id ampliat quamuis pater sit cœcus,
93 in cuius testamento licet aliàs Iura regulariter requirerent octo testes. vt latè alibi dicam, tamen id fallit in testamento inter liberos. & præter allegatos à Mascardo addo Ioseph. Ludouic. in suis commun. conclus. cap. 68. rub. in testamento regulariter sept. test. requir. vers. Fallit tertio in testamento inter liberos, quia illud probatur duobus testibus &c. vbi etiam post Curt. Id ampliat licet non fuerint instituti filij, sed nepotes, et alij non tenentes primum gradũ
94 idque pariter procedere ait, in testamento matris, ex ibi allegatis, Speckan. centur. 1. quæst. 47. Adam Kell. in tractat. de Iur. succedend. ab intest. part. 1. titul. 2. num. 57. vers. testamentum inter liberos conditum probari poterit duobus Testibus etiam fœminis licet non rogatis, &c. Paul. Æmil Gall. in tractat. de except. titul. 2. num. 10. vers. in testamento condito inter liberos sufficiunt duo testes &c. ibique pluties testatur de communi. et magis communi, sicuti etiam affirmant Ludouic. Zunt in consil. pro vxore num 63. Ferdinand. Vasquez. de success. creator. §. 21. n. 58. Paschal. de virib. patr. potest. part. 2. cap. 8. num. 19 & 17. Card Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. cap. 2. num. 2. et post eum Capiser in tractat. de numer. test. in testam. requisit part. 1. cap. 16. nu. 2. vbi plures alios plena manu cumulat, & simul testatur de cõmuni, et addo Antonin de Amat. variar. resolut. part 2. resolut. 90. num. 5. vers. in testamentis inter liberos conditis duorum testium tantum interuentus sufficit &c. Iacob. Cancer. variar. resolut. cap. 4. titul. de testament. num. 4. vers. testamentum inter liberos valet cum tribus, aut duobus testibus &c. Francisc. de Barry in tract. de success. testat & ab intestam. lib. 1. titul. 3. num. 1. vers. pater si fecerit testamentum inter suos liberos sufficiunt duo testes &c. Harthami. Pistor quæstion. iur. lib. 1. quæst. 1. t. à num. 1. cum additione Anton. Thesaur. quæst. forens. lib. 1. quæst. 34. num. 4.

Sic quoque senseruut diuersa Orbis Tribu-
95 nalia, & præsertim Rota Florẽtina apud Hieronym Magon. decis. 58. num. 19. vers. dummodo saltem duorum testium numero muniatur &c. affirmatque hanc esse communem opinionẽ.
96 & etiam asserit, ad hoc, solam Sacerdotis attestationem subsistere, quia is vicem duorum obtinet. & allegatur Menoch. cõsil. 92. n 89. &c. Rota Marchia affirmante Gratiano decis. 106. num. 1. vers. testamentum inter liberos valet etiã si non adsint solemnitates & ait idem procedere in matre &c. Prætorium Sardinense, sicut affirmat Ioanes Daxart decis. 74 num. 1. vers. patris testamentum inter filios cum duobus testibus etiam non rogatis valere. conclusum, et decisum fuit die 12. Octobris 1637. &c. nec non Audientia Baren. teste Francisco Viu. decis 407. num. 1. vers in testamento inter liberos sufficiunt re vera dumtaxat duo testes &c. atque testatur de crebriori sententia. Senatus Burdegal. penes Boer. decis. 240. num. 1. vers. in testamento inter liberos condito non requiruntur septem testes, sed sufficiũt duo puberes, mares, aut fœminæ &c.

Simulque profitetur hanc esse communem
97 opinionem, quam monet, meuri esse tenendam, quia tam in Curia Burdegal. quàm vbique sic seruare vidit &c. Senatus Gratianopolitanus referente Guidopapa. decis. 543. num. 10. vers. in testamento à patre inter liberos condito sufficiunt duo testes etiam non rogati &c. Rota Pataauina sicuti scribit Marc. Anton. Peregr. decis. 33. nu. 10. vers. quæcumque patris ordinatio inter liberos, licet non solemnis valet &c. vbi plura ad hoc cumulantur. Senatus Cataloniæ, apud Petr. Fonranell decis. 203. num 8 vers. testamentum imperfectum inter liberos. &c. Senatus Lusitanus teste Anton. de Gamm. decis. 100 num. 1. vers præsupposita validitate testamenti conditi &c. Concistorium Siciliæ, teste Mastril. decis. 132. num. 25. vers. testamentum inter libeliberos sufficit non tantum solemne, sed etiam quod solis &c. Senatus Sabaudiæ, vt videre est in

Codi-

Codice Fabriano lib. 6. titul. 5. diffinit. 24. vers. à
patre inter liberos testamentum valet duobus
adbibitis testibus &c. Parlamentum Delphinale,
affirmante Francisco Marco decis. 319. num. 10.
vers. quia testamentum imperfectum inter libe-
ros valet cum duobus testibus &c. Camera Im-
perialis, sicuti scripsit Aud. Gaill. obseruat. Im-
perial. lib. 2. obseruat. 112. num. 1. vers. testamen-
tum paternum imperfectum, puta coram duobus
testibus factum inter liberos valet &c. atque de
communi testatur.

98 Et demum ita in Supremo Rotæ Romanæ
Auditorio fuit sæpè admissum, & potissimum
penes Put. decis. 321. num. 1. vers. quia tamen
eramus in testaméto inter liberos, esset validũ &c
lib. 1. et latè fuit firmatum in causa Romana de
Alterijs 20. Decembris 1582. coram bon. mem.
Cantuc. est decis. 734. num. 4. vers. in testamento
condito inter liberos sufficilit duo testes &c. part.
1. diuers. et in causa Anentonen. Hæreditatis co-
ram bon. me. Card. Seraph. est inter eius impress.
decis. 1301. num. 6. vers. cum simus in dispositione
facta inter liberos & potuit probari per duos tã-
tum testes &c. idemque fuit resolutum coram
bon. mem. Buratto decis. 616. nu. 5. vers. in testa-
mento inter liberos, vel eorum fauore, & minor
numerus testium sufficeret, tamen duo saltẽ sunt
necessarij &c.

Concludam etenim ad propositum no-
strum ea, quæ præmisi de testamento pa-
99 tris condito inter liberos, quale licet pos-
sit probari per duos testes, sicuti iam latè
dixi, tamen quia d. testamentum à iure re-
dactum est ad terminos iuris naturalis gen-
tium, secundum quod in ore duorum, vel
trium stat omne verbum, Quamobrẽ, fatendũ
100 est, prædictos tres, vel duos testes adhiberi
minimè ad substantiam actus, quod est de iu-
re positiuo, sed ad effectum probationis. Quo
stante deducendum est, talem probationem
101 mentis patris testantia inter liberos non
coangustari ad solummodam probationem
faciendam per testes, sed ad quamcumque
aliam legitimam probationem, etiam si nul-
102 lus interuenerit testis, sicuti perbellè constat
ex leg. vltim. ibi, quocumque modo fiat, et etiamsi
solemnitate legum huiusmodi dispositio fuerit de
stituta &c. C. famil. ercisfund. et ex leg. hac con-
sultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. et abũ-
de infra dicam cap. 24.

Inferendo modò post longum interuallum
ad nostram principalem conclusionem si præ-
dicta vera sunt in testamento condito inter li-
103 beros, multò magis intrabunt in casu no-
stro, nẽpe in testamento condito ad pias cau-
sas, cum illud non minus, quàm testamentum
inter liberos sit exẽptum à vinculis iuris po-
104 sitiui, iuxta celebre textum in cap. relatum
11. el. 1. vers. non secundum leges. ext. de testam.
cum alijs latè relatis à me supra cap. 1. per tot.
Quod enim supremum elogiũm ordinatum
ad pias causas, æquum sit, vt congaudeat eis-
dem priuilegijs testamenti conditi inter libe-
105 ros, cum non minus isto illud sit fauorabile.
ex modernis DD. qui alios congerunt, compro-
batunt Fachin. Illustr. controuers. part. 1. lib. 4.
cap. 3. ad tertium dubium Mart. de success. legal.
quæst. 8. art. 1. num. 3. & art. 3 et 5. Paul. Laym.
Theolog. Moral. tom. 1. lib. 3. sect. 5. tractat. 5.
cap. 2. à num. 11. coroll. 2. Sanctarell. variar. re-
solut. quæst. 70. num. 2. Merlin. in tractat. de Le-
gitim. lib. 3. titul. 2. quæst. 3. nu. 4 vers. quo ad so-
lemnitates parificatur &c. et ratiocinata est,
Rota coram bon. mem. Buratt. decis. 475. sub n. 1.
vers. nõ sicuti illud inter liberos substinetur &c.

Imò magis fauorabile est iudicandum, quia
106 dũ aliquid relinquitur ad pias causas, DEO
relinquitur, cui quis magis tenetur, quàm fi-
lijs, vt habemus in Euangelio, Nisi quis relin-
querit patrẽ, matrem, filios, nõ est me dignus &c.
107 Item relinquitur pro anima, quæ clarior esse
debet, quàm liberi arg. l. si præses. C. de seruit. et
aqu. l. sancimus in fin. C. de sacrosanct. Eccles. &
in specie ratiocinatus est, Castren. in consil. 456
n. 3. vers. multò magis cũ relinquitur DEO &c.
part. 1. meminitque. Rota coram bon. mem Can-
tuc. decis. 74. nu. 18. vers. tum auctoritate sacræ
paginæ dicentis, nisi quis relinquerit &c. part. 2.
diuers. et nuper aduertit Boss. in suis var. mora-
lib. titul. 12. §. 1. sub n. 38. vers. Vnde CHRIS-
TVS Dominus Noster in Euangelio dixit &c.

Intellige tamen eo casu causam piam esse
108 fauorabiliorem, quando non agitur de le-
gitima, quia tunc fauor liberorum præualet,
vt tradiderunt Alex. in l. pactum, quod dotali,
num. 7. C. de pact. et consil. 66. num. 6. vol. 2. Dec.
in l. licet. num. 5. C. de pact. et in l. precibus. nu. 15.
C. de impub. & alijs substit. Salicet. in auth. si
qua mulier. per illum textum C. de sacrosanct.
Eccles. vbi dicitur, quod si pater post ingres-
sum Monasterij moriatur, non facta diuisione
109 inter filios, filij admittuntur solùm ad legi-
timam, et reliqua bona Monasterio competũt,
ex quo patet causam piam præferri filijs ex-
cepta legitima. Felin. in cap. in præsentia, n. 43.
de probat. Couar. in cap. relatum n. 1. de testam.
Tiraquel. in repetit. leg. si vnquam. in verb. liber-
tis, num. 83. C. de reuocand. donat. Card. Mantic.
de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. titul. 3. num. 34.
Sanctarel. variar. resolut. quæst. 79. num. 1. et seq.
Marc. Anton. de Amat. decis. Marcb. 10. nu. 35
vbi ait, dum dicitur, filios esse præferendos
Ecclesiæ, id venit intelligendũ, quoad legiti-
mam tantùm.

Alij verò Doctores tenẽt absolutè fauorem
110 liberorum, non solum respectu legitimæ esse
fauorabilem, sed etiam simpliciter id obtinere
locum. per text. in can. quicumque 17. quæst. 4.
et notatur in l. Papinianus. §. 1. ff. de inofficios.
testament. et in l. si quis ad declinandam. C. de
Episcop. & cler. et tradunt Socin. l. cum auus. nu-
mer. 42. ff. de condit. et demonstrat. Rip. in l. ex fa-
cto. § si quis rogatus. el. 1, numer. 41. ff. ad Trebell.
Surd. in tract. de aliment. titul. 9. quæst. 9. n. 150.

Me-

Menoch.*de præsumpt.lib.4.præsumpt.* 189. *nu-
mer.*121. *cumseq.* Intrig. *de substitut. centur.*3.
*quæst.*73.*num.*289. Mart.*de success. legal.par.*4.
*quæst.*8.*articul.*5 *a num.*4.10. *Maria* Nouar.*in
tract.de incert.et male ablatis.priuileg.*6. *per tot.
et num.*7. concludit quod potior est causa fi-
liorum apud patrem quàm causa religionis.
*Costa de iur.et fact.et ignorat.Centur.*2.*distinc.*2.
*numer.*23.

Nec iuuat *glos.in l.si quis ad declinandum
C.de Episcop.et cleric.et in l.Papinianus.§.X.ff.de
inoffic testament.* cum alijs allegatis *per Amat.
d.decis.*10.*num.*35. volentes, quod text. *in dicto
cap.quicumque* 17. *quæst.*4. vt loquatur *ibi Sā-
ctus Augustinus* de exhæredatione facta à pa-
tre, quo ad legitimam liberorum, vt omnia
111 bona relinqueret Ecclesiæ, et hanc exhære-
dationem quo ad legitimam reprobet, et de-
testetur *S. Augustin.* Respondetur enim talem
interpretationem nullatenus posse substineri,
112 quia cum illud sit consilium, ibi, *pro con-
silio*, non potest restringi ad legitimam, quæ
necessariò iure naturæ filijs debetur, et relin-
113 quenda est, si nullam causam ingratitudinis
filij commiserint, *§.aliud quoque capitulum
Auth vt cum de appellat.cognoscitur* Nec etiam
potuit S. Augustinus loqui de exhęredatione
facta ob causam ingratitudinis, cum illa à Iu-
114 stiniano Imp. *(ait Menoch.in citat. loc.)* cen-
tum post annos à S.Augustini tempore intro-
ducta fuerit.

Voluit enim dictus Sanctus, quod pater nō
debet filium priuare sua hæreditate, vt Eccle-
siam instituat, nam hunc suum malum animū
115 non debet tali mendicato colore tegere, et
videatur decisio Rotæ *coram bon.me.Card.* Ve-
rospio *Iun in causa Gallien.Hæreditatis* 10.*De-
cembris* 1638.*§.Altera exceptio. versic.imo ita
damnantur ab Ecclesia huiusmodi dispositiones,
116 quæ continent exhæredationem liberorum, vt ni-
hil velit sibi acquiri &c. et in eadem causa* 1.*Iu-
lij* 1639.*coram R.P.D.*Ghisilerio.*§.Non obstat.
versic.exhæredatio ista sapit iniquitatem, et ideo
testamentum non substinetur, nec in fauorem
Ecclesiæ &c. ex ibi allegatis.* Pia enim causa
117 non est valens extinguere amorem patris in
filios, qui tàm ardens est, *ut tetigi supra*, et in
debilioribus terminis nempe amoris patrui in
nepotes, *ratiocinata est* Rota *coram* R.*P.D.*
Rojas in causa Romana *Legati* 24. *Maij* 1642.
*§.Non obstat. versic.causa pia non est apta ex-
tinguere amorem erga nepotem &c.*

Quæ autem istarum verior, & communior
sit sententia vix discerni videtur, tùm propter
118 diuersas rationes vtriusque vrgentes, tùm
propter auctoritatem Doctorū, qui pro vtra-
que parte stant, Huic tamen opinioni poste-
riori maximè fauet potens illa ratio, & quidē
desumpta ex quotidiana experientia, nam
119 certum est, parentes habentes actu liberos,
vel de illis cogitātes, excepta solùm legitima,
numquam spoliate alijs bonis, vt hæc, Eccle-
siæ, & pauperibus aut alteri piæ causæ dent, et
sic à communiter accidentibus tardò reperitur
120 quod pater donet omnia bona Ecclesiæ, re-
seruata tantum filijs legitima ad notat.*in l.nā
ad ea.ff de legib.*

Vrget etiam aliud motiuum, nempe, quia
hæreditas parētum debetur filijs instinctu na-
121 turæ, & communi voto parentum. *l.nam etsi
parentum*, ibi, *propter votum parentum, et natu-
ralem erga filios charitatem.ff.de inoffic. testam.
l.cum ratio.*ibi. *naturalis quasi lex quadam ta-
cita liberis parentum hæreditatem adijceret, ve-
luti ad debitam successionem vocando. ff.de por-
tion.q.liber.damnat.conced.* & post dd.iura sen-
sit *Rota coram bon. mem. Penna decis.*177. *inter
eius à me impress.num.*10. *vers.cum hoc sit com-
mune votum parentum, vt post mortem suam
filios suos sibi succedant &c.* congruitque illud
Euangelij Luc.15. *Fili tu mecum semper es, &
omnia mea tua sunt &c.* & benè spectat illud
D.Paul.ad Roman.cap.8.ibi, *Filius ergo hæres,*
meminitque Rota *coram Card. Sacrato decis.*
144.*num.*3,*versic.filius ergo hæres &c.par.*3.*re-
cent.* & iterum dixit *Idem Apostol. ad Galat.
cap.*4. ibi, *Quod sit filius, et hæres per DEVM,*
vbi etiam sub iuramento, quod denotat illud
122 per DEVM, iuxta aliquos DD. affirmat Apo-
stolus, qui est filius, est etiam hæres. Ex illo
Ecclesiastic.cap.30. *Mortuus est pater eius, &
quasi non est mortuus, similem enim reliquit post
se*, meritoque asserit *text.in l.in suis hæredibus.*
11.ibi, *itaque post mortem patris non hæredita-
tem percipere videntur sed magis liberam bonorū
administrationem suscipere &c. ff. de liber. &
posthum.*

Hinc est quoque, quod quando agitur de
123 priuando filium hæreditate paterna hoc ca-
su sumenda est, quælibet interpretatio fauo-
rabilis, dummodo absit malitia, et dolus.*l.igi-
tur.*12 *ff.de liber. caus. l.interpretatione.*42.*ff.de
pœn.l.factum.*198.*§.in pœnalibus.ff de regul.iur.
cap.in pœnis.eodem titul. in* 6, *cum alijs allegatis
à Rota coram Eminentiss.D.Card.* Ottobono *in
causa Romana Fideicommissi de Alberinis* 8.*A-
prilis* 1647, *§.In hanc verò, vers.agitur de priuā-
do filium ab hæreditate paterna, quo casu quali-
bet interpretatio &c.*

Sic ergo charitas, seu pietas est, vt dixi, quā-
do pater hæreditatem suam relinquit liberis
124 suis, sicut constat *ex d.l.nam et si.* & pietas est
etiam, quod testator relinquat piæ causæ, vt in
aperto est, atque ita vtraque causa dicitur pri-
uilegiata, et indubitati iuris est, quando simul
125 concurrunt duo priuilegiati, tunc is præfer-
tur, qui tractat de damno vitando, & sic tali
casu præualet ille, & est potentior altero, qui
126 inquirit de lucro captādo. *l.verum. §.fin.ff de
minor.l.fin.ff.ex quib.caus.maior.* vbi melior re-
putatur conditio damnum patientis, quàm
damnum inferentis &c. *cap. auditis. de integr.
restitut. Bart. in auth. quas actiones. num.*3. *C.de
sacrosanct. Eccles. Dec. in auth. qui rem. num.*21.

vbi

vbi alios allegat. C. eodem. & in cap. in præsentia
num. 178. et 180. ext. de probat. cum alijs adductis
per Cephal. consil. 7. num. 12. versic. ille Abbas cer-
tabat de damno vitando &c. et consil. 116. nu. 6.
versic. cum ipse agat de damno vitando &c. & at-
testatur hanc esse communem declarationem,
& omnino veram &c. & adde Trentacinq. var.
resolut. lib. 1. titul. de rescript. et priuileg. resolut. 1.
num 4. versic. quando sunt duo priuilegiati, &
vnus tractat de damno &c. cum alijs pleno cala-
mo congestis per Augustin. Barbos. in d. cap. audi-
tis. num. 6. de in integr. restitut. & adde Leo de-
cis. Valent. 90. num. 23. et seq. & Ronit decis. 90.
nu. 32. late Pic. ad statutum Vrbis lib. 1. cap. 151.
glos. 7. a num. 83. & sæpius censuit Rota et præ-
sertim coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 164.
numer 6. versic propter læsionem agit de damno
vitando potest dare de nullitate &c. & ibi Bel-
tram. in annotat. num. 12. in fin. dat decisiones
concordantes, & deinde sic quoque sensit co-
ram bon. mem. Merlino decis. 575. num. 29. vers.
potior est causa illius, qui agit de damno vitan-
do &c. et plenius decis. 737. num. 22. vers. vnde
præualet, et est potentius &c.

Ex quibus inferendo ad casum nostrum,
127 quando concurrunt filij, vna cum causa pia
ad hæreditatem parentum et sumus in dubio,
128 & tunc ipsi agunt de damno vitando, eum
illa eis debeatur secundum rationem natura-
lem, & votum parentum vt dixi, & sic causa
filiorum præfertur causæ piæ, quæ ius ad suc-
129 cessionem testatoris habet ex mera liberali-
tate eiusdem testatoris, nisi quatenus ei relin-
quatur ex testatoris voluntate, & super parti-
culari iste videatur Card. Mantic. de coniectur.
vltim. volunt. lib. 10. titul. 7. nu. 9. et 10 Menoch.
de præsumpt. lib. 4. d. præsumpt. 189. numer. 124.
Marta de success. quæst. 8. d. art. 5. num. 67. et 68.
vbi concludunt fortiorem esse præsumptionē,
quando scilicet sumus in dubio, pro filijs, quā
130 pro pia causa, propter pietatem, & charitatē
naturalem parentum in liberos.

Concedo quidem in dubio pro pia causa
131 iudicandum esse, vt asserit text. in cap. vltim.
de re iudic. et in l. lege Iulia. ff. de manumiss. vbi
deciditur, testibus hinc inde paribus existen-
132 tibus, libertatis probationes prçualere, quod
Speculator in titul. de testib. vers. sed si contingat,
nō solum in libertatis causis, sed etiam in om-
133 nibus rebus, quæ pietatem in se continent,
locum habere tradit. Card. Mantic. de coniect.
lib. 6. titul. 3. nu. 48. & latè alios allegans Mas-
card. de probat. conclus. 1177. nu. 1. cum anima
sit cunctis rebus præferenda, vt palam est. Ta-
134 men animaduertendum est, tunc id esse ve-
rum, quando non aliud ex verisimili mente, &
coniecturata voluntate disponentis apparet,
135 cum voluntas testatoris sit potentior, quàm
fauor piæ causæ, & religionis, vt post Castren.
& alios ratiocinatur Rota coram Card. Verospio
iun. in causa Bononien. fideicommissi de Blan-
chettis 26. Ianuarij 1632. §. Et licet, vers. cum fa-
uor piæ causæ, non possit dici potentior voluntate
testatoris &c. & iam dixi supra.

In casu enim nostro satis verisimilis dicitur
136 mens disponentis, vt filij non excludantur
ab eius hæreditate intuitu piæ causæ, cum sē-
per in dubio clamet naturalis affectus, & con-
137 iecturata mens, seu voluntas parentum pro
filijs, vt dixi, & videatur Genuens. in suis pra-
ctic. Ecclesiast. quæst. 294. per tot.

Vbi quærit, an donatio facta Ecclesiæ alijue
138 piæ causæ per superuenientiam liberorum
reuocetur in totum, vel solum quoad legiti-
mam, & post longam disputationem plura
hinc, inde inducendo super intellectu can. qui-
cumque 17. quæst. 4. concludit sibi videri ve-
139 rius, quod donatio reuocetur, in totū, & hoc
propter suprarelatam rationem, scilicet pieta-
tis, & charitatis naturalis parētum in liberos.
141 Nec mihi numquam arrisit distinctio Bald.
in consil. 215. lib. 1. vbi quærendo ad concordiā
perducere istas duas pugnantes opiniones ait,
142 quod aut donatio fuit facta Ecclesię pro ani-
ma donantis expressè, aut verò simpliciter, &
143 primo casu dicit non reuocari, nisi quoad le-
gitimam, quia censetur reliquisse pro exone-
ratione conscientiæ, & quilibet magis diligit
144 animam suam, quam filios. l. sancimus. C. de
sacrosanct. Eccles. secundo tamen casu, quando
145 scilicet fuit donatum simpliciter, & ait, in
totum reuocari, quæ distinctio non subsistit,
146 quia nulla est differentia, quod quis simplici-
ter donet Ecclesiæ, vel adiectis illis verbis, pro
salute animæ.

Quia donans Ecclesiæ semper censetur do-
nare, vel relinquere pro anima, vt notum est,
147 quidquid tamen esset dicendum, si donans
expresse dixisset, se donare pro exoneratione
conscientiæ, seu pro male ablatis, vel ex circū-
148 stantijs id constaret, puta ex qualitate per-
sonæ donantis, quia habuit officia, et negotia
ex quibus verisimiliter præsumi posset talem
donationem fecisse pro exoneratione consciē-
149 tiæ, sed super hoc est etiam cogitandum, quia
nec in his terminis reuocaretur quo ad legiti-
mam, quia tunc donatur tamquam debitum,
150 & legitima non debetur, nisi deducto ære
alieno. l. Papinianus § quarta. et §. quoniam au-
tem. ff. de inoff. testam. Crass. in §. Legitima. q. 1.
Rota coram Card. Seraph. decis. 976. num. 4. vers.
ante legitimam detrahuntur debita &c. cum sit
quota bonorum, et non hæreditatis, et bona
151 intelliguntur, deducto ære alieno. l. subsigna-
tum. § bona. et l. principi bona. ff. de verb. signific.
late Ant. Cucch. in tractat. de legitim. tit. Legitim.
est quot. bonor. a num. 1. et seq. et in puncto, quod
152 relicta pro male ablatis minuant legitimam,
cum debeantur tamquam æs alienum, dixit
Io. Baptist. Cost. in tractat. de iur. et fact. ignorat.
distinct. 2. centur. 2. num. 26. versic. sicuti æs alie-
153 num præualet legitimæ filiorum, ita relicta Ec-
clesiæ pro male ablatis &c. latè Nouar. de incert.
et mal. ablat. priuileg. 6. num. 8. versic. quoties su-

mus in legatis factis pro male ablatis &c. et pri-
uileg.5. num.3. vers.minuunt legitimam &c. et
num 7. testatur de veriori, et æquiori senten-
tia, refutato prius Surd.in tractat.de aliment.
priuileg.95,titul 8.numer.9. dum male contra-
rium sentit.

154 Verumtamen est, quod assertio pro male
ablatis debet verificari aliter quàm per testa-
mentum, quia aliàs de eis iudicatur, prout de
155 simplici pio legato, quæ non nocet legitimæ
filiorum &c. & super hoc videatur Merlin. in
tract.de legitim.lib.3.titul.1.quæst.2. numer.14.
vers.assertio pro male ablatis &c. cum alijs ibi
allegatis, & adde Genuens.d.quæst.294. num.5.
vers.nec debetur legitima, quia donatur tamquã
debitum &c Benedict. Capr.conclus 102. nu-
mer.167.vers.quando male ablatis constaret ali-
ter quam per assertionem testantis &c. Farinac.
in repertor.vltim. volunt.quæst.63 num.2. vers.
testatori asserenti propter male ablata relinquere,
non creditur,nisi aliunde constet &c.

Hinc quoque est licet legatum pro male ab-
156 latis pium sit. vt post Bald.Bart.Tiraquel. &
alios probant Mascard. de probat conclus. 1177.
num 3.Menoch.lib.4.præsumpt.125.nu.28. cum
alijs allegatis per Tiraquell. de priuileg pia causa
in præfat. in fin. vers.item relictum pro incertis.
Gratian.discept forens cap.329.num.14. vers di-
citur legatum pium cum aliquid relinquitur pro
emendandis foris factis &c. et latè per Nouar. in
d.tractat.de incert.et mal.ablat. priuileg 1.et seq.
& id declara, vt per Rotam decis.74 numer.25.
vers id posset procedere, quando relictum esset pia
causa pro male ablatis &c part.2.diuers. & me-
lius fuit consideratum coram Reuerendiss.Terra-
cinen. in causa Fanen, Hæreditatis 17. Iunij
1641. § Hoc tamen vers.legatum pro male ab-
latis potest dici pium, si relictum fuerit causa
pia &c.

Licet enim, vt dixi, legatum pro male ab-
latis sit pium, tamen si aliunde aliter quã per
157 assertionem testantis, non probentur male
ablata, iudicatur de eis, quàm de puro legato,
vt in puncto voluit Bart in l.1. num.37.C.de
sacrosanct.Eccles et in l vxori.ff.de aur.et argẽt.
legat.Alex.in consil 122.num 6.lib.7 & cons.46.
num.17.vol.1. et consil.17. lib.4 Purpurat.con-
sil.461.vol.2.Roland.de lucr.dotal.q.80. num.7.
Peregr de fideicommiss art.4 sub num.14 Cost.
de fact et iur.ignorant.cent.1.distinct.1.num.29.
Io.Baptist.Hodiern.in l.hac edictali. quæst.37.
num 16 vers.tamen si aliunde aliter non proba-
tur male ablatum &c C.de secund.nupt. et nu-
mer.17. reijcit Giurb. ad consuetud. Messanen.
cap.2.glos.12.part.1. contrarium sentientem,
158 ea ductus ratione quia in his, quæ dependẽt
ab alterius conscientia, statur eius dicto &c.
Debet ergo vt supra, num.152. dicebam, vt re-
licta ad pias causas minuant legitimam, vt de
eis aliter, quàm per assertionem testantis pro-
159 bentur, quia aliàs aperta esset via parẽtibus
facilè per solam assertionem valde præiudicã-
di liberis in legitima, Vnde ea via clausa, re-
deo ad nostram principalem conclusionem, de
qua supra in princip. à num.1. quod in testa-
mento pio non sunt necessarij testes.

Quamobrem firmato in testamento ad pias
causas condito non requiri testes pro solem-
160 nitate, sed pro iustificatione, & sic tantum ad
probationem voluntatis testatoris postulãtur.
Bald.in repetit.leg.1.ante nu 3. C.de sacrosanct.
Eccles.Felin in cap. cum nobis. num.11. de præ-
script.Corn.in cons 215.nu 14.lib.2.et cons.307.
nu.6.lib.3. & fuit resolutum in Rota coram bo.
me.Cantuce decis.734 num 6. vers.illi duo testes
non requiruntur pro substantia testamenti, sed
ad probationem illius &c part.1. diuers. & satis
supra firmaui, & dicam infra. Ergo aliter de
voluntate testantis legitimè si constiterit, ad
quid vltra opus erit testibus, iuxta illud
Matth.26. Blasphemauit, quid adhuc egemus te-
stibus? ecce nunc audiuistis blasphemiam &c.
& Marc.14. Quid adhuc desideramus testes? au-
diuistis &c & idem Luc. 22. Quid adhuc desi-
deramus testimonium? ipsi enim audiuimus ex
ore eius, & vide Speculat. in titul.de probat. § fi-
161 nal. idcirco si per testes non potest haberi
probatio, satis est, dum aliunde habetur, arg.
l.si contrahitur. ff.de pignor. l. in re ff de fid. in-
strument.l.pactum. et ibi notat Bald. C.de pact.
et l.cum res, ibiq; etiam Bald.in 2.notab. et Paul.
de Castr.num 2. C.de probat.

162 Vbicumque enim aliquid requiritur non
pro forma, sed ad aliquem effectum, tunc illud
per æquipollens potest adimpleri, eò namquè
casu sat est, vt obtineatur legis intentus, & sic
163 cogitatus sequatur effectus, vnde parum
curamus de modo. l.iubemus.C.de testam l.mu-
lier.in princip.ff.ad Trebell.l.si mulier. & ibi no-
tat Dec.in 2 notab ff.de institut. & substitut.l.
fideicommissa, §.si cui ita. et ibi notat Bald.ff.de
legat.3. cum qua concordat l.mulier. & ibi Ca-
stren.in vltim.opposit ff.ad Trebell Roman. in
consil 433.numer.1. vers.septimo considero. Ruin.
consil.137.num.9 lib.1.Parif.consil 72. num.34.
lib.2.Bero.consil.2.num.31.lib.2.Viu. decis.334.
num 13.part.1. Osasc.decis.92. numer.15 Ioseph
Vela dissert 21.num.39.vers secus ergo erit si for-
ma à lege præscripta principaliter tendat ad cer-
tum finem. et effectum consequendum &c. Card.
Mantic.de tacit.et ambig.conuent. lib.2.tit.4.nu-
mer.45. vbi etiam dicit, ita sæpe iudicatum in
Sacro Auditorio, & allegat nonnullas decisio-
nes, & adde Seraph. decis.309. num 1. & decis.
1413.num.3.et decis.33. nu.4.et 5.part.2 diuers.
et decis.577.num.9.part.1. decis.167. numer.12.
part.2. et decis.353.numer.1.part.3. et decis.124.
num.1.& 149. num.14.part 6.recent.

Immo dato aliquid requiri pro forma, tunc
164 eius neglectio, seu omissio reddit irritum ip-
sum actum, dum principaliter illa forma à lege
165 præscribitur pro substantia, & omnimoda
perfectione, seu consumatione actus, ita vt ea-
tenus is valeat, quatenus forma seruata fuerit,
nihil-

166 nihilquè agitur ea prætermissa, cum eo casu
actus sit ipso iure nullus. *can in Synodo de con-*
secrat. distinct. 4. can. diffinitius 2 quæst 6. can.
solet quæri. 32. quæst. 2. cap. 1. de excommun. cap.
veniens. de presbyt. baptiz. cap. cum delicta. de re-
script. cap. sua. de sponsal. cap prouida, & cap. fin.
de elect. in 6. l. Iulianus. §. sed etsi quis. ff. ad exhi-
bend. l. Mauius, & l. qui haredi. ff de condit. &
demonst. cum alijs iuribus, Doctoribus, & Deci-
sionibus à me pleno calamo relatis in annotat. ad
decis. 542. num. 58. part. 4. recent. tom. 5.
Secus verò si forma à lege præscripta, vt est
casus noster, tendat ad cōsequendum certum
167 finem, velnti ad certum quid probandum,
quia tunc, vt dixi, si talis finis habeatur per
modum æquipollentem, non minus valebit
168 actus, quàm si specificè fuisset formæ obtem-
peratum. *l. 3. C. de liber. præterit. l. 3. §. conditio.*
ff. de adimend. legat. cum alijs allegatis à Rota co-
ram R. P. D. Dunozeto Decano *in causa Roma-*
na Census, seu Depositi 8. Martij 1641. §. Nec
dicatur. versic. vbi forma, seu conditio respiciunt
certum finem, sufficit, quod finis ille, quomodocū-
que habeatur &c. Atquè hæc dicta sufficiant
circa materiam, quod in testamento pio nul-
lus omnino testis requiratur ad substantiam
169 illius, itaut nisi potuerit probari per testes,
sat erit, si quacumquè alia probatione potue-
rit de eo doceri, & quatenus veniat proban-
dum per testes non est necessè, vt sint rogati,
& etiam an liberi sint fauorabiliores, quàm
pia causa &c.

ARGVMENTVM.

Confessio propria sanè est omnium probationum illustrissima, & Regina & superat omnem probationem, etiamsi sit mille testium, & potentior est quolibet publico instrumento, Et confessus, habetur pro iudicato, cum tunc sint tātum partes Iudicis in exequendo, nam eo casu non est opus tela iudiciali.

Quare, si pars aduersa fateatur testamentum aliquod fuisse conditum ad pias causas, sed in eo nullatenus adesse solemnitates testamētarias, tunc ex tali confessione, satis superquè constare dicitur illud fuisse cōditum, & hoc satis esse ad illius probationem, cum solemnitates in eo nullatenus sint necessariæ.

Quod procedit etiamsi talis confessio sit extraiudicialis, & absente parte facta, quia secundùm æquitatem Canonicam, quæ in prædicta materia venit seruanda, satis dicta confessio probat, & vide in seq. cap. Et quid sit dicēdum attento iure Ciuili, quantum scilicet probet dicta confessio extariudicialis.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum conditum ad pias causas satis probatur per confessionem partis, asserendo fuisse confectum, sed sine solemnitatibus.*

2 *Probatio, quæ fit per confessionem superat omnes probationes.*

3 *Confessio vbi est, ibi est omne genus probationum, & superat præsumptionem iuris, & de iure.*

4 *Probatio, quæ fit per confessionem præualet etiā depositionibus mille testium. & num. 19.*

5 *Concordia non datur inter principalem, & testes.*

6 *Probatione omni sublata, non censetur sublata probatio per confessionem.*

7 *Errorem contra propriam confessionem volens probare, indiget efficaciori probatione.*

8 *Testes omni exceptione maiores requiruntur ad probandum errorem contra propriam confessionem.*

9 *Confessio partis, vbi adest, non est opus tela iudiciaria.*

Confessio propria nihil aliud expectat, nisi Iudicis executionem.

10 *Hæres, vt obtineat immissionem vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend. debet exhibere testamentum non cancellatum &c.*

11 *Limita, quando super hoc adest partis confessio, quia tunc non requiritur.*

12 *Executio si vigore statuti detur instrumentis publicis, eodem modo dabitur, si debitor coram testibus fateatur debitum, et de tali confessione, conficiatur scriptura.*

13 *Confessio æquiparatur instrumento, imo illi præfertur.*

14 *Statutum, si admittat solùm probationem per scripturam, & non per testes, non reijcit probationem per confessionem.*

15 *Voce sua, quod quis affirmauit, indignum est, vt id postea infringat. & nu. 16.*

17 *Viro probo non conuenit, vt id quod semel dixit postea infringat.*

18 *Remissoriæ petitionem Rota solet reijcere, quādo est contra propriam confessionem.*

19 *Testes dicuntur falsi, si deponant contra confessionem partis.*

20 *Confessio infringit probationem factam per testes, vel instrumenta.*

21 *Remissoriam Rota numquam concedit, quando prætenditur aliquid probari, quod postea non releuat.*

22 *Iudex non potest annullare probationem factam per propriam confessionem.*

23 *Peccatorum cartula reperta penes delinquentem non probat contra ipsum ad pœnam ipsi infligendam.*

24 *Confessio æquipollet instrumentis.*

25 *Legatum factū alicui satis dicitur probari per confessionem factam ab hærede testatoris, in ipsius testamento.*

26 *Amplia, si talis confessio fiat ad pias causas. & num. 27. & 28.*

29 *Peccat plus ille, de quo plus confidit testator, si non adimpleat per eum disposita.*

 30 Con-

30 *Confessio facta absente parte probat ad fauorem pia causa.*

31 *Ecclesia dominium probatur per confessionem extraiudicialem.*

32 *Confessio extraiudicialis non valet absente parte facta, si nullus pro eo stipuletur & n.33.*

33 *Lex ciuilis non admittit confessionem extraiudicialem.*

34 *Confessi pro iudicatis habentur, quando pars acceptauit confessionem.*

35 *Itaque non sufficit, si sit pars præsens, & taceat.*

36 *Confessio extraiudicialis facta absente parte semiplenam inducit probationem.*

37 *Quæ opinio est indubitata, & communis, & à diuersis Tribunalibus recepta, & nu.40.*

39 *Confessiones duæ extraiudiciales, vbi concurrunt, dicitur perfecta probatio.*

41 *Confessio probata per idoneos testes probat etiam de iure ciuili.*

42 *Confessio extraiudicialis nihil omnino probat de Iure Ciuili, & num.43.*

44 *Confessio extraiudicialis non debet mouere Iudicem.*

46 *Confessio extraiudicialis absente parte facta probat secundum æquitatem Canonicam,*

47 *Et facit plenam probationem, quæ opinio est indubitabilis, & coronata, num.48. 49. 51. & 52. & fuit dictum in diuersis Tribunalibus, vt num.53. & 54. 55. & 56.*

50 *Confessio extraiudicialis probat de æquitate Canonica, quod et habet locum in toto Regno, cum sit feudum Ecclesiasticum.*

57 *Rota Romana Tribunal est omnium Iurisconsultorum auriga, & magistra.*

58 *Rota Romana est iuris lucerna, totum illuminans Orbem.*

58 *Rota Romana contra communem habentem in se rigorem solet iudicare, cum æquitatem potius, quàm rigorem soleat amplecti. nu.58.*

59 *Iuris apices nullatenus attenduntur de Iure Canonico.*

60 *In Confessione propria ius Canonicum non respicit nisi mentem proferentis, spreto an sit iudicialis, vel extraiudicialis, & num 61.*

62 *Mentiri velle, nemo præsumitur, vel inaniter loqui.*

63 *Pactum nudum de Iure Canonico actionem, & obligationem inducit; & est vera, & communis opinio, num.64.*

65 *Confessio extraiudicialis quod non probet de æquitate Canonica plenè, plures DD. putant, sed inaniter. & num 66. et 67.*

CAPVT XXII.

IN TESTAMENTO condito ad pias causas si ad eius probationem non fuerint adhibiti testes, fateatur tamẽ pars testamentũ fuisse factum, sed dicat nullatenus substineri, quia testes non interuenerint, vel aliæ solemnitates, & tunc iudicandum est pro testamento pio, quia abundè per dictam confessionem partium dicitur constare de tali voluntate testatoris, cum testes in hoc testamento non requirantur pro solemnitate, sed solum ad effectum probationis, quando veritas aliter haberi non potest. de qua veritate in casu nostro
2 satis superque elucescit per talem confessionẽ, vt in puncto optimè respondit *Corn. in consil.* 215. *sub num.5. vers. Et idem indubiè respondendum est, si quis fateretur &c. lib* 3. & post cum sic quoque consulit *Euerard. l un. consil.* 27. *nu.* 40. *vol.* 1. & sic pariter sentiunt *Tiraquell. de priuileg pia. caus. priuileg.* 2. *§. Hoc autem intellige. vers. fatetur tamen pars testamentum, sed dicat non valere &c.* Mart. *de success legal part.* 4 *quæst.* 8. *art.* 3. *sub num.* 8. *vers. potest enim constare per confessionem.* Thomas Maulius *in tractat. de vltim. volunt. lib.* 1. *titul.* 13. *num* 8. Dicastill. *de iustit. & iur. lib.* 12. *tractat.* 9. *dub.* 10. *disput.* 1. *num.* 116. Match. *de pest. part* 8. *cap* 6. Francisc. de Barry. *in tractat. de testament lib.* 1. *titul.* 4. *sub num.* 7. *vers. certè si aduersarius fateretur factum esse testamentum &c.* Io. Angel. Boss. *in suis moralib. titul.* 12. *§.* 1. *part. vltim. tom.* 1. *sub num.* 37. *vers. sive per confessionem partis, qua fateretur &c.* Fern. Vasq *de success. creat. lib.* 3. *§.* 22 *limita.* 11. *sub num.* 6. *vers. si per confessionem partium &c.*

Accedit etiam, quod probatio, quæ fit per confessionem superat omnes probationes. *l. te. vbi Doctores C. de probat l. generaliter. C. de*
3 *non numerat. pecun. cap. per tuas. de probat* Rota *decis.* 170. *num* 4 *part.* 4. *diuers.* Card Mantic. *decis.* 57. *n* 8. & Ludou. *decis. Lucens.* 5. *nu.* 50. Barz. *decis.* 140. *num.* 4. Ricc. *collectan.* 3958. *in princ. cum alijs allegatis coram Eminentiss D.* Card. Corrado *in causa Bituntina Census* 27. *Nouemb.* 1645. *§ penultim. vers. demum ex certa propria confessione quæ omnes alias probationes praecellit &c.* Insuper, & vbi est confessio, ibi est omne genus probationis superatque præsumptionem iuris, & de iure, Estq. sic potens,
4 vt præualeat etiam depositionibus mille testium contrarium testificantiũ *ex allegatis per* Gabr. *de testib. conclus.* 4 *nu.* 77 *vers. magis creditur confessioni principalis, quàm mille testibus contrarium asserentibus &c. et dixit* Rota *corã bon. mem.* Gregor. XV. *decis.* 357. *num.* 3. *vers. ubi confessio præualet mille testibus, & ibi* Beltram. *in addit. in litera B. dat concordantes, & adde decis.* 214. *nu.* 4. *coram* Vrgellen. *vers. quia confessio partis præualet mille testibus &c.*

5 Hinc est, quod inter principalem, & testes non datur concordia. Quoque, et meritò Rota seruat denegare remissoriam, si sit contra confessionem partis, vt infra dicam. Vlterius sublata omni probatione, non censetur sublata confessio, imo etiam quando scriptura esset de substantia, admittitur partis confessio. Vndè

Digitized by Google

de existente confessione non aliter, ac si testiũ depositiones, vel scriptura exhiberetur. *l. cum te. C. de transact.* & specialiter deciditur *in l. fin. C de fideicomm.* vbi Bart. *num. 3. vers. nota multùm istam legem, & Bald. num. 26. vers. ad de hunc legi &c* Castr. *sub num. 5. vers. & secundum hanc lecturam &c.* Alberic. *sub nu. 3. in fin.* Ias. *num. 4. vers. secundo nota &c. & in cap. iudicante. ibique glos. & DD. in verb. nudis verbis de testam.* Rip *in l. nemo potest. num. 30. vers. nota hanc solutionem. ff. de legat. 1.* Surd. *decis. 10. num. 12. vers. Secundo respondetur.* Alu. Valas. *de iur. emphyt. quaest. 7. num. 27. vers. nisi aduersarius sponte fateatur, tunc enim non indigemus scriptura &c.* Anton. de Gamm. *decis. Senatus Lusitaniae 43. num. 2. vers. quia in casu, quo aliàs requiritur scriptura, sufficit confessio patris &c.* Rota penes *bon. mem. Card.* Mantic. *decis. 57. sub num. 9. vers. & ita vim habet scriptura, & sa. me.* Greg. XV. *decis. 234. nu. 14. vers. et clarum est &c. et Card.* Verosp. *sen. decis. 15P sub nu. 1.4. vers. & sit fortior instrumento, & quacumque alia probatione &c. part. 4. recent.*

Vnde non est mirum, si volens probaret errorem contra propriam confessionem indiget efficaciori probatione propter aliam maiorẽ probationem, quàm contra se habet. Dec. *in consil. 105. Pro tenui. num. 3. ad med. vers. cum ergo ista probatio erroris.* Abb. *in cap. quia verisimile in 2. notab. de praesumpt.* Butr. *in cap. super hoc de renunt.* Bero. *consil. 147. nu. 34. lib. 2.* Aym *consil 75 num. 34. & cons. 56. nu. 3.* Surd. *consil. 6. num. 12. vers. ita vt, qui contrarium probare &c. l. b. 1. & consil 192. num. 13. ad med. lib 2.* Itaque testes debent esse omni exceptio-
8 ne maiores in personis, & dictis, ita vt probationes sint manifestissimae, *vt concludunt omnes in l. 2. § si quis neget vbi* Bart. *col. fin. ff. quemadmod. testam. aper.* Bald. *in l. in exercendis C. de fid. instrument & in consil 37. in fin. lib. 1.* Alex. *cons. 43. num. 24. lib. 4.* Io. de Anan. *consil. 97. num. 2. Iuxta § item verborum. Instit. ff. de inutil. stipulat.* Gratian *discept forens. cap. 789. nu. 6. vers vnde non mirũ, si volens probare errorẽ &c.*

Sicque vbi adest partis confessio non indi-
9 gemus tela iudiciaria, cum nihil aliud expectetur nisi Iudicis executio *ex allegatis per Rotam in causa Romana pecuniaria 27. Iunij, 614. coram bon. mem.* Pirouano. *§. pro canone autem. vers. ea confessione substinctae partes Iudicis sunt in exequendo, cum non requiratur alia probatio extrinseca &c. et in causa Florentina Decimarum 29. Ianuarij 1625. coram Eminentiss. D. Card.* Verospio *vers. confessus habetur pro iudicato &c. et in causa Sancti Seuerini Dotis, seu Saluiani 4. Maij 1640. coram Reuerendissimo P. D. meo* Dunozetto Decano. *§. altera verò est. vers confessio habet vim rei iudicata &c. & coram Eminentiss. D. Card.* Corrado *in causa Romana Pecuniaria 19. Ianuar. 1646. §. 1. vers. vnde ipsius resultat confessio, qua paratam aduersus illum habet executionem &c. et coram R. P. D.* Roias *in causa Auenionen. Haereditatis. confessio partis praeualet instrumento &c.*

Hinc est, quod licet ad validitatem iudicij immissionis in possessionem bonorum defuncti *vigore leg. fin. C. de edict. D. Adr. tollend.* om-
10 nino requiratur, vt exhibeatur instrumentũ non cancellatum, non abolitum, attamen si pars aduersa fassa fuerit in iudicio existentiã testamenti ad fauorem alterius partis, hoc sufficit ad effectum consequendi validam im-
11 missionem vigore *d. l. fin.* absque alia testamenti exhibitione, & hoc ex ea ratione de qua supra, quia confessio partis aequipollet instrumento, vt scribunt *Bald. in d. l. fin. num. 47. ad fin. ibi q.* Alex *num. 21.* Dec. *num. 39. prope fin.* Iacobin. *in n. 33.* Menoch. *de adipiscend. remed. 4. num. 102.* Mart. *de success. part 4. quaest. 16. art. 1. num. 7. vers. si testamentum probaretur per confessionem aduersarij &c. cum alijs allegatis per* Argel. *de acquir possess. art. 15. n. 32 & respondit* Rota *coram Reuerendiss. D.* Terraconen. *10. Iunij 1648. §. Nullitates autẽ vers. alia testamenti exhibitione ex hac ratione, quia confessio partis aequipollet instrumento &c.*

Pro vt etiam dicimus, quod si dabitur executio vigore statuti, illam dantis instrumentis
12 publicis, eodem modo dabitur, si debitor coram testibus fateatur se debitorem alicuius, & de tali confessione conficiatur scriptura. Menoch qui alios allegat. *de accipiscend. remed. 4. num. 12. vsque ad num. 105.* tamquam confessio aequipareetur instrumento, immo illis anteferatur. *l. cum te. C. de transact.* Coephal. *in consil. 192. num. 8. & cons. 687. num. 84. & seqq.* vbi multa, & in puncto *Gratian. discept. forens. cap. 750. num. 21. vers. si debitor coram testibus se esse debitorem alicuius &c.* vbi etiã ait, quod si statutum admittat solum probationem ex
14 scriptura, non ex testibus, non reijcit probationem ex confessione. *Bald. in auth. sed nouo iure. C. si cert. pet.* Dec *in cap. 1. col. pennlt. vers. noue declara. de probat.* Meritoque enim confessio propria vocatur probatio omnium probationum Illustrissima, & probatio superlatiua *Riminald. l un consil. 502. n. 3. lib. 5.* Bero *consil. 16. num. 2. lib. 2.* Et dicam, relictis infi-
15 nitis allegationibus, vna cum Imperatore Iustiniano *in l generaliter. C. de non numerat. pecun.* Nimis est indignum, quod sua quisque
16 voce affirmauit, id postmodum infringere velle. Nec conuenit viro probo, quod semel
17 dixit, postea reuocasse, sicuti ratiocinata est *Rota penes Caputaquen. decis. 190. la prima. n. 2. vers. non conuenit. part. 1. et decis. 158. num 11. vers. quod nõ conuenit viro bono &c. corã Card.* Lancellot. *part. 1. recent.*

Quarè & iure meritò Rota solita est reijcere petitionem remissoriae, quãdo articuli ver-
18 sãtur cõtra ea, quae ipsa pars confessa iam fuit *ad text. in cap. in praesentia. §. praeterea. de probat. tum alijs coram Reuerendiss.* Vrgellen. *d. decis. 214. num. 3. vers. remissoria non datur ad pro-*

*probandum id, cuius contrarium constat ex cõ-
fessione eius, qui remissoriam petit &c. et coram*
Buratt. *decis.* 877. *num.* 7 *vers. non est dandare-
missoria contra propriam confessionem &c.* & de-
inde *fuit dictum coram R P. D. Rojas in causa
Ferrarien.* Pecuniaria 11. *Nouembris* 1651. *§ fin.
vers. contra propriam confessionem numquam cõ-
ceditur remissoria &c.* Et merito fit talis dene-
19 gatio, quia, vt dixi *supra num.* 4. confessio par-
tis præualet mille testibus, imo & quod plus
est, testes dicuntur falsi, quando deponunt cõ-
tra principalis confessionem, *vt post Innocent.
& Dec. sensit Rota coram* Caputaqnen. *decis.* 483.
aliàs 20 *part.* 3 *numer.* 6. *vers. præterea aliqui ex
testibus deponunt falsum, quia principales faten-
tur, & ipsi negant &c.*

Vnde non mirum, si confessio infringat etiã
20 iam factas probationes per testes, vel instru-
menta, *vt constat ex allegatis per* Mascard. *de
probat conclus.* 343. *num* 2. *vers. confessio infrin-
git probationes factas &c.* & Rota numquam
concedit remissoriam, quando id, quod prætẽ-
21 ditur probari, non releuat, cum hoc aliud nõ
esset, nisi tempus conterere, *vt plenè iam de-
duxi in Annotat ad decis.* 606 *à num.* 41. *part.* 5.
recent tom. 2. Accedit etiam, quod Iudex nul-
22 lam non potest declarare confessionem partis,
vt post Cephal. & Crauett. probat *Cyriac con-
trouers.* 427. *num.* 12. *vers. non posse nullam pro-
nunciare &c.* Matt. *de success. part.* 4. *quæst.* 2. *ar-
ticul* 5. *num.* 2. *vers. quia confessionem partis non
potest Iudex nullam pronunciare &c. cum alijs
allegatis per* Ricc. *decis.* 171. *part.* 1 *num.* 5. *versic.
nec Iudex potest iudicare confessionem nullam
esse &c.* & vide ibi *num.* 8. vbi tamen probat,
23 quod cartula peccatorum reperta penes delin-
quentem, nõ probet contra ipsum ad pœnam
infligendam, & vide ibi nè à proposita materia
discedam.

Vndè in puris terminis dispositionis ad piã
24 causam, vt ea plenè dicatur probata per con-
fessionem partis, non aliter ac si testium de-
positiones, & scriptura exhiberetur, præter su-
pra adductos DD nuper fuit dictum *in Rota
in causa Romana Legati* 22. *Iunij* 1650. *coram
Emin. D. Card.* Corrado. *§. Nam illud probatur.*
Vbi fuit decisum, Legatum factum alicui, satis
25 dicitur probari per confessionem factam ab
hęrede testatoris, qui dictum legatũ reliquit,
asserendo, *tale legatum fuisse relictum tali per-
sonæ.*

Ibique ampliatur id multò magis procede-
re in casu nostro, scilicet quando tale legatum,
26 seu quęlibet alia dispositio ad piam causam
fuit ordinata, et extenditur eò fortius id sibi
vsurpare locum, quando talis confessio exone-
27 rationem conscientiæ ipsius hæredis contine-
ret, qui diutius defecerat, & distulerat, illud
28 legatum pium soluere, ac adimplere, vt tene-
batur. *l. nulli. C de Episcop. & cleric. l.* 2. *& l. fin.
C. de fideicomm. & in Auth. de hared. & Falcid.
in §. his igitur à nobis præordinatis, & in cap. in-
dicante, & cap. nos quidem, & cap. si hæredes ex-
tra de testib.* Bald. *in d. l. fin. sub num.* 26. dicens,
29 quod plus peccat ille, de quo plus confidit te-
stator. C. *de fideicommiss. Franc.* Aretin. *cons.* 93.
Viso legato. sub numer. 1. *vers. ita quando aliquis
scit se ex lege conscientia &c.* Addo *Tiraquell. de
priuileg. pia causa. priuileg* 2. *§. Hoc autem intel-
lige, vers. in foro conscientia peccaret &c. Rota
coram bon. mem. Card.* Seraph. *decis.* 487. *num.* 11.
*vers. confessio facta pro exoneratione, conscientia
prodest &c.*

Et generaliter quod confessio extraiudicia-
30 lis in fauorem piæ causæ, absente parte facta
propter dictam absentiam non possit reuocari,
benè concludit Tiraquel. *in d. priuileg. piar. caus.
priuileg.* 116. *cum ibi allegatis*, quibus adstipu-
lantur *Ricc. & Thor in addition. ad dictum pri-
uileg.* 2. Quare in Senatu Neapolitano, teste
Afflict. decis. 164 fuit decisum per confessionẽ
cuiusdam priuati, quod certum territorium à
31 se retentum erat Ecclesiæ, probari dominium
Ecclesiæ. *Francisc. Viu. decis.* 486. *num.* 3 *versic.
confessio extraiudicialis ad exonerandã conscien-
tiam plenam quidem inducit probationem &c.
& dixit Rota coram Eminentiss. D. Card* Cor-
rado *in causa Romana Fideicommissi de* Capite-
ferro 10. *Maij* 1645. *§ Huiusmodi autem. vers.
ex prædictis satis probatur, abundè magis cõuin-
citur ex declaratione facta in testamento &c. &
iterum coram eodẽ in eadem causa sub die* 19. *Fe-
bruarij* 1648. *§. Hac autem. vers. huiusmodi con-
fessio in testamento facta ob recognitionem bona
fidei, qua in effectu exonerationem conscientia
importat &c.*

Nec quidquam releuat, si opponeretur prę-
32 dictam confessionẽ nullius esse roboris, quan-
do esset extraiudicialis, ad fauorem absentis,
pro quo nemo fuit stipulatus, & sic tamquam
33 facta absente parte, legitimam non inducit
probationem. *arg. leg. certum. §. si quis absente.
ff. de confess. & leg. fin. ff. de interrogatorijs action.
& not glos. in l. cum de indebito. §. fin. ff. de probat.
& in cap. si cautio de fid. instrument. in l vnica.
C. de confess. & in cap. fin. ext. eodem.* cum alijs
multis relatis *à Gabr. in tit. de confess. cõclus.* 1.
num 1. sensitque *Rota in causa Romana pecu-
niaria coram bon. mem.* Penia. *est inter eius à me
impress. decis.* 332. *num.* 3. *vers. confessio extra iu-
dicium facta absente parte non facit probationem
contra confitentem &c.* & in causa *Romana
Mutui de Celsis coram bon. mem. Card.* Caualer.
est inter eius impress. decis. 492 *num.* 6. *versic con-
fessio extra iudicium facta non releuat &c. et co-
ram* R. P. D. Bichio *in causa Carpentoraten. Hæ-
33 reditatis* 5 *Iunij* 1648. vbi dicitur, quod regu-
la iuris Ciuilis est non admittere confessionẽ
extra iudicialem &c. *& antea coram* R. *P. D.*
Rojas *in causa Maceraten Census* 15. *Febr.* 1641.
*§. Denique vers. assertionem factam fuisse parte
absente, qua ideo illi non nocet &c.*

Nam, & licet verum sit, vt dixi, supra quod
34 confessi pro iudicatis habentur, id sanè ita
acci-

accipiendum est, dummodò pars aduersa ex-
35 pressè acceptet confessionẽ, Nec sufficit enim
præsentem esse, & tacere, vt notat Cyn. in leg.
vnic. C. de confess. quæst. 9. receptus secundum
Rip. in rub. ff. de verb. obligat num. 22. ita etiam
tenet Salicet. in l. iubemus. C. de liberal. caus. et in
l. generaliter in 6 quæst. C. de non numerat. pecun.
vbi refert se ita consuluisse, & refert Alex. in
consil. 20. num. 1. vol. 4. et in consil. 111. numer. 7.
vol. 3. et consil. 174. num. 2. vol. 6. & hanc opinio-
nem esse communem, testatur Ias. in l. error.
num. 3. C. de Iur. et fact. ignorant. & communẽ
etiam asserit Alciat. in rub. ff. de verb. obligat.
num. 3. latè Francisc. Cald. quæst. forens. seu re-
cept. sentent. lib. 2. quæst. 31. num. 2. vers. dummo-
do pars aduersa expressè acceptet confessionẽ &c.
& vide latè prædictam conclusionem, an, &
quatenus vera sit.

Sunt tamen multi Doctores sentiẽtes, quod
36 licet confessio extraindicialis facta absente
parte plenam non inducat probationem, ta-
men faciat semiplenam, iuxta communem de
qua attestatur Ias. in l. admonendi. nu. 158. ff. de
iureiur. cum adductis per Polydor. Rip. singul.
obseruat. 266. & Senator Bell. in tractat. de his
quæ fiunt in continent cap. 114. lib. 1. Afflict. de-
cis. Neapolit. 12. num. 2. vers. quia confessio ex-
tra iudicium facta, absente parte, probat semi-
plenè &c. et decis. 337. num. 6. vers. facit semiple-
nam probationem &c. et decis. 364. numer. 4. vers.
confessio extra iudicium parte absente, probat se-
miplenè etc. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 9. nu. 1.
vers. inducit semiplenam probationem etc. & as-
serit de indubitata, & communi omnium opi-
37 nione, testaturque ab ea, nec in iudicando,
nec in consulendo nõ esse recedendũ. Io. Petr.
Fontanell. decis. Catalon. 258. num 7 vers. con-
fessio extraiudicialis legitimè probata facit semi-
plenam probationem etc affirmatque id procul-
dubio procedere. Francisc Viu. decis. Audient.
Baren. 191. num. 1. vers. indubitanter quidem sal-
tem semiplenè probat confessio extraiudicialis in-
ter alias personas facta in fauorem alicuius tunc
absentis &c. Io. Domin. Gait. in tractat. de credit.
cap. 2. titul. 3. articul. 1. numer. 226. vers confessio
absente parte semiplenam inducit probationẽ &c,
fidemque facit de receptissima opinione. Et de
38 cõmuni opinione pariter testatur Hieronym.
Magon. decis. Florent. 135. num. 11. vers. quæ se-
miplenè probat secundum communem opinionem.
Senatus Neapolitanus penes Afflict. decis. 337.
num. 6. vers. communis conclusio est. quod confes-
sio extra iudicium parte absente facit semiplenã
probationem. Rota March. apud Marc. Ant. de
Amat. decis. 13. num. 1. versic. confessio extraiudi-
cialis semiplenè probat. Senatus Mantuanus se-
cundum Io. Petr. Surd. decis. 12. num. 4. vers. facit
semiplenam probationem.

Vbi etiam asserit, quando concurrunt duæ
39 confessiones extraindiciales super eadem cau-
sa, tunc cum vnaquæque faciat semiplenam
probationem simul iunctæ probabunt plenè.

adde Rota Ianuen. decis. 199. num. 5. vers. semi-
plenam facit probationem &c. atque de cõmu-
40 ni Doctorum opinione à qua in iudicando, &
consulendo non sit recedendum etiam pluri-
bus relatis. asseuerat Matth. Berlic. in suis con-
clus. practicabil. part. 1. conclus. 36. num. 101. vers.
confessio extraiudicialis absente parte emissa semi-
plenam probationem facit &c. sentitque Rota
penes Crescent. decis. 1. numer. 1. vers. confessio
extraiudicialis absẽte parte probat semiplenè &c.
de confess. Aduerte tamen vt confessio extra-
indicialis semiplenè probet, probanda est ple-
nè, prout monet Hieronym. Magon. decis. Lu-
cens. 46. num. 11. & 23. vers. vt semiplenè probas-
set &c. vtique quando est probata per testes
41 idoneos probat etiam de iure ciuili. l. desyde-
rium. C. deposit. sentitque Rota coram bon. mem.
Penia decis. 409. num. 3. vide infra.

Alij vero Doctores oppositum sentiunt, sci-
42 licet talem confessionem omnino nihil proba-
re, & præsertim Salycet. in l. bonæ fidei. 3 nu. 21.
vers. sextum exemplum. C. de reb. credit. & ibi
etiam Bald. num. 20. vers. modo quæro de viua
voce &c. Ias. sibi quodammodo contrarius in
l. siue apud acta. num. 2. C de transact. Coras. in
l. admonendi. nu. 76. & seq. C de iureiur. Vincent.
Mancin in tractat de confess. cap. 2. num 7. vers.
imo magis communis est sententia, vt nihil probet,
& antea pariter de magis communi opinione
attestatur Hercul. in tractat de probat. negat. nu-
mer. 198. versic. quadragesimo sexto fallit &c. &
post eum pariter de magis communi opinio-
ne affirmat Mascard. in tractat. de probat. vol. 1.
conclus. 349 n. 6. vers. quia tunc nihil probat &c.
& asserit id docuisse ab Vlpiano, & Sceuola, vt
ibi per eum, de communi quoque sententia
pluribus DD. adductis testatur. Anton. Gabr.
in suis commun. conclus. titul. de confess. sub nu-
mer. 53. vers. contrarium, quod etiam semiplenã
non faciat probationem.

Et quod de rigore Iuris confessio extraiu-
43 dicialis absente parte facta non releuet. dixit
Rota coram bon. mem. Pirouano in causa Roma-
na Redditionis rationis 16. Ianuarij 1634. quam
retuli in 6. part. recent. decis. 256. nu. 1. vers con-
fessio extraiudicialis non releuat &c. cum alijs
adductis supra num. 36. Et benè inquit Innocent.
in cap. interposita. de appellat. quod confessio
44 recepta extra iudicium non accipitur, nec
mouet Iudicem ad credendum, ex quibus vi-
detur innuere Innocent. quod confessio extra-
judicialia nõ moueat Iudicem ad credendum,
ex eo quia talis confessio non probet plenè, &
videtur, quod nec semiplenè. An autem talis
confessio faciat indicium ad torturam plenè
videatur. Farinac. quæst. 37. num. 47. & q. 84.
num. 23. & Guazz. ad defens. cap. 34. per tot. vi-
de infra num. 68.

Quidquid tamen sit de supradictis opinio-
nibus, primam de qua à nu. 36. videri verio-
rẽ quibusdam tamen requisitis cõcurrentibus
45 vt fusè suo loco dicam, Nam hic ad casum

nostrum

nostrum non est opus ingredi tam magnam sylvam, quia indubitatum est, supradicta procedere de Iure Ciuili, sed secus de Iure Canonico, nam secundum æquitatem Canonicam
46 (quæ in causis pijs seruari debet in vtroque foro, ex rationibus, iuribus, & Doctoribus à me supra adductis cap. 1. per tot.) confessio extraiudicialis absente parte facta, plenam facit
47 probationem, iuxta notata per glos. quæ reputatur admodum singularis, in can. quoties cordis oculus. in verb. et per te. 1. quæst. 7. eamquè vti communem, et veriorem extollunt, & se-
48 quuntur passim Doctores, & ferè prædicta sententia est indubitabilis, & coronata, vt apparet ex multis DD relatis tàm per Mascardum in tractat. de probat. conclus. 357. à nu. 57. vbi hanc opinionem predicat veriorem, & communiorem, quàm per Ant. Gabr. in titul. de confess. conclus. 1. num. 46. vbi de communi,
49 & recepta opinione, latèque hanc conclusionem tamquam verissimam admittũt fere omnes Canonistæ in cap. si cautio. de fid. instrumen. Et ab hac opinione non esse recedendum in practica, protestatur Thom. Grammatic. in consil. ciuil. 116. nu. 5. vers. opinio dicta glos. est communis, ideo ab ea nec in decisiuis, nec in practica est recedendum, & sequitur Marescot. variar. resolut. cap. 44. num. 4. vers. confessio extraiudicialiter facta de æquitate Canonica plenè probat contra confitentem &c. ac nuper pluribus relatis de communi opinione attestantur Ioseph. Pelin. in Margarit. variar. conclus. in verb. confessio. § Confessio extraiudicialis etiam absente parte facta plenam inducit probationem, & confitenti præiudicat de æquitate Iuris canonici, vt pro communi &c. Horat. Pers. in consil. ciuil. 5. num. 13. vers. in foro Ecclesiastico confessio extraiudicialis parte facta absente plenè probat &c. ibiquè etiam post Alex. Trentacinq. consil. 51. num. 16. vol. 1. inquit, id in toto Regno debere
50 procedere, cum sit feudum Ecclesiasticum. Marc. Antõn. Genuens. in suis practicabil. Ecclesiast. Tricenar. 26. quæst. 768. num. 2. vbi refutata contraria opinione, indubitanter asserit, de æquitate Canonica confessionem factã
51 absente parte probare, & testatur hanc esse communem opinionem, quam tenent grauissimi Doctores. Videatur Cauall. commun. contra commun. quæst. 17. num. 2. vbi reiecta contraria opinione, asserit hanc sibi videri magis veram, & communem. Iul. Cæsar. Caluin. in tract. de Æquitat. lib. 1. cap. 63. n. 4. vers. de æquitate tamen canonica &c. vbi ait, confessioni factæ siue presente, siue absente parte
52 de æquitate canonica statur, etiam erroneæ, ac extraiudicialiter emanatæ.

Sic quoque diuersa Orbis Tribunalia sen-
53 ferunt, & præsertim Rota Auenion. apud Hieronym. à Laurent. decis. 62. sub num. 1. vers. inspecta æquitate Canonica, quæ obligat confitentẽ parte etiam absente &c. Audientia Baren. penes Fracisc. Viu. decis. 486. nu. 1. vers. taliter, quod ea de æquitate canonica valida quippe redditur, plenèque probat contra confitentem &c. Senatus Pedemõtanus teste Anton. Tessaur. decis. 109. sub num. 6. vers. æquitas Canonica vult confessionem factam absente parte facere plenam pro-
54 bationem &c. testaturque de veriori, et communiori sentẽtia. Rota Lucen. penes Hieronym. Magon. decis. 46. sub num. 10. vers. plenè probat de æquitate canonica. Rota Marchiæ, vt scribit Marc. Anton. de Amat. decis. 13. vers. de æquitate canonica confessio extraiudicialis facta absẽte parte probat &c.

Nec deficit ad corroborandam supra relatam acceptissimam opinionẽ auctoritas Ro-
55 tæ Romanæ, nam eam inuicta constantia, vt reperio, amplexa fuit, & præsertim penes Put. decis. 12. sub num. 2. vers. de iure canonico confessio extra iudicium plenè probat. lib. 2. et decis. 53. num. 1. vers. confessio extraiudicialis de Iure Canonico probat &c. eodem lib. 2. Rota decis. 4. num. 1. coram bon. mem. Cantuc. vers. confessio extraiudicialis etiam absente parte facta plenè probat &c. part. 2. diuers. ibique testatur de cõmuni. Card. Seraph. decis. 487. n. 6. vers. secundum æquitatem canonicam iuxta quam confessio præiudicat etiam absente parte &c. et fuit dictum coram bon. mem. Coccino decis. 170. nu. 10. vers. confessio in omnem euentum erit extraiudicialis, quæ de æquitate canonica plenè probat &c. nec non coram bon. mem. Cumitulo decis. 168. num. 4. vers. probant de æquitate Canonica &c. et coram bon. mem. Penia decis. 94. num. 7. vers. confessio extraiudicialis de iure Canonico plenè probat &c. et decis. 409. num. 1. vers. confessio licet extraiudicialis de æquitate canonica etiam parte absente probat &c. Idemque fuit decisum coram bon. mem. Vrgellen. 188. nu. 1. vers. quæ confessio licet extraiudicialis de æquitate canonica plenè probat contra confitentẽ &c. & coram bon. mem. Buratt. decis. 317. numer. 6. vers. quæ confessio extraiudicialis de æquitate canonica plene probat &c. et coram san. mem. Gregor. XV. decis. 408. num. 2. vers. etiamsi emanasset parte absente probat &c. et sæpe sæpius fuit admissum in recent. et præsertim in decis. 158. sub num. 11. vers. saltem procedit in vim extraiudicialis confessionis &c. part. 1. vbi apertè Rota fatetur de magis communi opinione, et decis. 404. sub num. 2. vers. licet fuerit extraiudicialiter facta tamen de æquitate canonica probat &c. part. 2. et decis. 463. sub num. 4. vers. cum confessio extraiudicialis probet de æquitate canonica &c. part. 3. decis. 157. sub num. 1. vers. etiam de æquitate canonica procedit in confessione extraiudiciali, vt plenè probet &c. part. 4. et decis. 256. n. 2. vers. cõfessio extraiudicialis plenè probat contra confitentem &c. par. 5. et decis. 218. num. 5. vers. parte absente emanata de æquitate Canonica plene probat &c. part. 6. et decis. 207. num. 8. vers. licet sit confessio extraiudicialis tamen de æquitate canonica operat. &c. part. 7. & deinde fuit resolutum coram Eminentiss. D.

Card.

Card. Verospio *in causa Viterbien. Census 7 Iu-*
nij 1638. §. Secūdo hæc ad minicula vers. maxi-
mè procedunt inspecta canonica æquitate, cum
secundum eam recipiat & obliget confessio facta
absente parte &c. et *coram* R. P. D. Bichio *in*
causa Romana Diuisionis 20. Iunij 1639. §. Nō
obstat vers. de æquitate Canonica probat etiam
confessio parte absente emissa &c. Videatur *Frā-*
cis. Viu. *d. decis. 386. num. 14.* vbi paternè mo-
net, vt prædicta opinio omninò retineatur, &
56 eò libentius, quia Rota Romana eam rigore
abiecto amplectitur, cum tale Supremum Tri-
bunal sit omnium Iurisconsultorum auriga,
57 et magister, iurisque Lucerna, totum illumi-
nans Orbem, taliter quod, vt subiungit, Rota
ipsa Romana meritò quidem solet contra cō-
58 munem habentem in se rigorem iudicare, cū
æquitas ipsa potius, quàm rigor debeat am-
plecti, De iure enim Canonico apices iuris nō
attenduntur *cap. dilecti, & ibi gloss. in verb. sub-*
tiliter, vbi *omnes de iudicijs* sed sola spectatur
æquitas, quamobrem in confessione propria
per dictum ius Canonicum non inspicitur, nisi
60 mens proferentis, et non attenditur vtrum
confessio sit extraiudicialis, vel iudicialis, ita-
que quotiescunque apparet de intētione pro-
ferentis, æquitas canonica, iudicare solet secū-
61 dum verba, quonis modo prolata. *cap. Anti-*
gonus 1. ext. de pact. can. iuramenti. 22. quæst 5.
& notant Doctores *in cap. si cautio.* & ibi *Felin.*
num. 27. Butr. *num. 7.* Card. *in fin. in vltima op-*
positione de fid. instrument. Matth. de Afflict *de-*
cis. Neapolit. 164. num. 5. vers. confessio probata
per testes &c. Francis. Viu. *decis. Audient. Baren.*
486. num. 4. vers. soletque ius canonicum vbicū-
que appareret de intentione loquentis &c. opti-
meque ratiocinata est *Rota Rom. in causa Flo-*
rentina Decimarum 29. Ianuarij 1635. coram
Eminentiss. D. *Card.* Verospio. *est decisio 12. n.*
14. vers. de æquitate Canonica non inspicitur,
nisi mens proferentis &c part. 7. recent.

Et sine dubio nemo præsumitur velle men-
62 tiri *ad text. in l. merito. ff. pro soc.* vel inaniter
loqui. *cap parochianus, vltim. de sepultur. Felin.*
in cap. si cautionum. 29. de fid. instrum. Hiero-
nym. à Laurent. *decis. Auenion. 63. num. 1. vers.*
Ne præsumatur quisquā velle mentiri &c. Hinc
quoque est de iure canonico pactum nudum
63 obligationem, & actionem producere *d. cap. 1*
vbi omnes de pact. cap. quamquam. de vsur. in 6.
& est communis opinio ferè omnium DD. vt
64 inquit *Corn. in consil. 83. num. 1. vers. secus est*
de Iure Canonico &c. lib. 4. Rota decis. 492. n. 1.
vers. nullum adest dubiū, quin pactū nudū &c.
part. 5. recent. & alibi latè dicam.

Nec est curandum, licet nonnulli Doctores
absolutè negent, nullatenus subsistere prædi-
65 ctam opinionem, quod de æquitate Canoni-
ca cōfessio extraiudicialis absente parte ema-
nata plenè probet. et præsertim id tenet *Alex.*
in consil. 180. sub num. 7. vers. Non obstat si di-
catur, quod de iure Canonico confessio facta &c.
lib. 2. vbi attestatur sic communiter teneri. ita
quoque senserunt alij plures adducti per *Fer-*
nand. Vasq. *de success. lib. 3. §. 23. limitat. 18. sub*
num. 26. vers. Contrariam partem &c. vbi ex-
66 pressè dictam opinionem approbat, et ait.
numquam apud eum dubium fuisse, quin
prædicta sententia verior esset.

Tamen, vt dixi, non est curandum de tali
eorum opinione, quia ex supra relatis DD. cō-
67 stat contrariam esse veriorem, et communio-
rē, quam diuersa Orbis Tribunalia sine scru-
pulo sequuntur, vt supra *à num. 53.* tamquam
optima quidem ratione munitam, & in specie
Alex in d. consil. 180. reprobatur *à Dec. in cons.*
162. sub num. 2. vers. ista opinio videtur commu-
nis, quidquid dixerit Alex. &c. & à Curt. *in*
consil. 168. n. 12. vers. quidquid dixerit Alex. &c.
& à Rota *decis. 4. n. prim. vers. Licet contrariū*
teneri testetur Alex. consil. 180. *nu. 7. lib. 3. tamen*
reprobatur part. 2. diuers. Vide in seq. capite
vbi dictam opinionem declarabo.

ARGVMENTVM.

Confessio extraiudicialis quantumuis verum sit, quod secundum æquitatem Canonicam probet, tamen talis æquitas non intrat quando sumus in criminalibus, quia tunc clariores probationes requiruntur ad aliquem cōdemnandum.

Item dicta æquitas cessat, si ea confessio non fuerit probata per testes contestes cum aliàs ipsi non releuent. Item silet prædicta æquitas, si cōfessio extraiudicialis incidenter, & ad aliū finem emanauerit, & maximè si essemus in criminalibus.

Mulier accusata de furto, si adulterium fateatur, an ex tali confessione posit damnari, & an in tali delicto possit Iudex procedere ex inquisitione. In admittenda probatione per confessionem extraiudicialem secundum æquitatē Canonicam, Iudex valdè circumspectus sit, & omnia benè penset, quia verba in absentes, sicut vmbræ, solent volitare, absque vlla proferentis consideratione, ioci, vel iactandi causa prolata.

Confessio extraiudicialis, licet iuxta æquitatem Canonicam, secundum aliquos DD. non probet, si sit facta absente parte, quæ opinio valde controuersa est, tamen quando sumus in materia causæ piæ, cessat omnis amaritudo, quia quando aliquid promittitur vel confitetur ad fauorem causæ piæ, cum id respiciat DEVM, qui vbique est præsens &c. non est opus discutere talem controuersiam adeo sinuosam.

Fauore dotis, cum valeat donatio, seu promissio facta mulieri, quamuis ea absente, ita etiam multò fortius debet intrare prædicta conclusio fauore, piæ causæ, & quare.

Be SVM;

SVMMARIVM.

68 *Confessio extraiudicialis de æquitate Canonica, non probat, quando sumus in criminalibus.*

69 *Scilicet ad effectum infligendi confitenti pœnam ordinariam.*

70 *Clericus confitens se cõmisisse crimen adulterij, ex hoc non priuatur beneficio, sed solum suspenditur.*

71 *In Delictis probandis probationes debent esse clariores ipsaq. luce meridiana.*

72 *Confitens in criminalibus non habetur pro iudicato.*

73 *Occidisse aliquem. si quis id fateatur, & non constet de corpore occiso, talis confessio illi non præiudicat, nec pro eo punitur.*

74 *Condemnari, vt quis possit, quid requiratur.*

75 *Confessio sola inquisiti, ipsum non condemnat*

76 *Confessio in criminalibus non habetur pro iudicato, sed pro iudicando.*

77 *Confesso spõte delictum, etiam assignatur terminus ad se defendendum, licet ipse non petierit illum, & ita seruat totus Mundus.*

78 *Delicti confessio à Iudice extorta à reo sub spe immunitatis, an possit deinde ex ea condemnari, cum & vide distinctionem à num. 79. 80 81.*

82 *Confessio extraiudicialis non probat secundũ æquitatem Canonicam, si ea fuerit probata per vnicum testem.*

83 *Testes, vt probent confessionem extraiudicialem debent esse contestes.*

84 *Confessio extraiudicialis incidenter, & ad alium finem emanata, nec probat, secundum æquitatem Canonicam.*

85 *Confessio incidenter, & ad alium finem facta non probet debitum, nec potest ille, ad cuius fauorem tendit confessio, agere ad quantitatem confessatam. Vide hic exempla & num. 86. & 97.*

88 *Confessio emanata ad excusandum confitentem non probat contra eum ad alium finem.*

89 *Confessio extraiudicialis incidenter facta, tunc multo minus releuat, quando sumus in criminalibus.*

90 *Mulier de furto accusata, si fateatur se adulterium commisisse, ex tali confessione non poterit damnari.*

91 *In Crimine adulterij non proceditur ex officio.*

92 *Adulterium per vxorem commissum, non potest à Iudice, vel ab alio extraneo accusari, non volente marito, & quare.*

93 *Iudex ex officio de Iure potest procedere super quocumque delicto.*

94 *De Adulterio quilibet de iure 12. tabularum poterat accusare.*

95 *Vxor, si egerit contra maritum ad separationem thori ob eius impotentiam.*

Si maritus fateatur ad se excusandum, se commisisse adulterium, vxor nõ poterit iuuari tali confessione, & quare.

96 *Confessiones extraiudiciales plerunq. ab omnibus fiunt sine animi deliberatione, oscitanter, vel ioci causa &c.*

97 *Cõfessio extraiudicialis, quod probet de æquitate canonica, ideo Iudex debet esse satis æquus, & circumspectus in ea admittenda. et nu 98.*

99 *Æquitas quando non habet certos terminos constitutos à lege, id religioni Iudicantis remittitur.*

100 *Verba in absentes solita sunt est volitare sicut vmbra, citra vllam loquentis deliberationẽ.*

101 *Confessio extraiudicialis facta in piam causã ad fauorem absentis, pro quo nemo fuit stipulatus, an valeat.*

102 *In Confessione extraiudiciali, etiam secundũ æquitatem Canonicam, vt probet, requiritur præsentia partis. & num. 103.*

103 *Confessio extraiudicialis facta absente parte probat de æquitate Canonica si sit facta Iudice presente.*

104 *Confessio extraiudicialis facta absente parte, valet in foro pœnitentionali, seu Spirituali.*

105 *Promissio de dando alicui, puta centum, an valida sit talis promissio.*

106 *Glos. in can. quoties, in verb. & per te. 1. qu. 7. est communiter improbata.*

107 *In Vsurarum restitutionis fauorabilis causa ad validitatem stipulationis requiritur persona publica.*

108 *Obligatio initium capere debet à persona contrahentium.*

109 *Stipulatio non tenet, alio non recipiente.*

110 *Confessio extraiudicialis non tenet. alio non recipiente.*

110 *In Confessione extraiudiciali, quod non requiratur præsentia partis, videtur magis vera. & communis opinio.*

111 *In Confessione extraiudiciali ius Canonicum non considerat præsentiam partis, sed mentem.*

112 *In Confessione extraiudiciali, an æquitas Canonica requirat præsentiam partis, est quæstio pro amico.*

113 *De Iuris apicibus æquitas Canonica non curat.*

114 *Confessio extraiudicialis absente parte facta, & à nemine acceptata non præiudicat,*

115 *Quod procedit. si sumus in confessione tendente ad obligandum principaliter.*

116 *Confessio extraiudicialis probat, etiam absente parte emanata. si emanauerit ad effectum probationis rei gestæ.*

117 *Confessio extraiudicialis probat etiam de iure Ciuili, si agatur tantum de probanda veritate rei gestæ.*

118 *Pia causæ fauore aliquid donans vel promittens, videtur DEO, qui vbique est præsens, & acceptans promittere. & num. 118.*

119 *DEVS vbique est præsens.*

DEVS

110 *DEVS est vbique per potentiam, per essentiã, per præsentiam &c.*

111 *DEVS est circulus, cuius centrum est vbiq. et circumferentia nusquam, seu nullibi.*

DEVS est intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus,

122 *Donatio, vel promissio facta pauperibus, vt valeat, debent ipsi pauperes esse præsentes per se, vel per alios.*

123 *Consensus requiritur pro substantia donationis.*

124 *DEVS pro pauperibus semper censetur acceptare, & quare.*

125 *DEVS non solum iubet, vt largiatur pauperibus, sed etiam copiosam mercedem promisit, id exequentibus.*

126 *Donatio, seu promissio facta mulieri absente ex causa dotis valet, & tenet.*

127 *Verba enunciatiua fauore dotis prolata probant.*

128 *Mulier, si fateatur, duxisse maritum, et omnia bona ei dedisse in dotem, ista verba enunciatiua satis probant.*

129 *Verba enunciatiua fauore piæ causæ satis probant, etiam parte absente prolata.*

130 *Pia causa, & dos in iure æquiparantur.*

131 *Dotis causa nititur natura pietatis.*

132 Pia causa spiritu DEI ducitur.

133 *Dispositio ad pias causas, quando dicatur facta.*

134 *Dotis causa verè non dicitur pia, sed solum lato sumpto vocabulo.*

135 *Dos, non dicitur causa pia, de illa, quæ respicit amorem DEI.*

136 *Dispositio ex causa dotis, quando verè, et strictè dicatur pia causa.*

137 *Dos, quantumuis relicta non pauperi dicitur dispositio ad pias causas, & qualiter.*

138 *Templo, si quis aliquid offerat ad eius ornatũ, valet donatio quamuis nullus acceptet.*

140 *super Altare alicuius Ecclesiæ, si quis aliquid ponat, animo offerendi,*

Absentibus Ministris Ecclesiæ, an illud censeatur Ecclesiæ acquisitum.

142 *Emancipatio absque consensu emancipati non potest fieri, fallit tamen si simus in infante.*

343 *Ecclesia gaudet priuilegijs pupilli, et minoris. et num.145.*

144 *Argumentum ab Ecclesia, & minore in iure sæpissimè sumitur.*

146 *Pia causa, et Ecclesia æquiparantur, et gaudent eisdem priuilegijs:*

147 *Priuilegia in genere concessa Ecclesijs competunt etiam Capellis, omnibus locis pijs.*

348 *Ecclesia sua priuilegia habet propter animam et contemplationem DEI, et ad idem etiam respicit pia causa.*

CAPVT XXIII.

Confessio extraiudicialis, quæ, vt in præcedenti cap. diximus, secundùm æquitatem Canonicam probat, et cum multi DD. prædictam æquitatem absolutè negent, tamen si eorum reprobationem euitare velimus, dicere possumus, tunc confessionem extraiudi-
68 cialem absente parte, nec de æquitate Canonica probare, quando sumus in criminalibus, quia tunc nullatenus plenàm inducit proba-
69 tionem, quo ad effectum pœnæ ordinariæ infligendæ, *text. est in cap. quam sit graue. 9. de excess prælat.* vbi Summus Pontifex Innocentius III. determinauit, si presbyter beneficia-
70 tus confessus fuerit crimen adulterij se commisisse, non ex hoc priuatur beneficio, aut deponitur, sed solum suspenditur, et ibi notant *Abb Hostien.* cœterique Canonistæ adducti *per Barbos. in collectan. in d cap. quàm sit graue*, et addo Rotam *in nou. decis. 1. vers. confessio extraiudicialis plenè delictum non probat &c. de confess.* et melius apud Bellamer. *decis 710. numer. 1. vers. tamen secus est in delictis &c.* et penes Put *decis. 53. num. 2. vers. confessio de æquitate canonica extra iudicium facta probat, sed non in criminalibus &c. lib. 2.* et admisit idem *Alex. in d consil. 180. num. 7. versic in criminalibus constat etiam de Iure Canonico confessionem extra iudicium factam non probare &c.*
71 Et ratio potest esse, quia in delictis probandis clariores probationes esse debent. *l. fin. C. de probat.* et quidem, vt dicunt DD. luce ipsa meridiana. *l. cuncti sciant. C. de probat.* vbi DD. omnes, quæ est canonizata *in can. sciant cuncti 2. quæst. vltim.* Quod enim confessus in cri-
72 minalibus non habetur pro iudicato *text. est in l. 1. §. Diuus.* ibi, *confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, si nulla alia probatio religionem cognoscentis instruat &c. ff. de quæstion. et in l. si confessus. ff. de custod. rer.* Et hinc est, si aliquis confiteatur se occidisse aliquem, & non constat de corpore occiso, ta-
73 lis confessio illi non præiudicat, nec pro ea punitur, *ad text. in l. indè Neratius. §. fin.* ibi *si quis hominem viuum falso confiteatur occidisse, et posteà paratus sit ostẽdere hominem viuum esse, Iulianus scribit cessare Aquilam. ff. ad l. Aquil.* & ita tenet *Angel. de malefic. in verb. fama publica. vers. duodecimo tu Iudex.* Bald. *in addit.* ad Specul. *titul. de sentent. vers. Titius fuit confessus.* Ias. *in l. error. col. 2. ff. de iur. & fact. ignor. & in l. in iurãdum. §. procurator. num. 25 ff. de iureiur.*

Imo, & si constaret, illum fuisse occisum, dummodo non constaret de delicto, non possit
74 condemnari, quia duo requiruntur, vt quis condemnetur, quod delictum sit commissum, & commissum sit ab illo, qui confitetur saltem per coniecturas, *Bart. in l. 1. §. item illud. ff. ad*

Silanian. & declara vt per Didac. Canter. in
suis practic. quæst. criminal. tit. de Iudic. quæst. 1.
num. 2. vers. etiamsi constaret occisum fuisse &c.
75 Sola enim inquisiti confessio ipsum non con-
demnat, vt per Cason. in tractat. de torment. cap.
20. in fin et per Alimont. Ciazz. in discept. forens.
criminal. discept. 26. num. 422. vers. ideo sola in-
quisiti confessio &c. Quare vt dixi, confessus in
76 criminali non habetur pro iudicato, prout ha-
betur in ciuili, vt supra firmaui, sed pro iudi-
cando, d. l. confessus, ibi, si confessus fuerit reus,
donec de eo pronuncietur in vincula &c. ff. de cu-
stod. reor.

Vnde sponte confesso assignandus est termi-
77 nus ad se defendendum, licet non fuerit peti-
tus cum multa possint aduersus confessionem
etiam spontaneam deduci, & ita videtur esse
communis obseruantia, & practica, quam ser-
uat totus mundus, vt dixit Salicet. in l. 2. nu. 7.
C. de custod. reor. & post Ang. Paris. de Put. Boss.
& alios testatur Clar. lib. 5. recept. sent. § fin. q. 49.
vers. est igitur, & quæst. 65. in princip. cum alijs
allegatis per Anton. Leoncel. decis. Rota Ferra-
rien. 84. num. 16. vers. sponte confesso, licet non
petenti assignandus aliquis terminus &c.

An autem Iudex ex sola confessione rei de-
78 lati de crimine, possit eumdem ad pœnã con-
demnare, si eam confessionem, sub promissa
criminis impunitate extorsit, eamque quæ-
stionem satis latè tractat Couar. variar. resolut.
lib. 1. cap. 2. num. 16. & opinionem affirmatiuã,
quæ Cyno ascribitur, existimat communiorẽ,
sed contrariam, quæ Imola est, credit æquio-
79 rem præsertim, quando promittens immuni-
tatem delicti, illud remittere potest, puta
Princeps, aut ab eo hãc potestatem & autho-
ritatem habens, tunc enim promissio impuni-
tatis seruanda est, & ita in praxi obseruari tra-
dunt Iul. Clar. lib. 5. § fin. quæst. 55. vers. circa
secundum num. 9. & Boss. in prax. criminal. tit.
de confess. per tortur.

At si impunitas promissa sit ab eo, qui eam
80 non habet potestatem, & tunc reus sibi impu-
tare debet, quod ei credidit, cum nec iuramen-
tum hoc casu quidem seruare teneatur, maxi-
81 me si crimen atrox sit. l. ita vulneratus. ff. ad l.
Aquil. Dom. Pee. in cap. non est obligatorium. nu-
mer. 6. vers. amplia sexto. ff de regul. iur. in 6. &
benè deducit Paul. Christian. decis. Curia Belg.
109. numer. 5. vers. an Iudex ex sola confessione
rei &c. Verum circa confessionem extraiudi-
cialem in criminalibus latè tractat cum ibi ad-
ductis Sebastian Guazzin. in tractat. ad defens.
reor. defens. 33. à cap. 14. per tot. Et persistendo in
terminis, quando non probet confessio extra-
iudicialis de æquitate canonica, nam DD. id
volentes, præter supradictum casum à nu. 69.

Vel sunt intelligendi, quando confessio ex-
traiudicialis non esset probata, nisi per vnicũ
82 testem, quia nec tunc de æquitate canonica
probaret, cum ad minus duo requirantur, &
83 debent esse contestes, vt fusè alibi dicam, &
in puncto admisit Rota coram bo. mem. Cocci-
no in causa Parmen. Status 3. Martij 1629. à me
relata in part. 5. recent. decis. 264. num. 43. versic.
confessio extraiudicialis, nec de Iure Canonico
probatur per vnicum testem &c. et coram R. P. D.
Bichio in causa Carpentoraten. Hæreditatis 5. Iu-
nij 1648. § Secundo quia. vers. singularitas ver-
satur circa confessionem extraiudicialem &c.

Vel asserere possumus, DD. opinionem vo-
lentium confessionem extraiudicialem absen-
te parte emanatam, nec secundùm æquitatẽ
Canonicam releuare, tunc procedere, quando
84 talis confessio esset facta incidenter, vel ad
alium finem, aut sine causa emissa, nam tunc
nec de Iure Canonico sufficiens est, Alexand.
consil. 155. numer. 2. lib. 5. admisitque Rota coram
bon. mem. Penia in causa Romana Pecuniaria
3. Martij 1595. est inter eius à me impress. de-
cis. 332. nu. 9. vers. neque de Iure Canonico &c.

Quando enim confessio est incidenter, & ad
alium finem emanata, non præiudicat confi-
tenti. Hinc enim est, quod emisso proclama-
85 te, quod omnes teneantur fideliter cum iu-
ramento profiteri sua bona, & debita pro fa-
ciendo æstimo, si aliquis in æstimatione dixe-
rit, se debitorem Titij de certa quantitate, nõ
poterit Titius vigore illius confessionis iuratę,
petere quantitatem confessatam, quia ibi non
agebatur, vt se obligaret erga Titium, sed vt
in æstimo minus grauaretur. Sicut etiam si
86 requisitus sũ ab aliquo ad ei mutuãdum cer-
tam pecuniarum summam, & dicam me talem
summam non habere, imo, quia egui, accepi
paulò ante mutuò à Sempronio viginti, quã-
uis ille sit præsens, non tamen poterit in vim
dictæ confessionis Sempronius me molesta-
87 re, quoniam mea intentio non fuit obligan-
di me Sempronio, sed excusandi, ne mutatam
pecuniam concederem, vt benè deducit Salicet.
in l. 1. nu. 37. vers. est enim confessio, C. de confess.
Tiraquell. in tractat. res inter alios acta limitat. 1.
in fin. vers. et id quidem. & adde Albert. Brunum
in tract. de statut. interpretat. part. 2. quæst. 148.
& discutit Surd. decis. 250. num. 6. vers. si requi-
situs ab aliquo ad mutuandum, dicam me nõ ha-
bere, imo quia egui &c. et Io. Baptist. Hodiern.
in addition. ad eumdem Surd. decis. 309. numer. 6.
vers. est enim confessio ad alium finem facta, quæ
confitenti non præiudicat &c. & adde Marsil. in
rub. C. de probat. num. 88. vers. et facit singulare
verbum &c. et tractat. Gratian. discept. forens.
cap. 151. à num. 16. vers. illa confessio minus obli-
garet, si esset facta incidenter &c. et sensit Rota
decis. 127. sub num. 10. part. 1. recent. vbi firmatur
88 quod confessio facta ad excusandum confitẽ-
tem non probat contra eum ad alium finem.

Quæ conclusio multò magis procederet, si
essemus in criminalibus, quia tunc sine dubio
confessio incidenter facta non veniret atten-
89 denda, quare si mulier inquisita de furto, con-
fessa

fessa sit adulterium commisisse non poterit ex
dicta confessione incidenter facta cōdemnari,
*et ita fuit iudicatum in Consilio Neapolitano
apud Matth.de* Afflict.*decis.*176.*per tot.* vbi per
S.C.reuocatum fuit decretum Magnæ Curię,
ex quo mulierem accusatam de furto, sed de
eo absoluta, fecit iterum carcerare, ex eo quia
90 incidenter confessa fuit se commisisse adulte-
rium, cum ex tali confessione sic facta nō pos-
set condemnari, et prædictam opinionem
secuta est etiam Rota *decis.*276.*num.*8.*vers.mu-
lier inquisita de furto. si confiteatur adulterium
non potest condemnari ex tali confessione &c.
part.*4. *diuers.* & refertur *d. decisio* 176. Afflicti,
& vide *ibi Addentes ad decis. Afflicti*, et præser-
tim Prosper Carau. vbi *post Gulielm. de Bene-
dict. in repetit. cap.* Raynutius *in verb. cuidam.*
91 *num.*23.*de testam.ait.* quod in crimine adul-
terij non proceditur ex officio, et videatur
*Fulgos.in consil.*136.*per totum.*

Vbi quod adulterium per vxorem commis-
sum, non potest à Iudice, neque ab alio accu-
92 sari non volente marito, quia adulterij accu-
satio proprium dolorē marito defert, vbi plura
habes *& Fulgos.* secutus est *Petr.Caball.resolut.
criminal.cas.*114. *num.*12. *centur.*1. *vers.in casu
adulterij nō potest Iudex ex officio inquirere &c.*
vbi id ponit ad limitationem eius, quod firma-
uit supra, nempe, quod Iudex de iure potest
93 ex officio procedere super quocumque deli-
cto, reliqua vide ibi, *& adde Didac.* Canter.
*quæst. criminal. titul de delict. & fragilit. carn.
cap* 4.*de adulter. num.*27. vbi ait, quod de iure
duodecim tabul. cuilibet erat permissum ac-
94 cusare mulierem de adulterio, postea de lege
Iulia, fuit permissum tantū marito, & patri &c.
idem etiam sensit Vulpell.*consil.criminal.*94. *nu-
mer.*6 *in* 2.*dub* Gomez.*ad Leg.Tauri* 80.*nu.*49.
ante med. vers.hodie tamen de Iure Codicis. Clar.
*in §.Adulterium.num.*4. Farinac. *quæstion. cri-
minal.* 140.*numer.*36. *&* D.Vermigliol. vir in-
signis *in consil. criminal.*55. *numer.*4. *vers. nec
Iudex ex officio procedit, qualitercumque adul-
terium ad eius aures deueniat &c* Et persistēdo
in terminis, quod confessio incidenter facta nō
probet, vt id multò magis procedat, si simus
in criminalibus. *& idem sensit Rota in causa
Paduana Matrimonij* 6. *Martij* 1595. *est in
part* 4 *diuers. d.decis.*276. vbi fuit decisum, cū
95 orta fuisset controuersia super nullitate matri
monij ob impotentiam viri, si idem vir confi-
teatur adulterium, quod vxor ex tali confes-
sione pro adulterio ad Thori separationem
agere non possit, cum illa sit facta ad alium fi-
nem, scilicet se defendendi ob impotentiam
allegatam ab vxore. Atq; de hac materia satis.

Illud tantum subdam, in terminis confessio-
nis extraiudicialis, quæ de æquitate Canoni-
ca plenè probat, vt multum circumspectè in
96 admittenda prædicta opinione procedatur,
quia istæ confessiones extraiudiciales plerum-
que ab hominibus fiunt, sine animi delibera-
97 tione causa ioci, vel iactantiæ, vel studio benè
dicendi, vel malè dicēdi, vel ipsius solæ loqua-
citatis calore, aut interdum cum mulierculis,
vel inter conuiuia, vel commessationes, vnde
cum dicta conclusio, quod confessio extraiudi-
98 cialis probet, sit fundata in mera æquitate
Canonica, vt patet ex supra allegatis, ex quo
regula iuris Ciuilis est in contrarium ex iuri-
bus superius adductis multū debet deferri Iu-
99 dicis arbitrio in ponderandis circumstantijs
facti, quia cum æquitas non habeat certos ter-
minos constitutos à lege, id religioni iudican-
tis remittitur. *l.*1.*ff.de iure deliber.l.vnic. §.ex-
pilatores ff.de effract.l.sanctio legum. & ibi glos.
ff.de pœn glos.fin.in cap finem litibus.vers hoc est
generale ff.de dol & contum. late Menoch. de ar-
bitrar. Iud.lib.*1.*quæst.*21.*num.*1.*et per tot.et in
puncto optimè ratiocinata est* Rota *coram bo. me.
Card.Sacrat.decis.*466.*num.*4. *versic.multum
circumspectè procedendum sit &c. part.*3. *recent.*
& post dictam decisionem optimè consideratū
fuit *coram R. P. D. Bichio in d. Carpentoraten.
Hæreditatis* 5. *Iunij* 1648.*§.Secūdo*, vbi dicitur,
quod æquitas Canonica, quæ recedendo à re-
gula iuris ciuilis contraria, admittit, quod cō-
fessio extraiudicialis plenè probet, exposcit vt
cautè procedatur, in admittenda huiusmodi
probatione, & reliqua vt ibi.

Etenim non esset nouum asserere, verba in
100 absentes solitum esse volitare sicut vmbræ,
citra vllam loquentis deliberationem, aut ple-
num consensum, sed vel iocandi, vel voluptate
loquendi, aut vel etiam leuitate.

His itaque sic præmissis, persistendo in ter-
minis nostris, cum in relictis ad pias causas in
vtroque foro seruandum sit ius Canonicum,
secundum communiorem, & veriorem sentē-
tiam, *vt satis docui supra in cap.*1. *à numer.*47.
ideo quidquid sit de iure Cæsareo, Nam re-
mota omni amaritudine, confessio extraiudi-
cialis ad fauorem absentis, cui aliquid in piam
101 causam relictum fuit, & pro quo nemo fuit
stipulatus, contra confitentem plenam indu-
cit probationem *ad text.in can.dilectus.*3.*et fin.
de success.ab intestat* Bald. *in l.*1.*col.*2. *vers.qui-
dam confessus fuit. C.de fals. caus. adiect. legat.*
Tiraquell.*de priuileg pia caus. priuileg.*117. *cum
ibi allegatis, & adde* Leoncell. *de priuileg. pau-
per.part.*2.*priuileg.*67.*num.*2.*versic.fauore tamen
pia causa, & præsertim pauperum, confessio ex-
traiudicialis probat &c. & satis deduxi supra à
num*1.*et seq.* idque sine scrupulo procedit in
his terminis.

Nam licet apud nonnullos DD. indubitatū
sit, quod etiam secundum æquitatem Cano-
102 nicam in confessione extraiudiciali requira-
tur præsentia partis ad hoc, vt releuet, *secun-
dum Cyn.in l.generaliter.C.de non numerat. pe-
cun.in* 4.*quæst.* vbi attestatur ita per Canoni-
stas *in cap.ex parte.de confess.* firmari pro indu-
bitabili sententia, & post *Cyn.* sic quoque, af-
firmat *Paul.de Castr. in consil.*155 *In causa*
sub

sub numer. 1. versic. et per Canonistas, qui hoc ha-
bent pro indubitato &c. part. 2. & pulchrè id fo-
uet Marc. Anton. Natt. in consil. 101. num 14.
103 vbi ait, opinionem illam, quod de canonica
æquitate confessio facta absente parte probat,
est Ant de Butr. qui hoc dicit in cap. si cautio.
de fid. instrument. & loquitur per verbum
fortè, nec Imol etiam ibi hoc firmat. Bald. in
cap. innotuit. de elect. loquitur, quando confes-
104 sio esset facta Iudice præsente, idem sensit
Alex. consil. 325. num. 2. Crauett. in consil. 281.
num. 6. versic. Nec obstat. vbi ait, quod contra-
ria sententia, confessionem extraiudicialem
absente parte factam, probare æquitate Ca-
nonica, posset procedere in foro pœnitentio
nali, aut spirituali, et non aliàs.

Insuper contraria opinio est fundata, super
glos in can. quoties cordis oculus 1. quæst. 7. in
105 verb. & per te. quæ voluit, stipulationem fa-
ctam alteri valere, veluti si ego promitto tibi,
me daturum Titio cētum, valida est talis pro-
missio de iure Canonico, quæ glos. communi-
ter improbatur, vt apparet ex latè congestis
per Ias. in l. stipulatio ista. §. alteri. col. 2. ff. de verb.
obligat. & per Felin. in proem. Decretal Gregor.
super glos. in verb. seruus. Nam illa glos. est con-
tra textum in cap. quamquam. de vsur. in 6. vbi
in causa fauorabili restitutionis vsurarum re-
107 quiritur persona publica ad validitatem sti-
pulationis. Item, quia opus est etiam, vt obli-
gatio initium capiat à persona contrahentiū.
l. quæcumque. ff. de action. & obligat. Si ergo Do-
ctores volunt, quod stipulatio non teneat alio
non recipiente De Iure Canonico, multò ma-
108 gis dicendum est, quod confessio non teneat
nullo interueniente, sicuti post Abb. & Ioan.
Baptist. de Sanct. Seuerino latè id tractantes,
109 ratiocinatur Natta in d. consil. 101. numer. 15.
Addo Fernād. Vasq de success. creat. lib. 3. §. 23.
limitat. 18. sub numer. 26. vers. contrariam par-
tem &c. vbi repugnantem opinionem impiā,
& captiosam tenet.

Tamen quidquid sit de hac opinione affir-
matiua, conclusio nihilominus negatiua, quod
110 non requiratur præsentia partis de qua supra
à num. 30. videtur magis vera, & communis,
quia æquitas Canonica, sicuti iam dixi, non cō-
111 siderat præsentiam partis, sed solam mentē,
& in puncto ponderauit Hieronym. Ceuall in
specul. commun. opin. contra commun. quæst 17.
num. 3. vbi etiam fatetur in ista tam varietate
112 opinionum hanc esse quæstionem pro amico
licet ei magis placeat opinio negatiua, quod
non requiratur præsentia, et vti magis veram,
& communem prædicat propter summā æqui-
113 tatem Canonicam, quæ non curat de apici-
bus iuris, deinde sic quoque sensit Paul. Chri-
stian decis. Cur. Belg. titul. 59. de confess. dec. 209.
num. 4. vers. an verò in confessione extraiudiciali
de iure canonico requiratur præsentia partis &c.
vol. 4. vbi opinionem Ceuall. amplectitur, &
idem sensit Rota coram bo. mem. Penia dec. 409.
numer. 1. versic. confessio licet extraiudicialis de
æquitate canonica etiam absēte parte probat &c.
& allegatur Put. decis. 11. num 8. lib. 2.

Vlterius animaduertendum puto, quod cō-
clusio illa generalis, nempe solam confessionē
114 extraiudicialem absēte parte factam, & à ne-
mine acceptatam, non præiudicare confitenti,
iuxta text in l. certum. §. si quis absente. ff. de con-
fess. procedit solum in confessione, quæ princi-
paliter tendit ad obligandum confitentem di-
rectò illi, ad cuius fauorem emanat talis con-
fessio, secus verò si versaremur in terminis il-
lius confessionis, quæ non tendit principaliter
115 ad hoc, sed ad probandum aliquid ex cuius
probatione absenti quæritur obligatio, nam
tunc talis confessio præiudicat confitenti, licet
facta parte absente, & nemine pro eo acceptā-
116 te, quia per modum probationis cadit super
re prius gesta, vt tradunt Aret in § si vero ex-
pressim. num. 43. Auth. de hæred. & falcid. Felin.
in cap cum Marc. Ferrariensis. 9. num. 32. versic.
bene facit. de constitut & in cap. si cautio. 14. nu-
mer 14 versic fallit tertio de fid. instrum. Alex. in
addit. ad Bart. in d. § si quis absente. verb præsēte.
in princip. Marsil. in rubric. C. de probat. nu. 110.
versic. & teneas. & in Singul. 302. num. 2. versic.
item confessio. Ioan. de Anan consil 85. numer. 5.
versic. præterea. Socin. Sen. consil. 21. nu. 11 vers.
quæ verba. vol 1. Curt. Iun. consil. 168. num. 10.
& seq. Decian. in consil. 62. num. 5. versic. item
respondeo. & numer. 55. vol. 3. Trigon. singul. 86.
numer. 1. versic. vel si aliquis. Cassan. in consuet.
Burgund. Rub. 10. §. 12. in text. Ou par le sermon
des contrahens. numer. 4. Socin. in regul. confessio
cap. 24. fallent. 17. Gabr. titul de confess. conclus. 1.
num. 51. Aym. de antiquit. tempor. part. 1. nu. 43.
& seq. Afflict. decis. 375. nu. 4. versic. & dicit &c.
& vide Cācer. variar. resolut. part. 3. cap. 7. titul.
de pact. à num. 348. versic an habeat locum in cō-
fessione extraiudiciali liberatoria &c Alexand.
Trentacinq. variar. resolut. vol. 1. lib. 2. titul de
Confess. resolut. 11. num. 78. versic. si confessio ex-
traiudicialis parte absente emanata, non tendat
principaliter ad obligandum, sed ad probandum
obligationem præcedentem, ex qua probatione
absenti quæritur obligatio &c.

Et licet referat plures DD. qui totum oppo-
situm tenent, tamen in fine protestatur, quod
nullatenus recedatur à priori sententia, quàm
etiam tenuit Rota penes Bellamer. decis. 691. &
optimè eam comprobat Laurent Syluan consil 44
à num. 15. eamdem opinionem sequitur Cæsar
Caluin. in tractat. de æquitat. lib. 2. cap. 63. nu. 12.
versic. si verò facta fuit parte pariter absente ad
liberandum, vel ad obligandum non tendat prin-
cipaliter, sed ad probandā obligationem præceden-
tem, tunc præiudicat confitenti &c. Marescott.
variar resolut. lib. 2. cap. 44. num. 5. vers. vbi agi-
tur de probanda veritate rei gesta puta solutione,
talis cōfessio per idoneos testes probata facit etiam
fidem de iure ciuili &c. & sensit Rota coram
bon. mem. Penia d. decis. 409. num. 3. vbi dicitur,
si non

ſi non agatur ad aliquem obligandum, ſed de
probatione veritatis rei iam geſtæ, hoc caſu,
117 quamuis verſaremur inter Romanos, inter
quos attenditur ius Ciuile, tamen in prædicto
caſu, confeſſio extraiudicialis per idoneos te-
ſtes probata, facit etiam fidem de Iure Ciuili.
l. deſiderium. C depoſit. cum alijs ibi allegatis.

Nos verò in terminis noſtris, nempe diſpo-
ſitionis ad pias cauſas, extra turbidinem tam
contrariarum opinionum exiſtemus, quia do-
118 nans, vel promittens aliquid ad fauorem piæ
cauſæ, videtur DEO, qui vbiq; eſt præſens, &
acceptans, promittere. *glos. in can. quoties cor-
dis oculis, in verb. & per te. 1. quaſt. 7. Abbas in
proœm. Decretal. in 2. part. incip. Greg. dimiditur,
num. 24. verſ. Dirigitur DEO, & ipſe recipit pro
abſente &c.* et poſt *Iacob. Rainer. Cinum, Al-
berieum Bald. Caſtren. Corneum*, et alios reſol-
uit *Tiraquel in tract. de pia cauſa priuileg. 115.
per tot.* vbi etiam allegat illud vulgatum,

Iupiter eſt quacumq. vides, quacumq. moueris

Et plures alios DD. idem ſentientes, qui vi-
deri deſiderat *conſulat Maſcard de probatio-
nib. concluſ. 347. num. 93.* vbi plena manu plu-
res adducit, et firmiter tenet, ſi cõfeſſio fuerit
facta fauore piæ cauſæ probat, etiamſi ema-
nata parte abſente fuerit, quia DEVS cenſe-
119 tur illam pro cauſa pia acceptare, cum ſe-
cundum vulgatiſſimam doctrinã DEVS vbi-
que eſt præſens.

Hinc illud Virgil. *Iouis plena ſunt omnia*, &
adde, quod ex Theologorũ ſẽtẽtia quã cõpro-
bat S. *Thom. part. 1. quaſt. 8. art. 3.* DEVS eſt
vbique per potentiã, per eſſentiã, et præſentiã
& à Mercurio Trimegiſterio definitur *DEVS
eſt circulus, cuius cẽtrum eſt vbiq. & circumfe-
121 rentia nuſquam, ſeu nullibi*, quod eleganter
expreſsit S. Auguſt. in opuſc. meditat. cap. 30.
*DEVS eſt intra omnia non incluſus, extra om-
nia non excluſus &c.* Et præter eddoctos DD.
à Maſcard. quod piæ cauſæ promittens DEO
promittere videtur, qui vbique eſt, præ-
ſens, & addo *Surd in tractat. de aliment. titul.
8 priuileg. 73. à nu. 5. verſ fauore pia cauſa &c.
Ioſeph. Ludouic. deciſ Peruſ. 19. num. 12. verſ fa-
uore Eccleſia etiam aliquo non acceptante, dona-
tionem effectam eſſe irreuocabilem, nec donantẽ
potuiſſe pœnitere etiam ante rati habitionem &c.*
Gonzal. *ad Regul. 8. Cancellar gloſ. 5. §. 7 n. 102.
verſ. quia quod promittitur pia cauſe, promitti-
tur* DEO, *qui vbiq. eſt præſens, & acceptãs, &c.*
Barboſ. *in collectanea ſuper 2. part. Decret. in d.
can. quoties cordis verſ. quid quid promittitur pia
cauſa &c. 1. quaſt. 7.* & præter DD. ab eo alle-
gatos, addo Card. Mantic. *de tacit. & ambig. cõ-
uent. lib. 13. cap. 7. num. 15. verſ. facta eſt paupe-
ribus, vel Eccleſia ſeu loco pio, qua etiam ſi abſẽ-
tibus facta ſit, ſuum effectum ſortitur. quia DEO,
qui vbique eſt præſens facta intelligitur &c. Ste-
phan.* Gratian *diſcept. forenſ. cap. 358. num. 34.
verſ. quaſi tunc fiat promiſſio DEO, qui pro loco pio
eſt præſens, et acceptat &c.* & affirmat hanc eſſe
verſiorem opinionem ſenſitque *Rota in cauſa
Romana Legati 22. Iunij* 1650. *corã Eminentiſſ.
Card.* Corrado *§. Quia non procedit obiectio &c.
verſ. ad pia diſpoſitioni, qua finaliter ordinatur
in DEVM, ac illius acceptationẽ præſefert &c.*
et clarius fuit animaduerſum *in cauſa Baren.
Donationis 5. Aprilis 1647. coram Reuerendiſſ.
D. Dunozetto Decano §. Nõ obſtat. verſ. donatio
eſt facta Eccleſia, & DEO, cum ipſe DEVS, qui
præſens eſt vbique acceptet.*

Non de ſunt tamen cõtradictores, qui quæ-
tunt hãc opinionem ſubuertere, et præſertim
*gloſ. ordinar. in l. illud. in verb. alia cauſa. in fin.
C. de ſacroſanct. Eccleſ* aſſerens ad hoc vt va-
122 leat donatio, vel promiſſio facta pauperibus,
debent ipſi pauperes eſſe præſentes per ſe, vel
per alium, quam *gloſ. ibi ſequuntur Gul. Bart.
Bald. & Caſtren.* et inter alios *Bald. numer. 2.*
reſpondet ad illam rationem, quod cũ DEVS
ſit vbique præſens, cenſetur acceptare illam
123 diſpoſitionem ad piam cauſam, vt intelligа-
tur facta *DEO* mediatè, et non immediatè, &
ideo hoc caſu deficit conſenſus, qui pro ſub-
ſtãtia donationis, aut promiſſionis requiritur.
l. abſenti ff. de donat. l. nec ignorans. C. *eod. titul.*

Noloinſiſtere plura adducendo ſuper hac
parum firma opinione, nam contraria iam
adducta eſt firmior, & verior, ſicuti iam dixi.
Ad prædictã rationẽ *Bald.* facili negotio po-
124 teſt reſpõderi, quod DEVS ipſe pro pauperi-
bus, ſẽper cõſentit, et accipit cũ præcipit dari
pauperibus iuxta illud. *Date eleemoſinã, & ecce
omnia munda ſunt vobis &c. apud Luc. cap. 11.
et in alijs locis ſacra pagina*, & ad longum ra-
tiocinatus ſum ſupra *in diſcurſ. à numer.* 129.
Vbi quæſiui inflãmare omnes ad operoſam
125 pietatem erga pauperes. Et non ſolũ DEVS
iubet dari pauperibus, ſed etiam dantibus
copioſam promittit retribuitionem, & ipſemet
recipit quidquid datur pauperibus, vt atteſta-
tur *per Iſaiam cap. 58.* ibi. *Hæc eſt requies mea
reficite lapſum, et hoc eſt refrigerium meum &c.*
& reliqua, vt habetur in prædict. diſcurſ.

Corroborari ſanè poteſt ſupra relata opinio
in mentem reuocãdo, quod donatio, ſiue pro-
126 miſſio facta mulieri abſenti ex cauſa dotis
valet, & tenet, *iuxta l. unic. §. accedit. cum gloſ.
ff. de rei vx. action. et in l. vltim. C. de iure dot.* per
quæ iura ita concludunt *Bart. Alex. Paul. de
Caſtr. et alij allegati per Dec. in conſil. 35. incip.
Præſtantiſſime Doctor ſub num. 1. verſ. et ſpeciale
in dote, vt ex contractu inter alios celebrato, mu-
lieri abſenti quæratur ius &c. lib. 1.* Verbaque
127 enunciatiua fauore dotis probant. *Rota
apud Put. deciſ. 409. num. 1. lib. 1.* vbi fuit reſo-
lutum, in caſu illo de verbis prolatis à muliere.
re. *Io l'hò tolto per marito, è datoli quanto ho al
Mõdo*, licet eſſent verba enunciatiua, tamen
probant mulierem dediſſe omnia in dotem, &
non refert an fuerint dicta in præſentia, vel
128 abſentia mariti, per ea, quæ tradunt Do-
ctores ibi per Rotã adductos, alios plures cõ-
gerit *Io. Maria Nauar. in tractat. de miſerabil.*

per-

Digitized by Google

personar.priuileg.cap.13. num.7. et abundè id
firmat, et declarat Genu. in tractat. de Verb.
enunciat.lib.2.cap.32. à num.1. & pluries testa-
tur de communi.

Pari etiam ratione debent substineri verba
enunciatiua, promissiones &c. si fiant pauperi-
bus, vel Ecclesiæ, aut alijs locis pijs ipsis absē-
tibus, ad text. in cap. fin. de success. ab intest. Alex.
consil.190 num.7. vers. confirmo per notata lib.2
Tiraquell. de priuileg pia caus. vers. nec id qui-
dem &c. et solidè prædictam opinionē firmat
in eodē tractat. de verb. enunciat. lib.2. cap.23. à
n.prim. vbi ad satietatem plures DD. adducit.
In iure enim satis est notum, in omnibus piā
causam, et dotem æquiparari, et rectè de dote
130 ad piam causam argumentari, text. habemus
in cap. donare titul. qualiter olim feud. alien. vers.
pro anima, vel in dotē pro filia &c. in vsib feud.
larissimè, Bart. in l.1. §. fin. ff. de donat. & in l. si
ego ff. de iur. dot. in princ. Bald. in l. mandatum
C. mandat. Ruin. consil 71. num.15. lib.3. Card.
Mantic de coniectur. vltim. volunt. lib.6. titul.12.
num.18. in fin. Bursar. in consil.180. nu.29. vers.
dos, et pia causa à lege æquiparantur &c. lib. 2.
et argumentum valet. Euerard. in sua topic. loco
à dote ad piam causam.25. Stephan. Gratian. dis-
cept. forens. cap.700. num.11. vers. sumus in ma-
teria dotali &c. tom.4. addo Iudoc. Damboud.
in tractat. Loc. commun. par. et simil. in verb. Dos
§i. Dos, et pia causa &c. Tiraquell. de priuileg.
p a causa priuileg.158. et ibi Ricc et Thor. in
addition. Idem Thor in Sum. priuileg. piar. caus.
priuileg.109. vers. in omnibus pia causa, et dos
æquiparantur &c. Gennens. in practicabil. Ec-
clesiast. quæst.253. num.4. vers. dos, & pia causa
æquiparantur &c. Io Maria Nouar. in tractat.
de priuileg. miserabil. personar. priuileg.13. nu.6.
vers. dos gaudet priuilegijs pia causa &c. Idem
Nouar. in suis quæst. forens. quæst.55. num.10.
vers. Ecclesia gaudet priuilegijs dotis &c. et in
pragmat Regni 5. sub rub. de empt et vendit.
Surd. decis. Mantuan.298. num.9. vers. valet ar-
gumentum à pia causa ad dotem &c.

Quale quidem argumentum à fortiori pro-
131 cedit, nam dotis causa nititur naturæ pieta-
tis l. cum is §. si in ea opinione sit mulier. ff. de
condit. indebit. ideoque multò magis debet ha-
132 bere locum in causa, quæ spiritu DEI duci-
tur, et verè est pia causa. Rip. in l. fin. num.170.
C. de reuocand. donat. Bald. de Bartolin. in l. 1.
num.33.40. et 41. ff. solut. matrim. Corn. in consf.
50 num.14. vers. nam licet dos, et num.15. lib.1.
considerantique Rota in causa Fanen. Hæredi-
tatis 17. Iunij 1641. coram Reuerendiss. R.P.D.
Ghislerio. §. Hoc tamen vers. causa pia ratio est so-
la religio, et liberalitas erga DEVM &c.

Tunc sanè dicitur dispositio ad pias causas,
quando intuitu pietatis, et amore DEI, et pro
133 salute animæ relinquitur. Nam pietas non
stat in nomine pietatis, sed in substantia veri-
tatis. ad text. in l. cum hi. §. sed personarum &
§. si in annos ff. de transact.

Non enim dotis causa, verè dicitur pia, sed
134 solùm tantum lato sumpto vocabulo, secun-
dum Bart. in l. si ergo in princip. ff. de iur. dot. &
in l.2. § final ff. de donat. Bald in l. mandatum.
col.3. vers. sed contra hoc oppono &c. C mandat.
Bursat in consil.180. num.28. vers. causam dotis
censeri piam saltem largo modo &c. lib.2. Card.
Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.6 titul.3
sub num.26. vbi ait post Corn. in consil.50. n.14.
lib.1. licet dos semper intelligatur causa pia per
text. in d.l. cum 14. §. si in ea opinione ff de condit.
indebit. non tamen intelligitur de ea pietate,
quæ spiritu DEI ducitur, ita vt non subiaceat
legum solemnitati &c. Francisc. V in decis. Au-
dient. Baren.7. num.4. vers. caus. pia dicitur dos
largo sumpto vocabulo &c. lib.1.

Tunc enim dispositio causa pia, quando ex
causa dotis verè & strictè dicisiō nō diuiti, vel
ob debitum, vel ratione amicitiæ, aut consan-
guinitatis fit, sed pro maritandis puellis pau-
peribus disponitur, quæ nō habent vnde se
dotent, vt post Alex. Ias. Bald Nouell. Dec. et
alios firmat Ioan. Cephal in cōsil.216. sub nu.3.
vers nisi verè pauperi relinquatur &c. lib.1. et
cum alijs copiosè relatis per Tiraquell. in tra-
ctat. de priuileg. piar. caus. in præm. §. Item cum
dos. vers. cum legatum dotis sit pium, si relictum
sit pauperi nō etiam si diuiti &c et ibi vide ad-
dition Aloysij Ricci vbi alios citat, et latissimè id
discurit Bald. Nouell in tractat. de dot. part. 5.
per totum, cum pluribus alijs coaceruatis, per
Petr. Domin. Magdal. de test. numero in testam.
requisit. part.2. cap.1. vers. vbicumque fueret le-
gatum pro maritandis puellis pauperibus &c. et
dixit Rota coram Card. Caualer. decis 27. nu. 3.
vers. hæ puellæ sunt pauperes, quod sufficit ad
præsumendum legatum dotis fuisse factum ex
causa pietatis &c. et iterum coram eodem decis.
49 num.1. vers. est enim legatū relictum pro dote
pauperibus puellis &c.

Stat ergo firmum, persistendo in terminis
nostris. dotem quantumuis relictam non pau-
137 ri dici dispositionem ad pias causas, nō qui-
dem illa pietate priuilegiata, sed fauorabili,
eiusque intuitu promissio, verbaque enuncia-
tiua etiam absente parte emanata probant
contra confitentem, vt iam deduxi supra nu.
127. Quare si hæc vera sunt in materia pia
138 largè sumpta, igitur à fortiori intrabunt,
quando tractatur de causa pia verè, ac strictè.
Itaque sine controuersia receptum est, vt si
quis rem aliquam in Templo offerat ad eius
139 ornatum, donatio valet, etiamsi nullus reci-
piat. l. Paulus, et ibi notat Socin. sen. num.2 ff. de
except. idemque probatur ex l. is, qui in puteum.
§.1. ff. quod vi, aut clam. et sequitur Tiraqu. de
priuil pia causa. priuileg.115. in fin, et ibi Ricc.
in addition. pariter in fin. Card. Mantic. de ta-
cit. et ambig. conuent. lib.13. titul.7. numer 20.
vers si quis aliquam rem in Templo offerat &c.
Pariter si quis aliquam rem ponat super alta-
re alicuius Ecclesiæ, animo offerendi, absenti-
bus

bus ministris Ecclesiæ, res intelligatur Ecclesiæ acquisita, *arg. leg. statuas ff. de acquirend. rer. domin. & d. l. 11, qui in puteum. §. 1. et l. seruos. ff. de pollicit. et argument. à contrar. sensu l. 2 ff. de furt. Alberic. in l. illud num. 2. in fin. vers. sed pone. C. de sacrosanct. Eccles.*

Tandem ad magis firmandum eam opinionem, quod ad fauorem piæ causæ valeat dona-
141 tio, absentibus pauperibus, Ecclesia, vel loco pio, & sic statim fit perfecta, suumq. sortiatur effectum ante acceptationem, vltra rationes supra deductas, expendi potest etiam, *text. in l. iubemus. C. de emancipat. liber.* vbi asseritur, quamuis emancipatio absque cõsensu, & vo-
142 luntate emancipati non possit fieri, tamen fallit in infante, qui etiam sine consensus acceptatione efficitur sui iuris, ibi, *nisi infantes sint, qui, & sine consensu, etiam hoc modo sui iuris efficiuntur &c.* Ecclesia enim vtitur, gau-
143 detque priuilegijs pupilli, & minoris *cap. 1. & 3. de restitut. in integr. glos. in l. Respublica. in verb. solet vers. sic & in Ecclesi 1. C. ex quib. caus. maior. restitut. in integr. & in l. libertos, in verb. administrauerunt, vers. cum, & ipse loco. C. de excusat. tutor. cum alijs allegatis à Matth. Berlig. in suis practicabil. conclus. part. 1. conclus. 67. de legal. & tacit. hypoth. sub nu. 53. vers. Ecclesia æquiparatur pupillo, & minori &c.*

Vnde sæpissimè in iure sumitur argumentũ
144 à minore ad Ecclesiam vt constat ex latè cõgestis *per Nicol. Euerard. in sua topic. in loco à minore ad Ecclesiam. Ergo &c.*

Nec obstat prædicta iura, & Doctores loqui tantum in Ecclesia, vt ipsa vtatur iure pupil-
145 lorum, & minorum, quia satis notum est, Ecclesiam, & quamuis piam aliam causam in iure æquiparari, ac esse paria, eisdemq; gaudere
146 priuilegijs, *l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. §. scimus in Auth. de non alienan. bon. Eccles. collat. 2. & notat glos. ordin. in l. respublica in fin. C. de iur. republ. lib. 11. cap. requisiuisti §. secus autẽ de testam.* & facit *cap. Xenodochus, cap. seq. de relig. dom.* Quamobrem priuilegia concessa in genere Ecclesijs competunt etiam capellis, om-
147 nibusque locis pijs, cum Ecclesia, & pia causa reperiantur æquiparatę, par enim vtriusque est causa; nam Ecclesia sua priuilegia habet propter animam, & contemplarionem DEI,
148 ad idem etiam respicit pia causa. Qui in hoc particulari plura scire desiderat consulat *Tiraquell. de priuileg. piæ causæ priuileg. 140* & ibi *Ricc. & Thor. in addition. & Nouar. in diuersis locis à Ric. allegatis in prædicta addition.* quibus omnibus subnecto *Iudoc. Dambod in tractat. loc. commun. par. ac Simil. in litera B §. Ecclesia. et pia causa &c.* & ibi *Nicol. Thuldan. in annotat. in littera A.* vbi plures DD. plena manu congerit. Quamobrem &c.

ARGVMENTVM.

Scriptura priuata, & simplex, si non habeat testes subscriptos, vel inscriptos, nisi à parte fuerit approbata, nec plenè, nec semiplenè probat, reprobata opinione eorum, qui tenent semiplenè probare, quidquid sit an faciat aliqualem præsumptionem.

Testamentum nullum recipitur, nisi sit conditum corã duobus testibus, & hoc quantumuis persona sit priuilegiata, & an hoc sit verum.

Personis priuilegiatis ita est fauendum, vt cæteris nõ fiat iniuria, cum lex numquam soleat vni fauere, cum damno alterius. Accidentia cum non possint stare sine subiectis, ita nec probari, nec intelligi.

Ad deuolutionem agens ob non solutum canonem, vel quia linea est finita, vt obtineat, quid necessariò veniat probandum, et vt interim denegetur emphyteutæ manutentio, quid omnino requiratur.

Testamentum ad pias causas ordinatum, & ab ipso met testatore conscriptum, atq. eius manu recognita valet, & tenet, quamuis nulla solemnitas sit adhibita, & si nullus omnino sit adhibitus testis, exemplo testamenti conditi à milite quale valet & tenet, quamuis in puluere, vel in clypeo conscriptum reperiatur, absque aliqua solemnitate, et testibus, cũ ista duo testamenta in iure æquiparentur.

SVMMARIVM

1 *Dispositio simplex ad pias causas facta, sine testibus, si negetur, qualiter doceatur.*
2 *Veritas aliud non timet, nisi quod ascondatur.*
3 *Scriptura simplex regulariter nihil probat.*
4 *Scriptura simplex non approbata à parte, nec contra ipsum scribentem probat.*
5 *Scriptura simplex nec plenam, nec semiplenam facit probationem*
6 *Scriptura simplex, quod faciat semiplenam probationem eDD. qui hoc dicunt, reprobãtur.*
7 *Scriptura simplex facit aliqualem præsumptionem, & quare.*
8 *Scriptura simplex nec plenè, nec semiplenè probat.*
9 *Scriptura priuata non probat pro scribente, nec pro eius successore, siue sit Ecclesia siue Fiscus.*
Bart. in l. scripturas in fin. C. qui potior in pign. hab. rejicitur n. 9.
10 *Scriptura defuncti à testibus non subscripta, nullatenus releuat, si in controuersiam deducatur.*
11 *Testamentum nullum recipitur, nisi munitũ sit duobus testibus, et num. 14. 15. & 16.*
12 *Siue conditum sit à milite, siue ad pias causas, inter liberos.*

probandum id, cuius contrarium constat ex cō-
fessione eius, qui remissoriam petit &c. et coram
Buratt. decis. 877. num. 7 vers. non est danda re-
missoria contra propriam confessionem &c. & de-
inde fuit dictum coram R. P. D. Rojas in causa
Ferrarien. Pecuniaria 11. Nouembris 1651. § fin.
vers. contra propriam confessionem numquam cō-
ceditur remissoria &c. Et merito fit talis dene-
19 gatio, quia, vt dixi supra num. 4. confessio par-
tis præualet mille testibus, imo & quod plus
est, testes dicuntur falsi. quando deponunt cō-
tra principalis confessionem, vt post Innocent.
& Dec. sensit Rota coram Caputaquen. decis. 283.
aliàs 10 part. 3 numer. 6. vers. præterea aliqui ex
testibus deponunt falsum, quia principales faten-
tur, & ipsi negant &c.

Vnde non mirum, si confessio infringat etiā
20 iam factas probationes per testes, vel instru-
menta, vt constat ex allegatis per Mascard. de
probat conclus. 343. num 2. vers. confessio infrin-
git probationes factas &c. & Rota numquam
concedit remissoriam, quando id, quod prætē-
21 ditur probari, non releuat, cum hoc aliud nō
esset, nisi tempus conterere, vt plenè iam de-
duxi in Annotat ad decis. 606 à num. 41. part. 5.
recent tom. 2. Accedit etiam, quod Iudex nul-
22 lam non potest declarare confessionem partis,
vt post Cephal. & Crauett. probat Cyriac con-
trouers. 427. num. 12. vers. non posse nullam pro-
nunciare &c. Matt. de success. part. 4. quæst. 2. ar-
ticul 5. num. 2. vers. quia confessionem partis non
potest Iudex nullam pronunciare &c. cum alijs
allegatis per Ricc. decis. 171. part. 1 num. 5. versic.
nec Iudex potest iudicare confessionem nullam
esse &c. & vide ibi num. 8. vbi tamen probat,
23 quod cartula peccatorum reperta penes delin-
quentem, nō probet contra ipsum ad pœnam
infligendam, & vide ibi nè à proposita materia
discedam.

Vndè in puris terminis dispositionis ad piā
24 causam, vt ea plenè dicatur probata per con-
fessionem partis, non aliter ac si testium de-
positiones, & scriptura exhiberetur, præter su-
pra adductos DD nuper fuit dictum in Rota
in causa Romana Legati 22. Iunij 1650. coram
Emin. D. Card. Corrado. § Nam illud probatur.
Vbi fuit decisum, Legatum factum alicui, satis
25 dicitur probari per confessionem factam ab
herede testatoris, qui dictum legatū reliquit,
asserendo, tale legatum fuisse relictum tali per-
sona.

Ibique ampliatur id multò magis procede-
re in casu nostro, scilicet quando tale legatum,
26 seu quęlibet alia dispositio ad piam causam
fuit ordinata, et extenditur eò fortius id sibi
vsurpare locum, quando talis confessio exone-
27 rationem conscientiæ ipsius hæredis contine-
ret, qui diutius desecerat, & distulerat, illud
28 legatum pium soluere, ac adimplere, vt tene-
batur. l. nulli. C. de Episcop. & cleric. l. 2. & l. fin.
C. de fideicomm. & in Auth. de hered. & Falcid.
in §. his igitur à nobis præordinatis, & in cap. in-
dicante, & cap. nos quidem, & cap. si haeredes ex-
tra de testib. Bald. in d. l. fin. sub num. 26. dicens,
29 quod plus peccat ille, de quo plus confidit te-
stator. C. de fideicommiss. Franc. Aretin. cons. 93.
Viso legato. sub numer. 1. vers. ita quando aliquis
scit se ex lege conscientia &c. Addo Tiraquell. de
priuileg. piæ causæ. priuileg 2. §. Hoc autem intel-
lige, vers. in foro conscientiæ peccaret &c. Rota
coram bon. mem. Card. Seraph. decis. 487. num. 11.
vers. confessio facta pro exoneratione, conscientiæ
prodest &c.

Et generaliter quod confessio extraiudicia-
30 lis in fauorem piæ causæ, absente parte facta
propter dictam absentiam non possit reuocari,
benè concludit Tiraquel. in d. priuileg. piar. caus.
priuileg. 116. cum ibi allegatis, quibus adstipu-
lantur Ricc. & Thor in addition. ad dictum pri-
uileg. 2. Quare in Senatu Neapolitano, teste
Afflict. decis. 164 fuit decisum per confessionē
cuiusdam priuati, quod certum territorium à
31 se retentum erat Ecclesiæ, probari dominium
Ecclesiæ. Francisc. Viu. decis. 486. num. 3 versic.
confessio extraiudicialis ad exonerandā conscien-
tiam plenam quidem inducit probationem &c.
& dixit Rota coram Eminentiss. D. Card Cor-
rado in causa Romana Fideicommissi de Capite-
ferro 10. Maij 1645. § Huiusmodi autem. vers.
ex prædictis satis probatur, abundè magis cōuin-
citur ex declaratione facta in testamento &c. &
iterum coram eodē in eadem causa sub die 19. Fe-
bruarij 1648. §. Hæc autem. vers. huiusmodi con-
fessio in testamento facta ob recognitionem bonæ
fidei, quæ in effectu exonerationem conscientiæ
importat &c.

Nec quidquam releuat, si opponeretur pre-
32 dictam confessionē nullius esse roboris, quan-
do esset extraiudicialis, ad fauorem absentis,
pro quo nemo fuit stipulatus, & sic tamquam
33 facta absente parte, legitimam non induciit
probationem. arg. leg. certum. §. si quis absente,
ff. de confess. & leg. fin. ff de interrogatorijs action.
& not. glos. in l. cum de indebito. §. fin. ff. de probat.
& in cap. si cautio de fid. instrument. in l. unica.
C. de confess. & in cap. fin. ext. eodem. cum alijs
multis relatis à Gabr. in tit. de confess. cōclus. 1.
num 1. sensitque Rota in causa Romana pecu-
niaria coram bon. mem. Penia. est inter eius à me
impress. decis. 332. num. 3. vers. confessio extra iu-
dicium facta absente parte non facit probationem
contra confitentem &c. & in causa Romana
Mutui de Celsis coram bon. mem. Card. Caualer.
est inter eius impress. decis. 492. num. 6. versic con-
fessio extra iudicium facta non releuat &c. et co-
ram R. P. D. Bichio in causa Carpentoraten. Hæ-
33 reditatis 5 Iunij 1648. vbi dicitur, quod regu-
la iuris Ciuilis est non admittere confessionē
extra iudicialem &c. & antea coram R. P. D.
Rojas in causa Maceraten Census 15. Febr. 1641.
§. Denique vers. assertionem factam fuisse parte
absente, quæ ideo illi non nocet &c.

Nam, & licet verum sit, vt dixi, supra quod
34 confessi pro iudicatis habentur, id sanè ita
acci-

accipiendum est, dummodò pars aduersa ex-
35 presè acceptet confessionē, Nec sufficit enim
præsentem esse, & tacere, vt notat Cyn. in leg.
vnic. C. de confess. quæst. 9. receptus secundum
Rip. in rub. ff. de verb. obligat num. 22. ita etiam
tenet Salicet. in l. iubemus. C. de liberal. caus. et in
l. generaliter in 6 quæst. C. de non numerat. pecun.
vbi refert se ita consuluisse, & refert Alex. in
consil. 20. num. 1. vol. 4. et in consil. 111. numer. 7.
vol. 3. et consil. 174. num. 2. vol. 6. & hanc opinio-
nem esse communem, testatur Ias. in l. error.
num. 3. C. de Iur. et fact. ignorant. & communē
etiam asserit Alciat. in rub. ff. de verb. obligat.
num. 3. latè Francisc. Cald. quæst. forens. seu re-
cept. sentent. lib. 2. quæst. 31. num. 2. vers. dummo-
do pars aduersa expresè acceptet confessionē &c.
& vide latè prædictam conclusionem, an, &
quatenus vera sit.

Sunt tamen multi Doctores sentiētes, quod
36 licet confessio extraiudicialis facta absente
parte plenam non inducat probationem, ta-
men faciat semiplenam, iuxta communem de
qua attestatur Ias. in l. admonendi. nu. 158. ff. de
iureiur. cum adductis per Polydor. Rip. singul.
obseruat. 266. & Senator Bell. in tractat. de his
quæ fiunt in continent cap. 114. lib. 1. Afflict. de-
cis. Neapolit. 12. num. 2. vers. quia confessio ex-
tra iudicium facta, absente parte, probat semi-
plenè &c. et decis. 337. num. 6. vers. facit semiple-
nam probationem &c. et decis. 364. numer. 4. vers.
confessio extra iudicium parte absente, probat se-
miplenè etc. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 9. nu. 1.
vers. inducit semiplenam probationem etc. & as-
serit de indubitata, & communi omnium opi-
37 nione, testaturque ab ea, nec in iudicando,
nec in consulendo nō esse recedendū. Io. Petr.
Pontanell. decis. Catalon. 258 num 7 vers. con-
fessio extraiudicialis legitimè probata facit semi-
plenam probationem etc affirmatque id procul-
dubio procedere. Francisc Viu. decis. Audient.
Baren. 191. num. 1. vers. indubitanter quidem sal-
tem semiplenè probat confessio extraiudicialis in-
ter alias personas facta in fauorem alicuius tunc
absentis &c. Io. Domin. Gait. in tractat. de credit.
cap. 2. titul. 3. articul. 1. numer. 226. vers confessio
absente parte semiplenam inducit probationē &c.
fidemque facit de receptissima opinione. Et de
38 cōmuni opinione pariter testatur Hieronym.
Magon. decis. Florent. 135. num. 11. vers. qua se-
miplenè probat secundum communem opinionem.
Senatus Neapolitanus penes Afflict. decis. 337.
num. 6. vers. communis conclusio est. quod confes-
sio extra iudicium parte absente facit semiplenā
probationem. Rota March. apud Marc. Ant. de
Amat. decis. 13. num. 1. versic. confessio extraiudi-
cialis semiplenè probat. Senatus Mantuanus se-
cundum Io. Petr. Surd. decis. 12. num. 4. vers. facit
semiplenam probationem.

Vbi etiam asserit, quando concurrunt duæ
39 confessiones extraiudiciales super eadem cau-
sa, tunc cum vnaquæque faciat semiplenam
probationem simul iunctæ probabunt plenè.
adde Rota Ianuen. decis. 199. num. 5. vers. semi-
plenam facit probationem &c. atque de cōmu-
40 ni Doctorum opinione à qua in iudicando, &
consulendo non sit recedendum etiam pluri-
bus telaris, asseuerat Matth Berlic. in suis con-
clus. practicabil. part. 1. conclus. 36. num. 101. vers.
confessio extraiudicialis absente parte emissa semi-
plenam probationem facit &c. sentitque Rota
penes Crescenr. decis. 1. numer. 1. vers. confessio
extraiudicialis absēte parte probat semiplenè &c.
de confess. Aduerte tamen vt confessio extra-
iudicialis semiplenè probet, probanda est ple-
nè, prout monet Hieronym. Magon. decis. Lu-
cens. 46. num. 11. & 23. vers. vt semiplenè probas-
set &c. vtique quando est probata per testes
41 idoneos probat etiam de iure ciuili. l. deside-
rium. C. deposit. sentitque Rota coram bon. mem.
Penia decis. 409. num. 3. vide infra.

Alij vero Doctores oppositum sentiunt, sci-
42 licet talem confessionem omnino nihil proba-
re, & præsertim Salycet. in l. bonæ fidei. 3 nu. 21.
vers. sextum exemplum. C. de reb. credit. & ibi
etiam Bald. num. 10. vers. modo quæro de viua
voce &c. Ias. sibi quodammodo contrarius in
l. siue apud acta. num. 2. C de transact. Coras. in
l. admonendi. nu. 76. & seq. C de iureiur. Vincent.
Mancin in tractat de confess. cap. 2. num 7. vers.
imo magis communis est sententia, vt nihil probet,
& antea pariter de magis communi opinione
attestatur Hercul. in tractat de probat. negat. nu-
mer. 198. versic. quadragesimo sexto fallit &c. &
post eum pariter de magis communi opinio-
ne affirmat Mascard. in tractat. de probat. vol. 1.
conclus. 349 n. 6. vers. quia tunc nihil probat &c.
& asserit id docuisse ab Vlpiano, & Sceuola, vt
ibi per eum, de communi quoque sententia
pluribus DD. adductis testatur. Anton. Gabr.
in suis commun. conclus. titul. de confess. sub nu-
mer. 53. vers. contrarium, quod etiam semiplenā
non faciat probationem.

Et quod de rigore Iuris confessio extraiu-
43 dicialis absente parte facta non releuet. dixit
Rota coram bon. mem. Pirouano in causa Roma-
na Redditionis rationis 16. Ianuarij 1634. quam
retuli in 6. part. recent. decis. 256. nu. 1. vers con-
fessio extraiudicialis non releuat &c. cum alijs
adductis supra num. 36. Et benè inquit Innocent.
in cap. interposita. de appellat. quod confessio
44 recepta extra iudicium non accipitur, nec
mouet Iudicem ad credendum, ex quibus vi-
detur innuere Innocent. quod confessio extra-
iudicialis nō moueat Iudicem ad credendum,
ex eo quia talis confessio non probet plenè, &
videtur, quod nec semiplenè. An autem talis
confessio faciat indicium ad torturam plenè
videatur. Farinac. quæst. 37. num. 47. & q. 84.
num. 23. & Guazz. ad defens. cap. 34. per tot. vi-
de infra num. 68.

Quidquid tamen sit de supradictis opinio-
nibus, primam de qua à nu. 36. videri verio-
rē quibusdam tamen requisitis cōcurrentibus
45 vt fusè suo loco dicam, Nam hic ad casum
nostrum

nostrum non est opus ingredi tam magnam
syluam, quia indubitatum est, supradicta pro-
cedere de Iure Ciuili, sed secus de Iure Cano-
nico, nam secundum æquitatem Canonicam
46 (quæ in causis pijs seruari debet in vtroque
foro, ex rationibus, iuribus, & Doctoribus à
me supra adductis cap.1. per tot.) confessio ex-
traiudicialis absente parte facta, plenam facit
47 probationem, iuxta notata per glos. quæ repu-
tatur admodum singularis, in can. quoties cor-
dis oculus. in verb. et per te. 1. quæst. 7. eamquè
vti communem, et veriorem, extollunt, & se-
48 quuntur passim Doctores, & ferè prædicta
sententia est indubitabilis, & coronata, vt ap-
paret ex multis DD relatis tàm per Mascar-
dum in tractat. de probat. conclus. 357. à nu. 57.
vbi hanc opinionem predicat veriorem, &
communiorem, quàm per Ant. Gabr. in titul.
de confess. conclus. 1. num. 46. vbì de communi,
49 & recepta opinione, latèque hanc conclusio-
nem tamquam verissimam admittũt fere om-
nes Canonistæ in cap. si cautio. de fid. instrumen.
Et ab hac opinione non esse recedendum in
practica, protestatur Thom. Grammatic. in cõn-
sil. ciuil. 116. nu. 5. vers. opinio dicta glos. est com-
munis, ideo ab ea nec in decisiuis, nec in practica
est recedendum, & sequitur Marescot. variar. re-
solut. cap. 44. num. 4. vers. confessio extraiudicia-
liter facta de æquitate Canonica plenè probat
contra confitentem &c. ac nuper pluribus re-
latis de communi opinione attestantur Ioseph.
Felin. in Margarit. variar. conclus. in verb. con-
fessio. § Confessio extraiudicialis etiam absente
parte facta plenam inducit probationem, & con-
fitenti præiudicat de æquitate Iuris canonici, vt
pro communi &c. Horat. Pers. in consil. ciuil. 5.
num. 13. vers. in foro Ecclesiastico confessio ex-
traiudicialis parte facta absente plenè probat &c.
ibiquè etiam post Alex. Trentacinq. consil. 51.
num. 16. vol. 1. inquirit id in toto Regno debere
50 procedere, cum sit feudum Ecclesiasticum.
Marc. Antòn Genuens. in suis practicabil. Ec-
clesiast. Tricenar. 26. quæst. 768. num. 2. vbi re-
futata contraria opinione, indubitanter asse-
rit, de æquitate Canonica confessionem factã
51 absente parte probare, & testatur hanc esse
communem opinionem, quam tenent grauis-
simi Doctores. Videatur Cauall. commun.
contra commun. quæst. 17. num. 2. vbi reiecta
contraria opinione, asserit hanc sibi videri
magis veram, & communem. Iul. Cæsar. Cal-
nin. in tract. de Æquitat. lib. 1. cap. 63. n. 4. vers.
de æquitate tamen canonica &c vbi ait, con-
fessioni factæ siue presente, siue absente parte
52 de æquitate canonica statur, etiam erroneæ,
ac extraiudicialiter emanatæ.

Sic quoque diuersa Orbis Tribunalia sen-
53 serunt, & præsertim Rota Auenion. apud Hie-
ronym. à Laurent. decis. 62. sub num. 1. vers. in-
specta æquitate Canonica, quæ obligat confitentẽ
parte etiam absente &c. Audientia Baren. penes
Fracisc. Viu. decis. 486. nu. 1. vers. taliter, quod
ea de æquitate canonica valida quippe redditur,
pleneque probat contra confitentur &c. Sena-
tus Pedemõtanus teste Anton. Tessaur. decis. 109.
sub num. 6. vers. æquitas Canonica vult confes-
sionem factam absente parte facere plenam pro-
54 bationem &c. testaturque de veriori, et com-
muniori sentẽria. Rota Lucen. penes Hieronym.
Magon. decis. 46. sub num. 10. vers. plenè probat
de æquitate canonica. Rota Marchia. vt scribit
Marc. Anton. de Amat. decis. 13. vers. de æquita-
te canonica confessio extraiudicialis facta abeñte
parte probat &c.

Nec deficit ad corroborandam supra rela-
tam acceptissimam opinionẽ auctoritas Ro-
55 tæ Romanæ, nam eam inuicta constantia, vt
reperio, amplexa fuit, & præsertim penes Put.
decis. 12. sub num. 2. vers. de iure canonico con-
fessio extra iudicium plene probat. lib. 2. et decis.
53. num. 1. vers. confessio extraiudicialis de Iure
Canonico probat &c. eodem lib. 2. Rota decis. 4.
num. 1. coram bon. mem. Cantuc. vers. confessio
extraiudicialis etiam absente parte facta plenè
probat &c part. 2. diuers. ibique testatur de cõ-
muni. Card. Seraph. decis. 487. n. 6. vers. secun-
dum æquitatem canonicam iuxta quam confes-
sio præiudicat etiam absente parte &c. et fuit di-
ctum coram bon. mem. Coccino decis. 170. nu. 10.
vers. confessio in omnem euentum erit extraiu-
dicialis, quæ de æquitate canonica plenè probat
&c. nec non coram bon. mem. Cumitulo decis.
168. num. 4. vers. probans de æquitate Canonica
&c. et coram bon. mem. Penia decis. 94. num. 7.
vers. confessio extraiudicialis de iure Canonico
plenè probat &c. et decis. 409. num. 1. vers. con-
fessio licet extraiudicialis de æquitate canonica
etiam parte absente probat &c. Idemque fuit
decisum coram bon. mem. Vrgellen. 188. nu. 1.
vers. quæ confessio licet extraiudicialis de æqui-
tate canonica plenè probat contra confitentẽ &c.
& coram bon. mem. Buratt. decis. 317. numer. 6.
vers. quæ confessio extraiudicialis de æquitate
canonica plenè probat &c. et coram san. mem.
Gregor. XV. decis. 408. num. 2. vers. etiamsi ema-
nasset parte absente probat &c. et sæpe sæpius
fuit admissum in recent. et præsertim in decis.
158. sub num. 11. vers. saltem procedit in vim
extraiudicialis confessionis &c. part. 1. vbi aper-
tè Rota fatetur de magis communi opinione.
et decis. 404. sub num. 2. vers. licet fuerit extra-
iudicialiter facta tamen de æquitate canonica
probat &c part. 2. et decis. 463. sub num. 4. vers.
cum confessio extraiudicialis probet de æquitate
canonica &c part. 3. decis. 157. sub num. 1. vers.
etiam de æquitate canonica procedit in confessio-
ne extraiudiciali, vt plenè probet &c part. 4. et
decis. 256. n. 2. vers. cõfessio extraiudicialis plenè
probat contra confitentem &c. par. 5. et decis. 218.
num. 5. vers. parte absente emanata de æquitate
Canonica plene probat &c. part. 6. et decis. 207.
num. 8. vers. licet sit confessio extraiudicialis ta-
men de æquitate canonica operat. &c. part. 7. &
deinde fuit resolutum coram Eminentiss. D.
Card.

Card. Verospio *in causa Viterbien. Census 7. Iunij* 1638. *§. Secūdo hac ad minicula vers. maximè procedunt inspecta canonica æquitate, cum secundum eam recipiat & obliget confessio facta absente parte &c.* et coram R.P.D. Bichio *in causa Romana Diuisionis* 20. *Iunij* 1639. *§. Nō obstat vers. de æquitate Canonica probat etiam confessio parte absente emissa &c.* Videatur *Frācis.* Viu. *d. decis.* 386. *num.* 14. vbi paternè monet, vt prædicta opinio omninò retineatur, &
56 cò libentius, quia Rota Romana eam rigore abiecto amplectitur, cum tale Supremum Tribunal sit omnium Iurisconsultorum auriga,
57 et magister, iurisque Lucerna, totum illuminans Orbem, taliter quod, vt subiungit, Rota ipsa Romana meritò quidem solet contra cō-
58 munem habentem in se rigorem iudicare, cū æquitas ipsa potius, quàm rigor debeat amplecti. De iure enim Canonico apices iuris nō attenduntur *cap. dilecti, &* ibi *glos. in verb. subtiliter,* vbi *omnes. de iudicijs* sed sola spectatur æquitas, quamobrem in confessione propria per dictum ius Canonicum non inspicitur, nisi
60 mens proferentis, et non attenditur vtrum confessio sit extraiudicialis, vel iudicialis, itaque quotiescunque apparet de intētione proferentis, æquitas cannnica, iudicare solet secū-
61 dum verba, quouis modo prolata. *cap. Antigonus* 1. *ext. de pact. can. iuramenti.* 22. *quæst* 5. & notant Doctores *in cap. si cautio.* & ibi *Felin. num.* 27. Butr. *num.* 7. Card. *in fin. in vltima oppositione de fid. instrument. Matth. de* Afflict. *decis. Neapolit.* 164. *num.* 5. *vers. confessio probata per testes &c. Francis.* Viu. *decis. Audient. Baren.* 486. *num.* 4. *vers. solitque ius canonicum vbicūque appareret de intentione loquentis &c.* optimeque ratiocinata est *Rota Rom. in causa Florentina Decimarum* 29. *Ianuarij* 1635. *coram Eminentiss.* D. *Card.* Verospio. *est decisio* 12. *n.* 14. *vers. de æquitate Canonica non inspicitur, nisi mens proferentis &c part.* 7. *recent.*

Et sine dubio nemo præsumitur velle men-
62 tiri *ad text. in l. merito. ff. pro soc.* vel inaniter loqui. *cap parochianus, vltim. de sepultur. Felin. in cap. si cautionum.* 29. *de fid. instrum. Hieronym. à* Laurent. *decis. Auenion.* 63. *num.* 1. *vers. Ne præsumatur quisquā velle mentiri &c.* Hinc quoque est de iure canonico pactum nudum
63 obligationem, & actionem producere *d. cap.* 1 *vbi omnes de pact. cap. quamquam. de vsur. in* 6. & est communis opinio ferè omnium DD. vt
64 inquit *Corn. in consil.* 83. *num.* 1. *vers. secus est de Iure Canonico &c. lib.* 4. *Rota decis.* 492. *n.* 1. *vers. nullum adest dubiū, quin pactū nudū &c. part.* 5. *recent. & alibi latè dicam.*

Nec est curandum, licet nonnulli Doctores absolutè negent, nullatenus subsistere prædi-
65 ctam opinionem, quod de æquitate Canonica cōfessio extraiudicialis absente parte emanata plenè probet, et præsertim id tenet *Alex. in consil.* 180. *sub num.* 7. *vers. Non obstat si dicatur, quod de iure Canonico confessio facta &c. lib.* 2. vbi attestatur sic communiter teneri. ita quoque senserunt alij plures adducti per *Fernand. Vasq. de successi. lib.* 3. *§.* 23. *limitat.* 18. *sub num.* 26. *vers. Contrariam partem &c.* vbi ex-
66 pressè dictam opinionem approbat, et ait nunquam apud eum dubium fuisse, quin prædicta sententia verior esset.

Tamen, vt dixi, non est curandum de tali eorum opinione, quia ex supra relatis DD. cō-
67 stat contrariam esse veriorem, et communiorē, quam diuersa Orbis Tribunalia sine scrupulo sequuntur, vt supra à *num.* 53. tamquam optima quidem ratione munitam, & in specie *Alex in d. consil.* 180. reprobatur à *Dec. in cons.* 162. *sub num.* 2. *vers. ista opinio videtur communis, quidquid dixerit Alex. &c. &* à Curt. *in consil.* 168. *n.* 12. *vers. quidquid dixerit Alex. &c. &* à Rota *decis.* 4. *n. prim. vers. Licet contrariū teneri testetur Alex. consil.* 180. *nu.* 7. *lib.* 3. *tamen reprobatur part.* 2. *diuers.* Vide in seq. capite vbi dictam opinionem declarabo.

ARGVMENTVM.

Confessio extraiudicialis quantumuis verum sit, quod secundum æquitatem Canonicam probet, tamen talis æquitas non intrat quando sumus in criminalibus, quia tunc clariores probationes requiruntur ad aliquem cōdemnandum.

Item dicta æquitas cessat. si ea confessio non fuerit probata per testes contestes cum & aliàs ipsi non releuent. Item silet prædicta æquitas, si cōfessio extraiudicialis incidenter, & ad aliū finem emanauerit, & maximè si essemus in criminalibus.

Mulier accusata de furto, si adulterium fateatur, an ex tali confessione possit damnari, & an in tali delicto possit Iudex procedere ex inquisitione. In admittenda probatione per confessionem extraiudicialem secundum æquitatē Canonicam, Iudex valdè circumspectus sit, & omnia benè penset, quia verba in absentes, sicut vmbræ, solent volitare, absque vlla proferentis consideratione, ioci, vel iactandi causa prolata.

Confessio extraiudicialis, licet iuxta æquitatem Canonicam, secundum aliquos DD. non probet, si sit facta absente parte, quæ opinio valde controuersa est, tamen quando sumus in materia causæ piæ, cessat omnis amaritudo, quia quando aliquid promittitur vel confitetur ad fauorem causæ piæ, cum id respiciat DEVM, qui vbique est præsens &c. non est opus discutere talem controuersiam adeo sinuosam.

Fauore dotis, cum valeat donatio, seu promissio facta mulieri, quamuis ea absente, ita etiam multò fortius debet intrare prædicta conclusio fauore, piæ causæ, & quare.

Ee SVM;

SVMMARIVM.

68 *Confessio extraiudicialis de æquitate Canonica, non probat, quando sumus in criminalibus.*

69 *Scilicet ad effectum infligendi confitenti pœnam ordinariam.*

70 *Clericus confitens se cõmisisse crimen adulterij, ex hoc non priuatur beneficio, sed solum suspenditur.*

71 *In Delictis probandis probationes debent esse clariores ipsaq. luce meridiana.*

72 *Confitens in criminalibus non habetur pro iudicato.*

73 *Occidisse aliquem. si quis id fateatur, & non constet de corpore occiso, talis confessio illi non præiudicat, nec pro eo punitur.*

74 *Condemnari, vt quis possit, quid requiratur.*

75 *Confessio sola inquisiti, ipsum non condemnat*

76 *Confessio in criminalibus non habetur pro iudicato, sed pro iudicando.*

77 *Confesso spõte delictum, etiam assignatur terminus ad se defendendum, licet ipse non petierit illum. & ita seruat totus Mundus.*

78 *Delicti confessio à Iudice extorta à reo sub spe immunitatis, an possit deinde ex ea condemnari, cum & vide distinctionem à num. 79. 80 81.*

82 *Confessio extraiudicialis non probat secundũ æquitatem Canonicam, si ea fuerit probata per vnicum testem.*

83 *Testes, vt probent confessionem extraiudicialem debent esse contestes.*

84 *Confessio extraiudicialis incidenter, & ad alium finem emanata, nec probat, secundum æquitatem Canonicam.*

85 *Confessio incidenter, & ad alium finem facta non probet debitum, nec potest ille, ad cuius fauorem tendit confessio, agere ad quantitatem confessatam. Vide hic exempla & num. 86. & 97.*

88 *Confessio emanata ad excusandum confitentem non probat contra eum ad alium finem.*

89 *Confessio extraiudicialis incidenter facta, tãc multo minus releuat, quando sumus in criminalibus,.*

90 *Mulier de furto accusata, si fateatur se adulterium commisisse, ex tali confessione non poterit damnari.*

91 *In Crimine adulterij non proceditur ex officio.*

92 *Adulterium per vxorem commissum, non potest à Iudice, vel ab alio extraneo accusari, non valente marito, & quare.*

93 *Iudex ex officio de Iure potest procedere super quocumque delicto.*

94 *De Adulterio quilibet de iure 12. tabularum poterat accusare.*

95 *Vxor, si egerit contra maritum ad separationem thori ob eius impotentiam. Si maritus fateatur ad se excusandum, se commisisse adulterium, vxor nõ poterit iuuari tali confessione. & quare.*

96 *Confessiones extraiudiciales plerunq. ab omnibus fiunt sine animi deliberatione, oscitanter, vel ioci causa &c.*

97 *Cõfessio extraiudicialis, quod probet de æquitate canonica, ideo Iudex debet esse satis æquus, & circumspectus in ea admittenda. et nu 98.*

99 *Æquitas quando non habet certos terminos constitutos à lege, id religioni Iudicantis remittitur.*

100 *Verba in absentes solita sunt est volitare sicut vmbra, citra vllam loquentis deliberationẽ.*

101 *Confessio extraiudicialis facta in piam causã ad fauorem absentis, pro quo nemo fuit stipulatus, an valeat.*

102 *In Confessione extraiudiciali, etiam secundũ æquitatem Canonicam, vt probet, requiritur præsentia partis. & num. 103.*

103 *Confessio extraiudicialis facta absente parte probat de æquitate Canonica si sit facta Iudice presente.*

104 *Confessio extraiudicialis facta absente parte, valet in foro pœnitentionali, seu Spirituali.*

105 *Promissio de dando alicui, puta centum, an valida sit talis promissio.*

106 *Glos. in can. quoties, in verb. & per te. 1. qu. 7. est communiter improbata.*

107 *In Vsurarum restitutionis fauorabilis causa ad validitatem stipulationis requiritur persona publica.*

108 *Obligatio initium capere debet à persona contrahentium.*

109 *stipulatio non tenet, alio non recipiente.*

110 *Confessio extraiudicialis non tenet. alio non recipiente.*

110 *In Confessione extraiudiciali, quod non requiratur præsentia partis, videtur magis vera. & communis opinio.*

111 *In Confessione extraiudiciali ius Canonicum non considerat præsentiam partis, sed mentem.*

112 *In Confessione extraiudiciali, an æquitas Canonica requirat præsentiam partis, est quæstio pro amico.*

113 *De Iuris apicibus æquitas Canonica non curat.*

114 *Confessio extraiudicialis absente parte facta, & à nemine acceptata non præiudicat,*

115 *Quod procedit. si simus in confessione tendente ad obligandum principaliter.*

116 *Confessio extraiudicialis probat, etiam absente parte emanata. si emanauerit ad effectum probationis rei gesta.*

117 *Confessio extraiudicialis probat etiam de iure Ciuili, si agatur tantum de probanda veritate rei gesta.*

118 *Pia causæ fauore aliquid donans vel promittens, videtur DEO, qui vbique est præsens, & acceptans promittere. & num. 118.*

119 *DEVS vbique est præsens.*

DEVS

120 *DEVS est vbique per potentiam, per essentiã, per præsentiam &c.*

121 *DEVS est circulus, cuius centrum est vbiq. et circumferentia nusquam, seu nullibi.*
DEVS est intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus,

122 *Donatio, vel promissio facta pauperibus, vt valeat, debent ipsi pauperes esse præsentes per se, vel per alios.*

123 *Consensus requiritur pro substantia donationis.*

124 *DEVS pro pauperibus semper censetur acceptare, & quare.*

125 *DEVS non solum iubet, vt largiatur pauperibus, sed etiam copiosam mercedem promisit, id exequentibus.*

126 *Donatio, seu promissio facta mulieri absente ex causa dotis valet, & tenet.*

127 *Verba enunciatiua fauore dotis prolata probant.*

128 *Mulier, si fateatur, duxisse maritum, et omnia bona ei dedisse in dotem, ista verba enunciatiua satis probant.*

129 *Verba enunciatiua fauore piæ causæ satis probant, etiam parte absente prolata.*

130 *Pia causa, & dos in iure æquiparantur.*

131 *Dotis causa nititur natura pietatis.*

132 Pia *causa spiritu DEI ducitur.*

133 *Dispositio ad pias causas, quando dicatur fauo·*

134 *Dotis causa verè non dicitur pia, sed solum lato sumpto vocabulo.*

135 *Dos, non dicitur causa pia, de illa, quæ respicit amorem DEI.*

136 *Dispositio ex causa dotis, quando verè, et strictè dicatur pia causa.*

137 *Dos, quantumuis relicta non pauperi dicitur dispositio ad pias causas, & qualiter.*

138 *Templo, si quis aliquid offerat ad eius ornatũ, valet donatio quamuis nullus acceptet.*

140 *super Altare alicuius Ecclesiæ, si quis aliquid ponat, animo offerendi;*
Absentibus Ministris Ecclesiæ, an illud censeatur Ecclesiæ acquisitum.

142 *Emancipatio absque consensu emancipati non potest fieri, fallit tamen si sumus in infante.*

143 *Ecclesia gaudet priuilegijs pupilli, et minoris. et num.145.*

144 *Argumentum ab Ecclesia, & minore in iure sæpissimè sumitur.*

146 *Pia causa, et Ecclesia æquiparantur, et gaudent eisdem priuilegijs:*

147 *Priuilegia in genere concessa Ecclesijs competunt etiam Capellis, omnibus locis pijs.*

148 *Ecclesia sua priuilegia habet propter animam et contemplationem DEI, et ad idem etiam respicit pia causa.*

CAPVT XXIII.

Confessio extraiudicialis, quæ, vt in præcedenti cap. diximus, secundùm æquitatem Canonicam probat, et cum multi DD. prædictam æquitatem absolutè negent, tamen si eorum reprobationem euitare velimus, dicere possumus, tunc confessionem extraiudi-
68 cialem absente parte, nec de æquitate Canonica probare, quando sumus in criminalibus,
quia tunc nullatenus plenàm inducit proba-
69 tionem, quo ad effectum pœnæ ordinariæ infligendæ, *text. est in cap. quàm sit graue. 9. de excess. prælat.* vbi Summus Pontifex Innocentius III. determinauit, si presbyter beneficia-
70 tus confessus fuerit crimen adulterij se commisisse, non ex hoc priuatur beneficio, aut deponitur, sed solum suspenditur, et ibi notant *Abb. Hostien.* cœterique Canonistæ adducti *per Barbos. in collectan. in d. cap. quàm sit graue,* et addo Rot*am in nou. decis. 1. vers. confessio extraiudicialis plenè delictum non probat &c. de confess.* et melius apud Bellamer *decis. 720. numer. 1. vers. tamen secus est in delictis &c.* et penes Put *decis. 53. num. 2. vers. confessio de æquitate canonica extra iudicium facta probat, sed non in criminalibus &c. lib. 2.* et admisit idem *Alex. in d. consil. 180. num. 7. versic. in criminalibus constat etiam de* Iure *Canonico confessionem extra iudicium factam non probare &c.*
71 Et ratio potest esse, quia in delictis probandis clariores probationes esse debent. *l. fin. C. de probat.* et quidem, vt dicunt DD. luce ipsa meridiana. *l. cuncti sciant. C. de probat.* vbi DD. omnes, quæ est canonizata *in can. sciant cuncti 2. quæst. vltim.* Quod enim confessus in cri-
72 minalibus non habetur pro iudicato *text. est in l. 1. §. Diuus.* ibi, *confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, si nulla alia probatio religionem cognoscentis instruat &c. ff. de quæstion. et in l. si confessus. ff. de custod. rer.* Et hinc est, si aliquis confiteatur se occidisse aliquem, & non constat de corpore occiso, ta-
73 lis confessio illi non præiudicat, nec pro ea punitur, *ad text. in l. indè Neratius. §. fin.* ibi *si quis hominem viuum falso confiteatur occidisse, et posteà paratus sit ostẽdere hominem viuum esse, Iulianus scribit cessare Aquilam. ff. ad l. Aquil.* & ita tenet *Angel. de malefic. in verb. fama publica. vers. duodecimo tu Iudex.* Bald. *in addit.* ad Specul. *titul. de sentent. vers. Titius fuit confessus.* Ias. *in l. error. col. 2. ff. de iur. & fact. ignor. & in l. iusiurãdum. §. procurator. num. 25 ff. de iureiur.*
Imo, & si constaret, illum fuisse occisum, dummodo non constaret de delicto, non possit
74 condemnari, quia duo requiruntur, vt quis condemnetur, quod delictum sit commissum, & commissum sit ab illo, qui confitetur saltem per coniecturas, *Bart. in l. 1. §. item illud. ff. ad*

Digitized by Google

Silanian. & declara vt *per Didac. Canter. in suis practic. quæst. criminal. tit. de Iudic. quæst. 1. num. 2. vers. etiamsi constaret occisum fuisse &c.*
75 Sola enim inquisiti confessio ipsum non condemnat, *vt per Cason. in tractat. de torment. cap. 20. in fin et per Alimont.* Ciazz. *in discept. forens. criminal. discept. 26. num. 422. vers. ideo sola inquisiti confessio &c.* Quare vt dixi, confessus in
76 criminali non habetur pro iudicato, prout habetur in ciuili, vt supra firmaui, sed pro iudicando, *d. l. confessus,* ibi, *si confessus fuerit reus, donec de eo pronuncietur in vincula &c. ff. de custod. reor.*

Vnde sponte confesso assignandus est termi-
77 nus ad se defendendum, licet non fuerit petitus cum multa possint aduersus confessionem etiam spontaneam deduci, & ita videtur esse communis obseruantia, & practica, quam seruat totus mundus, *vt dixit Saliect. in l. 2. nu. 7. C. de custod. reor. & post Ang. Paris. de Put. Boss. & alios testatur* Clar. *lib. 5. recept. sent. § fin. q. 49. vers. est igitur, & quæst. 65. in princip.* cum alijs allegatis *per Anton.* Leoncel. *decis. Rota Ferrarien. 84. num. 16. vers. sponte confesso, licet non petenti assignandus aliquis terminus &c.*

An autem Iudex ex sola confessione rei de-
78 lati de crimine, possit eumdem ad pœnã condemnare, si eam confessionem, sub promissa criminis impunitate extorsit, eamque quæstionem *satis latè tractat* Couar. *variar. resolut. lib. 1. cap. 2. num. 16.* & opinionem affirmatiuã, quæ Cyno ascribitur, existimat communiorē, sed contrariam, quæ *Imola* est, credit æquio-
79 rem præsertim, quando promittens immunitatem delicti, illud remittere potest, puta Princeps, aut ab eo hãc potestatem & authoritatem habens, tunc enim promissio impunitatis seruanda est, & ita in praxi obseruari *tradunt Inl.* Clar. *lib. 5. § fin. quæst. 55. vers. circa secundum num. 9. &* Boss. *in prax. criminal. tit. de confess. per tortur.*

At si impunitas promissa sit ab eo, qui eam
80 non habet potestatem, & tunc reus sibi imputare debet, quod ei credidit, cum nec iuramentum hoc casu quidem seruare teneatur, maxi-
81 me si crimen atrox sit. *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Dom.* Pec. *in cap. non est obligatorium. numer. 6. vers. amplia sexto. ff de regul. iur. in 6. & benè deducit Paul.* Christian. *decis. Curia Belg. 109. numer. 5. vers. an Iudex ex sola confessione rei &c.* Verum circa confessionem extraiudicialem in criminalibus latè tractat cum ibi adductis *Sebastian. Gnazzin. in tractat. ad defens. reor. defens. 33. à cap. 14. per tot.* Et persistendo in terminis, quando non probet confessio extraiudicialis de æquitate canonica, nam DD. id volentes, præter supradictum casum à nu. *69.*

Vel sunt intelligendi, quando confessio extraiudicialis non esset probata, nisi per vnicũ
82 testem, quia nec tunc de æquitate canonica probaret, cum ad minus duo requirantur, &
83 debent esse contestes, vt fusè alibi dicam, & in puncto admissit *Rota coram bo. mem. Coccino in causa Parmen. Statui 3. Martij 1629. à me relata in part. 5. recent. decis. 264. num. 43. versic. confessio extraiudicialis, nec de Iure Canonico probatur per vnicum testem &c. et coram R. P. D. Bichio in causa Carpentoraten. Hæreditatis 5. Iunij 1648. § Secundo quia. vers. singularitas versatur circa confessionem extraiudicialem &c.*

Vel asserere possumus, DD. opinionem volentium confessionem extraiudicialem absente parte emanatam, nec secundùm æquitatē Canonicam releuare, tunc procedere, quando
84 talis confessio esset facta incidenter, vel ad alium finem, aut sine causa emissa, nam tunc nec de Iure Canonico sufficiens est. *Alexand. consil. 155. numer. 2 lib. 5. admisitque Rota coram bon. mem. Penia in causa Romana Pecuniaria 3. Martij 1595. est inter eius à me impress. decis. 332. nu. 9. vers. neque de Iure Canonico &c.*

Quando enim confessio est incidenter, & ad alium finem emanata, non præiudicat confitenti. Hinc enim est, quod emisso proclama-
85 te, quod omnes teneantur fideliter cum iuramento profiteri sua bona, & debita pro faciendo æstimo, si aliquis in æstimatione dixerit, se debitorem Titij de certa quantitate, nõ poterit Titius vigore illius confessionis iuratæ, petere quantitatem confessatam, quia ibi non agebatur, vt se obligaret erga Titium, sed vt in æstimo minus grauaretur. Sicut etiam si
86 requisitus sũ ab aliquo ad ei mutuãdum certam pecuniarum summam, & dicam me talem summam non habere, imo, quia egui, accepi paulò ante mutuò à Sempronio viginti, quãuis ille sit præsens, non tamen poterit in vim dictæ confessionis Sempronius me molesta-
87 re, quoniam mea intentio non fuit obligandi me Sempronio, sed excusandi, ne mutatam pecuniam concederem, *vt benè deducit Saliect. in l. 1. nu. 37. vers. est enim confessio, C. de confess.* Tiraquell. *in tractat. res inter alios acta limitat. 1. in fin. vers. et id quidem. & adde Albert.* Brunum *in tract. de statut. interpretat. part. 2. quæst. 148. & dissentit* Surd. *decis. 250. num. 6. vers. si requisitus ab aliquo ad mutuandum, dicam me nõ habere, imo quia egui &c. et Io. Baptist.* Hodiern. *in addition. ad eumdem* Surd. *decis. 309. numer. 6. vers. est enim confessio ad alium finem facta, quæ confitenti non præiudicat &c. & adde* Marsil. *in rub C. de probat. num.* 88. *vers. et facit singulare verbum &c. et tractat.* Gratian. *discept. forens. cap. 151. à num. 16. vers. illa confessio minus obligaret, si esset facta incidenter &c. et sensit* Rota *decis. 127. sub num. 10. part. 1. recent.* vbi firmatur
88 quod confessio facta ad excusandum confitētem non probat contra eum ad alium finem.

Quæ conclusio multò magis procederet, si essemus in criminalibus, quia tunc sine dubio confessio incidenter facta non veniret atten-
89 denda, quare si mulier inquisita de furto, confessa

fessa sit adulterium commisisse non poterit ex dicta confessione incidenter facta cōdemnari, *et ita fuit iudicatum in Consilio Neapolitano apud Matth. de Afflict. decis.* 176. *per tot.* vbi per S.C. reuocatum fuit decretum Magnæ Curiæ, ex quo mulierem accusatam de furto, sed de eo absoluta, fecit iterum carcerare, ex eo quia
90 incidenter confessa fuit se commisisse adulterium, cum ex tali confessione sic facta nō posset condemnari, et prædictam opinionem secuta est etiam Rota *decis.* 276. *num.* 8. *vers. mulier inquisita de furto, si confiteatur adulterium non potest condemnari ex tali confessione &c. part.* 4. *diuers.* & refertur *d. decisio* 176. Afflicti, & vide *ibi Addentes ad decis. Afflicti*, et præsertim Prosper Carau. vbi *post Gulielm. de Benedict. in repetit. cap. Raynutius in verb. cuidam.*
91 *num.* 23. *de testam. ait*, quod in crimine adulterij non proceditur ex officio, et videatur *Fulgos. in consil.* 136. *per totum.*

Vbi quod adulterium per vxorem commissum, non potest à Iudice, neque ab alio accu-
92 sari non volente marito, quia adulterij accusatio proprium dolorē marito defert, vbi plura habes *& Fulgos.* secutus est *Petr. Caball. resolut. criminal. cas.* 114. *num.* 12. *centur.* 1. *vers. in casu adulterij nō potest Iudex ex officio inquirere &c.* vbi id ponit ad limitationem eius, quod firmauit supra, nempe, quod Iudex de iure potest
93 ex officio procedere super quocumque delicto, reliqua vide ibi, *& adde Didac.* Canter. *quæst. criminal. titul. de delict. & fragilit. carn. cap.* 4. *de adulter. num.* 27. vbi ait, quod de iure duodecim tabul. cuilibet erat permissum ac-
94 cusare mulierem de adulterio, postea de lege Iulia, fuit permissum tantū marito, & patri &c. *idem etiam sensit* Vulpell. *consil. criminal.* 94. *numer.* 6 *in* 2. *dub.* Gomez. *ad Leg. Tauri* 80. *nu.* 49. *ante med. vers. hodie tamen de iure Codicis*, Clar. *in §. Adulterium. num.* 4. Farinac. *quæstion. criminal.* 140. *numer.* 36. *&* D. Vermigliol. vir insignis *in consil. criminal.* 55. *numer.* 4. *vers. nec Iudex ex officio procedit, qualitercumque adulterium ad eius aures deueniat &c* Et persistēdo in terminis, quod confessio incidenter facta nō probet, vt id multò magis procedat, si fimus in criminalibus, *& idem sensit Rota in causa Paduana Matrimonij* 6. *Martij* 1595. *est in part* 4 *diuers. d. decis.* 276. vbi fuit decisum, cū
95 orta fuisset controuersia super nullitate matrimonij ob impotentiam viri, si idem vir confiteatur adulterium, quod vxor ex tali confessione pro adulterio ad Thori separationem agere non possit, cum illa sit facta ad alium finem, scilicet se defendendi ob impotentiam allegatam ab vxore. Atq; de hac materia satis.

Illud tantum subdam, in terminis confessionis extraiudicialis, quæ de æquitate Canonica plenè probat, vt multum circumspectè in
96 admittenda prædicta opinione procedatur, quia istæ confessiones extraiudiciales plerumque ab hominibus fiunt, sine animi delibera-
97 tione causa ioci, vel iactantiæ, vel studio benè dicendi, vel malè dicēdi, vel ipsius solæ loquacitatis calore, aut interdum cum mulierculis, vel inter conuiuia, vel commessationes, vnde cum dicta conclusio, quod confessio extraiudi-
98 cialis probet, sit fundata in mera æquitate Canonica, vt patet ex supra allegatis, ex quo regula iuris Ciuilis est in contrarium ex iuribus supetius adductis multū debet deferri Iu-
99 dicis arbitrio in ponderandis circumstantijs facti, quia cum æquitas non habeat certos terminos constitutos à lege, id religioni iudicantis temittitur, *l.* 1. *ff. de iure deliber. l. vnic. §. expilatores ff. de effract. l. sanctio legum. & ibi glos. ff. de pœn glos. fin. in cap. finem litibus. vers hoc est generale ff. de dol & contum. late Menoch. de arbitrar. Iud. lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 1. *et per tot. et in puncto optimè ratiocinata est Rota coram bo. me. Card. Sacrat. decis.* 466. *num.* 4. *versic. multum circumspectè procedendum sit &c. part.* 3. *recent.* & post dictam decisionem optimè consideratū fuit *coram R. P. D. Bichio in d. Carpentoraten. Hæreditatis* 5. *Iunij* 1648. *§. Secūdo*, vbi dicitur, quod æquitas Canonica, quæ recedendo à regula iuris ciuilis contraria, admittit, quod cōfessio extraiudicialis plenè probet, exposcit vt cautè procedatur, in admittenda huiusmodi probatione, & reliqua vt ibi.

Etenim non esset nouum asserere, verba in
100 absentes solitum esse volitare sicut vmbræ, citra vllam loquentis deliberationem, aut plenum consensum, sed vel iocandi, vel voluptate loquendi, aut vel etiam leuitate.

His itaque sic præmissis, persistendo in terminis nostris, cum in relictis ad pias causas in vtroque foro seruandum sit ius Canonicum, secundum communiorem, & veriorem sentētiam, *vt satis docui supra in cap.* 1. *à numer.* 47. ideo quidquid sit de iure Cæsareo, Nam remota omni amaritudine, confessio extraiudicialis ad fauorem absentis, cui aliquid in piam
101 causam relictum fuit, & pro quo nemo fuit stipulatus, contra confitentem plenam inducit probationem *ad text. in can. dilectus.* 3. *et fin. de success. ab intestat* Bald. *in l.* 1. *col.* 2. *vers. quidam confessus fuit. C. de fals. caus. adiect. legat.* Tiraquell. *de priuileg. piæ caus. priuileg.* 117. *cum ibi allegatis, & adde* Leoncell. *de priuileg. pauper. part.* 2. *priuileg.* 67. *num.* 2. *versic. fauore tamen piæ causæ, & præsertim pauperum, confessio extraiudicialis probat &c. & satis deduxi supra à num.* 1. *et seq.* idque sine scrupulo procedit in his terminis.

Nam licet apud nonnullos DD. indubitatū sit, quod etiam secundum æquitatem Cano-
102 nicam in confessione extraiudiciali requiratur præsentia partis ad hoc, vt releuet, *secundum Cyn. in l. generaliter. C. de non numerat. pecun. in* 4. *quæst.* vbi attestatur ita per Canonistas *in cap. ex parte. de confess.* firmari pro indubitabili sententia, & post *Cyn.* sic quoque, affirmat *Paul. de Castr. in consil.* 155 *In causa* sub

*sub numer.1.versic.et per Canonistas,qui hoc ha-
bent pro indubitato &c. part.2.* & pulchrè id so-
uet *Marc.Anton.Natt.in consil.*101. *num* 14.
103 vbi ait, opinionem illam. quod de canonica
æquitate confessio facta absente parte probat,
est *Ant de Butr.* qui hoc dicit in *cap.si cautio.
de fid. instrument.* & loquitur per verbum
fortè, nec *Imol* etiam ibi hoc firmat. *Bald.in
cap.innotuit de elect.* loquitur, quando confes-
104 sio esset facta Iudice præsente, idem sensit
*Alex.consil.*325.*num.2.* Crauett. *in consil.*281.
num.6.versic.Nec obstat. vbi ait, quod contra-
ria sententia, confessionem extraiudicialem
absente parte factam, probare æquitate Ca-
nonica, posset procedere in foro pœnitentio
nali, aut spirituali,et non aliàs.

Insuper contraria opinio est fundata, super
glos in can quoties cordis oculus 1. *quæst.*7. *in
105 verb.& per te.* quæ voluit, stipulationem fa-
ctam alteri valere, veluti si ego promitto tibi,
me daturum Titio cētum, valida est talis pro-
missio de iure Canonico, *quæ glos.* communi-
ter improbatur, vt apparet ex laté congestis
per *Ias.in l stipulatio ista §.alteri.col.*2.*ff.de verb.
obligat. & per Felin. in proem. Decretal Gregor.
super glos in verb.seruus.* Nam illa *glos.* est con-
tra textum *in cap.quamquam,de vsur. in* 6. vbi
in causa fauorabili restitutionis vsurarum re-
107 quititut persona publica ad validitatem sti-
pulationis. Item, quia opus est etiam,vt obli-
gatio initium capiat à persona contrahentiū.
l quæcumque.ff.de action.& obligat. Si ergo Do-
ctores volunt,quod stipulatio non teneat alio
non recipiente De Iure Canonico, multò ma-
108 gis dicendum est, quod confessio non teneat
nullo interueniente, sicuti post *Abb. & Ioan.
Baptist. de Sanct. Seuerino* laté id tractantes,
109 ratiocinatur *Natta in d.consil.*101.*numer.*15.
Addo *Fernād.Vasq de success creat.lib.*3.*§.*23.
*limitat.*18.*sub numer.*26. *vers contrariam par-
tem &c.* vbi repugnantem opinionem impiā,
& captiosam tenet.

Tamen quidquid sit de hac opinione affir-
matiua, conclusio nihilominus negatiua,quod
110 non requiratur præsentia partis de qua supra
*à num.*30.videtur magis vera, & communis,
quia æquitas Canonica,sicuti iam dixi,non cō-
111 siderat præsentiam partis, sed solam mentē,
& in puncto ponderauit *Hieronym. Ceuall in
specul. commun. opin. contra commun.quæst* 17.
*num.*3. vbi etiam fatetur in ista tam varietate
112 opinionum hanc esse quæstionem pro amico
licet ei magis placeat opinio negatiua, quod
non requiratur præsentia, et vti magis veram,
& communem prædicat propter summā æqui-
113 tatem Canonicam, quæ non curat de apici-
bus iuris, deinde sic quoque sensit *Paul.Chri-
stian.decis.Cur.Belg.titul.*59 *de confess dec.*209.
*num.*4.*vers an verò in confessione extraiudiciali
de iure canonico requiratur præsentia partis &c.
vol.*4. vbi opinionem *Ceuall.* amplectitur, &
idem sensit *Rota coram bo. mem.* Penia *dec.*409.
*numer.*1.*versic.confessio licet extraiudicialis de
æquitate canonica etiam absēte parte probat &c.*
& allegatur P*ut.decis.*11.*num* 8.*lib.*2.

Vlterius animaduertendum puto,quod cō-
clusio illa generalis, nempe solam confessionē
114 extraiudicialem absēte parte factam,& à ne-
mine acceptatam, non præiudicare confitenti,
iuxta *text in l.certum.§.si quis absente.ff.de con-
fess.* procedit solum in confessione, quæ princi-
paliter tendit ad obligandum confitentem di-
rectò illi, ad cuius fauorem emanat talis con-
fessio, secus verò si versaremur in terminis il-
lius confessionis,quæ non tendit principaliter
115 ad hoc, sed ad probandum aliquid ex cuius
probatione absenti quæritur obligatio, nam
tunc talis confessio præiudicat confitenti,licet
facta parte absente, & nemine pro eo acceptā-
116 te, quia per modum probationis cadit super
re prius gesta, vt tradunt *Aret in § si vero ex-
pressim.num.*45.*Auth.de hæred.& falcid.* Felin.
*in cap cum Marc.Ferrariensis.*9.*num.*32.*versic.
bene facit, de constitut & in cap.si cautio.*14.*nu-
mer* 14 *versic fallit tertio de fid.instrum.* Alex *in
addit.ad Bart.in d § si quis absente.verb præstēte.
in princip.* Marsil.*in rubric.* C.*de probat. nu.*110.
*versic.& teneas & in Singul.*302.*num.*2.*versic.
item confessio.Ioan.de* Anan *consil* 85. *numer.*5.
*versic.præterea.*Socin.Sen.*consil.*21.*nu.*11 *vers.
qua verba.vol* 1. Curt *Iun. consil.*168.*num.*10.
& seq. Decian.*in consil.*62. *num.*5. *versic.item
respondeo.& numer.*55.*vol.*3. Trigon.*singul.*86.
*numer.*1. *versic.vel si aliquis.* Cassan.*in consuet.
Burgund.Rub.*10.*§.*12.*in text.Ou par le sermon
des contrahens.numer.*4. Socin.*in regul. confessio
cap.*24.*fallent.*17.Gabr.*titul de confess.conclus.*1.
*num.*51.Aym.*de antiquit.tempor.part.*1.*nu.*41.
& seq. Afflict.*decis.*375.*nu.*4.*versic.& dicit &c.
& vide* Cācer.*variar.resolut.part.*3.*cap.*7.*titul.
de pact.à num.*348. *versic an habeat locum in cō-
fessione extraiudiciali liberatoria &c* Alexand.
Trentacinq. *variar.resolut.vol.*1.*lib.*2. *titul de
Confess.resolut.*11.*num.*78.*versic.si confessio ex-
traiudicialis parte absente emanata, non tendat
principaliter ad obligandum, sed ad probandum
obligationem præcedentem, ex qua probatione
absenti quæritur obligatio &c.*

Et licet referat plures DD.qui totum oppo-
situm tenent, tamen in fine protestatur, quod
nullatenus recedatur à priori sententia, *quàm
etiam tenuit* Rota *penes Bellamer. decis.*691. *&
optimè eam comprobat Laurent* Syluan *consil* 44
*à num.*15.eamdem opinionem sequitur *Cæsar*
Caluin.*in tractat. de æquitat.lib.*1.*cap.*63. *nu.*12.
*versic. si verò facta fuit parte pariter absente ad
liberandum, vel ad obligandum non tendat prin-
cipaliter,sed ad probandā obligationem præceden-
tem, tunc præiudicat confitenti &c.* Marescott.
*variar resolut.lib.*2.*cap.*44.*num.*5.*vers. vbi agi-
tur de probanda veritate rei gestæ puta solutione,
talis cōfessio per idoneos testes probata facit etiam
fidem de iure ciuili &c. & sensit Rota coram
bon.mem.*Penia *d.decis.*409.*num.*3. vbi dicitur,

sinon

si non agatut ad aliquem obligandum, sed de
probatione veritatis rei iam gestæ, hoc casu,
117 quamnis versaremur inter Romanos, inter
quos attenditur ius Ciuile, tamen in prædicto
casu, confessio extraiudicialis per idoneos te-
stes probata, facit etiam fidem de Iure Ciuili.
l. desiderium. C depos. cum alijs ibi allegatis.

Nos verò in terminis nostris, nempe dispo-
sitionis ad pias causas, extra turbidinem tam
contrariarum opinionum existemus, quia do-
118 nans, vel promittens aliquid ad fauorem piæ
causæ, videtur DEO, qui vbiq; est præsens, &
acceptans, promittere. *glos. in can. quoties cor-
dis oculis, in verb. & per te. 1. quæst. 7. Abbas in
proem. Decretal. in 2. part. incip. Greg. dimiditur,
num. 24. vers. Dirigitur DEO, & ipse recipit pro
absente &c.* et post *Iacob. Rainer. Cinum, Al-
bericum Bald. Castren. Corneum,* et alios resol-
uit Tiraquel *in tract. de pia causa priuileg. 115.
per tot.* vbi etiam allegat illud vulgatum,

Iupiter est quacumq. vides, quacumq. moueris.

Et plures alios DD. idem sentientes, qui vi-
deri desiderat *consulat Mascard. de probatio-
nib. conclus. 347. num. 93.* vbi plena manu plu-
res adducit, et firmiter tenet, si cõfessio fuerit
facta fauore piæ causæ probat, etiamsi ema-
nata parte absente fuerit; quia DEVS cense-
119 tur illam pro causa pia acceptare, cum se-
cundum vulgatissimam doctrinã DEVS vbi-
que est præsens.

Hinc illud Virgil. *Iouis plena sunt omnia,* &
adde, quod ex Theologorũ sẽtẽtia quã cõpro-
bat S. *Thom. part. 1. quæst. 8. art. 3.* DEVS est
vbique per potentiã, per essentiã, et præsentiã
& à Mercurio Trimegisterio definitur *DEVS
est circulus, cuius cẽtrum est vbiq. & circumfe-
121 rentia nusquam, seu nullibi,* quod eleganter
expresit S. August. in opusc. meditat. cap. 30.
*DEVS est intra omnia non inclusus, extra om-
nia non exclusus &c.* Et præter edductos DD.
à Mascard. quod piæ causæ promittens DEO
promittere videtur, qui vbique est, præ-
sens, & addo *Surd in tractat. de aliment. titul.
8 priuileg. 73. à nu. 5. vers. fauore pia causa &c.
Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 29. num. 12. vers. fa-
uore Ecclesia etiam aliquo non acceptante, dona-
tionem effectam esse irreuocabilem, nec donantẽ
potuisse pœnitere etiam ante rati habitionem &c.*
Gonzal. *ad Regul. 8. Cancellar glos. 5. §. 7 n. 102
vers. quia quod promittitur pia causa, promitti-
tur* DEO, *qui vbiq. est præsens, & acceptãs, &c.*
Barbos. *in collectanea super 2. part. Decret. in d.
can. quoties cordis vers. quid quid promittitur pia
causa &c. 1. quæst. 7.* & præter DD. ab eo alle-
gatos, addo Card. Mantic. *de tacit. & ambig. cõ-
uent. lib. 13. cap. 7. num. 15. vers. facta est paupe-
ribus, vel Ecclesia seu loco pio, quæ etiam si absẽ-
tibus facta sit, suum effectum sortitur. quia DEO,
qui vbique est præsens facta intelligitur &c. Ste-
phan.* Gratian *d. discept. forens. cap. 358. num. 34.
vers. quasi tunc fiat promissio DEO, qui pro loco pio
est præsens, et acceptat &c.* & affirmat hanc esse
verlorem opinionem sensitque Rota *in causa
Romana Legati 22. Iunij 1650. corã Eminentiss.
Card.* Corrado *§. Quia non procedit obiectio &c.
vers. ad pia dispositioni, quæ finaliter ordinatur
in DEVM, ac illius acceptationẽ præsefert &c.*
et clarius fuit animaduersum *in causa Baren.
Donationis 3. Aprilis 1647. coram Reuerendiss.
D. Dunozetto Decano §. Nõ obstat. vers. donatio
est facta Ecclesia, & DEO, cum ipse DEVS, qui
præsens est vbique acceptet.*

Non de sunt tamen cõtradictores, qui quæ-
runt hãc opinionem subuertere, et præsertim
*glos. ordinar. in l. illud. in verb. alia causa. in fin.
C. de sacrosanct. Eccles.* asserens ad hoc vt va-
122 leat donatio, vel promissio facta pauperibus,
debent ipsi pauperes esse præsentes per se, vel
per alium, quam *glos. ibi sequuntur Gul. Bart.
Bald. & Castren.* et inter alios *Bald. numer. 2.*
respondet ad illam rationem, quod cũ DEVS
sit vbique præsens, censetur acceptare illam
123 dispositionem ad piam causam, vt intelliga-
tur facta DEO mediatè, et non immediatè, &
ideo hoc casu deficit consensus, qui pro sub-
stãtia donationis, aut promissionis requiritur.
l. absenti ff. de donat. l. nec ignorans. C. eod. titul.

Nolo insistere plura adducendo super hac
parum firma opinione, nam contraria iam
adducta est firmior, & verior, sicuti iam dixi.
Ad prædictã rationẽ *Bald.* facili negotio po-
124 test respõderi, quod DEVS ipse pro pauperi-
bus, sẽper cõsentit, et accipit cũ præcipit dari
pauperibus iuxta illud. *Date eleemosinã, & ecce
omnia munda sunt vobis &c. apud Luc. cap. 11.
et in alijs locis sacra pagina,* & ad longum ra-
tiocinatus sum supra *in discurs. à numer. 129.*
Vbi quæsiui inflãmare omnes ad operosam
125 pietatem erga pauperes. Et non solũ DEVS
iubet dari pauperibus, sed etiam dantibus
copiosam promittit retributionem, & ipsemet
recipit quidquid datur pauperibus, vt attesta-
tur *per Isaiam cap. 58.* ibi. *Hæc est requies mea
reficite lapsum, et hoc est refrigerium meum &c.*
& reliqua, vt habetur in prædict. discurs.

Corroborari sanè potest supra relata opinio
in mentem reuocãdo, quod donatio, siue pro-
126 missio facta mulieri absenti ex causa dotis
valet, & tenet, *iuxta l. vnic. §. accedit. cum glos.
ff. de rei vx. action. et in l. vltim. C. de iure dot.* per
quæ iura ita concludunt *Bart. Alex. Paul. de
Castr. et alij allegati per Dec. in consil. 35. incip.
Præstantissime Doctor sub num. 1. vers. et speciale
in dote, vt ex contractu inter alios celebrato, mu-
lieri absenti quæratur ius &c. lib. 1.* Verbaque
127 enunciatiua fauore dotis probant. *Rota
apud Put. decis. 409. num. 1. lib. 1.* vbi fuit reso-
lutum, in casu illo de verbis prolatis à mulie-
re. *Io l'hò tolto per marito, è datoli quanto hò al
Mõdo,* licet essent verba enunciatiua, tamen
probant mulierem dedisse omnia in dotem, &
non refert an fuerint dicta in præsentia, vel
128 absentia mariti, per ea, quæ tradunt Do-
ctores ibi per Rotã adductos, alios plures cõ-
gerit *Io. Maria Nauar. in tractat. de miserabil.*

per-

Digitized by Google

personar.priuileg.cap.13. num.7. et abundè id
firmat, et declarat Genu. in tractat. de Verb.
enunciat.lib.2.cap.32. à num.1. & pluries testa.
tur de communi.

Pari etiam ratioue debent substineri verba
enunciatiua, promissiones &c. si fiant pauperi-
bus, vel Ecclesiæ, aut alijs locis pijs ipsis absē-
tibus, ad text. in cap. fin. de success. ab intest. Alex.
consil. 190 num. 7. vers. confirmo per notata lib. 2
Tiraquell. de priuileg pia caus. vers. nec id qui-
dem &c. et solidè prædictam opinionē firmat
in eod. tractat. de verb. enunciat. lib. 2. cap. 23. à
n. prim. vbi ad satietatem plures DD. adducit.
In iure enim satis est notum, in omnibus piā
causam, et dotem æquiparari, et rectè de dote
130 ad piam causam argumentari, text. habemus
in cap. donare. titul. qualiter olim feud. alien. vers.
pro anima, vel in dotē pro filia &c. in vsib feud,
larissimè, Bart. in l. 1. §. fin. ff. de donat. & in l. si
ego ff. de iur. dot. in princ. Bald. in l, mandatum
C. mandat. Ruin. consil 71. num. 15. lib. 3. Card.
Mantic de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. titul. 12.
num. 18. in fin. Bursat. in consil. 180. nu. 29. vers.
dos, et pia causa à lege æquiparantur &c. lib. 2.
et argumentum valet, Euerard. in sua topic. loco
à dote ad piam causam. 25. Stephan. Gratian. dis-
cept. forens. cap. 700. num. 11. vers. sumus in ma-
teria dotali &c. tom. 4. addo Iudoc. Damboud.
in tractat. Loc. commun. par. et simil. in verb. Dos
§j. Dos, et pia causa &c. Tiraquell. de priuileg.
pia causa priuileg. 158. et ibi Ricc et Thor. in
addition. Idem Thor. in Sum. priuileg. piar. caus.
priuileg. 109. vers. in omnibus pia causa, et dos
æquiparantur &c. Genuens. in practicabil. Ec-
clesiast. quæst. 253. num. 4. vers. dos, & pia causa
æquiparantur &c. Io Maria Nouar. in tractat.
de priuileg. miserabil. personar. priuileg. 13. nu. 6.
vers. dos gaudet priuilegijs pia causa &c. Idem
Nouar. in suis quæst. forens. quæst. 55. num. 10.
vers. Ecclesia gaudet priuilegijs dotis &c. et in
pragmat Regni 5. sub rub. de empt et vendit.
Surd. decis. Mantuan 298. num. 9. vers. valet ar-
gumentum à pia causa ad dotem &c.

Quale quidem argumentum à fortiori pro-
131 cedit, nam dotis causa nititur naturæ pieta-
tis l. cum is §. si in ea opinione sit mulier. ff. de
condit. indebit. ideoque multò magis debet ha-
132 bere locum in causa, quæ spiritu DEI duci-
tur, et verè est pia causa. Rip. in l. fin. num. 170.
C. de reuocand. donat. Bald. de Bartolin. in l. 1.
num. 33. 40. et 41 ff. solut. matrim. Corn. in cons.
50 num. 14. vers. nam licet dos, et num. 15. lib. 1.
considerantique Rota in causa Fanen. Hæredi-
tatis 17. Iunij 1641. coram Reuerendiss. R.P.D.
Ghislerio. §. Hoc tamen vers. causæ piæ ratio est so-
la religio, et liberalitas erga DEVM &c.

Tunc sanè dicitur dispositio ad pias causas,
quando intuitu pietatis, et amore DEI, et pro
133 salute animæ relinquitur, Nam pietas non
stat in nomine pietatis, sed in substantia veri-
tatis. ad text. in l. cum hi. §. sed personarum &
§. si in annos ff. de transact.

Non enim dotis causa, verè dicitur pia, sed
134 solùm tantum lato sumpto vocabulo, secun-
dum Bart. in l. si ergo in princip. ff. de iur. dot. &
in l. 2. § final. ff. de donat. Bald in l. mandatum.
col. 3. vers. sed contra hoc oppono &c. C mandat.
Bursat in consil. 180. num. 28. vers. causam dotis
censeri piam saltem largo modo &c. lib. 2. Card.
Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 6 titul. 3
sub num. 26. vbi ait post Corn. in consil. 50. n. 14.
lib. 1. licet dos semper intelligatur causa pia per
text. in d. l. cum 14. §. si in ea opinione ff de condit.
indebit. non tamen intelligitur de ea pietate,
quæ spiritu DEI ducitur, ita vt non subiaceat
legum solemnitati &c. Francisc. V in decis. Au-
dient. Baren. 7. num. 4. vers. caus. pia dicitur dos
largo sumpto vocabulo &c. lib. 1.

Tunc enim dispositio causa pia, quando ex
causa dotis verè & strictè dicisio nō diuiti, vel
ob debitum, vel ratione amicitiæ, aut consan-
guinitatis fit, sed pro maritandis puellis pau-
peribus disponitur, quæ nō habent vnde se
dotent, vt post Alex. Ias. Bald Nouell. Dec. et
alios firmat Ioan. Cephal in cōsil. 216. sub nu. 3.
vers. nisi verò pauperi relinquatur &c. lib. 1. et
cum alijs copiosè relarisper Tiraquell. in tra-
ctat. de priuileg. piar. caus. in proœm. §. Item cum
dos. vers. cum legatum dotis sit pium, si relictum
sit pauperi nō etiam si diuiti &c et ibi vide ad-
dition Aloysij Ricci vbi alios citat, et latissimè id
discutit Bald. Nouell in tractat. de dot. part. 5.
per totum, cum pluribus alijs coaceruatis, per
Petr. Domin. Magdal. de test. numero in testam.
requisit. part. 2. cap. 1. vers. vbicumque fieret le-
gatum pro maritandis puellis pauperibus &c. et
dixit Rota coram Card. Caualer. decis 27. nu. 3.
vers. hæ puellæ sunt pauperes, quod sufficit ad
præsumendum legatum dotis fuisse factum ex
causa pietatis &c. et iterum coram eodem decis.
49 num 1. vers. est enim legatū relictum pro dote
pauperibus puellis &c.

Stat ergo firmum, persistendo in terminis
nostris. dotem quantumuis relictam non pau-
137 ri dici dispositionem ad pias causas, nō qui-
dem illa pietate priuilegiata, sed fauorabili,
eiusque intuitu promissio, verbaque enuncia-
tiua etiam absente parte emanata probant
contra confitentem, vt iam deduxi supra nu.
127. Quare si hæc vera sunt in materia pia
138 largè sumpta, igitur à fortiori intrabunt,
quando tractatur de causa pia verè, ac strictè.
Itaque sine controuersia receptum est, vt si
quis rem aliquam in Templo offerat ad eius
139 ornatum, donatio valet, etiamsi nullus reci-
piat l. Paulus, et ibi notat Socin. sen. num. 2 ff. de
except. idemque probatur ex l. si, qui in puteum.
§. 1. ff. quod vi, aut clam. et sequitur Tiraqu. de
priuil pia causa. priuileg. 115. in fin, et ibi Ricc.
in addition. pariter in fin. Card. Mantic. de ta-
cit. et ambig. conuent. lib. 13. titul. 7. numer 20.
vers. si quis aliquam rem in Templo offerat &c.
Pariter si quis aliquam rem ponat super alta-
re alicuius Ecclesiæ, animo offerendi, absenti-
bus

bus ministris Ecclesiæ, res intelligatur Eccle-
siæ acquisita, *arg. leg. statuas ff. de acquirend. rer.*
domin. & d. l. 11, qui in puteum. §. 1. et l. seruos.
ff. de pollicit. et argument à contrar. sensu l. 2 ff.
de furt Alberic. in l. illud num. 2. in fin. vers. sed
pone. C. de sacrosanct. Eccles.

Tandem ad magis firmandum eam opinio-
nem, quod ad fauorem piæ causæ valeat dona-
141 tio, absentibus pauperibus, Ecclesia, vel loco
pio, & sic statim sit perfecta, suumq. sortiatur
effectum ante acceptationem, vltra rationes
supra deductas, expendi potest etiam. *text. in*
l. iubemus. C. de emancipat. liber. vbi asseritur,
quamuis emancipatio absque cōsensu, & vo-
142 luntate emancipati non possit fieri, tamen
fallit in infante, qui etiam sine consensus ac-
ceptatione efficitur sui iuris, ibi, *nisi infantes*
sint, qui, & sine consensu, etiam hoc modo sui iu-
ris efficiuntur &c. Ecclesia enim vtitur, gau-
143 detque priuilegijs pupilli, & minoris *cap. 1.*
& 3. de restitut. in integr. glos in l. Respublica.
in verb. solet vers. sic & in Ecclesis. C. ex quib.
caus. maior. restitut. in integr. & in l. libertos, in
verb. administrauerunt, vers. cum, & ipse loco.
C. de excusat. tutor. cum alijs allegatis à Matth.
Berlig. in suis practicabil. conclus. part. 1. conclus.
67. de legal. & tacit. hypoth. sub nu. 53. vers. Ec-
clesia æquiparatur pupillo, & minori &c.

Vnde sæpissimè in iure sumitur argumentū
144 à minore ad Ecclesiam vt constat ex latè cō-
gestis *per Nicol. Euerard. in sua topic. in loco à*
minore ad Ecclesiam. Ergo &c.

Nec obstat prædicta iura, & Doctores loqui
tantum in Ecclesia, vt ipsa vtatur iure pupil-
145 lorum, & minorum, quia satis notum est, Ec-
clesiam, & quamuis piam aliam causam in iu-
re æquiparari, ac esse patia, eisdemq; gaudere
146 priuilegijs, *l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. §. sci-*
mus. in Auth de non alienan. bon. Eccles. collat.
2. & notat glos. ordin. in l. respublica in fin. C. de
iur. republ. lib. 11. cap. requisiuisti §. secus autē. de
testam. & facit *cap. Xenodochus, cap. seq. de relig.*
dom. Quamobrem priuilegia concessa in ge-
nere Ecclesijs competunt etiam capellis, om-
147 nibusque locis pijs, cum Ecclesia, & pia cau-
sa reperiantur æquiparatę, par enim vtriusque
est causa, nam Ecclesia sua priuilegia habet
propter animam, & contemplationem DEI.
148 ad idem etiam respicit pia causa. Qui in hoc
particulari plura scire desiderat consulat *Ti-*
raquell. de priuileg. piæ causæ priuileg. 140 & ibi
Ricc. & Thor. in addition. & Nouar. in diuersis
locis à Ric. allegatis in prædicta addition. quibus
omnibus subnecto *Indoc. Dambod in tractat.*
loc. commun. par. ac Simil. in litera B §. Ecclesia.
et pia causa &c. & ibi *Nicol. Thuldan. in anno-*
tat. in littera A. vbi plures DD. plena manu
congerit. Quamobrem &c.

ARGVMENTVM.

Scriptura priuata, & simplex, si non habeat testes subscriptos, vel inscriptos, nisi à parte fuerit approbata, nec plenè, nec semiplenè probat, reprobata opinione eorum, qui tenent semiplenè probare, quidquid sit an faciat aliqualem præsumptionem.

Testamentum nullum recipitur, nisi sit conditum corā duobus testibus, & hoc quantumuis persona sit priuilegiata, & an hoc sit verum.

Personis priuilegiatis ita est fauendum, vt cæteris nō fiat iniuria, cum lex numquam soleat vni fauere, cum damno alterius. Accidentia cum non possint stare sine subiectis, ita nec probari, nec intelligi.

Ad deuolutionem agens ob non solutum canonem, vel quia linea est finita, vt obtineat, quid necessariò veniat probandum, et vt interim denegetur emphyteutæ manutentio, quid omnino requiratur.

Testamentum ad pias causas ordinatum, & ab ipso met testatore conscriptum, atq. eius manu recognita valet, & tenet, quamuis nulla solemnitas sit adhibita, & si nullus omnino sit adhibitus testis, exemplo testamenti conditi à milite quale valet & tenet, quamuis in puluere, vel in clypeo conscriptum reperiatur, absque aliqua solemnitate, et testibus, cū ista duo testamenta in iure æquiparentur.

SVMMARIVM

1 *Dispositio simplex ad pias causas facta, sine testibus, si negetur, qualiter doceatur.*
2 *Veritas aliud non timet, nisi quod abscondatur.*
3 *Scriptura simplex regulariter nihil probat.*
4 *Scriptura simplex non approbata à parte, nec contra ipsum scribentem probat.*
5 *Scriptura simplex nec plenam, nec semiplenam facit probationem*
6 *Scriptura simplex, quod faciat semiplenam probationem DD. qui hoc dicunt, reprobātur.*
7 *Scriptura simplex facit aliqualem præsumptionem, & quare.*
8 *Scriptura simplex nec plenè, nec semiplenè probat.*
9 *Scriptura priuata non probat pro scribente, nec pro eius successore, siue sit Ecclesia siue Fiscus.*
Bart. in l. scripturas in fin. C. qui potior in pign. hab. reijcitur n. 9.
10 *Scriptura defuncti à testibus non subscripta, nullatenus releuat, si in controuersiam deducatur.*
11 *Testamentum nullum recipitur, nisi munitū sit duobus testibus, et num. 14. 15. & 16.*
12 *Siue conditum sit à milite, siue ad pias causas, inter liberos.*

*probandum id, cuius contrarium constat ex cō-
fessione eius, qui remissoriam petit &c. et coram*
Buratt. *decis 877. num. 7 vers. non est dandare-
missoria contra propriam confessionem &c.* & de-
inde *fuit dictum coram R. P. D. Rojas in causa
Ferrarien. Pecuniaria 11. Nouembris 1651. § fin.
vers. contra propriam confessionem numquam cō-
ceditur remissoria &c.* Et merito fit talis dene-
29 gatio, quia, vt dixi *supra num. 4.* confessio par-
tis præualet mille testibus, imo & quod plus
est, testes dicuntur falsi, quando deponunt cō-
tra principalis confessionem, *vt post Innocent.
& Dec. sensit Rota coram* Caputaquen. *decis. 483.
aliàs 20 part. 3 numer. 6. vers. præterea aliqui ex
testibus deponunt falsum, quia principales faten-
tur, & ipsi negant &c.*

Vnde non mirum, si confessio infringat etiā
30 iam factas probationes per testes, vel instru-
menta, *vt constat ex allegatis per* Mascard. *de
probat conclus. 343. num 2. vers. confessio infrin-
git probationes factas &c.* & Rota numquam
concedit remissoriam, quando id, quod prætē-
31 ditur probari, non releuat, cum hoc aliud nō
esset, nisi tempus conterere, *vt plenè iam de-
duxi in Annotat ad decis. 606 à num. 41. part. 5.
recent tom. 2.* Accedit etiam, quod Iudex nul-
32 lam non potest declarare confessionem partis,
vt post Cephal. & Crauett. probat Cyriac. *con-
trouers. 427. num. 12. vers. non posse nullam pro-
nunciare &c.* Mart. *de success. part. 4. quæst. 2. ar-
ticul 5. num. 2. vers. quia confessionem partis non
potest Iudex nullam pronunciare &c. cum alijs
allegatis per* Ricc. *decis. 172. part. 1 num. 5. versic.
nec Iudex potest iudicare confessionem nullam
esse &c.* & vide ibi *num. 8.* vbi tamen probat,
33 quod cartula peccatorum reperta penes delin-
quentem, nō probet contra ipsum ad pœnam
infligendam, & vide ibi nè à proposita materia
discedam.

Vndè in puris terminis dispositionis ad piā
24 causam, vt ea plenè dicatur probata per con-
fessionem partis, non aliter ac si testium de-
positiones, & scriptura exhiberentur, præter su-
pra adductos DD. nuper fuit dictum *in Rota
in causa Romana Legati 22. Iunij 1650. coram
Emin. D. Card.* Corrado. *§. Nam illud probatur.*
Vbi fuit decisum, Legatum factum alicui, satis
25 dicitur probari per confessionem factam ab
herede testatoris, qui dictum legatū reliquit,
asserendo, *tale legatum fuisse relictum tali per-
sonæ.*

Ibique ampliatur id multò magis procede-
re in casu nostro, scilicet quando tale legatum,
26 seu quælibet alia dispositio ad piam causam
fuit ordinata, et extenditur eò fortius id sibi
vsurpare locum, quando talis confessio exone-
27 rationem conscientiæ ipsius hæredis contine-
ret, qui diutius destiterat, & distulerat, illud
28 legatum pium soluere, ac adimplere, vt tene-
batur. *l. nulli. C. de Episcop. & cleric. l. 2. & l. fin.
C. de fideicomm. & in Auth. de hæred. & Falcid.
in §. his igitur à nobis præordinatis, & in cap. in-
dicante, & cap. nos quidem, & cap. si hæredes ex-
tra de testib.* Bald. *in d. l. fin. sub num. 26.* dicens,
29 quod plus peccat ille, de quo plus confidit te-
stator. C. *de fideicommiss.* *Franc.* Aretin. *cons. 93.
Viso legato. sub numer. 1. vers. ita quando aliquis
scit se ex lege conscientiæ &c.* Addo *Tiraquell. de
priuileg. piæ causæ priuileg 2. §. Hoc autem intel-
lige, vers. in foro conscientiæ peccaret &c. Rota
coram bon. mem. Card.* Seraph. *decis. 487. num. 11.
vers. confessio facta pro exoneratione, conscientiæ
prodest &c.*

Et generaliter quod confessio extraiudicia-
30 lis in fauorem piæ causæ, absente parte facta
propter dictam absentiam non possit renocari,
benè concludit Tiraquel. *in d. priuileg. piar. caus.
priuileg. 116. cum ibi allegatis*, quibus adstipu-
lantur *Ricc. & Thor. in addition. ad dictum pri-
uileg. 2.* Quare in Senatu Neapolitano, teste
Afflict. decis. 164 fuit decisum per confessionē
cuiusdam priuati, quod certum territorium à
31 se retentum erat Ecclesiæ, probari dominium
Ecclesiæ. *Francisc. Via. decis. 486. num. 3 versic.
confessio extraiudicialis ad exonerandā conscien-
tiam plenam quidem inducit probationem &c.
& dixit Rota coram Eminentiss.* D. Card Cor-
rado *in causa Romana Fideicommissi de Capite-
ferro 10. Maij 1645. § Huiusmodi autem. vers.
ex prædictis satis probatur abundè magis cōuin-
citur ex declaratione facta in testamento &c. &
iterum coram eodē in eadem causa sub die 19. Fe-
bruarij 1648. §. Hæc autem. vers. huiusmodi con-
fessio in testamento facta ob recognitionem bonæ
fidei, quæ in effectu exonerationem conscientiæ
importat &c.*

Nec quidquam releuat, si opponeretur prę-
32 dictam confessionē nullius esse roboris, quan-
do esset extraiudicialis, ad fauorem absentis,
pro quo nemo fuit stipulatus; & sic tamquam
33 facta absente parte, legitimam non inducit
probationem. *arg. leg. certum. §. si quis absente.
ff. de confess. & leg. fin. ff. de interrogatorijs action.
& not. glos. in l. cum de indebito. § fin. ff. de probat.
& in cap. si cautio de fid. instrument. in l. vnica.
C. de confess. & in cap. fin. ext. eodem.* cum alijs
multis relatis à *Gabr. in tit. de confess. cōclus. 2.
num 1.* sensitque *Rota in causa Romana pecu-
niaria coram bon. mem.* Penia. *est inter eius à me
impress. decis. 332. num. 3. vers. confessio extra iu-
dicium facta absente parte non facit probationem
contra confitentem &c.* & in causa Romana
Mutui de Celsis coram bon. mem. Card. Caualer.
*est inter eius impress. decis. 492 num. 6. versic con-
fessio extra iudicium facta non releuat &c.* et co-
ram R. P. D. Bichio *in causa Carpentoraten. Hæ-
33 reditatis 5 Iunij* 1648. vbi dicitur, quod regu-
la iuris Ciuilis est non admittere confessionē
extra iudicialem &c. *& antea coram* R. P. D.
Rojas *in causa Maceraten Census 15. Febr. 1641.
§. Denique vers. assertionem factam fuisse parte
absente, quæ ideo illi non nocet &c.*

Nam, & licet verum sit, vt dixi, supra quod
34 confessi pro iudicatis habentur, id sanè ita
acci-

accipiendum est, dummodò pars aduersa ex-
35 presè acceptet confessionē, Nec sufficit enim
præsentem esse, & tacere, vt notat Cyn. in leg.
vnic. C. de confess. quæst. 9. receptus secundum
Rip. in rub. ff. de verb. obligat. num. 22. ita etiam
tenet Salicet. in l. iubemus. C. de liberal. caus. et in
l. generaliter in 6 quæst. C. de non numerat. pecun.
vbi refert se ita consuluisse, & refert Alex. in
consil. 20. num. 1. vol. 4. et in consil. 111. numer. 7.
vol. 3. et consil. 174. num. 2. vol. 6. & hanc opinio-
nem esse communem, testatur Ias. in l. error.
num. 3. C. de Iur. et fact. ignorant. & communē
etiam asserit Alciat. in rub. ff. de verb. obligat.
num. 3. latè Francisc. Cald. quæst. forens. seu re-
cept. sentent. lib. 2. quæst. 31. num. 2. vers. dummo-
do pars aduersa expressè acceptet confessionē &c.
& vide latè prædictam conclusionem, an, &
quatenus vera sit.

Sunt tamen multi Doctores sentiētes, quod
36 licet confessio extraiudicialis facta absente
parte plenam non inducat probationem, ta-
men faciat semiplenam, iuxta communem de
qua attestatur Ias. in l. admonendi. nu. 158. ff. de
iureiur. cum adductis per Polydor. Rip. singul.
obseruat. 266. & Senator Bell. in tractat. de his
quæ fiunt in continent cap. 114. lib. 1. Afflict. de-
cis. Neapolit. 12. num. 2. vers. quia confessio ex-
tra iudicium facta, absente parte, probat semi-
plenè &c. et decis. 337. num. 6. vers. facit semiple-
nam probationem &c. et decis. 364. numer. 4. vers.
confessio extra iudicium parte absente, probat se-
miplenè etc. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 9. nu. 1.
vers. inducit semiplenam probationem etc. & as-
serit de indubitata, & communi omnium opi-
37 nione, testaturque ab ea, nec in iudicando,
nec in consulendo nō esse recedendū. Io. Petr.
Pontanell. decis. Catalon. 258. num. 7. vers. con-
fessio extraiudicialis legitimè probata facit semi-
plenam probationem etc. affirmatque id procul-
dubio procedere. Francisc. Viu. decis. Audient.
Baren. 191. num. 1. vers. indubitanter quidem sal-
tem semiplenè probat confessio extraiudicialis in-
ter alias personas facta in fauorem alicuius tunc
absentis &c. Io. Domin. Gait. in tractat. de credit.
cap. 2. titul. 3. articul. 1. numer. 226. vers. confessio
absente parte semiplenam inducit probationē &c.
fidemque facit de receptissima opinione. Et de
38 cōmuni opinione pariter testatur Hieronym.
Magon. decis. Florent. 135. num. 11. vers. quæ se-
miplenè probat secundum communem opinionem.
Senatus Neapolitanus penes Afflict. decis. 337.
num. 6. vers. communis conclusio est. quod confes-
sio extra iudicium parte absente facit semiplenā
probationem. Rota March. apud Marc. Ant. de
Amat. decis. 13. num. 1. versic. confessio extraiudi-
cialis semiplenè probat. Senatus Mantuanus se-
cundum Io. Petr. Surd. decis. 12. num. 4. vers. facit
semiplenam probationem.

Vbi etiam asserit, quando concurrunt duæ
39 confessiones extraiudiciales super eadem cau-
sa, tunc enim vnaquæque faciat semiplenam
probationem simul iunctæ probabunt plenè.
adde Rota Ianuen. decis. 199. num. 5. vers. semi-
plenam facit probationem &c. atque de cōmu-
40 ni Doctorum opinione à qua in iudicando, &
consulendo non sit recedendum etiam pluri-
bus relatis. asseuerat Matth. Berlic. in suis con-
clus. practicabil. part. 1. conclus. 36. num. 101. vers.
confessio extraiudicialis absente parte emissa semi-
plenam probationem facit &c. sentitque Rota
penes Crescent. decis. 1. numer. 1. vers. confessio
extraiudicialis absēte parte probat semiplenè &c.
de confess. Aduerte tamen vt confessio extra-
iudicialis semiplenè probet, probanda est ple-
nè, prout monet Hieronym. Magon. decis. Lu-
cens. 46. num. 11. & 23. vers. vt semiplenè probas-
set &c. vtique quando est probata per testes
41 idoneos probat etiam de iure ciuili. l. desside-
rium. C. deposit. sentitque Rota coram bon. mem.
Penia decis. 409. num. 3. vide infra.

Alij vero Doctores oppositum sentiunt, sci-
42 licet talem confessionem omnino nihil proba-
re, & præsertim Salycet. in l. bona fidei. 3. nu. 21.
vers. sextum exemplum. C. de reb. credit. & ibi
etiam Bald. num. 20. vers. modo quæro de viua
voce &c. Ias. sibi quodammodo contrarius in
l. siue apud acta. num. 2. C. de transact. Coras. in
l. admonendi. nu. 76. & seq. C. de iureiur. Vincent.
Mancin in tractat de confess. cap. 2. num. 7. vers.
imo magis communis est sententia, vt nihil probet,
& antea pariter de magis communi opinione
attestatur Hercul. in tractat de probat. negat. nu-
mer. 198. versic. quadragesimo sexto fallit &c. &
post eum pariter de magis communi opinio-
ne affirmat Mascard. in tractat. de probat. vol. 1.
conclus. 349. n. 6. vers. quia tunc nihil probat &c.
& asserit id docuisse ab Vlpiano, & Scæuola, vt
ibi per eum, de communi quoque sententia
pluribus DD. adductis testatur. Anton. Gabr.
in suis commun. conclus. titul. de confess. sub nu-
mer. 53. vers. contrarium, quod etiam semiplenā
non faciat probationem.

Et quod de rigore Iuris confessio extraiu-
43 dicialis absente parte facta non releuet, dixit
Rota coram bon. mem. Pirouano in causa Roma-
na Redditionis rationis 16. Ianuarij 1634. quam
retuli in 6. part. recent. decis. 256. nu. 1. vers. con-
fessio extraiudicialis non releuat &c. cum alijs
adductis supra num. 36. Et benè inquit Innocent.
in cap. interposita. de appellat. quod confessio
44 recepta extra iudicium non accipitur, nec
mouet Iudicem ad credendum, ex quibus vi-
detur innuere Innocent. quod confessio extra-
iudicialis nō moueat Iudicem ad credendum,
ex eo quia talis confessio non probet plenè, &
videtur, quod nec semiplenè. An autem talis
confessio faciat indicium ad torturam plenè
videatur. Farinac. quæst. 37. num. 47. & q. 84.
num. 23. & Guazz. ad defens. cap. 34. per tot. vi-
de infra num. 68.

Quidquid tamen sit de supradictis opinio-
nibus, primam de qua à nu. 36. videri verio-
rē quibusdam tamen requisitis cōcurrentibus
45 vt fusè suo loco dicam, Nam hic ad casum
nostrum

Digitized by Google

nostrum non est opus ingredi tam magnam
syluam, quia indubitatum est, supradicta procedere de Iure Ciuili, sed secus de Iure Canonico, nam secundum æquitatem Canonicam
46 (quæ in causis pijs seruari debet in vtroque
foro, ex rationibus, iuribus, & Doctoribus à me supra adductis *cap.1. per tot.*) confessio extraiudicialis absente parte facta, plenam facit
47 probationem, iuxta notata per *glos.* quæ reputatur admodum singularis, *in can. quoties cordis oculus. in verb. et per te. 1. quæst. 7.* eamquè vti communem, et veriorem, extollunt, & se-
48 quuntur passim Doctores, & ferè prædicta
sententia est indubitabilis, & coronata, vt apparet ex multis DD relatis tàm per *Mascardum in tractat. de probat. conclus. 357. à nu. 57.* vbi hanc opinionem predicat veriorem, & communiorem, quàm per Ant. Gabr *in titul. de confess. conclus. 1. num.* 46. vbi de communi,
49 & recepta opinione, latèque hanc conclusio-
nem tamquam verissimam admittũt fere omnes *Canonistæ in cap. si cautio. de fid. instrumen.* Et ab hac opinione non esse recedendum in practica, protestatur *Thom. Grammatic. in consil. ciuil. 116. nu. 5 vers. opinio dicta glos. est communis, ideo ab ea nec in decisiuis, nec in practica est recedendum,* & sequitur *Marescot. variar. resolut. cap. 44. num. 4. vers. confessio extraiudicialiter facta de æquitate* Canonica *plenè probat contra confitentem &c.* ac nuper pluribus relatis de communi opinione attestantur *Ioseph. Pelin. in Margarit. variar. conclus. in verb. confessio. § Confessio extraiudicialis etiam absente parte facta plenam inducit probationem, & confitentis præiudicat de æquitate Iuris canonici, vt pro communi &c Horat. Pers. in consil. ciuil. 5. num. 13. vers. in foro Ecclesiastico confessio extraiudicialis parte facta absente plenè probat &c.* ibiquè etiam post *Alex. Trentacinq. consil. 51. num. 16. vol. 1.* inquit, id in toto Regno debere
50 procedere, cum sit feudum Ecclesiasticum.
Marc. Antõn Genuens. in suis practicabil. Ecclesiast. Tricenar. 26. quæst. 768. num. 2. vbi refutata contraria opinione, indubitanter asserit, de æquitate Canonica confessionem factã
51 absente parte probare, & testatur hanc esse
communem opinionem, quam tenent grauissimi Doctores. Videatur *Cauall. commun. contra commun. quæst. 17. num. 2.* vbi reiecta contraria opinione, asserit hanc sibi videri magis veram, & communem. *Iul. Cæsar. Caluin. in tract. de Æquitat. lib. 1. cap. 63. n. 4. vers. de æquitate tamen canonica &c* vbi ait, confessioni factæ siue presente, siue absente parte
52 de æquitate canonica statur, etiam erroneæ,
ac extraiudicialiter emanatæ.

Sic quoque diuersa Orbis Tribunalia sen-
53 serunt, & præsertim *Rota Auenion. apud Hie-*
ronym. à Laurent. *decis. 62. sub num. 1. vers. inspecta æquitate* Canonica, *quæ obligat confitentẽ parte etiam absente &c.* Andientia *Baren. penes Fracisc.* Viu. *decis. 486. nu. 1. vers. taliter, quod ea de æquitate canonica valida quippe redditur, pleneque probat contra confitentur &c. Senatus Pedemõtanus teste Anton.* Tessaur. *decis. 109. sub num. 6. vers. æquitas* Canonica *vult confessionem factam absente parte facere plenam pro-*
54 *bationem &c.* testaturque de veriori, et com-
muniori sentẽtia. *Rota Lucen. penes Hieronym.* Magon. *decis. 46 sub num. 10. vers. plenè probat de æquitate canonica.* Rota *Marchiæ, vt scribit Marc. Anton de* Amat. *decis. 13. vers. de æquitate canonica confessio extraiudicialis facta absẽte parte probat &c.*

Nec deficit ad corroborandam supra relatam acceptissimam opinionẽ auctoritas Ro-
55 tæ Romanæ, nam eam inuicta constantia, vt
reperio, amplexa fuit, & præsertim *penes Put. decis. 12. sub num. 2, vers. de iure canonico confessio extra iudicium plene probat. lib. 2. et decis. 53. num. 1. vers. confessio extraiudicialis de Iure* Canonico *probat &c. eodem lib. 2.* Rota *decis. 4. num. 1. coram bon. mem.* Cantuc. *vers. confessio extraiudicialis etiam absente parte facta plenè probat &c part. 2. diuers.* ibique testatur de cõmuni. Card. Seraph. *decis. 487. n. 6 vers. secundum æquitatem canonicam iuxta quam confessio præiudicat etiam absente parte &c. et fuit dictum coram bon. mem.* Coccino *decis. 170. nu. 10. vers. confessio in omnem euentum erit extraiudicialis, quæ de æquitate canonica plenè probat &c.* nec non *coram bon. mem.* Cumitulo *decis. 168. num. 4. vers. probant de æquitate* Canonica *&c. et coram bon. mem.* Penia *decis. 94. num. 7. vers. confessio extraiudicialis de iure* Canonico *plenè probat &c. et decis. 409. num. 1. vers. confessio licet extraiudicialis de æquitate canonica etiam parte absente probat &c.* Idemque fuit decisum *coram bon. mem.* Vrgellen. 188. *nu. 1. vers. qua confessio licet extraiudicialis de æquitate canonica plenè probat contra confitentẽ &c. & coram bon. mem.* Buratt. *decis. 317. numer. 6. vers. qua confessio extraiudicialis de æquitate canonica plene probat &c. et coram san. mem.* Gregor. XV. *decis. 408. num. 2. vers. etiamsi emanasset parte absente probat &c.* et sæpe sæpias fuit admissum in recent. et præsertim *in decis. 158. sub num. 11. vers. saltem procedit in vim extraiudicialis confessionis &c. part. 1.* vbi apertè Rota fatetur de magis communi opinione, *et decis. 404. sub num. 2. vers. licet fuerit extraiudicialiter facta tamen de æquitate canonica probat &c part. 2. et decis. 463. sub num. 4. vers. cum confessio extraiudicialis probet de æquitate canonica &c part. 3. decis. 157. sub num. 1. vers. etiam de æquitate canonica procedit in confessione extraiudiciali, vt plenè probet &c part. 4. et decis. 256. n. 2. vers. cõfessio extraiudicialis plenè probat contra confitentem &c. par. 5. et decis. 218. num. 5. vers. parte absente emanata de æquitate* Canonica *plene probat &c. part. 6. et decis. 207. num. 8. vers. licet sit confessio extraiudicialis tamen de æquitate canonica operat. &c. part. 7.* & deinde fuit resolutum *coram Eminentiss.* D.

Card.

Card. Verospio in causa Viterbien. Census 7. Iu-
nij 1638. §. Secūdo hac ad minicula vers. maxi-
mè procedunt inspecta canonica æquitate, cum
secundum eam recipiat & obliget confessio facta
absente parte &c. et coram R. P. D. Bichio in
causa Romana Diuisionis 20. Iunij 1639. §. Nō
obstat vers. de æquitate Canonica probat etiam
confessio parte absente emissa &c. Videatur Frā-
cis. Viu. d. decis. 386. num. 14. vbi paternè mo-
net, vt prædicta opinio omninò retineatur, &
56 eò libentius, quia Rota Romana eam rigore
abiecto amplectitur, cum tale Supremum Tri-
bunal sit omnium Iurisconsultorum auriga,
57 et magister, iurisque Lucerna, totum illumi-
nans Orbem, taliter quod, vt subiungit, Rota
ipsa Romana meritò quidem solet contra cō-
58 munem habentem in se rigorem iudicare, cū
æquitas ipsa potius, quàm rigor debeat am-
plecti. De iure enim Canonico apices iuris nō
attenduntur cap. dilecti, & ibi gloss. in verb. sub-
tiliter, vbi omnes. de iudicijs sed sola spectatur
æquitas, quamobrem in confessione propria
per dictum ius Canonicum non inspicitur, nisi
60 mens proferentis, et non attenditur vtrum
confessio sit extraiudicialis, vel iudicialis, ita-
que quotiescunque apparet de intētione pro-
ferentis, æquitas canonica, iudicare solet secū-
61 dum verba, quouis modo prolata. cap. Anti-
gonus 1. ext. de pact. can. iuramenti. 22. quæst 5.
& notant Doctores in cap. si cautio. & ibi Felin.
num. 27. Butr. num. 7. Card. in fin. in vltima op-
positione de fid. instrument. Matth. de Afflict de-
cis. Neapolit. 164. num. 5. vers. confessio probata
per testes &c. Francis. Viu. decis. Audient. Baren.
486. num. 4. vers. solitque ius canonicum vbicū-
que appareret de intentione loquentis &c. opti-
meque ratiocinata est Rota Rom. in causa Flo-
rentina Decimarum 29. Ianuarij 1635. coram
Eminentiss. D. Card. Verospio. est decisio 12. n.
14. vers. de æquitate Canonica non inspicitur,
nisi mens proferentis &c part. 7. recent.

Et sine dubio nemo præsumitur velle men-
62 tiri ad text. in l. merito. ff. pro soc. vel inaniter
loqui. cap. parochianus, vltim. de sepultur. Felin.
in cap. si cautionum. 14. de fid. instrum. Hiero-
nym. à Laurent. decis. Auenion. 63. num. 1. vers.
Ne præsumatur quisquā velle mentiri &c. Hinc
quoque est de iure canonico pactum nudum
63 obligationem, & actionem producere d. cap. 1
vbi omnes de pact. cap. quamquam. de vsur. in 6.
& est communis opinio ferè omnium DD. vt
64 inquit Corn. in consil. 83. num. 1. vers. secus est
de Iure Canonico &c. lib. 4. Rota decis. 492. n. 1.
vers. nullum adest dubiū, quin pactū nudū &c.
part. 5. recent. & alibi latè dicam.

Nec est curandum, licet nonnulli Doctores
absolutè negent, nullatenus subsistere prædi-
65 ctam opinionem, quod de æquitate Canoni-
ca cōfessio extraiudicialis absente parte ema-
nata plenè probet. et præsertim id tenet Alex.
in consil. 180. sub num. 7. vers. Non obstat si di-
catur, quod de iure Canonico confessio facta &c.
lib. 2. vbi attestatur sic communiter teneri. ita
quoque senserunt alij plures adducti per Fer-
nand. Vasq. de success. lib. 3. §. 23. limitat. 18. sub
num. 26. vers. Contrariam partem &c. vbi ex-
66 pressè dictam opinionem approbat, et ait
numquam apud eum dubium fuisse, quin
prædicta sententia verior esset.

Tamen, vt dixi, non est curandum de tali
eorum opinione, quia ex supra relatis DD. cō-
67 stat contrariam esse veriorem, et communio-
rē, quam diuersa Orbis Tribunalia sine scru-
pulo sequuntur, vt supra à num. 53. tamquam
optima quidem ratione munitam, & in specie
Alex in d. consil. 180. reprobatur à Dec. in cons.
162. sub num. 2. vers. ista opinio videtur commu-
nis, quidquid dixerit Alex. &c. & à Curt. in
consil. 168. n. 12. vers. quidquid dixerit Alex. &c.
& à Rota decis. 4. n. prim. vers. Licet contrariū
teneri testetur Alex. consil. 180. nu. 7. lib. 3. tamen
reprobatur part. 2. diuers. Vide in seq. capite
vbi dictam opinionem declarabo.

ARGVMENTVM.

Confessio extraiudicialis quantumuis verum sit, quod secundum æquitatem Canonicam probet, tamen talis æquitas non intrat quando sumus in criminalibus, quia tunc clariores probationes requiruntur ad aliquem cōdemnandum.

Item dicta æquitas cessat, si ea confessio non fuerit probata per testes contestes cum & alias ipsi non releuent. Item silet prædicta æquitas, si cōfessio extraiudicialis incidenter, & ad aliū finem emanauerit, & maximè si essemus in criminalibus.

Mulier accusata de furto, si adulterium fateatur, an ex tali confessione possit damnari, & an in tali delicto possit Iudex procedere ex inquisitione. In admittenda probatione per confessionem extraiudicialem secundum æquitatē Canonicam, Iudex valdè circumspectus sit, & omnia benè penset, quia verba in absentes, sicut vmbræ, solent volitare, absque vlla proferentis consideratione, ioci, vel iactandi causa prolata.

Confessio extraiudicialis, licet iuxta æquitatem Canonicam, secundum aliquos DD. non probet, si sit facta absente parte, quæ opinio valde controuersa est, tamen quando sumus in materia causæ piæ, cessat omnis amaritudo, quia quando aliquid promittitur vel confitetur ad fauorem causæ piæ, cum id respiciat DEVM, qui vbique est præsens &c. non est opus discutere talem controuersiam adeo sinuosam.

Fauore dotis, cum valeat donatio, seu promissio facta mulieri, quamuis ea absente, ita etiam multò fortius debet intrare prædicta conclusio fauore piæ causæ, & quare.

110 *DEVS est vbique per potentiam, per essentiã, per præsentiam &c.*
121 *DEVS est circulus, cuius centrum est vbiq. et circumferentia nusquam, seu nullibi.*
DEVS est intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus,
122 *Donatio, vel promissio facta pauperibus, vt valeat, debent ipsi pauperes esse præsentes per se, vel per alios.*
123 *Consensus requiritur pro substantia donationis.*
124 *DEVS pro pauperibus semper censetur acceptare, & quare.*
125 *DEVS non solum iubet, vt largiatur pauperibus, sed etiam copiosam mercedem promisit, id exequentibus.*
126 *Donatio, seu promissio facta mulieri absente ex causa dotis valet, & tenet.*
127 *Verba enunciatiua fauore dotis prolata probant.*
128 *Mulier, si fateatur, duxisse maritum, et omnia bona ei dedisse in dotem, ista verba enunciatiua satis probant.*
129 *Verba enunciatiua fauore pia causa satis probant, etiam parte absente prolata.*
130 *Pia causa, & dos in iure æquiparantur.*
131 *Dotis causa nititur natura pietatis.*
132 *Pia causa spiritu DEI ducitur.*
133 *Dispositio ad pias causas, quando dicatur fauo-*
134 *Dotis causa verè non dicitur pia, sed solum lato sumpto vocabulo.*
135 *Dos, non dicitur causa pia, de illa, qua respicit amorem DEI.*
136 *Dispositio ex causa dotis, quando verè, et strictè dicatur pia causa.*
137 *Dos, quantumuis relicta non pauperi dicitur dispositio ad pias causas, & qualiter.*
138 *Templo, si quis aliquid offerat ad eius ornatũ, valet donatio quamuis nullus acceptet.*
140 *super Altare alicuius Ecclesiæ, si quis aliquid ponat, animo offerendi,*
Absentibus Ministris Ecclesiæ, an illud censeatur Ecclesiæ acquisitum.
142 *Emancipatio absque consensu emancipati non potest fieri, fallit tamen si simus in infante.*
143 *Ecclesia gaudet priuilegijs pupilli, et minoris. et num. 145.*
144 *Argumentum ab Ecclesia, & minore in iure sæpissimè sumitur.*
146 *Pia causa, et Ecclesia æquiparantur, et gaudent eisdem priuilegijs:*
147 *Priuilegia in genere concessa Ecclesijs competunt etiam Capellis, omnibus locis pijs.*
348 *Ecclesia sua priuilegia habet propter animam et contemplationem DEI, et ad idem etiam respicit pia causa.*

CAPVT XXIII.

Confessio extraindicialis, quæ, vt in præcedenti cap. diximus, secundùm æquitatem Canonicam probat, et cum multi DD. prædictam æquitatem absolutè negent, tamen si eorum reprobationem euitare velimus, dicere possumus, tunc confessionem extraiudi-
68 cialem absente parte, nec de æquitate Canonica probare, quando sumus in criminalibus, quia tunc nullatenus plenam inducit proba-
69 tionem, quo ad effectum pœnæ ordinariæ infligendæ, *text. est in cap. quam sit graue. 9. de excess. prælat.* vbi Summus Pontifex Innocentius III. determinauit, si presbyter beneficia-
70 tus confessus fuerit crimen adulterij se commisisse, non ex hoc priuatur beneficio, aut deponitur, sed solum suspenditur, et ibi notant *Abb Hostien.* cœterique Canonistæ adducti *per Barbos. in collectan. in d cap. quàm sit graue*, et addo Rotam *in nou. decis. 1. vers. confessio extraiudicialis plenè delictum non probat &c. de confess.* et melius apud Bellamet *decis 710. numer. 1. vers. tamen secus est in delictis &c.* et penes Put *decis. 53. num. 2. vers. confessio de æquitate canonica extra iudicium facta probat, sed non in criminalibus &c. lib. 2.* et admisit idem *Alex. in d consil. 180. num. 7. versic in criminalibus constat etiam de Iure Canonico confessionem extra iudicium factam non probare &c.*
71 Et ratio potest esse, quia in delictis probandis clariores probationes esse debent. *l. fin. C. de probat.* et quidem, vt dicunt DD. luce ipsa meridiana. *l. cuncti sciant. C. de probat.* vbi DD. omnes, quæ est canonizata *in can. sciant cuncti 2. quæst. vltim.* Quod enim confessus in cri-
72 minalibus non habetur pro iudicato *text. est in l. 1. §. Diuus.* ibi, *confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, si nulla alia probatio religionem cognoscentis instruat &c. ff. de quæstion. et in l. si confessus. ff. de custod. rer.* Et hinc est, si aliquis confiteatur se occidisse aliqnem, & non constat de corpore occiso, ta-
73 lis confessio illi non præiudicat, nec pro ea punitur, *ad text. in l. indè Neratius. §. fin.* ibi *si quis hominem viuum falso confiteatur occidisse, et postea paratus sit ostẽdere hominem viuum esse, Iulianus scribit cessare Aquilam. ff. ad l. Aquil.* & ita tenet *Angel. de malefic. in verb. fama publica. vers. duodecimo tu Iudex.* Bald. *in addit.* ad Specul. *titul. de sentent. vers. Titius fuit confessus.* Ias. *in l. error. col. 2. ff. de iur. & fact. ignor. & in l. iusiurãdum. §. procurator. num. 25 ff. de iureiur.*
Imo, & si constaret, illum fuisse occisum, dummodo non constaret de delicto, non possit
74 condemnari, quia duo requiruntur, vt quis condemnetur, quod delictum sit commissum, & commissum sit ab illo, qui confitetur saltem per coniecturas, *Bart. in l. 1. §. item illud. ff. ad*

Silanian. & declara vt *per Didac.* Canter. *in suis practic. quæst. criminal. tit. de Iudic. quæst. 1. num. 2. vers. etiamsi constaret occisum fuisse &c.*
75 Sola enim inquisiti confessio ipsum non condemnat, *vt per Cason. in tractat. de torment. cap. 20. in fin et per Altmont.* Ciazz. *in discept. forens. criminal. discept. 26. num. 422. vers. ideo sola inquisiti confessio &c.* Quare vt dixi, confessus in
76 criminali non habetur pro iudicato, prout habetur in ciuili, vt supra firmaui, sed pro iudicando, *d. l. confessus*, ibi, *si confessus fuerit reus, donec de eo pronuncietur in vincula &c. ff. de custod. reor.*

Vnde sponte confesso assignandus est termi-
77 nus ad se defendendum, licet non fuerit petitus cum multa possint aduersus confessionem etiam spontaneam deduci, & ita videtur esse communis obseruantia, & practica, quam seruat totus mundus, *vt dixit Salicet. in l. 2. nu. 7. C. de custod. reor. & post Ang. Paris. de Put. Boss. & alios testatur* Clar. *lib. 5. recept. sent. § fin. q. 49. vers. est igitur, & quæst. 65. in princip.* cum alijs allegatis *per Anton.* Leoncel. *decis. Rota Ferrarien. 84. num. 16. vers. sponte confesso, licet non petenti assignandus aliquis terminus &c.*

An autem Iudex ex sola confessione rei de-
78 lati de crimine, possit eumdem ad pœnã condemnare, si eam confessionem, sub promissa criminis impunitate extorsit, eamque quæstionem *satis latè tractat* Couar. *variar. resolut. lib. 1. cap. 2. num. 16.* & opinionem affirmatiuã, quæ Cyno ascribitur, existimat communiorẽ, sed contrariam, quæ *Imola* est, credit æquio-
79 rem præsertim, quando promittens immunitatem delicti, illud remittere potest, puta Princeps, aut ab eo hãc potestatem & authoritatem habens, tunc enim promissio impunitatis seruanda est, & ita in praxi obseruari *tradunt Iul.* Clar. *lib. 5. § fin. quæst. 55. vers. circa secundum num. 9. &* Boss. *in prax. criminal. tit. de confess. per tortur.*

At si impunitas promissa sit ab eo, qui eam
80 non habet potestatem, & tunc reus sibi imputare debet, quod ei credidit, cum nec iuramentum hoc casu quidem seruare teneatur, maxi-
81 me si crimen atrox sit. *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Dom.* Pec. *in cap. non est obligatorium. numer. 6. vers. amplia sexto. ff. de regul. iur. in 6. & benè deducit Paul.* Christian. *decis. Curia Belg. 109. numer. 5. vers. an Iudex ex sola confessione rei &c.* Verum circa confessionem extraiudicialem in criminalibus latè tractat cum ibi adductis *Sebastian. Guazzin. in tractat. ad defens. reor. defens. 33. à cap. 14. per tot.* Et persistendo in terminis, quando non probet confessio extraiudicialis de æquitate canonica, nam DD. id volentes, præter supradictum casum à nu. *69.*

Vel sunt intelligendi, quando confessio extraiudicialis non esset probata, nisi per vnicũ
82 testem, quia nec tunc de æquitate canonica probaret, cum ad minus duo requirantur, &
83 debent esse contestes, vt fusè alibi dicam, & in puncto admisit *Rota coram bo. mem.* Coccino *in causa Parmen. Status 3. Martij 1629. à me relata in part. 5. recent. decis. 264. num. 43. vers. et confessio extraiudicialis, nec de Iure Canonico probatur per vnicum testem &c. et coram R.P.D. Bichio in causa Carpentoraten. Hæreditatis 5. Iunij 1648. § Secundo quia. vers. singularitas versatur circa confessionem extraiudicialem &c.*

Vel asserere possumus, DD. opinionem volentium confessionem extraiudicialem absente parte emanatam, nec secundùm æquitatẽ Canonicam releuare, tunc procedere, quando
84 talis confessio esset facta incidenter, vel ad alium finem, aut sine causa emissa, nam tunc nec de Iure Canonico sufficiens est, *Alexand. consil. 155. numer. 2. lib. 5. admisitque Rota coram bon. mem. Penia in causa Romana Pecuniaria 3. Martij 1595. est inter eius à me impress. decis. 332. nu. 9. vers. neque de Iure Canonico &c.*

Quando enim confessio est incidenter, & ad alium finem emanata, non præiudicat confitenti. Hinc enim est, quod emisso proclama-
85 te, quod omnes teneantur fideliter cum iuramento profiteri sua bona, & debita pro faciendo æstimo, si aliquis in æstimatione dixerit, se debitorem Titij de certa quantitate, nõ poterit Titius vigore illius confessionis iuratæ, petere quantitatem confessatam, quia ibi non agebatur, vt se obligaret erga Titium, sed vt in æstimo minus grauaretur. Sicut etiam si
86 requisitus sũ ab aliquo ad ei mutuãdum certam pecuniarum summam, & dicam me talem summam non habere, imo, quia egui, accepi paulò ante mutuò à Sempronio viginti, quãuis ille sit præsens, non tamen poterit in vim dictæ confessionis Sempronius me molesta-
87 re, quoniam mea intentio non fuit obligandi me Sempronio, sed excusandi, ne mutatam pecuniam contederem, *vt benè deducit Salicet. in l. 1. nu. 37. vers. est enim confessio, C. de confess.* Tiraquell. *in tractat. res inter alios acta limitat. 1. in fin. vers. et id quidem. & adde Albert.* Brunum *in tract. de statut. interpretat. part. 2. quæst. 148. & discutit* Surd. *decis. 250. num. 6. vers. si requisitus ab aliquo ad mutuandum, dicam me nõ habere, imo quia egui &c. et Io. Baptist.* Hodiern. *in addition. ad eumdem* Surd. *decis. 309. numer. 6. vers. est enim confessio ad alium finem facta, quæ confitenti non præiudicat &c. & adde* Marsil. *in rub.* C. *de probat. num.* 88. *vers. et facit singulare verbum &c. et tractat.* Gratian. *discept. forens. cap. 151. à num. 16. vers. illa confessio minus obligaret, si esset facta incidenter &c. et sensit* Rota *decis. 127. sub num. 10. part. 1. recent.* vbi firmatur
88 quod confessio facta ad excusandum confitẽtem non probat contra eum ad alium finem.

Quæ conclusio multò magis procederet, si essemus in criminalibus, quia tunc sine dubio confessio incidenter facta non veniret atten-
89 denda, quare si mulier inquisita de furto, con-

fessa

fessa sit adulterium commisisse non poterit ex
dicta confessione incidenter facta cōdemnari,
et ita fuit iudicatum in Consilio Neapolitano
apud Matth.de Afflict.*decis.*176.*per tot.* vbi per
S.C.reuocatum fuit decretum Magnæ Curię,
ex quo mulierem accusatam de furto, sed de
eo absoluta, fecit iterum carcerare, ex eo quia
90 incidenter confessa fuit se commisisse adulte-
rium, com ex tali confessione sic facta nō pos-
set condemnari, et prædictam opinionem
secuta est etiam Rota *decis.*276.*num.*8.*vers.mu-*
lier inquisita de furto. si confiteatur adulterium
non potest condemnari ex tali confessione &c.
*part.*4. *diuers.* & refertur *d. decisio* 176. Afflicti,
& vide *ibi Addentes ad decis. Afflicti*, et præser-
tim *Prosper Carau.* vbi *post Gulielm. de Bene-*
dict. in repetit. cap. Raynutius *in verb. eisdam.*
91 *num.*23.*de testam.ait.* quod in crimine adul-
terij non proceditur ex officio, et videatur
*Fulgos.in consil.*136.*per totum.*

Vbi quod adulterium per vxorem commis-
sum, non potest à Iudice, neque ab alio accu-
92 sari non volente marito, quia adulterij accu-
satio proprium dolorē marito defert, vbi plura
habes & *Fulgos.* secutus est *Petr.Caball.resolut.*
*criminal.cas.*114. *num.*12. *centur.*1. *vers.in casu*
adulterij nō potest iudex ex officio inquirere &c.
vbi id ponit ad limitationem eius, quod firma-
uit supra, nempe, quod Iudex de iure potest
93 ex officio procedere super quocomque deli-
cto, reliqua vide ibi, *& adde Didac.* Canter.
quæst. criminal. titul de delict. & fragilit. carn.
cap 4.*de adulter. num.*27. vbi ait, quod de iure
duodecim tabul. cuilibet erat permissum ac-
94 cusare mulierem de adulterio, postea de lege
Iulia, fuit permissum tantū marito, & patri &c.
idem etiam sensit Vulpell.*consil.criminal.*94. *nu-*
*mer.*6 *in* 2.*dub.* Gomez.*ad Leg.Tauri* 80.*nu.*49.
ante med. vers.hodie tamen de iure Codicis. Clar.
in §.*Adulterium.num.*4. Farinac. *quæstion. cri-*
*minal.*140.*numer.*36. & D.Vermigliol. vir in-
signis *in consil. criminal.*55. *numer.*4. *vers. nec*
Iudex ex officio procedit, qualitercumque adul-
terium ad eius aures deueniat &c Et persistēdo
in terminis, quod confessio incidenter facta nō
probet, vt id multò magis procedat, si simus
in criminalibus, *& idem sensit Rota in causa*
Paduana Matrimonij 6. *Martij* 1595. *est in*
part 4 *diuers. d. decis.*276. vbi fuit decisum, cū
95 ortа fuisset controuersia super nullitate matri
monij ob impotentiam viri, si idem vir confi-
teatur adulterium, quod vxor ex tali confes-
sione pro adulterio ad Thori separationem
agere non possit, cum illa sit facta ad alium fi-
nem, scilicet se defendendi ob impotentiam
allegatam ab vxore. Atq; de hac materia satis.

Illud tantum subdam, in terminis confessio-
nis extraiudicialis, quæ de æquitate Canoni-
ca plenè probat, vt multum circumspectè in
96 admittenda prædicta opinione procedatur,
quia istæ confessiones extraiudiciales plerum-
que ab hominibus fiunt, sine animi delibera-
97 tione causa ioci, vel iactantiæ, vel studio benè
dicendi, vel malè dicēdi, vel ipsius solæ loqua-
citatis calore, aut interdum cum mulierculis,
vel inter conuiuia, vel commessationes, vnde
cum dicta conclusio, quod confessio extraiudi-
98 cialis probet, sit fundata in mera æquitate
Canonica, vt patet ex supra allegatis, ex quo
regula iuris Ciuilis est in contrarium ex iuri-
bus superius adductis multū debet deferri Iu-
99 dicis arbitrio in ponderandis circumstantijs
facti, quia cum æquitas non habeat certos ter-
minos constitutos à lege, id religioni iudican-
tis remittitur. *l.*1.*ff.de iure deliber.l.vnic.* §.*ex-*
pilatores ff.de effract.l.sancitio legum. & ibi glos.
ff.de pœn glos.fin.in cap finem litibus.vers hoc est
generale ff.de dol & contum. late Menoch. de ar-
*bitrar.Iud.lib.*1.*quæst.*21.*num.*1.*et per tot.et in*
puncto optimè ratiocinata est Rota *coram bo. me.*
*Card.Sacrat.decis.*466.*num.*4. *versic.multum*
*circumspectè procedendum sit &c. part.*3. *recent.*
& post dictam decisionem optimè consideratū
fuit *coram R. P. D. Bichio in d. Carpentoraten.*
Hæreditatis 5.*Iunij* 1648.§.*Secūdo,* vbi dicitur,
quod æquitas Canonica, quæ recedendo à re-
gula iuris ciuilis contraria, admittit, quod cō-
fessio extraiudicialis plenè probet, exposcit vt
cautè procedatur, in admittenda huiusmodi
probatione, & reliqua vt ibi.

Etenim non esset nouum asserere, verba in
100 absentes solitum esse volitare sicut vmbræ,
citra vllam loquentis deliberationem, aut ple-
num consensum, sed vel iocandi, vel voluptate
loquendi, aut vel etiam leuitate.

His itaque sic præmissis, persistendo in ter-
minis nostris, eum in relictis ad pias causas in
vtroque foro seruandum sit ius Canonicum,
secundum communiorem, & veriorem sentē-
tiam, *vt satis docui supra in cap.*1. *à numer.*47.
ideo quidquid sit de iure Cæsareo, Nam re-
mota omni amaritudine, confessio extraiudi-
cialis ad fauorem absentis, cui aliquid in piam
101 causam relictum fuit, & pro quo nemo fuit
stipulatus, contra confitentem plenam indu-
cit probationem *ad text.in can.dilectus.*3.*et fin.*
de success.ab intestat Bald. *in l.*1.*col.*2. *vers.quæ-*
dam confessus fuit. C.de fals. caus. adiect. legat.
Tiraquell.*de priuileg pia caus. priuileg.*117. *cum*
ibi allegatis, & adde Leoneell. *de priuileg. pau-*
*per.part.*2.*priuileg.*67.*num.*2.*versic.fauore tamen*
pia causa, & præsertim pauperum, confessio ex-
traiudicialis probat &c. & satis deduxi supra à
*num.*1.*et seq.* idque sine scrupulo procedit in
his terminis.

Nam licet apud nonnullos DD. indubitatū
sit, quod etiam secundum æquitatem Cano-
102 nicam in confessione extraiudiciali requira-
tur præsentia partis ad hoc, vt releuet, *secun-*
dum Cyn.in l.generaliter.C.de non numerat. pe-
cun.in 4.*quæst.* vbi attestatur ita per Canoni-
stas *in cap.ex parte.de confess.* firmari pro indu-
bitabili sententia, & post *Cyn.* sic quoque, as-
firmat *Paul.de Castr. in consil.*153 *In causa*
sub

sub numer. 1. versic. et per Canonistas, qui hoc ha-
bent pro indubitato &c. part. 2. & pulchrè id so-
uet Marc. Anton. Natt. in consil. 101. num. 14.
103 vbi ait, opinionem illam, quod de canonica
æquitate confessio facta absente parte probat,
est Ant. de Butr. qui hoc dicit in cap. si cautio
de fid. instrument. & loquitur per verbum
fortè, nec Imol etiam ibi hoc firmat. Bald. in
cap. innotuit de elect. loquitur, quando confes-
104 sio esset facta Iudice præsente, idem sensit
Alex. consil. 325. num. 2. Crauett. in consil. 281.
num. 6. versic. Nec obstat. vbi ait, quod contra-
ria sententia, confessionem extraiudicialem
absente parte factam, probare æquitate Ca-
nonica, posset procedere in foro pœnitentio
nali, aut spirituali, et non aliàs.

Insuper contraria opinio est fundata, super
glos in can. quoties cordis oculus 1. quæst. 7. in
105 verb. & per te. quæ voluit, stipulationem fa-
ctam alteri valere, veluti si ego promitto tibi,
me daturum Titio cẽtum, valida est talis pro-
missio de iure Canonico, quæ glos. communi-
ter improbatur, vt apparet ex latè congestis
per Ias. in l. stipulatio ista. §. alteri. col. 2. ff. de verb.
obligat. & per Felin. in proem. Decretal Gregor.
super glos. in verb. seruus. Nam illa glos. est con-
tra textum in cap. quamquam. de vsur. in 6. vbi
in causa fauorabili restitutionis vsurarum re-
107 quiritur persona publica ad validitatem sti-
pulationis. Item, quia opus est etiam, vt obli-
gatio initium capiat à persona contrahentiũ.
l. quæcumque. ff. de action. & obligat. Si ergo Do-
ctores volunt, quod stipulatio non teneat alio
non recipiente De Iure Canonico, multò ma-
108 gis dicendum est, quod confessio non teneat
nullo interueniente, sicuti post Abb. & Ioan.
Baptist. de Sanct. Seuerino latè id tractantes.
109 ratiocinatur Natta in d. consil. 101. numer. 15.
Addo Fernãd. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 23.
limitat. 18. sub numer. 26. vers. contrariam par-
tem &c. vbi repugnantem opinionem impiã,
& captiosam tenet.

Tamen quidquid sit de hac opinione affir-
matiua, conclusio nihilominus negatiua, quod
110 non requiratur pręsentia partis de qua supra
à num. 30. videtur magis vera, & communis,
quia æquitas Canonica, sicuti iam dixi, non cõ-
111 siderat præsentiam partis, sed solam mentẽ,
& in puncto ponderauit Hieronym. Ceuall in
specul. commun. opin. contra commun. quæst 17.
num. 3. vbi etiam fatetur in ista tam varietate
112 opinionum hanc esse quæstionem pro amico
licet ei magis placeat opinio negatiua, quod
non requiratur præsentia, et vt magis veram,
& communem prædicat propter summã æqui-
113 tatem Canonicam, quæ non curat de apici-
bus iuris, deinde sic quoque sensit Paul. Chri-
stian. decis. Cur. Belg. titul. 59. de confess. dec. 309.
num. 4. vers. an verò in confessione extraiudiciali
de iure canonico requiratur præsentia partis &c.
vol. 4. vbi opinionem Ceuall. amplectitur, &
idem sensit Rota coram bo. mem. Penia dec. 409.
numer. 1. versic. confessio licet extraiudicialis de
æquitate canonica etiam absẽte parte probat &c.
& allegatur Put. decis. 11. num. 8. lib. 2.

Vlterius animaduertendum puto, quod cõ-
clusio illa generalis, nempe solam confessionẽ
114 extraiudicialem absẽte parte factam, & à ne-
mine acceptatam, non præiudicare confitenti,
iuxta text. in l. certum. §. si quis absente. ff. de con-
fess. procedit solum in confessione, quæ princi-
paliter tendit ad obligandum confitentem di-
rectò illi, ad cuius fauorem emanat talis con-
fessio, secus verò si versaremur in terminis il-
lius confessionis, quæ non tendit principaliter
115 ad hoc, sed ad probandum aliquid ex cuius
probatione absenti quæritur obligatio, nam
tunc talis confessio præiudicat confitenti, licet
facta parte absente, & nemine pro eo acceptã-
116 te, quia per modum probationis cadit super
re prius gesta, vt tradunt Aret. in § si vero ex-
pressim. num. 45. Auth. de hæred. & falcid. Felin.
in cap. cum Marc. Ferrariensis. 9. num. 32. versic.
bene facit. de constitut. & in cap. si cautio. 14. nu-
mer. 14. versic. fallit tertio de fid. instrum. Alex. in
addit. ad Bart. in d. §. si quis absente. verb. præsẽte.
in princip. Marsil. in rubric. C. de probat. nu. 110.
versic. & teneas. & in Singul. 302. num. 2. versic.
item confessio. Ioan. de Anan. consil. 85. numer. 5.
versic. præterea. Socin. Sen. consil. 21. nu. 11 vers.
quæ verba. vol. 1. Curt. Iun. consil. 168. num. 10.
& seq. Decian. in consil. 62. num. 5. versic. item
respondeo. & numer. 55. vol. 3. Trigon. singul. 86.
numer. 1. versic. vel si aliquis. Cassan. in consuet.
Burgund. Rub. 10. §. 12. in text. Ou par le sermon
des contrahens. numer. 4. Socin. in regul. confessio
cap. 24. fallent. 17. Gabr. titul. de confess. conclus. 1.
num. 51. Aym. de antiquit. tempor. part. 1. nu. 43.
& seq. Afflict. decis. 375. nu. 4. versic. & dicit &c.
& vide Cãcer. variar. resolut. part. 3. cap. 7. titul.
de pact. à num. 348. versic. an habeat locum in cõ-
fessione extraiudiciali liberatoria &c. Alexand.
Trentacinq. variar. resolut. vol. 1. lib. 2. titul. de
Confess. resolut. 11. num. 78. versic. si confessio ex-
traiudicialis parte absente emanata, non tendit
principaliter ad obligandum, sed ad probandum
obligationem præcedentem, ex qua probatione
absenti quæritur obligatio &c.

Et licet referat plures DD. qui totum oppo-
situm tenent, tamen in fine protestatur, quod
nullatenus recedatur à priori sententia, quàm
etiam tenuit Rota penes Bellamer. decis. 691. &
optimè eam comprobat Laurent. Syluan. consil. 44.
à num. 15. eamdem opinionem sequitur Cæsar
Caluin. in tractat. de æquitat. lib. 1. cap. 63. nu. 12.
versic. si verò facta fuit parte pariter absente ad
liberandum, vel ad obligandum non tendat prin-
cipaliter, sed ad probandã obligationem præceden-
tem, tunc præiudicat confitenti &c. Marescott.
variar. resolut. lib. 2. cap. 44. num. 5. vers. vbi agi-
tur de probanda veritate rei gestæ puta solutione,
talis cõfessio per idoneos testes probata facit etiam
fidem de iure ciuili &c. & sensit Rota coram
bon. mem. Penia d. decis. 409. num. 3. vbi dicitur,
si non

si non agatur ad aliquem obligandum, sed de probatione veritatis rei iam gestæ, hoc casu,
117 quamuis versaremur inter Romanos, inter quos attenditur ius Ciuile, tamen in prædicto casu, confessio extraiudicialis per idoneos testes probata, facit etiam fidem de Iure Ciuili. *l. desiderium. C deposit. cum alijs ibi allegatis.*

Nos verò in terminis nostris, nempe dispositionis ad pias causas, extra turbidinem tam contrariarum opinionum existemus, quia do-
118 nans, vel promittens aliquid ad fauorem piæ causæ, videtur DEO, qui vbiq; est præsens, & acceptans, promittere. *glos. in can. quoties cordi oculis, in verb. & per te. 1. quæst. 7. Abbas in proœm.* Decretal. *in 2. part. incip. Greg. dimiditur, num. 24. vers.* Dirigitur DEO, *& ipse recipit pro absente &c.* et post *Iacob. Ramer. Cinum, Albericum Bald.* Castren. *Corneum*, et alios resoluit Tiraquel *in tract. de pia causa priuileg. 115. per tot.* vbi etiam allegat illud vulgarum.

Iupiter est quacumq. vides, quacumq. moueris.

Et plures alios DD. idem sentientes, qui videri desiderat *consulat Mascard de probationib. conclus. 347. num. 93.* vbi plena manu plures adducit, et firmiter tenet, si cōfessio fuerit facta fauore piæ causæ probar, etiamsi emanata parte absente fuerit, quia DEVS cense-
119 tur illam pro causa pia acceptare, cum secundum vulgatissimam doctrinā DEVS vbique est præsens.

Hinc illud Virgil. *Iouis plena sunt omnia,* & adde, quod ex Theologorū sētētia quā cōprobat S. *Thom. part. 1. quæst. 8. art. 3.* DEVS est vbique per potentiā, per essentiā, et præsentiā & à Mercurio Trimegisterio definitur *DEVS est circulus, cuius cētrum est vbiq. & circumfe-*
121 *rentia nusquam, seu nullibi,* quod eleganter expressit S. August. in opusc. meditat. cap. 30. *DEVS est intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus &c.* Et præter edductos DD. à Mascard quod piæ causæ promittens DEO promittere videtur, qui vbique est, præsens, & addo *Surd in tractat. de aliment. titul. 8 priuileg. 73. à nu. 5. vers. fauore pia causa &c. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 29. num. 12. vers. fauore Ecclesia etiam aliquo non acceptante, donationem effectam esse irreuocabilem, nec donantē potuisse pœnitere etiam ante rati habitionem &c.* Gonzal. *ad Regul. 8. Cancellar glos. 5. §. 7 n. 102 vers. quia quod promittitur pia causa, promittitur* DEO, *qui vbiq. est præsens, & acceptās, &c.* Barbos. *in collectanea super 2. part. Decret. in d. can. quoties cordis vers. quid quid promittitur pia causa &c. 1. quæst. 7.* & præter DD. ab eo allegatos, addo Card. Mantic. *de tacit. & ambig. cōuent. lib. 13. cap. 7. num. 15. vers. facta est pauperibus, vel Ecclesia seu loco pio, qua etiam si absētibus facta sit, suum effectum sortitur. quia DEO, qui vbique est præsens facta intelligitur &c. Stephan.* Gratian *d. scept. forens. cap. 358. num. 34. vers. quasi tūc fiat promissio DEO, qui pro loco pio est præsens, et acceptat &c.* & affirmat hanc esse verlorem opinionem sensitquè Rota *in causa Romana Legati 22. Iunij 1650. corā Eminentiss. Card.* Corrado *§. Quia non procedit obiectio &c. vers. ad pia dispositioni, quæ finaliter ordinatur in DEVM, ac illius acceptationē præsefert &c.* et clarius fuit animaduersum *in causa Baren. Donationis 5. Aprilis 1647. coram Reuerendiss. D. Dunozetto Decano §. Nō obstat. vers. donatio est facta Ecclesiæ. & DEO, cum ipse DEVS, qui præsens est vbique acceptet.*

Non de sunt tamen cōtradictores, qui quærunt hāc opinionem subuertere, et præsertim *glos. ordinar. in l. illud. in verb. alia causa. in fin. C. de sacrosanct. Eccles.* asserens ad hoc vt va-
122 leat donatio, vel promissio facta pauperibus, debent ipsi pauperes esse præsentes per se, vel per alium, quam *glos. ibi sequuntur Gul. Bart. Bald. & Castren.* et inter alios *Bald. numer. 2.* respondet ad illam rationem, quod cū DEVS sit vbique præsens, censetur acceptare illam
123 dispositionem ad piam causam, vt intelligatur facta DEO mediatè, et non immediatè, & ideo hoc casu deficit consensus, qui pro substātia donationis, aut promissionis requiritur. *l. absenti ff. de donat. l. nec ignorans. C. eod. titul.*

Nolo insistere plura adducendo super hac parum firma opinione, nam contraria iam adducta est firmior, & verior, sicuti iam dixi. Ad prædictā rationē *Bald.* facili negotio po-
124 test respōderi, quod DEVS ipse pro pauperibus, sēper cōsentit, et accipit cū præcipit dari pauperibus iuxta illud. *Date eleemosinā, & ecce omnia munda sunt vobis &c. apud Luc. cap. 11. et in alijs locis sacra pagina,* & ad longum ratiocinatus sum supra *in discurs. à numer. 129.*

Vbi quæsiui inflāmare omnes ad operosam
125 pietartm erga pauperes. Et non solū DEVS iubet dari pauperibus, sed etiam dantibus copiosam promittit retributionem, & ipsemet recipit quidquid datur pauperibus, vt attestatur *per Isaiam cap. 28. ibi. Hæc est requies mea reficite lapsum, et hoc est refrigerium meum &c.* & reliqua, vt habetur in prædict. discurs.

Corroborari sanè potest supra relata opinio in mentem reuocādo, quod donatio, siue pro-
126 missio facta mulieri absenti ex causa dotis valet, & tenet, *iuxta l. vnic. §. accedit. cum glos. ff. de rei vx. action. et in l. vltim. C. de iure dot.* per quæ iura ita concludunt *Bart. Alex. Paul. de Castr. et alij allegati per Dec. in consil. 35. incip. Præstantissime Doctor sub num. 1. vers. et speciale in dote, vt ex contractu inter alios celebrato, mulieri absenti quæratur ius &c. lib. 1.* Verbaque
127 enunciatiua fauore dotis probant. *Rota apud Put. decis. 409. num. 1. lib. 1.* vbi fuit resolutum, in casu illo de verbis prolatis à muliere. *Io l'hò tolto per marito, è datoli quanto ho al Mōdo,* licet essent verba enunciatiua, tamen probant mulierem dedisse omnia in dotem, & non refert an fuerint dicta in præsentia, vel
128 absentia mariti, per ea, quæ tradunt Doctores ibi per Rotā adductos, alios plures cōgerit *Io. Maria Nauar. in tractat. de miserabil.*

per-

personar.priuileg.cap.13. num.7. et abundè id firmat, et declarat Genu. in tractat. de Verb. ennunciat.lib.2.cap.32. à num.1. & pluties testatur de communi.

Pari etiam ratione debent substineri verba ennunciatiua, promissiones &c. si fiant pauperibus, vel Ecclesiæ, aut alijs locis pijs ipsis absẽtibus, ad text. in cap. fin. de success. ab intest. Alex. consil.190 num.7. vers. confirmo. per notata lib.2 Tiraquell. de priuileg pia caus. vers. nec id quidem &c. et solidè prædictam opinionẽ firmat in eod. tractat. de verb. ennunciat. lib.2. cap.23. à n. prim. vbi ad satietatem plures DD. adducit.
In iure enim satis est notum, in omnibus piã causam, et dotem æquiparari, et rectè de dote
130 ad piam causam argumentari, text. habemus
in cap. donare titul. qualiter olim feud. alien. vers. pro anima, vel in dotẽ pro filia &c. in vsib feud. latissimè, Bart. in l.1. §. fin. ff. de donat. & in l. si ego ff. de iur. dot. in princ. Bald. in l. mandatum C. mandat. Ruin. consil 71. num.15. lib.3. Card. Mantic de coniectur. vltim. volunt. lib.6. titul.12. num.18. in fin. Bursat. in consil.180. nu.29. vers. dos, et pia causa à lege æquiparantur &c. lib.2. et argumentum valet. Euerard. in sua topic. loco à dote ad piam causam.25. Stephan. Gratian. discept. forens. cap.700. num.11. vers. sumus in materia dotali &c. tom.4. addo Iudoc. Damboud. in tractat. Loc. commun. par. et simil. in verb. Dos §i. Dos, et pia causa &c. Tiraquell. de priuileg. pia causa priuileg.158. et ibi Ricc et Thor. in addition. Idem Thor. in Sum. priuileg. piar. caus. priuileg.109. vers. in omnibus pia causa, et dos æquiparantur &c. Genuens. in practicabil. Ecclesiast. quæst.253. num.4. vers. dos, & pia causa æquiparantur &c. Io Maria Nouar. in tractat. de priuileg. misera bil. personar. priuileg.13. nu.6. vers. dos gaudet priuilegijs pia causa &c. Idem Nouar. in suis quæst. forens. quæst.55. num.10. vers. Ecclesia gaudet priuilegijs dotis &c. et in pragmat Regni 5. sub rub. de empt. et vendit. Surd. decis. Mantuan.298. num.9. vers. valet argumentum à pia causa ad dotem &c.

Quale quidem argumentum à fortiori pro-
131 cedit, nam dotis causa nititur naturæ pieta-
tis l. cum is §. si in ea opinione sit mulier. ff. de condit. indebit. ideoque multò magis debet ha-
132 bere locum in causa, quæ spiritu DEI ducitur, et verè est pia causa. Rip. in l. fin. num.170. C. de reuocand. donat. Bald. de Bartolin. in l.1. num.33.40. et 41. ff. solut. matrim. Corn. in cons. 50 num.14. vers. nam licet dos, et num.15. lib.1. consideraultque Rota in causa Fanen. Hæreditatis 17. Iunij 1641. coram Reuerendiss. R.P.D. Ghislerio. §. Hoc tamen vers. causa pia ratio est sola religio, et liberalitas erga DEVM &c.

Tunc sanè dicitur dispositio ad pias causas, quando intuitu pietatis, et amore DEI, et pro
133 salute animæ relinquitur, Nam pietas non stat in nomine pietatis, sed in substantia veritatis. ad text. in l. cum hi. §. sed personarum & §. si in annos ff. de transact.

Non enim dotis causa, verè dicitur pia, sed
134 solùm tantum lato sumpto vocabulo, secun-
dum Bart. in l. si ergo in princip. ff. de iur. dot. & in l.2. § final ff. de donat. Bald in l. mandatum. col.3. vers. sed contra hoc oppono &c. C. mandat. Bursat in consil.180. num.28. vers. causam dotis censeri piam saltem largo modo &c. lib.2. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.6 titul.3 sub num.26. vbi ait post Corn. in consil.50. n.14. lib.1. licet dos semper intelligatur causa pia per text. in d. l. cum 14. §. si in ea opinione ff. de condit. indebit. non tamen intelligitur de ea pietate, quæ spiritu DEI ducitur, ita vt non subiaceat legum solemnitati &c. Francisc. V in decis. Audient. Baren. 7. num.4. vers. caus. pia dicitur dos largo sumpto vocabulo &c. lib.1.

Tunc enim dispositio causa pia, quando ex causa dotis verè, & strictè dicisio nõ diuiti, vel ob debitum, vel ratione amicitiæ, aut consanguinitatis fit, sed pro maritandis puellis pauperibus disponitur, quæ nõ habent vnde se dotent. vt post Alex. Ias. Bald Nouell. Dec. et alios firmat Ioan. Cephal in cõsil.216. sub nu.3. vers nisi verè pauperi relinquatur &c. lib.1. et cum alijs copiosè relatis per Tiraquell. in tractat. de priuileg. piar. caus. in præm. §. Item cum dos. vers. cum legatum dotis sit pium, si relictum sit pauperi nõ etiam si diuiti &c et ibi vide addition Aloysij Ricci vbi alios citat, et latissimè id discutit Bald. Nouell in tractat. de dot. part.5. per totum, cum pluribus alijs coaceruatis, per Petr. Domin. Magdal. de test. numero in testam. requisit. part.2. cap.2. vers. vbicumque fieret legatum pro maritandis puellis pauperibus &c. et dixit Rota coram Card. Caualer. decis 27. nu.3. vers. hæ puellæ sunt pauperes, quod sufficit ad præsumendum legatam dotis fuisse factum ex causa pietatis &c. et iterum coram eodem decis. 49 num 1. vers. est enim legatũ relictum pro dote pauperibus puellis &c.

Stat ergo firmum, persistendo in terminis nostris. dotem quantumuis relictam non pau-
137 ri dici dispositionem ad pias causas, nõ quidem illa pietate priuilegiata, sed fauorabili, eiusque intuitu promissio, verbaque ennunciatiua etiam absente parte emanata probant contra confitentem, vt iam deduxi supra nu. 127. Quare si hæc vera sunt in materia pia
138 largè sumpta, igitur à fortiori intrabunt, quando tractatur de causa pia verè, ac strictè. Itaque sine controuersia receptum est, vt si quis rem aliquam in Templo offerat ad eius
139 ornatum, donatio valet, etiamsi nullus recipiat. l. Paulus, et ibi notat Socin. sen. num.2 ff. de except. idemque probatur ex l. is, qui in puteum. §.1. ff. quod vi, aut clam. et sequitur Tiraqu. de priuil pia causa. priuileg.115. in fin, et ibi Ricc. in addition. pariter in fin. Card. Mantic. de tacit. et ambig. conuent. lib.13. titul.9. numer.20. vers si quis aliquam rem in Templo offerat &c. Pariter si quis aliquam rem ponat super altare alicuius Ecclesiæ, animo offerendi, absentibus

bus ministris Ecclesiæ, res intelligatur Eccle-
siæ acquisita. *arg. leg. statuas ff. de acquirend. rer.
domin. & d. l. is, qui in puteum. §. 1. et l. seruos.
ff. de pollicit. et argument à contrar. sensu l. 2. ff.
de furt. Alberic. in l. illud num. 2. in fin. vers. sed
pone. C. de sacrosanct. Eccles.*

Tandem ad magis firmandum eam opinio-
nem, quod ad fauorem piæ causæ valeat dona-
141 tio, absentibus pauperibus, Ecclesia, vel loco
pio, & sic statim fit perfecta, suumq. sortiatur
effectum ante acceptationem, vltra rationes
supra deductas, expendi potest etiam. *text. in
l. iubemus. C. de emancipat. liber.* vbi asseritur,
quamuis emancipatio absque cõsensu, & vo-
142 luntate emancipati non possit fieri, tamen
fallit in infante, qui etiam sine consensus ac-
ceptatione efficitur sui iuris, ibi, *nisi infantes
sint, qui, & sine consensu, etiam hoc modo sui iu-
ris efficiuntur &c.* Ecclesia enim vtitur, gau-
143 detque priuilegijs pupilli, & minoris *cap. 1.
& 3. de restitut. in integr. glos. in l. Respublica.
in verb. solet vers. sic & in Ecclesi. C. ex quib.
caus. maior. restitut. in integr. & in l. libertos, in
verb. administrauerunt, vers. cum, & ipsi loco.
C. de excusat. tutor. cum alijs allegatis à Matth.
Berlig. in suis practicabil. conclus. part. 1. conclus.
67. de legal. & tacit. hypoth. sub nu. 53. vers. Ec-
clesia æquiparatur pupillo, & minori &c.*

Vnde sæpissime in iure sumitur argumentũ
144 à minore ad Ecclesiam vt constat ex latè cõ-
gestis *per Nicol. Euerard. in sua topic. in loco à
minore ad Ecclesiam. Ergo &c.*

Nec obstat prædicta iura, & Doctores loqui
tantum in Ecclesia, vt ipsa vtatur iure pupil-
145 lorum, & minorum, quia satis notum est, Ec-
clesiam, & quamuis piam aliam causam in iu-
re æquiparari, ac esse paria, eisdemq; gaudere
146 priuilegijs, *l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. §. sci-
mus in Auth. de non alienan. bon. Eccles. collat.
2. & notat glos. ordin. in l. respublica in fin. C. de
iur. republ. lib. 11. cap. requisiuisti §. secus auth. de
testam.* & facit *cap. Xenodochus, cap. seq. de relig.
dom.* Quamobrem priuilegia concessa in ge-
nere Ecclesijs competunt etiam capellis, om-
147 nibusque locis pijs, cum Ecclesia, & pia cau-
sa reperiantur æquiparatę, par enim vtriusque
est causa; nam Ecclesia sua priuilegia habet
propter animam, & contemplationem DEI.
148 ad idem etiam respicit pia causa. Qui in hoc
particulari plura scire desiderat consulat *Ti-
raquell. de priuileg. pia causa priuileg.* 140. & ibi
*Ricc. & Thor. in addition. & Nouar. in diuersis
locis à Ric. allegatis in prædicta addition.* quibus
omnibus subnecto *Iudoc. Dambod in tractat.
loc. commun. par. ac Simil. in litera B. §. Ecclesia.
et pia causa &c.* & ibi *Nicol. Thuldan. in anno-
tat. in littera A.* vbi plures DD. plena manu
congerit. Quamobrem &c.

ARGVMENTVM.

Scriptura priuata, & simplex, si non habeat testes subscriptos, vel inscriptos, nisi à parte fuerit approbata, nec plenè, nec semiplenè probat, reprobata opinione eorum, qui tenent semiplenè probare, quidquid sit an faciat aliqualem præsumptionem.

Testamentum nullum recipitur, nisi sit conditum corã duobus testibus, & hoc quantumuis persona sit priuilegiata, & an hoc sit verum.

Personis priuilegiatis ita est fauendum, vt cæteris nõ fiat iniuria, cum lex numquam soleat vni fauere, cum damno alterius. Accidentia cum non possint stare sine subiectis, ita nec probari, nec intelligi.

Ad deuolutionem agens ob non solutum canonem, vel quia linea est finita, vt obtineat, quid necessario veniat probandum, et vt interim denegetur emphyteutæ manutentio, quid omnino requiratur.

Testamentum ad pias causas ordinatum, & ab ipso met testatore conscriptum, atq. eius manu recognita valet, & tenet, quamuis nulla solemnitas sit adhibita, & si nullus omnino sit adhibitus testis, exemplo testamenti conditi à milite quale valet & tenet, quamuis in puluere, vel in clypeo conscriptum reperiatur, absque aliqua solemnitate, et testibus, cũ ista duo testamenta in iure æquiparentur.

SVMMARIVM

1 *Dispositio simplex ad pias causas facta, sine testibus, si negetur, qualiter doceatur.*
2 *Veritas aliud non timet, nisi quod abscondatur.*
3 *Scriptura simplex regulariter nihil probat.*
4 *Scriptura simplex non approbata à parte, nec contra ipsum scribentem probat.*
5 *Scriptura simplex nec plenam, nec semiplenam facit probationem*
6 *Scriptura simplex, quod faciat semiplenam probationem DD. qui hoc dicunt, reprobãtur.*
7 *Scriptura simplex facit aliqualem præsumptionem, & quare.*
8 *Scriptura simplex nec plenè, nec semiplenè probat.*
9 *Scriptura priuata non probat pro scribente, nec pro suis successore, siue sit Ecclesia siue Fiscus.*
Bart. in l. scripturas in fin. C. qui potior in pign. hab. reijcitur n. 9.
10 *Scriptura defuncti à testibus non subscripta nullatenus releuat, si in controuersiam deducatur.*
11 *Testamentum nullum recipitur, nisi munitũ sit duobus testibus, et num. 14. 15. & 16.*
12 *Siue conditum sit à milite, siue ad pias causas inter liberos.*

13 *Testamentum manu testatoris, quamuis priuilegiati scriptum nullum est, si à parte negetur illam esse manum illius.*

17 *Testamentum conditum ad pias causa iustitia naturali fauorabiliter est substinendum.*

18 *Fauorabilibus causis ita debet fauor exhiberi, vt cæteris non fiat iniuria.*

19 *Fidei fauor, quantumuis sit magnus, non tamen debet præberi cum iniustitia*

20 *Lex non præsumitur velle alicui fauere cum præiudicio tertij.*

21 *Vtilitas publica, quamuis magna sit, non tamen propter eam inferendum præiudicium alieni.*

Alienari non possunt bona eorum vigore auth. res quæ. C. commun. de legat. qui non tenentur dotare.

22 *Testamentum conditum ad pias causas, tunc dicendum est fauorabile, si de illo constet.*

23 *Voluntas testatoris tunc vti fauorabilis est adiuuanda, quando de ea constat.*

24 *Qualitas non potest stare sine subiecto.*

25 *Qualitatē, qui vult probare, prius debet probare substantiam, in qua illa qualitas fundatur.*

26 *Furem esse manifestum impossibile est probare, nisi prius probetur, quod ille sit fur.*

27 *Accidentia non possunt stare sine subiectis, ita nec probari, nec intelligi.*

Accidentis est, esse, & inesse.

28 *Meretrix publica quod aliqua sit non poterit probari, nisi prius doceatur, quod sit meretrix.*

29 *Vulnus, quod sit mortale, non potest dici, nisi prius constet de vulnere.*

30 *ad Deuolutionem agens ob non solutum canonem, nihil facit, nisi prius doceat se esse dominum.*

31 *Et probatio ad hoc debet esse satis concludens.*

32 *Empyteusim esse apertam ob lineam finitam, non potest dici, nisi prius doceatur lineam esse finitam.*

33 *Dominus directus non potest ingredi possessionem emphyteusis ob linea defectum, nisi plenè docto, eam esse finitam.*

34 *Quod procedit etiamsi adesset pactum eam ingrediendi propria auctoritate. et declara numer. 34.*

35 *Linea defectus debet clarè, & notoriè constare, ad hoc vt emphyteuta possit ceijci à petitione manutentionis.*

36 *Intantum quod sufficit, vt possit dubitari, an ei competat aliqua defensio, & sic esse destitutum omni auxilio. & nu. 37. & 38.*

39 *Melioramenta non sunt reficienda, nisi prius constet de statu antiquo rei melioratæ.*

40 *Retentio nō datur pro melioramentis, nisi prius doceatur status antiquus, & quare.*

41 *Scripturam esse amissam non potest doceri, nisi prius constet, illam esse factam.*

42 *Prothocollum, si quis intendat probare esse amissum, debet prius docere re vera illud fuisse factum.*

43 *Scriptura amissa, vt quis iuuari possit, vltra casum amissionis, debet probare illam esse ritè, & rectè factam. & nu. 44. 45.*

46 *Et testes super hoc deponentes debent esse valdè instructi, & periti.*

47 *Inuentario amisso, vt quis iuuetur, vltra amissionem, debet etiam docere, illud solemniter esse factum.*

48 *Et ad hoc non iuuant testes asserentes confusè, & simpliciter dicentes solemniter esse confectū.*

50 *Inuentarium bonorum hæreditariorum an sit solemniter factum, id videre spectat ad Iudicem, non ad testes.*

51 *contra Instrumentum, si statuto caueatur, vt nulla possit opponi exceptio, poterit tamen opponi, quod non sit instrumentum & nu. 53.*

54 *Statutum si prohibeat, vt contra sententiam non detur aliqua exceptio poterit tamen excipi, quod non sit sententia.*

55 *in Qualitate aliqua fundans suam intentionem, plenè, & præcisè debet de ea docere, & nō sufficit præsumptiuè. nu. 56.*

57 *Actus, si requirat certam qualitatem ea non probata corruit actus.*

58 *Qualitatem aliquam, quando lex ponderat, tunc non sufficit adesse factum, nisi adsit illa qualitas.*

60 *Testamentum conditum ad pias causas, non potest dici esse fauorabile, nisi legitimè constet de tali voluntate.*

62 *Voluntas illa est priuilegiata, quæ est merè cognita, idest constat per legitimas probationes.*

63 *Testamentum conditum ad pias causas sine vllis testibus, à testatore conscriptum, valet, et tenet in vtroque foro.*

64 *Intellige, si recognoscatur, vti manus testatoris, & ista est veritas, & opinio verior, æquior, & tutior. num 65. & 83.*

66 *Testamenta pia redacta sunt ad terminos iuris naturalis, seu gentium.*

67 *Testamenta pia secundum ius naturale qualiter sufficiat, vt probentur vsque ad nu. 73.*

74 *Testamentum militis, sine solemnitate iuris ciuilis, in vagina, vel clypeo conscriptum eius sanguine, valet & tenet.*

75 *Pagani inseruientes militibus, militariter etiā possunt testari in ipso instictu.*

76 *Testamenti militis solemnitas substantialis, et essentialis in quo consistat. & nu. 77. & 78.*

79 *in Testamento militis, si lex assignet aliquam solemnitatem, id non ad formam inducendam, sed ad probationem, censetur inductum.*

80 *Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib 6. titul. 1. num. 18. dum sentit in testamento militis esse necessarios duos testes, non bene sentit. & nu. 81. & 82.*

84 *Testamentum militis, & ad pias causas, æquiparantur cum ambo sint exempti à vinculis iuris ciuilis.*

CAPVT XXIV.

TESTATOR, si suam dispositionem, ad
pias causas ordinatam cõscripserit, nul-
lumque in ea adhibuerit testem, dato, quod
1 eius ab intestato hæres denegauerit tale te-
stamentum, seu scripturam nullatenus esse
manu ipsius testatoris factam, quidnam hoc
casu sit resoluendum, nec non operandum, ad
effectum vt appareat de veritate talis disposi-
2 tionis. Nam, & veritas, teste Tertulliano, aliud
non timet, nisi quod abscondatur.

Primo quidem aspectu resolutio non vide-
tur nisi negatiua, nam simplex scriptura, re gu-
3 lariter loquendo, quando tamen non est ap-
probata à parte, nullatenus facit fidem, etiam
4 contra ipsum scribentem. l. scripturas. 11. C. qui
potior. in pign. hab. cap. scriptura. 2. de fid. instrum.
l. instrumenta. 5. secundum vnam lecturam l. non
epistolis. 13. l. non nudis. 14. C. de probat. l. compa-
rationes. 20. C. de fid. instrument. cum alijs alle-
gatis per Coler. de process. executiu. art. 3. cap. 1.
à num 93. versic. de priuatis autem scripturis, vel
instrumentis &c. et per Nicol. de Passer. in tra-
ctat. de scriptur. priuat. lib. 1. quæst. 3. à num. 1.
per tot. et per Genu. eodem tractat. lib. 2. cap. 1.
à num. 23. vbi dicit, quod talis simplex scrip-
5 tura est, quæ non habet testes inscriptos, vel
subscriptos, & à debitore illa fuit negata, nec
plenam, nec semiplenam inducit probationem
ex iuribus ibi allegatis, quare nõ est audienda
glos. in § si tamen quisquam in verb. inuenerit.
Auth. de instrument. fid. & caut. nec Bart. in
l. scripturas in fin. vers. si verò non habet subscrip-
tionem &c. C. qui potior. in pign. hab. volentes,
6 quod talis scriptura semiplenam fidem faciat,
& passim in hoc à DD. reprobantur, & præ-
sertim à Paul. Granut. in suis commun. conclus.
theorem. 15. num. 11. vers. reiecta pro nunc &c.

Vbi ait, quantumuis prædicta scriptura ali-
7 quam præsumptionem faciat, ex eo, quia pro-
pter timorem pœnæ, non est verisimile quis
fecisse scripturam falsam, Rip. in l. admonendi.
num. 96. & 98. ff. de iureiurand. vbi testatur de
communi, & veriori opinione, tamen quid
quid sit de ea, illud certum est, nec plenè, nec
8 semiplenè probare ex superius allegatis, & di-
xit Rota coram Buratt. decis. 771. num. 1. vers. &
scriptura huiusmodi caret testibus, & ideo non
probat &c. cũ ibi deductis, & videatur Genua
d. tractat. de scriptur. priuat. lib. 1. quæst. 4. à nu-
mer. 55. vers. ampliatur, vt nec ex ipsa scriptura
priuata, oriatur semiplena probatio &c. ac re-
probat Bart. in prædicto loco contrarium sen-
9 tientem, ac sibi ipsi contrarium, & in terminis,
vt scriptura priuata, sine testibus non probet
pro scribente, nec pro eius successore, siue sit
fiscus, siue Ecclesia docet Bald. in d. l. admonẽdi
sub num. 4. versic. si ex propria, qua ibi sequitur
Castren. num. 43. prope fin. Alex. numer. 37. Ias.
num. 120. vers. si tamen. Francisc. Curt. nu. 124.
prope fin. & dixit Rota decis. 781. num. 15. versic.
nullam fidem facit, nec pro eo, nec pro eius succes-
sore, etiamsi sit fiscus, vel Ecclesia &c. part. 1. di-
uers. & coram R. P. D. Bichio in causa Neapo-
litana Pensionis 30. Aprilis 1640. §. Secũda, quia.
vers. scriptura priuata, nullo iure probat &c.

Quare sola scriptura defuncti à testibus non
subscripta nullatenus releuat, si in controuer-
10 siam deducatur, quoniam nullum sanè testa-
mentum à Iure recipitur, nisi duobus saltem
testibus sit munitum, quantũcumque condi-
11 tum à persona priuilegiata, & sic siue sit con-
ditum à milite. l. 1. & l. lucius. ff. de militar. testa-
ment. l. miles. cum glos. ibi. C. eod. siue sit ad pias
causas. cap. cum esses. & cap. relatum de testam.
12 siue sit conditum à patre inter liberos, vt in
auth. de testam. imper. in princ. & in auth. quod
sine. C. de testament. Idquè etiã procedit si ma-
nu testatoris scriptum testamentum dicatur,
13 nam si hoc negetur, nullam probationem fa-
cit. Alex. qui loquitur in testamento ad pias
causas in consil. 76. sub num. 15. versic. concurrit
expressus defectus testium &c. lib. 3. Iason. in cõ-
sil. 184. sub num. 31. lib. 2. vbi expresè firmat
14 nullum testamentum, quantumuis priuilegia-
tum substineri, nisi adsint duo saltem testes, &
nititur id probare ex dicto responso Alex. &
sequitur Aretin. in consil. 64. col. penult. versicul.
verumtamen his non non obstantibus, asseritque
hoc esse indubitatum, vt nec ad pias causas
testamentum sine testibus valeat, & subdit etiã
licet probaretur illam scripturam manu te-
15 statoris esse scriptam adhuc testamentum nõ
valeret, nisi etiam probetur duos testes inter-
uenisse. Hãc opinionem etiam sequitur Socin.
Iun. in consil. 189. num 64. vol. 2. eamque vsq;
ad num. 87. latè defendit, & numer. 74. magis
16 communem testatur, prout quoque de magis
communi sentẽtia scribit Iul. Clar. lib. 3. recept.
sentent. quæst. 7. sub num. 1. versic nullam habet
formam &c. in hanc opinionẽ & Couarr. pro-
cliuior videtur in cap. relatum. num. 12. in fin.
vers. mallem huic opinioni &c. de testam. eamq;
intrepidè pariter tuetur Card. Mantic. de con-
iectur. vltim. volunt. lib. 6. titul. 3. à num. 9. vbi
etiam expendit rationes quare ab hac com-
muni opinione nullatenus sit recedendum,
A quo siquidem sint allucinati DD. qui id te-
nent dixi in cap. 20. à nu. 16.

Protestatur tamen idem Mantic. in d. cap. 9.
17 sub nu. 12. ipsum firmiter tenere testamentum
ad pias causas conditum pro salute animæ, &
iustitia naturali fauorabiliter esse substinendũ,
neque de apicibus iuris in hoc casu sit disputan-
18 dum. Nihilominus fauorabilibus causis, ita
debet fauor exhiberi, vt cœteris, qui ab inte-
stato sunt successuri, iniustitia non fiat. cap. ex
tenore. de for. competent. cap. nuper. de donat. inter
vir. & vxor. & l. vltim. C. de militar. testament.
nec fauore piæ causæ à rationibus legum est
recedendum. Bald. consil. 254. in fin. lib. 1. Ioan.

de Anan. consil 68. col. 1. in fin. vers licet in du-
bio fauendum sit pauperibus &c. Addo Galde-
rin. in consil 3. incip. An filij Iudaeorum. sub nu-
mer. 1. titul de Iudaeis, vbi ait, quod nec fauore
fidei, quamuis sit magnus, non tamen debet
19 præberi cum iniustitia, latè Mascard. de proba-
tion. conclus. 1176. num. 77. cum ibi allegatis, &
subaectè Mart. de success. tom. 4. quæst. 8. art. 3.
num. 13. vers. non est fauendum pia causæ, con-
tra iuris regulas expressas &c.

Lex enim numquam præsumendum est vel-
20 le alicui fauere cum præiudicio tertij, & hoc
quantumuis adesset vtilitas publica, Vnde
videmus quamquam vtilitas publica, sit ratio
motiua auth. res quæ. C. commun. de legat. vt ad-
uertit Rouis consil. 54. num. 16. lib. 1. cum alijs al-
legatis per Rotam decis. 312. num. 4. vers ratione
publicæ vtilitatis &c. part. 6. recent. & coram
bon. mem. Merlino decis. 884. num. 5. vers. bonum
publicum &c. & tamen dicta vtilitas publica
21 non efficit, vt à lege præsumatur inductum,
vt pro dote alienari possint bona eius, qui do-
tare non tenetur. Bart. in d. auth. res quæ. nu. 3.
Ias. ibidem numer. 32. vers. secundo limita Alex.
Trentatinq. consil. 35. num. 27. lib. 1. & consil. 1.
sub nu. 91. vers. atq; tenetur &c. lib. 2. Marescott.
variar. resolut. lib. 2. cap. 69. nu. 20. & respondit
Rota corã R. P. D. Bichio in causa Romana Hæ-
reditatis de Gratianis 26. Iunij 1651. §. Minus
obstat. vers. non obstante fauore dotis, & vtilita-
te publica, non præsumitur, quod lex velit vni fa-
uere, cum læsione alterius &c.

Ideoque ita demum debet censeri fauorabile
testamentum ad pias causas ordinatum, quan-
22 do constat illud conditum fuisse arg. l. diuus.
ff. de militar testament. & ibi Bart. num. 1. & 2.
sed si negetur illud testamentum de quo est
controuersia, scriptum esse manu ipsius testa-
23 toris, non potest dici fauorabile, nisi prius ap-
pareat, hanc esse eius voluntatem, qua non
probata, non potest dici in esse deductum tale
testamentum ad pias causas, quia qualitas non
24 potest existere sine subiecto. l. 1. ff. de vsufruct.
l. eius qui. in fin. ff. si cert. petat. l. Pomponius, ad
fin. C. de condit. ob turp. caus. & ille, qui vult pro-
25 bare qualitatem, prius debet probare substã-
tiam, in qua illa qualitas fundatur, nam igno-
rata substantia ignoratur qualitas, vt inquit
glos. in l. arbiter. ff. de probat. quare impossibile
26 erit probare aliquem esse furem manifestum,
nisi prius constet, quod sit fur. vt notatur in l. si
quis opem. ff. de furt. quaproptet nisi probetur,
quod ille sit fur, totus Mundus nõ potest pro-
bare, quod sit manifestus fur, quia sicuti acci-
27 dentia sine subiectis non possunt esse, ita nec
probari, nec intelligi, quia accidentis esse, est
inesse. l. 2. ff. de vsufruct. nec potest probari, ali-
28 quam esse publicam meretricem, nisi prius
probetur, quod sit meretrix. l. palam. ff. de rit.
nupt. nec quod vulnus sit mortale, nisi prius
29 constet de vulnere l. 1. §. illud ff. ad Sillan. l. Ita
Mella. §. si plures. et l. huic scripturæ. ff. ad l. Aquil.

Hinc quoque deducitur, si emphyteuta ob nõ
solutum canonem prætendatur cecidisse ab
30 emphyteusis commodo, prius constare debet
agentem esse dominum & rem illam esse em-
phyteuticam, vt inquit Bald. in consil. 173. Ad
euidentiam. lib. 3. Speculat. in titul. de locat. § nũc
verò. num. 72. et seq. & quidem concludens, &
31 exacta probatio hoc casu requiritur, itaque
nec locationes, nec confessiones, nec solutio-
nes sufficiunt. ex allegatis à Rota in causa Ro-
mana Domus S. Agnetis 19. Iunij 1589. coram
Orano. §. 1. vers. Neque locationes, confessiones,
aut solutiones sufficiunt &c.

Prout pariter in simili dicimus, si dominus
asserat emphyteusim esse apertam ob lineam
32 finitam, vt obtineat, prius concludenter de-
bet docere defectum lineæ. Rota in Romana
Domus 26. Februarij 1631. coram rec. me. Mer-
lino, est decis. 506. nu. 4. & seqq. part. 1. et deinde
amplè fuit firmatum coram R. P. D. Meltio in
causa Fanen. seu Senogallien. Bonorum 14 Mar-
tij 1646. §. Quia cum. vers. non poterat directus
Dominus ingredi possessionem, donec fuerit super
ea legitimè cognitum, et declaratum euenisse casũ
deuolutionis, et emphyteusim fuisse finitam &c.
& ibi ad hoc plura abundè allegantur, & addo
decis. coram R. P. D. Celso in causa Romana Do-
mus 25. Februarij 1647. §. Prætensio vero. vers.
non permittitur Domino directo exercitium pro-
priæ auctoritatis, sed iudicio petitorio contra pos-
sessorem agendum est, qui possessor interim debet
in sua possessione manuteneri &c. Et amplia
33 prædictam conclusionem procedere, etiamsi
adesset pactum, seu facultas capiẽdi possessio-
nem propria auctoritate, finita emphyteusi,
siue in casu deuolutionis. Et quamuis ista opi-
34 nio non procedat, quando aperitio, seu deuo-
lutio est clara, & notoria ex relatis per Rotam
coram Reuerendiss. D. Dunozetto in causa Roma-
na Emphyteusis 30. Maij 1653. §. Non releuare.
vers. quando caducitas est dubia, secus, quando
apparet clara &c.

Tamen id procedit, si deuolutio nullam re-
cipiat dubitationem, in tantum quod sufficit
35 dubitari posse an aliqua defensio competat
emphyteutæ, & sic debet concludenter con-
stare, emphyteutam esse destitutum omni au-
36 xilio, & emphyteusim esse finitam, quo stan-
te interim Dominus tenetur pati, quod præ-
tendens se inuestitum possideat, super quo ar-
ticulo, & quidem variè intellecto multa mihi
dicenda restarent, & quia de eo hic ago tantũ
37 incidẽter, & per transitum, alibi enim ex pro-
fesso amplam assignabo dotem circa eius intel-
lectum. Quare nunc persistendo in terminis,
38 quod qui vult probare qualitatem, prius do-
cere debet de illius substantia, cum ignorata
substantia ignoretur qualitas.

Vnde illud etiam simile potest adduci, quod
nequaquam melioramenta sunt reficienda,
39 quando non probatur prius rem esse melio-
ratam, vnde docendus est status antiquus rei,
antea-

anteaquam facta fuerint melioramenta, aliàs
non poterit sciri qualia sint prætensa meliora-
menta. ex allegatis per Rotam coram Card. Se-
raph. decis. 898. num. 6. & decis. 1453. numer. 5.
& in recent. decis. 356. numer. 3. part. 2. & coram
bo. mem. Penia decis. 358. num. 16. part. 1. & co-
ram Card. Marquemont. in causa Florentina
Melioramentorum 16. Iunij 1609. & coram
Coccin. decis. 206. num. 1. part. 4. recent. & corā
R.P.D. meo Cerro in causa Romana Domus 25.
Februarij 1641. §. Secundum verò, vbi dicitur,
40 quod retentio pro melioramentis non datur,
quando non fuit probatus status anterior do-
mus, & an melioramenta sint necessaria, vel
vtilia, cum alijs ibi adductis. Est etiam optima
decisio coram Reuerendiss. P. D Dunozetto De-
cano in causa Romana Domus, seu Appartamen-
ti de Capranica 17. Decemb. 1635. §. Non obstat.
vers. pro iustificandis melioramentis, necessariò
habenda est notitia status anterioris &c. ibique
aliæ decisiones congeruntur, & deinde etiam
fuit dictum coram Reuerendiss. D. Terracinen. in
causa Bononien. Fideicommissi de Glauarinis
23. Ianuarij 2636. §. nec probatur, quænam me-
lioramenta &c. et coram eodem Reuerendissimo
Decano in causa Auximana fideicōmissi 28. Ia-
nuarij 1641. §. Minus obstat. vers. cum prædicti
testes non deponant, qualis esset status antiquus
dictæ domus, prætensa melioramenta probare non
possunt &c.

Quemadmodum etiam dicimus, si proban-
dum sit scripturā aliquam esse amissam, prius
41 concludenter debet constare talem scripturā
fuisse iam in rerum natura, vnde nisi probata
apparuerit talis existentia, desperata erit pro-
batio amissionis, cum, & carentiæ sint haben-
tium. ex latè congestis per Surd. in consil. 109.
sub numer. 10. vers. hoc tamen debet intelligi &c.
& dixit Rota coram bo. mem. Buccabella in cau-
sa Æsina Bonorum 11. Ianuarij 1636. & coram
R.P.D. Cerro in causa Romana prætensi Fidei-
commissi de Strotijs 17. Februarij 1645. §. Ad
hunc autem effectum, vbi asseritur dum inten-
42 dit probare fuisse amissum prothocollum, de-
bet prius docere verè fuisse tale prothocol-
lum factum, cum alijs allegatis corā R.P.D. Al-
bergato in causa Romana Redditionis rationis
27. Iunij 1650. §. fin. & deinde coram eodem in
causa Romana pecuniaria 15. Aprilis 1652. §. Di-
uersa autem. vers. libros priuatos suæ domus exhi-
bere non tenetur, nisi eorumdem penes ipsum pro-
bata existentia &c.

Et aduerte, ad hoc, vt quis etiam probata
existentia scripturarum, instrumentorum &c.
43 si intendat gaudere beneficio eorum; debet
ante omnia probare illa in rerum natura ex-
titisse, eaque forma, & tenore concepta, vt
44 si realiter exhiberi posset illi omnino pro fu-
tura esset, deinde verò casu amissam fuisse,
iuxta text. in l. Testium. §. si vero facta. C. de te-
stib. in cap. cum olim. il primo. vbi Scribētes. extra
de priuileg. Bart. in auth. si quis in aliquo sub nu-
mer. 6. vers. quæro si sint plures testes dicentes non
45 sufficere si testes deponant instrumentum es-
se factū, sed exprimere debent sic fuisse scrip-
tum, & sic fuisse lectum, aliàs non facerent fi-
dem, infertque sic necessarium esse, quod illi
sint valde periti, qui defectus instrumentorū,
46 & literas Notarij rogati cognoscant. Ias. sub
num. 2. vers. subdit tamen Bart. C. de edend. Alb.
consil. 101. numer. 7. vers. & quatenus. Crauett.
consil. 411. num. 12. vers. per testes peritos exami-
natos qui dicunt vidisse, & legisse dictum origi-
nale concordans &c. Anguisc. consil. 14. nu. 104.
vers. & oportet probare. Decian. consil. 18. nu. 13.
vers. quod etiā comprobo, & latè explicat Surd.
consil. 109. numer. 8. vers. ad hæc omnia responde-
tur &c. Honded. consil. 39. num. 61. vers. si testes
deponerent instrumentum fuisse amissum nihil
probarent, nisi etiam deponerent, quid continere-
tur in eo &c. lib. 2. Francisc. Viu. decis. Baren.
165. numer. 1. vers. duo necessariò requiruntur,
amissio originalis instrumenti, & quod isti testes
sint valde periti &c. lib. 1. & sensit Rota coram
Card. Caualer. decis. 533. nu. 4. vers. debeat pro-
47 bari tenor instrumenti deperditi per testes, quod
debent valde periti &c. et coram bon. me. Buratt.
decis. 505. vers. acta iudicialia non probantur per
testes non deponentes super illorum tenore &c.
et coram Eminentiss. D. Card. Corrado in causa
Bituntina Census 24. Maij 1647. §. Primò quia.
vers. non sufficere testes deponere instrumentum
fuisse factum &c.

48 Vbi deciditur, quod non iuuat probare in-
uentarium bonorum hæreditariorum fuisse
amissum, quamuis testes genericis verbis de-
ponant inuentarium fuisse solemne, sed requi-
ritur, vt facti seriem enarrent, ac solemnitates
49 in eo adhibitas specialiter enumerent, vt de-
inde iudicari possit, an omnes ritè, & rectè fue-
rint seruatæ, itaque sat non erit, si deponant
simpliciter inuentarium fuisse solemniter cō-
50 fectum cum huius rei cognitio, & definitio ad
Iudicem spectet, non ad testes, qui rem ipsam
dumtaxat prout gesta fuit distinctè deponere
debent, aliàs non releuant. ad text. in l. de ætate
§. nihil. ff. de interrogat. action. l. ita fidei. ff. de iure
fisc. Alber. in l. sciendum. numer. 6. vers. vnum est
tamen, circa hoc valde notandum. ff. de verb. obli-
gat. & ibi etiam Ias. sub num. 14. versic. limita
hanc doctrinam &c. Afflict. decis. 274. sub nu. 1.
vers. primo debet probare &c. cum alijs allega-
tis à Rota in d. Bituntina Census. §. Quia pro-
pter quod. versic. testes confusis verbis deponunt
inuentarium fuisse solemne &c. Stat ergo fir-
mum scripturarum amissio, vt validè probe-
51 tur debere prius cōstare fuisse factas, & quidē
ritè, & rectè ad hoc vt releuet, aliàs nihil ope-
ratur, prædicta probatio.

Ex supradictis quoque emanat illa iuris cō-
clusio, nempe si ex statuto caueatur vt nulla
52 possit opponi exceptio contra instrumentum,
vel alium actum, nihilominus potest opponi
53 exceptio, quod non sit instrumentū, vel actus,

de

de quo statutum loquitur. *Abb. in cap. item cum quis. numer 6. de restitut. spoliat.* Bart. *in l. Diuus. nu. 1. et 2. ff. de milit. testament. et in l. 1. post princ. ff. quod vi, aut clam.* Asin. *in practic. exequut. §. 31. cap. 21. nu. 1.* Dec. *in cap ex parte. il secondo. num. 40. extr. de offic. deleg. et in cap. consuluit. in 1. notabil. de appellat. cum alijs copiosè relatis per* Osasc. *decis.* Pedemont. *122. nu. 2. versic. si statuto prohibeatur &c. Carol. de* Grass. *in tractat. de exception. cap. 1. num. 1. et seqq. vbi num. 2. post* Riminald *iun.* ait si statutum pro-
54 hibeat nullam exceptionem posse opponi cōtra sententiā, nihilominus potest opponi, quod non sit sententia.

Ratio autem prædictarum conclusionū est,
55 quia fundans intentionem suam in aliqua qualitate, tenetur illam probare præcisè alioquin succumbet. *l. 4. § docere. ff. de vi bon. rapt. l. 1. §. ait* Prætor. *ff ne quid in flumin. public.* Alex. *consil. 119. num. 3. lib. 1.* Ias. *in l si extraneus in. ff. de condit. caus. dat. cum alijs alegatis per Hieronym.* Magon. *decis Florent. 40. num. 1.* dixitque *Rota coram bon. mem.* Pirouano *in causa Romana Hæreditatis* 20. *Iunij* 1619. *à me relata in recent. decis. 128. num. 49 part. 4. recent. tom. 2.* vbi
56 habetur, quod fundans se in aliqua qualitate, est plenè, & concludenter, non autem præsūptiuè probanda *per text. in l. item si in potestate. ff de his qui sunt sui, vel alien. iur.* Nam si actus requirat certam qualitatem, ea non probata,
57 seu non adimpleta, pro non facto habetur. *Bart. in l. si is, qui pro emptore. num. 14. ff. de vsucap.* Soccin. *in consil. 170. num. 9. lib. 1. cum alijs allegatis per Francisc.* à Ponte *consil. 5. nu. 32. et seq. et dixit* Rota *coram Card.* Sacrato *decis. 234. num. 13. in fin. versic. ex defectu istius solius qualitatis corruere &c. part. 1. recent.* & coram Reuerendiss. D Dunozetto Decano *in causa Romana Census, seu Depositi 8 Martij* 1641. *§. Quoniam quidquid sit etc. versic. cum actus requirens certam qualitatem, ea non probata &c.* & quoties Lex ponderat qualitatem aliquam,
58 illa qualitas tam est de substantia probationis, quàm ipsius facti substantia. *vt notatur in l. in delictis. § si extraneus. ff. de noxal.* Bald *in consil. 447. num 2. lib. 5. et resolutum fuit in Rota corom* R. P. D. Carillo *in causa Rhegien. Communia 21. Iunij* 1638. *§. Nec ex eo. versic. quoties Lex ponderat qualitatem &c.*

Quamobrem quando qualitas est causa alicuius effectus, non sufficit adesse factum, nisi
59 adsit illa qualitas. *glos. & Angel. in l. cum actum ff. de negot. gest.* Bald *in l. matrem. nu. 2. et ibi Adden. in litera A. C. de probat.* Alberic. *in l. Spadonem. § qui absolutus. ff. de excusat. tutor.* Vtique sic est dicendum in casu nostro, non
60 possumus enim asseruare, testamentum esse fauorabile vti conditum ad pias causas, nisi prius doceamus talem fuisse mentem testatoris, de qua nō potest dici constare, per simplicem eius scripturam nullo adhibito teste, qui
61 viderit eum scribere, & talis scriptura à parte in controuersiam deducitur hinc *per textū in l. diuus, in princip. ff de milit. testamen.* dicit *Bald. in l. sacrosancta. in fin. C. de Episcop. & cleric.* quod illa voluntas est priuilegiata, quæ
62 est verè cognita, idest de qua constat per legitimas probationes, *cum alijs in puncto adductis per Simon de Prat. de interpretat. vltim. volunt. lib. 2. dubitat. 2. solut. 1. nu. 1. vers. prius constare debet testamentum esse factum &c.*

Verum enim verò supradictis parum, aut nihil obstantibus in terminis nostris, nam specialiter Doctores magis cōmuniter resoluunt
63 tale testamentum ad pias causas sine vllis testibus, tantum manu testatoris conscriptum esse in vtroque foro poli, et externo, ac iudiciali validum, & seruandum, si recognoscatur vti scriptura testatoris, *ita Bart. in l. fideicommissa §. 1. ff. de legat. 3. & in l si is, qui testamento. ff. de testament. ibidem* Imol. *num. 6.* & Aretin. *colum. 2. post medium. vers. in primo casu.* Corn. *in auth. quod sine. C. de testament.* Alexand. *in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de eodem* Ruin. *consil. 71. num. 16. vsque ad 19. lib. 3.* Zas. *consil. 6 num. 25. vol 1* Corn. *consil. 307. num. 6. & seqq vol. 1.* Velaquez. *consil 67. num. 8. optimè Iacob.* Menoch. *consil. 2?7. à num. 59. vol. 3.* vbi plures alios DD. adducit, et inuictè hanc opinionem tuetur. *Couarr. in cap. relatum. n. 12 in fine. de testamen.* vbi monet, quod ab hac sē-tentia non recedatur. *Vasq. de successs. creat. §. 22. num. 6.* vbi etiam plures DD. adducit. *Augustin.* Barbos. *in tractat. de Iur. vniuers. Eccles. lib. 3. cap. 27. num. 101.* Riccius *in prax. variar. resolut. part. 2. resol. 420. num. 1.* Grass. *de success. in §. Testamentum quæst. 19. nu. 3.* Mart. *in tractat. de successs. legal. part 4. quæst. 8. articul. 3 num. 9. vers. si illius manu &c. Petr* Cened. *in collectan. ad Decretal. collectan. 91. sub num. 1. vers. per schedulā manu testatoris recognitā &c.* Tiraquel. *de priuileg. pia caus. priuileg 4. post princip. vers. testamentum manu testatoris scriptum sine testibus &c.* alios DD. idem sentientes congerunt *ibi Thor. et Ricc. in additione ad* Tiraquell. *in d. priuileg. 4.* Idemque senserunt alij, et præsertim *Reuerendiss. P. D. Ferentillus, in annotat. ad decis. Burat. 475 in litera B. vers. fieri etiam potest sine testibus, & sufficit si recognoscatur manus &c. Stephan.* Gratian. *discept. forens. cap. 605, num. 20. vers. quamuis sit solùm foliū, seu schedula subscripta manu testatoris etc. & cap. 895. num. 31. vers. in testamento ad pias causas scripto manu testatoris non requiruntur testes &c. et cap. 979. num. 17 vers. in dispositione ad pias causas non requiruntur testes nec alia solemnitates, & sufficit sola suscriptio &c.* Cabed. *decis. Lusit. 129. num. 12. lib. 2.* Boer. *decis. Senatus* Burdegal. *240. nu. 4. vers. satis erit probare scripturam &c.* ac testatur hanc esse veritatem, quæ de cōsuetudine Franciæ obserua-
64 tur *latè Valasc. decis.* Lusitan. *67. sub num. 1. vers. valet testamentum ad pias causas à testatore conscriptum, quamuis non sit coram testibus*

nuncu-

nuncupatiuum &c. et quamuis postea referat
contrariam opinionem, tamen sub num. 7. et 16
hanc nostram sententiam defendit cum sũma
sit ratio, quæ pro religione facit. Mastrill. de-
cis. Regn. Siciliæ 132. n. 16. vers. in tantum, quod
sola schedula &c. Fontanell. decis. Catalaniæ 30.
num 21. vers. si schedula testamenti ad fauorem
pia causa facti &c. Et sæpe sæpius sensit Rota
Rom. & præsertim apud Achillem de Graff. de-
cis. 301. aliàs 1. de testament. num. 1. vers. si est
totum scriptum manu testatoris valet, etiamsi
nullus adsit testis &c. atque de veriori, æquio-
ri, tutiori, ac etiam communiori sententia,
65 quam Rota sæpè secuta fuit, testatur in causa
Romana Hæreditatis de Mazzocchis est decisio
74. num. 12. part. 2 diuers. vbi dicitur eamdem
opinionem tenuisse in ea ipsa causa coram Ve-
rallo. 7. Maij 1548. et deinde sic quoque fuit
responsum coram bon. mem. Buratt. decis. 475.
num. 1. vbi aliæ decisiones referuntur. addo de-
cis. coram bon. mem. Card. Caualer. 353. sub n. 1.
vers. in scriptura ad pias causas non requiruntur
testes &c. idemque fuit decisum corã bon. mem.
Motmanno in causa Romana Hæreditatis 5.
Martij 1636. quam retuli in 7. part. recent. de-
cis. 108. num. 13. vers. cum in huiusmodi testa-
mento &c vbi etiam Rota de veriori, & magis
communi opinione testatur sic quoque fuit
admissum in causa Fanen. Hæreditatis 17. Iu-
nij 1641 coram R. P. D. Ghisilerio §. 1. vers. du-
bitari non potest de validitate testamenti conditi
ad pias causas, quamuis sit simplex scriptura
scripta à testatore sine testibus &c.

Probatur potissimum supradicta tàm cele-
bris conclusio, ex illa sæpius decantata ratio-
66 ne, nempe cum testamentum ad pias causas
conditum, sit redactum ad terminos iuris gẽ-
tium, et naturalis, seu diuini, iuxta textum
in cap. relatum de testament. atque adeo ad il-
lius substantiam, seu valorem, nulla iuris ciui-
lis solemnitas desideretur, sed tota eius sub-
67 stantia, et essentia consistat in ipsa testatoris
voluntate exterius manifestata siue sit edocta
et declarata voce, siue nutu, vt infra dicam,
siue scriptura, et cõsequenter quomodocũq.
68 eadẽ volũtas ad pias causas appareat, seu le-
gitimè probetur, sit tam in foro externo quàm
interno adimplenda vt ex abũdanter deductis
à supra cap. 1. à num. 1. et seq. liquidò constat. ex
quo manifestè sequitur, quod scriptura testa-
69 me nti continens vltimam voluntatẽ ad pias
causas manu ipsius testatoris scripta in vtroq.
foro valet in vim testamenti, si recognoscatur
70 vti scriptura testatoris, siue per cõfessionem
partis, vt dixi in præcedenti titulo, scilicet dum
aduersarius fatetur talem scripturam esse ma-
nu testatoris quidem confectam, sed neget
71 habere vim testamenti, quia nulli interuene-
runt testes &c. siue per testes deponentes se
habere notam manum testatoris, quia vide-
72 runt eum sæpe scribere, et hic est casus noster,
siue per comparationem scripturarum, vt di-
cam inferius, itaque dummodo habeamus ip-
73 sam voluntatem testatoris quoquo modo, nõ
curamus de alia iuris ciuilis solemnitate.

Exemplo militis, cuius testamentum valet
sine aliqua solemnitate iuris ciuilis, etiamsi
74 esset ab eo scriptũ in vagina, vel clypeo eius
sanguine rutilante, aut in puluere. per textum
in l. milites, & in l. militibus ff. de militar. testam.
ibi facient enim milites testamenta quomodo vo-
lent, quomodo poterunt, sufficiet ad bonorum
suorum diuisionem faciendam nuda eorum vo-
luntas &c. idem etiam habetur in l. Lucius. ff.
eod. titul et in §. 1. Institut. de militar. testamen.
et latè tractant Doctores super dd. iuribus, et
Simon de Prat. de interpretat. vltim. volunt.
lib. 3. interpretat. 1. dub. 6. solut. 8. Cancer. variar.
part. 1. cap. 4. Gaill. practicarum Obseruat. lib. 2.
obseruat. 118. num. 17. Vasq. de success. creat. lib.
3. §. 24. num. 1. et de success. progress. lib. 2 §. 20. n. 1
& 2. Magdalen. in tractat. de Numer. Testium.
part. 1. cap. 18. limit. 13. num. 7. vers. sola nuda,
et simplex voluntas militis &c Francisc. de
Barry in tractat de testam. lib. 1. titul. 5. à num. 1.
R. P. Anton. Dian. in resolut. moral. part. 7. tra-
ctat. 6. resolut. 65. cum ibi allegatis, et nuper Io.
Ange. Boss. in tractat. var. moral. part. 4. titul. 11.
§. 1. à nu. 1. & dixit Rota coram re. me. Merlin.
in causa Meluitana Bonorum. 22. Aprilis 1641
est inter eius impress. decis. 862. sub nu. 6. vers.
tunc enim intermortua est memoria Legum &c.

Vbi etiam resoluitur, reiecta contraria opi-
nione, quod Pagani, quoque inseruientes mi-
75 litibus, possunt militariter testari, quatenus
testentur in ipso conflictu, et in acie Belli, et
ibi decedant per textum in l. fin. ff. de milit. te-
stament. ibi si in hostico deprehendantur, & illic
decedant, & in l. fin ff. de bon. possess. ex testam.
milit. ibi, qui in hostili loco suprema iudicia sua
quoquomodo ordinassent, ibidem diẽ suum obijs-
sent &c. Sed ad nos.

Quare tota testamenti militis solemnitas
substantialis, et essentialis, est ipsamet supre-
76 ma voluntas militis exterius patefacta, quæ
adimplenda est quomodocumque probetur,
siue de ea constet per testes, qui fuerunt præ-
sentes declarationi dictæ vltimæ voluntati
militis, siue per indicia, et coniecturas, siue
77 per scripturam à parte admissam, vti manum
ipsius militis, siue recognitam per testes, qui
viderunt sæpe militem scribere, vel per com-
78 parationem literarum, prout satis conuincũt
supra allegata iura, et præsertim ex d. l. Lucius.
ibi, & hoc ita subsecutum esse legitimis probatio-
nibus ostẽdatur, ex quibus verbis, et totali dis-
positione supradictarum legum aperte colli-
gitur, quod si aliqua solemnitas in militũ in
79 expeditione degentium testamentis à lege
assignetur, id non ad formam inducendam,
sed tantum ad legitimam rei gestæ probatio-
80 nem habendam requiri. Sanè non intelligo,
quod scribit Doctissimus Card. Mantic. in tra-
ctat. de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. titul. 1. n. 18
vbi

Digitized by Google

vbi air duos testes in testamento militis esse
81 necessarios, in hoc enim sequor exemplum *Bolog. in repetit.anth. habita post med. C. ne fil. pro patr.* vbi inquit eum renuisse reprehen-
82 dere quandam sententiam Bart. transiuit dicendo se, vel id non intelligere, vel putabat librum esse corruptum.

Quibus sic stantibus, si supradicta opinio (nempe testamentum militis validum esse si-
83 ne vllo teste conditum, dummodo recognoscatur eius manus) procedit fauore militum, ergo eodem modo dicendum est in testamento ad pias causas, quod valebit sine aliquo teste, dummodo per testes recognoscatur manus
84 testatoris, cū ista duo testamenta in iure æquiparentur, nam ambo à vinculis Iuris ciuilis sunt soluti. Carol. Ruin. *consil.* 71. *num.* 18. *vers. in dispositione ad pias causas attenditur ius naturale, sicut in testamento militis &c. lib. 3. Stephan.* Gratian. *discept forens. cap.* 605. *numer.* 22. *versic. cum isti duo casus aequiparentur &c. & cap.* 893. *num.* 67. *vers. pia causa habet priuilegia militia &c.* latè Euerard. *loc. argument, cap.* 57. *titul. à milit. ad Eccles. ad piam causam.* An autem prædicta conclusio procedat etiam in ter-
85 minis testamenti à patre conditi inter liberos videbimus in seq. capite, & in fine respondebimus oppositionibus de quibus supra à *nu.* 1.

ARGVMENTVM.

Testamentum conditum à patre inter liberos cū à Iure Ciuili reperiatur redactū ad terminos iuris naturalis gentium, nam recusauit se intromittere inter tam coniunctas personas, quare valet, & tenet, qualitercumq; & quomodocumque illud probetur, secundum terminos dicti iuris naturalis, & sic non requiruntur testes ad illius solemnitatem, sed tantum ad probationem, quando veritas aliter haberi non potest.

Filius est pars corporis patris, & à Iure reputatur vna, eademque caro, & persona cum patre, & parentes magis torquentur in liberos, quàm in seipsos, & ad multa infertur. Amoris ardor patris in liberos non potest describi, & licet magnus sit, non tamen æqualis est eorum felicitas, et quare.

Filius dicitur pauper, vel diues secundùm conditionem parentum, & infertur, quod licet debeatur vxori pauperi quarta in bonis mariti diuitis prædefuncti, tamen quantumuis vxor sit satis inops, & indotata, et tamen habeat patrem diuitem, cum ab eo tunc debeat alimentari, tunc cessat dicta Iuris dispositio, cum satis sit, vt vxor non cogatur mendicare.

Testamentum conditum à patre inter liberos sicuti valet absque solemnitatibus iuris positiui, quæritur an idem procedat, si liberi inter parentes testētur, cum pater, & filius sint correlatiui, & sic dispositum in vno censetur quoque in alio statutum, sed conclusio est negatiua, & quare. Et in fine arguitur, vt sicuti valet testamentum inter liberos sine testibus, ita & debet valere ad pias causas.

SVMMARIVM.

86 *de Voluntate testantis inter liberos, qualitercūq; constet, non est de alio curandū. & n.* 102.
87 *Testamentum inter liberos probari potest per recognitionem manus testatoris, vel per confessionem partis. & nu.* 93.
88 *Testes in testamento inter liberos non requiruntur ad solemnitatem, sed ad probationem, quādo veritas aliter haberi non potest. & nu.* 89.
89 *Scriptura manu testatoris scripta, si contineat dispositionem inter liberos, talis scriptura simplex probat.*
Et ista est magis communis opinio. num. 91. *nec in iudicando, nec in consulendo est ab ea recedendum. nu.* 92.
90 *Salicet. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. in princip. C. de testament. communiter improbatur.*
94 *Cuiac. in prima eius consultatione reijcitur, & num.* 101. 102. *& seqq. vsque ad nu* 107.
95 *Testamentum non potest dici ea voluntas, quæ testibus non reperitur roborata.*
96 *in Testamēto inter liberos quid statuerit text. in l. fin. C. famil. ercisc.*
97 *Testes sunt de essentia formali testamētorum.*
Fideicommissa nutu relinqui possunt. nu. 97.
98 *Fideicommissa licet nutu relinqui possint, non tamen relinqui possunt sine testibus.*
99 *Testamentum illud dicitur imperfectum, quod à testibus non fuit subscriptum.*
100 *in Testamento inter liberos non est sublatum omne vitium.*
in Testamento illud est summum vitium, si testibus careat.
à Testibus substantia nominis testamenti deducitur.
101 *in Testamento condito inter liberos est sublata omnis solemnitas iuris, vnde etiam interuentus testium. & num.* 102.
109 *in Testamento condito inter liberos non requiruntur testes, sed si aliquid in eo relinquatur vxori, aut extraneis, tunc requiruntur.*
110 *Filij, quod obseruent voluntatem parentum, quamuis omni solemnitate sit destituta æquitati consentaneum est.*
111 *Testium præsentia, quando non requiratur.*
112 *Ius Ciuile renuit se intromittere inter patrem, & filium, mediante rigorosa illa testamentorum solemnitate. & nu.* 113. 145. *et* 146.
Ideoque pacato animo id remisit ad merum ius naturale.
114 *Filius est pars corporis patris, & de eius substantia, & cum eo vna caro. & nu.* 144.
115 *Persona patris, & filij à iure reputantur, vna eademque persona.*

116 Filij

116 Filij caro dicitur, quemadmodum caro patris augumentata.

117 Filius apud Hebraeos vocatur Ben. à radice Bans, quod est fabricare, quia filius est fabrica patris.

118 Industria persona vbi est electa, potest quis seruire per filium.

119 à Carceribus, quis verè liberatus non dicitur quando relinquit filium pro obside.

120 Torqueatur quis in se, vel in liberos paria sunt. Parentes magis torquentur in liberos, quàm in seipsis.

121 Dauid tribus diebus, & tribus noctibus filium suum Absalonem amarè planxit, quamuis essent inuicem inimici capitales.

122 Amor patris in liberos qualis sit, verbis consequi non potest.

123 Amoris ardorē in filios nemo nouit, nisi sit pater. Patris amor in filios licet sit magnus, non tamen est aequalis eorum faelicitas.

124 Liberos mortalibus gigni an melius sit, quàm sterili vita frui, satis dubium est.

125 Liberos qui non genuerunt, miseri esse videntur, & qui genuerunt nihilo faeliciores videntur, & quare.

126 Liberorum voluptas amara est.

127 Patri si fiat violentia, & filius aliquid fecerit, vt liberaret patrem, actus ille dicitur factum per metum.

128 Filius dicitur diues, vel pauper secundum conditionem patris.

129 Filius potest eligi in officialem, stante statuto, quod non possit eligi, nisi habeat tot in bonis, si pater illa habeat.

130 Vxor inopia laborans succedit marito diuiti in quarta, & quid si relinquat vltra tres filios & num. 130.
Auth. praeterea. C. vnd. vir, & vxor, quare fuit introducta.

131 Vxor inops, etiam indotata, non consequitur quartam in bonis mariti, quando habet patrē diuitem. & num. 136.

132 Filia vidua, quando consequatur alimenta à patre.
Auth. Praeterea. C. vnde vir, et vxor est odiosa.

133 Auth. Praeterea. C. vnd. vir. & vx. non intrat nisi in subsidium.

134 Et non habet locum, nisi vxor cogatur mendicare, itaque sufficit, vt habeat panem, & aquam. & num. 136. 138. & 139.

136 Testes, vt probent paupertatē quid requiratur.

137 Mendicus non potest dici, qui habet patrē, vel matrē diuitem, et quid si habeat fratrē diuitē.

140 Dec. in auth. praeterea. num. 20. C. vnde vir. & vx improbatur. & num. 141. et 143.

241 Petens id, quod aliquis sibi debet, non dicitur illud mendicare.

142 Alimenta filius an recognoscat à patre, vel à iuris dispositione.

147 Liberi quando testantur inter parentes, an intret dispositio l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. & num. 148. 157.

149 Argumentum sumptum à correlatiuis valet, vt dispositum in vno, censeatur sic etiam dispositum in alia.

150 Correlatiuorum regula est, vt vnum sub altero omnino contineatur. & num. 151.

152 Creditore inuito, sicuti vnum pro alio solui nō potest.
Ita nec debitor aliud pro alio ad soluendum cogi potest.

153 Creditor, & debitor sunt correlatiua.

154 Cibum, potum, & habitationem, si quis alicui reliquerit, an legatarius possit praetendere ea in pecunia.

155 Pater, & filius, quod sint correlatiui indubitatum est.
Correlatiua ea sunt, quorum vnius positio supponit, & alium.

156 Pater semper supponit filiū aliàs nō esset pater. Filius semper supponit patrem, alias non esset filius.

158 Correlatiuorum regula procedit etiā in odiosis.

159 in Testamento condito a filijs inter parentes non sunt remissa solemnitates, & ista est cōmunis opinio. nu. 160.

161 Et quae sit talis conclusionis principalis ratio.

162 Voluntas liberorum inter parentes, non est voluntas parentum in liberos.

163 Correlatiuorum regula cessat, stante rationis diuersitate.

164 Curt. Iun. in l. hac consultissima. §. ex imperfecta num. 4. C. de testam. passim improbatur.

165 Clar. in prax. lib. 3. quaest. 12. reijcitur. & numer. 166.

167 Dictio, solū, est taxatiua, & caetera excludit.

168 Dictio, solum, non excludit casus similes, vbi est eadem ratio.

169 Dictio, solum, semper excludit casus similes, stante diuersitatis, ac inaequalitatis ratione.

170 Liberi inter parentes minus solemniter possunt testari, & quomodo.

171 Testamentum illud validum est, factum cum quinque testibus, quando instituuntur venientes ab intestato. & nu. 172.

174 Testamentum inter liberos cōditum, sicuti valet sine testibus, dum aliter probatur, ita et testamentum ad pias causas. & quare. nu. 173. 174 et seq.

178 Testamentum nullum, quod non recipiatur sine testibus, quantumuis priuilegiatum qualiter intelligatur. nu. 179. 180. et 181.

182 Alex. in consil. 76. nu. 15. lib. 3. passim improbatur. et num. 183.

185 Socin. Iun. in consil. 189. num. 74. lib. 2. manifestè conuincitur de falso. et nu. 186.

186 Fauorabilibus causis non est exhibendus fauor, si alijs fiat iniuria. et nu. 187. 188.

189 Haeredibus ab intestato non fit iniuria, si constito de voluntate defuncti, validum sit, dum aliquid relinquit ad pias causas. et nu. 190.

191 Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. titul. 3. num. 9. refellitur.

CAPVT XXV.

RAtionibus etiam de quibus ſupra in præ-
cedenti capite, audacter quoque firmã-
dum venit in teſtamẽto condito à patre inter
liberos, in quo cum etiam ſit remiſſa omnis
iuris poſitiui ſolemnitas, & ſola ea, quæ ſunt
86 iuris gentium requirat, ideo quomodocum-
que probetur volũtas teſtatoris inter liberos,
validum erit teſtamentum, & ſeruandum pu-
to, quamuis nullus teſtis interuenerit in illius
87 confectione, quando talis volũtas aliter pro-
bari poterit, puta per confeſſionem partis, vel
per recognitionem manus teſtatoris factam,
per teſtes habentes notam eius manum, vel
quocumque modo alio conſtet ſufficit inter
liberos, quare teſtes non ſunt neceſſarij ad va-
88 liditatem dicti teſtamenti, ſed ad probationẽ,
quando veritas aliter haberi nõ poterit, ſicuti
iam tetigi ſupra in præcedenti cap. *à num. 1.*
& conſtat *ex leg. final. C. famil. erciſc. & ex leg.
hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtamẽt.*
(quæ lex eſt clauis in hac materia.) *auth. quod
ſine C. eodem titul. de teſtam.*

Per quã diſponitur quod ſi reperiatur ſche-
dula manu teſtatoris in qua contineatur eius
89 diſpoſitio inter liberos, talis ſchedula valet,
etiam ſi nulli interuenerint teſtes, nec vlli ipſi
ſchedulæ ſe ſubſcripſerint. Et ita ſe habet ma-
gis communis opinio, *vt teſtantur Alex. in
conſil. 105. in fin lib. 7. & refert Io. Dilect. de arte
teſtand. titul. 2. cautel. 2. in fin.* (quidquid dixe-
rint Salicet *in d. l. hac conſultiſſima 21. §. ex im-
perfecto. in princip. &* Cuiac. *in ſuis conſultation.
conſultat. 1.* & latius exprobabo *à numer. 49.*)
90 nam contra, communiter tenent DD. & præ-
ſertim Bart. *in l. ſi is qui teſtamentum. 25. nu. 4.
ff. qui teſtament. fac. poſſ. Bald* Corn. *Fulgoſ. Ca-
ſtrenſ. Natt. Iaſ. & Sichard. in d. Auth. quod ſi-
ne. C. de teſtam. Guil. de Benedict. in cap. Rainu-
tius 16. in verb. teſtamentum. numer. 85. de teſta-
ment. Graſſ. lib. 2. recept ſentent §. Teſtamentum.
quæſt. 16. num. 2. Iul. Clar. lib. 3. ſentent. §. Teſta-
mentum quæſt. 14. numer. 1.* vbi atteſtatur ita
91 ſe habere communem opinionem, & addo
præter ab eo allegatos *Eberhard. Speckhan.
cent. 1. quæſt. 48.* vbi affirmat ab hac ſententia
finaliter, nec in iudicando, nec in conſulendo
nullatenus eſſe recedendum, *teſte quoque
Hartman.* Piſtor. *lib. 1. quæſt. Iur. quæſt. 1. nu. 4.
& 5.* Ioan. Ficard. *conſil. 71. num. 4. & 5. tom. 2.
Valẽt.* Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſtat. lib. 1. cap. 4.
per tot. Andr.* Fachinen. *controuerſ. Iuris lib. 1.
cap. 1. in princ.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præ-
ſumpt. 7. num. 5. Adam* Keller. *in tractat. de ſuc-
ceſſ. ad inteſtat. lib. 1. titul. 2. num. 58.*
92 Vbi quoque aſſerit, ab hac opinione nec in
iudicando, nec in conſulendo eſſe recedẽdum
*Reuſner. in tractat. de teſtament. part. cap. 3. nu-
mer. 18.* Elbertus Leonius *conſil 98. nu. 4. Thad.*
Piſ. *lib. 1. variar. reſolut. cap. 7. num. 7.* Arumæus
Exercit. Iuſtin 7. theſ. 12. Daniel Moller. *lib. 3.
ſemeſtr. cap 22. num. 6. & ſeq.* Maſcard *de pro-
bation. tom. 3. concluſ. 1359. num. 62. & ſeq. And.*
Gaill. *obſeruat. Imperial lib. 2. cap. 116. numer. 2.
& ſeq.* Gratian. *diſcept forenſ. cap. 235. numer. 1
& 17. tom. 2.* Farinacc. *in repertor. vltim. volunt.
quæſt. 37. num. 5. & ſeq.* Gabr *commun. concluſ.
lib. 4. titul. de teſtament. concluſ. 9. num. 12. & 13.*
Philipp. Paſcalis *in tractat. patr. poteſt part. 2.
cap. 8. num. 21. verſ. etiam ſi reperiatur tantum
cedula ſcripta manu teſtatoris, in qua continea-
tur diſpoſitio inter liberos vim teſtamenti habet,
non obſtãte, quod nullus teſtis eam ſcribere vide-
rit &c.* latiſſimè *Ludouic. Zan.* qui alios DD.
congerit in reſponſo pro vxore numer. 66. & ſeq.
vbi plures modos tradit, & explicat, quibus
93 hæc voluntas paterna probari poteſt, quæ ſuf-
ficit, vt quibuſcumque indicijs eluceſcat, etiam
ſi nullus interuenerit teſtis, *& adde Mart. de
ſucceſſ. part. 4. quæſt. artic. 1. numer. 5. verſ. inter
liberos nulli prorſus teſtes ſunt neceſſarij pro ſub-
ſtantia teſtamenti &c.* Magdal. *de numer. teſt.
part. 1. cap. 6. num. 167. verſ. valet teſtamentum
hoc inter liberos abſque vllo teſte &c.* & dixit
Rota coram Cantucc. *decíſ. 74. num. 13. verſ. te-
ſtamentum inter liberos manu teſtatoris cõſcrip-
tum etiam ſine teſtibus valet &c. part. 2. diuerſ.
& coram* R.P.D. Buratt *decíſ. 375. num. 1. verſ.
ſicut aliàs ſine teſtibus valet teſtamentum inter
liberos &c. cum alijs decíſionibus relatis coram
bon. mem.* Merlino *decíſ. 806 num. 1. verſ. ſchedu-
la teſtamenti manu patris ſcripta valet inter li-
beros &c.*

Nec aliquis manum quidem vertat, quan-
tumuis *Iacob. Cuiac.* vir alioquin ſcientiſſi-
mus, *in prima eius conſultation.* totum oppo-
94 ſitum defendat, ac tueatur, aſſerendo prout
etiam ſentire videtur *Salicet. in l. hac conſul-
tiſſima. 21. §. ex imperfecto. in princip.* quod te-
ſtamentum non poteſt dici ea voluntas, quæ
95 teſtibus non reperitur roborata, et ſic etiam
requirit, in teſtamento inter liberos, eſſe ne-
ceſſarios ſaltem duo teſtes, licet abſq. eorum
ſubſcriptione, ſubdens huic ſuæ opinoini nul-
latenus obſtare *text. in d. l. fin. C. famil. erciſc.*
96 vbi Conſtantinus Imperator ſanxit, quod li-
cet in teſtamento inter liberos, qualiacumque
verba, & indicia ſufficiant, non tamen cenſen-
dum eſt, voluiſſe excludere teſtes, qui ſunt de
97 eſſentia formali teſtamẽti, vnde quantumuis
dicatur, fideicommiſſa nutu poſſe relinqui. *l. et
in epiſtola. C. de fideicommiſſ. l. nutu ff de legat. 3*
vbi Bart et cæteri notarunt. *cum alijs allega-
tis per* Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 1. num. 45.*
etiã nutu fideicommiſſum relinqui poſſe &c.
98 non tamen intelligitur abſque teſtibus relin-
qui poſſe, cum quinque requirantur *iuxta
text. in l. fin. C. de fideicom.* Quo ad text. *in d. l.
hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.* ſubdit Cuiac.
Theodoſium Imperatorem in eo loco vocare
99 illud teſtamentum imperfectum, quod à te-
ſtibus

Digitized by Google

stibus non est subscriptum, & subsignatum.
Denique quo ad Iustinianum Imp in *Auth. de testamen. imperfect. §. nos igitur*, ait Cuiac. *ibidem*, non esse ablatum omne vitium in testa-
mento inter liberos, ergo nec illud quod est
100 summũ, si scilicet nulli testes adhibeantur, à
quibus substãtia nominis testamẽti deducitur
Verum enimuerò his non obstantibus, &
salua pace tàm doctissimi viri, cõmunissimam
101 Doctorum sententiam (vt patet ex iam re-
latis, et infinitis alijs, quæ possent referri) esse,
etiam sufficere solam voluntatem parentum
exterius explicatam, dummodo de ea consta-
102 re possit, et ita sufficere nudam scripturam
patris, vel matris, eorum manu, scriptam,
vel subscriptam absque alijs testibus, si eam
constet esse illorum manus, vt iam dixi, et id
103 quoque comprobatur, ex ipsis textibus su-
pra allegatis, & pro contraria sententia addu-
ctis *per* Cuiac. nam text. *in d. l. fin. C. famil. er-
cisc.* asserit valere testamentum inter liberos,
quocumque modo fiat, et etiamsi solemnitate
104 legum eiusmodi dispositio fuerit destituta,
quæ certè verba omnem complectuntur so-
lemnitatem, et consequenter etiam testium
adhibendorum, Et idem decernit *text. in d. l.
hac consultissima. §. ex imperfecto.* ibi enim no-
mine imperfecti testamenti, quod vult valere
105 inter liberos, non intelligitur testamentum,
quod subscriptione, et subsignatione, sed
caret benè testamentum absque aliis solem-
106 nitatibus conditum, vt declarat glos. et ibi
cõmuniter scribentes, et satis declarat *Andr.
Fachin. controuer. iur. d. lib. 4. cap. 1.* vbi id de-
107 clarat, & minimè probat supra relatã cõtra-
riam sententiam *Cuiac.* eamque deinde dam-
nauit *Io. Angel. Boss in suis varijs moral. lib. 10. 1.
part. vltim. titul.* 10. *num* 2. vbi ait communis-
simam Doctorũ sententiam esse contra Cuiac.
Præterea hæc sententia probatur *per text.*
etiam allegatus *per* Cuiac. *in d. §. nos igitur*,
108 vbi Iustinianus ait *si quis literas sciens inter
suos filios voluerit facere dispositionem, primum
quidem subscriptione tẽpus declaret, deinde quo-
que filiorum nomina propria manu, adhoc vn-
cias, in quibus scripsit eos haeredes &c.* Et paulò
post, *si tamen aut vxori, aut extraneis personis
aliquibus voluerit relinquere legata, aut fidei-
commissa, aut libertates, & hac proprie scripta
manu dictaque à testatoribus corã testibus quo-
niam omnia consequenter in dispositione posita
ipsi, et subscripserunt, et volunt valere sint fir-
ma &c.* Quibus ex verbis intelligere promptũ
est, Iustinianum Imperatorem, illud vt testa-
mentum inter liberos conscriptum absque
109 testium adminiculo seruandũ esse, sed si ali-
quid vxori, aut extraneis reliquerit, tunc iu-
bet, vt testes adhibeantur. Hanc denique cõ-
clusionem manifesta confirmat ratio. Tũ quia
æquitati consentaneum est, vt filij obseruent
110 parentum voluntatem, quamuis omni so-
lemnitate careat, cum ipsa veritas sola inter
ipsos spectari debeat. Tum quia frustra hic re-
111 quiritur testium præsentia, cum talem fuisse
parentum dispositionem satis constat.
Renuit quidem Ius Ciuile, se intromittere
112 inter tàm coniunctas personas, mediante
præsertim illa rigorosa testamẽtorum solem-
nitate, vnde casum hunc pacato animo remi-
sit ad merum ius naturale gentium, et id be-
nè probatur *ex Auth. de testament. imperfect. in
princip.* ibi, *erubuit lex parentes existentes*, vbi
glos. in verb. existentes, dicit, quod Lex erubuit
supponere parentes solemnitati iuris commu-
113 nis respectu filiorum. Quantus verò, & qua-
lis coniunctio sit patris cum filio, sufficiat as-
serere, quod filius est pars corporis patris, et
114 de eius substantia, et cum eo vna caro, vt
benè ratiocinatur *text in l. scimus in fin. C. de
agricol. et censit. lib* 11. *et cap. contradicimus.* ibi.
*cũ vna caro probetur pater, & filius. 75. quæst. 34
glos. in can studeat. in verb. & sui. distinct. 50.
can. tibi Domino. in glos. magna. in fin. distinct. 63
& can. 5. de pœnitent distinct. 3. cum simil.* Hinc
est, vnam eamdemque personam patrem, & fi-
115 lium à iure reputari. *l. fin. & ibi glos. &* DD.
impuber. & alijs substitut & Filij caro dicitur
quodammodo caro patris augmẽtata, et pro-
116 pterea filius apud Hebreos vocatur *Ben.* à
radice *Bana*, quod est fabricare, quia filius est
217 fabrica patris, *vt habet Cornel. Epistol. ad
Ephes. cap. 3. vers.* 13. Et in tantum est verum,
quod pater, & filius reputantur pro vno à iure
vt dixit *Roman. in l. prima. ff. de in ius vocat.
vt rat &c.*
118 Quod vbi est electa industria personæ, po-
test quis seruire per filium, & allegat *text. in l.
sciendum §. legati. ff. de legat.* & ideo quoq. con-
suluit *Marian. Socin. quem allegat. & sequitur
Hippolit. Marsil. in singular.* 166 *incipit Pater,
& filius &c.* quod non dicitur, quis verè libe-
119 ratus à carceribus, quando relinquitur filius
pro obside. Hinc est, quod optimè dixit *Rota
coram bon. me. Vrgellen. decis.* 373. *num.* 9. quod
nihil interest, an quis torqueatur in se, vel in
120 liberis, cum pro affectu magis torqueantur
parẽtes in liberis, quàm in se ipsis *ad text in l.
isti quidem. in fin ff. de iurat. furos.* Nec ideo mi-
221 nus plãxit Dauid Absalonem tribus diebus,
& tribus noctibus, licet ipse Absalon pessimè se
quidem gesserit cum ipso patre Dauid.
Qualis enim, & quantus sit amor patris in
filios, verbis sanè exprimi non potest, maximè
ab eo, qui filios non habet. Nam *vt ex nostris
222 refert Hieronym. a Laurent. decis. Auenionen.*
177. *num.* 13. eius patrem Ludouicum dicentẽ
sibi, Nemo nouit amoris ardorem in libe-
ros, nisi sit pater. Adde, licet talis amor sit ma-
223 gnus, non tamen est æqualis eorum felicitas.
Audiamus quæso Euripidem his versibus.

*Dubius equidem sum, neque dijudicare possis.
Vtrùm melius sit progigni liberos
224 Mortalibus, aut sterili vita frui,*

Istos enim quibus liberi non sunt miseros esse vidio,
E contra illos, qui prolem genuerunt nihilo fœliciores.
Nam si mali fuerint, extrema calamitas est,
Rursus si probi euadant, magnũ pariunt malũ.
Affligunt enim genitorem, dum ne quid patiantur, metuit.

Pulchre quidem dixit P. Tertullianus. *Amara est liberorum voluptas &c.* sed redeundo. in
126 viam, quod pater, & filius reputentur eadem
persona à iure.

Insuper facit etiam, quod singulariter dixit
Innocent. pater ille veritatis in cap. cum locum. in princip. extra de sponsal. quod si patri fiat
127 violentia corporalis, et filius aliquid fecerit,
vt liberaret patrem, quod ille actus dicitur factus per metum. ac si illata fuisset filio, Congruitque quoq. dictũ illud, quod filius dicitur
pauper, vel diues secundũ sui patris cõditio-
128 nem, et ideo si pater est diues, dicitur filius
diues. & è contra. Vnde asserit *Alberic. in l. in suis ff de liberis, & posthum.* se de cõsilio aliorũ
Peritorũ Bergonii consuluisse, quod filius cuius
pater habebat in bonis plusquam trecenta,
possit eligi ad officium, ad quod nullus potest
129 eligi ex forma statuti, nisi habeat plusquam
trecenta in bonis, et ibi sequitur Cuman. *et in consil. 132. num. 1. vers. filius cuius pater habebat in bonis plusquam trecenta &c.* Riminald. *Iun. consil. 658. num. 9. vers. nullus potest eligi ex forma statuti &c.*

Hinc quoque firmarunt DD. quod li-
130 cet matrimonio existenti sine dote, vel paruus, mulier viro præmortuo diuiti succedat, si
ipsa laboret inopia, in quarta, nisi maritus relinquat vltra tres liberos, quo casu ei succedit in virilem. *iuxta dispositionem famigerati text. in auth. præterea.* C. *vnde vir ex uxor*, quæ
auth fuit introducta, ne coniux pauper post
131 mortẽ coniugis diuitis, extremam patiatur
paupertatem, quam viuente coniuge non fuit
experta, & sic ne detur afflictio afflicto, et in reuerentiam bene transacti matrimonij, et
humanitatis causa. *l. unum ex familia §. fin. ff. de legat. 3. & abunde per Barz. decis. Bononien.* 130. cum ibi allegatis adde *Cost. in tractat. de ration. rat. quæst. 84. num. 6, vers. ex causa miserationis loco alimentorum &c.* Illud
tamen facit ad propositum nostrum, nempe,
quod tunc cessat talis dispositio, quantumuis
vxor esset indotata, quando ipsa patrem diuitem haberet, quo casu vidua ista non potest
132 dici pauper, cum à patre valeat alimenta petere, et consequi, dum non habet aliunde

Et certum est, quod remedium *d. auth. præterea*, est odiosum, exorbitans, & contra ius, *ex deductis per Socin. consil.* 108. *nu. 6. vol.* 1. Plot. *consil. 17. num. 45. vers. nam dict. auth.* Paris. *in consil. 330. in fin. lib 1. et ã alijs allegatis per* Fontanell. *de pact. nuptial. claus. 5. glos. 8. part. 9. num. 33. & dixit* Rota *decis. 202. num. 9. vers. d. auth. præterea est odiosa, contra ius commune, & exorbitans &c. part. 2. divers.* Nec concedi-
133 tur nisi in subsidium. *Honded. consil. 93. n. 24. & 29. lib. 1.* Natta *consil* 648. *num. 15.* Cephal. *consil* 244. *num. 25.* Menoch. *cons. 433. num. 23. vers. & si dicatur &c.* Surd. *decis. 61 num. 15. cũ alijs adductis per* Gratian. *discept. forens. cap. 120. num. 6. vers. quia remedium est subsidiarum et miserationis gratia concessum &c. tom. prim. cum alijs allegatis* per Cost. *de remed. subsid. remed. 2. à nu. 1. vers. exorbitantem, et odiosã &c.* Hinc *post Gabr. Alciat. Cephal. Honded.* dixit *Rota coram bon. mem.* Pirouano *decis. 230. n. 6. part. 4. recent. tom. 2.* quod *d. auth. præterea* extensio non est permittenda sub prætextu insufficientiæ dotis ad alimenta, quia remedium
d. auth. respicit casum cum qualitate inopiæ,
et paupertatis, non autem inopiam simpliciter, et declaratur *decisio in causa Romana Successionis Quartæ*, quæ videtur cõtrariũ sẽtire.

Et veritas est, quod in tantum competit
beneficium *d. auth. præterea*, in quantum vxor
134 sit adeo pauper, vt absque remedio huiusmodi cogatur mendicare. *Gugliem de Benedic. in cap. Raynutius, in verb. et uxorem nomine Adelasiam. in quint. decis. num. 244. vers. quo casu. ext. de testam.* Castren. *in d. Auth præterea num. 5. vers. nunc quæritur, et ibidẽ* Bellapertic. *in fine*, ait sufficere, quod habeat panem, et
135 aquam. *Anchar. quæst. 26. sub num. 6. et seqq. part. 3.* Scayn. *decis. Bononien. 7. num. 1. et seqq.* Riminald. *Sen. consil.* 114. *nu. 13. lib. 1.* *Cels.* Hug. *consil. 4. in princ.* et nuper animaduertit *Rota corã R. P. D. meo* Celso *in causa* Romana *Quarta 24. Aprilis 1651. §. Et ideo. vers. sufficere quod habeat panem, & aquã &c.* & ibi aliæ allegantur decisiones, & subditur quod materia ista
doctissimè tractatur *per Laurent. Vrsell. conclus. 89. num. 281. & seq.* Et aduerte, quod in
prædicto casu testes non probant paupertatẽ
asserendo viduam esse pauperem, nec posse
136 viuere iuxta honorificentiam suæ conditionis, cum debeant coarctare negatiuam, et cõcludere, quod non possit habere alia bona,
quin ipsi scirent, *iuxta text. in §. Hinc nobis collat. 4. vers. & vidisse ibique glos. et* DD. *Auth. de hæred. et Falcid. et docet* Bart. *in l. 1. §. hoc autẽ interdictum num. 8. ff. de itin. actuq. priuat.* Couar. *variar. resolut. lib. 2. cap. 6. num. 8. vers. cæterum paupertas.* Nat. *consil.* 698. *num. 1. et per tot.* plura circa probationem paupertatis iam adduxi *in Annotat. ad decis. 717. à num. 36. vsque ad nu. 90. part. 4. recent. tom. 3.* & persistendo in
terminis.

Quare, vt dicebam, cum filius, vel filia dicatur vna, eademque persona cum patre, ideo si
137 vidua haberet patrem, vel matrem diuites,
à quibus ipsa posset alimenta consequi, et tũc
quartam in bonis mariti nõ posset, vt præmisi,
consequi, cum non possit dici mendicus qui
habet patrem, vel matrem diuitem, et ita in

puncto

punĉto tenuerunt. Cuman. in l. in suis, circa med.
ff. de liber. & posthum. et ibi Angel. cum sequitur.
Alex. num 11. Ias. num. 6. Dec. num. 19. & com-
muniter tradunt Scribentes in d. auth. Præterea.
& ita consulti responderunt Raphael. Cuman.
in consil 132. num. 1. vers. vnde si pater illius mu-
lieris diues est, non poterit dici filia inopia labo-
rare mortuo marito &c. Cephal. in consil. 244.
numer. 20. vers. vxor habet patrem diuitem, ideo
excluditur ab hac quarta &c. & testatur de cō-
muni opinione, & refert plures alios consulē-
res. & addo Alex. Trentacinq. in consil. 60. nu-
mer 1. vers. coniux pauper habens patrem diuitē
non admittitur ad petendam quartam &c. & at-
138 testatur de communi Doctorum conclusio-
ne, sicuti etiam asserit Surd. in tract. de aliment.
lib 9. titul. 35. num. 8. vers. vxori habenti patrem
diuitem, non cōuenit d. auth. dispositio &c. & an-
notauit bon. mem. Theodos. Rubeus pater meus
in suis Singul. Rota Rom. part. 5. circa intellectus
Legum. ad d. auth. præterea num. 18. vers. quando
vxor habet patrem diuitem &c & addo Rimi-
nald. Iun. consil. 659. numer 2. vers. mulier habet
patrem diuitem, non potest petere quartam in
bonis mariti diuitis &c. & nu. 7. refutat Roland.
Decian. Ioseph. Ludou. & alios sentientes idem
sanè etiam procedere, quando mulier habe-
ret fratrem diuitem. & num. 8. vers. dico, quod
eorum pace falluntur &c. Sed persistendo in
terminis, videatur etiam Io. Baptista Costa in
tractat. de Remed. subsidiar. remed. 2. num. 6. vers.
nec auditur vxor habens patrem diuitem &c. cū
multis alijs allegatis per Merlin. in tractat. de Le-
gitim. lib. 2. titul. 2. quæst. 23. num. 50. vers. deci-
mo declara, quando vxor haberet patrem diui-
tem &c. Laurent Vrsell dict. conclus 86. nu. 283.
versic. si vxor haberet patrem diuitem à quo &c.
139 Sic quoque sæpius iudicauit Rota, & præser-
tim coram Cæsare de Graff decis. 162. alias 1. de
success. ab intest. num. 21. vers. quomodocumque
habeat vxor alimenta, quia haberet patrem diui-
tem &c. et deinde coram bo. me. Manzanedo in
causa Rom. successionis quartæ 22. Maij 1609.
est impress. apud Pacif. de Saluiano Interdict. de
decis 174. num. 41. vers. mulierem habentem pa-
trem diuitem, non posse petere quartam in bonis
mariti &c. & plura ad hoc allegantur.

Nec aliquis vacillet quāuis Dec. in d. Auth.
140 præterea. nu. 20. totū contrariū defendere, sed
incasse, conetur, quia stante præsupposito com-
muni, quod quarta vxori debetur, ne cogatur
mēdicare, cessat Decij fundamentum, quia cū
141 sibi ex iuris dispositione debeantur alimen-
ta à patre, vel matre, non erit coacta mendi-
care, & dicere, vt inquit Decius, mendicabit
alimenta à patre, istud enim non est verum
nā non mendicat, sed petit, quod sibi pater te-
142 netur soluere ex iuris dispositione, à quo
vxor id recognoscit, non à patre. arg. text. in l. si
arrogator. prope fin. ff. de adopt. & in specie repro-
batur Dec. à Cephal. in d. consil. 244. numer. 20.
vbi ait, non esse in hoc curandum de Decio,
143 quia à communi opinione non est receden-
dum, cum & eius conclusio apertè careat soli-
do fundamento.

Cœterum in suprarelata materia ad addu-
cendas aliàs conclusiones nō insistam, qui ve-
rò plures earum desiderat, quod pater, & filius
dicatur vna caro, eademq; persona, & sic præ-
sumptione iuris pro talibus iudicentur, con-
sulat Hippolit. Marsil in singul. 160. per tot. vbi
multa in his terminis cumulat, & latissimè
Card. Tusc. in suis pract. cōclus. tom. 3. in litera F.
conclus. 251. & 252. Quare nunc persistendo in
145 terminis, cum pater, & filius, sint vna eadēq;
persona, renuerunt iura ciuilia inter eos se in-
tromittere dum ipse testatur inter eosdē, relin-
quendo omnia in hoc casu ad dispositionem
146 iuris naturalis gentium, vnde sat erit solem-
nitates talis iuris obseruare, vt abunde supra
dixi.

Nunc verò tantum subnectam pro coroni-
de prædictæ conclusionis iàm coronatæ, quod
147 nulla solemnitas iuris Ciuilis requiritur,
quando pater inter liberos testatur, an idem
procedat, quando liberi (in casu tamen quo
possunt testari) inter parentes condunt suum
testamentum, itaque dispositio d. l. hac consul-
tissima §. ex imperfecto. communis sit inter de-
148 scendentes, quàm inter ascendentes, & sic si
parentes testentur inter liberos, vel è contra,
& affirmatiuè omnino respōdendum videtur,
149 & hoc ex regula, siue argumento sumpto à
correlatiuis, ex l. fin. quæ ad hoc passim allegatur
vbi Bart. & cæteri. & post alios latissimè Ias. per
tres integras columnas. C. de indict. viduit. toll. &
l. si ab eo, vbi etiam Bart. Bald. Castrens. & cæte-
ri Scribentes. C. de legitim. hæred. & l. prima, &
ibi etiam Bart. Alex. & alij. C. de cupress. lib. 10.
cum alijs plenè congestis per Gabr. commun.
conclus. lib. 6. titul. de legib. conclus. 3. plurima in-
de inducens, & per Tiraquell. de retract. lignag.
§. 1. glos. 9. num. 171. & habetur tractatus de
Correlatiuis Anton. de S. Blasio, qui adest in
magn. tractatib. tom. 18. fol. 260. vbi abundè.

Correlatiuorum enim regula est, vt ea vir-
150 tualiter recipiāt vniformem determinatio-
nem, seu dispositionem, ita vt vnum sub alte-
ro omnino contineatur, & sic dispositum in
151 vno, censeatur quoque dispositum in alio, vt
satis in angulo est, & post Bart. Surd. Bec. &
ālios asserit Rota coram bon. mem. Coccino de-
cis. 360. num. 1. in fin. vers. illa tamen vti correla-
tiua inest virtualiter &c. part 3. recent. & corā
eodem decis. 607. numer. 3. vers. dispositum in vno
ex correlatiuis &c. part. 4. recent. tom. 3. & corā
bo. me. Vrgellen. decis. 76. nu. 58. vers. postmodum
ius nouum &c. et corā Reuerendiss. Dunozett.
Decan. in causa Romana Legati cibi, & potus
13. Iunij 1631. §. 2. vers. sunt correlatiua, quorum
eadem est dispositio &c. vbi dicitur, quod sicut
aliud pro alio inuito debitore solui nō potest.
l. 2. §. mutui datio ff. de rebus cred. l. eum à quo. C
de solut. Surd. decis. 30. num. 9. Rota coram Gre-
gor. XV.

gor.XV. *decis.352.num.2.cum alijs allegatis coram* R.P.D.Bichio *in causa Firmana Pecuniaria 4.Decemb.1651. §.Paccaroni.vers. debitor in pecunia non tenetur in solutũ bona debitoris &c.*
ita nec debitor aliud pro alio ad soluendum
153 cogi potest,eum debitor,& creditor sint cor-
relatiui,In casu dictæ decisionis, Testator re-
liquerat cuidam legatum cibi, potus,& habi-
tationis, & cum legatarius intenderet ea sibi
154 esse soluenda in pecunia, responsum fuit ne-
gatiuè, ex ratione de qua supra, & ibi bene
deducitur, sed ad nos.

Quod enim pater, & filius sint correlatiui,
non est, nec leuiter dubitandum, nam corre-
155 latiua ea dicuntur, quorum vnius positio
supponit,& alium.*glos.in l.qui plures.ff.vulgar.
& pupill.* Nam pater semper supponit filium
aliàs non posset esse pater, & filius præsuppo-
156 nit patrem, aliàs non posset esse filius. Et in
puncto quod propter regulam correlatiuorũ
dispositio *text.in d. §.ex imperfecto.* volens vt
valeat testamentum patris inter liberos quã-
157 nis sit minus solemne, id procedat etiam in
liberis, testantibus inter parentes defenderũt
*Franc.Curt in d §.ex imperfecto.num.4. versic.
ita etiã procedit in filio testante inter parẽtes &c.*
& subdit, quod licet *in eodem §.* contrarium
teneat *Ias.* Tamen ipse putat posse teneri, &
nouiter defendi contrarium, & hoc propter
158 regulam correlatiuorum, quæ procedit etiã
in materia correctoria.

Sic quoque senserunt *in eodem §.ex imperfecto Alberic.col.2.Ioan.*Imol.*Castren* & nonnulli
alij Iuris periti antiqui, quos refert,& sequitur
Gomes.ad leg.Tauri.3.num.54. in fin. vers.descẽdentes possunt instituere parentes in minus solemni testamento &c & reijcit *Speculat. in titul.de instrum. § compendiosè. vers.quid si filius*,cõtrarium sentientem, & idem voluerunt *Vasquez. in opusc. de testament. cap.1. §.6. & Villalobos. part.2.summ.theolog.tractat.30. different.3. numer.7.in fin.*et quod prædicta opinio sit verior
attestatur *Iul.Clar.in §.Testamentũ quæst.12. num.6.in fin.vers.contraria opinio in puncto iuris est verior.*

Verum quidquid sit de supradicta opinio-
ne, contraria est communis, nec in practica
159 ab ea est recedendum, quia non est textus,
qui hoc dicat, nec id ex aliquo potest colligi,
eamque benè defenderunt *Salicet.Bald.et plerique alij in l.fin.C.famil. ercisc. Alex. in d §.ex imperfecto.num.7. Ias.sub num.4. in 4. limitat.*
Natt.*num.227. vbi* Riminald *num.1.* attestan-
tur de communi Ias.*in l filium.ante numer.10. vers.cõfirma per aliud simile &c* C.famil.ercisc.
Bald.*in consil* 188.*num.2. vers.testamentum valet inter liberos coram duobus testes, sed non inter parentes &c. lib 1. Emanuel* à Costa *in cap. si pater.part.3 in verb.priuare non possit. nu.11. vbi de communi quoq; testatur.* Molin *de iustit. tom.1 tractat.2.disputat.128. vers.an verò sicut,*
vbi refutato *Gomes.* affirmat hanc esse cõmu-
nem Doctorum sententiam. *Boer decis.240.*
160 *nu 22.in fin.* vbi ait in finalibus verbis, quod
ista est communis opinio, quæ non habet, nisi
vnum Curt Iun.repugnantem.*Gaill.obseruat. Imperial.lib.2.obseruat.112.nu.26.vers.quando ascendentes instituunt.Fagũdez de Iustit lib.6. cap.3.num* 10. admittunt *Fernand.Vasqu.de success.creat lib.3.§.21.num.61.Mart.de success. legal.part.4.quæst.7.artic.1.à nu.17.*

Ratio sane principalis ea esse videtur, quia
161 hæc species testamẽti inter liberos fuit prin-
cipaliter inducta fauore parentum, & nõ filio-
rum,quia verba *d.§.ex imperfecto* non fuerunt
relata ad liberos, sed ad parentes, fuit enim
dispositum, quod ex testamento imperfecto
162 valeat voluntas parentum in filios. Sed vo-
luntas liberorum inter parentes, non est volũ-
tas parentum inter liberos. & de qua est facta
dispositio, vnde stante rationis diuersitate lo-
163 cum habere nõ potest regula correlatiuorũ,
*iuxta glos.& Doctores in l.curatorem. C.de interdict.matr.inter pupill.*Ias.*in l.transigere. nu.2. C.de transact. & in l.qui condemnare. numer.9. ff.de re iudicat.*Dec.*in l.1.num.9. C.de in ius vocand.*Ruin.*consil.174. num.9. vol.1.* Ias.*in l.fin. num.18.& seq. C.de indict. viduit, tollend.* cum
pluribus alijs relatis *per Euerard.in sua topic. centur 76.vers.præmissa tamen limita &c.et per Ant.Gabr commun.conclus lib.6.titul.de legibus conclus.3.nu.51.*

Quare non est curandum *de Curt. Iun.in d.§.ex imperfecto. num.4.* & quotquot eum se-
quuntur, cum in hoc *Curt.*passim per DD.im-
164 probetur, cum communis opinio sit contra
cum, quæ etiam in puncto iuris est verior, quid-
quid dixerit *Iul.Clar.lib.3.quæst.12. vers.vlterius quæro,* vbi ait hanc opinionem propter
auctoritatem DD in practica esse tenendam,
licèt sibi in puncto Iuris contraria fortè verior
165 videtur &c. Nam quomodo potest id subsi-
stere, quod in puncto Iuris ista opinio non sit
verior, nonne? expressè probant verba textus
in d.§.ex imperfecto, ibi, *inter solos liberos*, quæ
166 dictio, solos, omnes alias personas excludit.
cap.Monachi.de stat.regular. can.illud 7. quæst. 1.can.in omnibus.distinct.81.can.si solus CHRISTVS.distinct.5.l.his solis.C.de reuocand.donat.
167 Nec me latet, verbum illud (solos) non ex-
cludere personas similes, sicut est pater, & fi-
lius, *vt per Ias in l.1. numer.2. C.de bon.possess. contra tabul.* & quantumuis sit exclusiuum, &
168 taxatiuum, non tamen excludit casus simi-
les, vbi est eadem ratio. *vt ibi latè per Ias. & glos.Bart. cæterique in l.ob æs. C.de præd. minor.*
excludit quidem dissimilia,sed nõ similia.*Bald. in l.nullus.in fin.C.ad leg.Iul.Maiest.* Rota *coram bon.mem. Pirouano decis.530.num.4 versic. proprietas verbi (solus) non est talis, vt semper possit excludere &c. part.4.recent.tom.3.* Nam
respondetur, quando adest diuersitatis, & dis-
169 similitudinis, ac inæqualitatis ratio, vt est ca-
sus noster, numquam illud verbum, solus, ca-

pit

pie similes casus, vt iu puncto optimè ratioci-
natur *Magdal. de numer. test. part.* 1. *d.cap.* 16.
num. 195 *cum multis ibi allegatis*.
Verum tamen est, licet descendentes mi-
170 nus solemniter nullatenus possint testari in-
ter ascendentes, nihilominus poterunt testari
inter eos, cum quinque testibus, nam indubita-
ti iuris est, testamentum illud validum esse cũ
171 quinque testibus, quando in eo hæredes in-
stituuntur venientes ab intestato. *text. est in*
d.l.hac consultissima.§.si quis autem. C. *de testam.*
& tradunt Bart. in l.militis.§.veteranus ff. de mi-
litar.testam. Salicet. Bald Angel. & alij DD in
d.§.si quis autem. Alex. *in consil.* 104. *numer.* 3.
vers. si venientes ab intestato &c. lib. 2. cum alijs
allegatis *per* Card. Manric. *de conjectur. vltim.*
volunt. lib. 2. *titul.* 15. *num.* 18. *vers. quamuis te-*
stator hoc dixerit coram quinque testibus &c.
adde *Surd. decis.* 128. *nu.* 3. *vers. sufficit, si coram*
quinque testibus &c. Mart. *de success. part.* 4. *q.* 4.
artic. 1. *numer.* 53. *vers. cum illud etiam coram*
172 *quinque testibus &c.* & in puncto, quando
descendens instituit hæredem ascendentem,
differit *And. Gaill. Obseruat. Imperial. lib.* 2. *ob-*
seruat. 112. *nu.* 26. *vers. quinque requiruntur &c.*
Atque hæc dicta sufficiant incidenter circa
testamentum militis, & conditum à patre in-
174 ter liberos, quæ cũ reperiantur libera à vin-
culis iuris ciuilis, sicut testamentum ad pias
causas ordinarum, de quo hic agimus, Vnde
sicut illa, valida, & seruanda veniunt si scripta
175 reperiantur à milite, vel à patre, quantum-
uis nulli testes fuerunt in tali scriptura adhibi-
ti, cum eorum manus possit probari per testes,
eas notas habentes, quamuis non interfuerint
176 confectioni, ita quoque dicendum veniat de
hoc nostro testamento condito ad pias causas,
cum vt dixi pariter exemptum à vinculis iuris
ciuilis reperiatur, itaque recognita manu sic
177 disponentis per testes eam notam habentes,
quia eum viderunt sæpe scribere, omnino talis
voluntas executioni demandanda veniat, vt
dicam infra.
Quamobrem non obstant, quæ superius ad-
duximus in contrarium supra à *num.* 11. & præ-
sertim nullum testamentum quantumuis pri-
178 uilegiatum substineri, nisi saltem duo testes
interuenerint, quia respondetur Id quidem
verum esse ad effectum probationis, quando
seclusa est omnis alia via probandi testatorem
179 disposuisse, vel ad pias causas, aut iure mili-
tari, siue inter liberos, nam sic & non aliter
potest saluari dicta opinio, cũ aliàs testes præ-
180 sertim in testamento pio, nullatenus requi-
rantur ad substantiam, & solemnitatem eius,
vt sæpius iam deduxi, & præsertim supra *cap.* 1.
181 *à numer.* 1. vbi habes interpretationem tex-
tus *in cap. relatum. el* 1. *de testament.* qui prima
facie videtur requirere omnino præsentiam
182 duorum testium &c. Nec est curandum de
Alex. in consil. 76. *num.* 15. *lib.* 3. allegato supra
pro contraria opinione, & secuto *a Ias. in con-*
sil. 184. *num.* 3. *lib.* 2. quia *Alex.* in hoc passim
183 à DD. reprobatur, tum quia est sibi contra-
rius, nam aliter consuluit *in consil.* 4. *numer.* 3.
vol. 7. tum quia fundatur super text. *in §. etsi*
tantum. auth. de testament. imperfect. qui non
184 facit ad propositum, prout bene aduertit
Rota coram Achill. de Graß. decis. 301. *aliàs* 1. *de*
testament. vers. ex quibus dicebatur non curan-
dum de Alex. in consil. 76. *vol* 3. quia est sibimet
185 contrarius &c. sicuti nec pariter curandum
est de *Socin. Iun. in consil.* 189. *numer.* 74 *lib.* 2.
etiam supra adducto, quia eius opinio, vt con-
186 stat ex supra deductis, iuribus nõ potest sub-
sistere, vnde dixit *Rota decis.* 74 *num.* 20. *par.* 2.
diuers. talem Socini sententiam expresse con-
uinci falsam.
Nec pariter obstat illud aliud argumentum
supra deductum *num.* 18. nempe fauorabili-
187 bus causis ita debeat fauor exhiberi, vt cæ-
teris non fiat iniuria, & quod non possit con-
stare de voluntate ad pias causas testantis per
188 eius simplicem scripturam nullo in eo adhi-
bito teste, si talis scriptura à parte in contro-
uersiam deducatur, vnde non constito de te-
189 stamento, nullatenus potest asseri fuisse con-
ditum ad pias causas, cum qualitas non possit
stare sine subiecto &c. quia vnico respondetur
verbo, prædicta quidem vera esse, sed proce-
dere, quando testator manu aliena confecit
testamentum, secus si propria, et de ea doce-
tur per testes habentes notam illam, quia vi-
derunt testatorem sæpe scribere, vtique legiti-
mè cõstito de certitudine manus piè testantis,
190 non potest asseri, nequaquam cõstare de eius
mente, cum tota vis testamenti pij consistat in
ipsa voluntate testatoris, qualitercumq; pro-
bata secundùm terminos iuris naturalis gen-
191 tium vt sæpè iam dixi. Nec refragatur quid-
quid, sensit *Card. Mantic de conjectur. vltim.*
volunt. lib. 6. *titul.* 3. *à num.* 9. *supra adduct. nu-*
mer. 17. quia vt apparet ex relatis fundamẽ-
tis, eius opinio non habet subsistentes ratio-
nes, et iam dixi supra.

ARGVMENTVM.

Subscriptio operatur approbationem omnium contentorum in scriptura subscripta, quod procedit, etiamsi subscriptio fuerit facta, per apices verborum, quæ denotant nomina subscribentium, et maximè de stylo Mercatorũ, et idem intellige, si nesciens scribere, apponat aliquod signum, veluti crucis &c. Ampliatur etiam prædicta conclusio, vt procedat, licet quis nec scripserit, nec subscripserit scripturã, sed alius eius nomine, et mandato scripserit, vel subscripserit.

Subscribens perinde habetur, ac si totam scripturam scripsisset, et sic an intrent in hoc casu statuta loquentia de scribente, vt procedant etiam in subscribente; Testamentum

factum

factum per relationem ad cedulam, vt valeat, cum requiratur vt sit scriptum de manu testatoris, an huic requisito dicatur satisfactum, si testamentum sit tantum subscriptum à testatore.

Scripturam subscribens tunc censetur approbare contenta in ea, si habuit notitiam contentorũ in illa, & sic dum per eum fuit perlecta, nam stante eius ignorantia, quæ in dubio præsumitur, quis non obligatur ad aliquid, & infertur ad subscribẽtes cedulas albas, qui nisi fuerint certiorati de scribendis in eis, tunc eis talis subscriptio non nocet.

Concluditur tamen, quod cum scire id quis præsumatur, quod tenetur indagare, id sibi imputet, si oscitanter absque lectura subscripserit, cum scire, et scire debere paria sunt, & allegãs ignorantiam crassam non auditur, & quid debeat probare vt ei subueniatur.

SVMMARIVM

191 *Testamentum conditum ad pias causas scriptum per testatorem valet absque alia solemnitate.*

192 *Subscribens aliquam scripturam, censetur approbare omnia in ea contenta.*

194 *Subscriptio vt operetur suos effectus, sufficit etiam vt fiat per apices verborum, quæ denotẽt nomina subscribentium.*

195 *Quod maximè procedit, de stylo Mercatorum.*

196 *Illiteratus nesciens scribere, si apponat in scriptura aliquod signum quod postea recognoscatur esse suum, illud probat, ac si esset facta subscriptio.*

197 *Illiteratus non debet esse melioris conditionis, quàm literatus.*

198 *Scriptura probat contra aliquem etiamsi ab alio sit scripta, & subscripta, si de illius ordine scribens, & subscribens id fecerit.*

199 *Scribere, & subscribere per se, vel per alium ipsius nomine paria sunt.*

200 *Subscribens censetur propriè scribere. & numer. 205.*

201 *Subscribens perinde habetur, ac si totam scripturam scripsisset. & nu. 216.*

202 *Subscriptio facit, quod propria subscribentis scriptura dicatur.*

Scribere aliud est, & aliud subscribere. numer. 202.

203 *Subscribere, idem est, quoad approbationem, quam scribere. & nu. 204.*

204 *Statutum, si loquatur de scribẽte, locum etiam habet in subscribente.*

207 *Et quamuis multi DD. contrarium sentiant, cum statuta sint strictè intelligenda, tamen passim reijciuntur.*

208 *Nostra omnia facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur.*

209 *Subscribens scripturæ se, vti testis, non censetur approbare eam, nec sibi præiudicat.*

211 *Testator si testamentum subscripserit, perinde est, ac si in totum esset scriptum.*

212 *Testamentum factum per relationem ad cedulam valet, & tenet, & ista opinio est æquior. numer. 213.*

214 *Testamentum per relationem ad cedulam, vt valeat, debet esse scriptum manu testatoris. & quare. nu. 215.*

215 *Testamentum per relationem ad cedulam, valet etiamsi tantum sit subscriptum per testatorem.*

217 *Testator referens se ad scripturam ab eo tantum subscriptam, valet tale testamentum, tamquam totum esset ab eo scriptum.*

218 *Subscriptio generalis sufficit, quo ad approbationem totius scripturæ.*

219 *Testamentum per relationem ad cedulam satis valet, & tenet, dum ex legitimis probationibus satis constat de identitate cedulæ.*

220 *In Testamento condito ad pias causas, sola subscriptio testatoris sufficiens est. & nu. 221.*

222 *Quod procedit, quamuis nulla alia solemnitas interuenerit.*

223 *de Testamenti pij validitate non est dubitandum, si illud reperiatur subscriptum à testatore, quamuis nullus adsit testis.*

224 *Scripturam subscribens, tunc censetur eam approbare, quando constat per eum fuisse lectã.*

225 *Subscribens, si scripturæ tenorem ignorauerit, sibi non præiudicat subscriptio.*

226 *Et id potest prodesse innocentibus Aduocatis, qui aliquãdo subscribunt, absque eo quod perlegant suas responsiones.*

227 *Subscribens cedulam albam, nisi sit monitus de scribendis in ea, non censetur aliquid confirmare. & nu. 228.*

228 *Quod est notandum pro Ciuitatibus, & Terris mittentibus cedulas vacuas subscriptas suis Dominis.*

229 *Cedulam albam subscribens, non videtur approbare ea, quæ postea scribuntur, quia tunc subscriptio non præiudicat.*

230 *Subscribens folium album non tenetur executiuè vigore obligationis Cameralis. & quare.*

231 *Obligatio Cameralis præsupponit, quod illa, ad quæ quis vult se obligare, sint iam scripta. & ideo apponitur clausula, Pro quibus omnibus &c.*

232 *ad Præiudicij effectum requiritur plena certa, & indubitata scientia.*

233 *Subscribens, quod ignorauerit contenta in scriptura subscripta ab eo, cui incumbat onus id probandi.*

234 *Ignorantia in dubio præsumitur, vide numer. 248.*

235 *Ignorantia est actus putatiuus, habens negatiuam annexam, quæ negatiua est de iure improbabilis.*

Scientia ponit, & affirmat, & sic probari potest num. 235.

236 *Ignorantia in dubio præsumitur, nisi concurrant coniectura pro scientia.*

237 Subscribens præsumitur habuisse scientiã contentorum in scriptura, si in subscriptione asserat visis, & lectis &c.

238 Scientiam, quod subscribens habuerit de contentis in scriptura, si quis asserat, id per asserentem est probandum.

239 Subscribens præsumitur habuiße notitiam omnium contentorum in scriptura, & si ipse alleget ignorantiam, id ipse tenetur probare.

240 Subscribens, nisi docuerit se fuisse deceptum ad subscribendum, semper ei obstabit subscriptio. & numer. 241.

241 Subscribens se in folio albo in dubio præsumitur habuisse scientiam de scribendis in eo.

242 Scientia eo ipso præsumitur in subscribente, dũ se subscripsit tali scripturæ. & nu. 243.

244 Ignorantia etiam probata, quando subscribens dicatur sibi præiudicasse.

245 Testamentum subscribens censetur habuisse notitiam omnium contentorum in eo.

246 Quæ conclusio multò magis procedit, quando constat testatorem esse virum satis diligentem, & cautum in perscrutandis negotijs suis.

247 Agere nemo præsumitur velle negotia propria oscitanter, & incogitatè.

248 Subscribere nemo censetur voluisse scripturã absque prævia lectione.

249 Ignorantia semper præsumitur, donec non probetur scientia.

250 Id tamen procedit regulariter, sed non generaliter.

251 Scire, id quis præsumitur, quod aliàs indagare tenetur, de qua conclusione numquam est obliuiscendum.

252 Pastor non excusatur, si lupus oues comedat, cum teneatur eas custodire, & tunc in vanum allegatur ignorantia.

Tutor cum teneatur scire facta pupilli, an audiatur allegando ignorantiam.

253 Scire, vel scire debere paria.

254 Scire, quod debet, si quis non inuestigauerit id allegando, allegat ignorantiam crassam, & supinam.

Ignorantia craßa, & supina, habetur loco scientiæ.

255 Ignorantiam crassam, qui allegat, detegit propriam turpitudinem, dum nescit id, quod tenetur scire.

Ignorantiam supinam allegans non est audiendus.

256 Ignorantia non iusta, non verisimilis, non probabilis, dicitur nequitia.

Ignorantia, nec in facto alieno excusat, vbi quis tenetur inuestigare

257 Seu, vbi quis de facili certior fieri poterat.

258 Culpa reddit ignorantiam inuincibilem.

259 Metus non excusat, vbi præcedit culpa.

260 Subscribens, si fuit negligens in perscrutando id quod cõtinebatur in scriptura ab eo subscripta, id sibi imputet.

261 contra Negligentes omnia iura clamant.

Æquitas nulla est, quæ subueniat negligẽtibus.

262 Negligentibus nullatenus est ignoscendum.

Commodum ex propria culpa quis non debet sentire.

263 Subscribens debet legere, vel legi facere scripturam ab eo subscribendam.

264 Aliàs ei incumbit onus probandi, quod non legit, sed fidem habuisset verbis eius ad cuius instantiam subscripsit.

265 Scriptura subscripta, semper contra subscribẽtem loquitur, donec ipse concludenter non probabit errorem.

266 Subscribens, dum conqueritur se fuiße deceptum ad subscribendum, semper obstat turpis macula negligentiæ.

267 Subscribentes vigili oculo stent, dum subscribunt. & quare.

Laqueos qui cauet, securus erit.

268 Subscribentes absque lectione scripturas multi in diuersis præcipitijs ceciderunt.

269 Errores non iuuat fateri mersa iam puppi.

270 Damnificari non poteſt, qui in omnibus agit prudenter cautè.

271 Inuentarium non conficientes bonorum hæreditariorum, etiamsi id ignoranter prætermiserint, tenentur de proprio, dum hæreditas sat non est &c.

272 Subscribentes non ita facile credant, ne inscie postea obligationibus, alijsque infortunijs se reperiant illaqueati.

273 Fidem habendo pecunia amittitur, diffidendo seruatur.

274 Confidere paucis bonum est, sed confidere nulli, melius est.

275 Bona sunt mixta malis, & mala sunt mixta bonis.

276 Subscribens, si absque lectura subscribat scripturam, quia credidit valde proximo, vel magno amico an excusetur, si postea reperiatur deceptus. & nu. 277 & 278.

279 Imol. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus ff. de verb. obligat. communiter reprobatur.

280 Verbum, fortasse importat dubitationem.

281 Testis deponens per verbum, forsitan, nihil cõcludit, quia videtur dubitatiuè deponere.

282 Iurisperiti etiam aliquando per verbum, fortè, soliti sunt decidere.

CAPVT XXVI.

Coronata cum iam ex supra adductis appareat celebris illa conclusio, quod testamentum cõditum ad pias causas si reperiatur scriptum manu testantis satis superque sit validum etiamsi nullus adhibitus fuerit testis, & nunc in præsenti cap. operam dabimus prædictam conclusionem extendere, vt procedat. Non solum, quando testamentum ad pias causas fuit scriptum à testatore, sed etiam quando fuit scriptum ab alio, verùm à testatore tantùm subscriptum, nam recognita dicta subscriptione, vti manu testatoris, id

192

transit sine pugna. Satis enim vulgata est illa
Iuris regula, scilicet subscribentem cẽseri om-
193 nia in scriptura cõtenta approbare, ac fateri.
l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. l. si stipulatus. §.
Chrisogonus. ff. de verb. obligat. leg. prima. § 1. ff. de
constitut. pecun. l. sicut §. non creditur. ff. quib.
mod. pign. vel hypotec. solu. l. 1. §. inter filium. ff. ad
leg. Cornel. de fals. §. 1. Institut. de empt. et vendit.
auth. quod sine C. de testam. iuncta auth si modo.
C. famil. ercisciund. l. si epistolam. vers. subscriptã.
ff. de acquir. hared. l. si quis ex argentarijs. §. 1.
vers. subscribere. ff. de edend. Sic quoque tenue-
runt Bald. in d. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. &
ibidem Angel. Fulgos. Castrens. Ias. cæterique
scribentes Idem Bart. in l. qua dotis. ff. solut. matr.
et ibidem Alex. col. penult. vers. successiuè in quan-
tum. Bald. in rub. de fid. instrument. num. 7. et in
cap. cum Ecclesia. col. 1. vers. cum si Canonice. de
elect. Ang. in d. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus
versic. et sic nota ff. de verb. signif. Purpurat. in l.
admonendi. num. 167. ff. de iureiur. Paris. cons. 83.
num. 3. et consil. 94. num. 5. & consil. 103. nu. 57.
lib. 1. cum alijs copiosè relatis per Anton. Gabr.
in suis conclus. lib. 1. titul. de præsumpt. conclus. 3.
nu. 1. & per Iacob. Menoch. in tractat. de præ-
sumpt. lib. 3. præsumpt. 66. à nu. 1. & per Ioseph.
Mascard. in tract. de probat. tom. 3. conclus. 1341.
à num. 1. Sigismund Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11.
num. 1132 vers. subscriptio trahit ad se totum ef-
fectum scripturæ &c. Hierom. Buccaferr. con-
sil. 90. num. 21. vers. in via iuris communis eiusdẽ
virtutis est subscribere, quàm scribere &c. Lælius
Altograd. cons. 38. num. 12. vers. subscriptio scri-
pturæ etiam aliena manu scripta attenditur, &
obligationem inducit eo modo, quo est concepta
Carol. Ant. Mocc. in Sylu. cas. forens. cap. 3. nu. 5.
vers. non dari aliquam essentialem differentiam
inter scribere, & aliena manu scriptum, subscri-
bere &c. Ioseph. Vela discert. Iuris controuers.
discert. 23. n. 19 vers. solum subscribat alio scri-
bente &c. Sigmund. Scacc. de Camb. §. 2. glos. 3.
n. 1. vers. tantum est, quod scribat, & subscribat
quantũ quod subscribat &c. & sæpe sæpius res-
põdit Rota, et præsertim in recent. decis. 30. n. 3
vers. sufficit. quod sint ab ipso subscripta part. 1.
& decis. 21. num. 8. vers. subscriptio operatur con-
fessionem, et approbationem &c. part. 4. & decis.
302. num. 6. vers. per subscriptionem acceptarunt
omnia &c. part. 5. & decis. 159. num. 11. vers.
subscribens censetur approbare omnia &c. part. 6
et decis. 187. num. 5. vers. subscribens fatetur ex-
pressè, omnia contenta in apocha esse vera &c.
part. 7. et coram bon. mem. Buratt. decis. 419. n. 8.
vers. per quam subscriptionem censetur omnia
approbasse &c. cum alijs allegatis in causa Ro-
mana Pecuniaria 13. Maij 1644. coram Emi-
nentiss. D. Card. Cecchino. §. Nec fides. vers. sola
enim subscriptio, operatur vt omnia in epistola
contenta ab ipso scripta dicantur &c.
Sufficiunt etiam apices verborum, quæ
194 denotent nomina subscribentium, & maxi-
mè de stylo Mercatorum, nam ea sat sunt, vt
vt per sic subscribentes, dicatur approbatum
quidquid in scriptura subscripta habetur, pro
195 vt ex stylo Mercatorum, per attestationes
eorumdem datas, fuit resolutum in causa Ro-
mana Discussionis bonorum 26. Iunij 1630. co-
ram Coccino & in alia Romana Cambiorum
4. Iulij 1636. coram eodem. §. Nec obstat. vers. in
literis adsunt isti apices F. B. R. A. quæ deno-
tant &c. Stat ergo firmum per solam subscri-
ptionem, censeri quem contenta in scriptura
approbare.
Et iterum id amplia procedere, si illitera-
tus nesciens scribere, apponeret aliquod signũ
196 quod postea recognosceret, esse suum, arg.
l. optimam C. de contrahend. empt. et melius in
l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus, ibi assignante
&c. ff. de verb. obligation. Rebuff. de chirograph.
et sched. recognit. in proœm. numer. 58 vers. item si
illiteratus nesciens scribere apponeret aliquod si-
gnum &c. Aliàs enim illiteratus esset melio-
197 ris conditionis, quàm literatus arg. l. ser-
uius. ff. quod vi aut clam. cap. cum qui. de præ-
bend. in 6.
Ampliari denuò poterit suprarelata con-
198 clusio, vt intret etiamsi, quis non scripserit,
nec subscripserit scripturam, si tamen ab alio,
eo mandante fuerit scripta, et subscripta no-
mine illius, cum in iure paria sint scribere, vel
subscribere per se, sine manu propria, et scri-
199 bere, vel subscribere per alium ipsius nomi-
mine, vel alterius scripturæ subscribere, ad
text. in l. diuus Claudius. §. item, ibi videri enim
ipsius domini manu scripta, cuius voluntate ea
scripta sunt. ff. ad leg. Cornel. de fals. et l. fideius-
sor. §. pater. ibi chirographum præscriberet sua
manu filius quod ipse impeditus esset scribere &c.
ff. de pign. et l. libellos. ibi, subscribere debet is, qui
dat libellum, vel alius pro eo, si literas nesciat. ff.
de accusat. Aym. consil. 71. num. 1. Menoch. præ-
sumpt. 66. sub num. 9. lib. 3.
Prædictæ vero conclusionis ea videtur esse
200 ratio, quia scribens censetur propriè scribe-
re, & qui subscripsit perinde habetur ac si to-
201 tam scripturam conscripsisset. d. l. emptor §.
Lucius ff. de pact. et d. l. sicut. §. nõ viditur. ff. quib.
mod. pign. vel hypotec. soluat. Dec. d. cons. 115. n. 4
vers. comprobatur. Ias. in d. §. Chrisogonus. nu. 3.
perpenditque Rota coram bon. mem. Penia
decis. 433. nu. 3. vers. subscriptio idem operatur, ac
si tota scriptura esset à subscribẽte exarata &c.
Nec non subscriptio facit, quod propria sub-
202 scribentis scriptura dicatur, & licet verum
sit quod aliud sit scribere, & aliud subscribere.
l. Diuus §. item Senatus ff. ad Leg. Cornel. de fals.
l. si ego. § dotis. ff. solut. matrim. Quod verò ad
203 approbationem idem operatur subscriptio,
quàm scriptio. Rot. Ianuen. decis. 146. & 117.
Et quod subscribens censeatur propriè, &
virtualiter scribere omnia contenta in supe-
riori scriptura, & demum subscriptionem idẽ
204 operari, quàm propriam scripturam, tradit
Natt. in consil. 287. num. 4. vers. quia subscribẽs
vide-

viditur scribere &c. Cephal.consil.272.num.85
vers.subscribentes censentur scribere &c. Osasc.
decis.Pedemont.36.nu.3. vers. subscribens cense-
tur virtualiter scribere omnia pracedentia &c.
Et insuper attestarur, Doctores ita communi-
ter tenere, & sensit Rota Ferrarien.penes Leon-
cill.decis.65.nu. 1. vers. subscribens dicitur vir-
tualiter scripsisse subscripta &c. ibiq. alios DD.
adducit.

Et amplia id procedere etiam stante Statu-
to loquente solum de scribente, nō autem fa-
205 ciente mentionem de subscribente, quia ni-
hilominus comprehendit etiam subscriptio-
206 nem, cum subscribens cēseatut propriè scri-
bere. Dec.in auth.si quis,in aliquo num.17.C.de
edend. cum alijs in puncto allegatis per Fenzon.
ad statut.Vrb.cap.83.nu.16 vers. pradicta pro-
cedunt etiam stante statuto loquente solum de
scribente &c. & quamuis multi conrrarium sē-
207 tiant, tamen male sentiunt, & passim reijciū-
tur et prasertim videatur Menoch. de prasump.
lib.3.prasumpt.66.num.12.vers. quibus constat
male sensisse Angel. &c.

208 Congruitqne trita iila regula, quod omnia
nostra facimus, qnibus auctoritatem nostram
impartimur. l.1. §. omnia. C. de veter.iur. enu-
cleand intellige tamen supradicta, nisi quis se
209 subscribat tamquam testis. quo casu sibi nō
præiudicat, nec censetut approbare subscripta.
210 l.Caius 36 ff.de pignor, act.cum similib. sed ne
vager à proposita materia,

Vnde in ipsis termi nis subscriptionis te-
stamenti factæ à testatore, vt probet perin-
211 de ac si in totum per testarorem tale testa-
mentum esset exaratum bene respondit Paris
consil.19.num.26.vol.3. Fernand. Vasqu. in
tractat.de success.lib.2.§.14.requisit.14.à nu.81.
nar.Valasc.decis.Regn. Lusitan.67.num.8. vers.
sufficere dictam chartam à testatore esse suscrip-
tam, licet non sit scripta propria eius mano &c.

Videmus enim, quod testamentum per re-
212 lationem ad cedulam valet, et tenet, (quid-
quid sit de rigore, et in puncto iuris pro vt nō
sine fundamento in hoc aliqua dicam infra)
que conclusio communis est, vt profitentur
plures relati per Guttier.pract.quastion. lib.2.
quaest.41.num.5.et per Dilect.de art. testand. ti-
tul.2.cautel.4.num.2. Modestin. Pistor.cons.31.
quaest.2.num.25.et perpetua constantia tenuit
Rota ex allegatis in Romana Testamenti. 19.
Nouemb.1635.coram Coccino confirmata sub
die 7. Aprilis 1636. coram Eminentiss. D, Card.
O ctobono, vbi testatur perpetuò hanc opi-
nionem vti æquiorem illud Sacrum Tribunal
213 secutam esse, ibique aliæ decisiones allegan-
tur, et addo decisionem in causa Perusina Te-
stamenti 15. Decembris 1642. corā R.P.D. Cerro
vbi aliæ referuntur &c,

Requiritur tamen, vt testamentum supra-
214 dicto modo conditum subsistentiam habeat,
sit per ipsum testatorem scriptum, vt inquit
Bart. auctor dictæ opinionis in l. si ita scripsero.
vers. hoc dico verum esse ff. de condit. et demon-
strat. Corn. in l.hac consultissima. §. per nuncu-
pationem, num.3. C. de testament. cum liquidò
constare debeat talem scripturam, seu cedulā
214 ad quā se retulit testator, sit illa certè, et in-
dubitatè alias dispositio est penitus nulla, ac in
totum corruit. Clar recept.sentent.§. Testamen-
tum quaest.36.num.2. in fin. vers. dummodò li-
quidè constet dictam cedulam esse illam &c. cū
alijs allegat. ibi in addition. per Harpr. in litera
B. vers. apertè cōstet. quod dicta schedula sit scrip-
ta manu testatoris, &c. et addo Card. Mantic.
de coniectur.vltim.volunt.lib.1. titul.7. sub n.7.
vers.quando indubitatè constat dictam scriptu-
ram &c.

Nihilominus supradictæ sentētiæ satis erit
215 satisfactum, quātumuis dicta scriptura alie-
na manu reperiatur scripta, si tamen ab ipso
testatore fuerit subscripta, et sic quando talis
subscriptio erit indubitata locus sanè erit su-
prarelatæ opinioni Bart. in d. l. si ita scripsero.
licet ipse requirat scripturam esse propria ma-
nu testatoris exaratam, Nam subscribens cen-
216 setur propriè, ac virtualiter scribere omnia
contenta in superiori scriptura, vt satis dixi
supra num.195. et in proprijs terminis testa-
toris, qui se retulit ad scripturam ab ipso tan-
217 tum subscriptam, vt valear tale testamentū
perinde ac si tota scriptura illa esset ab eo pro-
pria manu exarata, respondit Rota coram
bon mem. Coccino in causa Romana Testamēti
9. Decembris 1620. quam retuli in recent. decis.
263.num.12.vers.perinde est, ac si tota scriptu-
ra &c.part.4.tom.2. vbi etiam fitmatur ad hoc
218 sufficere generalem subscriptionem], veluti,
Io Francesco Penna mano propria. et post ibi
allegatos DD. attestatur hanc esse communē
opinionem, quæ decisio deinde confirmata
fuit à Rota, in eadem causa coram bo. me Fran-
cisco Vbald. sub die 14 Decemb. 1624. est pariter
in recent.dec.581.part.4.to.3. vide infra à n.270

Non nego ramen, si testamentum non sit
219 totum scriptū, vel subscriptū à testatore, ex
hoc cessare suprarelatā opinionē, quia constito
ex alijs probationibus, et coniecturis legitimis
de identirate scripturæ, sanè intrat dicta opi-
nio, ex allegatis in illa Romana Testamenti 19.
Nouemb. 1636. coram Coccino, et infra latius
dicam.

In terminis verò testamenti conditi ad pias
causas, vt in eo sola subscriptio manu testato-
ris facta, vim testamenti habeat, quæ quidem
220 subscriptio non plus operatur, quàm tota
scriptura ipsius testamenti, ratiocinarus est Ti-
raquell.de priuileg pia causa priuileg. 4. per tot.
vbi etiam, vide Ricc. & Thor. ibi in addition.
Gratian. discept forens cap.605.nu. 20. vers. su-
mus in dispositione ad pias causas sufficit sola sub-
scriptio &c. Sic quoque sæpius resolutum fuit
221 in Rota, et potissimum coram bon mem. Litta
in causa Mediolanen. Bonorum de Cusanis, 4.
Februar. 1606, in qua actum fuit de simplici

ſchedula teſtamentaria inſtitutionis Hoſpita-
lis, ſubſcripta tantum per Cardinalem Cuſa-
num, et fuit reſpõſum, pro inſtitutione, quam-
222 uis nulla alia ſolemnitas interuenerit, idem-
que fuit decíſum in cauſa Romana Hæreditatis
5. Martij 1636. coram Motmanno. eſt in recent.
deciſ. 108. num. 13. verſ. ad fauorem piæ cauſæ
ſufficit teſtatoris ſubſcriptio &c. part. 7. et atte-
ſtatur hanc opinionem vti veriorem, et magis
communem amplecti per Rotam, & recentius
fuit admiſſum coram Reuerendiſſ. Terracinen;
in cauſa Fanea Hereditatis 17. Iunij 1641. §. 1.
vbi firmatur, non eſſe dubitandum de validi-
tate teſtamenti conditi ad pias cauſas, quan-
tumuis ſit ſimplex ſcriptura ſubſcripta à te-
223 ſtatore ſine teſtibus, et in illa deficiant ſo-
lemnitates, quæ ex iuris diſpoſitione fuiſſent
neceſſariæ quia conſtito, ſeu recognita dicta
ſubſcriptione, aliud non eſt quærendum.

Verùm illud animaduertendum puto, vt
224 tunc ſubſcribens ſchedulam habeatur pro
ſcribente, & approbante ſuperius ſcripta, quã-
do conſtat ei fuiſſe lecta, vel vidiſſe contenta
in ſcriptura, tunc enim ſubſcribendo, habetur
vt dixi, pro ſcribente, alias verò ſi non legerit,
225 aut ſcripturæ tenoris notitiam non habue-
rit, hoc enim caſu ſubſcriptio, ei nõ præiudicat,
ita ſancitum eſt in l. fin. C. plus valer. quod agi-
tur & ibi communiter Scribentes. Angel. in l. ſi
ita ſtipulatus. 126 §. Chriſogonus. num. 2. in
princip. ff. de verb. obligat. vbi Imol. nu. 10. verſ.
Item nota. Alex. num 2. verſ. in textu. facit etiã
text. cum gloſ. in l. Caius. ff. de pign. action. et leg.
1. §. mandauerit. ff. quod iuſſ. et cap. ſi quis præs-
byterorum de reb. Eccleſ. non alienand. Bertac.
in tractat. de Epiſcop. lib. 3. part. 1. vers. ſciendum
dicens, ſe pluries ita conſuluiſſe. Rebuff. in tra-
ctat. de chirog. et cedul recognit. in præfat. n. 102.
vers. nec obligatur ſubſcribens niſi legerit conten-
ta in ſcriptura præcedente, cum ſe ſubſcribit &c.
Et in fine ait, Quod id poteſt prodeſſe innocẽ-
226 tibus Aduocatis, qui aliquando ſubſcribũt,
antequam aliquid de cõtentis videant, tutius
eſt tamen videre &c. Card. Alban. in lucubrat.
ad Bart in d. l. Caius, et in l. quæ dotis. ff. ſolut.
matr. ad hoc etiam expenditur text. in l. tribus
§. fin. ff de militar. teſtament. Menoh. de præſũ-
ption. lib. 3. præſumpt. 66. num. 21. cum ſeq. Barz.
decis. Bononien. 112. num. 12. vers. iſto caſu, re-
cteq. aduertit Rota decis. 282. nu. 28. vers. ſub-
ſcriptio probatur facta non lecta ſcriptura, nec
habita notitia de contentis in ea, et ideo non rele-
uat &c. part. 5. cum ibi allegatis, quod procedit
etiamſi ſubſcriptio facta ſit cum iuramento,
vt probat Gutter. in tractat. de iurament. con-
firmat. part. 1. cap. 71. num. 1. cum alijs adductis
per Rotã coram R.P.D. Vrgellen. decis. 252. n. 4.
vers. etiam quod ſubſcriptio fiat cum iuramento
&c. part. 2.

Quare ex ſupra relatis iuribus tutò, & com-
muniter inferunt Doctores, quod ſubſcriben-
227 tes ſe in ſchedulis, ſeu ſcripturis vacuis, non
cenſentur aliquid confirmare, niſi ſit præmo-
nitis de ſcribendis, quod ſummè notandum
putat Bald. in d. l. fin. C plus val quod ag. Iaſ. in
d. §. Chryſogonus, num. 13. poſt Angel. ibid. In-
nocent. in cap 2. quem ibi cæteri ſequuntur ext.
de fid. inſtrument. Felin. in cap. quoniam contra.
nu. 18. de probat. vbi etiam ex Bald. notat. pro
Ciuitatibus, Terriſque mittentibus cartas al-
bas ſubſcriptas eorum Dominis, quia non
228 cenſentur approbare ea, quæ ibi poſtea ſcri-
buntur dum eorũ notitiam non habent Mar.
Anton. Maceraten. Variar. Reſolut. lib. 2. reſo-
lut. 4 num. 7. vers. ſubſcribens folium album non
cenſetur approbare ea, quæ poſtea in eo ſcripta
ſunt &c. Io. Dom. Gait. in tractat. de Credit.
cap. 2. titul. 8. quæſt. 5. num 2626 vers. ſi debitor
recognoſcens ſubſcriberet folium album, non præ-
iudicaret recognoſcenti circa contenta in corpore
ſcripturæ &c. Arzeued. in recompilation. lib. 4.
titul. 21. lib. 5. nu. 9. Menoch. de præſumpt. lib. 3.
præſump. 66. num. 21. et dixit Rota coram bon.
mem Card. Seraph. decis. 1073. num. 1. idemq.
firmauit Rebuff. in tractat. de chirograph. et ſche-
dul. recognit. in d. præfat. num. 101. vers. nec in-
telligitur pars confirmare, quæ poſtea ſcribũtur
in papyro vacua &c. Ioſeph. Vela in ſuis diſſer-
tat. Iuris controuerſ. in Hiſpalen. Senat. diſſert.
25. num. 38. verſ multo minus ſi ante factam
ſcripturam, cedulæ vacuæ ſubſcripſit &c. & præ-
ter ibi allegatos addo Pellicien. Illuſtr. quæſt.
cap. 18. §. vltim. vers. limitatur in ſubſcribente
folium nam non cenſetur approbare, quæ poſtea
in eo folio ſcribuntur &c.

Vbi habetur, quod ſubſcriptio cedulæ ope-
ratur approbationem omnium in ea conten-
229 torum, ſed ſecus eſt in ſubſcribente folium
album, cum non videatur approbare ea, quæ
poſtea ſcribuntur, quia tunc ſubſcriptio non
præiudicat. alias ſecus, et coram bon. me. Penia
decis. 636. num. 4. et ſeq. vers. non obſtat folium
albũ &c. et coram re. me. Merlino in cauſa Bo-
nonien. de Beroaldis, 24. Ianuarij, 1624. eſt inter
eius impreſſ. decis. 90. num. 3. vers. folia vacua nõ
obligant ſubſcribentem niſi probatum fuerit &c.
cum alijs allegatis per R.P.D. Ferentill. in an-
notat. ad decis. Buratt. 419. num. 14. ver. & ideo
qui ſe ſcribit folio albo &c. Et hinc eſt quod ſub
ſcribens folium album non tenetur executiuè
230 vigore obligationis Cameralis, vel alterius
executiuæ obligationis in illo appoſitæ, cum
ſubſcribens non habuerit illius ſcientiam Ro-
deric. Suarez in repetit. l. poſt rem iudicatam. in
2. extent. num. 6. verſ. vade iaſcrt. C. de ſentent.
et re iudic. Aſinius de prax. titul. de execut. §. 1.
cap. 65. nu. 2. Zacch. ad Gall. de obligat. Came-
ral. quæſt. 5. num. 28. verſ. ſubſcribens folium
album &c. et ait id ſine dubio procedere in
terminis obligationis, quia præſupponit, quod
illa, ad quæ quis vult ſe obligare ſint iã ſcrip-
231 ta, quia cantat pro quibus omnibus &c. &
ideo illius executio non datur niſi pro expreſ-
ſis in instrumento

Ad

232 Ad effectum enim præiudicij certa, plena,
explicita, & indubitata scientia requiritur, vt
notatur *in l.de his.ff.de transact. glos. in cap.con-
certationi. in verb.sciuerit. de appellat.* quã glos.
auream appellarunt. Felin. *in cap. à nobis. col. 2.
de except. &* Natta *in consil. 636. num. 192. &*
Tiraquell. *de retract. lignager. §. 36. titul. Noti-
fice augresse opud acta glos. 2. numer. 30. & dixit*
Rota *coram clar. me.* Merlino *in causa Paemen.
Beneficij 31. Ianuarij 1642. §. Quoniam. vers.
requiritur scientia indubitabilis &c. cum alijs à
me relatis in annotat. decis. 542. nu. 92. 93. & 98.
part. 4. recent. tom. 3.*
Difficultas tamen non parua versatur, cui-
233 nam incumbat onus probãdi subscribentem
ignorasse, aut sciuisse cõtenta in scriptura sub-
scripta, & sanè, dum regulam babemus, quod
234 ignorantia in dubio præsumitur, *iuxta text.
in cap. præsumitur ignorantia. de regul. iur. in 6.
l. verius. & ibi glos. in verb. obligatam ff. de probat.
l. vltim. in fin. ff. pro suo. § non solum. Institut. de
legat. cap. proposuisti. §. abstinere. & ibi glos. in
verb. non probatur. circa med. 82. distinct.* & ra-
tio cur ignorantia in dubio præsumitur, est,
235 quia ignorantia est actus putatiuus habens
negatiuam annexam, quæ negatiua est de iu-
re improbabilis *l. actor. C. de probat.* sed scien-
tia ponit, & affirmat, meritò probari debet.
l. ei, qui dicit. ff de probat. & ita docuit Robert.
Marant. *in repetit. l. si potest. numer. 226. vers. &
potest esse. ff de acquir. possess.*
Quare, vt dicebam, cum ignorantia in du-
236 bio præsumatur, nisi aliæ coniecturæ cõcur-
rant, quod subscribens potuerit habere noti-
tiam contentorum in scriptura, vt quia dicere-
tur in subscriptione visis, & lectis &c. vel sub-
237 scribẽs habuisset scripturam apud se per ali-
quod tempus, aut huiusmodi, quia istis con-
currentibus præsumeretur scientia, istis, verò
cessantibus contrarium erit dicendum, nempè
vt præsupponatur ignorantia in subscribente,
238 donec probetur scientia, vnde eam allegans
subire tenetur onus probationis, ita in spe-
cie solidè firmare conatur *Imol. in d. l. si ita sti-
pulatus. §. Chrysogonus. vers. si verò non constat.*
& ait id constare *ex textu in d. l. fin. ff. quod plus
valet. qua agit,* & refert *Menoch. de præsumpt.
lib. 3. præsumpt. 66. num. 99. vers. quando non
constat subscribentem legisse, aut vidisse &c.*
Veritas tamen est in contrarium, & quidem
frequentiori Prudentum consensu amplexa, vt
scilicet subscribens censeatur habuisse notitiã
239 omnium contentorum in scriptura, & idcir-
co si ignorantiam alleget, ipse eam probare
tenetur. Vnde nisi docuerit, se fuisse deceptũ,
dum subscripsit, vt puta quia datum fuit ad
240 intelligendum, quod scriptura continebat
vnum, et postea continebat diuersum, semper
ei obstabit talis subscriptio, & ita firmãr *Bart.
in l. 1. § si quis neget. circa finem. vers. quæro, quid
si instrumentum. C. de reb. alien. non alienand. &
in l. qui dotis. ad finem. ff. solut. matrim. per text.
in l. sicut. §. non videtur. ff de stat. homin.* Alex. *in
consil. 147. sub num. 4. vers. dicens se fuisse decep-
tum ipse subscribens probet &c. lib. 2. Paul. de*
Castr. *in consil. 12. num. 10. vers. incumberet sibi
onus probandi, quod non legisset &c. par. 3.* Ruin.
*in consil. 193. num. 1. vers. qui hoc negat, probare
tenetur, quod non legit &c. vol. 3.* cum alijs alle-
gatis *per Ant.* Gabriel. *de præsumpt. conclus. 3.
num. 28. vers. in dubio præsumitur notitia in sub-
scribente &c. & per* Mascard. *de probation. vol. 3.
conclus. 1341. numer. 19. vers. si subscribens igno-
rantiã alleget, ipsum probare tenetur &c. Matth.*
Coler. *de process. executiu. cap. 1. part. 3. nu. 130.
vers. docendo scilicet, quod fuerit deceptus, neque
legerit instrumentum &c.* Cancer. *variar. reso-
lut. part. 1. cap. 22. titul. de Campsor. num. 2. vers.
Et hac nisi probet fuisse deceptum, aut inductum
ad subscribendum &c. cum alijs ibi allegatis. &
num. 3. vers. in dubio subscribens alicui scripturæ
censetur habuisse notitiam cõtentorum in ea &c.*
Et huic opinioni adhæruit sæpe Rota, *vt vi-
dere est in decis. 155. num. 4. part. 5. recent.* vbi fir-
241 matur, subscribentem se alicui scripturæ,
censeri approbare omnia in ea contenta, nisi
ipse doceat, se fuisse deceptum, vel dolo indu-
ctum ad subscribendum, & antea idem decisũ
fuit *coram bo. mem. Orano in causa Romana So-
cietatis officij 30. Octobris 1598. versic. videbatur
habuisse notitiam dum se subscripserat &c.* vbi
etiam firmatur, licet subscribens se in folijs al-
242 bis, ex hoc non possit inde argui certa scien-
tia in eo, contentorum in charta, tamen in du-
bio eius scientia præsumitur, & interim illi est
standum, donec contrarium fuerit probatum,
*& benè dixit Rota coram R. P. D. Vrgellen. de-
cis. 337. num. 16.* quod eo ipso probatur scien-
243 tia in subscribente, dum se subscripsit, & alle-
gatur *præter DD. ibi adductos* decisio *in causa
Pacen. Cappellania 27. Iunij 1625. coram re. me.
Merlino,* quam nõ reperio inter eius impressa.
Imo est casus, vt etiam probata ignorantia
contentorum in scriptura per subscribentem,
244 releuet, quando scilicet quis ex certa scien-
tia se subscripsit, his, quæ non vidit, nec sciuit,
vnde animus eius ferebatur etiam ad ignora-
ta, & sic censetur voluisse, vt valeant quæcũ-
que, & qualiacumque sint, quod perinde ha-
betur ac si legisset, ac sciuisset, *vt ex testib. in l.
qui iure militari. ff. de milit. testam. & l. sub præ-
textu specierum. C. de transact. et cap. humilis. de
maior. & obedient. probat* Paul. *de Castr. in con-
sil. 216. num. 3. incip. Confirmando. part. 1. versic.
quoniam ex certa scientia se subscripserunt &c.*
In puris verò terminis subscriptionis testa-
245 mentariæ cedulæ à testatore factæ, vt in eo
præsumatur scientia omnium contentorum in
ea, *post Alex. Castren. Felin. Ruin. & alios re-
spondit* Rota *in causa Romana Testamẽti 9. De-
cemb. 1620. coram bo. mem. Coccino, est dec. 263.
part. 4. recent. tom. 2. sub numer. 16. vers. nam fuit
responsum testatorem præsumi sciuisse, & legisse
contenta in cedula &c.* Nec non additur id
multò

246 multò magis procedere, quando constat te-
statorem fuisse personam diligentem, et solitũ
diligenter videre facta sua, quod etiam consi-
derauit *Ias. in d. l. si ita stipulatus. §. Chrysogo-
nus nu. 14. ff de verb. oblig.* Cum, et præsumptio
247 sit, neminẽ velle agere, quidquid gerit osci-
tanter, et incogitatè. *ad l. cum aquiliana. ff de
transact. et l. mater decedens. ff. de inofficios. testa-
ment.* et ratiocinatur *Rota coram bo. me. Merli-
no in causa Romana de Lurarghis* 11. *Maij* 1637.
versic. animus non agit incogitatum &c. et in
simili facit, quod inquit *Ioseph. Vela d. dissert.* 25.
num. 37. minimè præsumendum esse, neminẽ
248 propriam posuisse subscriptionem, absque
præuia chirographi lectione, imo id ab alle-
gante liquidò probare necessè est, ex ibi latè
allegatis.

Nec sanè obstat, quod supra *num.* 234. dictũ
249 fuit, nempe ignorantiam semper præsumi,
donec scientia non probatur, *cap. præsumitur
de regul. iur. in 6. cum simil.* quia facili negotio
250 respondetur id quidem procedere regulari-
ter, sed non generaliter, quare inter aliàs li-
mitationes dictæ regulæ, illa satis perspicua
est, vt scilicet non procedat, quando quis non
251 tenetur inquirere, nam sciro, quis id præsu-
mitur, quod aliàs indagare tenetur, sicuti pro-
bat *glos. in d. cap. præsumitur. de regul. iur. in 6. in
verb. præsumitur. vers. in his autem quæ quis sci-
re, vel indagare tenetur non habet locum hæc re-
gula &c. cap. innotuit.* ibi, *nec probare cogimus
ignorantiam, vbi glos. super d. verb. ignorantiam.
de elect. & ibi Abb. num. 9. vers. nota ibi nec pro-
bare.* aduertitque id nunquam esse obliuiscẽ-
dum, & benè hoc colligimus, *ex cap. quamuis.*
10. *de regul. iur.* vbi inclamat text. pastorem nõ
252 excusari, si lupus oues voret, cum teneatur
eas custodire. Quare si allegaretur ignoran-
tia, id perperam fieret, sicut etiam dicimus de
tutore, qui cum teneatur scire facta pupilli, nõ
auditur allegando ignorantiam, cum ratione
officij illa perquirere teneatur. ex allegatis
à Rota *coram bon. mem. Card. Vbaldo in causa
Nepesina Tutelæ* 11. *Decembris* 1624. & 27. *Iu-
nij* 1625.

Ratio enim est, quia paria sunt scire, vel
253 scire debere. *l. quod te. ff. si cert. petat. l. quisquis
ff. de rescind. vendit. l. fin. ff. vnd. vi. l. item quæri-
mus. § item. ff locat. l. 4. §. causa. ff. de edilit. edict.
l. quod te. ff si cert. pet. l. duo. ff. de acquir. hæred. l. si
Titius, & Seia, in princip. ff. de fideiuss. l. Iulianus,
ibi*, qui scire, aut scire potuisset. *ff. ad S. C. Ma-
cedon. l. Idem. §. Mulionem, ibi*, intelligit, vel in-
telligere debet. *ff. ad l. Aquil. l.* 1. *C. de pericul.
tutor. l. prohibere. §. vltim. ff. quod vi, aut clam. l. si
quis inficiatus. ff. deposit.*

Quinimo ex eo, quòd quis non inuestiga-
254 uerit, illud, quod scire debebat, allegando
ignorantiam, non solum dicendum est, ipsum
allegare ignorãtiam crassam, seu supinam, quæ
habetur loco scientiæ. *cap. cum qui.* 2. *de temp.
ordinand. cap. Apostolicæ.* 9. *de cleric. excommun.
deposit. cap. cum in tua. qui matr. accus. poss. cap. ad
hæc.* 2. *de postulat. Prælat. cap. vt animarum.* 2.
*ibi, dum tamen eorum ignorantia crassa non fue-
rit, aut supina &c. de constitut. in 6. glos. in
clem. 1. in verb. scienter. de consanguin. & affinit.
l. lata culpa. ff. de verb. signif. l. quod Nerua. ff. de-
posit. l. plurimum, & l. nec supina ff. de iur. & fact.
ignorant. l. et si consensum § ignorantia. ff. de con-
trahend. empt.* & hoc satis in iure tritum est, et
dixit Rota *coram bo. mem. Card. Caualer. dec.* 151.
*num. 5. versic. ignorantia crassa, et affectata ha-
betur pro scientia &c. et versic. ignorantia crassa
non excusat immo habetur pro scientia &c. et co-
ram bo. mem. Penia decis. 5. num. 2. versic ignoran-
tia supina non excusat errantem &c.*

Sed etiam propriam turpitudinem detege-
255 re, allegando dolum præsumptum, seu latam
culpam, dum nescit, id quod scire tenetur,
quare nullatenus venit audiendus *l. transactio-
ne. C. de transact. l. mercedem. C. de cõdit. ob turp.
caus. l. si creditoribus. C. de seru. pig. dat.* et vt in-
quit *Bald. in l. qui contra. C. de incestuos. nupt.
et refert* Benintend. *decis. Bononiens.* 71. *sub nu* 5.
ignorantia non iusta, non verisimilis, non pro-
256 babilis dicitur nequitia, et potius dissoluta,
quia habetur pro sciente, qui scire non vult
estque regula generalis, vt nec ignorantia in
facto alieno excuset, vbi quis tenetur inuesti-
257 gare, seu vbi quis de facili certior fieri po-
test. *l. regula §. sed & facti, ibi, diligenter inqui-
rendo. ff de iur. & fact. ignorat. l. 3. §. sed si sic. ff.
de in rem vers. l. qui hominem § si nullo. ff. de so-
lut.* quare, vt dixi, tunc ignorans dicitur esse
258 in lata culpa, ipsaque culpa reddit ignoran-
tiam inuincibilem. *Curt. Sen. consil.* 86. *num.* 3.
versic, solido fundamento; Rota *coram sanct. me.
Clement. VIII. decis.* 387. *num.* 2. *vers. non per-
quirendo instrumenta &c. part.* 1. *diuers.* sicuti
259 etiam dicimus metum non excusare, vbi
procedit culpa. *l. si mulier. ff. quod met. caus.*

Si ergo, quis fuit negligens, vt loquar in ca-
260 su nostro, in perscrutando id quod contine-
batur in scriptura ab eo subscripta, sibi hoc
imputet, iureque canat vulgatum illud carmẽ,

Heu patior telis vulnera facta meis.

itaque gratis allegabit ignorãtiam, cum om-
261 nia iura clament contra negligentes, nulla-
que est æquitas, quæ subueniat negligentibus
l. pupillus. ff. de his quæ in fraud. credit. vbi glosa
marginalis, ait, negligentibus nullatenus esse
262 ignoscendum. Commodum enim quis ex
propria culpa non debet sentire. *l. itaque fullo.
ff. de furt. cum simil.* et in puris terminis allegã-
tis ignorantiam contentorum in scriptura ab
eo subscripta *consultus respondit Paul. de Castr.
in consil.* 12. *incip. De casu præsenti. sub num.* 10.
part. 5. vbi dicitur, ipsum subscribentem de-
263 buisse scripturam legere, vel legi facere, ei-
que incumbere onus probandi, quod non le-
gisset, sed fidem habuisset ei ad cuius instan-
264 tiam subscripsit, et ita tenere videtur. *Bart.*

in

in l. prima. §. fin. ante finem. ff. quemadmod. testament. aper. & faciunt notata *per Io. Andr. in Nouell. in cap. humilis. de maiorit. & obedient. & per Rebuff. in l. subsignatum. 39. §. secundo quando. vers. sit tamen cautus quis, vt nunquam subscribas, nisi prius legerit &c. ff. de verb. significat.*
Interim tamen scriptura ab ipso subscripta,
265 semper contra eum probabit, donec cõcludentissimè docuerit de errore. *l. si post diuisionem. C. de iur. & fact. ignorant.* Alciat. *de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 21. in princip.* & dixit Rota *coram bon. mem. Penia decis. 433. numer. 5. vers. habet contra se scripturam subscriptam, eiq; standum donec concludentissimè &c.* Nam semper ei obstabit macula illa turpis, negligentiæ
266 dum non legit, id quod subscripsit, cum pro sciente habeatur, qui scire non vult, & potest scire. *l. si duo, & ibi Bald. ff. de acquir. haredit. l. penult. ff. ad Maced. l. qui contra, & ibi Bart. ff. de incestuos. nupt.* cum alijs allegatis *per Seraph. de priuileg. iurament priuileg. 4. numer. 220.*
267 Vnde vigili oculo stent subscribentes, ne inconsultò, ac oscitanter subscribant, quia secũdum Salomonem prouerb. cap. 11. *Qui cauet laqueos, securus erit*, nam vt experientia veri magistra demonstrat, multi ob talem inaduer-
268 tentiam in diuersis præcipitijs miserabiliter ceciderunt, post quam enim subscriptum est, sibi præiudicatum est, & difficulter ab imminentibus periculis sibi præiudicialibus liberari poterint, iuxta Claudiani carmen

269 *Quid iuuat errores, mersa iam puppi fateri,*

Agens enim in omnibus cautè in nihilo dam-
270 nificari potest, prout sedulò aduertit *Rota coram bon. mem. Coccina decis. 4. num. 16. versic. agens in omnibus caute &c. part. 5. recent.* vbi loquitur de hæredibus non conficientibus in-
271 uentarium, vt teneantur ignoranter etiam de proprio ad implendam voluntatem testatoris, nam hoc casu ignorantia non excusat, quia vel hęredes sciunt, vel scire debent, cum paria sint ista, scire, vel scire debere *ex allegatis supra num. 234.* sed punctum faciendo huic monitioni, vt subscribentes aduertant ante-
272 quam subscribant, nec ita facile credant, ne inscié postea obligationibus se reperiantur illaqueati, allegabo vulgatũ illud dictum Theo-
273 gonis, nempe *Fidem habẽdo, pecuniam amisi, diffidendo seruaui*, & illud aliud Epicharmi, scilicet, *Sobrius esto, & memento nulli fidere.* Vnde id clarissimus Scaliger ita expressit

274 *Clarissima sententia, confidere paucis,*
Sed clarior est altera, confidere nulli.

Nam secundum moralem Philosophum in epistol 120 ad Lucillum. *Sunt bona mixta ma-*
275 *lis, sunt mala mixta bonis &c.* Sed ad nos.
Nescio quidem, saluo meliori iudicio, an vera sit illa opinio volentium, tunc subscribentẽ
276 excusari vti nescientem contenta in scriptura, dum absque alia lectura eam subscripsit, quando ipse erat maxima propinquitate, vel amicitia cum petente talem subscriptionem coniunctus, ita vt verisimile esset, eum fidum
277 habuisse, & iure spreuisse eam legere, tunc enim fortasse dici posset ignorãtiam præsumi, ita vt eo casu excusandus veniret, ac releua-
278 retur ab onere probãdi talem ignorantiam, *vt ex Ias. & Aret. in d. l. si ita stipulatus §. Chrysogonus. ff. de verb. obligat.* firmat *Io. Steph. Lamberteg. in tractat. de cõtractib. eorum &c. glos. 15. in verb. iurante. num. 6.* & cum hac exceptione quærit *Mascard. de probat. tom. 3. conclus. 1341. num. 23.* saluare Imol. *in d. §. Chrysogonus.* cõ-
279 muniter reprobatum, dum tenet, subscribentem, si ignorantiam contentorum in scriptura allegauerit, non grauari ad probandam talem ignorantiam, cum ea præsumatur &c.
An vera sit ista opinio me remitto, vt dixi,
280 bene enim loquũtur prædicti Doctores, per verbum, fortasse, quod regulariter importat dubitationem, *Felin. in cap. accidens. il 2. nu. 10. vt lit. non contestat.* vbi plura adducit, vnde testis deponens per verbum, forsitan, nihil cõ-
281 cludit, quia videtur dubitatiuè deponere, *ita Anton. de Butr. consil. 45. versic. & non obstat &c. cum allegatis per Farinac. in tractat. de testib. quæst. 68. num 9. vers. tunc enim nihil pro-*
282 *bare &c.* Non tamen mihi ignotum est Iurisperitos etiam per verbum, forte, aliquando solitos esse decidere, *vt in l. si duo. cum glos. ff. de arb. l. cum quo in princip. & ibi DD. ff. ad l. Falcid. & not. in cap. super literis. de rescript.* & aduertit *Alex. in consil. 19. num. 11. vers. etiam Iurisperiti per verbum, forte &c. lib. 5.* In sequenti verò cap. plura videbimus circa subscriptiones generales, et speciales.

ARGVMENTVM.

Subscriptio generalis, vel specialis an requiratur in subscriptionibus. ad hoc vt illæ releuent, & sic vt probent etiam circa ea, quæ sunt contra subscribentes, & cõclusio indubitata est, quod sufficiat generalis, reprobata communiter cõtraria Bart. opinione. In prothocollis Notariorum non est necessaria subscriptio in quolibet instrumento, sed sat si in fine apponatur signum, subscriptio, &c. cum ad omnia superius referantur, quidquid dixit Paris. vt causæ suæ inseruiret.

Verba generalia in subscriptionibus apposita habent relationem ad omnia, quæ continentur in scriptura, siue pro, siue contra scribentem. Inscriptio sicuti refertur ad omnia sequentia, sic, et subscriptio ad omnia præcedentia. In testamentis, quæ fiunt per relationem ad cedulam, cum requirantur, vt manu testantium sint scripta, an id adimpleatur per solam subscriptionẽ, & quid in testamento ad pias causas, & inter liberos.

Sigillum in scripturis appositis absque subscriptione, an operetur sicut subscriptiones, et cõclusio est affirmatiua, cum suis tamen requisitis.

Digitized by Google

fitis,cum & alias ista probatio cũ sit mortua, & abusiua repræsentatio personæ sigillantis, ideo valdè cautè in ea admittenda procedendum est cum facili negotio sigilla clam possint arripi,& sic committere multas falsitates. Et an in dubio præsumatur appositum de voluntate domini, & quid in testamentis ad pias causas, & inter liberos.

SVMMARIVM.

283 *Testatoris subscriptio generalis, vel specialis an requiratur in scripturis.*
Subscriptio generalis qua sit,& qua specialis.
284 *Subscriptio vt valeat, secundum Bart. debet esse specialis.*
285 *Subscribens cedulam,quæ partim est in fauorem sui,et partim in fauorem alterius, an per subscriptionem generalem sibi præiudicet, & num.286.*
287 *Subscriptio generalis, ad quæ referatur.*
289 *Bart in l.Diuus.§.item Senatus.ff. ad leg.Cornel.de fals communiter damnatur,dum sentit, vt valeat subscriptio debet esse specialis.*
290 *Subscriptio generalis valida est,etiã si aliqua, quæ continentur in scriptura essent contra subscribentem. et num. 305.*
291 *Sigillum specialiter non loquitur, & tamen omnia contenta in scriptura approbat.*
292 *Subscriptio vna, et vnum sigillum authorizaret etiam mille contractus præcedentes.*
293 *Inscriptio sicut ad omnia subsequentia, refertur,ita subscriptio ad omnia præcedentia.*
294 *In Prothocollis non est necesse, vt singulis instrumentis apponatur subscriptio,sed satis est, si in fine reperiatur,& quare.*
295 *Clausula,actum, &c. posita in præcedenti instrumento, repetitiua etiam censetur in sequenti.*
296 *Paris in consil.12.num.124.lib.2. toto aberrauit Cœlo, & quare*
297 *Et ipse ita respondit, vt causa sua inseruiret,*
298 *Subscriptio specialis, quando videatur necessaria.*
299 *Responsio generalis sufficit ad omnia interrogata.*
300 *Genus idem operatur quo ad omnia, sicut species quoad speciem.*
301 *Verba generalia posita in subscriptione habent relationem, ad id omne,quod continetur in scriptura.*
302 *Generalibus verbis semper insunt specialia.*
303 *Verba generalia generaliter præiudicant.*
304 *Verba non sunt effundenda. vt capra stercus.*
306 *per Verba generalia,qui in genere censetur cogitasse de omnibus.*
307 *Omne dicit,qui penitus nihil excludit.*
308 *Verba generalia non possunt plus restringi ad vnum casum,quàm ad alium.*
Quod procedit etiamsi maior sit ratio, in vno quam in altero.
309 *Verba generalia si sint apta comprehendere plures casus, generaliter veniunt intelligenda, etiam in materia odiosa, & nu.310.*
311 *Priuilegia exemptionum extenduntur etiam ad bona, & quidem postea acquisita statibus verbis vniuersalibus.*
312 *Subscriptio generalis sat est in testamentis factis per relationem ad cedulam.*
313 *Et hoc multò magis procedit in terminis testamenti pij, & dubitatur quo ad testamenta inter liberos condita.num.314.*
315 *Subscriptionem vbi Lex requirit pro forma tunc sat non est generalis subscriptio, sed specialis requiritur.*
316 *Subscriptiones speciales in scripturis ideo fiũt, ne aperiatur via fraudibus, et quomodo.*
317 *Fraudes, et falsitates potissimum in testamẽtis solent fabricari. et nu.322.*
319 *In Testamento condito inter. liberos sufficit subscriptio patris, quod illud sit suum testamentum, et quare.*
320 *in Testamento condito inter. liberos. non requiritur specialis subscriptio, quando alio argumento apparet,quod est, tale.*
321 *in Testamento condito inter liberos sufficit etiã subscriptio generalis secundum alios DD.*
323 *Fraus, & dolus in dubio cum non præsumatur, ideoque non releuat eorum allegatio, cum non probantur.*
324 *Sigillum idem operatur,quàm subscriptio, ipsumque robur scripturæ addere.*
325 *Sigillum plenam fidem facit contra sigillatẽ.*
326 *Sigillum est imago substantiæ hominis, et sic habetur pro personali præsentia.*
327 *Sigillum ideo habet vim subscriptionis, quia ex eius appositione consensus arguitur.*
328 *Sigillum, vt habeat vim subscriptionis requiritur, vt constet esse illius cuius nomine dicitur appositum.*
Item, quod sit impressum ab eo, vel ab alio, de eius tamen voluntate
329 *Sigillum solum quando non probet, ita vt requiratur etiam subscriptio et num.330.*
331 *Sigilli probatio, est mortua, et abusiua repræsentatio,et plerumq. fallax, et incerta.*
332 *Sigillum alienum, facili negotio clam potest surripi, et sic cum eo committere fraudes,et dolose illud apponere.*
333 *In Sigilli appositione,quod non fuerit commissa aliqua fraus,quando satis constet, et tunc sane probat.*
334 *Res præsumitur eius,cuius est sigillum.*
335 *Animalia præsumuntur eius cuius est signum seu mercum in corpore animalium impressum.*
336 *Equus præsumitur esse eius, cuius est signum, Nauis præsumitur esse eius, cuius sunt arma, vexilla, seu insignia.*
Pannorum balla Mercatorum,præsumuntur eius,cuius est mercum.
337 *Dominus directus etiam reluctante emphyteuta,potest in domo,vel possessione apponere lapides cum suis insignijs.*
Cum exinde nullum damnum inferatur em-
phy-

phyteuta, et magna vtilitas proprietarij.

339 *Sigillum scripturæ appositum an in dubio censeatur appositum de voluntate Domini sigilli, est dubia quæstio.*

340 *Sigillum, quod censeatur appositum de voluntate Domini, est opinio validior. et n.348.*

341 *Sigillum tunc multo magis censetur appositum de voluntate Domini, dum scriptura non cõtinet aliquid ad fauorem familiarium d. domini.*

342 *Sigillum absq. subscriptione tunc non probat, quãdo actus pro sui forma, et solemnitate requirit subscriptionem.*

343 *Testamentum in scriptis, requirit pro forma subscriptionem.*

344 *Sigillum tunc absque subscriptione an releuat, quando quis erat oblitus vltra sigillum apponere etiam subscriptionem.*

345 *Testamentum conditum ad pias causas satis probatur, si reperiatur à testante tantum appositum eius sigillum, et num. 346.*

347 *Pater testando inter liberos, satis eius testamentum iustificatur, quamuis aliena manu scriptum, si illud proprio sigillo muniat.*

CAPVT XXVII.

DIgestum eum iam satis sit in præcedenti
capite quod testamentum ad pias causas
conditum, valeat, et teneat, si illud reperiatur
manu ipsius testantis scriptum. vel ab eo
tantum subscriptum, et hoc absque alia solemnitate.
At modo prosequendo eamdem materiam
videbimus, an ad hoc subscriptio specialis
requiratur, ita quod generalis nõ sufficiat,
et deinde inquiremus, si testamẽtum reperiatur
scriptum manu aliena, cui testator loco
subscriptionis apposuit suum sigillum vtrum
illud sufficiat. Videamus ergo, et primum
283 vtrum sufficiat subscriptio generalis puta,
quando dicitur *Ego talis approbo omnia superius
scripta*, vel subscriptio specialis satis sit,
veluti, *Ego N. testamentum conditum ad pias
causas approbo.*

Et vniuersaliter loquendo specialis videtur
284 necessaria, secundum opinionem *Bart. in l.
Dinus §. Item Senatus. ff. ad Leg. Cornel. de fals.*
vbi dicit, quod si quis scripsit cedulam in sui
285 fauorem et ego subscripsi me dicens, *Omnia
scripta approbo, et mea voluntate scripta
esse dico*, talis cedula non valet contra me, sed
286 debet sequi subscriptio specialis hoc modo,
*quod actum est de tali contractu inter me, et talem
approbo.* ita pariter inquit idem *Bart. in
l. 1. §. inter filium eodem titul.* qua propter ge-
287 neralis subscriptio ad ea tantum refertur,
quæ subscribenti fauorabilia sunt, vt inquit,
Bartoli sententiam probans, *Socin. in regul.* 381
fallent tertia, huic opinioni adhærete etiam videtur,
*Dilect. in tractat. de art. testand. in titul.
de legat. cautel. 1. num. 3.* et allegatur etiam
*Castren. in consil. 350. De casu præsenti, circa
fin. aliàs est consil. 12. num. 12. vers. & ad prædicta.
lib. 3.*

Veritas tamen militat in contrariũ, & quidẽ
contra Bart. in d. §. Item Senatus, in hoc cõ-
288 muniter damnatum per Doctores, quia secundum
magis veriores regulas non requiritur
specialis subscriptio, sed est satis, superque
sufficiens generalis, etiam si aliqua pars eorũ,
quæ continentur in scriptura essent contra
subscribentem, sicuti *per text. in auth. sed nouo
iure. in princip. C. si cert. pet.* firmat ibi *Bald. &
in auth. si quis in aliquo. C. de eden d. & Angel. &
Io. de Imol. Paul de Castr. in d. l. si ita stipulatus.
ff. Chrysogonus* & sic voluit *glos. in l. Diuus. §.
Idem Senatus. in verb. subscribentis. ff. ad Leg.
Cornel. de fals.* Felin. *in cap. quoniam contra in
6. limitat.* vbi Dec. *num. 48.* testatur de cõmuni
opinione. Roland. *à Valle consil. 44. num. 38.
vers. imo sufficit ipsa generalis subscriptio &c.
289 lib. 1.* & ibi pariter reprobatur Bart. cõtrariũ
sentiens, cum contra eum adsit cõmunis opinio.
Idẽ senserunt etiã *Petr. de Anchar. in consil.
247. incip. Prius de viribus sub num. 3. vers.
imo sufficit generalis subscriptio, &c.* Alex. *in consil.
147. incip. Ponderatis his. num. 6. vers. non requiritur
specialis subscriptio, sed sufficit genera-
290 lis &c. lib. 2.* qui omnes vno calamo reprehẽdunt
Bart. *in d. § Item Senatus*, contrarium
perperam firmantem.

Nonne videmus si admitteretur prædicta
opinio Bart. sequeretur, quod sigillum positũ
in scriptura, plura, & diuersa continente, cum
291 illud specialiter non loquatur, sanè non releuaret,
et tamen certum est, quod sigillum
approbat generaliter omnia contenta in scriptura,
vt dicam infra, *& benè affirmat* Bald. *in
auth nouo iure in princip. C. si cert. pet.* quod vna
292 subscriptio, & vnum sigillum authorizaret
mille contractus præcedentes. *et idem
sensit* D. Capy. Latr. *consultat. 14. num. 13. vers.
vna subscriptio, et vnum sigillum sufficiunt ad
authenticandũ mille contractus præcedentes &c.*
Sicuti enim inscriptio ad omnia sequentia ita
293 subscriptio ad omnia præcedentia refertur,
& latè deduxit Menoch. *in consil. 48. num. 16. et*
Beto. *quæst. 37. num.* 10. plures alios recenset.

Quæ opinio etiã procedit in prothocollis,
cùm non sit necessarium singulis instrumen-
294 tis, quæ vnico volumine continentur subscriptionem
Notarij adhiberi, sed sufficit, si vel
in fine omnium apponatur, dummodo sit talis
quæ ad omnia referri possit, *et post Bart* communiter
approbatum *in l. si quis ex argentarijs
§. si initium, num. 31. vers. quæro, quid si verba ff.
de edend.* vbi Alex. *num. 6. vers. & similiter illud
et* Ias. *num. 5. & seq.* & alios sensit Rota *coram
bon. mem.* Penia *decis. 1. num. 1. vers. cum non sit
necessarium singulis instrumentis &c.* & coram
Card. Mantic *decis. 3. num. 3. vers. quia indictio,
Pontificatus, signum, & subscriptio notarij in
quodam carteno sita continentur, & ad omnia*

instrumenta in ea contenta referantur &c. et
coram *Reuerendiss.* Terracinen. *decis.* 113. *n.* 11.
vers. cum in principio protbocolli extet generalis
subscriptio &c. & ibi aliæ decisiones allegan-
tur, & copiosius fuit dictum *coram bon. mem.*
Coccino *in causa Nouarien. bonorum* 17. *Fe-*
bruarij 1640. *§. Secundò vers. non resistit, quod*
huiusmodi instrumentum per Notarium exem-
plãtum referatur sine subscriptione, ac signo No-
tarij de illo rogati, quia hic agitur de extractione
facta à prothocollo pro cuius legalitate non re-
quiritur aliqua subscriptio, vel signum &c.

Vbi etiam firmatur, quod clausula Actum
&c. apposita in præcedenti instrumento repe-
tita censetur etiam in subsequenti, et alia, vt
ibi, qualiter autem procedet prædicta conclu-
sio declarauit Rota *coram bon. mem.* Buratt *de-*
cis. 666. *num.* 18. *& coram bon. mem.* Seleucien.
in causa Meleuitana Hæreditatis 9. *Decembris*
1619. *et coram eodem* Terracinen. *in causa Ca-*
laritana Primatus. 27. *Aprilis* 1640. *et coram*
Reuerendiss. Terraconen. *in causa Assisien. Dotis*
27. *Iunij eiusdẽ anni* 1640. Nec aliquis titubet,
quamuis suprarelatæ doctrinæ ex diametro
296 repugnet opinio contraria *Paris. in consil* 12.
nu. 424. *lib.* 2. quia ipse in hoc toto Cœlo abe-
rat, et meritò Rota *coram Card.* Seraph *decis.*
909 *num.* 3 tenuit tali conclusioni nullum re-
sponsum dare, et tantum simpliciter asserit,
297 quod Paris. inseruiret, licet ex eiusdem alle-
gationibus appareat plures, & maioris aucto-
ritatis DD pro eiusdem contraria sententia
stare. Permanet ergo inconcussa opinio supra-
dicta (quidquid dixerit *Bart. in d. §. Item Sena-*
tus) quod subscriptio generalis sufficit quoad
approbationem omnium indistinctè conten-
torum in scriptura subscripta.

Nec obstant iura allegata per *Bart. in d. §.*
ad fundandam eius opinionem, *videlicet in l.* 1.
§. inter filium et l. Diuus §. plenè cum leg. seq. ff.
ad leg. Cornel. de fals. quia ibi est speciale, quo-
niam scriptura priuata erat prohibita à lege,
298 nisi de consensu subscribentis cõstaret, aliàs
enim talis subscriptio specialis non requirere-
tur. Plures DD. reprehendentes *Bart.* qui vi-
dere desiderat, consulat *Matth. Berlic decis.*
90. *num.* 14. *vers. communiter DD. contra Bart.*
statuunt &c part. 1.

299 Facit quoque illud simile, nempe genera-
lem responsionẽ, sufficere ad omnia interroga-
ta, *vt in §. præterea. Institut. de inutil. stipulat.* &
hoc tenet *Bald. in d. Auth. si quis in aliquo. C.*
de edend addo *text. in l. Casus ff de pign. action.*
Congruit pariter illa iuris conclusio, vt idem
300 operetur genus quoad omnia, quod species
quoad speciẽ. *l. si duos ff de adminis. tut. l. si cbo-*
rus, in princip. ff. de legat. 3. Quamobrem verba
illa generalia posita in subscriptione habent
301 relationem ad id omne, quod in scriptura
principali continetur, quia relatio, quæ in
subscriptione habetur ad scripturam, videtur
facta, cum omnibus qualitatibus eius, nam
302 et etiam generalibus semper, specialia insũt.
l. semper in generalibus. ff. de regul. iur. & quidẽ
303 tritũ est, generalibus verba generaliter præ-
iudicare. *l. vltim. in fin. C. de dot. promiss.* vbi hoc
notat *Angel.* ad id quod Perusini dicere solent,
304 nullus debet effundere verba sua, vt capra
stercora, id quoque adducit *Tiraquell. in l. si*
vnquam. de reuocat. donat. in præfat num. 117.
vers. Perusini dicere solent &c. vbi etiam infert,
305 & probat nostrã conclusionem reiecto *Bart.*
in d. §. Item Senatus, scilicet generalem subscri-
ptionem esse sufficientem, & præiudicare in
omnibus, nec esse necessariam specialem.

In dubio enim semper est dicendum, quod
propter verba generalia, quis in genere
306 censetur cogitasse de omnibus, *arg. l. qui iure*
ff. de militar. testament & ita illam legem intel-
ligit Bart. *in l. sub prætextu in princip. C. de trã-*
sact. & idem voluit *in l. si de certa circa medium*
vers. quæro vlterius. & ibi Ias. *col.* 2. *vers. secũdo*
quæro. C. de transact. et voluit Angel. *in l. qui iu-*
re militari. ff. de testament. & in l. qui iure mili-
tari ff. de testament. & in l. qui Romæ §. duo fra-
tres. ff de verb. obligat. Castren. *in cons.* 30. *Super*
puncto isto in fin. lib. 1. *et consil.* 11. *col.* 2. *vers. sed*
præmiss. lib 2. *Francis.* Aretin. *consil.* 33. *Consul-*
tatio præmissa circa med. vers. sed dubium facit,
et Socin. *consil.* 103. *In causa conuentionis num.* 4
vers. sed tamen his non obstantibus lib. 3. vbi
multi DD. concordantes afferuntur.

Omne enim dicit, qui nihil excludit, nam
307 et verba generalia non possunt plus restrin-
gi ad vnum casum, quam ad alium, *vt post So-*
cin. Menoch. & alios ratiocinatur Rota *corã*
Eminentiss. D. *Card.* Panzirolo *decis.* 190. *num.* 5
vers. nullo modo restringi posse &c. part. 7. *recẽt.*
308 quod procedit etiamsi maior ratio sit in vno
casu quàm in alio. *l.* 1. *§. quod autem. ff. de alea-*
tor. l. in fraudem. §. vltim. & ibi Bald. *ff. de mili-*
tar. testam. cum aliis allegatis *per* Surd. *consil* 271.
num. 28. *vers. quod procedit etiam* vbi *est maior*
ratio &c. lib. 2. *& per* Bec. *consil.* 16. *nu.* 4 *vers.*
etiamsi maior ratio esset in vno casu &c. lib. 1. &
secuta est Rota *coram bon. mem. Card.* Sacrat.
decis. 339. *sub num.* 1. *vers indistincto intelligi*
debent, etiã sit maior ratio in vno casu &c part.
3. *recent.*

Nec non in tantum est vera dicta conclu-
sio, vt procedat etiã in materia odiosa, & pœ-
nali, vt tunc quoq. si verba generalia sint ap-
ta comprehendere plures significationes, ge-
309 neraliter sint intelligenda, ita vt non exclu-
datur interpretatio generalis, quę ex proprie-
tate verborum descendit *l. cum lege ff. de testa-*
ment. vbi latè Aretin. *cap. si quam de sentent. ex-*
comm glos. in cap. contra Christianos. de hæretic.
lib. 6. Cald. Alex. Dec. *& alij relati per* Crauett.
consil. 119. *num.* 12. *vers. quia etiam in materia*
odiosa, & pœnali non excluditur interpretatio
&c. admisitq. Rota *corã fæ. me.* Clemente VIII.
dec f. 233. *num.* 9. *vers. etiam in materia odiosa*
retinent propriam significationem &c. ibique
alij

alij DD.adducuntur.& num.28.vers.nec refert
quod materia sit odiosa. quia non propterea &c.
part.1.diuers & coram bon. mem. Bubalo in
causa Cartaginen. Decimarū 10. Decemb. 1576
vbi dicitur,quod in materia quātumuis odio-
310 sa,& alteri præiudiciali non excluditur lata
interpretatio, ex proprietate verborum pro-
ueniens,& firmatur priuilegia exemptionum
extendi etiam ad bona, & prædia acquirenda
311 post concessionem dd. priuilegiorum,stanti-
bus verbis vniuersalibus, alijsque de quibus
ibi in prædicta decisione.

Sed persistendo in terminis nostris, quod
enim subscriptio generalis sufficiat in testa-
312 mentis,quando quis scilicet testatur per re-
lationem ad cedulam existentem apud aliquē,
post Dec.Roland.& alios de communi opinio-
ne testatur Rota coram bon. mem. Coccino in
causa Romana Testamenti,de qua mentionem
supra feci,retulique in part.4.recent.tom.2.decis.
262.num.14 vers.sufficit dicta subscriptio gene-
ralis. Io Francesco Penna manopropria &c.quæ
decisio fuit deinde amplè confirmata coram
bon.mem. Vbald. sub die 24. Decembr. 1624. est
decis 581.eadem part.4.recent.tom.3.& in pun-
313 cto testamenti conditi ad pias causas admi-
sit Valasc decis.Lusitan.67.sub numer. 11. vers.
sufficit etiam generalis subscriptio &c.& Io.An-
gel.Boss. in suis var.moral titul.12.§.1.sub n 39
vers.sufficit subscriptio generalis, nec requiritur
specialis &c.In testamento tamen condito à
314 patre inter liberos maior difficultas est, Clar.
enim in §.Testamentum num.4. loquendo de
tali testamento,affirmat requiri specialē sub-
scriptionem,ob eam rationem, quia vbi Lex
315 pro forma requirit, quod aliquis propria
manu scribat,vt habetur in his terminis dis-
positum in auth.quod sine C.de testam.tunc in-
trat opinio Bart.in d.l. Diuus. §.item Senatus.
ff.ad leg.Cornel.de fals.volentis subscriptiones
316 speciales in scripturis fieri, cum alioquin
supponendo vnam scripturam pro alia,patens
ianua aperiretur fraudibus, seu falsitatibus,
quæ in testamentis præcipuè solent fabricari,
317 et lex ipsa hanc testamentariam meretiam
valde suspectam habet.

Supradictam sententiam,quod in testamen-
318 to inter liberos,requiratur specialis subscri-
ptio tenuerunt etiam Alex. Raudens. Michael
Crass.Thad.Piso. Io. Daut. Nicol.Reusner. Ca-
stren. Bald et alij relati per Math. Berlic. d. de-
cis.90.num.11.vers.generalis requiritur,puta vt
pater &c.part.2.dicit tamen Clar.in d.§.Testa-
mentum num.4.sat esse,si fiat mentio, tale suū
319 esse testamentum,ob rationem supra addu-
ctam, quia perfacile charta vacua à patre ad
alium finem subscripta posset supponi, & in ea
huiusmodi testamentum conscribi,et ita falsi-
tas committi.Limitat hoc tamen Clarus in loco
proximè citato,si cedula, seu scriptura ipsa, ali-
320 quo alio argumento, quàm tali subscriptio-
ne confirmata esset. Videatur nihilominus
Berlic.in d.decis.90.num.13. vbi defendit con-
321 trariam opinionem, vt scilicet etiam in tali
casu.subscriptio generalis sufficiēs sit, ex mul-
tis ibi allegatis.

In quantum vero dicitur,id fieri,vt euitentur falsitates, quibus valde sunt exposita te-
322 stamenta, respondetur quod in dubio falsi-
tas non præsumitur, donec igitur non fuerit
probata per allegantem, nihil releuat talis
323 oppositio l.post diuisionem. C. de iuris, & fact.
ignorāt l.fin. C.de probat. et l.penult.C. de ijs qui
sibi in testament.adscrib.cum alijs iuribus alle-
gatis per Menoch.lib.5.præsumpt.20. à num.1.

Discussa iam materia ista subscriptionis te-
stamenti, vt ea sufficiat quantumuis sit gene-
ralis, ita vt specialis non sit necessaria, et id
præsertim si versemur in terminis nostris nē-
pe testamenti conditi ad pias causas omninò
immunis à vinculis solemnitatum iuris positi-
ui,nunc & procedamus discutere, quid dicen-
dum veniat,dum tale testamentum reperitur
quoque scriptum aliena manu, cui loco sub-
scriptionis reperitur impressum sigillum te-
statoris,an illud æquè probet, vt diximus de
324 subscriptione,et responsio est quidem affir-
matiua,cum clarè iuris sit, idem operari sigil-
lum, quam subscriptio ipsumque robur scrip-
325 turæ tribuere, sicque pari ratione plenam
fidem facit contra sigillantem. ad textum in l.
si ita stipulatus. 126.§.Chrysogonus ibi assignā-
te domino.ff.de verb.signif.l.sicut. 8. §. videtur.
ff.quib.mod.pign.vel hypotec.solu. & sensere glos.
in l.si procuratorem.in verb. intelligendum ff. de
procurat.et in l.distrahente C.de reb.alien.non
alienand.idem tradit. Bart.in l qua dotis in fin.
vers.quæro,quid de sigillante.ff solut. matrimon.
Bald.in cap.cum Ecclesia.num.4.de elect. & in l.
Tribunus.§.primo vers.nota ex isto § ff.de testa-
ment.milit.et in consil.175. Factum proponitur.
num.2.vers item sigillans lib.1. Ludouic.Roman.
consil.303. Hæc scriptura num.3. vers.quod qui-
dem vires habet,et seq.cum alijs plena manu re-
latis idem sentientibus per Anton. Gabr. co m-
mun.conclus.titul. de præsumpt.conclus.4. nu 1.
et præter ab eo allegatos, alios congerit Ma-
schard.de probation.conclus. 1302.num.1. vers.et
vltra illos idem voluerunt &c. Quibus annecto
Rebuff.in tractat.de literar.obligat in præfat.nu.
28.vers.appositio sigilli,est signum ratificationis,et
confirmationis &c. Matth.Coler in tractat.de
process.execut.part.3 cap.1.num.102.vers. si de-
bitor instrumentum forsitan non subscribens, si-
gillauerit illud tantum, si quidem pari ratione
facit plenam fidem contra sigillantem &c. Math.
Berlic.decis.54.part.1.sub num.2. vers. sigillans
omnia contenta in instrumento vera fateri cen-
setur Bald.in consil.354. Quæritur vtrum.nu.3.
vers,quia sigillum lib.3. Sigillum enim est ima-
326 go substantiæ hominis,cum eo,quod naturæ
negotij cōuenit,et habetur pro personali præ-
sentia, sicuti inquit Bald. in prædict. consil. 354.
& videatur Surd.decis. Mantuan.137.numer.9.

vers. signum probat, sicut subscriptio &c. Scacc. *in tractat. de iudic. lib. 2 cap. 11. artic. 66. n. 1159. vers. qui apponit sigillum videtur approbare, & consentire &c,* Ioan Zauger. *in tractat. de exception. part. 2 cap. 8 num. 25. vers sigillum idem operatur, quàm subscriptio &c.* Thom. Pelicion. *illustr. quæst. cap. 18. §. Ampliatur primò. versic. vt idem sit in apponente proprium sigillum alienæ scripturæ, vel actui, nam censetur approbare eadẽ, ac si subscripsisset &c.* Et sic sæpius respondit *Rota et præsertim coram Card.* Saccato *in causa Tridentina Decimarũ 14. Februarij, et 6. Aprilis 1620. & coram bon. mem.* Merlino *in causa Casalen Beneficij 28. Iunij 1627. est inter etiam impress. decis. 302. num. 2. vers sigillum tribuit fidem, æquè ac subscriptio, et operatur vt illi omninò sit credendum &c. cum alijs infra allegandis.*

Ratio verò si quæratur prædictæ conclusio-
nis, ea in promptu est, nã ideo sigillum habet
327 vim subscriptionis, quia ex eius appositione
consensus arguitur, *ad text. in l. 2. C. de reb. alien.
non alienand.* & quod ex sigillo consensus ar-
guatur *tenent Bart. et Alex. in l. qua dotis. ff. so-
lut. matrim. Dec. et Fel. in cap. tertio loco. de pro-
bat. idem Dec. in cap. 2. de fid. instrum.* et quod
propterea sigillum habeat vim subscriptionis,
tenet Marsil. in repetit. rub. C. de probat. nu. 300.
vbi alios citat, et comprobat *Alex. Trentacinq.
variar. resolut. vol. 1 lib. 2. resolut. 12. num. 6. vers.
quia sigillum habet vim subscriptionis &c.*

Si quidem, vt supra relata opinio procedat,
328 debet sanè constare sigillum esse illius cuius
nomine dicitur appositum, & impressum ab
eo, vel ab alio, de eius tamen voluntate, hoc
329 enim casu solum sigillum sine subscriptione
sufficit ad arguendum consensum sigillantis, &
ad probandum contra eum, quibus cessanti-
bus intrat opinio eorum asserentium, solum
330 sigillum non probare, sed etiam quod re-
quiratur subscriptio, ratiocinando nudam si-
gilli appositionem per se nihil probare omni-
nò, cum sit mortua, & abusiua repræsentatio,
331 & plerumque fallax, & incerta, nam facili ne-
gotio fieri potest, vt alicui suum sigillum clam
surripiatur, atque ita falsitas cum eo commit-
332 tatur, quæ sanè cessant, quando, vt dixi, con-
stat sigillum esse illius, cuius nomine fuit ap-
333 positum, & impressum ab eodem, vel de eius
voluntate, nam tunc absque alia subscriptio-
ne probat, *prout appositè tradunt* Menoch. *de
præsumpt. lib. 2. præsumpt. 57. num. 36. vers. con-
stat testibus sigillantem sua causa, & nomine
sigillum apposuisse & probatio quidem plena ori-
tur & num. 37. vers. procedit etiam in sola sigilli
appositione absque alia subscriptione &c. Ioan.
Dominic* Gait. *in tractat. de credit. cap. 2. titul. 8.
num. 2961. vers. dico si sigillum fuerit positum per
debitorẽ in apocha, dicitur illud habere vim sub-
scriptionis, & num. 2968.* testatur hanc esse ve-
334 riorem, & receptiorem sententiam eamque
secuta est *Rota coram bon. mem.* Buratt. *decis. 2.
num. 8. vers typus idẽ operatur ac subscriptio &c. cum ibi allegatis,* vbi etiam R. P. D. Ferentillus
*in annotat. in litera F. vers. sigillum tribuit fidem
scripturæ, æquè ac subscriptio &c.* id confirmat,
ac plures Rotæ decisiones ad hoc cumulat, &
addo decisionem *in causa Salamantina Fru-
ctuum 30. Ianuarij 1587. coram bo. mem. Gypsio
§. Nec refragatur. vers. sigilli appositio, vt ipsa
subscriptio operatur &c.*

Facit pro corroboratione supradictæ sen-
tentiæ, illud simile, nempe rem præsumi esse
335 eius, cuius sigillum est appositum, vnde ex
signo deuenitur ad cognitionem veritatis rei,
cuiusnam sit, *vt in pũcto considerant post* Bald.
Boer. *& alios,* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præ-
sumpt. 38. num. 4. vers. est etiam simile eius, quod
dicimus, rem præsumi esse illius &c* Quare ex
signo, seu stigmate gregis alicuius in corpore
cuiuslibet animalium impresso formiter reco-
gnito, probantur esse eiusdem cuius est signũ,
iuxta text. in l. stigmata. C. de fabric. lib. 10 ex
quo text. Bart. deduxit praxim probãdi iden-
titatem animalium, *idem probant l. penult. §. pe-
nult. C. de aquaduct. lib. 11. l. 3. C. de bon. vacant.
lib. 10. l. quod sine. ff. de peric. & commod. rei vend.*
Luc. de Penna *latissimè cõprobans in d. l. stigma-
ta. num. 5. & dicens* sufficere hanc probationẽ,
quoad possessionem, & quoad dominiũ. *Osasc.
decis. 40. num. 2.* Ias. *consil. 170. numer. 16. lib. 2.*
Menoch. *præsumpt. 15. num. 28. lib. 6.* & fuit re-
solutum in Rota *coram bo. mem.* Pirouano *in
causa* Carpentoraten. *Restitutionis Ouiũ 23. Iu-
nij 1625. §. Quantum ad restitutionem versic. ex
stigmate gregis &c.* quæ decisio fuit deinde cõ-
firmata, quoad istam partem *coram eodem, sub
die 7. Iunij 1636.*

Sicut etiam dicitur de equo signato, vt præ-
336 sumatur esse illius, cuius est signum, & de
armis, & vexillis, & insignijs in naui impositis,
vel in ballis pannorum Mercatorum, nam si
337 reperiantur signata, signo alicuius Merca-
toris, præsumuntur esse illius. *per textum in
cap. si Iudex. vers. ex stigmate namq, cõsueto &c
de sent excomm. in 6.* cum alijs iuribus & DD.
allegatis *per Cenall. commun. contra commun.
quæst. 745. à num. 4. & per Berlic. in suis præ-
ctic. conclus. part. 1. conclus. 36. num. 93. versic per
signacula res plenè probantur &c & per Ouid.
de Amic. in tractat. de Iure emphyteut. quæst. 82.
num. 4. vers signum est quasi testis &c.* declara
tamen, *vt per Rotam coram bo. mem.* Pirouano
decis. 234. à numer. 4. part. 7. recent. & in termi-
338 nis, quod Dominus directus reluctante em-
phyteuta, possit apponere lapides cum suis in-
signijs, cum exinde nullum detrimentum in-
feratur ei, & id sit valde vtile ipsi domino di-
recto. *est text. in l si ita legatus 17. §. Dominus,*
ibi, *interest Domino fines prædij tueri. & propter
hoc ei licere custodire ades inuito vsufructuario
&c. ff de vsu. & habitat.* & fuit firmatũ *a Rota
coram R. P. D.* Carillo *in causa Romana Domus
10. Maij 1638. §. Quibus accedit. vers. est valde
vtile Domino directo &c.* Quod enim dicta si-
gna

Digitized by Google

gna multum cōferant ad probationem domi-
nij directi, quando agitur ad deuolutionem,
etiam contra tertium *fuit dictum coram bo.me.*
Manzanedo *in causa Romana deuolutionis do-
mus 3. Aprilis 1623. relata per R.P.D.* Ferentill.
*in annot. ad decis. Buratt. decis. 602. in litera A.
num. 19. vers. plurimum conducit ad probandum
dominium &c. & nuper fuit deductum coram
Reuerendiss. D.* Dunozetto *in causa Romana
Emphyteusis 30. Maij 1653. §. Adminicula. vers.
tum appositio super dicta domo antiquæ marmo-
reæ inscriptionis, ac signi, quod multum confert
ad probationem directi dominij, & vers. quando
agitur ad deuolutionem, & contra tertium &c.*

Sed persistendo in terminis nostris, illud
omittendum non puto, licet ingens contro-
339 uersia sit inter Doctores, vtrū sigillum scrip-
turæ appositum, præsumatur appositum de
voluntate Domini ipsius sigilli, nec ne, et sanè
opinio DD. affirmantium in dubio fuisse sigil-
340 lum appositum de eius voluntate, vti vali-
dior prævalet, et ita tenent, et probant *ex text.
in cap. tertio loco. 5. de probation.* Abb. *in cap. 2.
colum. penult. vers. ad secundam quæstionem &c.
de fid. instrument.* Butr. *in d. cap. tertio loco, in 2.
notabil. & ibi etiam Dec. num.* 8. Crauett. *de
antiquitat. tempor. in prim. particul. prima part.
principal. numer. 47. vers. rursus tenentes omnes.*
cum alijs allegatis *per Gabr. de præsumpt. con-
clus. 4. num. 12. vers. in dubio de voluntate sigil-
lantis &c.* admisitque Rota *coram bon. mem.*
Buratt. *d. decis. 2. sub num. 8. vers & præsumitur
typus appositus ab eo cuius est, vel de eius man-
dato &c.* quæ conclusio habet suas ampliatio-
nes, & limitationes, quas referunt *Gabr. dicta
conclus. 4. à num. 12. & per* Mascard. *de proba-
tion. vol. 3. conclus. 1302. a num 8. et per* Menoch.
*de arbitrar. Iud. lib. 2. centur. 2. cas. 113. per tot.
et de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 56. et 57. per tot.*
& Eliseus Danza *in tractat. de pugn. Doctorum.
tom. 1. titul. de sigill. et sigillator. offic. cap. 1. per tot.*
in quibus locis, quis videre poterit, Sitienti-
bus enim sat est ostendere fontem. Sanè præ-
341 dicta conclusio tunc multò magis intrat,
quando scriptura sigillata non cōtinet aliquid
ad fauorem familiarium illius, cuius est sigillū,
iuxta distinctionem Anchar. *in cap. 2. num. 3. de
fid. instrument.* Roman. *in consil. 446. numer. 12.*
& sensit Rota *coram bon. mem. Card. Sacrat. de-
cis. 170 num. 11. versic præsertim vbi scriptura
sigillata &c. part. 4. tom. 2. recent.*

Verùm modò magis accedēdo ad terminos
nostros, tūc enim subsistere poterit, id quod su-
pra retuli, scilicet sigillum absq; subscriptione
342 nullatenus probare, vt ea opinio vindicet si-
bi locū, & sic possīt saluari, DD. illi, qui hoc di-
cunt, quādo actus pro sui forma, et solemnitate
requirit subscriptionem, sicuti est testamētum
343 in scriptis, et tunc præter sigillum adhiberi
debet subscriptio, et ita loquitur textus *in l. ad
testim. §. si quis ex testibus ff de testament.* & vo-
luit Salicet. *in l. 2. versic. item nota. C. de reb. alien.
non alienand.* Dec. *in cap. scripta. in fin. vers. &
conclusio prædicta limitatur ext. de fid. instrument.*
Imol. *in Clem. prim. circa med. versic. si vero lite-
ra. de procurator.* Alex. *in l. quæ dotis. col. fin. vers.
quæro quid de sigillante. ff solut. matr.* Crauett.
*de antiquit. tempor. part. 1. num. 43. vers. quid ta-
men.* Ias. *in d. l. quæ dotis. num. 49. vers. similiter si-
gillans*, qui hanc opinionem ampliat ad casum
omnem quo subscriptio pro forma requiritur,
idemque sensit *Scacc. in tractat. de iudic. lib. 2.
cap. 11. nu. 1162. vers. casu quo subscriptio requi-
reretur pro forma &c.* Intellige etiam, quando
quis vltra sigillum solitus est quoque se sub-
344 scribere, quia tunc si reperiatur solum sigil-
lum absque subscriptione, an sit sufficiens ad
illum obligandum, et super hoc consule Rota
decis. 535. sub num. 2. in fin. part. 1. divers.

In casu tamen testamenti conditi ad pias
causas tamquam exempti à vinculis iuris posi-
345 tiui, an satis sit sigilli testatoris appositio
absque subscriptione, sed de hoc perperam vi-
detur dubitandum, quia qualitercumque, et
quomodocumque constet de eius voluntate,
sat est, vnde constito de veritate sigilli, scilicet
illum esse solitum apponere scripturis, aliud
346 non est quærendum, sicut quoque dicimus
de testamento condito à patre inter liberos
pariter exempto à vinculis iuris ciuilis, quale
testamentum satis dicitur etiam iustificatum,
quamuis scriptū alia manu, si pater illud pro-
347 prio sigillo firmauerit, absque alia subscrip-
tione, vt in puncto perpēdit *Marta in tractat.
de successión. Legal. part. 4. quæst. 7. articul. 4. nu-
mer. 8. versic sicut subscriptio in fine facta appro-
bat testamentum parentis quamuis aliena manu
scriptum, ita, & sigillus eiusdem in fine positus,
quoniam subscriptio, & sigillatio operantur
idem &c.*

Vbi etiam cōfirmat *post Vuesembec. cons. 14.*
quod dixi supra, nempe sigillum præsumi ap-
348 positum de voluntate eius domini, sic etiam
in terminis prædicti testamenti conditi inter
liberos probat *Io. Angel. Boss. in suis varijs mo-
ralib. titul. 10. §. 5. num 206. vers. & ita sigillus
patris in fine testamenti absque subscriptione po-
situs probat, nam sola sigillatio operatur appro-
bationem actus, & pro subscriptione deseruit ad
obligandum &c. et num. 808. in fine* ait in testa-
mentis sigillum præsumi de voluntate testato-
ris appositum. In sequenti verò capite vide-
bimus qualiter per testes, et quomodo sit fa-
cienda recognitio manus testatoris, quando
à parte fuit negata identitas scripturæ.

ARGVMENTVM.

Testes deponentes super recognitione scriptura-
rum priuatarum, vt concludant, debent depo-
nere, se fuisse præsentes, quando illæ fuerunt
scriptæ, alias si simpliciter deponant se habere
notam manum scribētis, et sic literas, figuras,
seu characteres illius, quia sæpius viderunt illū
scribere,

scribere, nullatenus probant, quia facili negotio super hac fallaci materia ista, falsitatibus obnoxia, possunt decipi, sicuti etiam testes nõ debent deponere de iudicio intellectus, sed per sensum corporis, quod esset in casu isto.

Recognitio scripturarum per testes in Vrbe, styloq; Curiæ, & à Sacro Tribunali Rotæ recepto satis plenè dicitur facta, si per eos deponatur, sibi esse notam manum scribentis, quamuis non fuerint præsentes, quando indiuidua illa scriptura fuit scripta, vel subscripta. Vltra quod in Vrbe etiam adest statutum super tali materia. Prædictum tamen stylum Curiæ, quibus concurrentibus Rota admittat, & non aliter. Verisimilitudo qualis sit potentiæ.

Ius commune, quare non admittat recognitionẽ scripturarum per testes tantum habentes cognitam manum scribentis, sed requirat, vt fuerint præsentes, quando fuerunt factæ, & cum potissima ratio sit, suspicio falsitatis, et sic ne vna scriptura pro alia supponatur, quæ tamen suspicio, cessat, quando adsunt adminicula inducentia Iudicis animum ad credendum eam scripturam esse illam, de qua quæritur, quę adminicula etiam requirit Rota, quando secundum stylum Curiæ, admittit recognitionem scripturarum, per testes eas habentes notas.

SVMMARIVM.

349 *Testamentum conditum ad pias causas, si sit scriptum, vel subscriptum à testatore, qualiter probetur, quod illa sit illius. & nu 350.*

351 *Testes non probant aliquam scripturam esse manu alicuius, si simpliciter asserant eam sibi esse notam.*

352 *Mercatores caueant, ne simpliciter confidant simplicibus apodissis, propter earum periculum si à partibus negarentur.*

353 *Scriptura priuata, vt dicatur recognita per testes, quid requiratur. & nu 354.*

355 *Recognitio scripturæ factæ per testes, quando nihil releuet. & nu. 356.*

357 *Recognitio scripturæ facta per testes, tunc releuat, quando testificantur se fuisse præsentes, in confectione talis scripturæ.*

358 *Et ista probatio est efficacior cæteris, quia magis complectitur identitatem ipsius scripturæ & num. 359.*

360 *Testes, si recognoscendo scripturam, asserant se illis notam esse manum illius, deponunt de proprio iudicio. et nu. 417. & 418.*

361 *Testes, vt probent, debent deponere per sensum corporis, & non per iudicium intellectus. et numer. 424.*

362 *Recognitio scripturæ, facta per testes tantum habentes notam manum scribentis, ideo nõ valet, quia sic testes facile possunt decipi. & numer. 389. & seq.*

Literas, quis facile potest contrafacere.

363 *Testes non probant manum testatoris, nisi deponant se fuisse præsentes, quãdo testator scripsit, vel subscripsit.*

364 *Scripturarum recognitio in Vrbe fit per testes deponentes sibi esse notam manum scribentis.*

365 *Quamuis non fuerint præsentes, quando indiuidua illa scriptura fuit scripta.*

366 *Recognitio scripturarum, quando non sit necessè vt fiat, secundum dispositionem Iuris communis, & nu. 367.*

368 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 84. disponit, vt scripturæ priuatæ dicantur recognitæ per testes tres, quamuis non fuerint præsentes illarum confectioni.*

369 *Et intelliguntur recognitæ etiam quoad illarum executionem petendam.*

370 *Recognitio scripturarum per testes habentes notam manum scribentis, quare admittatur à statuto, & vsu Vrbis. & nu. 374. & 377.*

371 *Scripturæ priuatæ, quando conficiuntur, rarò vocantur testes.*

372 *in Recognitione scripturarum secundum strictam iuris censuram, an generaliter sit sublata.*

373 *Stylus, & obseruantia Vrbis tanquam Magistra ab omnibus est sequenda.*

376 *Homines antiquitus valde studebant, seque exercebant in adulteratione scripturarum.*

377 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 84 habet bonam opinionem de Romanis, & quare.*

378 *Romanorum ardens zelus bonitatis, & odor sanctitatis de tempore primitiuæ Ecclesiæ erat satis notus.*

379 *Romani etiam antequam* Catholicam *pietatem amplexi fuerint, propter eorum virtutes à DEO ad Mundi Monarchiam sublimãti fuerunt. et num. 380.*

381 *CHRISTVS nasciturus, nascens, natus, & moriens obedire consensit Romanis.*

382 *Romani* Centurionis *fides, CHRISTVS quodammodo admiratus fuit.*

383 *Catholici certiori, & sublimiori titulo non possunt decorari, quàm sub nomine* Romanorum.

384 Romanorum *hostes sunt, omnes, qui catholicã pietatem non agnoscunt.*

386 *Recognitio scripturarum per testes habentes notam manum scribentis, Rota non admittit, nisi concurrentibus adminiculis. et num. 387. 402 403. 409. & 413.*

389 *Titus Vespesianus Imp. iactabat, se esse potuisse magnum falsarium circa adulterationẽ scripturarum.*

390 *Manum* Summi *Pontificis Pij V. quidam satis naturaliter sciebat contrafacere,*

391 *Et quid ei infelici forte acciderit, & vide alios casus à num. 392. 393. 394. & 395.*

396 *Ratio considerata à lege, quando cessat quoq; cessare debet ipsa Lex.*

397 *Probationis materia est arbitraria, & reposita in religionem Iudicantis.*

378 *Iudex ex diuersis animi motibus, & varijs circum-*

circumstantijs deuenit ad perfectam probationem.

399 *in Probationum materia versatur fauor publicus.*

400 *Probationum materia non debet coangustari.*

401 *in Scripturarum recognitione debet exuberare officium Iudicis, in cuius arbitrio pendet releuantia probationis.*

404 *Probatio ea, quæ alias non admitteretur, admittitur tamen stante verisimilitudine. et numer 405.*

406 *Verisimilitudo est cognata naturæ.*

Verisimilitudo habet imaginem veritatis:

407 *Argumentum à verisimilitudine valet tamquam à ratione naturali.*

408 *à Verisimili.qui arguit. dicitur allegare textum rationis, cum verisimilitudo pro lege habeatur.*

410 *Testes deponentes, super nota manu scribentis, an probent semiplenè, vel paulò minus. et numer.411.*

412 *Adminicula possunt reddere plenam imperfectam probationem.*

415 *lenue admittitur probatio scripturarum per testes habentes notam manum scribentis.*

416 *Et hoc de consuetudine vniuersali, & notoria.*

418 *Verbum, videtur, aliquando denotat veritatē.*

419 *Testes deponentes super recognitione scripturarum qualiter sufficiat, vt deponant. & nu.420.*

421 *Testes deponentes super recognitione scripturarum æquiparantur peritis in arte. & numer.422.*

423 *Testes recognoscentes scripturas non tenentur deponere de veritate, sed de credulitate.*

425 *Testis deponens, per verbum, credo, vel videtur non probat.*

Testis deponens de credulitate, quando probet.

426 *Ratio à communiter accidentibus concludit veritatem.*

427 *Testis deponens de credulitate, tunc probat. quando talis credulitas est causata à sensu, inferente, sic credi posse.*

428 *Credulitas, vbi est proxima sensui, per quam percipitur ratio, valebit tale testimonium. et num.429.et 430,*

431 *Testes probant manum testantis, si deponant eam habere notam, quamuis non interuenerint quando fuit scriptum, vel subscriptum. & nu.432.*

434 *Testamentum conditum ad pias causas, scriptū, vel subscriptum a testatore, qualiter sufficiat, vt recognoscatur eius manus. & nu.435.*

CAPVT XXVIII.

OPportunè nunc sequitur perscrutari ad maiorem dilucidationem & pro cōplemento supradictæ materiæ, scilicet quomodo qualiter per testes sit facienda recognitio manus testatoris, qui testamentum ad pias cau-
349 sas scripsit, vel subscripsit, & per partem, seu
hęredes venientes ab intestato negatur talem
scripturam esse manu testatoris confectam, &
sanè secundùm dispositionem iuris communis
vt quidem valida sit talis recognitio, omninò
opus esset, vt testes fuissent præsentes, quando
talis scriptura fuit scripta, vel subscripta, alias
350 si simpliciter deponerent, se habere notam
manum, literas, figuras, & characteres illius,
vt puta quia sæpe viderunt eum scribere, &
ideo qualitatem eius scripturæ notam habere
351 profiteantur, nam sic testificando nullam
prorsus fidem facere possunt, *prout notatur in §.si quis igitur*, ibi, *præsentes testes. auth. de instrument. fid. & caut.* & notatur *in auth. etsi cōtractus. C.de fid.instrument. & ibi glos. magna vers. vel quod eis præsentibus.* & hoc idem tradunt *Bart.in l.nuda ratio.num.6. ff de donat. et in l.admonendi*, vbi etiam cœteri Scribentes. *ff. de iureiur.* Bald. *in auth. sed nouo iure. col.1. vers. dico ergo. C. si cert.petat*, Rip. *in d. l. admonendi.nu.*104. & 106. Caccialup. *ibidem nu.*55. *vers. profectò.* & Curt. Iun. *numer.*109. & 113. & dicit Angel. *in auth. si quis vult caute. C. qui potior. in pig. habeantur.*

Vbi ait aduertisse Mercatores, vt sint cauti,
352 et ne confident in his simplicibus apodissis
propter earum periculum, si à partibus negarētur. *Straec.in tract. de mercatur. titul. quomod. in caus. mercator. procedatur.* Fel. *cap.1. de probat. num.*11. Farinacc. *consil.*164. *nu.*5. *part.*2. Gratian. *discept forens. cap* 710. *num.*9. *vers. testes viderint scribere &c.* Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib.1. quæst.24. numer.5. versic. non admitti testes, nisi deponant vidisse scribere, neque creditur si deponant habere notam manum &c.* cum alijs multis DD. relatis per *Matth. Berlic, in suis practicabil conclus part.1. conclus.44. nu.22. vers requiritur, vt dicant se fuisse præsentes, & vidisse scribere, id de quo quæritur &c.* Genua *de scriptur. priuat. lib.1. quæst.15. num.12. et seq.* Marescott *variar. resolut. cap* 79. *num.1. versic. scriptura priuata non probat, nisi testes &c. vbi alios congerit.*

Sic etiam fuit decisum *in Rota Perusina*, sicuti scribit *Ioseph. Ludouic decis* 7. *à num.*17. *vers. nisi etiam fuissent præsentes, quando ille scribebat &c.* ita quoque fuit decretum *in consil. Neapolitan.* penes *Matth. de Afflict. dec.* 181. *num.9.* vbi affirmatur totum Consilium fuisse
in voto, quod scriptura priuata sine subscrip-
353 tione testium, & sine depositione testiū, qui
viderunt eam scribere, sed solum testes, si deponant, se habere notam manum illius, et eis videtur, quod sit manus eius, tamen non viderunt eum scribere, quod talis apocha nullā fidem facit, & sic fuisse iudicatum. Ac deinde
354 sic pariter fuit decisum *in eodē Consilio* apud
Thom. Grammatic. decis. 84. *nu.1.* vbi asseritur, si testes dicant, talem scripturam esse manu Titij, quia habent eius manum notam, et tractus
355 literarum, et viderunt eum pluries scribere,

non

non tamen dicunt se fuisse præsentes tempore
scripturæ, talis probatio nihil releuat. videatur
etiam Mart voto Pisano 45. et Rota Lucens. di-
uers decis. 113.

Idemque sensit Rota Romana decis. 550. n. 1.
par. 4. diuers. vbi dicitur, in recognitione sche-
356 dularum priuatarum non sufficere quod te-
stes dicant se habere notam manum, sed re-
quiri, quod fuerint presentes, & viderint scri-
bere. ibique alia decisiones adducuntur, et ad-
do decisionem 61 m. 4. part. 5. recent. coram R. P.
D. Dunozett. vbi resolutũ fuit, ad hoc vt scrip-
357 tura priuata dicatur recognita per testes, sit
omninò necessarium, vt ipsi testificentur se
fuisse presentes, quando illa fuit scripta. Et hũc
358 esse verum modum recognoscendi apochas
priuatas, sedulo fuit animaduersum corã R. P.
D Bichio in causa Romana Alimentorum 28.
Martij 1641. §. Secundò. vers. qui est verus mo-
dus recognoscendi apochas priuatas &c. Effica-
cior enim cœteris est ista probatio, quia magis
359 complectitur identitatem ipsius apochæ &
si excluditur omnis suspicio, & videatur Cra-
uet. in consil. 854. num. 10. vers. neque ad rem
attinet, si notã manũ eius habere se asserant &c.
Cæsar. Caren. in suis practic resolut. cap. 120. nu.
13 vers. neque enim sufficeret. si attestarentur, se
habere notam manum &c.

Ratio autem dictæ conclusionis est, quia
tantum testes deponendo se habere notã ma-
360 num eius, cuius est scriptura, ideo non rele-
uant, quia deponunt de iudicio suo, et non de
veritate, et testes ad hoc vt probent, debent
deponere per sensum corporis, et non per iu-
361 dicium intellectus pro vt ante omnes do-
cuit Bart in tractat de testib. numer. 20. & no-
tatur in l. qui testamento. §. final. ff. de testamen.
& in l. solum, & l. testamentum. ff. de testib. & in
puncto talis recognitionis post Corn. Paris. &
alios aduertit Scacc. de Iudicijs lib. 2. cap. 11. nu.
2135. vers. quia testes deponendo per iudicium
intellectus nihil concludunt &c. et Io. Domin.
Gait. in tractat. de Credit. cap. 2. titul. 9. nu. 2748.
vers. at in huiusmodi recognitione testes deponũt
de iudicio intellectus, et non de veritate, quæ per
sensum corporeum perspiciatur &c. Alia ratio,
quæ solet adduci, eamque expendit Bart. in
auth. et si cõtractus. vers. opponi. C. de fid instrum.

Quia testes possunt de facili decipi propter
362 similitudinem literarum, et quia potest quis
literas de facili contrafacere, sicut experientia
ipsa demonstrat, ac omnes admittunt, et vide
infra à num. 389. et in terminis testamẽtarijs,
vt testes non probent manum testatoris, nisi
363 deponant, se fuisse præsentes, dum testator
scripsit, vel subscripsit testamentum. post Are-
tin. Alex. Bart. Afflict. Paris. Grammat Thesaur.
et Ludouic. propter supradictã rationem affir-
mat Concil. Neapolit. penes D. Regent. Capyc.
Latr decis. 3. num. 11. vers. aliqui testes depone-
bant se habere notam manum &c. in terminis
testamentarijs loquitur etiam Caren. d resolut.
120 num. 13. vers. nisi per testes deponentes se
fuisse præsentes, dum testator se subscripsit &c.

Nihilòminus quamuis supradicta conclusio
de iure sit verissima, et vt animaduertere po-
tui transit sine contradictore, tamen contra-
rium dicendum est, si aliud de consuetudine
seruetur vt præsertim id videmus hic in Vrbe
364 nam quando agitur de scriptura testes non
requirente, tunc sat est de stylo Curiæ, in Tri-
bunali etiam Rotæ recepto ad effectum vt
plenè probent testes, si recognoscant scripturã
seu manũ scribẽtis, quamuis non fuerint præ-
sentes, quando indiuidua illa scriptura, super
qua deponunt, fuit scripta, dummodo depo-
365 nant se recognoscere manum, quia est sibi
valde nota. vt testatur Vestr. in prax. lib. 6. cap.
1. sub num. 8. vers. Nihilominus vsu &c cum
alijs allegatis per Fontanell de pact. nuptial.
claus. 6. glos. 3. part. 7. num. 25. vers. fallit item de
consuetudine Vrbis Romæ, et de stylo Curiæ il-
lius, secundum quem sufficit, quod testes deponãt
se habere notam manum scribentis, licet non fue-
rint præsentes &c. & de eodem stylo mentionẽ
facit Rota coram bon. mem. Card. Seraph. decis.
150. n. 1. vers. quidquid sit de iure cõmuni &c. et
coram bon. mem. Otano in causa Romana Dotis
31. Ianuarij 1596. versic. secundo accedit stylus
Curiæ &c. ibique plures decisiones antiquæ
referuntur, & deinde ita quoque fuit tentum
coram bon. mem Card. Lancellott, decis. 303.
num. 1. vers. de stylo Rotæ sufficit &c. part. 1. re-
cent. vbi abundè aliæ decisiones allegantur
prout etiam corã bo. me. Buratt decis. 292. n. 15.

Vbi quoque mentionem facit de hoc inue-
terato stylo Rotæ, aliæque plures allegantur in
causa Romana successionis bonorum 26. Iunij
1630. coram bon. mem. Coccino, & in causa Ro-
mana Locorum Montium 11. Maij 1643. corã
R. P. D. Cerro §. Nec obstat primò. vers cum si-
mus in litteris missiuis, in quibus non solent adhi-
beri testes, vtique de stylo Curiæ sufficit recogni-
tio per testes habentes notam manum &c. & ad-
do decis. 41. num. 1. coram bon mem. Card. Sa-
cerato part. 4. recent. vbi pariter testatur de sty-
lo Rotæ. &c. & decis. 553. numer. 2. vers. de
stylo Rotæ, in scripturis, in quibus testes non solẽt
adhiberi, sufficit recognitio per testes habentes no-
tam manum &c coram bon. me. Card. Caualer.
decis. 452. num. 4. vers. sufficit testes habere notã
manum scribentis, qui alias viderunt eum scri-
bere &c. & coram R. P. D. Carillo in causa Ro-
mana successionis 11. Martij 1643. § Agitur
enim. Vbi dicitur, quando agitur de recogni-
tione literarum missiuarum, quæ regulariter
solent scribi absque interuentu alterius perso-
366 næ, tunc rigorosam illam recognitionem fa-
ciẽdam de scriptura per testes, qui fuerũt præ-
sentes dũ ipsa scriptura scriberetur, & reco-
gnoscant manum scribẽtis, cessare in epistolis,
367 alijsque scripturis, quæ solent scribi absque
interuentu alterius, et deinde etiam fuit respon-
sum coram Eminentiss. D. Card. Cecchino in
Ros-

Romana Pecuniaria 13. *Maij* 1644. *§. Quod au-*
tem. §. sufficit, licet testes non viderint scribere
epistolam. cum simus in his, in quibus testes adhi-
beri non solent &c. et in terminis testamētarijs
fuit dictum coram R.P.D. Verospio *in causa*
Alatrina Testamenti 26. *Februarij* 1649. *§. Quia*
hac recognitio, vers. duobus testibus potuit reco-
gnosci super nota sibi testatoris manu de stylo
Curiæ in hoc Tribunali recepto &c.

Accedit etiam præter dictum stylum vigens
368 in Sacro Palatio, totaq. Curia Romana quoq.
Statutum Vrbis lib. 1. *cap.* 84. *de recognitione in-*
strumentorum, et apochbarum, disponens, quod
scripturæ priuatæ recognitæ per tres testes,
etiamsi non fuerint præsentes confectioni ta-
369 lis scripturæ, intelligantur plenè recognitæ,
etiam quoad illarum executionem petēdam.
Inter alias rationes, prædicti styli, ac Statuti
370 Vrbis illa satis bene potest expendi, quia
sæpe alioquin iustitia partium, propter illam
difficillimam probationem à iure communi
requisitam periret, nam raro vocantur testes
371 ad videndum priuatas scripturas scribere,
vel subscribere. Hinc sedulo aduertit *Valasc.*
decis. Lusitan. 67. *nu.* 14. generaliter non serua-
ri illam tam strictam Iuris censuram, circa re-
cognitionem scripturarum, vt testes scribi vi-
372 derint scripturam à Titio, quia bonum ius
partium non raro periret. et insuper *Valasc.*
affirmat, quod ita sæpè vidit iudicatum. Aliam
rationem, qui desiderat supradicti, styli, ac Sta-
tuti Romani, consulat *Vestr. in prax. dict. lib.* 6.
cap. 1. *sub nu.* 9. *vers. idque ea opinor ratione &c.*
Qui stylus, seu obseruantia Vrbis tamquam
373 Magistra ab omnibus est sequenda, *vt in*
puncto ratiocinatur Anton, de Amar. *decis. Fer-*
rarien. 20 *sub num.* 19. *vers. à quibus non est re-*
cedendum saltem ex obseruantia Vrbis, quæ tā-
quam Magistra &c. sed persistēdo in terminis

Etenim prędictus stylus, et Statutum Vrbis
habet bonam opinionem de Romanis, et de
374 districtualibus, nam aliàs de Iure Authenti-
corum prædicta recognitio, sicuti admittit d.
375 stylus, et statutum, non est bona, eò quod
propter multas falsitates, quæ in dies commit-
tebantur mala fuit concepta opinio hominū
illius temporis, qui studebant, seque exercebāt
376 in adulteratione, et immutatione literarum,
Auth. de instrument. caut. et fid. in princip. & no-
tant *Abb. in cap.* 2. *sub num.* 8. *vers. sed si certe*
bend. de fid. instrumen & Socin. *in l. si ita scripse-*
ro, sub num. 3. *vers. quod autem tali via &c. ff. de*
condition. et demonstrat. ita per oppositum est
bona hodie in Vrbe opinio, quia homines non
377 immutent, nec adulterent literas, *vt bene cō-*
siderat Scacc. de Iudic. d. lib. 2. *cap.* 11. *num.* 972.
vbi in fine, sic concludit. *Conseruate ergo hanc*
bonam opinionem.

Addo olim etiā de tempore primitiuæ Ec-
clesiæ, fragans erat odor sanctitatis, ac ardēs
378 zelus bonitatis Romanorum, in tantū quod
Tuba Diuini Spiritus, *Paulus Apostolus in*
epistola 1. scribendo ad eosdem Romanos, ait
Omnibus, qui sunt Romæ, dilectis DEI, vocatis
Sanctis &c. Romani etiam antea quam verita-
tem Catholicam hausissent meruerūt ab Om-
379 nipotenti DEO propter eorum sublimes
virtutes, *secundum S. Augustinum, & S. Tho-*
mam. extolli ad Mundi Monarchiam, hinc di-
citur *in can. ex his.* 28. *quæst.* 1. Romani, Impe-
380 rium virtutibus promeruerunt, *et latè ex no-*
stris tractat. Cassan. *in Cathalog. glor. Mundi cō-*
siderat. 14. *part.* 5. Imo CHRISTVS nasciturus,
nescens, natus, et moriens obedire consensit
Romanis.
381 Et ipsemet, Centurionis Romani fidem, vt
ita dicam, admirans, vt habetur *apud Matth.*
cap. 8. tam insigni elogio illum commendauit,
382 nempe *Amen dico vobis non inueni tantam*
fidem in Israel &c. Nec Catholici (vt inquit
Card. *Baron. in notis ad Martirolog. Roman. ad*
diem 16. *Nouemb. in litera B.*) certiori, nec su-
blimiori titulo decorari possunt, quàm sub ti-
383 tulo Romanorum. Vnde dicit *Alciat. in l. ho-*
stes. num. 4. *ff. de verb. significat* omnes, qui Ca-
tolicam pietatem non agnoscunt hostes Ro-
384 manorum dici possunt, sed de his satis. *alia-*
iam dixi in laudem Vrbis, et Romanorum in an-
notat. ad decis. 2. *§.* 28. *et* 37. *part.* 3. *recent. & in*
discurs. part. 4. *recent tom.* 3. *à num.* 352.

Persistendo modo in terminis styli Curiæ
Romanæ, vt testes probent scripturā esse ali-
cuius, si deponant eam notam habere, licet in-
385 diuidualiter non viderint illam scribere.
quare vlterius progrediendo, assero prædictū
stylum non ita simpliciter procedere, sed tunc
solùm, et maxime in Tribunali Rotæ, quando
386 insimul etiam adminicula, et coniecturæ pro
veritate concurrunt, alias verò Rota recusat
admittere talem stylum vt patet ex pluribus
decisionibus, & præsertim fuit animaduersum
coram sa. me. Gregor. XV. decis. 389. *num.* 2. *vers.*
Rota requirit etiam adminicula &c. vbi plures
quoque decisiones Rotales ad hoc allegantur
sicuti etiam *ibi Beltramin. in annotation. in*
verb. adminicula alias congerit, et fuit responsū
in recent. decis. 303. *num.* 1. *vers. concurrentibus*
adminiculis &c. part. 1. vbi pariter aliæ addu-
cuntur decisiones, *sicuti etiam aliæ habentur in*
decis. 192. *num.* 3. *vers. concurrentibus adminicu-*
lis, bene recognosci potest per testes, habentes no-
tam manum &c. part. 3. *recent* & coram R.P.D.
meo Decano Dunozett. *in causa Romana Pe-*
cuniaria 5. *Maij* 1627. *camque retuli in part.* 5.
recent. decis. 61. *num.* 8. vbi Rota apertè fatetur
387 (quidquid sit de stylo illo A C. admittēre in
recognitione scripturarū testes habentes no-
tam manum) non admittere talem stylum,
seu dictas recognitiones, nisi concurrentibus
adminiculis &c. *et coram Eminentiss. D. Card.*
Cecchino *in d. Romana Pecuniaria* 13. *Maij*
1644. *§. Quod autem vers. illictis præcipuè admi-*
niculis &c. ibique aliæ decisiones adducuntur,

Ratio quippe, cur testes nullatenus secundū

Digitized by Google

dispositionem iuris communis,probent iden-
titatem alicuius scripturæ asserendo se habere
notam manum illius,est,quia , vt dixi supra
num.362. de facili possunt decipi propter si-
388 militudinem literarum , et quia potest quis
alicuius literas de facili contrafacere, Vnde
Titus Vespesianus Romanus Imperator. sæpè
389 professus fuit,*vt refert Suetonius in eius vita cap.3. in fin.* se maximum falsarium esse po-
tuisse, quia imitabatur quæcumq. chyrogra-
pha vidisset.refert etiam *Ioseph.Ludouic decis. Perus.7.num.15.* se vidisse Romæ tempore se-
re.Pij Papæ V.quemdam, qui ita adulterabat
390 manum Summi Pontificis in his, quæ expe-
diri solent per Datariam , vt etiam Sanctitas
sua,vix recognoscere posset manum suam ab
illa , nec etiam Reuerendissimus Datarius
Maffeus , quod tamen scelus fuit detectum
391 et ille talis captus , & laqueo suspensus Ro-
mæ propè pontem S.Angeli, & ipse Ludouic,
sicut refert,proprijs oculis id vidit.

Refert etiam *Gaspar. Anton.Thesaur.quæst. forens.lib.1.quæst.24.nu 7.* se vidisse in carceri-
bus Senatorijs detentum quemdam Neapoli-
tanum,qui diplomata,et literas per Cancella-
392 riæ Secretarios conscriptas , vnà cum earū-
dem subscriptionibus ita imitabatur, vt diffi-
ciliter discerni potuissent veræ literæ à falsis,
& cum sibi gratiam de quibusdam delictis fa-
bricasset,fuit falsitate detecta ad triremes,cō-
demnatus.Narrat quoque *Riminald.Iun.in consil.236.n.19.lib.2.* quemdam fuisse in discri-
393 mine vitæ constitutum, ex eo, quia confe-
cerat alter falsò manum eius,et testes depo-
nebant contra eum,dicentes se habere notam
manum illius,& detecta veritate,ille qui con-
394 fixerat manum, fuit laqueo suspensus, alter
verò fuit liberatus.id etiam refert *Sebastian. Guazzin. Ad Defens.reor.defens.10. cap.23.n.6.*
vbi pariter narrat idem accidisse hic in Cu-
395 ria in principio Pontificatus Sixti V.et tem-
pore Clementis VIII. vt ibi per eum, *& per Mascard.de probat. conclus.330.num.3. part.1.*

Propterea cessante dicta ratione , nempe
falsitatis,vt dicebam, silere etiā debet supra-
relata dispositio Iuris, circa recognitionem
396 scripturarum,vtique, quando adsunt admi-
nicula.& aliæ coniecturę pro veritate scriptu-
ræ, non intrat amplius ratio considerata à
397 Iure,materia enim probationis est arbitra
ria, & reposita in arbitrium, religionemque
Iudicis,vt notatur *in cap. quoniam contra de probat.et in l.3.ff.de testib.* & ex mero iudicio,
regulato tamen à Iure,pendet, an aliquid suf-
398 ficienter,et concludenter probatum sit,ita
quòd Iudex ex diuersis animi motibus,et va-
rijs suggestionibus, ac circumstantijs deuenit
ad perfectam probationem,in qua quidē ma-
399 teria probationum restringatur,absit enim,
vt probationis materia , seu facultas coangu-
400 stietur. *l.quoniam multa, & ibi in specie notat Bart.C.de heretic.& Manich.cum alijs allegatis per* Rotam *decis.4.nu.7. vers. probationes de Iure non sunt coangustiandæ &c.part 7. recent.*

Verum in hac materia recognitionis scrip-
401 turarum,omnis ratio clamat,vt exuberet of-
ficium Iudicis, à cuius arbitrio pendet rele-
uantia recognitionis. *Trentacinque variar. resolut.7.vol.1.lib.2.titul.de fid.instrum.resolut.7. sub num.6.vers. secunda est opinio. Scaccia de Iudic lib.12.cap.11. num.1044* & sedulò mo-
nuit Rota *coram R.P.D.* Carillo *in causa Romana successionis 11.Martij 1643.§.Verum tamen.vers.ratio suadet,vt exuberet officium Iudicis &c.* Vbi dicitur, quamuis verum sit ad-
minicula esse necessaria , vltra assertionem te-
402 stium habentium notam manum scribentis,
tamen id procedere in recognitione scriptu-
ræ priuatæ in cuius confectione requiruntur
testes,secus tamen vbi non sunt necessarij te-
stes,vt in epistolis,& similibus scripturis, nam
403 tunc non sūt necessaria adminicula , & ta-
men Rota ibi in recognitione epistolæ missi-
uæ adminicula desiderauit, vt exuberaret of-
ficium Iudicis.

Quare,si stantibus adminiculis, pro verita-
te scripturæ recognoscendæ per testes haben-
tes notam manum scribentis.cessat ratio illa
deceptionis,et suspicio erroris et falsitatis, er-
404 go etiam inducitur verisimilitudo , propter
quam verisimilitudinem admittitur proba-
tio.quæ aliàs sufficeret minimè.*vt post* Gul.de
Cun. *inquit* Alex. *in l.edita.in fin.C. de edend.*
vbi notat id memoriæ esse retinendum , et se-
quuntur alij adducti *per* Surd *decis.325.nu.5.*
vbi ait,verisimilitudinem operari, vt probent
405 ea,quæ aliàs nullam facerent fidem , *& fuit resolutum in Rota coram bo.me.* Pirouano *decis. 28.num.16.vers. verisimilitudo solet adimplere probationem,etiam in casibus,in quibus alias nō adimplerentur &c.part.4.recent.tom.2.*

Nam,& verisimilitudo est cognata naturæ,
406 & imaginem veritatis in se contineat, *ex allegatis per Aym.*Crauett.*in consil 61.nu.9 vers. verisimilitudo dicitur cognata naturæ &c. adeo potens,quod pro lege habeatur &c.* Osasc. *decis. Pedemont.170. num.8. vers. qui arguit à verisimili arguit à ratione naturali,cum verisimilitudo sit cognata natura &c.* et dixit Rota *coram R.P.D.*Ghisilerio *decis.245.num.19. vers. quia verisimilitudo dicitur cognata naturæ &c.part. 9 recent.*

407 Et insuper additur, valere argumentum
à verisimilitudine, tamquam à ratione natu-
rali.et adde, quod qui argui à verisimili dici-
408 tur,allegare textum rationis,cum verisimi-
litudo pro lege habeatur,*vt inquit* Bald *in cōsil.380.num.3.cū multis alijs allegatis per* Mas-
chard *de probation.conclus.1302. num 6. vers. qui arguit à verisimili &c.tom.3.* et abundè vi-
deatur *apud Tiraquell.in præfat.l.si vnquam à num.37.vers.vt ex ea leges faciant &c. C. de reuocand donat.* Et in terminis nostris benè
probat *Card. Arigonius in suo responso apud*

Pari-

Farinac.consil.70. num.62.& 63. et cōsideta.
nit Rota coram bon mem Cantucc. decis. 124.
num.3.part.2.diuers vbi habetur, quod con-
currentibus adminiculis sufficit recognitio
409 testium dicentium habere notam manum
eius de cuius scriptura agitur, licet non vide-
rint eam scribi, et eamdem decis. sequendo sic
indicauit Rota Bononien in decis. select. eiusdem
Rota nouiter impress. decis.80. num 44. vers. vbi
concurrunt aliqua adminicula sufficit, quod te-
stes recognouerint dicendo se habere notam ma-
num &c. alias decisiones Rotales habes in-
fra abunde deducenda.

Testes enim, deponentes se habere notam
manum scribentis, qui viderunt pluries eum
410 scribere, probant (quidquid dixerit Borell.
in summ.decisionum part.2. titul.23. num.13.)
vel semiplenè, vel paulò minus quàm semiple-
nè, vt benè deducit, Ruin.in consil 46.nu.6. 10.
et 11. lib.4.& Caball.resolut.criminal.cas.251. n.
5. et 13. & faciunt tradita per Menoch. de ar-
bitrar Iud.cas.114.num.20. et per Farinacc. in
fragment crimin part.1. litera C. num. 505. cum
alijs allegatis per Io. Dom. Cait. in tractat. de cre-
dit. cap 2. titul.7. num 2754 vers. facere tantum
semiplenam probationem &c. Vnde talis pro-
411 batio semiplena vel minus, quàm semiplena
suppletur, et perficitur, quando plura, vel ali-
qua concurrunt adminicula imperfectā pro-
412 bationem validam, et perfectam reddere
possunt. l. instrum. C. de probat. Achil. dec.1. n.
2. vers. esset adminiculata &c. de confess. et fuit
dictum coram bon.mem. Pirouano decis.201. nu.
29. vers. adminiculis potest impleri probatio &c.
part.4. recent. tom 2 et coram eodem decis. 169.
num.13. vers adminicula imperfectam probatio-
nem, perfectam reddere possunt &c. part.6. recen.

Et in terminis nostris post Ruin.& alios. asse-
rit Marescott.variar. resolut. cap.69. numer.6.
vers fallit concurrentibus adminiculis quo casu
etiam de iure communi sufficiunt testes habentes
notam manum &c. et adde Cait. d. titul.7.
num.2778. vers tamen si cum huiusmodi proba-
tione concurrant adminicula plena ex ijs indu-
citur fides &c.& insuper post Farinac. d. consil.
70. num.58 et seq. attestatur ita pluries fuisse
resolutum in Rota, et addo præter relatam
decis.124. num.3. part.2. diuers. aliam coram
Card. Caualer. decis.452. num.4. vers. sufficit te-
stes habere notam manum, et vers dicebātur de-
seruire pro adminiculo &c. et plenè fuit resolu-
tum coram bon.mem. Buratt decis 475. numer.7.
413 vbi dicitur generaliter esse verum, quod
scriptura priuata quæ solet fieri sine testibus,
plenè probet, recognita per testes habentes
notam manum, iunctis adminiculis, et ibique
plures decisiones ad hoc allegantur, & adde
decisionem coram R. P.D. Carillo in d. causa
Romana successionis 11. Martij 1643. §. Adeo
quod. vers. necessaria adminicula, et declara vt
ibi, et dixi supra num 1.

Imò, vt habetur admissum coram bon.mem.
Pirouano decis.341. num.5. part.5. recent. Ad-
minicula sufficiunt, vt scripturæ fides sit ad-
hibēda ad effectum sufficientis recognitionis

Atque hæc dicta satis sint ad effectum pro-
414 bandi stylum Curiæ admittentis quo ad re-
cognitionem scripturarum testes deponentes
se habere notam manum scribentis non
longe distare à dispositione iuris communis.
Insuper Genuæ adest etiam prædictus stylus
(sicut in Curia) quod manus recognitio fit
per testes deponentes, se de tali literatura ha-
415 bere cognitionem, qui viderunt aliquem
sæpius scribere, vt habetur in decis. Genua 16.
num.11. vbi asseritur quod sic ex inueterata
consuetudine Genuæ probatur literatura, &
manus scribentis et subditur etiam cum d. cō-
416 suetudo sit vniuersalis, et notoria non eget
probatione. Et de consuetudine generali in
Orbe post Valasc.& Nicol.Gen. testatur Fon-
tanell. de pact. nupt. glos.3. part.7. num 27. vers.
quam consuetudinem generalem in orbe &c.

Restat nunc, vt respondeam ad obiectionē
supra adductam nu.360. scilicet testes depo-
417 nendo se habere notam scribentis manum,
testificari de iudicio suo, & non de veritate,
ideoque non probare, nam adhuc respondé-
tur, non esse necesse, vt prædicti testes depo-
nant de veritate, scilicet scripturam fuisse de
418 manu Titij, & sic sufficit, quod deponant de
credulitate Bart. in l. testium. num.14. col.2. in
fin. C. de testib. probauitque Rota coram bon.
mem. Card. Seraph decis.522. num.1. vers. cum
dicat videri scriptam manu patris sui, quod suf-
ficit &c. nec non additur, verbum videtur, ali-
419 quādo denotare veritatem Bart. & Alberic.
in l.1 in princip ff. de ventr. inspiciend. sic quoq.
affirmare non dubitauit post d. decis. Seraph.
Steph. Gratian. discept. forens.895. num.53. vbi
ait de stylo, & obseruantia sufficere testes as-
serere sibi videri scripturam esse scriptam de
420 manu Titij quamuis sic essent testes de cre-
dulitate.

Quamobrem sicuti animaduerto in hoc ca-
su testes æquiparantur peritis in arte, qui in-
ducuntur ad recognoscendam scripturam ali-
421 cuius per comparationem literarum, nam
sicuti horum testimonium, & iudicium nititur
peritia vniuersali, quam habent scribendi, &
formationis characterum, ita illorum testimo-
422 nium, et iudicium, peritia nititur particula-
ri, quam habēt circa manus tractus literarum,
et characterum scribentis.

Periti autem, qui adhibentur ad recogno-
423 scendam scripturam per comparationem li-
terarum, non tenentur deponere de veritate,
sed tantum de credulitate. Rip. in l. admonen-
di. num.196. ff. de iureiur. Castren. in l. compara-
tiones. num.1. C. de fid. instrument. Farinac. in
tractat. de testib. quæst 73. num.100. & in pun-
cto notant. Ioseph Ludouic. decis. Perus.7. nu.8.
vers. cum ipsi non tanquam testis &c. Genua
in tractat. de scriptur. priuat. lib. 2. num.54. cum

Kk 2 alijs

alijs ab eo allegatis, nec non dicam infra in
seq. cap. et ratio est, quia isti periti deponũt de
re nõ perceptibili sẽsu corporeo, sed percepti-
424 bili iudicio intellectus, et ita deponunt po-
tius vt iudices, quàm vt testes, quia testis de-
ponit de eo, quod percipit per sensum corpo-
ris, vt dixi supra nu. 361. & in specie affirma-
uit *Rota coram bo. me. Card. Mantic. decis. 79.*
num. 2. vbi dicitur, quamuis regulariter testis
425 deponendo per verbum credo, et verbum,
videtur, non probet, tamen cum recognitio
scripturæ, iudicio intellectus percipiatur, talis
depositio est recipienda, vbi etiam attestatur,
426 sæpius fuisse resolutum in Rota, prædictas
depositiones testium sufficere ad recognitionẽ
scripturæ, quia est coniuncta cum ratione, quæ
à communiter accidentibus concludit verita-
tem, & deinde sic quoque fuit responsum *co-*
ram bon. mem. Card. Caualet. *decis. 553. num. 6.*
vers. licet generaliter testis deponens de credulita-
te non probet, fallit tamẽ quando depositio pen-
det ab intellectu &c. cum ibi allegatis.

Benè etiam faciunt notata *per Bald in l. so-*
lam. quæst. 5. C. de testib. vbi dicit quod testis
427 deponẽs de credulitate tunc, & eo casu pro-
bat, si talis credulitas est causata sensu infe-
rente ita credi deberet, per id quod legitur,
et notatur *in cap. tertio loco, & in cap. literas de*
præsumpt. congruit pariter, quod notat **Cyn.**
in l. testium. ff. de testib. & Abb. in cap. quo-
ties eodem titul. dicentes, vbi credulitas est
428 proxima sensui per quem percipitur ve-
ritas valebit tale testimonium, secus vbi re-
mota sit à tali sensu. Vnde quando testes di-
429 cunt credere, talem scripturam fuisse exara-
tam à Sempronio ex eo, quia pluries illum vi-
derunt scribere, et ita habere notitiam de li-
teris eius, quia sunt affines, vel amici, meritò
talis ratio infert ita credendum, & quamuis
430 necessario non inferat, ita quod inducatur
plena probatio, infert tamen quoad semiplenã
probationem, quæ si quidem iunctis admini-
culis satis impletur, vt dixi supra num. 412.

Tandem loquendo in materia testamenta-
ria, vt satis superque dicatur recognita manus
testatoris per testes, quamuis non fuerint præ-
331 sentes, nec viderint Testatorem scribere,
quando scilicet agitur de testamẽto sigillato,
& clauso, facto absque interuentu testium, de-
ponentes se habere notam manum testatoris,
ex eo, quia pluries viderunt eum scribere, &
432 hoc tàm de iure, quàm de stylo, fuit resolu-
tum in Rota *coram R. P. D.* Cerro *in causa Pe-*
rusina Testamenti 15. Decemb. 1641. §. Minus
releuat vers. sufficiunt testes habentes notam ma-
num testatoris &c. vbi plures aliæ decisiones
Rotales ad hoc adducuntur, quod tamen sẽ-
per intellige concurrentibus adminiculis ve-
ritatem scripturæ suadentibus, prout etiam in
his terminis testamentarijs aduertit Rota *co-*
ram bo. me. Marquemont. *decis. 192. nu. 3. vers.*
concurrentibus autem adminiculis &c. part. 3.
recent. ibique agitur de recognitione manus
Notarij, qui testamentum rogauerat, alijsque
vt ibi videri potest.

In puris verò terminis recognitionis manus
testatoris ad pias causas testantis, cum in tali
433 testamento nullus testis sit necessarius, vt sa-
tis probaui supra *cap. 21. à num. 1.* sicque talis
recognitio rectè fiat per testes, notam haben-
tes manum testatoris, quamuis non viderint
434 indiuiduam illam scripturam scribere, fuit
admissum *in Rota coram bo. mem. Card.* Lancel-
lot. *in causa Leodien. Testamẽti 10. Martij 1574.*
§. 1. vers. etiam in testamento ad pias causas suffi-
cit illa recognitio &c. & deinde coram *bo. mem.*
Iusto *in causa Mediolanen. Bonorum de Cusa-*
nis 4. Februarij 1606. & coràm bon. mem. Can-
tuccio *in causa* Romana *Hæreditatis de Mar-*
zocchis 9. Februarij 1580 est decisio 124. num. 2.
vers. agitur de recognitione cedulæ testamenti ad
pias causas &c. part. 2. diuers. & resolutum etiã
fuit *coram bon. mem.* Card. Caualet. *decis. 553.*
num. 2. vers. per testes habentes notam manum,
vt de testamento ad pias causas &c. & recẽtius
coram R. P. D. Terracinen. *in causa Gallicu. Hæ-*
reditatis 1. Iulij 1639. §. Pariter existimarunt.
vers. recognitum per testes habentes notam manũ
testatoris &c.

Vbi etiam dicitur, id maximè procedere,
435 dum plura concurrunt adminicula, *sicuti etiã*
fuit animaduersum in d. decis. 124. num. 3. & 4.
vers. concurrentibus adminiculis &c. et *coram*
Caualer. *d. decis. 553. vers. maxime si concurrant*
adminicula &c. & idem fuit dictum pariter in
puncto testamenti pij *in causa Alatrina Testa-*
menti 26. Februarij 1649. corã R. P. D. Verospio
§. Quia hæc recognitio. vers. scriptura ad pias cau-
sas potuit testibus recognosci super nota testatoris
manu firmiter examinatis, & maxime quia plu-
ra concurrunt adminicula &c. In sequenti cap.
videbimus an recognitio manus testantis ad
pias causas, sit facienda per tres testes eos re-
quirentes in recognitione scripturarum
Statutum Vrbis lib. 1. cap. 84. et reliqua in-
dagabimus circa comparationem literarum
per peritos facienda, quando non adsunt testes
recognoscentes manum testantium.

ARGVMENTVM.

Testamentum conditum ad pias causas, si sit scriptum, vel subscriptum à testatore, vt valeat sat est, vt recognoscatur manus per duos testes habentes eam notam, quod procedit etiã si sit factum in Vrbis districtu, licet adsit Statutum Vrbis lib. 1. cap. 84. disponens, quod recognitiones scripturarum priuatarum fieri debeant per tres testes.

Statuta Vrbis, cum amplè, & motu proprio fuerint à Sede Apostolica confirmata, ideo tamquam Papalia videntur etiam ligare Ecclesias, & Ecclesiasticos, & sic etiam pias causas, Tamẽ veritas est in contrarium, nisi in prædictis sta-

tutis

tutis fiat mentio de prædictis, cum ea sit natura confirmationis robur tantum addere rei confirmatæ, sed non in aliquo eam extendere.

Comparationis literarum probatio est satis fallax, periculosa, & materia satis obscura, & sic dubia, ita vt Imperator Iustinianus parum defuit, ne in totum eam extirparet. Olim enim, dum hominum fides satis elucescebat nō erat opus tali probatione, quia solo verbo contenti sic tantùm candidè contrahebant, promissaq; seruabant,

Sed hodie dierum excrescente malitia aliud obseruatur, & non solum verba non seruantur, imo & multoties, ipsaque documenta habentur pro chimeris. Et multa dicuntur in genere circa dictam materiam comparationis literarum.

SVMMARIVM.

436 *Manum testantis ad pias causas, sufficit quod duo testes tantum recognoscant, & quid sit dicendum, si nullus adsit.*

436 *Statutum Vrb. lib 1. cap. 84. requirit in recognitione scripturarum priuatarum tres testes.*
Statutum Vrb. lib. 1. cap. 84. non est decisoriū, sed ordinatorium.

437 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 84. non habet locum in vltimis voluntatibus. maximè ad pias causas. & nu. 450. 468. & 472.*

438 *Statuta Vrbis tamquam confirmata à Papa videntur etiam comprehendere pias causas.*

439 *Statuta confirmata à Papa, perinde habenda sunt, ac si essent Papalia.*

440 *Statuta confirmata à Papa seruari etiam debent à Clericis.*
Et tunc eo maximè, quando confirmatio non est in forma communi, sed in forma specifica.

441 *Confirmatio Papæ circa statuta, non potest dici in forma communi, si sit facta per verba, volumus, & mandamus.*

442 *Statuta Vrbis sunt amplè, & motu proprio confirmata a Papa, imo et condita de eius mādato.*

443 *Statuta Vrbis tamquam Papalia comprehendunt etiam Ecclesias, & Ecclesiasticos.*

444 *Statuta Vrbis quantumuis Papalia non intrant quoad disposita ad pias causas. & nu. 451.*

445 *Causæ priuilegiatæ non veniunt sub generalibus dispositionibus.*

446 *Statuta Vrbis de obligationibus sub certa forma faciend. non comprehendunt causas priuilegiatas dotium, & maxime si sint ad pias causas &c. & nu. 447.*

448 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 142. iuris solemnitates exquirens in testamentis, nullatenus cōprehendit pias causas.*

453 *Confirmationes nihil de nouo tribuunt. sed res prout est confirmant, ac robur addunt. & numer. 454.*

455 *Vrbini Statutum disponens, quod ius etiam reddi possit in hebdomada sancta, non tenet, quamuis sit confirmatum a Papa.*

456 *Confirmatio sequitur naturam rei, in eisdem terminis in quibus eam reperit, & in ipsismet relinquit.*

457 *Confirmatio in forma communi non releuat, quando confirmanda sunt contra ius cōmune.*

458 *Statuta Vrbis licet amplè confirmata, de nouo nihil in eis tamen est subintelligendum.*

459 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 142 disponens quod in casu deficientiæ Statutorum seruetur ius Ciuile, intelligitur de Iure Ciuili non correcto per Ius Canonicum.*
Ius Ciuile correctum per ius Canonicum, non dicitur amplius Ciuile.

460 *Confirmatio non potest operari, vt res confirmata extendatur ad id, quod non est.*

461 *Statuta Vrbis, tamquam confirmata a Papa, tunc ligant Clericos, quando de eis, in illis fit mentio, & num. 467.*

462 *Statutum Vrbis, tunc ligant Clericos, quando si non sint in eis nominati, veniunt tamen sub aliquibus verbis generalibus aptis eos comprehendere.*

463 *Statuta Vrbis, dum mentionem, nec virtualiter faciunt de clericis, tunc confirmatio Apostolica, eos non comprehendit ex duplici causa.*

464 *Dispositio statutaria generalis non trahitur ad ea, quæ in specie fieri prohibentur.*

465 *Statuentes Laici non est præsumendum voluisse comprehendere Clericos sub eorum statutis & quare.*
Voluntas à potestate regulari solet.

466 *Confirmatio Apostolica non extendit rem confirmatam, ad ea, quæ non habentur iure confirmata.*

470 *Statuentium dispositio commensurari debet secundum eorum potestatem.*

471 *sub Dispositione generali non est censendum statuentes voluisse comprehendere, id quod in specie non possunt disponere.*

473 *Confirmatio non extendit limites rei confirmatæ, quamuis robur adijciat.*

474 *Testatoris manum ad pias causas testantis, si nemo reperiatur, qui eam recognoscat, quid tūc sit faciendum. & nu. 475.*

476 *Comparationis literarum vsus, quare fuerit introductus.*

477 *Comparationis literarum probatio, est satis fallibilis, periculosa, at non parum erroribus, & fraudibus obnoxia.*

478 *Comparationis literarum probatio, parum defuit, ne fuerit à Iustiniano Imp. abolita.*

479 *Comparatio literarum olim non erat in vsu.*
Verbo solo, olim dum hominum fides elucescebat, se obligabant tantum contrahentes.

480 *Hominum excrescente malitia in dies, non solum verba negantur, sed etiam ipsa documenta publica in dubio ponuntur.*
Instrumenta publica, hominum fide deficiente, aliquando habentur, vt chimera.

481 *Fides*

481 *Fides nulla est in pactis, nec in ore, & fraus in factis &c.*
Fides nusquam tuta.
Vtilitas fuit semper, fide sanctior apud Parthos.
482 *Fidem, mundo relicto, Cœlum petijsse, Poetæ fingunt.*
483 *Tempora priora fuisse meliora, quam præsentia non est dicendum, secundum Salamonem.*
485 *Senes soliti sunt laudare præterita; & præsentia despicere.*
485 *Comparationum literarum materia, est subtilis intricata, & difficilis.*
Comparatio est ad iudicandum difficilis.
486 *Comparationis literarum materia, est sic obscura ob diuersas cõstitutiones Iustiniani Imp. emanatas.*
488 *inter Recognitionem, & comparationem literarum adest differentia, & multi DD. confundunt hos terminos.*
489 *in Recognitione scripturarum non admittuntur testes regulariter, nisi viderint scribere scripturam.*
490 *Comparatio scripturarum, quando fit, non est necesse, vt periti ad hoc electi viderint scribere.*
491 *Periti electi ad comparandas scripturas, quid peragere tantum debeant.*
492 *L. comparationes. 16. C. de fid. instrument. an fuerit correcta, vel ampliata per authenticas Constitutiones Imp. Iustinian. dubium est. & num. 493.*
494 *Comparatio literarum, quod aliter fiat in apocha, libro, epistola, alijsque scripturis, opinio ista non est vera & nu. 495.*
496 *in Comparatione literarum constituitur differentia inter apochas, quæ sunt intra libram auri, & illarum, quæ excedunt.*
Sed secundum saltem hodiernam praxim non recipitur hodie talis differentia. num. 504.
497 *Contractus celebratus supra libram auri in scriptis ab imperito literarum quinque testium eget solemnitate.*
498 *Auri libra hodie constituitur ex centum, necnõ septem aureis.*
499 *Aurei antiqui valor hodie diminutus est, cum scuta 72. constituebant libram auri.*
500 *in Comparatione literarum generaliter locutus est Imp. in l. comparationes. C. de fid. instr.*
502 *Contractus si fiat in Ciuitate, & excedat libram auri, non creditur soli comparationi literarum.*

CAPVT XXIX.

OPpportunè materiam recognitionis manus Testatoris ad piam causam disponentis, prosequendo, inter cœtera illud videre restat, an in hoc casu testes duo sufficiant
436 testificantes se recognoscere manum testantis, quia eam habent notam, & resolutio non valet esse, nisi affirmatiua, cum in recognitione actus priuilegiati, non debeat requiri maior numerus testium, quàm in ipso testamento principali condito ad pias causas (intellige ad effectum probationis, & non de essentia ipsius testamenti, vt sæpius dixi,) ac proinde sufficiũt duo testes recognoscentes manum testatoris,
437 cum regulariter in ore duorum, vel trium stet omne verbum. *cap. relatum. el 1. de testam.* Nec obstat Statutum Vrb. *lib. 1. cap. 84.* cuius vigore cautum est, quod in recognitione scripturæ priuatæ sint adhibendi tres testes, quia omisso tale statutum non esse decisorium, sed ordinatorium, illud tamen ponit falcem ad radicem, Quia tale Statutũ non habet locum in vltimis voluntatibus, maxime ad pias causas; quarum fauore inductum est, vt sermo generalis statuentium non sufficiat ad tollenda priuilegia eis competentia. *Alex. consil. 209. nu. 3. & 4. lib. 2. et cons. 105. num. 11. vsque ad nu. 14. lib. 4.* Felin. *in cap Ecclesia S. MARIÆ. nu. 70. de constitut.* Abb. *in cap. relatum. num. 5. & seq.* cum latissima apostilla. *de testament.* cum alijs allegatis *per Capicer. in tractat. de numer. test. part. 2. cap. 6. num. 18. et dixi supra cap. 3. a numer. 276.*

Nec obstat Statuta Vrbis fuisse confirmata
438 per Summum Pontificem, vnde & quoque dispositiones ad pias causas dicendum videtur compræhendere. Nam Statuta confirmata
439 à Papa, de eis iudicãdum venit, vt de Statutis Papalibus. *Abb. in cap. dilecta. numer. 24. de præbend.* Felin. *in cap. cum accessissent. nu. 4. et 7. vbi etiam* Dec. *num. 19. de constitut.* Gabr. *de clausul conclus. 3. num. 20. & dixit Rota corã bon. mem.* Pirouann *in causa Melititana Præeminentiarum 28. Ianuarij 1628. et coram bon. mem.* Coccino *decis. 58. num. 28. vers. dicta statuta fuat confirmata à Sede Apostolica, ideo dicuntur Papalia &c. part. 6. recent. et coram Reuerendiss.* Terracinen. *decis. 136. nu. 6. vers. tamquam de Constitutionibus Papalibus iudicandũ est &c. part. 7. recentior. & deinde fuit dictum coram* R. P. D. Meltio *in causa Tudertina Successionis 29. Maij 1652. §. Nihil etiam facit. vers. huiusmodi statutum cum fuerit confirmatum à Papa, & propterea de eo iudicandum venit, vti de statutis Papalibus &c.*

Vbi etiam subditur, quod talia statuta con-
440 firmata à Papa, omnino etiam debeant seruari à Clericis, & tunc eo maximè si cõfirmatio Apostolica potius videtur facta in forma specifica, quàm communi, veluti si in confirmatione adsint verba illa, volumus, & man-
441 damus, quæ non videntur inducere solam simplicem confirmationem, sed facere nouam concessionem, & dispositionem, *iuxta adducta per Rotam coram bo. mem.* Vbaldo *in causa Bononien. Successionis 9. Decemb. 1622. a me relata in part 4 recent. tom. 2. decis. 438. num. 55. & 59.* Vnde cum statuta Vrbis sint amplè, & motu
442 proprio confirmata à Papa, imo condita de

man-

mandato Papæ, dicuntur Papalia; & sic ligant
etiam clericos, vt fuit dictum *coram bon.mem.*
Robusterio *in causa Portuen. Plani Vlmi, et co-*
*ram sanct.me.*Clemente VIII. *decis.352.num.1.*
vers.statuta Vrbis comprehendunt etiam Cleri-
cos cum sint papalia &c. part.1. diuers. & quod
ita sæpissimè fuerit resolutum in Rota, *habetur*
coram bo.me. Pirouano *decis.380. numer.1. vers.*
quia Statutum Vrbis est Papale, comprehendit
etiam personas Ecclesiasticas &c. part.1. recent.
cum alijs allegatis coram bo.me. Coccino *d decis.*
58.num.34.vers.comprehendit etiam clericos, &
personas Ecclesiasticas &c. part.6.recēt. & quod
dicta statuta tamquam Papalia comprehendāt
443 etiam Ecclesias ex supradictis decisionibus
asserit *Gratian.discept.forens.913 nu.14. versic.*
statutum tamquam confirmatum a Sede Apo-
stolica comprehēdit etiam Ecclesiam &c. Ex su-
pradictis ergo apparet, quod statuta Vrbis tā-
quam confirmata a Papa, videntur & vt dixi,
comprehendere quoque piarum causarum
dispositiones.

Verum enimuero parum obstante tali op-
positione absque difficultate retinendum est,
quod iam præmisi, nempe statuta Vrbis non
444 obstante tali confirmatione Apostolica, dū-
modo specialiter in statutis de eis non fiat mē-
tio, nullatenus comprehendit pias causas. Sicq;
respondetur talem confirmationem, non ex-
tendi ad causas priuilegiatas, quia indigent
445 speciali expressione, & propterea prædicta
quoque statuta Vrbis, *de obligationibus sub*
certa forma faciendis, non comprehendūt cau-
sas priuilegiatas dotium, & similium cōcer-
nentium loca pia. *Calcan.cons.13.num.4. Bald.*
Nouell.in tractat.de dot part.6.priuileg.47. in
fin.post Salicet. *in l.fin.sa princ.in 4.notabil.*C.*de*
446 *iur.dot* cum alijs abūdè relatis *per Tiraquell.*
ad leg cōnub.glos.8.n.162 & dixit Rota *in cau-*
sa Romana Euictionis 23.Martij 1588. coram
Card.Blanchetto, & in causa Toletana pecunia-
ria 26.Ianuar.1590. corā bo.me. Comitulo *est*
inter eius impress.dec 99.nu.18.vers dotis fauore.
quæ decisio loquitur in terminis dispositionis
447 ad pias causas, fuit enim promissa dos pau-
perrimæ mulieri, & tunc multò magis intra-
bat priuilegium dotis, eò quia tunc dicitur ad
pias causas, & sic multò minus intrant disposi-
tiones statutariæ laicorum, & in prædicta enim
decis. Comitul. fuit decisum, quod solemnita-
tes statutariæ non comprehendunt dispositio-
448 nes ad pias causas, et ita per dictam decisio-
nem huic opinioni negatiuæ videtur adhærere
Pic.ad statat.Vrb.lib 1.cap.151.glos.7.num.262.
*& vide alios allegatos per Addentes ad decis.*Co-
mitul.num.20.& bene deducit *Gratian.discept.*
forens. cap.895. num.48. vers.non comprehendit
causas priuilegiatas &c.

Et persistendo in terminis testamentarijs,
quod enim *Statutum Vrbis lib. 1. cap.42.* iuris
solemnitates exquirens in testamentis in Vr-
bis districtu confectis, tale statutum nullate-
449 nus comprehēdat dispositiones ad pias cau-
sas, cum illæ tantum iuris Diuini, ac Sacrorū
Canonum solemnitate sint terminandæ *iuxta*
text.in cap.relatum.de testament. & abundè de-
duxi supra cap.1. per tot & in puncto prædicti
statuti *Vrb. lib. 1. cap.42.* dixit *Rota coram*
R.P.D. Verospio *in causa Alatrina Testamenti*
26.Februarij 1649.§.Vltimo. versic.non obstat
statutum Vrbis lib. primo. cap. 42. nam non
obtinet locum in dispositione ad pias causas &c.
Atque in puris terminis nostris, quod si aga-
tur de recognitione manus testatoris ad pias
450 causas per testes habentes notam manum
eius, nullatenus sint tres testes necessarij, vt
disponit *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 84.* sed sat
sint duo testes, iuxta dispositionem iuris di-
uini, quod in ore duorum, vel trium stet om-
ne verbum, ratiocinatur *Stephan. Gratian. di-*
scept.forens.cap.710.num.24.vers.opponitur de
recognitione non ritè facta per duos testes, quia
statutum Vrbis non intrat in dispositionibus
pijs &c. et cap.895.num.45.vers.huiusmodi sta-
tuta generalia de recognitionibus scripturarum
non comprehendunt pias dispositiones &c. & be-
nè fuit discussum *in Rota coram bo.mem. Fran-*
cisco Vbaldo *in causa Romana Grani de anno*
1620.quæ postea fuit canonizata coram Cardin.
Caualer. *decis.553.num.5. vers.verum fuit res-*
ponsum statutum Vrbis lib.1. cap.84.non habere
locum in vltimis voluntatibus præsertim ad pias
causas &c.

Inconcussè ergo stat, dum in statutis Vrbis
451 nulla fit mentio de dispositionibus pijs, pa-
rum iuuat ad eorum extensionem confirma-
tio Apostolica eorumdem, cum clari iuris sit,
quod confirmationes nihil de nouo tribuant,
453 sed solum, quod antea erat tale, quale cōfir-
mat *cap.1.& 2 de confirmat.vtil.vel inutil. lege*
Aurelius 28.§.1.et §.testamento.ff.de liber t. le-
gat glos.in cap.fin. de confirmat. vtil. vel inutil.
Bart. *in l.priuilegia.* C.*de sacrosanct. Eccles.* Ol-
drad.*cons.164.*Signor.*consil.223.*Card.*cons.44.*
Abb.*consil.62.lib.2.* Boer.*in suis singular. titul.*
ratihabitio, & confirmatio. Rip.*respons.40.sub*
titul.de offic. Legat. num 7. Menoch. *de recupe-*
rand.possess.remed.7.nu.73. Narta *consil.93. nu-*
*mer.4.*Roland.*consil.5.num.19.& 20.vol 1.*Go-
mez.*de testament.cap.9.num.11. vers.tertio facit.*
Surd.*consil.349.num.7. vers.confirmatio non*
ampliat &c. Gabr.*consil.200.nu 3.lib.2.*

Et in terminis enim confirmationis statuto-
rum factæ per Summum Pontificem, vt licet
det robur ipsis statutis, non tamen nihil de
454 nouo tribuat, quod extra limites dictorum
statutorum reperiatur, pluries respondit Rota
*& præsertim coram bon.mem.*Coccino *dec 299.*
num.10. vers.confirmatio Apostolica dat robur
statuto quoad ius, non quoad factum &c.part.4.
recent.tom.2. & coram bon. mem. Pirouano *de-*
cis.157. num.2 vers confirmatio nihil plus tri-
buit &c part.6.recent. et coram R. P.D. Rojas
decis.84.num.10. vers.confirmatio non validat,

quod

quod in se validum non est &c. part. 7. recent.
& coram eodem *in causa Eugubina Dotis 9.*
Maij 1642. §. Nihil facit confirmatio. vers. con-
firmatio sic inducta, non conualidat, quod antea
inualidum erat &c.

In qua decisione firmatur non subsistere
455 Statutum Vrbini disponentis ius posse red-
di in diebus hebdomadæ sanctæ, quantumuis
statuta dictæ Ciuitatis sint confirmata à Papa,
nam prædictum statutum non est validum,
quia est contra dispositionem Iuris Canonici,
456 cum confirmatio sequatur naturam rei, in
eisdem terminis, in quibus eam reperit, & in
ipsismet relinquit, *et bene dixit Rota coram* Pi-
touano *decis. 331 num. 10. part. 4. recent.* quod
confirmatio in forma communi, non releuat,
457 quando confirmanda sunt contra ius com-
mune, *& fuit dictum coram R. P. D.* Celso *in*
causa Spoletana Successionis 10. Iunij 1651. §.
Nec dicatur. vers. statutum huiusmodi tamquam
exorbitans à iure communi indiget confirmatione
Apostolica in forma specifica &c.

In puris verò terminis confirmationis Sta-
tutorum Vrbis factæ per Papam, vt de nouo
458 nihil addat, sed prout sunt, ac iacent robur
adijciat. *sensit* Rota *coram bon. mem. Penia de-*
cis. 166. num. 5. vers. tollebatur oppositio de aucto-
ritate Papa *cõfirmantis Statuta Populi Romani,*
nam confirmatio, &c. vbi dicitur, quatenus Sta-
tutum Vrbis *lib. 1. cap. 42.* decernat, vt serue-
tur ius Ciuile, vbi statuta non disponunt, in-
459 telligitur in casu quo ius Ciuile per ius Ca-
nonicum non reperitur correctum. Statutum
enim mandans seruari ius Ciuile intelligitur
de iure Ciuili nõ correcto, vel abrogato, quia
ius correctum non dicitur ius ciuile *glos. in*
l. fin. vbi Bart. numer. 1. ff. ad leg. Cornel. de fals.
Capra cons. 70. numer. 12. vers. non obstat Statu-
tum &c. Vnde super hoc nihil cõfirmatio Pa-
460 palis operari potest, vt ea extendantur ad
tale ius ciuile correctum cum amplius non sit
tale, aliaque vt ibi, videatur etiam *decisio in*
causa Romana *Relocationis 2. Decemb. 1609. co-*
ram Card. Sacrato *est apud Pacif. de Saluian.*
interdict. decis. 251. per tot.

Simili etiam modo potest responderi, ad id,
quod dictum est supra, quod Statuta Vrbis
461 tamquam confirmata à Papa ligent etiam
Ecclesiasticos, vt scilicet id verum sit, quando
in prædictis Statutis fuisset facta mentio Cle-
ricorum, seu Ecclesiasticorum, vel saltem illi
462 venirent, sub aliquibus verbis generalibus
aptis ad illorum comprehensionem, tali enim
casu adesset solum defectus potestatis statuen-
tium, quem supplere potuisset prædicta con-
firmatio Apostolica, vnde si nulla de eis fiat
mentio in statutis, & nec ex verbis eorum ali-
463 qua virtualis comprehensio fieri nequit, et
tunc nedum deest defectus potestatis, sed etiã
voluntatis statuentium, maxime, quia eorum
intentio à potestate regulari solet. Ideo quæ-
cumque generalis dispositio statutaria trahi
464 non potest ad illud, quod in specie fieri pro-
hibetur, *vt notat Barb inferendo ad propositum*
de Clericis in l. si quis sub conditione. in fin. ff. de
condit. instit. Bald. *in l. fin. §. in cõputatione.* C. *de*
iur. deliber.

Et propterea censendum est dictos statuen-
tes noluisse comprehendere Clericos, tamquã
465 ab eorum potestate omnino exemptos, ac
separatos. Quod autem huiusmodi volunta-
tis defectum, vt confirmatio Apostolica sup-
plere non valeat, quamuis ea, in forma speci-
fica concessa fuerit, cum certum sit, quod con-
firmatio Apostolica illius dispositionem non
466 extendit ad ea, quæ aliàs non erant com-
præhensa sub dispositione confirmata, firmari
potest *per text. in cap. 1. de confirmatione vtil. vel*
inutil. et in l. Aurelius. §. ex testamento. el. 1. ff. de
liber. legat.

Et ea est natura confirmationis addere ro-
bur, quoad ius non autem, quoad actum, vt
confirmatio comprehendat, quod non est ex-
pressum. *Bald. in l. nominationes. in fin. ff. de ap-*
pellat. cũ alijs allegatis per Marescott. *variar. re-*
solut. cap. 9. num. 5. vers. natura confirmationis
est addere robur statuto confirmato, quoad ius
&c & per Gratian. *discept. forens. cap. 895. sub*
n. 45. & vers. verba generalia statuentiũ &c. &
sæpe sæpius respondit Rota, & præsertim *corã*
bo. me. Coccino *dec. 58. sub n. 28. vers. non opitu-*
latur confirmatio Apostolica &c part. 6. recent.
quæ decisio elegans in terminis de quibus su-
pra, vt statuta Vrbis non comprehendãt Cle-
467 ricos, quamuis confirmata à Papa nisi in eis
sit facta mentio de Clericis, & referuntur nõ-
nulla capita Statutorum, in quibus fit mentio
de clericis, quo casu eos ligant generaliter vi-
deatur in pluribus alijs decisionibus, & po-
tissimum *coram Eminentiss. D. Card.* Corrado
in causa Spoletana *Bonorum 13. Aprilis 1646.*
§. Quia cum. vers. confirmatio Apostolica illius
dispositionem non extendit ad ea, quæ non sunt
comprehensa &c. & ibi ad hoc plura allegãtur,
& addo *decis. in causa V rbeuetana Legati 4. Iu-*
nij 1646. §. Quamuis coram R. P. D Bichio. *et in*
Rom. *Dotis 12. Februarij 1647. coram eodem, &*
in alia Romana *Domorum 15. Decemb. 1649.*
coram eodem, & in causa Rauennaten. *Hæredi-*
tatis 5. Iunij 1648. §. Neque suffragatur confir-
matio &c. coram Eminentiss. D. Card Ottobo-
no, *& in causa Tudertina Successionis 29. Maij*
1652. coram R. P. D. Meltio. *§. Nihil etiã. vers.*
quia obiectum vigere posset, si in statuto fuisset fa-
cta &c & corã R. P. D. Bichio *in causa Bono-*
nien. Hæreditatis 28. Iunij 1652. §. Nihil suffra-
gante, vers. confirmatio quamuis in forma speci-
fica non supplet, cum natura confirmationis sit
robur addere confirmato, non autem illud ad ea,
quæ in confirmato nõ includũtur extendere &c.
quæ decisio loquitur in terminis *Statuti Bo-*
nonien. lib. 4. de success. ascend. & collater. vt non
comprehendat Clericos, quamuis Statuta Bo-
noniæ confirmata fuerint à Sede Apostolica
in

in forma specifica verbis tam amplis, vt nouæ
legis vim ipsa confirmatio habere videatur.
Et respondetur vt dixi supra, quod id de pla-
no procedit si in tali statuto facta fuisset men-
tio de Clericis, vel adessent verba vniuersalia
apta Clericos includere &c.
Sic quoque vt persistam in terminis di-
cendum est in casu nostro, nempe Statu-
tum Vrbis *libro primo. cap.* 84. disponens re-
cognitionem apocharum esse faciendam
468 per tres testes, nullatenus intrare, si aga-
tur de recognitione apochæ ad pias causas
scriptæ, vel subscriptæ, quo casu satis sunt duo
testes, & non obstante prædicta Statuta fuisse
confirmata à Papa, Statuentes enim ex defe-
ctu iurisdictionis in eorum Statutis non pote-
469 rant disponere in materijs pijs, vnde & cen-
sentur noluisse super eis quidquam statuere,
nam est generale, vt dispositio statuentium,
commensuretur secundum eorum potestatem,
470 & non censendum est voluisse illos casus in
generali dispositione statuti comprehendere,
in quibus in specie disponere non potuissent.
*Abb. in cap. nobis il primo num. 4. & 5. de sentent.
excommunic. Crot. in consil. 75. numer. 13. & 14.
& consil. 370. num. 13. lib. 1.*
Et in terminis similium Statutorum Laico-
471 rum, vt non censeantur Statuentes voluisse
in generali dispositione comprehendere ma-
terias pias, *censuit Rota in causa Viterbien Hæ-
reditatis 4. Martij* 1641. *coram Reuerendissimo*
Terracinen §. *Præterea cum testamentum. vers.
non creditur voluisse illos casus in generali dispo-
sitione statuti &c.* Sicque concludi potest, cum
prædictum Statutum *lib. 1. cap. 84.* absque du-
472 bio non comprehendat dispositiones pias,
nullo modo igitur venit dicendum vigore cō-
firmationis Apostolicæ posse extendi ad ma-
473 terias pias, cum confirmatio non excedat li-
mites rei confirmatæ, quamuis robur adijciat,
vt sæpe iam dixi.
Oportet nunc discutere, quidnam dicendū
veniat, si nulli reperiantur testes, qui testato-
474 ris manus recognoscāt, ita vt testificari pos-
sint, talem esse manum testatoris ad piam cau-
sam testantis, quo casu, ni fallor, alia non restat
via, nisi deuenire ad electionem peritorum,
475 qui per comparationem literarum probent,
an talis manus illius sit de quo quæritur. Et
quidem generaliter loquendo, ad hoc, compa-
rationis literarum vsus fuit introductus, vt
cæteris deficientibus probationibus per hanc
literarum, ac scripturarum collationem, fidē,
476 negata scriptura in iudicio, aliquā sumeret,
meritoque probatio ista dicitur subsidiaria,
seu remediū subsidiarium, nam satis fallibilis,
ac periculosa apparet talis probatio, atque
477 non parum erroribus, & fraudibus obnoxia,
vt experiētia ipsa rerum Magistra docet, ideo
vix est, tale genus probationis, quod Iustinia-
478 nus omnino non aboluerit, parum enim de-
fuit, perpendatur quæso *text. in §. si verò mo-
rientur. auth. de instrum. caut. & fid.*
Antiquioribus enim temporibus optimis,
dum hominum fides candidè elucescebat, non
479 erat talis comparatio necessaria, quia solo
verbo obligari contrahentes volebant, postea
verò malitia hominum excrescente in dies, ac
fide deficiente, non solum verba negantur, sed
480 etiam sæpè ipsæ scripturæ, documentaque
publica, in dubio ponuntur, ac multoties pe-
nitus tamquam chimeræ habentur, ac indicā-
tur, & nimia communiter practicatur illud,

Nulla fides est in pactis,
Mel in ore, verba lactis,
Fel in corde, fraus in factis.

481 Vnde hodie potest allegari carmen Virgilij,
Nusquam tuta fides. Vix vmquam, nisi dum
expedit, similea illi sunt Parthis, quibus vtili-
tas semper est fide sanctior, *vt testatur Alex.
ab Alex. dier. genial. lib. 5. cap. 10.* Quare Poetæ
482 fingunt, fidem, mundo relicto, Cœlum pe-
tijsse, *meminique ex nostris Vasq. in l. si quis in
suo. §. Legis autem. num* 14. *C. de inoffic. testam.*
Desisto loqui de hodiernis vitijs, quia difficile
483 redirem in viam, & etiam quoniam id esset
contra præceptum Salomonis, in Ecclesiast.
cap. 6. ibi, *ne dicas priora tempora meliora fuisse,
quàm nunc sunt*, cum & id sit vitium senum,
484 qui laudant præterita, & præsentia despiciūt,
vide quæ dixi in annotat. ad decis. 460. *à nu.* 22.
part. 4 recent. tom. 2. Ar nunc strictè ad nos.
Comparationum literarum materia insu-
485 per est subtilis, intricata, & difficilis sicuti
exorditur *Paul. Castrens. in l. comparationes,
C. de fid. instrument.* sic quoque testatur *Angel.
ibi, et in auth. si quis. C. qui potior. in pign. hab.*
meritoque Orator Romanus *lib. 10. epistol. 5.*
scripsit, *Comparatio est ad iudicandum difficilis*
Difficilior etiam redditur talis tractatio ex tot
486 Constitutionibus Imp. Iustiniani, qui vt hāc
probationem tutam litigantibus redderet, ze-
lo veritatis assequendæ plures promulgauit
Constitutiones, quarum posteriores, quæ in
Authenticis, siue Nouellis Constitutionibus
collocatæ fuerunt *titul. 49. de his, qui ingred. ad
appell. §. illud, & titul. 73 de instrument. caut. et*
487 *simil.* adeo obscuræ, ex ipsa forte versione,
græca conspiciuntur, vt ineptas illas, appellare
Castren. in d. l. comparationes, non erubuerit.
Quæram tamen his tenebris aliquam lucem
afferre, & si non effectu, saltem affectu, & qui-
dem principaliora requisita, vt talis compara-
tio literarum validè dicatur facta in medium
deducere iam conabor.
Præmittendum enim puto, non esse confun-
dendos terminos, sicuti pluries per quosdam
488 Doctores, confusos reperio, inter recogni-
tionem scilicet scripturæ, quæ fit per testes, &
comparationem, quæ fit sine testibus, Nam
quo ad recognitionem verum est, non admit-
489 ti testes regulariter, nisi deponant vidisse
talem scripturam exarare, nec releuant, asserē-
do

do habere notam manum eius cuius eſt ſcrip-
tura, vt iam latè dixi ſupra à num. cum ſuis
limitationibus &c. Comparatio ſi quidem
490 ſcripturarum, quando fit, nõ eſt neceſſe quod
periti ſe vidiſſe ſcribere aſſerant, ſed ſat eſt, vt
mediante ſua peritia ex alia ſcriptura indubi-
491 tata recognoſcãt manus, & characteres eius
ſcripturæ in controuerſiam deductæ, *vt infra
dicam*.

Præmitto pariter non eſſe veram opinionē
illorum DD. exiſtimantium per authenticas
492 Conſtitutiones voluiſſe Imperatorem Iuſti-
nianum corrigere *textũ in l. comparationẽ. 19.
C. de fid. inſtrument.* Melius ſanè cenſuerunt
*ibi Petrus de Bellapertica, & Paulus Caſtrenſ.
nu. 9. & Angel in auth. ad hæc. C. de fid. inſtrum.*
qui audacter contrariam tuentur ſententiam,
nam Iuſtinianus in authenticis voluit amplia-
493 re ea, quæ ſancita fuerũt *in d. l. comparationes.*
& bene appparet *ex §. Nominus. verſ. ſuper ex-
creſcente iam malitia &c. Auth. de inſtrument.
caut. & fid.*

Sicuti nec verum eſſe poteſt, quando agitur
de comparatione literarum, diuerſum ius eſſe
494 ſtatuendum in apocha, libro, epiſtola, alijſq;
ſcripturis, cum in omnibus eadem ratio, & ea-
495 dem ſolemnitas militet, *ex relatis per Couar.
practic. quæſt. cap. 12. à num. 7. & 8.* Sicuti nec
etiam videntur audiendi illi Doctores ſaltem,
ſecundum hodiernam praxim, qui conſtituunt
496 differentiam inter apochas, quæ ſunt intra
libram auri, & illas, quæ excedunt, quia Iuſti-
nianus in probatione ſcripturæ, ſeu recogni-
tione, quæ per teſtes fit, hanc differentiam
introduxit, vt conſtat *ex §. Oportet verò. auth.
de inſtrument. caut. & fid* vbi dicitur, quod
497 contractus ſupra libram auri celebratus in
ſcriptis ab imperito literarum quinque teſtiũ
eget ſolemnitate &c. quam quidem libram au-
498 ri hodie conſtituunt cẽtum, & ſeptem aurei,
vt tradit *Roland. à Valle in tractat. de Lucr. dot.
quæſt. 53. in fin.*

499 Diminutus eſt enim valor hodie antiqui au-
rei, nam ante ſcuta 72. aurea conſtituebant
vnam libram auri *ſecundum Anchar. I un. q. 10.
lib. 1. & quæſt. 56. nu 11. lib. 2. cum alijs allegatis
per* Coſtam *de remed. ſubſidiar. remed. 7. num. 9.
verſ. qua alias erat ſcutorum 72. &c.* alij verò
aliter ſentiunt, vt videre eſt *apud Gratian. di-
ſcept. forenſ. cap. 50. numer. 3. verſ. libra auri anti-
quitùs &c. et teſtatur Port. Imol in tractat. com-
mun. opin. lib. 1. concluſ. 40. in limitat.* 12. A ſu-
pradicta tamen differentia, *ſecundum Ant.
Gaſpar. Theſaur. quæſt forenſ. cap. 24. lib. 2.* etiã
ſolet in praxi recedi, Nam in comparatione
500 literarum generaliter locutus eſt Imperator,
vt legentibus ſatis patet *in d. l. comparationes.
C. de fid. inſtrum.*

Alij verò DD. & præſertim *Anchar. quæſt.
famil. cap. 56. lib. 2.* & Riminald. *Iun. conſil. 39.
num. 45. lib. 1.* acriter dictam opinionem lace-
501 rant, & hoc præter auctoritatem *text. in d. §.
Oportet* expendunt quoque *text. in auth. at ſi
contractus, C. de fid. inſtrument.* in eo enim dici-
tur, quod ſi contractus fiat in Ciuitate, & ex-
502 cedat libram auri, non creditur ſoli compa-
rationi literarum ſine alio augumento, & vt
exponit *ibi gloſ. in verb. augumentum*, ideſt ar-
gumentum, & ſic non creditur ſine alio argu-
503 mento, videlicet ſine teſtificatione teſtium
deponentium vidiſſe talem ſcripturam exara-
re, alia vide *apud Caſtren. in d. auth. at ſi con-
tractus*.

Ex ſupradictis ergo bene conſpicitur prædi-
ctam opinionem eſſe in iure non parum per-
plexam, quidquid tamen de ea ſit, ſcio vt iam
504 præmiſi, ſecundum hodiernam praxim ſu-
pradictam diſtinctionem de ſcriptura infra, &
intra libram auri, non recipi. *Coſt. in tractat. de
remed ſubſid d. remed. 7. num. 9. in fin. verſ. quod
hodierna praxis non admittit &c. Maſcard. The-
ſaur. & alios teſtatur Anton. de* Amar. *decis Fer-
rar. decif. 20. num. 4. verſ. dicta opinio in practica
non recipitur &c.* In ſequentibus capitibus de-
ducam principaliora requiſita à Iure in valida
comparatione literarum omnino, & pro for-
ma, deſiderata.

ARGVMENTVM.

Iudex, antequam admittat probationem per cõ-
parationem literarum per peritos faciendam,
cum penitus ſit probatio ſubſidiaria, & funda-
ta in æquitate, ideo ſedulo debet animaduer-
tere, an ſit percluſa omnis alia via probatio-
nis, & ſuper hoc, pars petens eam compara-
tionem, præter ſolitum iuramentum calum-
niæ, & aliud præſtare debet, quod ipſe non
habet aliam probationem præter eam, & in-
ſuper, quod ipſe nihil doloſè egerit, vt aliàs
probationes occultaret.

Et cum dictum iuramentum ſit de forma ſubſtã-
tiali talis iudicij, & quidem ante præſtandum,
& ideo dato, quod fuerit omiſſum, actum eſt,
cum omnia acta, ipſaque ſententia irrepara-
biliter corruant, quod procedit etiamſi à par-
te tale iuramentum non fuit petitum, quid-
quid ſit de iuramẽto calumniæ, qui licet ſit de
forma, & ſubſtantia iudicij, tamen ſi illud non
fuit petitum, & omittatur non annullat pro-
ceſſum, quantumuis expreſsè illud non poſ-
ſit remitti per partem, nec ſtatuto, vel con-
ſuetudine tolli, & reſpondetur tali obie-
ctioni.

Plura deducuntur circa iuramentum calumniæ,
quod hodie vno obulo non exſtimatur, & po-
tius iuratur de calumnia plerunque commit-
tenda, quàm vitanda. Iuramentum calumniæ
in petente comparationem literarum quare
duplex debet præſtari, & omninò requiritur,
vt ab initio præſtetur.

SVM.

SVMMARIVM.

505 *Probatio per comparationem literarum est tantum subsidiaria. & num. 511.*

506 *Iudici si petatur, ut admittat probationem per comparationem literarum, quid debet cauistare.*

507 *Probatio certior, quando potest haberi, numquam admittitur probatio per comparationem literarum.*

508 *Remedium ordinarium, tamquam potentius prosternit vires remedij extraordinarij.*

Quidquid sit dicendum quando ea ex diuersis fontibus originem trahunt.

509 *Remedia duo subsidiaria, quando simul concurrunt, quale vincat.*

510 *Remedia subsidiaria dicitur fundata in equitate, ideo, ut ei detur aditus, quid requiratur.*

512 *Notarius, qui scripsit instrumentum, si sit viuus, & praesens, & dubitatur an sit eius, debet super hoc examinari,*

513 *Et nullatenus tunc est deueniendum ad comparationem literarum.*

514 *Instrumentum, si negetur, oportet probari esse scriptum manu illius, qui est inscriptus, & statur dicto illius,*

515 *Instrumentum si negetur esse scriptum à Notario, est citandus Notarius, ut deponant, utrum illud confecerit, & stabitur eius dicto.*

516 *Testes inscripti in apocha, si sint viui non est deueniendum ad comparationem literarum & quare.*

517 *Probatio, quae fit per comparationem literarum dicitur coniecturalis, & fallax.*

Probatio, quae fit per testes dicitur viua vocis, unde semper debet praeualere alijs.

518 *Coniectura omnis cessat in claris.*

Coniectura est vestigium veritatis latentis.

519 *Lucerna coram Sole non lucet.*

520 *Iudex, quibus bene perpensis, poterit admittere probationem per comparationem literarum.*

521 *Iudex antequam permittat, ut deueniatur ad comparationem literarum debet facere, ut pars petens eam, non solum iuret de calumnia.*

522 *Sed etiam iterum iuret, quod ipse est spoliatus omni alia probatione, & quod super hoc nihil dolosè commiserit.*

523 *Iuramentum partis, quando est locus comparationi literarum, quod ipse non habet aliam probationem, est adeo necessariu, ut eo non praestita nihil fit. & num. 524. 525. & 528.*

526 *Forma omnis à iure tradita, debet censeri forma substantialis, & de essentia actus.*

527 *Forma dat esse rei, & qui spernit seruare formam, dicitur velle nugari, & non facere actu.*

528 *Iuramentum in comparatione literarum, quod pars non habet aliam probationem, an tunc annullet talem comparationem, si ab altera parte illud non fuit petitum.*

529 *Iuramentu calumnia est de substantia iudicij, & in tantum, ut nec per partes possit remitti.*

530 *Iuramentum calumnia si ommittatur reddit processum ipso iure nullum.*

531 *Iuramenti calumnia omissio prosternit vires etiam potentissimas obligationis Cameralis. & num. 532.*

533 *Consuetudo, seu Statutum, iuramentum calumnia remittentes, non tenent.*

534 *Iuramentum calumnia, ideo per statuta non possunt remitti, quia esset contra fauorem publicum, & quare.*

535 *Iuramentum calumnia melius esset, ut ex toto à iudicijs tolleretur, ut euitarentur periuria.*

536 *Iuramentum calumnia, hodie non aestimatur uno obulo.*

Homines multi facti sunt contemptores DEI, & religionis.

537 *Litigantes multi, dum iurant de calumnia, potius iurant de ea committenda, quàm vitanda.*

538 *Iuramentum deferenti parti, nonnulli solent dicere, Io la robba; e tu l'anima.*

539 *Iuramentum calumnia, quamuis sit adeo necessarium, & de forma, & nihilominus si non praestetur, dum non fuit petitum, non vitiat processum.*

540 *Iuramentum calumnia licet non possit remitti expressè, tacitè tamen potest n. 539. 558. & 559.*

541 *Iuramentum calumnia, & iuramentum praestandum ante comparationem literarum ambo sunt de forma, & substantia iudicij.*

542 *Forma quandoque est ad esse rei, quandoque ad confirmationem rei in esse productae quandoque ad effectum consequendum.*

543 *Forma, quando requiritur pro esse rei, tunc si illa non interueniat de tempore conceptionis actus, expeditum est. & nu. 544.*

545 *Forma, si requiratur pro confirmatione actus, vel ad aliquem effectum, tunc eius omissio non vitiat actu ipso iure, et quare: nu. 546. et 551*

547 *Res, quando est in actu, difficilius rescinditur, quàm à principio impediretur.*

Defectus rei, quando adest, in ipsa natiuitate difficilè sanatur.

548 *Forma substantialis aduenit rei existenti in potentia.*

Forma accidentalis aduenit rei existenti in actu

549 *Multa facta tenent.*

Hospes turpius eijcitur, quã quod nõ recipitur.

Ius quaerendum facilius impeditur, quàm non tollatur ius quaesitum.

550 *Inhabilitas superueniens post actum consumatum, non habetur in consideratione.*

552 *Actus, si non sit à principio nullus, quia non fuit seruata forma accidentalis conualescit ea superueniente.*

553 *Iuramentum calumniae non est de substantia ordinis iudiciarij, cum ab initio non est necesse, ut praestetur. & nu. 554.*

555 *Iuramentum calumnia in qualibet parte iudicij, & in qualibet instantia potest praestari ante sententiam.*

556 *Iuramentum calumnia sat est, ut etiam in terminis substantialibus seruetur, cum inter alios terminos iste numeretur.*

559 *Iuramentum calumniæ, si à parte non petatur, et omittatur, quare non vitiet processum.*

560 *Iuramentum calumniæ in tantum est de forma substantiali iudicij, in quantum à parte petatur, aliàs non et num. 561. 563.*

565 *Iuramentum calumniæ malitiosus reus semper petit in responsione ad libellum, & quare.*

566 *Procuratores malitiosi iuramentum calumniæ à parte petunt, in parte iudicij nõ põderanda.*

567 *Non iurare, si quis iurauit, tamen tenetur iurare de calumnia, dum pars id petijt.*

569 *Iuramentum calumniæ petitum, si non præstetur facit corruere omnia acta, vna cum sententia.*

573 *Iuramentum præstandum à petente comparationem literarum, cum sit essentiale, an iuuabit allegare, quod non fuit petitum ab aduersario. et nu. 582. 583 & 584.*

574 *Terrere plus solet, quod specialiter dicitur, quàm quod generaliter.*

575 *Periculum, vbi est maius, ibi cautius est agendum.*

576 *Probatio per comparationem literarum est satis periculosa.*

577 *Iuramentum præstandum à petente comparationē literarum, quod ab initio illud debeat præstari ex quo colligatur.*

578 *Qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundũ tempus verbi.*

579 *Tempus determinato modo prolatum alterius temporis, non recipit functionem.*

580 *Tempus, quando est præcisum, differri non potest.*

581 *Tempus inducit formam.*

584 *Solemnitas, quando à iure requiritur de tempore actus fiendi, debet in ipso actu interuenire, sub pœna nullitatis.*

585 *Forma non seruata semper actus corruit.*

586 *Forma omissio etiam in qualitate minima vitiat, etiamsi adesset iusta causa omittendi eã.*

589 *Cephal. in consil. 434. num. 39. confutatur.*

590 *Iudex tunc tenetur deferre iuramentum parti petenti comparationem literarum, si ipse Iudex id putauerit, declara, vt nu. 591. & seq.*

CAPVT XXX.

COmparationis literarũ probatio ad hoc,
vt valide dicatur facta plura quidem
sunt necessaria, & quidem primò, et ante omnia requiritur ad hoc, vt literarum comparatio dicatur rite, & rectè facta, cum talis probatio sit tantùm subsidiaria, ideoque consta-
505 re debet Iudici, vtrum petẽti clausa sit om-
nis via cœterarum probationum, per quas,
suam intentionem possit iustificare, itaque in
primis debet inspici an aliunde possit haberi
506 certior probatio, cum ista per comparatio-
nem sit satis fallax, et periculosa *vt iam dixi.* &
sic dum potest haberi certior probatio, non
debet concedi ista, tanquam omnino subsi-
diaria, Estque generalis Iuris regula, quod
507 remedium ordinarium semper prosternat
vires remedij extraordinarij, *iuxta textum
in l. 1. in princip. & in §. si præses. ff. de magistrat. conueniend. §. sciendum Institut. de satis dat. tutor. l. in causa in princip. ff. de minor. l. qui bona fide. § si quis opus. vbi* Bart. *ff. de damn. infect.*

Quidquid esset dicendum, quando remediũ
508 ordinarium, et extraordinarium ex diuersis
fontibus originem traherent, *ad text in l. 2. C. de pact. inter empt. & venditor. & in l. quoties ff. de action. et obligat. Incertus Author in tractatu synopsico de actionib. in foro recte instituendis cap. 12. num. 2.* Rota *coram* Coccino *in Romana Pecuniaria 25 Octobr. 1621. à me relata in par. 4. recent. tom. 2. decis. 315. num 54. vers tunc remedium ordinarium non excludit extraordinarium &c.* sed latius super hoc articulo alibi dicam.

Videmus etiam quando concurrunt duo
509 remedia subsidiaria, sed vnũ est magis subsidiariũ, illud cessat propter aliud minus subsidiarium, *text. est in l. si filius. & ibi Bald. C. de in offic. testament.* Socin. *consil. 177. sub numer. 1. vers. tamen quando. lib. 2.* Remedia enim subsidiaria dicuntur fundata in æquitate, vnde nisi
510 desperato remedio ordinario, itaque aliter
consuli non possit, non datur *illi adictus l. 1. in fin. & ibi Bart. ff. si ventr. nomin. mulier in possess. mitt.* & probat Socin. *d. consil. 177. nu. 1. vers. licet insignis. lib 2. cum alijs allegatis per Iul. Cæs Caluin. in tractat. de Æquitat. lib 2. cap. 134. n. 12 vers. subsidiarium remedium dicitur fundatum in æquitate &c.*

Et in puncto subsidiariæ probationis, comparationis literarum, vt nullatenus admitta-
511 tur quãdo possunt haberi aliæ probationes,
nec alia adminicula subsistunt. *affirmans glos. in § si quis igitur, in verb. neque enim. auth. de instrument. caut. & fid.* Natta *in consil. 632. n. 6. in fin. vers. ad comparationem literarum non deuenitur, nisi vbi aliàs veritas haberi non potest &c.* Cephal. *in consil 570. num 7. vers. ad comparationem nisi in subsidium. & alijs adminiculis non existentibus &c.* Riminald, *Iun. in consil 779 numer. 10 vers. remedium comparationis est subsidiarium ad quod non deuenitur, nisi in subsidium &c.* Scacc. *de iudic. lib. 2. cap 11. num. 1057. vers probatio comparationis est subsidiaria, & ideo nisi in defectum &c.* Cotta *de remed. subsid. remed. 7. in princ.* vbi ait hoc remedium esse vndequaq. subsidiariũ Thesaur *quæst. forens. cap. 24. num 4. vers. est autem comparatio remedium subsidiarium, & non datur nisi deficientibus &c. lib. 2.* Genua *in tractat. de scriptur. priuat lib. 2. cap. 1. num. 57. vers. ad remedium comparationis literarum non deuenitur, nisi in defectum aliarum probationum.* et addo Cait. *in tractat. de Credit. cap. 2. titul. 8. num. 2820. vers. cõparatio scripturarum dicitur subsidiaria, vnde*

non

non admittitur nisi &c. & aduertit Rota corā
bon. mem. Coccino in causa Nouarien Bonorum
28. Iunij 1628. eamque retuli in part. 5. recen.
decis. 199. num. 21. vers. probatio ista est subsi-
diaria. donec enim sunt aliæ probationes non re-
curritur ad comparationem &c. et nuper coram
R. P. D. meo Cerro in causa Romana prætensi
Fideicommissi de Strozzijs 17. Februarij 1645.
§. Appellarunt. vers. recognitio per comparationē
est probatio subsidiaria, & ideo illi locus esse non
potest, quoties alia via &c.

Nam si Notarius vel tertius qui scripsit in-
strumentum, vel apocham est viuus, et non
512 est absēs, et dubitatur an illud, vel illa sit eo-
rum, et tunc non debet concedi comparatio
literarum, sed debent examinari glos. magna
in auth. at si contractus. & ibi Castren. num. 3.
C. de fid. instrument. dicens si extat Notarius,
qui dicat scripturam scripsisse, et pro ea testifi-
ficatur, non est necessaria comparatio literarū.
Bald. in l. in exercendis. num. 1. C. eodem asserēs,
si Tabellio viuit, stabitur eius dicto, an sit ma-
513 nus sua, et faciet, inquit, plenam probationē.
Alex. consil. 166. Viso puncto sub num. 3. lib. 2. et
consil. 198. Viso processu sub num. 1. lib. 7. dicens,
si negatur instrumentum, oportet probari esse
514 scriptum manu illius, qui est inscriptus, et de
hoc, inquit, statur dicto illius, si viuit. sic pari-
ter sensit Matth. Coler. in tract. et de process. exe-
cut. part. 3. cap. 1. num. 83. dicens, si negetur in-
strumentum esse scriptum à Notario, est citā-
dus Notarius, vt deponat vtrum confecerit il-
515 lam scripturam, et quod stabitur eius dicto,
et sic est communis opinio, quod credatur ei,
qui in scriptura est notatus, quod eam fecerit,
quæ opinio communis probatur ex textu in
l. si quis decurio. in fine. C. ad leg. Cornel. de fals.
et ex textu in §. si quis igitur ibi. quia enim nō
professus est, et melius in §. si verò moriantur &
§. seq. Auth. de instrument. cautel. et fid. collat. 6.
Similiter etiam, si essent viui testes subscri-
516 pti in apocha, non erit deueniendum ad re-
medium comparationis, eò quia veniunt exa-
minandi dicti testes pro eruenda veritate ne-
gotij, nam probatio, quæ fit per comparatio-
nem dicitur coniecturalis, et consequēter fal-
517 lax, vt dictum est, probatio verò, quæ fit per
testes dicitur viuæ vocis, et sic validior, vnde
semper debet præualere in concursu, ex alle-
gatis per Rotam coram bon. mem. Pirouano decis.
203. num. 12. vers. semper debet præualere in
concursu &c. part. 7. recent.

Quare, vt præmisi, cum probatio per com-
parationem sit coniecturalis, non est ad eam
518 recurrendum, nisi in subsidium, quando de-
ficit probatio per viuam vocem; Cum, et om-
nis coniectura cesset in claris, vulgata l. conti-
nuus. §. cum ita. ff. de verb. signif. nam coniectu-
ra est vestigium veritatis, quare si illa pateat,
in vanum ea venatur, insuper Lucerna coram
519 Sole non lucet, et in puncto videatur Gaspar
Anton. Thesaur. quæst. forens. lib. 1. d. cap. 24. nu.
13. vers. arbitror non esse necessariam compara-
tionem, quia recognitio per testes, facit plenam
probationem &c. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. n.
1034. vers. probatio per testes est probatio per vi-
uam vocem &c. Gait. in d. tractat. de credit. cap.
2. titul. 8. num. 2823. vers. si sint viui testes sub-
scripti non erit deueniendū ad comparationē &c.

Iudex ergo, quando viderit, præclusam esse
omnem viam cæteris probationibus, ac per-
specto etiam, ne sint frustratoriæ, vt puta, quia
non releuarent, tunc enim istis omnibus benè
520 perpensis, poterit concedere, vt deueniatur
ad comparationem scripturarum, præstito ta-
men prius per partem eam petentem, iura-
mento de calumnia, quod est speciale in casu
nostro, in quo non solum in causa principali
521 iuratur de calumnia; sed etiam est iterum
iurandum, quando in specie petitur talis pro-
batio per comparationem, itaque pars iurare
debet, se nullam aliam habere viam proba-
522 tionis, hac vna literarum comparatione ex-
cepta, nihilque commisisse, propter quod ve-
ritas occultari potuerit text. est rotundus in §.
si verò, ibi, etiam iusiurandum iniicere proferen-
ti, quia nihil maligne consciùs, in eo, quod à se
profertur nec quamdam artem circa collationem
fieri præparans. sic vtitur eo. Auth. de instrumen.
fid. Bald. in l. comparationes 19. num. 7. vers. ter-
tio oppono. C. eodem et ibi etiam glos. in verb. ab
his. & Angel. nu. 11. Castren. num. 12. vers. adde,
quod etiam, Salicet. num. 5. Ioan. Sichard. nu. 2.
glos. in §. si quis igitur, in verb. sine termino, & ibi
Angel. num. 4. vers. ex quo nota, et num. 6. vers.
secundò requiritur. Auth. de instrument. caut. &
fid. Natt. consil. 632. num. 6. in fin. Menoch. de
arbitrar. Iud. d. cas. 114. num. 34. vers. iure. se
non habere alias probationes &c. Alex. Trenta-
cinq. variar. resolut. vol. 1. lib. 2. titul. de fid. in-
strum. resolut. 7. sub nu. 1. vers. iuret specialiter,
quod non petit comparationem calumniosè, sed
quia alio modo non potest &c. meminitque
Rota coram Coccino d. decis. 199. num. 20. vers.
iurauit se non habere alium modum recognoscē-
di &c. part. 5. recent. & coram R. P. D. Cerro in
d. Romana prætēsi Fideicommissi de Strozzis 17.
Februarij 1645. §. Appellarunt. vers. non cōstat
iurasse nullam aliam habere viā probationis &c.

In tantum enim est necessarium prædictum
523 iuramentum, vt si fuerit omissum tunc per-
peram dicitur facta comparatio, & omnino
corruit, eò quia pro forma, et substantia com-
parationis Imperator requirit præfatum iu-
524 ramētum, vt notabiliter, et ab omnibus DD.
communiter secutus, tradit Bald. in d. l. com-
parationes sub num. 5. vers. 3. oppono, vbi dicit,
525 pro forma statutum esse, quod tale iuramē-
tum præstetur, vnde aliter facta comparatio
sit ipso iure nulla. l. cum hi. §. si prætor. ff. de trā-
sact. In dubio enim omnis forma à iure tradi-
526 ta, debet censeri forma substantialis, & de
essentia actus, vt post Angel. Castren. Salycet.
& Bero. in puncto asserit Riminald. Iun. in cō-
fil.

fil.779. num.12. verf. omnis forma substantia-
lis &c. lib.7.
Et sic eius omissio vitiat actum, cum forma
527 det esse rei, hinc est, qui spernit, seu conten-
dit seruare formam dicitur recusare facere
actum. Et quod nõ prestito tali iuramento vti
528 pro forma requisito, comparatio nihil ope-
retur, aduerterunt etiam *Seraph. in tractat. de*
priuileg. iurament priuileg. 171. nu. 2 in fin. verf.
comparatio sine dicto iuramento est ipso iure
nulla &c. Menoch. *de arbitr. Iud. d. cas. 114. nu.*
34 Gaspar Anton. Thesaur. *lib. 1. quæst. forens.*
d. quæst. 24. num 8. verf. nisi per comparationem
literarum, & iuramentum istud est de forma
ita quod remitti non potest &c. Farinac. *in frag-*
ment. criminal. in litera C. *num 492 verf. nisi*
obseruetur forma iuramenti prædicti comparatio
est nulla &c. & idem sensit *in consil. 70. nu. 17.*
verf. quia iuramenti forma, in casu nostro non
fuerit adhibita, cõparatio est ipso iure nulla &c.
tom. 1. Scacc. *in tractat. de Iudic. lib. 2. cap. 11. n.*
2058. *verf. iuramentum istud si fuerit omissum,*
comparatio non valet ipso iure quia datur pro
forma &c. Cait *in d. tractat. de Cred. cap. 2. ti-*
tul. 8. num 2820 verf. comparatio sine dicto iu-
ramento facta non tenet &c. et testatur de cõ-
muni opinione, sicut pariter affirmat Genua
in d. tractat. de scriptura priuat lib. 2. cap. 1. n 58
verf. cum dictum iuramentum sit traditum pro
forma, ideo comparatio aliter facta est ipso iure
nulla &c. Alex. Trentacinque *variar resolut. d.*
vol. 1. lib 2. titul de fid instrument. resolut. 7. sub
num. . verf. secundò pro facienda comparatione
iuramentum de necessitate requiritur &c. Gra-
tian *discept. forens, cap. 973. num. 51. verf. duplex*
iuramentum calumniæ requiritur, et sunt de for-
ma &c. sensitque *Rota coram* Coc ino *d. decis.*
199. num. 20 verf. iuramentum ex parte petentis
comparationem tamquam de necessitate. et forma
requiritur &c part. 5. recent. & coram R. P. D.
Cerro *in d. Romana prætensi Fideicommissi 17.*
Februarij 1645. §. Appellarunt. verf est pro for-
ma & ideo comparatio aliter facta est ipso iure
nulla &c.
Intelligendum tamen est, secundum non-
nullos DD vt tunc comparatio literarum fa-
cta absque præstatione talis iuramenti, sit om-
529 nino nulla, quando à parte fuit petitum, vt
præstaretur, secus verò si instantia nequaquã
fuerit facta, prout sentiunt *Cephal. in cõsil. 454.*
num 41. verf. non tenetur prestare iuramentum
istud, nisi a parte aduersa instatum fuerit &c.
lib 4. Scac. *de Iudic. d. lib. 2. cap. 11. num. 3059.*
verf. censeo tamen tale iuramentum esse necessa-
rium, si a parte sit petitum, & non alias &c. Ge-
nua *de scriptur priuat. lib. 2. d. cap 1. nu. 58. verf.*
si iuramentum istud a parte petitum sit &c. Gait.
in tractat. de Credit. d. cap. 2. titul. 8. num. 2821.
verf tamen hoc est verum si à parte petatur &c.
Mihi quidem vt liberè loquar (saluâ tamen
pace supradictorum DD.) præfata non satis-
facit opinio, nec in aliquo me vrget, quod cõ-
clusio in ea videtur fundata esse ratione, quia
529 in simili videmus in terminis iuramenti ca-
lumniæ, quale licèt sit de substantia iudicij, et
in tantum substantiale, quod non possit per
530 partes expressè remitti; et si omitteretur,
processus esset ipso iure nullus. *l. 2. §. sed quia*
veremur, et ibi Bart *Bald. et cæteri Scribentes*
C. de iuramen. calumn. Socin *plenè in cap. fin.*
ext. eodem. Alex. *et alij in l. qui bona §. si alieno. ff.*
de damn. infect cum alijs adductis per Gaill. *ob-*
seruat Imperial lib. 1. obseruat. 84. num. 1. versic.
adeo vt eius ommissio vitiet sententiam &c.
Prosternit etiam vires alias potentissimas
531 obligationis Cameralis, prout reiecta con-
traria opinione *sensit Rota coram Litta in cau-*
sa Romana Domorum 16. Iunij 1603. vbi ex-
pressè dictum fuit obligationem Cameralem
532 non habere hoc priuilegium, quam decisio-
nem deinde secuta fuit *coram Card. Caualer.*
decision. 414. n. 3. vers. contrarium in puncto &c.
Imo nõ valet cõsuetudo, vel statutũ calum-
533 niæ iuramentũ remittẽs, *text est expressus in*
cap. cæterũ. 5. ibi cõsuetudine, quæ lege contraria
est, non obstante. ext. de iurament. calumn. et in
cap. cõstitutus de fideiuss. Matth. Matesil. *in sin-*
gular. 65. incip. Nota quod statutum, vel consue-
tudo &c. et vide ibi Gabr. Sal. *in addit. latè*
Mart. *in tractat. de iurisdiction. part. 4. cas. 65. à*
princip & Scacc. *in tractat. de iudic. lib. 2. cap. 1.*
quæst. 16. nu. 124. verf. an iuramentum calum-
niæ possit tolli statuto, vel consuetudine &c. &
admisit Rota *coram bo. me. Marcello Bubalo in*
causa Bononien. Attentatorum. 24. Octobr. 1588
Et ratio est, quia id esset contra fauorem
534 publicũ, ne scilicet fraudes committantur,
veritas non occultetur, & lites non protelen-
tur *auth principales §. sed quia, et §. quod si actor*
C. de iuretur. propter calum. O quàm melius
535 esset, si ex toto tale iuramentum à iudicio
tolleretur, causa vitãdi tot periuria, nã vt paf-
sim asserunt DD. *ex Bald. in l. si potest C. de*
vuct. istud iuramentum calumniæ hodie non
536 æstimatur vno obolo, quia multi facti sunt
cõtemptores DEI, & religionis, vnde ego pu-
to, quod aliqui litigantes nostri temporis po-
tius iurent de calumnia committenda, quam
537 vitanda, et sic parum illud curant, argumen-
to illius dicti per Poetam Aquinaten. *Quid*
enim saluis, infamia, nummis &c. et deferentes
538 iuramentum solent dicere. *Io la robba, & tu*
l'anima &c. & latius dicam infra, circa pericu-
lũ animæ in quo se exponũt, qui deferũt iura-
mentũ, qui sciunt esse deieraturos. At ad nos.
Stat supra ergo firmũ iuramentũ de calum-
nia esse de forma ordinis iudicialis, ita vt nec
statuto, nec consuetudine, vel pacto potest re-
mitti expressè, et tamen si non petatur, & sic
539 non fuit iuratum in toto processu, quo casu
censetur tacite remissum, quod fieri potest. *ad*
text. in cap. 1. vbi Canonistæ. de iurament. calum.
in 6. cum infra allegandis, vnde processus non
laborabit vitio nullitatis

Nihi-

Nihilominus ratio ista, vt præmisi, nihil me
vrget, ad amplectandam eam opinionem, vt
iuramentum præstandum à parte quando de-
uenitur ad probationem comparationis lite-
540 rarum, si non fuerit petitum ab aduersario,
censeatur remissum, & sic illum actum, si tale
iuramentum non præstitum fuerit, non labo-
541 rauit vitio nullitatis, quantumuis ambo ista
iuramenta dicantur calumniæ, et ambo sint
de forma, & substantia iudicij. Quia respon-
deo, quod quandoq. forma requiritur ad esse
542 rei, quandoque ad confirmationem rei in es-
se productæ, quandoque ad effectũ, seu vtilita-
tem consequendam. Primo casu, si omittatur
forma, desperatus est casus, cũ ipso iure actus
543 nullus sit, nec iuuat, si non adfuit petitio par-
tis, ratio namque est, quia talis forma requisi-
ta de tempore celebrationis actus, est ad esse
rei inducendam, & sic requiritur ad formam
substantialem *l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb.
obligat. cum simil.*

Vnde indistinctè illa qualitas, seu solemni-
tas à iure requisita tẽpore conceptionis actus
544 omninò debet interuenire de ipso tempore,
et hoc sub pœna nullitatis insanabilis, idque
receptissimum, & verissimum in iure reperio
*ad textum in cap. si eo tempore de rescript. in 6.
cap. auditis, & cap. quia propter. & cap. dudum.
de elect. et l. quid ergo. ff. de his qui not. infam. l.
obligari. §. tutor. ff. de auctor. tutor. l. si id quod. §.
si pupilli. ff. de rescind. vendit. l. numquam. 32. ff.
de vsu cap. l. pupillus. ff. de acquir. rer. domin. l. si
quis mihi §. iussum ff. de acquir. hæredit. l. matrẽ.
C. de oblgat. l. his verbis. §. interdum. ff. de hæred.
instituend. l. tres fratres. ff. de pœn. l. 1. §. si filius.
ff. de legat. 3. §. tutor. Instit. de auctorit. tut.* quę
conclusio ab interpretibus sine controuersia
transit. vt apparet *ex Innocent. et alijs commu-
niter in cap. cum consuetudinis, de consuetud.*
Bart. *in l. si quis mihi bona § iussum. numer. 3. &*
Castren. *num. 4.* Ias. *num. 44. ff. de acquir. hæred.*
Matienz. *titul. 3. lib. 5. recop. glos. 1. numer. 3.*
Tiraqu. *ad leg. connub. glos. 2. n. 3.* & sæpius Ro-
ta dixit et præsertim coram Penia *in causa
Burgen. Abbatiæ* 10. *Martij* 1589. *est inter eius
à me impress. decis. 12. num. 15. vers. ab initio de
iure requiri &c. & coram* Queipo *in causa
Triuentina Beneficij* 28. Martij 1629. & 12.
*Nouemb. eiusdem anni, sunt à me impressa in
part. 5. recent.* prima est *decisio 294. nu. 19. vers.
pro forma, et solemnitate requisitum in ipso actu
&c.* ibique Rota testatur, id esse receptissimũ
in iure *altera verò est decisio 318. num. 23. vers.
alias actus erit nullus, nisi in ipso actu forma in-
terueniat &c. eadem part. 5. recent.*

In secundò verò, et tertio casu, quando sci-
licet forma requiritur pro confirmatione rei
545 in esse deductæ, vel ad ipsius effectum, vel
vtilitatem, & tunc valet ipso iure actus, quam-
uis omissa forma, quia tunc ea forma dicitur
non substantialis, sed accidentalia, cuius defe-
546 ctus ipso iure nõ vitiat, et si quæratur ratio,
illa commodè potest expendi, nam ea forma
accidentalis aduenit rei existenti in actu iam
producto, vnde esset admiratio, quod post-
quam res est in actu, difficilius rescinditur,
547 quàm à principio impediretur, nec adest de-
fectus in natiuitate actus, pro vt adesset si ipsa
forma, vel solemnitas esset substantialis, & sic
in ipso actu requisita, ita *notabiliter declarat
Bald. in l. vniuersa sub num. 2. vers. conclude,
quod quandoque. C. de precib. Imperat. offerend.*

Nam forma substantialis, secundum Aristo-
548 telem, aduenit rei existenti in potentia, for-
ma accidentalia aduenit rei existenti in actu,
& in casu nostro faciunt illæ iuris vulgatæ re-
gulæ *Multa facta tenent.* Et turpius eijcitur,
549 quam quod non recipitur hospes. Et facilius
impeditur ius quærendum, quàm tollatur ius
quæsitum. Et inhabilitas superueniens circa
actum consumatum, non habetur in conside-
550 ratione cum similibus. Intellige tamen quã-
do aliqua qualitas in actu non requiritur pro
551 forma substantiali, sed accidentali, tunc si il-
la à principio non interueniat, actus non est
radicitus, seu vt diai, ipso iure nullus. sed re-
manet suspensus, donec roboretur à super-
ueniente illa qualitate, & hoc est frequens in
iure, *vt in l. licet 56 ff. de iudic. l. filio præterito ff.
de iniust. rupt. et irrit. testam. l. soluendo. ff. de
hæred. instit. l. licet. C. de procurat. l. 3. §. falso. ff. rẽ
rat. haber. l. posthum. 12. §. item et circa. ff. de
iniust. rupt. &c. cap. suggestum. 20. vers. aut eius
consensus fuit postea subsecutus &c. de iurepatr.
cap. cum nos. 3. de his q. fiunt à maior. part. cap. la-
tè* Rota *coram Queipo decis. 318. à num. 43. part.
5. recent. et dixi in annotat. ad decis. 542. nu. 81.
vers. tamquam de forma accidentali. et non sub-
stantiali, poterat fieri post actum perfectum &c.
part. 4. recent. tom. 3.* & in terminis de forma
præstanda ad fauorem alicuius, vt eius omis-
552 sio non vitiet actum, et sufficiat quandoq.
illa præstetur, siue antea siuè postea est text.
*in l. si in concedendo. ff. de aqu. pluu. arc. l. Iulia-
nus. C. de emancip. liber.* Innocent. *et alij in cap.
cum consuetudinis de consuetud.* Bart. *in l. si quis
mihi bona §. iussum. ff. de acquir. hæred. cum
alijs abunde allegatis in causa Fanen. seu Seno-
gallien. Bonorum 14. Martij 1646, coram R. P.*
D Meltio. *§. Et licet. vers. quo casu siue fuerit
adhibitus antea factum. vel post factum &c.*

Quod enim iuramentum calumniæ non sit
de substantia ordinis iudiciarij ad hoc, vt ab
553 initio præstetur, non est dubitandum nam
text. est expressus in cap. si de calumnia 1. ibi, cũ
huiusmodi iuramenta præstari ab initio de
554 substantia ordinis iudiciarij non sit, &c. *ext.
de iurament. calumn. in 6.* & firmant *Tiraquell.
de retract. lignag. §. 2. glos. 2. num. 1.* Marant. *de
ordin. iudic. part. 6. ad secundum Iudicij partem
de iurament. num. 3.* Seraph. *de priuileg. iuramen.
priuileg. 22. numer. 2. Amat* Roder. *in practic. de
mod. & form. vidend. & examinand. process. cap.
31. num. 24.*

Vnde

Vude,& videmns, in qnalibet parte iudi-
555 cij, & qualibet instantia ante sententiam
tale iuramentum posse præstari. Abb. in cap.
cum in causa nnm 19. de iurament. Gab. Sar. in
addit. ad Mathesil. singnl. 65 num. 4. vers. iura-
mentum calumniæ potest in quacumque parte
iudicij &c. Bartol. in leg. cum & Iudices num. 3.
de iurament. calumn. Practic, Papien in form. li-
bell. act. real. in glos. Per sacrament. calumniæ n.
4. vers. hodie autem. Socein. in cap. fin. num. 38 de
iurament. calumn. & in regul. 2n9. fallent. 2.
Gaill. obseruat. 86. num. 2. & seq. lib. 1. cum mul-
tis alijs allegatis per Rotam coram Penia decis.
15. num. 7. vers. iuramentum calumniæ sufficit,
vt quandocumque præstetur ante conclusionem
in causa &c. et coram bon. mem. Merlino in cau-
sa Bononien. Domus. 28. Februarij 1628. §. Et
Domini, vers. iuramentum calumniæ admittitur
in qualibet parte iudicij ante sententiam &c. est
inter eius impress, decis. 337. num. 4.

Vtique sufficit, quod præstetur in obserua-
tione terminorum substantialium, cum & in-
556 ter terminos substantiales, sit iste terminus
iurandi de calumnia Rota in recent. decis. 346.
num. 3. part. 2. & coram Coccino decis. 417. n. 5.
et coram eodem Penia decis. 74. nu. 1, vers. est ter-
minus ad iurandum de calumnia, & corã Card.
Marquemont. in causa Romana assecurationis
dotis 12. Decembr. 1605 vbi aliæ decisiones al-
legantur, & deinde fuit dictum in causa Tibur-
tina administrationis tutelæ. 18. Martij 1611.
coram Manzanedo. est apud Marches. de Com-
missionib. tom. 3. fol. 49. num. 5. vers. iuramentum
calumniæ fuit præstitum in terminis substantia-
libus, quod sufficit &c. & coram Merlino in d.
Bononien. Domus. §. Et Domini. vers. iuramentũ
calumniæ, sufficit quod præstetur in terminis
substantialibus &c.

Quamobrem, cum hoc iuramentum calum-
niæ, non requiratur de tempore initij proces-
sus, & sic pro forma accidentali, ac pro con-
557 firmatione rei in esse productæ, ideoque si
omittatur non vitiat processum, quando illud
non fuit à parte petitum, vt colligunt Scriben-
tes in cap. si de calumnia. in princip. de iuramen.
calum. in 6. cum tunc censeatur tacitè à parte
558 remissum, quantumuis expressè ex partium
consensu tale iuramentum remitti nequeat,
sicuti nec statuto, nec consuetudine remitti iã
supra dixi, quod enim stante dicta tacita re-
559 missione, per non petitionem, tunc processus
non vitietur, si iuramentum calumniæ nõ fuit
præstitum, cum illud non sit de substãtiali or-
560 dine iudicij, et de per se, sed solum si peta-
tur, indubitanter asserunt Speculat. in titul. de
iurament. calumn. §. 1. vers. sed quid si ante. nu. 3.
in fin. & §. sequitur n. 4. vers. quid si non exacto.
Vestr. in prax. lib. 5. cap. 3. num. 3. vers. & si pars
non petat, poterit iuramentum omitti &c. et vide
ibi Granat in addit. in litera F. vbi plures DD.
pleno calamo cumulat ad roborandam hanc
conclusionem, adde Io. Baptist. Asin. in iudicior.
prax. §. 3. cap. 30. num. 3. vers. si omittatur iura-
mentum calumniæ non vitiat processum &c.
Robert Marant. in prax. iudicial. part. 6. titul. de
iurament. num. 2. vers. quia iuramentum non
fuit exactum ab altera parte, & sic non fuit iu-
ratum, nec ideo vitiatur processus &c. Anton.
del Re. in tractat. de iurament. calumn. cap. 7.
num. 3. & seqq. Peregr. decis. Patauin. 137. nu. 9.
versic. si iuramentum calumniæ non fuit petitum
præstari, eius omissionem non inualidat &c. &
Gaill. obseruat. Imperial. d. obseruat. 84. num. 2.
vers. secus si non exactum & sic tacite remissum
nõ vitiat processum &c. Francisc. Curt. in tract.
de iureiurand. propter calumn. §. quod obseruari.
num. 16. post med. & §. quia verum est num. 2.
et testatur de communi opinione.

Perpetuaque constantia eamdem conclu-
561 sionem secuta est Rota, & præserrim habe-
tur decisum in antiq. decis. 664. alias 4 de iu-
rament. calumn. vers. si omittatur iuramentum
calumniæ, quia non petitur præstari, nihilomi-
nus valet sententia lata &c. quam deinde am-
plexa fuit coram Card. Plat. in causa Burgen.
Residentiæ 30. Maij 1586. §. 1. vers. si non fuit
petitum a iuramentum calumniæ censetur taci-
tè remissum, et valet processus &c. et corã Man-
zanedo in causa Marsicen. Affictus 7. Maij
1612. impressa est apud Galles. de obligat. Came-
ral. decis. 131. num. 5 vers. actor non tenetur iu-
ramentum calumniæ præstare, nisi petatur &c.
& coram Merlino in d. Bononien. Domus 28.
Februar. 1628. est dec. 337. n. 4. vers. petitione iu-
ramenti calumniæ deficiente, ac eo ommisso, va-
562 let processus &c. vbi etiã confirmatur, quod
dixi supra nempe iuramentum calumniæ non
simpliciter esse de substantia iudicij, sed per
accidens, quatenus scilicet fuerit petitum.

Quando igitur iuramentum calumniæ ex-
presse reperitur à parte petitum, illudque nõ
563 fuit præstitum, tunc et non aliàs dicitur de
forma ordinis iudicialis, & potens est eius
564 omissio in oppositum deducere processum,
ac sententiam inde latam, text. est ita intelli-
gendus in l. 2. § sed quia veremur. C. de iureiu-
rand. propter calumn. et plenè Bart. ibidem nu. 3.
Canonist. in cap. 1. de iurament. calumn. & pa-
riter in cap. 1 eodem titul. in 6. & præsertim
Io. Andr. ibi in verb. annullandus. vbi alij Iacob.
Butrig. in d. l. 2. §. sed quia veremur. vbi ait,
565 quod malitiosus reus semper petit in respõ-
sione ad libellum hoc iuramentum, quia si nõ
præstatur omnia sint nulla, et pro notabili cau-
tela, hanc posuit Matth. Mathesil. in singul. 64.
incip. Nota aliam cautelam &c.

Eaque vti solent malitiosi Procuratores, pe-
566 tendo præstitum iuramentum in parte iudi-
cij nõ ponderanda, vt post Imol. aduertit Alex.
in l. qui bona. §. si alieno. ff. de damn. infect. Ro-
land. in consil. 71. num 8. vers. cauti Aduocati,
quando respondent libello, in fine petunt iurari
de calumnia, et vlterius non insistunt &c. lib. 1.
Marc. Anton. Peregr. d. decis. Patauin. 137. n. 9.
vers.

vers. canti Aduocati solent in fine suarum exceptionum, instare, et petere &c. Imo, & si quis iurauit numquam iurare, nihilominus parte
567 petente tenetur iurare de calumnia, ita notabiliter inquit Speculat. in titul. de iurament. calumn. in § fin. post princip. & refert. & sequitur Felin. in cap. constitutus. de fideiuss. et in cap. cœterum. de iuram. calumn. sensit Gabr. Saray. in addit. ad Mathesil singul. 64. nu. 14 vers. hic quaero de pulchra, & notabili quaestione &c. adeo enim indubitata est prædicta conclusio,
568 vt stante petitione vt iuretur de calumnia, eo non præstito corruant omnia acta, vna cum
569 sententia promulgata, vt non habeat cōtradictorem, quod est notabile, sicuti aduertit Scace in tractat. de iudic. lib. 2. cap. 1. quaest. 8. sub num. 68. vers. hac est conclusio communis, & nō habet contradictorem &c. & videatur Francisc. Viu. decis. 109 num. 1. vers. si hoc iuramentum petitum quippe sit, et non praestetur, tunc processus vna cum sententia est nullus &c. Marescot. variar. resolution. cap. 47. incip. Non semel nu. 1. vers. processus vitiatur, si iuramentum calumnia fuit petitum, & non praestitum &c. vbi ad hoc plura allegat, addo Gratian discept. forens. cap. 208. num. 15. vers attendendam esse nullitatem prouenientem ex iuramento calumnia petito, & non praestito &c.

Eamque opinionem cōtinuò secuta est Rota, & præsertim penes Put. decis. 398. & in nou. decis. 388. num. 1. vers. si expressè fuit dictum, vt iuraretur de calumnia, & fuit omissum, sententia est nulla &c lib. 2. Rota decis. 660. alias 2. de iurament. calum. in antiq. numer. 2. vers. petitur, quod iuretur de calumnia. si non praestetur, nullus est processus &c. testaturque ita seruare Sacrum Palatium, & hoc esse expressum in cap. 1. de iurament. calumn. in 6. & deinde ita sæpe respondit Rota, & præsertim coram Card. Mantic. decis. 33. numer. 1. vers. iuramentum calumnia expressè fuit petitum, & non est praestitum. quo casu processus, & sententia vitiatur &c. ibique plures DD. allegantur, & testantur de communi opinione, & idem fuit decisum corā Manzanedo in Tiburtina Administrationis tutela 18 Martij 1612. penes Marches. de Cōmiss. tom. 2. fol. 49. num. 3. vers. fuerat petitum iurari de calumnia, sed tamen non fuit praestitum iuramentum, ex quo intrat nullitas &c. & coram Card. Seraph. decis. 1355. num. 1. vers. fuit petitū iuramentum calumnia, eius omissio vitiat &c. & ibi Apostill. alias decisiones antiquiores cumulat. idemque postea fuit resolutum coram bo. mem. Dunozetto in causa Romana Pecuniaria de Colomna 21. Aprilis 1617. §. Tertia nullitas. vers. iuramentum calumnia erat omnino praestādum stante partis protestatione &c.

Supradicta tamen non procedunt in casu nostro, nempe præstationis iuramenti, quan-
570 do est in subsidium deueniendum ad comparationem scripturarum, nam vt dixi pars talem probationem facere intendens, debet iurare, ei penitus esse perclusam viam cœteris probationibus, quale iuramentum est præ-
571 standū sub pœna nullitatis talis actus quantumuis ab aduersario de eo præstando nulla reperiatur facta instantia, nec in hoc aliquid refragantur, ea quæ dixi iam de præstatione iuramenti calumniæ, quale si non præstetur,
572 & à parte nō fuit petitum nullatenus vitiat processum, cum censeatur tacitè remissum, Quoniam diuersus est casus, nam hoc iuramētum, tempore petitionis comparationis scrip-
573 turarum, & sic ab initio celebrationis actus per petentem præstandum est, sicut infra deducam, vnde non pro forma accidentali, sicuti probaui, quod præstatur iuramentum calumniæ, sed pro forma substantiali, & essentiali re-
574 quiritur à iure, vnde parum iuuabit allegare hoc iuramentum non fuisse petitum ab aduersario, ratio etiam differentiæ vtriusque iuramenti est, quia plus solet terrere, quod specialiter dicitur, quàm quod generaliter, Item
575 quia maior solemnitas adhibetur in comparatione literarum, quàm alibi. glos. in §. si verò moriantur, in verbo proferenti auth. de instrument. caut. & fidelit.

Nam, & vbi periculum est maius ibi cautius est agendum. cap. vbi periculum. 3. de elect. in 6. l. 1. §. nam vel magis. ff. de Carbon edict. quàm enim sit periculosa probatio per com-
576 parationem literarum iam satis experientia ipsa demonstrat, & notant passim DD. in d. l. cōparationes. & in auth. de instrument. cauth. & fid. et sæpe aduertit Rota, et præsertim coram R. P. D. Durano decis. 363. nu. 3. vers. in materia comparationis literarum tam fallibili, ac periculosa &c. part. 2.

Quod enim iuramentum prędictum veniat præstandum de tempore petitionis, & sic ab
577 initio celebrationis petitionis comparationis literarum, non difficulter probari poterit, & quidem ad hoc non parū iuuabit, si attentè perpēdamus verba text. in §. si verò nihil. auth. de instrumentor. caut. et fidelit. quæ sunt illa formalia, Vt autem aliquid omnino causa sumat augumentum ad maiorem negotij fidem, & ipse, qui hoc petit fieri, iuret, quia non aliam idoneam habens fidem ad instrumentorum collationem venit &c. Notanda sunt illa verba, & ipse, qui hoc petit fieri, iuret. Ecce, quod iuramentum referrur, ad tempus, quod petitur fieri literarū comparatio, ergo illo tempore petens, iurare
578 debet, cum qualitas adiecta verbo, debeat intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. 1. ff. de noxal. action. cum alijs allegatis per Rotam coram Coccino decis. 430. num. 62. vers. qualitas adiecta verbo intelligitur &c. part. 5. recent tom. 2.

Et tempus determinato modo prolatum,
579 alterius temporis non recipit functionem. l. si vsusfructus mihi. ff. de vsufruct. legat. Bald. in auth. at qui semel. col. 4. vers quaero an qui semel, C. quomod. et quād. Index. & in l. 1. quaest. 9,

in fin.C.de institut.& substitut. Natt.cons.485.
nu.5.vers.tempus determinato modo &c. & tem-
580 pus, quando est præcisum, differri nõ porest.
per text.in l.conditiones, quæ in futurum. ff de
581 condit. & demonstrat. nam, & tempus indu-
cit formam auth.quæ supplicatio. C. de precibus
Imperat.offerend. Bart. in l. denunciasse § quid
autem.nu.3.ff.de adulter. Alciat. in l.1.num.49.
ff de vulgar.et pupillar. Cum igitur prædictum
iuramentum requiratur tempore, quo petitur
582 fieri comparatio literarum, sequitur de illo
tempore petens iurare debet, quare si in eo nõ
iurauerit, comparatio est ipso iure nulla, con-
cluditur ergo de necessitate, quod tale iura-
mentum sit præstandum etiamsi non petatur,
cum prius peti non possit, vt pręstetur, si prius
583 non sit, qui comparationem literarum fieri
petat, et tempore, quo petitur, petens iurare
debet, prout opposité ratiocinatus est Alex.
Trentacinq.variar.resolut.vol.1.lib.11. titul.de
fid.instrument resolut.9.sub numer.1.§.secundo
probatur.

584 Apertum est in iure, quando lex vult, vt ali-
qua solemnitas adhibeatur tempore actus fiē-
di, & sic forma requiritur ad esse rei, tunc si
solemnitas in ipso actu non interueniat, actus
est ipso iure nullus, etiamsi non petatur l. non
dubium.ff.de legib.et tradunt notabiliter Bart. et
Bald.in l.vniuerso C.de precib.Imperat.offerend.
585 cũ forma non seruata, semper actus corruat.
cap.cum dilecta 22.vers.et forma mãdati nostri
exacta &c. de rescript. l.cum hi. §.si Prætor.ff.de
transact.Rota coram bo.me.Pirouano decis.143.
num.4.vers.forma non seruata semper actus cor-
ruit &c. part. 6. recent. & sic sæpe sæpius fuit
586 responsum. Imò, & formæ omissio etiam in
qualitate minima vitiat, secundum Ias. Butr.
Felin.Dec.et alios relatos a Becc.in consil.12.nu-
mer.29.vers forma omissio in qualitate etiam
minima &c. Addo Gramm dec.Lusitan.45.nu-
mer.2.vers.actus corruit in forma omissione etiam
minima &c. idque quoque ampliat, quantum-
uis adesset iusta causa omittendi formam.

Quamobrem cum præfatum iuramentum
præstandum à petente comparationem lite-
587 rarum requiratur à iure de tempore ipsius
petitionis de forma, & ad esse rei, ergo si de eo
tempore non præstetur, comparatio literarum
est ipso iure nulla, etiamsi à parte non peta
tur, quod præstetur. Tandem, vt me expediã
588 ab hoc requisito à iure exacto in compara-
tione literarum, non est dubitandum de supe-
riori conclusione, quantumuis Cephal.in con-
sil.454.num.39.cum seqq.vol 4.afferat suprare-
589 latum iuramentum non esse præstandum,
nisi Iudex id putauerit, ductus ad hoc scribē-
dum, auctoritate text. in §.si verò moriantur.
auth. de instrument. cautel. & fidelit. ibi; &
omninò si putauerit eis Iudex oportere credi, etiã
iusiurandum iniicere proferenti, & est sensus,
quod vbi Iudex putauerit deueniendum esse
590 ad literarum comparationem, ex causis, de
quibus in illo textu, tunc Iudex debet iniice-
re iusiurandum proferenti, secundùm formam
relatam in d. textu. Respondetur enim hanc
considerationem in nihilo obstare, quia d.text.
tria decernit.

Et Primò inquit si testes publici instrumen-
591 ti omnes sint mortui, vel absentes, vel aliàs
de facili non possunt, nec etiam Tabellio, po-
test deueniri ad comparationem literarum.
Secundò, quod est in arbitrio Iudicis dictæ li-
terarum comparationi credere. Tertiò, quod
prius deueniatur ad comparationem literarũ
per petentem fieri, præstetur iuramentum de
quo ibi. In secundo enim capite, quando di-
citur arbitrarium esse Iudici an comparationi
credere velit, non refertur etiam hæc disposi-
592 tio, ad iuramentum, sed illud aduerbium,
omnino, ibi posito, refertur ad illud etiam ius-
iurandum iniicere proferēti, quasi dicat, sicuti
in effectu dicit, Quod si Iudex putauerit com-
parationi esse credendum, omnino etiam præ-
593 standum est prius iuramentum istud, & sic
de necessitate est præstandum, vt ibi glos.Bart.
& alij affirmant, & satis supra deduxi. Atque
hæc sufficiant circa iuramentum præstandum
à parte, petente comparationem literarum,
vt sine eo, talis actus sit nullus, etiamsi ab ad-
uersario non fuerit protestatum, vt tale iura-
mentum præstaretur, alterum requisitum vi-
debimus in seq.cap.

ARGVMENTVM.

Periti electi ad faciendam comparationem literarum, vt validè procedant, requiritur, vt iurent, se talem actum non facere, non lucri causa, neque inimicitia, nec aliqua gratia tenti, Et an tale iuramentum sit de forma, itaut si illud omittatur, corruat talis probatio. Verba non aliter, an sint præcisa, & inducant formam.

Comparatio literarum, quando est facienda sunt necessariæ duę scripturæ, vna scilicet ad quam, altera vero, ex qua, comparatio fiat, & quæ, & quomodo debeant dictæ scripturæ esse, & præsertim multa deducuntur circa scripturam, ex qua, quæ omninò certa esse debet, & qualiter authentica esse debeat, & an sufficiat, quod à parte sit confessa, eam esse suam.

Scriptura, ex qua, comparatio literarum est facienda, si haberi minime possit, an Iudex tunc possit cogere partem negantem, scripturam controuersam esse suam, ad scribendum, vt sic satis constet de dicta scriptura, ex qua, & licet Bart. & Angel. negatiuam opinionem teneãt, tamen falluntur, ex rationibus de quibus hic maximè in criminalibus.

Probatio quæ fit per comparationem literarum, quando dici possit plena, & quando semiplena, Comparationi literarum, quando est simplex, idest sine alijs adminiculis, numquam est plenè credendum. & quare.

SVM-

SVMMARIVM.

594 Periti electi ad faciendam comparationem literarum, qualiter iurare debeant.

595 Periti electi ad faciendam comparationem literarum si non iurent, vel si iurent, alia forma hic tradita, comparatio est nulla. & nu. 596.

597 in Dispositione, si dicatur, quod actus aliter factus non valeat, dicitur inducta forma cui renunciari non potest.

598 Verba, non aliter, inducunt formam.

599 Verba, non aliter, sunt adeo præcisa, vt non admittant aliquam modificationem, seu interpretationem præter quam ipsa verba sonant. & numer. 600.

601 Periti electi ad faciendam comparationem literarum debent iurare, secundum formam traditam.

Quamuis summariè procederetur, & omissis iuris solemnitatibus.

602 Forma dicitur inducta si lex aliquid inducat, quod fiat de tempore quo actus fit. & nu. 603. & ista est doctrina Bart. à toto Mundo secuta, secundum Ias.

604 Quæ procedit, etiamsi nôn adesset verbum annullatiuum.

605 Periti omnes electi ad aliquid iudicandum secundum eorum peritiam, debent iurare.

606 Periti electi ad faciendam comparationem literarum debent nõ simpliciter iurare, & qualiter aliàs nihil fit. & nu. 607. 611. et 612.

608 Verba, non aliter, sunt taxatiua.

609 Verba negatiua importãt etiam necessitatem.

610 Et actum aliter contra gestum, priuant potentia.

613 Periti electi ad comparationem literarum faciendum. si semel iurent iuxta formam traditam, non est necesse. vt alias iurent.

614 Sicuti faciunt cæteri periti, tempore scilicet relationis.

615 ad Literarum comparationem, quando deuenitur, quot scripturæ requirantur. & nu. 616.

617 Scriptura, ex qua, est facienda comparatio literarum, debet esse certa, & infallibilis. & numer. 618.

619 Splendor, non ex candela sopita, sed ab accensa haberi poterit.

620 Aduocatus ardere debet, si vellit Iudicem accendere.

622 Scriptura ex qua est facienda comparatio literarum, vti magis obnoxia fraudibus debet constare, vt omnino sit indubitata. & nu. 622.

623 Scripturæ ex quibus petenda est comparatio literarum, debent esse authentica, & quomodo num. 624.

625 Scriptura ad quam est facienda comparatio literarum, & quæ negatur per partem, non debet esse omnino certa, & quare.

626 Scriptura ad quam est facienda comparatio literarum si esset certa, non esset opus recognitione.

627 Oculatus ducit cæcum, & non cæcus cæcum, nam aliàs ambo in foueam cadebunt.

628 Scriptura, ex qua, est facienda comparatio literarum, nisi esset omnino certa, quale absurdum sequeretur.

629 Scripturarum comparatio non est facienda ex scriptura priuata, quamuis à parte confessa. contra num. 630. & 631.

632 Bart. in auth. vt si contractus. nu. 2. C. de fid. instrum communiter damnatur.

633 Scriptura certa, ex qua, petenda verit comparatio literarum, si haberi non possit an Iudex possit debitorem ad scribendum. numer. 634. & 635.

636 Iudex ex improuiso potest cogere partem ad scribendum, quando alia scriptura non potest haberi ad faciendam comparationem.

637 Bart. in auth at si contractus. num. 3. C. de fid. instr. repellitur. & quidem passim. nu. 638.

639 Iudex non dicitur aliquid frustra facere. si tendat ad inquirendam veritatem. & nu 657.

640 Iudex ex æquitate potest cogere reum ad scribendum, vt notitia eius manus habeatur.

641 Angel. in l. comparationes. circa med. C. de fid. instrum non bene locutus est.

642 Comparatio sola scripturarum an indicat plenam probationem.

643 Comparatio literarum, si esset omnino similis, tunc posset plenè probare.

646 Comparatio literarum facit plenam probationem, licet non in omnibus, sed in maiori adsit similitudo.

648 Declara tamen si adsint adminicula pro adminiculanda veritate & nu 649.

651 Comparationi simplici literarum, scilicet absq; aliis adminiculis, numquam plena fides est danda.

653 Manus alienas contrafaciendi facilitas magna est.

654 Falsitas in comparatione literarum argui etiã potest ex magna similitudine.

655 Diligentia nimis aliquando arguit dolum.

656 Comparatio literarum potest esse, vt plenè, vel semiplenè probet.

658 Iudex, tunc non potest cogere reum ad scribendum ad effectum, vt fiat comparatio literarum si postea ea probatio nihil releuaret.

659 Probatio illa non est admittenda, quæ deseruit de vento.

660 Iudex, tunc fortius potest reum, ad scribendũ ad effectum de quo, hic, quando sumus in criminalibus, & num. 661.

662 Et hoc de communi obseruantia omnium Criminalistarum.

663 Manum suam recognoscere recusans, si simus in Ciuilibus, qualiter procedatur, vt id assequatur.

664 Scriptura, ex qua, est facienda comparatio literarum, vt sit certa, debet id constare Iudici, & non peritis.

665 Cum periti in hoc nullam habeant iurisdictionem.

CAPVT XXXI.

Vlterius etiam requiritur ad validita-
tem comparationis literarum, vt periti,
594 & electi ad talem comparationem faciendā,
iurent, se talem actum non facere, non lucri
causa, neque inimicitia, neque alia gratia ten-
ri textus est ad literam & rotundus *in d. l. com-
parationes. §. omnes.* ibi, *comparationes non aliter
fieri concedimus, nisi iuramento antea præstito ab
his, qui comparationem faciunt, quod neque lu-
cri &c. C. de fid instrument* Et tale iuramentū
595 est pariter de forma comparationis ita quod
si non præstetur, vel si præstetur, sed sub alia
forma comparatio est nulla, *ita Paul de Castr.
post Bald. in d. l. comparationes. num. 12. vers et
dicit Bald.* & ibi etiam *Salicet. num 3. vers item
nota formā.* Io. Sichard *nu. 4. vers forma autem
iuramenti. et num 5. vers. sunt autem illa tria, et
vers. vnde si omittatur &c.*

Nec immeritò, quoniam dicit Imperator
in d. l. comparationes, non aliter fieri concedi-
mus comparationes, nisi iuramento antea
596 præstito, ab his, qui comparationes faciunt,
fuerit firmatum, quod neque lucri &c. nam
quoties in dispositione dicitur, quod aliter
597 actus non possit fieri, dicitur data forma, cui
renuntiari non potest, *vt Bart.* docet *in l. fin.
in fine. C. de vendit. reb. ciuil. lib. 11. & in l de his.
per illum text C. de transact.* Roman *cons. 402.
sub nu 2. vers. maximè his verbis attentis. & non
aliter fiat &c.* adducitque in argumentū *text.
in l. nemo potest. ff. de legat. 1.* & videatur *Man-
dos.* ibi, *in addit. in verbo, Et non aliter fiat &c.*
vbi plures DD. concordantes adducit, & quod
598 dicta verba de sui natura importent formā,
post Bart. Dec. Ruin. Soc & alios testatur Rota
*coram bon. mem. Robusterio decis. 199. numer. 4.
vers. verba illa non aliter, de quorum natura est
formam importare &c. part. 2. diuers.*

Dictaque verba non aliter, sunt adeo præ-
599 cisa, vt non possit admitti aliqua modifica-
tio, vel interpretatio, prætetquam ipsa verba
sonant, *vt per Bart. in l. ait Prætor § quod aut.
in princip. ff. ne quid in flumin. public.* & notat
glos. in l. si quidem. C de exception. quam Bald.
ibi dicit, non esse alibi, *& idem Bald. in cap. 1.
§. denique. qua fuit prim. caus. benefic. amitt.* Alex
*in consil. 3. num. 4. vers. confirmo, quod ista verba
non aliter &c. lib. 1.* cum alijs copiosè relatis
*per Decian. in consil. 108. num. 7. vers. pondero di-
ctionem non aliter &c. & vers sunt adeo præcisa
quod non potest admitti interpretatio &c lib. 2.*
Rota *coram bo. mem. Card. Arigonio in causa
Tarentina Viridarij 31. Maij 1596. qua decisio
dicitur postea extensa à Cardin.* Seraphin. *tunc
Decano,* quia Arigonius fuit creatus Cardina-
lis à Clemente VIII. die 5. Iunij 1596. *estque
inter impress. Seraph. decis. 1190. numer. 6. vers.
ponderatio clausularis tali casu, & non alias &c.*

remouent etiam sensum ab actu, ex allegatis
per Rotam coram Pitouano *decis. 283. num. 12.
vers propter formam verborum, non aliter, qua
solent remouere &c. part 7. recent*

In terminis vero iuramenti omnino, & de
forma præstandi per peritos electos ad facien-
600 dam comparationem literarum optimè de-
ducit *post Purpurat. & alios Surd. in consil. 187.
num. 27. §. Antequam periti inspiciāt scripturas,
debent iurare, & requiritur pro forma &c. lib. 2.*
appositè etiam *Riminald. Iun. cons. 779. nu. 23.
vers. nulla est comparatio ex parte peritorum. qui
non iurarunt, & num. 24. vers. quoties in disposi-
tione dicitur, quod aliter fieri non possit, dicitur
data forma &c. lib. 7.* Menoch. *de arbitrar. Iud.
lib. 2. cent. 2. cas. 114. num. 28. vers antequam ad
comparationem deueniant iurent &c.* & copiosè
adducit etiam *Farinac. in fragm. criminalib.
part. 1. in litera C. num 483. vers. comparatio li-
terarum à peritis facta nihil valet, nisi ipsi iura-
uerint &c. recteque admonuit* Rota *corā R. P. D.
Cerro in Romana Fideicommissi 17. Februa-
rij 1645. §. Et eò clarius. vers. nec minus iura-
runt &c.* vbi deciditur, cum tale iuramentum
à peritis electis ad faciēdam comparationem
601 literarum, vt scilicet non accedunt ad talem
peritiam ex causa lucri, odij, vel fauoris, à lege
requiratur pro forma, ideoque illius ommis-
sio vitiat actum aliter factum, etiamsi summa-
riè procederetur, & omissis omnibus iuris so-
lemnitatibus.

Accedit etiam ad probandum suprarelatū
602 iuramentum esse de forma, quia statutum
est, vt debeat interuenire tempore, quo deue-
nitur ad comparationem, sicuti habetur *in
d. l comparationes. §. omnes,* ibi, *nisi iuramento
antea præstito, ab his qui comparationem faciunt
fuerit affirmatum, quod neque lucri &c.* sequitur,
603 quod sic eo non adhibito corruit compara-
tio facta, nam quoties Lex iubet, quod aliqua
solemnitas adhibeatur de tempore actus, tunc
si aliter fiat, non valet ipso iure talis actus, pro
vt est doctrina *Bart. in l. vniuersa. C. de precib.
Imperat. offerend.* de qua latè *Ias. ibidem nu. 7.
& 8.* dicens, quod totus Mundus in hoc sequi-
tur Bartol. *Afflict. decis. 378. numer. 4. vers. quæ
requiruntur ante factum vel in ipso actu, sunt de
forma &c.* Osasc *decis. Pedemont. 165. numer. 8.
vers quando Lex præcipit aliquid tempore con-
tractus fieri, tunc si non obseruetur forma, est ip-
so iure nullus contractus &c. Riminald. Iun. di-
cto consil. 779 nu. 27. vers. quoties lex iubet, quod
aliqua solemnitas adhibeatur de tempore contra-
ctus &c.* vbi etiam allegat *Consil. positum post
Aretin. in cap. 2. notab 6. de testib* qui dicit id
604 procedere etiamsi nō adsit verbum aliquod
annullarium.

Nec mirum nemini debet videri, si periti
electi ad faciēdam comparationem literarum
605 iurare debeant, Generale est enim in omni-
bus causis, in quibus adhibentur periti, quod
illis deferatur iuramentum, & probatur *ex
text.*

tuetin cap. fraternitatis, ibi districtè illis iniungendo sub periculo animarum &c. de frigid. & malefic. et est casus in l. hac adictali. §. hu illud. C. de secund. nupt. et in l. 1. §. 1 ff. de ventr. inspiciend. aliàs verò peritis in arte non creditur sine inramento. Foller. in addit ad Marant. in prax. part. 6. menbr. 6. num. 69. Pacian de probat. lib. 1. cap. 47. nu. 2. Ioannes Garc. de expens. cap. 34. num. 18. Ceuall. commun. contra communes. cap. 1. num. 26. vers. eorum dicta producta in iudicio, praestito iuramento &c. et post Hostiens. Io. Andr. Abb. Anchar. Alex. de Neuo. Praeposit. & alios asseris Sanchez. in tractat. de Matrim. lib 7 disputat. 113. num. 13 vers. in genere de caeteris artis peritis &c. Barbos. in collectan Iuris Canonici ad cap. proposuisti. num. 3. vers. periti iurare debent &c. de probat.

Verumillud est speciale in casu nostro, vt
606 secundum formam traditam in d. l. comparationes. §. Omnes. iurare omninò debeant periti,
quare si simpliciter iurent, comparatio litera-
607 rum postea facta, vitio nullitatis subiacebit,
vti resistente d. l. comparationes, facta l. non dubium. ff. de legib. & illius formam cap. cum dilecta. de rescript. cum simil. maximèque stantibus in prae allegata l. comparationes. dictionibus il-
608 lis, nō aliter, quae sut taxatiuae, vt habetur in l. non aliter ff. de legat. 3. & in l. qui haeredi. §. fin. de condit. et demonstrat. et in l. 2. §. vltim. ff. de donat. et in l. 2. in princip. ibi non aliter ff. de offic. eius, & in l rem non nouam C. de iudic. Et cum
609 sint negatiuae important etiam necessitatem glos. in cap. 1. vers. non potest. de regul. iur. in 6. Lancell Gallia in consuetud. Alexandr in glos. non possis, in princip. Molin. de primogenit. Hisp. lib. 2. cap. 11. num. 12. Tiraquell. de Iure marit. glos. 4. num. 1. & 11. Couar. in cap. quamuis pactum part. 2. §. 4. num. 4. et in cap. tua. num. 2. in fine. de testib.

Et praecisam inducunt necessitatem, et actū
610 contra gestum, omnino priuant potentia,
vt multi testantur relati per Sanchez. de Matrimon lib 6. disputat. 38. num. 20. vers. praecisam necessitatem importans &c. & per Barbos. in collectan. cap. beneficium. 1. num. 7. vers. dictio negatiuè posita necessitatem &c. & plenius in tractat. de dictionib. vsufrequen diction. 267. n. 3 dixitq. corā Rota Buratt. decis 14. n. 6, vers. alia etiam verba negatiua, necessitatem inducunt sub priuatione &c. et ibi annotat. R. P. D. Ferentill. in litera C. plura allegat quae decisio est etiam in recent part 1. decis. 515. num. 2.

Cum ergo in casu nostro, nempe in d. l comparationes, adsint verba illa negatiua, non aliter ideo nisi ad vnguem, pro vt ibi praecipitur
611 iuramentum à peritis electis ad comparationem literarum, faciendam, fuerit praestitū comparatio deinde facta effectum suum sortiri non poterit, sicque vt dicebam si dicti peri-
612 ti, simpliciter iurent, nihil agunt, cum dicta verba negatiua abnegent actum aliter effectum sortiri posse, quàm vt expressum est, &

benè in puncto considerauit Riminald. Iun. in consil. 38. num. 44. in fin vers. simplex iuramentum praestitum fuit à peritis, & relatio facta, ergo cōparatio fuit nulla &c. lib 1. & Farinacc. in fragment. d. par prim. in litera C. num. 484. vers huiusmodi iuramentum est de forma comparationis, ita vt si sub alia forma praestetur comparatio est nulla &c cum ibi allegatis.

Verum tamen est, praedictos peritos suffice-
613 re, si semel iurent, anteaquam faciant comparationem literarum, & ideo non est necesse, vt post, tēpus relationis iuramētum hoc prae-
614 stetur, sicuti faciunt alij artis periti, cum referunt. ita Menoch. de arbitrar. Iud. d cas. 114. vers. opinor sufficere si semel iurent &c. addo Panizschaw lib. 2. controuers. Iur. quaest. 2. n. 12. & post eum Genu. in tractat. de scriptur. priuat. lib. 2. num. 61. vers. isti periti semel iurent ante comparationem institutam &c affirmatque hanc esse verissimam conclusionem &c. pro vt etiā sensit Alex. Trentacinq variar. resol. vol. 1. lib 2. de fid. instrum d. resolut. 7. nu. 1. circa med. vers. sufficit si semel iurent &c.

Tertiò requiritur, ac omninò est necesse ad hoc, vt literarum comparatio dicatur ritè, & rectè facta, vt duae afferantur scripturae, vna
615 scilicet, ad quam, altera verò, ex qua, comparatio fiat. scriptura, ad quam, est illa, quae in iudicio producitur, vt ei fides adhibeatur, cōtinens illud, ad quod debitor praetēditur obligatus, ac per ipsum negatur, Scriptura verò, ex
616 qua, est illa, quae in iudicio producitur, vt ex ea similitudo habeatur literarum cum altera scriptura, vt dixi, in iudicio producta, qua debitum continetur, de qua tamen dubitatur,
617 Quae quidem scriptura debet esse certa, infallibilis, atque indubitata, itaque absque vllo scrupulo possit dici illam esse exaratam ab il-
618 lo debitore, qui negat aliam scripturam, in qua eius debitum continetur. Nam id quod probat, debet esse certius, & clarius, eo, ex quo
619 petenda est probatio, splendor enim non ex candela sopita, sed ex accensa iure sperāda est.

Hinc dicebat Romanus Demostenes, Ar-
620 deat Orator si velit Iudicem accendere &c.
Quare scriptura, ex qua, debet esse penitus certa, vti etiam magis subiecta fraudibus. & de ea intellexit Iustinianus in d. l. comparationes,
621 & in Nouell. 49. vt ibi benè adnotat Cuiac. vbi, quod debet constare de omnimoda talis scripturae certitudine, vt disponitur in dd. iuribus, & late scrutantur Doctores in d l. comparationes, & praesertim Odofred. & Bald, num. 4. vers. oppono, & videatur Salicet num. 12 & 13. Idem Bald. in l. admonendi nu. 4. & Rig n. 111. Afflict. decis. 181. num 6. Triuisan. decis. 52. n 20. in fin. Ioseph Ludou, decis. 7. num. 1. Menoch de arbitrar. iud. lib. 2. cent. 2. cas 214. num. 29. vers. debent esse certa, & vera illius, qui asseritur scripsisse &c. Surd. consil. 187 num. 29 vers. non erat indubitata, & authentica, pro vt requiritur &c. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 12. num. 1065. vers. sint

certè

certò exarata, seu habita pro exarata &c. Gaspar *Anton.* Thesaur. *quæst forens. lib. 1. quæst. 24 num. 6. vers. vt scriptura illa, ex qua petebatur comparatio esset indubitata &c.* Gait. *in tractat. de* Credit *cap. 2. titul* 8 *num.* 2808. *vers debet esse, certa, approbata, et indubitata &c.* Caualc. *decis 27. num. 51. vers. scriptura super qua petitur fieri comparatio literarum requiritur, vt sit certa, vera, & approbata &c* Farinac *in fragment. criminal part. 1. in verb. comparatio. num 436. vers. scriptura ex qua, debet esse certa, approbata, & indubitata &c.* & ita sæpius iudicauit *Rota,*
622 *et præsertim coram bo me.* Card. Plato *in causa Bononien. de Maluetijs 29. Maij. 1587. §. 1. vers. non fuit aliqua alia scriptura allata, quæ clarè constet fuisse à parte scriptam &c et coram* Card. Lancellott. *in causa Veliterna Casalis. 15. Ianuarij 1574. vers Literarum comparationi nõ est locus. quando non constat quod scriptura, ex quibus illa fieri debet, sint scripta propria manu &c. et corã bo. me.* Pirouano *in causa* Romana *fideicommissi de Vecchis 25. Iunij 1610. vbi aliæ decisiones deferuntur, & deinde sic pariter fuit resolutum coram* Reuerendissimo Durano *decis. 363. num* 10. *vers scriptura ex qua sit cõparatio debet esse exacta, indubitata, et omnino certa &c part. 2. & coram bon. mem.* Coccino, *in causa Nouarien. Bonorum. 26. Iunij* 1628. eamq retuli *in part. 5 recent. decis. 599. num. 29. vers. scriptura certa, ad quam comparationem prædictam fecerunt &c.* & coram R.P. D. Carillo *in causa* Romana *successionis* 11. *Martij 1641. §. Ideo existimatum fuit &c. vers. constito prius de existentia certitudinali alicuius scripturæ manu d Henrici conscripta &c.*

623 Quamobrem scripturæ ex quibus petenda est comparatio de iure requiritur, vt sint tales, vt de per se probent in iudicio, vt quia sint publicæ, vel priuatæ trino teste subscriptæ, & legitimè recognitæ, aut quod testes super recognitione examinati eas viderint scribere,
624 aut alter ex publico Archiuio extractæ, vel redactæ, aut per ipsum met scribentem confessatæ, aut tandem aliàs in iudicio productæ, & per sententiam approbatæ de se fidem facerent ad omnes, & ad quoscumque effectus, li-
625 cet enim scriptura ad quam fit comparatio, quæ est illa, quæ in iudicio agitur, & quæ à parte negatur, non debeat esse, vt iam dixi, omnino certa, quia aliàs non egeret recognitio-
626 ne, seu alia probatione, scriptura tamen, ex qua fit comparatio debet esse omnino infallibilis vno ex supradictis modis.

Nam. et ratio naturalis id suadet, oculatus
627 enim ducit cęcum. non cœcus cœcum, quia ambo in foueam caderent, siquidem indubitata debet esse scriptura illa, quia si talis non esset, non posset haberi ex ea certitudo alte-
628 rius scripturæ denegatæ, *vt deciditur in d. l. comparationes, & in auth. ad hæc.* C. *de fid. instrument. Bart. in §. illud Auth. de his, qui ingred. ad appell Gaspar* Thesaur. *d. quæst. 24. num. 6. & latè* Menoch. *de arbitrar. iudic. d. cas* 114. *nu. 6. et seq.* Gratian. *discept. forens. cap. 375 nu. 50. cum alijs copiosè relatis per* Farinac *in fragment. criminal. in d. verb.* *Comparatio. num. 457. et optimè per Rotam coram bon. mem.* Durano *d. decis. 363. num. 10. part. 2. & coram bon. me* Coccino *d. decis. 199. num. 30.* vbi dicitur, sufficere scripturam esse prolatam ex Archiuio publico, *ex ibi allegatis. part. 5. recent.* adde Afflict. *decis. 181. num. 5. in fin. vers. aut de publico Archiuio sumpta &c.*

Nec est attendendũ quidquid dixerit *Bart. in auth. at si contractus num. 2 vers. habes ergo.* C. *de fid instrument.* vbi tenet, comparationem
629 scripturarum non posse sumi ex scriptura priuata quantumuis à parte confessata, nisi sit à tribus testibus subscripta, Nam veritas est in contrarium, cum satis sit, talem scripturam
630 fuisse à parte confessatam pro sua manu, itaque non est necesse alia acceptatio, seu approbatio, esset enim absurdum, vt ratiocinatur *Paul de Castr. in d. l. comparationes col. fin.* quod si quis fateatur aliquam scripturam es-
631 se de manu sua, et ego non possim inducere illam ad comparationem alterius, quæ fuit per eam. negata bene enim constat de certitudine talis scripturæ per talem confessionem.

Meritòq *Bart* in hoc est communiter dam-
632 natus teste *Ioann. Sichard. in d. l. comparationes num. 7. vers. quod verum est vbi apertè fatetur omnes Doctores reprobare supradictam opinionem* Bart Francisc. Curt *in d. l. comparationes. num. 114. vers. idem si pars confiteretur, &c. et num. 116.* reprobat Bart. cõtrarium sententem. *Abb in cap. 2. sub num 12. de fid. instrum.* vbi latè defendit hanc opinionem reprobato Bart contrarium tenente. *Roland. consil 27. nu. 28 lib. 1.* vbi etiam refutatur *Bart.* eumdemq. post alios DD. pariter damnat *Farinacc. in fragment. criminal d. verb. comparatio nu. 458. et 459. vers quidquid secus videatur sensisse Bart.*

Quando tamen nulla certa scriptura, ex qua possit fieri comparatio extaret, tũc Iudex
633 potest debitorem, seu alium contra quam est facienda comparatio, cogere ad scribendũ, ex qua scriptura deinde comparatio faciẽda erit, *per textum expressum in §. si quis igitur vers. et scribere alia coactus &c. auth. de instrument caut. &.* Bald. *in d. l. comparationes. nu. 20.* C. *de fid instrument.* vbi ait, *supradictum text. in §. si quis. esse ad hoc singularem.* Castren *in d. l. comparationis num. 13.* Pulgos *col. penult. vers. & puta.* Salicet. *post num. 12. et 15. vers. hinc est. quod Iudex. et Ioan.* Sichard. *num. 7. et* Angel. *num. 2.* Rip. *in l. admonendi. num. 110. ff. de iureiur. et ibi Francisc.* Curt. *num. 114. ad fin. vers. vltimò requiritur, et num. 116* vbi testatur ita semper vidisse practicari, vt Iudex cogat de-
634 bitorem ad scribendum, idemq. confirmat Menoch. *de arbitrar. Iud. d. cas. 114. nu. 12 et seq. vers. ita praxis seruat.* Marsil. *in l. de minore 9. §. tormenta. num. 3 ff. de quæst. Matth* Coler. *de process.*

process. executiu.part. 3.cap. 1.numer.144. et seq.
Pacian.de probation.lib.1.cap.376.n 16. Grammat.decis.34.num.16.vers. pars potest compelli.
Afflict.decis. 181.num.5.vers. poterit etiam compelli ad scribendum.& ibi Vrsil.in addition. n.9.
vers. pars potest compelli Menoch. de arbitrar.
Iudic.d.cas.114.num.11.vers.negantem scripturam esse sua manu scriptam cogi posse ad scribendum &c.et attestatur,quod ita solet obserua-
635 ri,et praxis ipsa bono,et optimo iure nititur
Zas.in singular.respons.lib.2.cap.25.

Vbi ait, quod discordātibus peritis, & visa
636 variatione literarū posset Iudex diligens ex
improuisopartem cogere ad scribendū coram
eo &c.admisitque Gaspar Anton Thesaur. in
quaest forens.lib.1.quaest.24.sub num.8.vers.posset Iudex diligens ex improuiso partem cogere ad scribendum &c.Nicol.Genua in tractat.de scriptur.priuat.lib.2.cap.1.num.30. vers. Iudex pro comparatione habenda potest etiam aduersarium negantem.cogere.scribere.et ex illa scriptura cōparationem habere ad scripturam ipsam contētiosam &c,atque de communi opinione testatur et post Curt.Iuniorem in d l.admonendi.n.
113.asseris, sicquoque semper vidisse practicatum,et Cremonæ se ita in praxi obtinuisse docuit Lanfranc.de Oriano in suo tractat. de fid instrument. num.64. Sigismund.Scacc.in tractat.de iudic.lib.2. cap.11.nu.939.et seq. vbi profitetur, hanc esse meliorem opinionem stante text.expresso in d. §.si quis igitur auth.
de instrument.caut.idemque affirmauit Matth Coler.in tractat.de process execut part.3. cap.1.
num.144.vers.notandum est in practica. quod pro habenda comparatione literarum compelli potest debitor negans scripturam esse suam, ad pingendum,vel scribendum aliam eiusdem tenoris &c.Costa in tractat.de remed subsidiar. remed 7.nu.5 vers.potest cogi principalis ad scribendum coram Iudice pro facienda comparatione,si non possit haberi scriptura comparans &c,

Miror sanè de Bartol.in d.auth. et si contractus.num.3.C.de fid. instrument. vbi tenet Iu-
637 dicem non posse compellere debitorem ad
scribendum loquitur enim contra text.expressum in d §.si quis igitur, et contra communē
DD.sententiam,vnde passim in hoc reproba-
638 tur,vt faciunt multi supra relati,DD. et adde Matth.Berlic practicar,conclus. part. 1. conclus.44.sub num.41.vers. dissentit contra text.
expressum Bart.&c,Card.Zabarella in cap.scripta.2.col tertia in fin.vers.ex hoc infer.Bartolus extra de fid. Instrument, et ibi etiam Panormitan.post num.13.vbi latè contra Bartolum suprarelatam nostram defendit sententiam,sicuti facit Hippolit. Marsil. in rubric. de probation.num.19.Franc.Marc.decis.935. n.1. part.2

Non enim frustra hoc requirit Iudex post.
639 quam ad veritatem indagandam hoc facit,
et cum Bart. etiam potest reprobari Angel. in d.l.comparationes,circa med.C.de fid.instrumen.
à quo non dissentit, Afflict.decis.181.nu.4. qui
subdit n.5.ex æquitate quidem posse Iudicem
640 interrogare reū,& ad scribendum compelle-
re,& clarius Zasius lib.2.singul.respons.cap.25.
inquit, Angelum non bene loqui,asserentem
641 Iudicē, negantes suam scripturam testibus
non subscriptam, non posse, cogere ad scribendum.

Ratio enim propter quam mouentur suprarelati Doctores ad non sequendam prædictā
642 communem opinionem,est falsa,dum sentiūt
quod sola comparatio scripturarum plenè non
probet,et timor adest falsitatis, ergò cogi non
potest reus ad scribendum,quoniam ratio ista
643 non subsistit,nam potest esse, vt in omnibus,
& per omnia comparatio, literarum similitudinem contineat,et tunc plenè probat, et Iu-
644 dex potest illi plenam fidem adhibere. §.si quis igitur Auth.de fid. instrument. vbi probatur id à contrario sensu,& facit text.in d. l.cōparationes.C.de fid.instrument.sicuti firmarunt Francisc.Curt.in d.l admonendi n.118. vers.secundò vbi talis esset comparatio.ff de iureiur. &
Rip.ibidem.n.113.vbi ait,si omnimoda simili-
645 tudo adsit tunc plenè probet, et tenuit idem
Curt.in d.l.admonendi post num.114.vers. vltimò requiritur,vbi id habere locū asserit, etiāsi
646 in maiori parte esset similitudo, nec dissentit Roman in d l.admonendi num.61. vers. item,
et vbi Francis.Viu.in Sylu.cōmun.opin.cap 113
n.3.vers si talis esset comparatio per omnia similis,hoc itaq. casu plenam probationē faceret &c.
Menoch.de arbitrar.Iud.d.cas.114.nu.8. vers si verò clarissimè constabit.& nu 9.et seq. Mascar.
de probat.part 1.conclus.330.n.20.vbi ait, si talis esset comparatio, quæ ostenderet scripturam simul cum scriptura ad quam fit comparatio per omnia similem,quia hoc casu plenè probaret &c.
Gaspar.Anton.Thesaur. quæst. forens. lib.1. d. quæst.24.num.9.vers.comparatio plenam probationem facit &c.

Intelligenda siquidem tunc vera producta
sententia,quando simul etiam aliqua indicia
cōcurrerent,aut adminicula pro rei veritate,
Ex quibus potest in oppositum etiam deduci
647 aliud motiuum DD.renuentium admittere
opinionem iam firmatam (vt Iudex possit cogere negantem ad scribendum) scilicet ob timorem falsitatis,quia ex dictis inditijs, et ad-
648 miniculis prudens Iudex poterit coniecturari,an adsit falsitatis suspicio, necne. Vnde stante omnimoda similitudine literarum,iuh-
649 ctis tamē,vt dixi,adminiculis, tūc cōparatio
plenè probabit,et præter relatos adde Costam alios referens in tractat.de remed.subsid. d. cap.
7.num.14.vers.quandò constaret de omnimoda similitudin.plenam faceret probationem comparatio literarum iunctis adminiculis &c. quibus
650 cessantibus tamen non plena, sed semiplena
induceretur probatio.

Nam vt attestatur Farinac.in fragment.criminal.in litera C num.541.in fin. si ipse Iudex fuisset,numquam dedisset fidem plenam prædictæ

Digitized by Google

dictæ comparationi literarum, pro vt neque
651 à Iudicibus dari numquam vidit, quando
nullum aliud adsuit adminiculum, & insuper
protestatus fuit, quod Doctores dicant quid-
quid volunt, quia ipse hanc opinionem veris-
652 simam putat. Et pro certo habeo temerariũ
esse ab ea recedere, militante in his terminis
magna suspicione falsitatis, propter facilitatẽ
653 contrafaciendi manus alienas, vt satis dixi
supra nec obstat, cessantibus adminiculis, illa
consideratio omnimodæ similitudinis litera-
rum, quia tantò magis potest oriri suspicio
654 falsi, cum tanta omnimoda similitudo non
facile reperiatur in scriptura eiusdem manus,
Nec in iure nouum est asserere, nimiam di-
ligentiam aliquando arguere dolum, sicuti
655 etiam nimia affectatio. Sed his relictis, ne
cogar vagari, domum redeo.

Quamobrem si potest esse, vt predicta com-
paratio literarũ plenè, vel semiplenè probet,
656 non video certè causam, quare supra relati
Doctores affirment Iudicem non posse illum
ad scribendum cogere contra quem est fa-
cienda comparatio scripturarum, asserendo
657 frustratoriam esse probationem per compa-
rationem, et sic Iudices non posse cogere ne-
gantes ad scribendum. Itaque saluari potest
opinio illorum Doctorum, quando essemus in
658 casu, in quo frustratoria esset probatio, vt
puta, quia scriptura etiam probata, et reco-
gnita non releuaret, tunc enim non est faciẽ-
da comparatio, & sic non potest cogi negans
659 ad scribẽdum, quia frustra est probare, quod
probatũ non releuat, *vt in puncto, dixit Bald.
in d. l. comparationes sub nu. 15. & 16. et ibidem
Paul. de Castr. num. 3. de fid. instrument.* & no-
tauit Scaec *de iudic. lib. 2. d. cap. 11 num. 940. in
fin. vers. quod si essemus in casu, in quo esset fru-
stratoria probatio &c.*

Illo itaq. motiuo cessante, sane negans po-
terit cogi ad scribẽdũ, et maximè si versemur
in criminalibus, quo casu absque dubio cogi-
660 tur reus ad scribendum, et Iudex in ipso cõ-
stituto poterit eum cõpellere ad scribendum
verba per ipsum dictanda, non totaliter pro
661 vt sunt in scriptura penes ipsum reperta ad
quam est faciẽda comparatio, vel recognitio,
et ita obseruatur apud omnes Criminalistas,
*vt testatur Ambrosin. in tractat. de mod. form.
process. informat. lib. 2. cap. 10. num 6.* vbi etiam
ponit formam decreti, idemque quoque affir-
mat *Farinac. in d. fragmen. criminal in litera
C. num. 452. vers. apud nos in criminalibus co-
gitur reus ad scribendum &c.* cum alijs allega-
tis *per Sebastian. Guazzin in tractat. Ad defens.
reorum defens. 20. cap. 22. num. 5. vers. tunc Iu-
dex faciat ipsum reum scribere &c.* atque testa-
tur de cõmuni obseruantia Criminalistarum,
662 In Ciuilibus verò solitum est, cogere negã-
tem ad recognoscendum manum suam, aut
sub certa mulcta, aut sub pœna quod scriptu-
ra de qua agitur habeatur pro confessata, &
663 tunc si pars recuset eam recognoscere, vel
differat, non aliter proceditur ad executionẽ,
ac si fuisset probè recognita, & confessata
*ita Masuerius in sua practica forens. titul. de di-
lation. num. 9* Gail. *obseruat. Imperial. obser-
uat 80 n. 8. lib. 1. cum alijs allegatis per* Coler. *in
tractat. de process. execut. cap. 2 part. 3. num. 101.
& plenius per* Berlic. *practic. obseruat. conclus.
44. num. 59. part. 1.*

Cœterum subsequendo loqui de certitudi-
ne scripturæ ex qua facienda venit, compara-
tio, vlterius notandum est, talem certitudinẽ,
664 debere innotescere iudicialiter Iudici Or-
dinario causæ, & non peritis electis ad com-
parationem faciendam, *vt probat Menoch. in
tractat. de arbitrar. Iudic. d. cas. 114. numer. 29.
vers. constare debet in iudicio coram Iudice, non
coram peritis &c.* Nullam quidem periti in
665 hoc habent iurisdictionem, ad cognoscendã
talem certitudinem, vt aduertit *Farinac. in
fragment. criminal. d. part 1. in litera* C. *nu. 456.
vers. de tali certitudine debet constare Iudici
causa, et non peritis; &c.* & allegat *Thom. Tri-
uiz. decis. 52. num. 10. et* addo *Almont. Ciazz. di-
scept. criminal. ad defens reor. cap. 24. num. 114.
vers. de certitudine scripturarum debet constare
Iudici causa, et non peritis &c.* In sequenti ca-
pite videbimus alia requisita circa cõparatio-
nẽ literarũ, & terminabimus materiam istam.

ARGVMENTVM.

Periti electi ad faciendam comparationem lite-
rarum, cum sit materia satis superque non
ita facilis, sed satis fallax, ideo sedula opera,
et curiosè ad plura animaduertere debent
et presertim modum, et formam scribẽdi, tra-
ctum literarum cum multis alijs circumstan-
tijs de quibus latè hic, quæ requisita, de for-
ma talis probationis esse dicuntur.

Ad Comparationem literarum, quando in sub-
sidium est deueniendum, quot Periti ad hoc
eligi debeant, et vtrũ Iudex solus facere pos-
sit istam comparationem, cum talis probatio
ab eius animo pendeat Peritus vnus quando
sat sit in hac comparationis literarum mate-
ria, et quid si causa appareat ardua, et in loco,
vbi est facienda comparatio non adsit nisi
vnus peritus. Periti suspecti partibus in-
ualidè deueniunt ad comparationem literarũ
et, quid in hoc seruetur.

Testamenta, cum satis superque sint obnoxia
falsitatibus, et lex quãtum potest semper ob-
niat, vt à longe adsint omnes suspiciones in
his terminis, & ideo cum materia probatio-
nis per comparationem literarum sit vt plu-
rimum dolis, suppositionibus, et falsitatibus
subiecta, ideoq. in hoc casu arcetur probatio
per comparationem literarum, nam vbi adest
maius periculum, ibi cautius est agendum. Et
quid sit dicendum quando sumus in testamẽ-
tis pijs.

SVM-

SVMMARIVM:

666 Comparatio literarum, vt validè fiat per peritos. ad quid habere debeant oculum.

667 Periti ad comparationem literarum electi, debēt considerare modum, & formam scribendi, & alia vt hic.

668 Item quo tempore fuit scripta. et nu. 669.

670 Scribendi forma mutatur ex senectute, vel ex infirmitate.

671 Periti ea, quæ sedulo considerare debent circa comparationem literarum, sunt de forma.

672 Scribendi forma vnicuique est particularis. Scribendi formam, quis etiam studio vix potest mutare, præsertim si scribat velociter.

673 Scribendi variatio ex quibus causis possit procedere.

674 Iudex, dum ipse vult, potest deuenire ad cōparationem literarum absque peritis, cum id ab eius arbitrio pendeat.

675 Iudex tutius agit circa comparationem literarum. si adhibeat saltem duos peritos.

676 Periti deueniunt ad comparationem literarum de consuetudine, absque Iudicis præsentia.

677 Comparatio literarum debet fieri per plures peritos, ita vt vnus non sufficeret. & nu. 680. Quamuis glos. in §. si vero. Auth. de instrum. caut. & fid. sentiat, quod vnus sufficiat.

678 Verba, ab his, denotant pluralitatem.

679 Periti in arte, quando sunt eligendi in aliquo actu, saltem duo esse debent. et num. 690.

681 Peritus vnus, quando solum adesset in aliquo loco, tunc ille solus sufficeret.

682 in Comparatione literarum, tunc sunt adhibēdi duo periti, quando illi possunt haberi.

683 Menoch. aduersus Ioseph. Ludouici se tuetur, & num. 684.

685 Literarum recognitio, quando est facienda per vnicum peritum, debet esse valde excellens.

687 Periti ad comparationem literarum faciendā, qui etiam esse possint. & nu. 688. & 689.

689 Peritus, si vnus tantum reperiatur in loco vbi est facienda comparatio, & agatur de re graui, quid sit faciendum.

691 Actus, vbi non est necessarius, si ineptè fiat non vitiat.

692 Libellus ineptus, & citatio inepta non vitiant processum.

693 Testis superfluus si deponat contra actum, super quo deponit, non validat, eius iam probatā validitatem. & num. 694.

695 Iudex in comparatione literarum, quando non interuenit vti peritus, & tunc duo periti debēt interuenire.

696 Periti post factam comparationem literarum debent referre in actis eorum peritiam, & singuli de per se suam relationem facere, alias nihil fit & nu. 698.

697 Testes, nihil probant, si deponant insimul, & in confusō per eumdem sermonem. Testes, vt probēt, disiunctim debent examinari.

699 Probatio per comparationem literarum, nihil operatur. si periti referant, quod non per omnia, sed in aliquibus esse similitudinem literarum.

700 Comparatio literarum facienda per peritos, nō valebit, si periti partibus sint suspecti. Et ideo in hoc, quæ sit cautela, scilicet, vt eligātur de partium consensu.

701 Pars, quando fuit citata ad electionem peritorum ad effectum comparationis literarum, si recusauerit eligere suum, quid Iudex facere debeat.

702 Periti, quando sunt eligendi, & pars ad hoc citetur, si renuat eligere suum, tunc Iudex officio eligit. & num. 703.

705 Testamēti materia est satis periculosa, ipsisque legislatoribus multum suspecta, ne in ea fiant fraudes. & nu. 707.

706 Fraudibus, quando aliqua materia est subiecta, tunc lex quantum valet operatur, vt illis occurrat.

708 ex Comparatione literarum non potest resultare plena probatio, & indubitata, sed multū fallax.

709 Comparationi literarum nihil est tribuendum in materia testamentaria. & quare.

710 in Testamentorum probatione maior probatio est necessaria propter maius periculum.

711 Casus refertur. ad effectum cognoscendi quam sit fallax probatio per comparationem literarū, & per testes habentes notam manum scribentis. & nu. 712. et 713.

714 Probationi comparitionis literarum in materia testamentaria, tunc multo magis non est adhibenda fides, dum aliud non concurrit.

715 Probatio per comparationem literarum in testamento pia, & inter liberos, an admittatur.

716 Comparationis literarum probatio habet vim confessionis et nu. 719.

717 Scriptura, sicuti probatur per confessionem alicuius, quod sit sua, ita & per comparationem literarum.

718 Testamentum ad pias causas, inter liberos, et militare, sicuti valet si sit tantum scriptum, vel subscriptum ab eis, absque testibus.

719 Ita, & valebit, si per legitimam comparationē literarum, de eo constabit. & nu. 720.

721 Recognitio manus scribentis, in omnibus casibus in quibus admittitur, quoque intrat probatio per comparationem literarum.

722 in Testamētis ad pias causas admittitur probatio per recognitionem manus, per testes habentes eam cognitam.

723 Probatio per comparationem literarum in testamentis pijs, quando absque scrupulo intret.

724 Et præsertim, quando talis comparatio fomentum sumeret ab aliquo adminiculo.

725 in Comparationis literarum materia, etiam intrat trita regula, si nō prosunt singula, multa collecta iuuant.

726 Comparationis literarum probatio, à iure præsumitur erroribus, et fraudibus, quæ præsumptio ex contrarijs præsumptionibus eliditur.

727 *Præsumptio vna, ab alia validiori præsump-*
tione vincitur.
728 *Præsumptio illa dicitur fortior, si tendat ad*
tollenda ea, quæ de iure non præsumuntur, ve-
luti, error, fraus, dolus &c. et nu. 729.
730 *Testamentum ad pias causas conditum, si ma-*
nus testantis sit recognoscenda per compa-
rationem literarum, per quæ adminicula di-
cta probatio satis coadiuuetur. num. 731. et seq.

CAPVT XXXII.

DEniquè, & quartò ad validitatem cõpa-
rationis literatum. illud quoquè de sub-
stantia est, vt periti electi ad talem actum, di-
666 ligenter, vigilique oculo literas comparan-
das, & comparatas perscrutentur, et inspiciant
prius corpora scripturarum, corpora literarũ,
tractus, stylum, tàm literas simplices, quàm
667 grossas, modum, & formam scribendi, & om-
nium literarum tùm simplicium, tùm dupli-
catarum, similitudinem, vel dissimilitudinem,
Item prudenter animaduertere satagant, quo
668 tempore sit scripta illa scriptura, super qua
vertitur contentio.

Deinde curiosè videant, an eiusdem tem-
poris aliæ eiusdem scripturæ habeantur, & sic
consbuntur indagare veritatem, si verò eius-
dem temporis, vel paulo ante, vel paulò post
669 haberi non possunt, sed alia multùm distan-
tis temporis, inquirant, an ille scribens muta-
nerit personæ conditionem, vt quia senio, vel
670 infirmitate ita fuerit debilitatus, vt facile in
aliquo scribendi formam mutauerit &c. in su-
pradictis igitur et similibus rebus Periti inui-
gilabunt ad eruendam è tenebris ipsam veri-
tatem, prout passim DD. materiam hanc tra-
ctantes sedulo admonent, et præsertim *Bald.*
in d. l. comparationes nu. 31. vers. inspicere debent
earum tractus &c. C. *de fid. instrum. et ibi* Petrus
671 *de* Bellapertica *num.* 30. atque id esse de for-
ma dicit *Alberic. ibi num. 2 per d. textum. et per*
l. semel. C. *de re militar. lib* 12. et generaliter vi-
deatur Lanfranc. de Orian. *in l. admonendi. nu-*
mer. 52. versic. quod dissimilitudo literarum &c.
ff. de iureiurand. Roland. à Valle *consil. 26. nu-*
mer. 25 vers. diligenter examinatis characteribus
corporibus, elementis scripturarum &c. lib. 1. et
alijs ibi allegatis. Menoch. *de arbitrar. Iud. dict.*
cas. 114. num. 27. vers. obseruabit in primis. Gas-
par Anton. Thesaur. *quæstion. forens. lib. 1. dicta*
quæst. 24. nu. 9. vers. periti diligenter literas scru-
tentur &c. Farinac. *in fragment. criminal. d. li-*
tera C *numer.* 494. *vers. considerare debent periti*
tàm literas simplices &c. Alex. Trentacinq. *va-*
riar. resolut. vol. 1. lib. 2. de fid. instrument. d. reso-
lut. 7. num. 1. in fin vers. requiritur, quod ibi pe-
riti inspiciant singulas literas &c. Genua *in*
tractat. de scriptur. priuat. d. lib. 2. cap. 1. num 62.
vers. periti postea coram se positis scripturis, lite-
ras, elementa &c. Patzschman *lib. 2. controuers.*
iur. quæst. 2. num. 14. & optimè aduertit Rota
coram Card. Plat. *in causa Bononien. de Malue-*
tijs 29. Maij 1587. §. 3. vers. consideranda sunt
singulæ dictiones, elementa, tractus verborum,
elementorum, & singula litera &c coram Coccin.
decis. 199. num. 32. vers. periti inspiciant singulas
literas, seu elementa, dictiones &c. part. 5. recent.

Vbi etiam asseritur in hac materia adesse
elegantem tractatum ad praxim nouissimè re-
dactum *Iulij Cæsaris Buttifangi Vrbeuetani de*
recognitione literarum per comparationem, qui
tamen tractatus non dum lucem aspexit. Ad-
uertant igitur periti ad formam substãtialem
672 scribendi, quæ vnicuique est particularis, et
quam quis etiam studio vix posset variare,
præsertim si scriberet currenti calamo, et va-
673 riatio solum potest accidere circa pulchrio-
rem, seu desormiorem formulam accidentalẽ,
idque euenit ex varijs casibus, qui recensen-
tur ab Imperatore in §. 1. *vers. tamen naturam*
eius. Auth. de instrument. cautel. et fid. Itaque
super forma substantiali periti plurimum in-
sistere debent.

Non inficior tamen, quod si Iudex vult ip-
674 se recognoscere scripturas potest hoc face-
re, cum id ab eius arbitrio pendeat, *secundum*
Bald. in d. l. comparationes. num. 30. vers. in arbi-
trio Iudicis est, et ideo ipse solus potest facere com-
parationem &c. C. *de fid. instrument. Menoch. de*
arbitrar. d. cas. 114. num. 26 vers. Iudex potest si
vult ex suo arbitrio recognoscere &c. tutius ta-
men erit, si peritos adhibeat, vnde cautè, et
675 discretè fecerit, si saltem duos peritos assu-
mat inspectores, cum quibus omnia, vt iam
dixi perscrutentur.

Verum de consuetudine periti faciunt com-
676 parationem absente Iudice. *Alberic. in d. le-*
ge comparationes. nu. 2. vers. de consuetudine ta-
men. Vnde si coram eo non fiat, non ex hoc
comparitio vitiatur, *vt inquit Curt. in l. admo-*
nendi. num. 114. vers. Quinto requiritur ff. de iu-
reiurand. sed super hoc non insistendo, vlterius
notandum est, quando fit supratelata compa-
677 ratio plures periti esse debent, itaut vnus
non sufficeret, *vt dicit Bald. in d. l. comparatio-*
nes. num. 30. *Cyn. num.* 10. *Bart. in lectura antiq.*
num. 3. & quamuis glos. *in § si verò nihil aliud*
in verb. ascondere. Auth. de instrum. caut. & fid.
sentiat, vt adhibeatur, & satis sit vnus peritus
scriptor. Tamen *Bald. Castrens. Bart. et alij in*
d. l. comparationes. contrarium sentiunt, scilicet
678 saltem duos peritos esse eligendos. Hoc si
quidem probatur *per text. in d. l. comparationes.*
§ omnes. ibi, (ab his) quæ est sanè pluralis lo-
cutio, & sic vno non contentatur. Estque
679 generalis regula, vt quotiescun que in ali-
quo negotio sunt eligẽdi periti in arte, saltem
duo sunt eligẽdi, ita *Bart. in l. 1. in princip. ff. de*
ventr. inspiciend. Alex. in l. 1. § volum. et ibi latè
Gallian. ff. de verb. obligat. cum multis alijs per
eundem Alex. in consil. 179. incip. Visa scriptura
num. 8. vers. debent adhiberi duo periti &c. lib. 2.

Ioseph.

Ioseph. Ludouic. decis. 7. num. 7. qui loquitur in
680 puncto comparationis literarum, vbi inquit
saltem duos peritos esse adhibendos, cui opi-
nioni adhæret Rota vt videre est in d. decis. 199.
num. 23 vers. debent esse plures periti in compa-
ratione literarũ facienda, et non sufficit vnus &c.
part. 5. recent.

Quando tamen essemus in loco, vbi facien-
da est cõmparatio, & nõ adesset, nisi vnus peri-
681 tus scriptor, & tunc ille solus sufficeret, si-
cuti aduertunt DD in d. l. comparationes et præ-
sertim Salicet. nu 18. in fin. vers. si duo periti non
possunt haberi, quod raro contigit, tunc sufficit
vnus &c. & adducit in argument. l. 1. ff. de
verb. obligat. Ludouic. d. decis. 7. num. 9. vbi ait,
tunc esse veram sententiam supradictam, vt
682 duo periti requirantur in comparatione li-
terarum, si nempè commodè haberi possunt,
veluti si contingat casus in aliqua insigni Ci-
uitate, alioquin vnus tantum sufficeret per
ea, quæ tradit Bart. in d. l. 1. in fin. ff. de vent. in-
spiciend & Cepoll in consil. 61. num 5. in crimi-
nalibus, et d. Ludouic. in d. decis. 7. num. 9. in fin.
miratur de Menoch. qui in tractat. de arbitrar.
d. cas. 114, hunc casum, seu fallentiam non po-
suit, ipse verò Menoch. in altera editione dicti
voluminis præfatam fallentiam posuit in dicto
cas. 114 num. 26. vers. quando isti duo periti com-
mode haberi possunt &c. subditque licet in hoc
683 fuisse notatum à d. Ioseph. Ludouic. viro be-
ne erudito, tamen eumdem monet, quantum-
uis ipse non omnium memor sit, nihilominus
hac in re, non est accusaturus suam negligen-
tiam, nam eum ipse Menoch. reiecerit Lecto-
res ad Bart. & Cepoll. id tractantes, & qui hu-
684 ius opinionis sunt auctores, breuitatis stu-
dio illam non ascripserit, & videtur ei satis præ-
stitisse, quod diligentius forrè præstitit in cõ-
ment. de adipiscend. possess. remed. 5 num. 162.

Aduertendum pariter est, quando compa-
685 ratio est facienda per vnicum peritum quia,
vt dixi, in eo loco non adsunt alij periti, & tũc
requiritur, quod sit valde excellens, vt post So-
cin. Mascard. et alios scribit Farinac. in fragmẽt.
criminal. d part. 1. in litera C. nu. 482. vers. vide-
tur requirere, quod sit excellens &c. Addo, quod
supradicta opinio non placet Gaspar. Ant. The-
saur. quæstion. forens. lib. 1. d. quæst. 24. num. 6. vbi
in specie refutat Ioseph. Ludouic. in d. decis. 7.
num. 9. in qua vt dixi, sensit, vbi peritorum co-
686 pia haberi non potest, in comparatione lite-
rarum sufficit vnus peritus, nam respondet
Thesaur. id ei non placere, quia semper per
peritos est faciendum iudicium de characte-
687 ribus, & licet non sint periti de manu scri-
bentis, poterunt esse periti literarum, et iudi-
cium suum super scriptura, visis diligẽter om-
nibus scripturis, interponere, et talium peri-
688 torum copia semper haberi potest, nõ enim
cogũtur deponere, et iurare super facto scrip-
turæ, sed iurant se credere esse de manu illius,
qui negat eam scripsisse. Tamen quidquid sit
de hac opinione, illud indubitatum est, si aga-
689 tur de graui præiudicio, et in loco non adsit
copia peritorum in hac fallibili materia com-
parationis literarum, itaque non reperiatur
nisi vnus, et tunc debet mitti ad loca vicina,
vt monet Socin in regul. 362. alias 294. in secun-
da, et tertia fallentia.

Saluari insuper potest opinio volentium suf-
690 ficere vnicum peritum in comparatione li-
terarum, et præsertim fuit glos. in § si verò. in
verb. ascondere. Auth de instrument. fid. et cautel.
relata supra numer. 681. sic distinguendo. Aut
enim comparatio editur, hoc est fit sub no-
mine Iudicis, quia ipse non solùm est præsens,
691 sed adhibet etiam cognitionem, & tunc est
vera opinio glosæ, quia si potest Iudex solus,
vt dixi supra num. 674. absurdum est dicere,
quod debet adhibere secum duos peritos, &
non vnum, nam vbi actus non est necessarius,
692 si ineptè sit adhibitus, nõ vitiat, quare libel-
lus ineptus, & citatio inepta, non vitiant pro-
cessum, quando non erant necessarij Bart Abb.
Marant Gail. Rot. alijque relati per Scacc. de
iudic. lib. 1. cap. 50. numer. 16. & sæpius admisit
Rota, & præsertim coram R. P. D. Ghysilerio in
causa Firmana Codicillorum 1. Iulij 1644. §.
Prout nec facit &c.

Vbi deducitur, si testis superfluus deponat
693 contra rem, de cuius veritate quæritur, nõ
inualidat eius deductam validitatem, dum
694 illa iam probata existat, iuxta legum dispo-
sitionem, & iterum fuit dictum in eadem cau-
sa coram eodem 28. Iunij 1645. § Minus releuat
vers. illius depositio non est necessaria pro validi-
tate actus, nec facit annullare dictum aliorum
testium &c. & allegatur Bart. et Scribentes in
l. 1. § si quis neget ff quemadmod. testament. Ce-
phal consil. 512. num. 24.

Aut verò, comparatio literarum est com-
missa à Iudice peritis, & ipse in tali actu non
695 interuenit, & sic venit edenda sub nomine
peritorum, & tunc procedit opinio eorum, qui
tenent omnino duos peritos esse adhibendos,
qui quidem periti debẽt referre in actis, quid
696 egerint, & iudicauerint circa sibi commissã,
vti peritis, comparationem, & singuli de per se
suam relationem facere tenẽtur, quare si om-
nes simul turmatim referant, & in confuso,
hoc sufficit, vt fidem non mereantur, prout
697 dicimus de testibus, qui si deponant insimul,
& in confuso per eumdem sermonem, cum
disiunctim debeant examinari, nulla est eis fi-
des adhibẽda. l. 3. § ideoque Diuus. & ibi Bart.
ff. de testam. Alex in consil. 137. num. 5. vers &
licet sit deducta. lib. 2. Io. Andr. in cap. nihil obstat.
ff. de verb signific. respondirque Rota coram
Reuerendiss. Vrgellen. decis. 6. num. 11. vers. te-
stes non fuerunt examinati singuli disiunctim,
sed in confuso &c. part 1. & in puncto depone-
698 re debentium circa peritiam comparatio-
nis literarum, vt si in confuso, & turmatim re-
ferant, fidem non mereantur, aduertit Rota

coram R. P. D. Cetro *in d. Romana Fideicom-*
missi de Strozzis 27. Februarij 1645 §. Eoque
clarius. vers quisque de per se vt opus erat, sed
omnes simul turmatim, & in confuso deposuerunt
quod sufficit, vt fidem non mereantur &c.

Non omitto tunc comparationem literarũ,
699 nullam prorsus probationem facere, si non
per omnia, sed in aliquibus tantum Periti re-
ferant adesse literarum similitudinem, *ad text.*
in § si quis igitur, ibi, *veluti similia quidem non*
autem per omnia similia. Auth. de instrument.
caut. & fid. et ibi glos. in verb. sine termino. Vulp.
respons. 135 nu. 2. et 9. cum alijs relatis per Cait.
in tractat. de credit. cap 2. titul. 7. numer. 2899.
& 2887, addo *Nattam in consil 632. numer. 6.*
vers. requiritur, quod per omnia sit similitudo,
adeo quod non sufficeret si in aliquo literæ essent
similes &c. part. 2.

Insuper comparatio literarum à peritis fa-
700 cienda non valet, nisi eligantur periti parti-
bus non suspecti, & propterea cautela est, vt
de partium consensu eligantur, *secundum Ful-*
gos. in d. l. comparationes col. fin. & ibi Saliect. nu-
mer. 18. ad fin. Vulpell d. respons. 135. numer. 3.
Hercul. de proband. negativ. sub num 228. et seq.
Menoch. de arbitr. d. cas. 114. num. 26. et in tra-
ctat. de adipiscend. possess. remed. 5. num. 163.

Quando tamen pars fuit citata ad faciendã
701 talem electionem, & noluerit nominare suũ
confidentem, tunc ex officio Iudex poterit ip-
se nominare peritum non suspectum, Quodq;
generale est, si pars fuerit citata ad eligendũ
702 peritum, in casu quo ille requiritur, data
renuentia in parte poterit Iudex ex officio il-
lum eligere. *l final. vers electione videlicet, et ibi*
glos. in verb. dirimenda. C. de iudic. Cagnol. *in l. 2.*
numer. 259. vers. partibus verò. C. de rescindend.
vendit. & in puris terminis, quando pars fuit
citata ad eligendum suum peritum ad effectũ
703 deueniendi ad comparationem literarum,
vt ea renuente eligere, possit eligere Iudex ex
officio peritum parti non suspectum, *admissum*
fuit in Rota coram Coccino *d. decis. 199. nu. 24.*
vers. cum parti Marchionis noluerit nominare
suum confidẽtem, sufficit quod Iudex &c. par. 3.
recent.

Atque hæc dicta sufficiant circa principa-
liora requisita in materia validitatis fallibilis
704 materiæ comparationis literarum, itaque
iam tempus est, vt loquamur in terminis te-
stamentarijs, an scilicet testamentum per lite-
rarum comparationem comprobari possit, &
quid si simus in testamento pio. Et primùm,
cum testamentorum materia sit admodum
705 periculosa, ipsisque Legislatoribus multum
suspecta, ne in ea fiant fraudes, & committan-
tur falsitates, ideoque Lex, vt occurreret tan-
tis periculis, rigorosè in hoc, & multùm
706 cautè procedit. Vnde hoc est perpetuum
in iure, vt semper lex omnem moueat la-
pidem, quando tractatur de obuiandis frau-
dibus, dum materia ipsa est eis subiecta. *cap.*
quanto. de priuileg. cap. si ciuitas. de sentent. ex-
commun. in 6. cap quanto. in fin. de diuort. l. fin.
§. Imperator. ibi, existimo te huic fraudi esse oc-
cursum ff. de suspect. tutor. l. 1. in princ. ff. si quis
omiss. caus. testam. l. 1. in fin. ibi. nam si aliter ob-
seruetur ff. de carbon. edict. l. ordinata ff. de libera.
caus. leg. 1. §. 1. ibi, & quia potest fieri. ff. de liti-
gios. l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. Eccles.
l. 1. § transactiones. in fin ff. de transact. l. illud.
§. 1. in fin. ff. de tribut. action. l. sed Iulianus. §.
mutui ff. ad Maced. l. 1. § editiones. ff. de edend. &
probatur *tot. titul. ff. si quid in fraud. patron. &*
de his. quæ in fraud. credit.

Et præsertim in testamentorum materia vi-
gili oculo leges peruigilarunt ne in ea falsitates
707 committerentur, vt apparet ex tot iuribus
& præsertim *ex l iubemus. 29. in princip. ibi, &*
falsitas in elogijs committitur. quàm, vt exulsiat
à Republica nostra, maximè in testamentorum
confectione cupientes hanc edictalem legem in orbe
terrarum imponimus &c. § sed cum paulatim
ibi, *propter testamentorum sinceritatem, vt nul-*
la fraus adhibeatur &c. Institut. de testament.
cum simil.

Quare non immeritò asseuerandum venit
708 nullatenus testamenta posse probari per li-
terarum comparationem, veluti si probanda
veniat identitas manus testatoris, quia condi-
dit testamentum nuncupatiuum secretum in
cedula tradita Notario, vel per relationem
ad cedulam apud aliquem existentem &c. ra-
tio enim satis patens est, & constat ex iam pro-
ximè relatis, quia scilicet in supremis elogijs
lex multùm fuit circumspecta propter falsi-
tates, & fraudes, quæ de facili in eis committi
solent. vnde sequitur, quod non possint com-
709 probari per comparationem literarum, cum
ex ea, non possit resultare probatio indubita-
ta, ex quo multum fallax, & per scripturæ, seu
manus immitationem, sæpe fuerunt commissæ
multæ falsitates, vt affirmat *Imperat. in auth. de*
instrument. caut. & fid. & in l. comparationes. C.
de fid. instrument. & plures casus similium fal-
sitatum. *iam deduxi supra.*

Et in puncto aliquid non esse tribuendum
710 comparationi literarum in materia testa-
mentaria, quia ex ea sola non potest haberi
certitudo scripturæ. firmarunt plures celebres
DD. & præsertim *Alex. in consil. 76. sub num. 7.*
et 8. vers. non sufficit sola comparatio &c. lib. 3.
Paris. *in consil. 27. num 70. vers. in testamentis,*
cum sint magni ponderis, & importantiæ non
sufficit comparatio literarum &c. lib. 2. Cephal.
in consil. 176. num. 47. vers. negat sufficere com-
parationem &c. lib. 3. Ruin. *in consil. 194 nu. 12.*
vers. nec sufficeret probatio testamenti per compa-
rationem literarum &c. Honded. *in consil. 66. nu-*
mer 90. vers testamentum per solam comparatio-
nem literarum, non potest comprobari &c. lib. 1.
Hippolit. Riminald. *consil. 418. num. 47. vers. ad*
iustificandam scripturam testamenti; non sufficit
sola comparatio literarum &c. lib. 4. Alex. Am-
bros.

Digitized by Google

brof. *decis Fori Ecclesiast. Perus.* 13. *numer.* 32.
vers. testamentum per literarum comparationem
comprobari nequit &c. Stephan. Gratian. *discept.*
forens. cap. 974. *num.* 49. *vers. nec aliquid tribuen-*
dum est comparationi literarum &c. Cyriac,
controuers. forens. cap. 444. *num* 87. *vers. in vlti-*
mis voluntatibus iustificandis non admittitur
comparatio literarum &c.

Qui omnes in hoc concludunt, non esse mi-
rum, quod in testamentorum comprobatio-
ne, comparatio literarum non sufficiat, quia in
711 testamentorum probatione maior debet ad-
hiberi cautela propter maius periculum, &
probatio per comparationem, est satis, super-
que fallax, sicut & illa, quæ fit per recognitio-
nem scripturæ, per testes habētes notam ma-
num scribentis, quodque notabili stratage-
mate in ipsis terminis probationis testamenti
fuit comprobatum in celebri illa causa Man-
tuana. in qua pro validitate testamēti scripsit
Gozadin. in consil. 3. & pro nullitate Paris. *in*
consil. 19. *vol.* 3. nam aliqui testes recognosce-
712 bant cedulam testamentariam pro scriptu-
ra testatoris vti ipsis nota, pars aduersa fecit
imitari dictam manum, & postea producta illa
scriptura imitata, interrogati fuerunt testes,
an illa esset scriptura testatoris, qui maturè re
considerata, affirmarunt illam esse manum
713 testatoris, & sic fuerunt delusi, & conuincti,
quod ista probatio est fallax, ac eis Græca fi-
des fuit adhibita. Quale stratagema quoque
adduxit Cyriac. *controuers.* 444. *num.* 88. *versic.*
quod notabili stratagemate illa causa Mantua-
na &c.

Cæterum quidquid sit de super relata opi-
nione, nempe in terminis testamentarijs exu-
latam esse probationem per comparationem
714 literarum, illud tantum pro indubitato af-
firmo, tunc sine scrupulo sibi vsurpare locum,
quando est sola et simplex comparatio, quia
tunc in aliquo attendenda non veniret. *ex tra-*
ditis per Gratian. d. disceptat. 973. *à nu.* 49. *cum*
alijs ibi allegatis, Verum ego persistendo in
principali instituto, quæro quid sit dicendum,
si agatur de probanda manu testatoris ad piā
causam testantis, sicque destituta omni alia
probatione, plenè per literarum comparatio-
715 nem doceatur, & strictè ad punctum respon-
dendo, resolutio non est nisi affirmatiua, quæ
procedit etiam in testamento inter liberos,
716 atque militis, & ratio est, quia comparatio li-
terarum habet vim confessionis, *vt post Bart.*
consultus respondit Alex. in consil. 114. *numer.* 5.
vers. hac probatio per comparationem literarum
idem operatur, ac super confessionem partis &c.
lib. 7. vbi etiam de cōmuni opinione testatur.
717 Nam sicuti per confessionem partis apparet
esse scripturam illius, qui eam fatetur scripsis-
se, ita si validè probabitur per comparationē
literarum talem, de qua controuertitur, scrip-
turam esse manu alicuius, sequitur, quod sicuti
718 valet testamentum ad pias causas, vel inter
liberos, aut militis, manu testatoris scriptum,
vel subscriptum absque aliquo teste, aliaque
solemnitate iuris positiui, vt de testamēto pio,
iam satis dixi supra *cap.* 1. *per tot.* ita quoque
debet valere, si probatum appareat per legiti-
719 timam comparationem literarum, quæ est
æquipollens confessioni, non enim refert, quid
ex æquipollentibus fiat *l. fin. §. fin. ff. mandat.*
l. mulier, in princip. ff. ad Trebellian. et supradi-
cta optimè consideratur *per Bart. in l. nuda ra-*
tio. num. 9. *&* 10. *ff. de donat.* Bald. Imol. Socin.
Angel. et alij *in l. asse toto. ff. de hered. instituend.*
Idem Bald. in l. asse toto. ff. de hered. instituend.
& in auth. sed nouo iure sub numer. 4. *C. si cert.*
petat. Felin. *in cap.* 2. *num.* 19. *de fid. instrument.*
Dec. *ibidem num.* 16. Natta *in d. auth quod sine.*
quæst. 8. Ruin. *in consil.* 11 *num.* 2. *vers. facile po-*
terat probari ex sola comparatione literarū &c.
vol. 3. Peregr. *consil.* 32. *num.* 4. *vol.* 4. Crass. *in*
§. Institutio quæst. 19. *numer.* 5. *vers. dummodo*
comparatione &c. Mact *in voto* 60. *num.* 5 *& in*
tractat. de success︎. legal. part. 4. *quæst.* 7. *art.* 1 *nu-*
mer. 13. *vers. probari per comparationem &c.* quì
loquitur in testamento condito inter liberos,
720 sicuti quoque in casu nostro, scilicet in testa-
mento ad pias causas, Et mouetur propter su-
pra relatam rationem, quia comparatio lite-
rarum obtinet vim confessionis.

Accedit etiam alia ratio pro hac conclusio-
ne, animaduertendo, quod in omnibus casi-
bus, in quibus admittuntur testes recogno-
scentes manum scribentis, qui eam notam ha-
721 bent, etiāsi nō viderunt exarare scripturam,
tunc comparatio etiam literarum plenè pro-
bat, quam doctrinam tradunt *Paul. Grammat.*
Theorem. 15. *nu.* 2. *in fin.* & Farinac. *in fragment.*
criminal. in litera C. *part.* 1. *num.* 12. Hic enim
est vnus ex casibus, in quibus admittuntur
722 testes recognoscentes manū scribentis, quia
eam notam habent, & si non viderunt scribi
scripturam, *vt iam probaui supra à numer.* 433.
Ergo &c.

Supradicta sententia vrgentius procedit,
quādo per comparationem literarum, & à pe-
723 ritis, & à Iudice arbitretur, magna simili-
tudo, inter scripturam testamenti, et scripturā
ex qua petitur comparatio, itaque per omnia
adsit similitudo, nam hoc casu comparatio sola
plenè probat, *vt iam supra tetigi in hoc præce-*
denti capite. Eaque cōclusio tunc et eò fortius
724 procederet, quando comparatio literarum
fomentū sumeret ab aliquo adminiculo. *Bald.*
in d. l. comparationes. num 2. *in quarto notabili,*
vbi ait in materia comparationis etiam intra-
725 re regulam illā, *Si non prosunt singula multa*
collecta iuuant, sicuti in qualibet alia materia
probatoria. *Odofred. ibidem numer.* 11. *vers. ad*
primam &c. estque satis notum.

Ratio si quidem ea est, quia materia proba-
tionis comparationis literarum reperitur sa-
726 tis subiecta erroribus, et facilè obnoxia frau-
dibus, vt sæpius dixi, sed quando adsunt admi-
nicula

Digitized by Google

nicula, seu aliquæ præsumptiones, tunc cessãt
supradictæ suspiciones, cum vna præsumptio
727 altera præsumptione contraria extirpetur,
si sit fortior, *l.diuus. ff.de restitut. in integr. cum*
alijs allegatis per Surd.in consil.80.num.21.vers.
vnam præsumptionem tolli per aliam &c.& ple-
nè *per Tiraquel. in l.si vmquam. in verb. dona-*
tione largitus.num.156.vers.vna præsumptio fa-
cile tollitur per aliam præsumptionem &c. C.de
reuocand.donat. Et præsumptio illa fortior di-
citur, quæ tendit ad tollenda ea, quæ de iure
728 non præsumuntur, vt est casus noster, nem-
pe error, dolus, fraus &c. Vnde si sumus in ter-
minis earum rerum, quæ à iure præsumuntur,
sicuti est in materia comparationis literarum
in qua de iure inest suspicio erroris, fraudis &c.
729 idq; experientia ipsa demonstrat, tunc enim
præsumptiones, quæ in contrarium adducun-
tur, dicuntur fortiores ad illas prosternen-
das, *l.cum de indebito. ff.de probat. cum alijs. vt*
per Alex. in consil.18. à num.4 lib.3.

Adminicula, seu præsumptiones, quæ pos-
sent adduci ad roborandam probationem cõ-
parationis literarum testamenti ad pias cau-
731 sas, vel inter liberos, aut militaris, vnum est,
nempe, si tale testamentum reperiatur scriptũ
in libro ipsius testatoris, vel si statim post mor-
tem reperiatur in scrinio, vel inter alias scrip-
turas ipsius testatoris, item si reperiatur in
732 tali loco, & tempore, vt appareat habentes
interesse non existerent apud Testatorem, ita
vt verisimiliter non potuerint committere
fraudem, aut falsitatem aliquam, et apud te-
733 statorem defunctum reperta fuit scriptura
eius testamentum continens, eaque statim fuit
consignata Iudici &c.

Aliud adminiculum est, si testamẽtum mu-
nitum reperiatur etiam sigillo testatoris, vel
734 si scriptura testamenti non sit breuis, sed in
pluribus folijs contenta, ex quo cessat præ-
sumptio quod falsificari potuerit, pro vt in
puncto testamenti pij ad effectum recognitio-
nis manus testatoris *aduertit Rota in causa*
Leodien.Domus 14.Martij 1574. est decis.553.
sub num.1.vers pro adminiculo verò &c. part.1.
diuers. alia adminicula *vide in decis.124.sub*
num.4.part.2.diuers. et recentius *corã R.P.D.*
Verospio *in causa Alatrina Testamenti 26.Fe-*
bruarij 1649. §.Quia hæc. vers plura concurrũt
adminicula, tum ex congrua ordinatione scriptu-
ra deducta, tum ex appositione sigilli testatoris
elicita, tum ex consignatione &c. Atque hæc di-
cta sufficiant in omnibus præcedentibus capp.
735 circa validitatem testamentorũ ad pias cau-
sas dispositorum, tàm quoad solemnitates in-
trinsecas idest circa ipsam voluntatem relin-
quẽdi, quàm quoad solemnitates extrinsecas,
hoc est, circa solemnitates in eis à iure requi-
sitas.

ARGVMENTVM.

Testamentum secũdum dispositionem Iuris Canonici de qua in cap. cum esses. de testament. factum coram Parocho, & duobus testibus valet, et hoc maximè in ditionibus Ecclesiæ, idest Romano Pontifici, quo ad vtramque iurisdictionem tàm spiritualem, quàm temporalẽ subiectis, & quo ad vtrumque forum, tam Ecclesiasticum, quàm temporalem, et hoc absq; vllo dubio.

Et reprobatur Castren. dum testatur in practica in Terris Romanæ Ecclesiæ, de quibus ipse oriundus erat, non seruari dispositionem d. cap. cum esses, Nam aliud dicunt, et attestãtur alij DD. & Rota Romana ipsa passim sic pronunciat. Sicuti etiam reprobatur Alciat. vir alioquin doctissimus dũ affirmauit d. text. in cap. cũ esses. procedere tantum in foro conscientiæ, sed non in foro iudiciali, quod falsum est. Reprobatur quoque Fulgos. dum consuluit in terris Ecclesiæ non valere testamentum ad non pias causas, nisi cum solemnitatibus Iuris Ciuilis, quod verum non est.

Glos. in cap. cum esses. in verbo, improbamus. de testament. sanè improbatur, dum perperã sensit, cap. cum esses. loqui tantum in terminis testamenti conditi ad pias causas, non autem ad prophanas, quæ opinio, quàm sit falsa clarè demonstratur. Confutantur quoque Cened. et Guidopap. dum firmarunt text. in d. cap. cũ esses. loqui in testatore infirmo, ac in periculo vitæ constituto, quod tamen alienũ à vero est,

SVMMARIVM.

1 *Testamentum sane factum coram duobus testibus, & Parocho, valet secundum terminos cap. cum esses. de testam.*

2 *Parochis iura Canonica non paruam fidem præstant.*

3 *Parocho est commissa cura animarum & earũ est Iudex deputatus.*

4 *Fidelis, qui reputatur in maiori, multo magis est putandus in minori.*
Parochus dum reputatur fidelis in graui pondere animarum, multò magis est reputandus in temporalibus. & nu. 4.

5 *pro Dote restituenda non sunt dandi fideiussores, cum lex id abhorreat.*
Marito, dum creditur persona vxoris, rationabile quoque est, vt credatur eidẽ dos. nu 5.

6 *Fideiussores non sunt dandi in causa dotis, & tali dispositioni, non potest renunciari. limita stante iuramento.*

7 *Concesso, quod plus est, censetur concessum, quod & minus est.*

8 *Cap. cum esses. de testament. satis intrat in ditionibus Ecclesiæ, quo ad vtramque iurisdictionem. et num. 18.19.*

9 *Et*

9 *Et quo ad vtrumq. forum, tam Ecclesiasticũ quã temporale, quæ opinio est cõmunior. n. 10.*

10 *Atque ita seruatur in practica, quidquid in contrarium dixerit Castren. à num. 11.*

13 *Nec nõ ita passim pronunciat. Rota Romana.*

14 *Sacerdos adhibitus in testamento iuxta cap. cum esses. de testam. si ille non erat verè Parochus, sed cõmuniter habebatur pro tali quid sit dicendum.*

15 *Testamentum, quando noctu conditur, requiruntur tria luminaria.*

16 *in Testamento condito de nocte, quare Iura requirant tria Lumina.*

17 *Testes, si videant testatorem noctu temporis, an sint necessaria tria illa lumina*

20 *Text. in cap cum esses, de testament. procedit etiam in terminis codicillorum.*
Codicilli sunt pars testamenti.

21 *Paul. de Castr. in consil 432. in fin. par. 2. sentit in terris Ecclesiæ in practica non seruari cap. cum esses de testam. improbatur, & n. 23.*

22 *Obseruantia cum in facto consistat, ideoque probanda venit.*

24 *Andreas Alciat damnatur, dũ sentit cap. cum esses, de testament. procedere in foro conscientiæ tantum.*

25 *Cum penitus id falsum sit.*

26 *in Foro conscientiæ nuda veritas attenditur, & ideo valet in eo foro testamentum absque vlla solemnitate.*

27 *inter Ius Canonicum, & ius Ciuile quando adest discrepantia, tunc in terris Ecclesiæ seruandum est ius Canonicum.*

28 *Etiam inter Laicos, & in vtroque foro.*

29 *Ius Ciuile dum contradicit Iuri Canonico si adsit Statutum in Terris Ecclesiæ, vt tunc seruetur ius Ciuile, an valeat. & num. 30.*

31 *Confirmatio statutorũ, si sit in forma cõmuni, an valeat, quo ad disposita cõtra ius cõmune.*

32 *Statutum Perusinum lib. 1. cap. 135. disponens in testamentis requiri quinque testes an stante confirmatione generali Apostolica dicatur derogatum etiam cap. cum esses, de testam.*

33 *Fulgos, in consil. 29. num. 1. & 2. reijcitur, dũ firmat in terris Ecclesiæ non valere testamentum ad non pias causas.*
Nisi seruata solemnitate iuris Ciuilis,

34 *Glos. opinio in cap. cum esses, in verb. improbamus de testam confutatur, et quare.*

35 *Cap. cum esses, de testament. quod loquatur tantum in terminis ad pias causas testantis, est damnata opinio, & num 36.*

36 *in Testamentis conditis ad pias causas specialiter loquitur cap. relatum. el. 2. de testam.*

37 *in Testamentis ad pias causas conditis non requiritur præsentia Parochi.*

38 *Cap. relatum de testament. & cap. cum esses eodem titul. loquuntur in diuersis terminis, nã primum loquitur in causis pijs, secus vero secundum.*

39 *A qua opinione quam & consuetudo approbat, temerarium esset recedere.*

40 *de Fulgos. in consil. 29. num. 1. non est curandum, cum loquatur contra ferè omnes DD.*

41 *Legum superfluitas in vno, eodem casu curãdum est ne detur, & sic in vno casu adesse duplicem constitutionem.*
Gregorius Nonus fatetur in proœm decretalium se resecasse superfluas decretales.

42 *Legum contrarietates in eadem materia nũquam dicendum est adesse.*

43 *Aliàs maxima esset absurditas.*

44 *Rota tenet, quod cap cum esses, de testam. loquitur in terminis testamenti ad causas prophanas, & num. 47.*

45 *Glos. ratio in cap. cum esses, de testam quod d. cap loquatur in casu testamenti pij exploditur*

46 *Cap. cum esses, de testament. non tollit omnes solemnitates iuris Ciuilis, nec vbique.*

47 *Cap. cum esses, de testament. quod loquatur solum in testatoribus in extremis constitutis, est opinio Guidopap. Cened. quæ non subsistit.*

48 *Verba text. in cap. cum esses, de testament. ibi, in extrema fecerint voluntate, qualiter interpretentur à nullis. & qualiter ab alijs num. 51. & 52.*

49 *Parochi frequenter assistũt eorum parochianis in periculo, et conflictu vitæ existentibus*

50 *Cap. cum esses, de testament. procedit etiam in testantibus corporis sanitate gaudentibus.*

53 *Testamentum conditum ab infirmo iuxta cap. cum esses de testament. an si conualescat vtrum valeat.*

54 *Vel si aliud testamentum sit faciendum cum solemnitatibus, Iuris Ciuilis.*

55 *Testamentum conditum ab infirmo iuxta cap. cum esses. de testam. conualescentia secuta censetur irritum, vel saltem post annum à conualescentia. contra num. 57. & veritas.*

56 *Miles, si in castris, vel in conflictu testatus sit iure militari, valet tãtum intra annum à missione honesta, vel causaria.*

58 *Rusticus, si ruri suum condidit testamentum cum quinque testibus non irritatur, licet postea efficiatur Ciuis, & moriatur in Ciuitate.*

59 *Testamentum conditum coram quinque testibus tempore pestis, tenet etiam si testator conualuerit, & semper valebit, dum non reuocatur, num. 60.*

61 *Text. in leg. 1. C. de sacrosanct. Eccles. an loquatur tantum in testatoribus infirmis per illa verba decedens & c. & num. 62.*

63 *Testamentum, vt plurimum homines solent condere, quando sunt in periculo mortis, & non dum sunt sani, & nu. 64.*

65 *Testamentum militis, quod valet tantum intra annum à missione, hoc est specialiter constitutum in militibus.*

66 *Cap. cum esses, de testament. an habeat locum in terris Ecclesiæ ei mediatè subiectis, & nu. 67. & seq.*
Statuto, vel consuetudine an possit induci circa diminutionem numeri testiũ in testamẽto.

CAPVT XXXIII.

ALEXANDER Papa Tertius *in capitum esset. de testament.* decreuit ad valorem testamentorum sufficere duos testes
1 idoneos, vna cum Præsbytero Parochiali, & prohibuit testamentum sic factum posse à Iudicibus reijci, et tamquam nullum haberi, vel rescindi sub pœna excômunicationis. Ratio autẽ cur dicta decretalis statuit in testamento sufficere duos testes cum præsentia proprij
2 Parochi, est summa fides, quæ penes Parochũ, est reposita *arg. can. præcipimus 12. quæst. 2.* propter quam multum pro illius præsentia lex Canonica præsumit, & quod fraudes excludat, *iuxta cap. nemo, de sim. on. & cap. super eo. de postulat.* Cum enim Parocho sit commissa cu-
3 ra animarum, et sit ipsarum animarum Iudex deputatus, multum de eo Ius Canonicum confidit, et quidem meritò, etenim qui reputatur fidelis in maiori, scilicet in cura anima-
4 rum, reputatur etiam fidelis in minori, scilicet in assistentia testamenti, iuxta dictũ CHRISTI Domini *Matth. 16 & Luca 19* facit text. *in l. 1. & 2. C. ne fideiuss. vel mandat. dot. dentur.* Vbi deciditur, quod pro dote non dantur fideiussores, & ratio illa est, quia si marito principa-
5 liter creditur persona ipsa vxoris multò magis, & iustum, et rationabile erit, ei credere absque alio fideiussore dotem, nam dum marito confiditur, quod maius est, debet quoque confideri quod minus est. *videatur Petr.* Barbos. *in l. si cum dotem. 23. §. transgrediamur, nu. 39. vers. quod cum mulier commiserit corpus suum fidei mariti, pariter &c. C. solut. matr.* & Gomes. *ad Leg. Tauri 50. sub nu. 36 vers. quia cum marito principaliter creditur persona vxoris &c.*

Quæ conclusio in tantum est vera, quod ta-
6 li dispositioni non potest renunciari, iuxta *text. in d. l. 1. et 2. C. ne fideiuss. dot. dentur* vbi *Bart. in fin. num. 3. vers. vltimo quæro.* Bald. *post med. vers. & adde, quod dicit.* Salicet. *in fin. vers. quæro octauo* Gratian. *discept. forens. cap. 233 n. 32. vers. lex prohibet dari fideiussores dotis, ita vt non possit renunciari huic dispositioni &c.* limita tamen stante iuramento. *vt latè ibi à nu. 34.* Ad propositum verò nostrum quod concesso,
7 quod est plus, censeatur concessum multò fortius, quod est minus, faciunt. *text. in l. generali. ff. de pact. conuent. & in l. si quando. C. de testib. & in l. fin. C. qui potior. in pign. hab. cum simil.*

Quod enim text. *in d. cap. cum esses* certum sit intrare in ditionibus Ecclesiæ, idest Romano
8 Pontifici, quo ad vtramque iurisdictionem tàm temporalem, quàm spiritualem subiectis, & quo ad verumq. forum tàm Ecclesiasticum, quàm temporalẽ non est dubitãdum,
9 & hæc opinio procul dubio est communior, *teste Alex. in consil. 47. num. 2. vers. attento maximè quod in terris Ecclesiæ stellãdum magis cõmunes conclusiones sufficiunt duo testes cum parochio &c. lib. 2. & consil. 546. numer. 6. versic. si essemus in terris Ecclesiæ &c. eodem lib* vbi etiã
10 testatur de tali communi opinione à Doctoribus approbata, et de communi opinione pariter asserit *Benedict.* Capr. *in tractat. regular. cap. 104. num. 3.* & de magis communi sententia consultus respondit *Roland. qui alios consulentes refert in consil. 32 num. 41. vers in testamentis, quæ conficiuntur in terris Ecclesiæ sufficiunt duo testes cum parochiano secundum magis communem opinionem &c. vol. 3.* & plures alios, qui testantur de communi, & magis cõmuni opinione adducit *Iul.* Clar. *recep. sentent. lib. 3. §. Testamentum quæst 57. num. 2. vers. in terris Ecclesiæ non videtur dubitandum quin sufficiant duo testes cum interuentu Parochi.*

Et hæc opinio procul dubio est magis communis &c. nec non Boer. *decis. 93. num 4 vers. in terris Ecclesiæ valet quo ad omnia &c. Matth.* Coler. *decis. German. 35 num. 2. vers. de Iure Canonico sufficit quemquam testari cum duobus testibus & Parocho, quod indubitanter procedit quidem in terris subiectis Ecclesiæ, tam in foro Ecclesiastico, quam seculari &c.* & post Clar. testatur de communi opinione. addo *Michael. Graff de success. §. Testamentum. quæst 56. n. 3. vers. quando testamentum fit coram Parocho, & duobus testibus est validũ in terris Ecclesiæ subiectis &c.* atq. post multos ibi allegatos, apertè
11 testatur hanc opinionem moribus receptam esse, & in practica seruari, *idemque asseuerat Ioseph. Ludouic. in conclus. 68 titul. in testament. regulariter requiruntur septem testes. §. 2. vers. fallit primo de Iure Canonico in terris Ecclesiæ &c.* Mart. *de success. part. 4 quæst. 1. artic. 9. num 29. vers. procedat in terris Romanæ Ecclesiæ subiectis &c.* & Ioan. Valet. *in tractat. de different inter vtrumq. for. in verb. testamentũ, different. 2 & Ceuall. commun. quæst. 319 in fin.* & hanc opinionem sequitur aduertẽdo ab
12 ea non esse recedendum, nec in iudicando, nec in consulendo. *Didac. Spin. in specul. testament glos. 31. titul. de testib. num. 39. vers. in terris subiectis Ecclesiæ valet testamentum &c.* & vlterius testatur de verissima sententia.

Suffragium quoque adest auctoritatis Ro-
13 tæ Romanæ, dum ita passim pronunciat, & præsertim id fuit admissum *in causa Perusina Bonorum 8. Nouembris 1582. coram bon. mem.* Gyps. vbi validum fuit iudicatum testamentũ conditum in statu Ecclesiæ, dum reperitur cõditum iuxta dispositionem *cap. cum esses de testam.* vbi etiam notabiliter asseritur testamentum valere *iuxta d. cap.* quamuis Sacerdos adhibitus verè non sit Parochus, si tamen pro tali communiter reputabatur additur pariter
14 in fine d. decisionis, quod quando testamentũ conditur iuxta terminos *d. cap. cum esses*, quod magnopere fundatur in iure diuino ac statutis Sanctorum Patrum, non tàm anxie insistẽdum

dum est in cautelis, & subtilitatibus iuris Ciuilis, & præsertim circa illam quando testa-
15 mentum noctu conditur, vt sint tria necessaria lumina iuxta dispositionem textus in *l. 1. §. tria lumina. ff. de ventre inspiciend.* declara tamen vt dicam infra.

Idque de plano in casu dictę decisionis trãsibat, quia ratio, ob quam iura requirunt tot
16 lumina, quando testamentum noctu conditur, est quoniam testes debent esse in conspectu testatoris, & sic eum videre. *l. si non speciali. C. de testament. & late dicam infra in hac part. 1.* & adhunc effectum huiusmodi obscuritas cõsideratur, quod cessabat in casu illo, Nam te-
17 stes viderunt testatorem etiam manu tremula subscribentem, vndę meritò cessare debuit dispositio *d. §. tria lumina.* ad tex. *in cap. cessante de appellat.* Sed deposita hac materia ad nos

Possem modo longa serie plures decisiones simul annectere ad effectum probandi testamenta condita in statu Ecclesiastico, valida esse, si fiãt coram Parocho, & duobus testibus,
18 sed quia id puto superuacuum, stante claritate opinionis, vtique satis erit adducere decisionem *in causa Perusina releuationis testamenti 7. Maij 1632. coram bon. me. Pirouano, vbi alia allegantur est decis. 126 nu. 2. part. 7. recent* ibiq. Rota testatur de veriori opinione, vt testamentum conditum in ditione Ecclesiastica
19 valeat seruata dispositione *d. cap. cum esset. de testament.* & fuit dictum antea *coram Card.* Caualer. *decis. 497. num. 3. vers. clarum est de Iure Canonico &c. & coram Motmanno decis. 195. n. 7. vers. cum de Iure* Canonico, *testamentũ coram Parocho &c. part. 7. recent.* & nuper fuit firmatum in terminis testamenti cõditi à Subdito Ecclesiæ iuxta dispositionem *d. cap. cum esset, in Firmana Codicillorum 1. Iulij 1644. coram Reuerend. ss. D.* Terracinen, *§. Quod codicilli. vers. & hoc maximè procedit in terris Ecclesiæ inter subditos Ecclesiæ, & in foro Ecclesiastico &c.* & testatur de veriori opinione, vbi
20 etiam asseritur, quod non est dubitandum, quin dispositio *d. cap. cum esset,* procedat etiam in Codicillis, qui dicuntur pars testamenti, & in illis viget eadem ratio. *Vasquez. de success. progress. lib. 3. titul. de Codicill. num 28. Turrett. de effect. clausul. Codicillar. quæst. 112. nu. 4. & seq.* Et supradicta decisio fuit deinde confirmata *coram eodem R. D.* Terracinen *sub die 28. Iunij 1645. & deinde die 13 Nouemb 1645*

Nec me latet *Paul. de Castr. in consil.* 432. *col. fin. vers. nec ego vmquam vidi seruare contrarium, part* 2. indubiè asserere, quod imo ip-
21 se semper vidit vbique seruari contrarium, idest in testamentis adhiberi septem testes sicuti iura Ciuilia determinarunt etiam in terris Ecclesiæ Romanæ, de quibus ipse oriundus est, præter quã in relictis ad pias causas. Prout
22 etiam de consuetudine generali totius Italiæ, præter quam in quibusdam locis, vt Venetijs, idem quoque attestatur. *Bald. in consil.* 285. *col. fin. vers. quid docemus. vol. 3.* & idem in effectu confirmat *Dominic. Sot. in tract. de instit. & iur. lib 4. quæst. 5. artic. 3. col. fin. vers. igitur ille Pontifex &c.* quod quidem in practica valde notandum, est quidquid sit respectu obseruantiæ, quæ in facto consistit, & ideo proban-
22 da venit, & probata substineri potest ratione statutorum particularium, et consuetudinis approbatæ, sicuti satis notum est admisitque *Rota coram* Card. Caualer *decis. 497. num. 2, cũ. ibi allegatis* De Iure tamen prædicta opinio Castren. non subsistit, cum veritas sit in con-
23 trarium, vt constat ex relatis supra à num. 8. et dicam etiam infra.

Doleo etiam *And. Alciat.* virum alioquin
24 admirandi ingenij lapsum esse in intellectu *d. cap. cum esset,* asserendo *in repetition. cap. nouit sub num. 30. de iudic.* prædictam decretalẽ in foro conscientiæ procedere, non in iudiciali, quæ conclusio est penitus falsa, vt ex iam relatis apparet nempe in foro iudiciali Canonico talem dispositionem iustissimè seruari, sicuti etiam infra demonstrabo, ac pariter eundẽ Alciati errorem notauit *Couar. in d. cap. cum esset, num. 12. in fin. vers. apparet deceptum fuisse And. Alciat. virum doctissimũ &c.* In foro enim conscientiæ nuda veritas attenditur, & ideo
27 quamuis nulla solemnitas interuenirec dum testamentum conditur, & tantum constaret de voluntate disponentis ea tantum attenditur, vt alibi dicam, sed sic persistendo in terminis nostris.

Fundamẽto illo satis valido probatur præ-
27 dicta conclusio, quod in ditione Ecclesiæ, quis validè testetur *iuxta text. in d. cap. cum esset,* stante ea communi theorica, quæ habet, quod vbicumque in aliqua materia etiam prophana, et indifferenti est discrepãtia inter ius ci-
28 uile, & ius Canonicũ, tunc in terris de temporali iurisdictione Ecclesiæ seruatur ius Canonicum etiam inter Laicos, etiam in vtroque foro, *vt per Canonistas in cap. Ecclesia S. Mariæ vbi Abb. lectur. 1. num. 14. &* Felin *n. 44. cum seq. de Constitut. per textum clarum in cap. si duobus. § fin. & ibi* Franch. *in prim. notabi li, &* Abb. & Dec. *num. 6. de appell.* cõmuniter etiã id asserunt Canonistæ *in cap. intelleximus. 1. de nou oper. nunc.* & est gloss. ordinaria communi applausu recepta *in cap. vt quæstionis. 2. de arbitr. in 6. in verb. lex ciuilis.* Abb. *in cap. quod clerici. num. 45. de for. competenti.* Felin *in cap. 1 num. 29. vers. idem vbi essemus. de constitut.* et tradunt Legistæ *in l. priuilegia, vbi* Bart. Bald. Paul. de Castr. *& cæteri* C. *de sacrosanct. Eccles.* & ita in terminis consuluerunt *Calder. in consil. 8. de testament.* & Alex. attestans de cõmuni *in consil. 177. num. 10. vol. 5.* Ruin *consil. 14. n. 4. vol. 2.* Paris, *consil. 30. n. 15. vol. 2.* Corn. *cons* 261. *in fin. vol* 2 Geminian. *consil. 49 sub nu. 3. vers. fundamentum ipsorum, & num. 4. cum seqq.* vbi latè firmat prædictam opinionem, & testatur de communi.

Oo Imo

Imo quatenus in aliqua Ciuitate ditionis
Ecclesiæ adesset statutum, pront adest Rauen-
nz. *teste Alex consil.* 177. *num.* 2. *lib.* 2. quod vbi
Ius Ciuile contradicit Iuri Canonico seruari
29 debear ius Ciuile, nullatenus viribus subsiste-
re poterit, iuxta magis receptam opinionem,
de qua testatur *Bero. in cap. si duobus num.* 18.
de appellat. optimeq; aduertit in terminis eius-
dem Statuti Rauennæ *Iacob. Menoch consil.* 93.
nu. 31. *vers. vtilecto illo statuto, quod nō vales &c.*
& pariter testatur de magis recepta Doctorū
30 opinione. Contrarium tamen arbitror, qua-
tenus adesset confirmatio Apostolica, & hæc
quidem specialis, aut si ipsa statuta fuerint cō-
dita de mandato Papæ, aliàs si confirmatio
31 erit in forma communi impotens reputatur
ad substinendam derogationem Iuris Cano-
nici, vt in puncto derogationis *cap. cum esses.
de testam.* dixit *Rota in d. decis.* 126. *numer.* 31.
part. 6. *recent.* Vbi etiam refertur decisio in
causa Perusina Hæreditatis 20. *Nouemb.* 1602.
& 12. *Decembris* 1603. *coram clar. mem. Card.
Pamphil* in quibus incidenter fuit dictū *Statu-
tum Perusinum lib.* 1. *cap.* 135. quo cauetur in
testamentis in Ciuitate condendis esse adhi-
bendos quinque testes, stante generali con-
32 firmatione Apostolica Pij II. Leonis X. & Cle-
mentis VIII. videtur etiam derogatum dispo-
sitioni Iuris Canonici, *de qua in d. cap. cū esses.*
Sed in contrarium est veritas, vt iam dixi.

Nec in aliquo titubandum est, quia *Raphael
Fulgos. in consil.* 29 *incip. Punctus quæstionis. nu-
mer.* 1. *&* 2. intrepidè asserat, hanc nostram re-
33 latam opinionem non esse communiter ap-
probatam, et quod imo cōtraria opinio est cō-
munis, scilicet quod in terris subiectis tempo-
rali iurisdictioni Ecclesiæ nō valeat testamen-
tū in non pias causas conditum, nisi seruata so-
lemnitate iuris ciuilis &c. Quoniam de Fulgos.
34 et quot eum sequuntur parum, seu nihil curā-
dum est, allncinatos enim eos reperio ab illa
improbabili opinione Bernard. *glosat. in d. cap.
cū esset. in verb. improbamus,* vbi veriorem eam
sententiam putat, quod textus ille loquatur
35 in testamento condito ad pias causas, sicuti
etiam verè loquitur text. sequens *in d. cap. re-
latum el* 1. de quo supra in cap. 1. plura iam dixi,
& latissimè eam opinionē *glos.* defendit, & ex-
tollit *Paul. de Castr. in supra memorato cōs.* 432.
num. 1. *& vers. breuiter his non obstantibus, vsq;
ad finem.* & sic auctoritate *d. glos.* nullum de-
36 clarauit testamentum conditum ad non pias
causas, quantumuis factum in terris Ecclesiæ
iuxta dispositionem textus *in d. cap. cum esses.*

Non video, nec mihi persuadere valeo quo-
modo opinio illa glos. possit substineri pro ve-
riori. Nam in testamentis conditis ad pias
37 causas, de quibus specialiter loquitur *text. in
d. cap. relatum. el* 1. non est necessarius interuē-
tus Parochi, qui tamen omnino requiritur *in
d. cap. cum esses.* Vnde necessariò dicēdum est,
& simul fateri, quod loquatur in alijs testa-
38 mentis veluti ad non pias causas, dum in se-
quenti *cap.* quale est *d. cap. relatum.* in testamē-
tis in pias causas condendis aliam peculiarem
solemnitatem specialiter aptat, *vt benè conside-
rant Abb. in d. cap. cum esses. in* 2 *lectura sub nu-
mer.* 4. *& in illius repetit. num.* 8. Couar. *ibidem
sub nu.* 2. *vers. primus namque intellectus dictas
hunc textum procedere in testamentis pijs, quæ
quidem interpretatio cefellitur &c.* lateque eū-
dem intellectum exprobat *Ludouic. Roman. in
auth. similiter, nu.* 94. *C. ad leg. Falcid.* Magdalen.
de num. test. part. 2. *cap.* 8. *num.* 3. *post Iul.* Clar.
d. quæst. 57. *num.* 2. vbi attestatur, quod ab hac
39 communi opinione, et quam consuetudo ap-
probat, vbique locorum, temerarium esset in
practica recedere. Et in specie reprobat *Ful-
gos. in d. consil.* 29. *numer* 1. *&* 2. qui summè re-
calcitrat huic opinioni, & asserit Clarus parum
40 esse curandum de Fulgos. cum ferè omnes
Doctores teneant contrariam opinionem, id
pariter aduertit *Menoch. de præsumpt. lib.* 1.
quæst. 80 *num.* 21. vbi ait prædictam interpre-
tationem *glos. in d. cap. cum esses.* ab omnibus
esse reiectam.

Multum quippe stringere debet ea conside-
ratio nō solùm superfluitatis legum in vno, eo-
41 demque casu duplicem Constitutionē adesse.
Cum id sit contra proemium Decretalium
Gregorij Noni, vbi profitetur se superfluas
decretales resecasse, Sed etiam contrarietates
42 ipsarum Constitutionum, dum in eadem ma-
teria diuersæ ordinationes adessent, vt bene
patet ex eisdem iuribus *d. cap. cū esses. & dicto
cap relatum.* quæ absurditas, quàm magna es-
43 set, quilibet certò, si sapit, considerare pote-
rit. Adest quoque pro confirmatione huius
nostræ communis opinionis sigillum auctori-
tatis Rotæ; vt videre est *in d. decis.* 126. *num.* 2.
par. 6. *recēt.* vbi post alias decisiones ibi allega-
tas, decidirur dispositionem *d. cap. cum esses.*
44 procedere etiam in testamento facto ad cau-
sas prophanas. Spernanda quidem venit ra-
tio *glos. in d. cap. cum esses.* quæ vt dixi, firmauit
45 solum in causis pijs loqui d. text. ea de causa,
cum nō sit verisimile Papam vnico verbo vo-
luisse derogare Iuri Ciuili circa solemnitates
testamentarias, in quibus tantum fuit desuda-
46 tum. Quia respondetur nec in totum eis fuis-
se derogatum, sed solum circa numerum te-
stium, vt dicam infra, nec vbique derogatum,
et sic non in terris Imperij, vt etiam dicam in-
47 fra, sic etiam deinde sæpius tenuit Rota, et
præsertim *in allegata causa Firmana Codicillo-
rum* 1. *Iulij* 1644. *vers. valere ne dum in pia cau-
sa, sed etiam in penitus prophana &c. et* 28. *Iu-
nij* 1645. *§. De validitate. vers. substinetur ne
dum fauore piæ causæ, sed etiam prophanæ &c.
&* 15. *Nouembris* 1645. *§.* 1. *vers. nedum fauore
piæ causæ, sed etiam prophanæ &c. et* 25. *Maij*
1648. *§. Insistit verò. vers. cuius dispositio habet
locum nedum in pia causa, sed etiam penitus pro-
phana &c.*

Sperni

Sperni quoque potest illa improbabilis opi-
48 nio, quod dispositio *text. in d. cap. cum esset.*
procedat tantum in testamentis factis à per-
sonis infirmis grauiter ægrotantibus, et in ex-
tremis vitæ terminis existentibus, et præsertim
id tenet *Guidopap. quæst. 543. num. 11. vers. duo*
necessario requiruntur, primo, quod disponens sit
ægrotans, hoc est, in extrema voluntate constitu-
tus &c. Cened. *in Collect.* an 159. *num. 7. vers. in*
testamentis tantum confectis ab ægrotis, et infir-
mis &c. quæ conclusio fundatur, per illa verba
textus, ibi, *in extrema fecerint voluntate*, hoc
est voluntate in extremo vitę spiritu interpre-
tantur prædicti DD. Cum enim infirmus non
possit ita facile semper tot conuocare testes,
quot dispositio iuris ciuilis requirit, Ius Ca-
nonicum voluit, vt valeat, & seruetur eius te-
stamentum factum coram duobus testibus, &
49 Parocho, qui in vitæ periculo, & conflictu fre-
quenter assistit infirmo, & cuius præsentia, &
concursu aliorum duorum testium sufficiens
visa est, vt cesset omnis fraudis, & falsitatis
suspicio, prout ponderant DD.

Verum contraria opinio est verior, scilicet
prædictum *text. in d. cap. cum esses.* procedere
50 etiam in testamentis, quæ fiunt ab illis, qui
corporis sanitate gaudent, Insuper generali-
ter loquitur d. decretalis, & sic generaliter de-
bet intelligi, vt ostendit ratio, in qua se fundat,
præterquam quod illa verba textus, *in extre-*
ma voluntate fecerint, non indicant necessariò
51 testatorem debere esse in extremo vitæ peri-
culo constitutum, cum testatur coram duobus
tantum testibus, & proprio Parocho, vt testa-
mentum de Iure Canonico valeat, cum rectè
intelligi possint, textum loqui de testamento,
52 cum quo testator decesserit absque vlla alia
voluntatis mutatione, tale enim testamentum,
cum contineat vltimam voluntatem testato-
ris, rectè dici potest factum in vltima, seu ex-
trema voluntate.

Sed admisso intellectu, quem Cened. Gui-
dopap. & alij præcitati approbant, An si infir-
53 mus, qui testamentum cum duobus tantum
testibus, & proprij Parochi interuentu condi-
dit, conualescat, subsecuta conualescentia, sta-
tim irritum sit, si potuit aliud testamentum
54 cum debitis solemnitatibus iuris ciuilis face-
re, & noluit, sed in eadem voluntate decesserit
Guidopap. d. quæst. 543. num. 12. affirmat cen-
seri irritum statim subsecuta conualescentia,
vel saltem post annum à conualescentia. Pri-
55 mum probat *per l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.*
ibi, *decedens*. Secundum probat argumento
ducto à testamento militis minus solemni cō-
56 dito in Castris, vel in conflictu, quod valet tā-
tum intra annum à missione honesta, vel cau-
saria non vltra annum. *§. sed hactenus. vers. &*
quod in Castris. Institut. de milit. testam. l. testa-
menta. 27 et l. quod dicitur. 39. ff. de milit. testa-
ment. l. qui post missionem. 17. l. si miles. 91. ff. ad
leg. falcid. l. Papinianus. §. si quis in militia. ff. de
inoffic. testam. l. constitutis. 12. ff. de milit. testam.

Verum negatur in casu nostro irritum fieri
57 testamentum, etiamsi testator conualuerit, et
potuerit ad libitum facere aliud testamentum
adhibendo septem testes, & facit illud simile,
nempe testamentum cum quinque testibus fa-
58 ctum à rustico rurí non irritatur, licet postea
testator efficiatur ciuis, & incola Ciuitatis, &
ibi decedat, vbi esset copia testium, *vt tradit*
Bald. in l. si quis hæredem C. de institut. Iason.
in l. fin. C. de testament. quia quoad solemnita-
tes adhibendas in testamento, attēditur tem-
pus ipsius testamenti. *l. ad testium. §. conditionū.*
ff. de testament. & l. 1. C. eodem titul. §. sed cum
aliquis Institut. eodem.

Et confirmatur, quia testamentum cum
quinque testibus conditum de tempore pestis,
59 secundum aliquos DD. valet, (quàm opinio-
nem non probo, vt fusè alibi dicam) quod pro-
cedit etiamsi testator conualuerit, & cessaue-
rit tempus miserabile pestis, nam quamdiu
60 tale testamentum non reuocatur, semper va-
lebit. *ita Ripa in tractat. de pest. cap. 2. titul. de*
priuileg. vltim. volunt. num. 35. Boer. *decis. 228.*
nu. 11. Farinac. *in repert. vltim. volunt. quæst. 61.*
num. 19. cum alijs allegatis per R. P. Dianam re-
solut. moral. part. 7. tractat. 6. resolut. 39. & prius
latè probanit *Corn. in consil. 53. num. 3. & seqq.*
vol. 4. Sicut ergo non irritatur testamentum
rustici, vel peste affecti propter abundantiam
61 testium superuenientem, ita quoque non irri-
tatur testamentum factum in casu nostro, ex
supradictis rationibus *Ad textum in d. l. 1. ibi,*
decedens. C. de sacrosanct. Eccles. ex quo verbo,
& maximè iunctis illis alijs, *postquam aliud*
velle &c.

Ex quibus verbis mortis tempus designa-
62 tur, & sic in casu *d. leg. 1.* valet testamentum,
dummodo conditum reperiatur factum à con-
stituto in extremis, quia respondetur, quod
non idcirco excludendos esse eos, qui, vel sa-
ni corpore, vel extra mortis articulū testārur,
63 quia Imp. rationem habuit eius, quod sæpius
contingit, siquidem sæpius homines testantur,
dum sunt in periculo mortis, quàm cum sunt
64 sani, & ita etiam possunt intelligi verba text.
in cap. cum esses, ibi, *in extrema fecerint volun-*
tate &c. Quod vero dictum est de testamento
militis condito in acie, seu in conflictu, est pe-
65 culiaris, & specialis prouisio, vt patet ex cita-
tis iuribus *num. 56.*

Nec illa alia limitatio recipienda arbitror
in his terminis respectu *d. cap. cum esses.* scilicet
66 eiusdem dispositionem non intrare, quando
sumus in illis terris Ecclesiæ, in quibus ipsa
alteri commisit dominium temporale, à qua
oppositione breuiter me expediam, conside-
67 rando licet Ecclesia committat alteri tempo-
ralem iurisdictionem specialem alicuius loci,
non tamen desinit esse de terris Ecclesiæ, quo-
rum locorum, et terrarum plura reperiuntur
penes Reges, et alios Principes in feudum ab

Ecclesia Romana eis concessa, in quibus pari-
68 ter seruandum venit ius Canonicum, vbi à
iure Ciuili discrepat, vt in puncto validitatis
testamenti conditi in dictis locis, (puta in Re-
gno Neapolitano, et alijs similibus locis,) vt
69 valeat, si coram Parocho, et duobus testibus
fuerit factum, *iuxta textum in d.cap. cum esset.*
bene declarat *Philipp. Corn. in consil. 261. incip.*
De duobus principaliter &c. in fin. vers. videmus
in Regno Neapolitano &c. vol. 4. et *Guald. idem*
tradit, in eius tractat. de art. testand. titul. 2. cau-
tel. 2. sub num. 2. vers. hoc procedit etiam in terris
Principis secularis, quo ad temporalem iurisdi-
ctionem ab Ecclesia concessis quales sunt Ciuita-
tes Regni, aliaque &c. nec non sequitur *Port.*
consil. 12. sub num. 15. & num. 16. et 17. et seq.
idemque refert *Menoch. consil. 93. num. 32. vers.*
etiam in terris non immediatè, sed mediatè Eccle-
siæ subiectis, seruari debeat ius Canonicum etiam
inter Laicos cum à iure Ciuili discrepat &c.
& antea pöderauit *Francisc. Viu. in sylu. comm.*
opin. part. 2. opin. 890. sub numer. 2. versic. testa-
mentum coram presbytero parochiali, et duobus
testibus cöditum habet vires etiam in terris Prin-
cipis Secularis, quo ad temporalem iurisdictionē
ab Ecclesia concessis quales sunt Ciuitates Regni
Neapolitani &c. ibique alios Doctores addu-
cit, & addo *Valasc. pariter in puncto, consultat.*
74. num. 7. versic. non desinit esse de terris Eccle-
siæ, licet Ecclesia committat alteri iurisdictionem
temporalem specialem illius terræ, vt in Regno
Neapolitano, et passim pro indubitato habetur,
et notoriè in Regno, et in terris, quæ sub diuersis
Specialibus Dominis sunt constitutæ, vt quando
ius Canonicum, et ius Ciuile discordant in eis ser-
uetur ius Canonicum &c. et ita quoque sensit
Farinac. in repertor. vltim. volunt. conclus. 61. nu-
mer. 14. ibi, in testamentis conditis in Ciuitati-
bus mediatè subiectis Ecclesiæ, habebit locum dis-
positio d. cap. cum esses. &c. Hac igitur de causa
70 videmus in amplissimo Consilio Neapolitano
seruari ius Canonicum, et de tali obseruantia
testatur *Surd. decis. 136. num. 3. versic. quia in*
Cōsilio Neapolitano seruatur ius Canonicū &c.
Scio Capyc. decis. 201. et post eum Mart. de suc-
cess. part. 4. quæst. 12. articul. 8. numer. 29. & 30.
testari in foro seculari Regni Neapolis non
admitti in praxi tamquam validum testamen-
tum ibi factum ad prophana solum *iuxta dict.*
cap. cum esses. Veritas enim est, quod in præfatis
terris mediatè Ecclesiæ subiectis vidēdum est,
quid in praxi seruetur, seu introductum legi-
timè per consuetudinem, vel per aliquod sta-
tutum, et de hoc alibi dicam dum tangam
quæstionem. An statutum, vel consuetudo au-
gens, vel diminuens numerum testium adhi-
bendorum in testamento possit induci à Ci-
uitate recognoscente Superiorem. In sequen-
ti capite videbimus quare dispositio *d. cap. cū*
esses. non seruetur in Vrbe.

ARGVMENTVM.

Testamentum conditum coram presbytero Parochiali, et duobus, vel tribus testibus cum valeat, et teneat iuxta dispositionē Iuris Canonici, de qua in celebri decretali cap. cum esses. 10 de testam. quæ sine dubio, et secundū veriorem opinionem procedit in ditione Ecclesiæ quo ad vtramque iurisdictionem, et seruatur in vtroque foro.

Dubitatur enim hic, quare hic in Vrbe Romana, quæ est caput Status Ecclesiastici cœterisque alijs Ciuitatibus præfulgeat, si fiat testamentum secundum censuram d. decretalis cū esses, non substineatur. Sed vt validum sit solemnitates Iuris Ciuilis omnino seruandæ veniant.

Forensis si condat testamentum in Vrbe iuxta dispositionem d. cap. cum esses. an valeat tale testamentum, vel si veniat seruanda censura Iuris Ciuilis. Ius Ciuile circa solemnitates testamentorum in quo corrigatur per Ius Canonicum. Rogitus testium in testamento adhibendorum, an sit sublatus per d. text. in cap. cum esses. & alia habes circa intellectū d. cap.

SVMMARIVM.

71 *Testamentum conditum in Vrbe secundum cap. cum esses. de testament. non valet. & numer. 74.*
72 *Romana Ciuitas cæteris alijs Ciuitatibus auctoritate, & praeminentia præfulget.*
73 *Sedes Apostolica DEO iubente ab Antiochia Romā translata fuit, & caput totius Orbis effecta fuit.*
75 *Romæ adest statutum, quod deficientibus statutis seruetur ius Ciuile.*
76 *Statuta cum sint confirmata à Papa, et de eius ordine reformata, non est dubitandum de eorū validitate, et nu. 77.*
Romæ non seruatur æquitas Canonica, nisi in deficientiam Iuris Ciuilis.
78 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 42. subordinat formam testandi, ad quid.*
79 *Romæ, cum ius Canonicum non sit seruandum in concursu statutorum, & Iuris Ciuilis, per implicitam negatiuam intrat per repugnantiam.*
Cum non possint seruari statuta, & ius Canonicum.
80 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 42. non ligat forenses, et non intrat in materia spirituali.*
81 *Ius Ciuile silet in materia spirituali.*
82 *Testamentum ad prophanas causas conditum non dicitur materia pia.*
83 *Ius Ciuile, si expressè reperiatur correctum per Ius Canonicum, tunc cessat Statutum Vrbis lib. 1. cap. 42.*
84 *Forensis, si condat testamentum in Vrbe iuxta cap.*

cap. cum esses. de testam. tenet tale testamentũ.

85 *Incola Vrbis, vt quis possit dici, quid requiratur remissiue.*

86 *Cap. cum esses. de testament. corrigit Ius Ciuile, quantum ad numerum testium, & numer 89. & 93.*

87 *pro Legum correctione in dubio semper quantũ minus potest indicandum.*

88 *Legum correctio non debet induci, nisi verbis legis id expressum inueniatur.*

89 *Lex non potest dici correcta, nisi id clarè, & pracisè constet.*

90 *Differentiæ inter ius Canonicum, et ius Ciuile non sunt introducendæ.*

Differentiæ inter ius Canonicum, & Ciuile sunt restringendæ ad casus expressos.

92 *Cap cum esses. de testament. videtur fundatum in iure diuino, & quare, nu. 93.*

94 *Cap. cum esses. de testament an reijciat solemnitates secundum leges humanas circa testamentorum ordinationes.*

95 *Cap cum esses de testam. quod deroget omnibus solemnitatibus testamentarijs Iuris Ciuilis, est opinio, quæ saluari non potest.*

96 *Cap. cum esses. de testament. non sunt in puris terminis iuris naturalis, cum vltra duos, vel tres testes, requirat Parochum.*

98 *Testamentum non valet iuxta terminos cap. cum esses. de testament. si non constet de rogitu testium.*

99 *Cap. cum esses. de testam. requirens idoneos testes de qua idoneitate est intelligendum, cum aliud non exprimet.*

100 *Lex Ciuilis non nutritiua peccati, seruanda est in foro Canonico contrarium non disponente.*

101 *Ecclesia sancta non respuit famulatum Legũ Imperialium.*

102 *Testes rogati solum idonei existimantur secundum Ius Ciuile.*

Testibus rogatis magis creditur, nam eorum fides censetur à parte approbata.

103 *Testium rogitus omnino est necessarius ad validitatem testamenti.*

104 *Testes si testamento se subscribant, censentur rogati, declara vt nu. 103.*

105 *Rogitus testium, cum in dubio non præsumatur ideo probandus venit.*

106 *Testes adhibendi secundum text. in cap. cum esses. de testament. debent carere exceptionibus.*

107 *Fœminæ de iure Ciuili non possunt esse testes in testamento.*

108 *Fœminæ si testes adhibeantur in testamento de iure Ciuili nullam fidem faciunt.*

109 *Lex Ciuilis, si expressè id non repersatur immutata à iure Canonico, seruanda est.*

CAPVT XXXIV.

FIrmatum, cum iam validè sit in præcedẽti cap. testamentum conditum coram Presbytero Parochiali & duobus testibus, validum, & firmum esse, et hoc iuxta dispositionẽ celebris text. *in cap. cum esses de testament.* qui absque vllo dubio procedit in omnibus locis immediatè subiectis Romanæ Ecclesiæ, aliaque vt dixi supra. Curiosè modò inquiramus quã-
71 obrem hic in Vrbe d. decretalis dispositio nullatenus seruetur, & secundum Iuris Ciuilis censuram in ea testamentum condatur. Et tamen Romana Ciuitas cæteris alijs Ciuitatibus, ac terrarum locis Ecclesiæ Romanæ au-
72 ctoritate, præeminentia, ac dignitate præfulgeat, quæ ab ipso D. N. IESV CHRISTO
73 primatum Nationum obtinet, & eo iubente. Sedes Apostolica ab Antiochia Romæ translata fuit, et caput totius Orbis effecta, *vt habetur in can. omnes, et in can. sacrosancta Romana 22. distinct. et in can. Beati Petrus, et Paulus. 2. quæst. 7.* & plura iam ad hoc adduxi *in annotat. ad decis. 2 in litera A. à num. 8. vers. non Apostoli &c part 3. recent.*

Quo stante mirum videtur, quare hic in Vrbe, vt dixi, non seruatur dispositio d. decretalis, *cum esses*, & sic Romæ non valet testamẽtum conditum coram Parocho, et duobus te-
74 stibus. Vnde Rota plures iudicauit pro inualiditate similium testamentorum, et præsertim fuit resolutum *in causa Romana de Stocbis 27. Maij 1588. coram clar. mem. Card. Pamphil. est in part. 3 diuers. decis. 396 numer. 1. vers. nec posse subsistere ex dispositione cap. cum esses. de testament. &c. et aduerte ibi fuisse erratum in nomine Auditoris, qua decisio fuit confirmata deinde coram Penia sub die 23. Ianuarij 1591. est inter eius à me impress. decis. 128 num. 8. vers. non obstante cap. cum esses de testament. &c. et nuper coram Eminentiss. D. Card. Ottobono in causa Firmana Codicillorum 25. Maij 1648. §. Nec demum. versic. ex quo infertur, quem locum sibi locum vindicet statutum Vrbis disponens, quod debeat seruari ius Ciuile &c.*

Sed cesset omnis admiratio, eò quia hic in
75 Vrbe adest statutũ particulare *in lib. 1. cap. 4 sub rubric. de seruand. statut.* quo specialiter cauetur, quod inter Ciues incolas, & districtuales seruentur statuta, & vbi statuta non dispo-
76 nunt, seruetur ius ciuile, & in subsidium recurratur ad ius canonicum, quę quidem statuta Vrbis cum sint per Summum Pontificem
77 confirmata, imo et de eius ordine reformata, non est de eorum validitate dubitandũ. Quare stante dicto statuto Romæ seruatur ius ciuile, et eius rigor, non autem ius Canonicum eiusque æquitas, nisi in subsidium, *prout in puncto ratiocinata est Rota in dd. decisionibus Romana de Stocb.* & sic eas decisiones intellexit

Rota

Rota *coram bon. mem.* Pirouano *decis. 126. n. 26.*
part 6. recent. vbi etiam dicitur prædictũ Sta-
tutum Vrbis *lib. 1. cap. 42.* expressè subordina-
te formas testandi, nempe quod inter Ciues,
78 & Incolas, et districtuales, seruentur statuta,
et vbi statuta non disponunt seruetur ius Ci-
uile, et in subsidium recurratur ad ius Cano-
nicum non sit seruandum in concursu statuti,
79 vel Iuris Ciuilis per implicitam negatiuam,
& prohibitionem, intrat derogatio per repu-
gnantiam cum non possint seruari statuta, &
ius Canonicum, sicuti plenè declarat *Menoch.*
præsumpt. 38. num. 28. & seq lib. 6.

An autem præfatum Statutum Vrbis lib. 1.
cap 42. liget etiam forenses, & sane responsio,
vt patet ex ipso statuto, est negatiua, et ani-
80 maduertit *Rota coram bon mem. Buratto decis.*
811. num. 3. in fin cum ibi allegatis. Et in pun-
cto testamẽtariæ dispositionis videatur *Mart.*
d. vot. 68. num. 19. non assentio tamen eius opi-
nioni ibi.

Nec dubitandum est, quando essemus in
81 materia Spiritnali, pro vt est iuramentum,
alijsque casibus, in quibus attenditur ius Ca-
nonicum, silere prædictum Statutum Vrbis, *vt*
in puncto iuramenti respondit Rota coram bon.
mem. Coccino *decis. 640. sub num 6. vers. non*
obstare statutum, quod seruetur ius ciuile &c.
part. 4. recent. At in casu nostro nempe testa-
menti conditi ad prophanos vsus non intrat
82 materia spiritualis, cum agatur de re merè
temporali, ergo cessat subiectum consideratũ
à *Mart. in d. vot. 68 nu.* 18. et dicam latius in-
fra. Concedo insuper, si Ius Ciuile expres-
sè reperiatur correctum per ius Canoni-
cum tunc non refragante dicto Statuto Vrb.
83 non ius Ciuile, sed ius Canonicum attenden-
dum venire, optimè resolutum fuit *coram bon.*
mem. Merlino decis. 30. num. 33. vers. nec releuat,
quod in Vrbe sit seruandum ius Ciuile ex Statu-
to cap 42. lib. 1. &c. part. 7. recent. est inter eius
impressas decis. 671. num. 33. & allegatur *decis. in*
causa Perusina Bonorum. 20. Aprilis 1592. co-
ram bon mem. Penia, *est inter eius à me impress.*
decis. 166. num. 3.

Non est enim dubitandum, vt loquar in
terminis, quod *cum Statutũ Vrbis lib. 1. cap. 42.*
comprehendat forenses, vt dictum est, quare
84 si forensis testamentum condat in Vrbe, te-
net si factum reperiatur secundum dispositio-
nem dictæ decretalis, *cum esses*, à subdito Ec-
clesiæ *vt fuit resolutum in Rota coram Reue-*
rendiss. Ferracinen. *in d. causa Firmana Codi-*
cillorum. 4. Iulij 1644. §. Nec obstat. vers. non
applicatur dispositio Statuti Vrbis lib. 1. cap. 42.
quod expressè loquitur de ciuibus, et incolis &c.
Idque postea fuit *confirmatum in eadem causa,*
coram Eminentiss. D. Card. Ottobono *sub die*
25. Maij 1648. §. Nec demum. Vbi etiam plu-
85 ra habes, quando quis non possit dici Incola
Vrbis, et quid requiratur, vt pro tali haberi
possit &c.

Insuper notandum est Ius Canonicum vi-
gore *d. cap cum esses* moderasse dispositionem
tantùm Iuris Ciuilis, quoad testamentorum
solemnitatẽ circa numerũ testiũ. quò verò ad
86 cęteras solẽnitates, omnia intacta reliquit, dũ
aliud non legimus correctũ et in dubio, sẽper
quantũ minus potest iudicandum venit pro
87 legum correctione. *cap cum expediat. 29 ibi, vt*
eorum correctiones &c. de elect. in 6. l sancimus.
C. de testament. l. fin. C. de nouat l. 1. C. de inoffic.
dot, l. præcipimus. in fin ff. de appellat. § fin. ibi,
vt omnibus modis concordantia legum seruen-
tur &c. auth de exhibend reis & est glos. magna,
& ordinaria in auth. quas actiones. C. de sacro-
sanct. Eccles. & in fin. in verb duos pedes. ff. fin.
regund. & alia iura expendit *Crauett. pro genero*
num. 318. & non debet legum correctio indu-
88 ci, nisi verbis legis expressũ inueniatur. *Bald.*
in consil. 495. col. 1. in fin. lib. 5. Bart *in d. l. præci-*
pimus in fin. C. *de appellat.* vbi ait non posse di-
89 ci correctum, nisi id clarè & præcisè constet,
cum alijs allegatis *per Surd. consil. 163. nu. 19.*
Addo *Cephal. in consil 325. à num 18. vol. 3.* Ac-
mendar. *in proæm. addit. ad recopilat. Legum*
Nauarra numer. 51. Monet *de distribut. quotid.*
part 1 quæst. 11. num. 29. Anton. à Sousa *in re-*
lect. de censur. Bulla Cœna cap. 23. disput. 100.
num. 1 Mar. Antonin. *variar. resolut. 18. num. 12*
Francisc. Bec. *consil 1. nu. 15.* Menoch. *remed 4.*
4 adipiscend. num. 21. Petr. Barbos. *in l. 1. part. 1.*
num, 7 ff solut. matrimon. Nec differentiæ inter
90 ius Canonicum, & Ciuile sunt de nouo intro-
ducendæ vt dicunt *DD. in cap. 1. & 2. de nou.*
oper nunciat. sed potius restringendæ ad casus
expressos *Gabr. consil. 40. numer. 60. vol. 2.* Surd.
decis. 136. num. 3. vers quinimo veniunt restrin-
gendæ &c. & aduertit Rota *decis. 72. numer. 52.*
vers. cum non reperiatur differentia inter ius Ci-
uile, & Canonicum, ideo non debet in dubio in-
duci &c part. 2. diuers. cum alijs allegatis.

Et in puncto *d. cap. cum esses*, vt per illud nõ
censeatur derogatum Iuri Ciuili, nisi numero
91 testium; quia id tantùm in eo reperitur ex-
pressum ponderauit Rota in *causa Perusina*
Bonorum 7. Februarij 1583. coram bo. me. Gyps.
in princip. ibi. *circa numerum testium Ius cano-*
nicum ab ista regula recedit, quo verò ad cæte-
ra, iura Ciuilia incorrecta manere videntur &c.

Nec releuat, quod dispositio *d. cap. cum es-*
92 *ses.* videatur fundata in iure diuino, secũdum
quod solemnitates humanarum legum remis-
sæ sunt, *vt per Bart. in l. habeat. 1. n. 81 C. de sa-*
crosanct. Eccles. pro vt et in terminis testamẽ-
93 ti conditi ad pias causas tetigi supra, et in pũ-
cto *d. cap cum esses.* aduertit *Rota coram bo. me.*
Pirouano *d. decis. 126 numer. 34. part. 6. recent.*
vbi dicitur prædictum cap. reijcere solemnita-
94 tes secundum Leges humanas circa testamẽ-
torum ordinationes.

Quia id intelligendum venit, sicuti monui,
circa testium numerum, aliàs genereliter lo-
95 quendo talis opinio non potest saluari, decla-

ro

ro tamen, quando sumus in testamento non-
pio, nã absolutè id non potest substineri, quo-
96 niam vltra duos, vel tres testes, presbyterum
parochialem etiam desiderat, Ideo dici non
potest nos versari in puris terminis iuris di-
uini, *arg. l. Lucius. §. quæsitum ff. de legat. 3. cum*
vulgar. et optimè ratiocinata est Rota *in alle-*
gata Perusina Bonorum coram Gyp. §. 1. vers.
circa numerum testium ius canonicum expressè
recedit, quo vero ad cæteras solemnitates iura
Ciuilia incorrecta remanere videntur &c. ibi-
97 que inualidum fuit declaratum testamentum
confectum iuxta *text. in d. cap. cum esses.* in
quo tamen non constabat de rogitu testium.
Qualis defectus, eò magis operatur, quia
illa *decretalis cum esses*, requirit idoneos testes,
& cum aliter non exprimat dictam idoneita-
98 tem, debet intelligi de illa idoneitate à lege
Ciuili cõsiderata. *ad notat. in cap. 1 de non oper.*
nunc. cum, & Lex Ciuilis non nutritiua pecca-
ti seruanda sit in foro, Canonico contrariũ nõ
99 disponente *can. quo iure. 8. distinct.*, *cum alijs*
adductis à Rota in causa Ciuitatis Castelli Bo-
norum 27. Iunij. 1578. coram bon. me, Cantucc-
ei decis. 72 à num. 50 vers. quia in hoc standum
est iuri Ciuili, dum Canon. expressè non con-
tradicit &c. part. 2. diuers. & adde Augustin.
Morl. *in empor. Iur part. 1. titul. 2. quæst. 16. nu.*
13. vers. deficiente iure canonico, ad ius Ciuile
confugiendum &c.
Sancta enim Ecclesia non respuit famulatũ
100 Legum Imperialium *tex. est in cap super spe-*
cula 28. ibi, *Sancta Ecclesia legum secularium*
non respuit famulatum, quæ æquitatis, et iustitiæ
vestigia imitantur &c. de priuileg. latè id tra-
ctat *Henric. Cãns. in different. vtriusque iur.*
cap 1. Bobadil. *in sua polit. lib. 1. cap 17. n. 186.*
Secundùm ergo Ius Ciuile, testes rogati so-
lum idonei existimantur, si quidem illis sic ro-
101 gatis magis creditur, cum fides eorum cen-
seatur electa, & à testatore approbata *Bald. in*
l. fin. vers. in omni. num. 18. C de Codicill. Andr.
Sicul. *in consil. 52. num. 2. & 3. lib. 1.* Gratian. *di-*
scept. forens. cap 93. num. 2. quod enim rogitus
testium sit omninò necessarius pro validitate
102 testamenti notum est, & abunde dicam infra
Nec iuuaret replicare, si testes testamento
103 se subscripserint, censeantur rogari, quamuis
aliàs sit regula in contrarium, scilicet proban-
dum esse rogitũ, cum in dubio nõ præsumatur
testis rogatus, dicta tamen limitatio non est
ita simpliciter intelligenda, sed ita demum,
quando testes, patiente, et sciente testatore
104 se subscripserunt, et hoc cessante intrat re-
gula generalis, & ita sensit *Imol. in l. Domitius*
ff. de testament Fulgos. *in l. hac consultissima. n. 3.*
C de testam Alex. *in l. sciendum. num. 38 ff. de*
verb. obligat. Mascard. *de probat. conclus. 1354.*
nu. 35. Card Manric. *de coniectur. vltim. volunt.*
lib. 2. titul. 11. n 9. vers. sed limitatio &c. Farinac.
105 *de testib. quæst. 62. n. 162.* & in puncto testium
adhibitorum secundum dispositionem *d. cap.*
cum esses, consultus responāt Horat. Peri *in suis*
consil. seu Iur. respons. ciuil. part 1. consil. 27 n 13
& vberius id tãgam inferius, vt dixi. Quã obrẽ
testes adhibendi in testamento condito, vt su-
106 pra debent carere exceptionibus. *Alex. cons.*
177. post num. 4. vers. secundo respondeo vol. 2.
sequitur *Iul. Clar. §. Testamentum quæst 17.*
vers. benè verum est &c. Mascard. *de probat. cõ-*
clus. 1352 num. 1. vers. debent esse omni exceptio-
ne maiores &c. sic quidem exclusæ erunt fœ-
minæ, omnesque alij, qui à Iure Ciuili pro ido-
107 neis testibus non permittuntur, et in specie
de mulieribus, vt non sint idoneæ testes in te-
stamento condito secundum dispositionem
Canonicam, & sic *d. cap cum esses*, et hoc quia
de Iure Ciuili nullam fidem faciunt si in testa-
108 mento adhibeantur, vt sunt textus *in l. qui*
testamento. §. mulier. ff. de testamẽt. et in § testib.
Institut. eod concludunt *Bas. in d. l. hac consultis-*
sima. num. 9. C. de testament. vbi de communi
Vasquez. *de success. creat. §. 18. num 42. & seqq.*
vbi hanc opinionem veriorem dicit, idemque
fouet *Clar. in §. Testamentum quæst. 55. num. 3.*
vbi miratur de Doctoribus. qui contrarium
109 sentiunt, quia dispositio Ciuilis, quæ expres-
sè non reperitur immutata à Iure Canonico
seruanda est, optimèq. et fortius aduertit Ro-
ta d. decis 72. num. 58. vers. imo iura Ciuilia ge-
neraliter disponentia etiamsi pœnam contineant
habent nihilominus locum in foro Canonico, etiã
contra Clericos, et Ecclesias, quando contrarium
in Iure Canonico cautum non reperitur præser-
tim, quando lex pœnalis potest habere se ad cõ-
modum, et incommodum &c part. 2. diuers. &
latè eandem opinionem protegit, & sequitur Ce-
nall. commun. contra commun. quæst. 700. à n. 4.
Et hæc sufficiant circa articulum, Iura Canonica in aliquo non correxisse iura Ciuilia circa testamentorum ordinarionem nisi circa numerum testium reliquis intactis relictis.

ARGVMENTVM.

Parochi præsentiam in testamento condito secundum dispositionem decretalis cum esses. 10. de testament. licet nonnulli DD. senserint nõ esse necessariam, putando, ideo de eo fuisse factam mentionem ad validitatem testamẽti, in d cap. cum esses, quia accidentaliter euenerat, parochum adesse penes infirmum de quo in d. cap nam Parochi solent assistere infirmis, dum grauiter ægrotant, tamen falluntur, et quidem egregiè, quia in eo textu non fit mentio de Parocho in narratione casus, sed in responsione Summi Pontificis.

Ideoque præsentia Parochi in prædicto casu est omninò necessaria, aliàs corruit testamẽtum. quæ conclusio est adeo vera, vt nec per alium Presbyterum suppleatur, imo, & secũdum plures DD. nec per ipsummet Presbyterum Cõfessarium Testatoris, Potest tamen suppleri dicta præsentia Parochi, per duos testes idoneos, & quare talis extensio admissa reperiatur, quã

uis

nis extensio non admittatur in correctorijs etiam ex identitate rationis.

Text. in cap. cum esses. 10. de testament. dum requirit testes idoneos, ideoque fundans se in eo, an teneatur probare idoneitatem testium, & licet Bart. teneat opinionem affirmatiuam esse veram, tamen talis opinio non potest substineri, quia tunc idoneitas testium, venit probanda, quando Lex intenderet in aliquo actu requiri testes omni exceptione maiores, cum præsumptio iuris sit, quod testes præsumantur idonei, secus verò, quod sint tales in superlatiuo gradu.

SVMMARIVM.

114 *Parochi præsentia an necessariò requiratur vltra duos, vel tres testes, si fiat testamentum iuxta cap. cum esses de testam. & n. 112. et 113.*

114 *Cap. cum esses. de testam. requirens Parochum in testamento, an id fuerit per accidens. et numer. 115.*

115 *Bntr. reprobatur, dum sentit, quod iuxta cap. cum esses. de testam. non sit necessarius Parochus in testamento.*

116 *Parochi præsentia est omnino necessaria, si fiat testamentum iuxta cap. cum esses. de testam.*

117 *de Parochi præsentia in cap. cum esses de testament. mentio sit, non in narratione casus, sed in responsione.*

118 *Parochi præsentia, si quis assereretur non esse necessaria, iuxta cap. cum esses. de testam. id esset temerarium, & vide nu. 119. et 120.*

121 *Testamentum factum coram duobus testibus, & duobus alijs loco Parochi, valet secundum text. in cap. cum esses de testam.*

122 *Testibus, duobus legalibus magis est credendum, quàm Parocho.*

123 *Testi vni non creditur etiam Episcopo, vel quantumuis magnæ auctoritatis.*

124 *Testamentum factum in Terris Ecclesiæ corã duobus testibus. & Parocho valet, item si corã quatuor testibus sine Parocho. & numer. 126. 127. 138. 142. 143.*

125 *Testimonium duorum testium videtur fortius cuiuscumque auctoritatis.*

128 *Parochi præsentia de qua in cap. cum esses. de testam. non potest alterari.*

129 *Cap. cum esses. de testam. cum sit correctorium Iuris communis, ideo eius dispositio non potest extendi.*

130 *Extensio non admittitur in correctorijs etiam ex identitate rationis. & nu. 132.*

131 *Parochi præsentia, quando non potest haberi iuxta cap. cum esses. de testam. recurrendum est ad ius commune.*

133 *in Correctorijs admittitur extensio, tunc ex identitate rationis, quando ea est expressa, alias secus.*

134 *Ratio extendit, & ampliat dispositionem.*

135 *Ratio generalis efficit, vt dictum extendatur ad casum, ad quem aliàs non adaptantur verba.*

Quod procedit etiamsi essemus in stricta materia.

136 *Extensio, quando fit per rationem expressam in lege, non dicitur verè extensio, sed comprehensio.*

137 *Extensio in cap. cum esses de testam. de casu ad casum benè fit, propter rationem ibi expressam.*

Et hoc non obstante, quod sit materia correctoria iuris communis.

140 *Extensio in correctorijs, licet non fiat ex identitate rationis, fit tamen ex maioritate.*

141 *Respublica interest, vt quantum possibile sit testamenta substineatur.*

246 *Cap. cum esses. de testament. cum loquatur de presbytero suo, an intret si interueniat alius presbyter.*

148 *Sacerdos proprius dicitur Parochus, qui est pater spiritualis.*

149 *Sacerdos, cui est commissa cura generalis Sacramentorum, licet non sit parochus, rectè interuenit in testamento secundum cap. cum esses de testam.*

150 *Testamentum iuxta cap. cum esses. de testam. rectè fit, si fiat coram eo, qui gerit curam animarum in oppido.*

152 *Testamentum factum secundum cap. cum esses. de testam an valeat, si fiat coram Confessario testatoris.*

153 *Anima cæteris rebus est præferenda.*

Fidelis in maiori, censetur & idem in minori.

154 *Parochus non semper assumit curam animæ testatoris, nec eius animam iudicat.*

155 *Cap. cum esses. de testam. videtur etiam posse loqui in terminis Presbyteri Confessarij testatoris, & quare. et nu. 156. 157.*

158 *Testamentum factum coram Confessario non substinetur iuxta cap. cum esses. de testam. quia ibi loquitur textus de Parocho.*

159 *Opinio tamen contraria non videtur spernẽda.*

160 *Iudex animarum non minus est, quàm Iudex temporalis.*

161 *Testamentum coram Iudice conditum, an valeat. si adsint duo testes.*

163 *Parochi præsentiam solum requirit text. in cap. cum esses de testament.*

Et sic si eo non interuenit, vti testis.

164 *Parochus iuxta cap. cum esses. de testament. sufficit interuenire, vti Notarium rogatum de testamento.*

165 *Parochi in testamentis, an connumerentur inter personas publicas.*

166 *Clerici sunt prohibiti exercere officium Tabellionis.*

Testamentum, quando est scriptum à Parocho, quid requiratur, vt valeat.

167 *Testamentum conditum coram Parocho, & duobus testibus, valet, quamuis sit scriptum nõ à Notario, sed a Parocho, & hoc secundum cap. cum esses de testam.*

168 Cap.

168 *Cap cum esset. de testam. non requirit præsentiã Notarij.*

169 *Cap cum esset. de testam an admittat æquipollentiam, si fiat testamentum coram Parocho, sine testibus.*

170 *ex Testamento ad pias causas, & militis, an vitiõ inferatur ad testamentum de quo in cap. cum esset. de testam.*

171 *Testes, pro essentia testamenti, an requirat cap. cum esset. de testam. & num. 172. 173.*

175 *Cap cum esset. de testam. alterauit dispositionẽ Iuris Ciuilis circa numerũ testiũ & nu. 176.*

176 *Testes de quibus in cap. cum esset. de testament. sunt de forma essentiali testamenti.*

177 *Testes in testamentis pijs non sunt de essentia ipsius testamenti, & quare.*

178 *Paris. in consil. 24. num 34. part. 3. reijcitur dũ sentit in terminis cap. cum esset. de testam. requiri in superlatino gradu idoneos.*

179 *Testes in superlatiuo gradu idoneos, quando lex videatur requirere. & num. 184. & 185.*

180 *Testes idoneos, quando Lex requirit, non tamen intelligit eos velle esse tales in superlatiuo gradu. & num 182.*

Lex, quando loquitur de testibus idoneis, intelligit de idoneitate ordinaria.

181 *Testes, si asseratur esse pauperes, non ideo dicuntur non esse idoneos, si sint probatæ vitæ, & honestis nominis.*

183 *ad Instrumenti reprobationem lex requirit Testes magis idoneos.*

185 *Testium idoneorum appellatione, si venirent illi, qui sunt omni exceptione maiores, quale absurdum sequeretur.*

186 *inter Testes idoneos, & omni exceptione maiores, quæ sit differentia.*

187 *Testem idoneum, quando Iura tantum requirunt, quis magno gaudet commodo, & quare. num. 188.*

189 *Idoneus quilibet de Iure præsumitur.*

190 *Testis idoneus, quilibet præsumitur, dum contrarium nõ docetur, id enim à natura procedit.*

191 *in Testamento condito iuxta cap. cum esset de testam. se fundans, non tenetur probare testiũ idoneitatem, & quare. num 192.*

193 *in Cap cum esset. de testam. dum requiruntur testes idonei, satis est, vt adsit, ea idoneitas, quæ a iure præsumitur. & num. 104.*

194 *ob Iuris præsumptionẽ, quis liberatur ab onere probationis.*

196 *Testes idoneos, dum lex requirit, tunc ea qualitas in testibus est iustificanda.*

197 *Lex si requirat testes omni exceptione maiores, tunc ea qualitas est probanda, alias pars succumbet. & num. 198.*

199 *Bonus licet quilibet præsumatur, non tamen censetur omni exceptione maior. & nu. 200.*

201 *Optimus cum quis nõ præsumatur, ideo id probandum venit.*

202 *Testes, quod præsumantur omni exceptione maiores, ista est opinio nonnullorum Doctorũ reprobata.*

CAPVT XXXV.

Circa prædictam *Decretalem cum esset. de testam.* illud etiam præter superius dicta animaduertendum venit, quamuis *Anton. de Butr. in repetit. eiusdem decretalis.* conatus fuerit
111 defendere parochi præsentiam non esse necessariam, sed sat esse duos, vel tres testes, ex ratione illius text. *quia in ore duorum, vel triũ*
112 *stat omne verbum*, ex qua videtur apparere, quod etiam si fiat coram duobus testibus
113 tantum valet testamentum, & licet Summus Pontifex mentionem faciat de presbytero parochiali, loquitur secundum consuetudinem, & accidentiã facti quia de facto cõtingerat, quod parochialis presbyter interuenerat,
114 non autem, quod sit necessarium de Iure, vt patet ex ratione literæ, quæ videtur quod suf-
115 ficiant duo testes cum in ore duorum, vel trium stet omne verbum &c. eandem opinionem videtur etiã tenere *Vasq. de success. creat. §. 21. num 2. in fin et num. 3. &* Io. Dilect. *de art. testand. titul. 2. caut. 2. num* 4 Tamen quidquid *Butr.* dixerit veritas est in contrarium, & vel communis retinetur opinio illa, parochi præsentiam esse de necessitate pro validitate te-
116 stamenti conditi iuxta dispositionem *dict. cap. cum esset.* quia Papa mentionem facit de Parocho, non in narratione facti, sed in respõ-
117 sione, & ideo videtur, quod nisi requireret Parochus, mentionem non fecisset de eo, & super hoc vidẽdi sunt *Imol Abb.* & alij Scribentes *in d. cap cum esset.* & notauit *Marc. Ant. Genuens. in suis practicab. Ecclesiast. centenar. 23. quæst 660. num. 1. in fin & secundum Clar. in d. §. Testamentum quæst 57. num 4.*

Stultus esset, qui ab hac sententia in iudicã-
118 do in foro exteriori recederet, quia ea satis clara apparet ex ipso textu *in d. cap. cum esset.* dum ibi dicitur, Et testamenta ad prophana debere sustineri, quæ condunt Parochiani coram suo Parocho, et tribus, aut duobus testibus idoneis, quid enim clarius? Responderi
119 verò potest, ad rationem illam, de qua supra, quod in ore duorum, vel trium &c consideran-do Summum Pontificem non adduxisse eam rationem ad probãdam totam dispositionem illius *text. cap. cum esset.* sed ad ostendendum rigorem iuris Ciuilis requirẽtis septem testes, non conformem iuri Diuino, cum vltra illud requirat etiam tot testes, sed ad demonstrandam sufficientiam duorum, vel trium aliorum testium, adiuncta proprij Parochi præsentia,
120 quæ multum valet ad excludendam præsũptionem fraudis, & falsitatis, *vt latè per Imol. in d. cap. cum esset. num 13.*

Illud quoque in controuersiam ponere non arbitror, scilicet testamentum factum in Ter-
121 ris Ecclesiæ coram quatuor testibus sine Parocho, valere ex ratione, quia duo testes paro-

cho præponderant, notumque est non minus
esse confidendum de duobus testibus legali-
122 bus, quam parocho, quia non creditur vni
etiam Episcopo, vel quantumuis dignæ, vel
cuiuscumque auctoritatis personæ. *cap. in no-
mine Domini.extra de testib. l.iusiurandi.C.eod.*
& tamen creditur duobus testibus. *cap. licet
quadam. de testib. cum simil.* & in puncto casus
nostri propter hanc ratione indubiè firmarunt
123 multi celebres Iurisconsulti, et præsertim
*Speculat.in titul. de instrument. edit. §.compen-
diosè.post num.*12. et hanc opinionem esse cō-
muniter approbatam, *ait, Bertrand. consil.*41.
num,6.lib.3.in 2.part. & quod ita communiter
teneant omnes, *asserit Alex. in consil.*105. *nu-
mer.*15.*lib.*4. *latè* Dec *in consil.*283. *Viso pūcto,
& diligenter.num.*6. *& seq. vers. sed tamen præ-
dictis non obstantibus &c.* vbi multas auctori-
tates adducit, & testatur hanc esse magis cō-
munem omnium Doctorum sententiam, et ita
seruari de consuetudine, quod valet testamen-
124 tum in terris Ecclesiæ coram duobus testi-
stibus, et Parocho, vel quatuor testibus sine
Parocho etiam ad non pias causas *Alex. con-
sil.*176. *sub num.*10. *vers. loco presbyteri interue-
niant duo alij testes &c. lib.*5. Calderin.*consil.*8.
*Testator in loco titul.de testament. in fin. vers. di-
ctum duorum testium non minus est validum,
quàm vnius presbyteri &c.* & ita communiter
tenent Scribentes, *& præsertim Io. Andr. Butr.
Abb. & alij in repetition. d.cap.cum esses* Rolād.
*à Valle consil.*32.*num,*43.*lib.*3. *vbi post Alex.*

Inquit, valere testamentum conditum in
Ciuitate Rauennæ, et sic in terris Ecclesiæ co-
125 ram quatuor testibus sine parochiano, quia
testimonium duorum testium, fortius videtur
cuiuscumq; auctoritatis &c. *Io. Dilect. Durant.
in tractat. de art. testand. titul.*2.*cautel.*2 *num.*3.
*vers. remedium est, quod loco presbyteri adhibeā-
tur duo alij testes &c.* ibique plures alios DD.
hanc opinionem tuentes adducit. Sicuti etiam
facit Petr. *Gened. in collectan. Iur. Canon. collе-
ctan.*159.*nu.*2. *vers. quando Parochialis Presby-
ter haberi non potest remedium est &c. videndus
est etiam* Capifer. *in tractat de numer. test. par.*2.
*cap.*8.*nu.*9.*vers. quatuor testes absque interuentu
Parochi sat essent &c.* & Addo *Hippolyt.* Rimi-
*nald. in consil.*128.*num.*9. *& seq. lib.*2. *versic. se-
quitur, quod testamētum factum coram quatuor
testibus &c.* ibique concludit, Testamentum
factum in Ciuitate Ferrariæ cū sit de tempo-
126 rali iurisdictione Ecclesiæ Romanæ, & ob id
in ea ius Canonicum seruari debeat, ideo va-
lere testamentum factum coram quatuor te-
stibus absque Parocho. Et de Ciuitate Fulgi-
nei, in temporalibus pariter subiecta Romano
127 Pontifici, vt valeat testamentum conditum,
vt supra consuluit *Houded. in consil.*77. *nu.*16.
*vers. sustinetur testamentum conditum coram
quatuor testibus sine Parocho &c. vol.*1. De Ci-
uitate Rauennæ etiam existenti sub temporali
dominio Ecclesiæ, respondet *Alex. & Roland.*
supra allegati. addo Barbos. *in collectan. ad dict.
cap. cum esses. nu.*7. *vers. numerum verò duorum
aliorum testium superadditum supplere defectum
personæ presbyteri &c.* Borella *in Summ. Decis.
part.*3.*titul.*20. *num.*210. *Zipæus in enarration.
analitica Iuris noui lib.*3 *titul. de testament. nu-
mer.*14. Marc *de success. par.*4 *quæst.* 1. *articul.*8.
*num.*33. *vers. in Terris Ecclesiæ, testamentum
sine Parocho est validum cū quatuor testibus &c.*
Vide infra *à num.* 143. vbi habes alios DD. &
Decisiones.

Scio quidem apud nōnullos Doctores scru-
pulum fuisse circa admissionem talis opinio-
nis, quia considerarunt, *textum in d. cap. cum
128 esses.* requirentem præsentiam parochi, non
posse alterari, & maximè quia *d cap.* venit ad
correctionem Iuris ciuilis requirentis septem
testes, ergo non debet extendi ad alium casum
129 prædicta dispositio, ibi non expressum, scili-
cet, vt si non possit haberi præsentia parochi,
adhibeantur duo testes loco illius. Vtique cū
simus in correctorijs non admittitur extensio
130 etiam ex identitate rationis, per id quod ha-
bemus *in l. præcipimus. de appellat. cum similib.*
& ratiocinantur *Aldou. consil.*97.*num.* 15. Gra-
tian. *discept. forens. cap.*653.*num.*43.*cum alijs al-
legatis per Rotam coram bon mem.* Card. Verof-
pio *Sen. decis.*461.*num.*4.*vers. cum sit iuris com-
munis correctorium, ita debet &c. part.*2. *recent.
& coram Reuerendissimo D.* Dunozetto *Decano
decis.*547 *num.*5.*vers. non fit extensio ex identi-
tate rationis &c. part.*5. *recent. tom.*2. *& coram
eodem decis.*264.*numer.* 20. *vers. vt fiat extensio
non sufficit identitas rationis &c. par.*6. *recent.*

Videtur ergo firmandum, in casu, quo pa-
131 rochus haberi nō potest, cum super tali par-
ticularitate *d cap. cum esses.* non prouiderit, tūc
recurrendum sit ad dispositionem iuris Ciui-
lis, sicque necessarij sint septem testes, ex qui-
bus, & similibus rationibus inducti à superius
communi opinione recedere non dubitarunt
plures Doctores, & præsertim *Io. de Imol. in
l. nemo potest. ff. de legat.* 1. vbi ex eis non est au-
sus firmare opinionem *Speculat. titul. de instru-
ment. edit. §. compendiosè. num.*12. quem supra
allegaui, ita quoque consuluit *Petr. Philipp.*
Corn. *in consil.*77 *Licet autem de iure. numer.* 1.
vers. standum est solemnitatibus iuris Ciuilis, *nisi
quando interueniat presbyter parochialis &c. vol.*1.
& sequitur *Ferdinand.* Vasquez *de success. creat.
§.*21. *num.* 1. quos refert *Graß. de success. §. Te-
stamentum quæst.*56.*sub num.*4.*vers. Alijs verò
contra sentientibus &c.*

Sed hac obiectione parum in contrarium
faciente non obnubilatur nostra iam firmata
sententia, concedendo in correctorijs non
132 admitti extensionem, etiam ex identitate
rationis, quia id verum intelligo, quando ra-
tio in lege correctoria non est expressa, at si
expressa reperiatur, pro vt ea legitur *in d. cap.
cum esses.* scilicet, quod in ore duorum, vel
133 trium &c. et tunc ex identitate rationis po-
test

Digitized by Google

test fieri extensio etiam in correctorijs, vt est
*glos. notabilis in c. lem. cum rationi. 1. in verb. eli-
gatur de elect.* quæ glos. communiter notatur
ad hoc quod in correctorijs, & exorbitanti-
bus extenditur dispositio ex ratione expressa
in lege, vel alia constitutione. Estque satis de-
134 cantatum illud Iuris elementum, nempe
quod ratio extendit, & ampliat dispositionem,
*vt constat ex pluribus allegatis per Tiraquell. in
tractat. cessant. caus. num.* 158. Cald. Pereira in
*tractat. de empt. & vendit. cap. 33. num. 52. Cor-
duba de Lara in l. si quis à liberis, §. item rescrip-
sit. num. 43 ff. de liber. agnoscend.* Surd. *in tractat.
de aliment. titul.* 1. *quæst.* 44. *num.* 15. Mench.
*illustr. quæst. cap. 37. num. 4. & cap. 57. num. 15.
& cap. 76. num. 1. et cap. 87. num. 27.* Mascard.
de probat. conclus. 310. num. 10. vbi, quod ratio
135 generalis efficit, vt dictum extendatur ad
casum, ad quem aliàs non adaptantur verba,
etiam in stricta materia. *lateque tractat Fusar.
in tractat. de substitut. quæst. 343. num. 15. & 17.*
sensitque Rota *coram bon. mem. Coccin. in causa
Viterbien. Castrorum 21. Iunij 1628. est dec. 196.
numer. 68. vers. ratio enim generalior dicto &c.
part. 5. recent.*

Et in terminis, quod in materia odiosa, &
lege correctoria admittatur extensio, quando
136 ratio est expressa, ad omnes casus, quibus ea
ratio adaptari potest, quasi tunc non dicatur
extensio, sed potius comprehensio, discutiunt
*Petr. Barbos. in rubric. solut. matr. part. 1. nu. 51.
& melius in l. si constante. num. 102. ff eodem ti-
tul.* Gutiet. *canonic. quæst. lib. 1 cap. 10. numer. 3.*
Io Valer. *in different. vtriusque for. in verb. Lex.
different.* 5. Surd. *consil. 67. num. 21. vers. in odio-
sis, in pœnalibus, & in correctorijs &c.* admisitq;
*Rota coram Reuerendiss. D. Dunozetto Decano
in causa Romana Alimentorum 30. Ianuar. 1637
est in recent. decis. 194. nu. 27. vers. cum amplia-
tio propter generalitatem rationis admittitur etiã
in odiosis, & exorbitantibus &c. part. 7. rec.*

In puncto verò nostræ conclusionis, vt quia
habetur expressa ratio *in d. cap. cum esses.* ideò
137 licitè fiat extensio de casu ad casum, ex idẽ-
titate rationis, quamuis versemur in materia
correctoria iuris ciuilis, indubiè admiserunt
*Alex. in consil. 17. num. 16. vers. in l. correctoria,
quando est scripta ratio, tunc ex identitate ra-
tionis potest fieri extensio, et st scripta ratio in tex-
tu, quod in ore duorum vel trium &c. lib. 3.* Carol.
Ruin. *in consil. 51. nu. 11. vers. cum ratio sit scrip-
ta in text. illius cap. cum esses &c. vol. 1.* Guald.
*in tractat. de art. testand. titul. 2. cautel. 1. nu. 3.
vers. in iure canonico est scripta ratio, in ore
duorum vel trium &c.* optimeque ratiocinata
est Rota *coram bon. mem. Coccino decis. 459. nu-
mer. 15 part. 5. recent. tom. 2.* vbi asseritur, quam-
uis text. in *d. cap. cum esses* tantum disponat
138 valere testamentum factum coram Parocho,
& duobus testibus, nihilominus valere etiam
si fiat coram quatuor testibus sine Parocho, &
tamen de hoc nihil dicitur in textu, sed hoc
139 euenire ob rationis identitatem, cum duo
illi alij testes non sint minoris fidei, Parocho,
vt abundè iam dixi supra, vtique hic non so-
lum adest identitas, sed etiam maioritas ra-
tionis cum plus credatur duobus, quàm vni
140 nam, & ob maioritatem rationis admittitur
extẽsio etiam in materia iuris communis cor-
rectoria, *vt sensit Rota decis. 164. num. 20. vers.
non sufficit identitas, sed requiritur maioritas
rationis &c. part. 6. recent.* Fauet pariter opi-
nio illa, quod quantum possibile semper est
141 iudicandum venit pro sustinendo testamẽ-
to, cum id Reipublicæ intersit, ex pluribus re-
latis *per Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. vo-
lunt. lib. 2. cap. 15. per tot. & in puncto per* Dec.
*in consil. 283. num. 8. vers. fauore testamenti iudi-
candum est.*

Sublata modo prædicta difficultate magis
audacter affirmare possumus, omnino validum
testamentum esse, conditum coram quatuor
testibus, sine Parocho, dum eius loco duo illi
142 testes fuerunt adhibiti, et præter supra alle-
gatos Doctores *nu. 123.* adde *Iul. Clar. in §. Te-
stamentum. quæst. 56 sub num. 3* vbi ait hanc
opinionem esse communiter retentam, & pro-
143 pter auctoritatem illam tenentium credit in
practica obtinere locum, neque ipse auderet
consulendo, aut iudicando ab ea recedere &c.
de communi, et magis communi opinione te-
statur etiam *Michael* Crass. *de success. §. Testa-
mentum, et etiam quæst. 56. num. 4.* Simon. de
Præt. *de interpretat. vltim. volũt. lib. 2. dubitat. 2.
solut. 3. numer. 31 vers. adde loco Sacerdotis suffi-
cere duos alios testes &c.* et subiungit hanc opi-
144 nionem vti magis communem esse tenendã,
idemque affirmat *Thom. Grammatic. consil.* 116.
*num. 4. vers. duo alij testes sunt maioris auctori-
tatis, quàm presbyter solus &c.* sic quoque sen-
sit *Ambrosin. decis. Perusin. 13. num. 14.* quem re-
fert, & sequitur *Ioseph Mele in addit. ad decis.
Gizzarel. 46. num. 1. vers. duo testes supernume-
rarij loco Parochi sufficiant &c. Boer. decis.* Se-
natus Burdegal. 93. *num. 4. vers. vel coram qua-
tuor testibus sine præsentia* Parochi *etiam ad non
pias causas conditum valet &c.*

Tandem verò prædicta conclusio in Rotæ
145 Auditorio recepta apparet, et non solum ex
allegata *decis. 459. num. 13. par. 5. recent.* sed iam
olim fuit admissum *in causa Perusina Bonorũ
7. Februarij. 1583. coram bo. mem. Gypsio. §. Non
obstat, quod dispositio. vers. absolutè est verum,
quoniam vltra duos testes presbyterum parochia-
lẽ requirit. & ipso deficiente duos alios testes &c.*
ita pariter fuit iudicatum *in causa Leodien Do-
minij 4. Martij 1619. coram bon. mem. Cardin.
Caualer. est decis. 497. num. 3. vers. procedit etiã,
si testamentum sit conditum coram quatuor testi-
bus sine Parocho &c. inter eius impress.*

Vlterius illud etiam adnotare duxi, cum
d. decretalis cum esses. loquatur de presbytero
146 suo, & sic de proprio Sacerdote, qui est Pa-
rochus, vnde sat non esset si alius presbyter

Pp 2 loco

Digitized by Google

loco illius interuenitet, *prout sensit Abb Panorm. in d. cap cum esset. numer. 7. vers si interueniat alius presbyter &c.* & sequitur Guald. *in tractat. de art. testand titul. 2. cautel. 2 sub nu. 2. vers. anim aduertendum tamen est, quod presbyter sit ille, cui est commissa cura animarum &c.* idemque sensit Capiferr. *in tractat. de numer. test part 2. cap 8. num. 5. vers. loquitur textus de proprio parocho, ita quod non sufficeret alias presbyter &c.* et adde Petr. Cened. *in collectan. Decretalium. collectan. 159. numer. 2. vers. parochus debet esse proprius, ita quod non sufficiat alius presbyter &c.* & allegat Renatum Coppinum *de sacr. Politica lib. 3. titul. 1. nu. 13.* addo Sebastian. à Chrystianen. *in annotat. ad* Paul. *Christianaeum ad Leges Municipal. Ciuitatis, & Prouinc. Mechlinienses titul. 17. rubric de testament. ad nu. 14.* vbi refert, et sequitur *Charond lib 13. respons 40.* asserentem, quando testamentum
147 factum foret tempore hæreseos coram Ministro, et testibus, non valere, cum non possit haberi pro parocho,

Et generaliter, quod testamentum factum coram non proprio parocho non valeat, deinde eamdem opinionem secuti sunt *Augustin. Barbos. ad d. cap. cum esset. numer 6. vers. proprio parocho ita, quod nō sufficiat alius presbyter &c.* Reuerendiss. Genuens *in suis practicabil. b. Ecclesiast. tricenar. 23. quaest. 660. num 1. vers. nisi requireretur Parochus, Papa non fecisset mentionē de eo &c.* Proprius enim Sacerdos, idest paro-
148 chus dicitur pater spiritualis *can anet. 30 q. 1.* coram quo minor est suspicio falsitatis, quàm coram alio Sacerdote, *vt aduertit Abb. in dicto cap cum esset. num. 7.*

Limita tamen hanc conclusionem, nisi essemus in eo presbytero, cui esset commissa ge-
149 neralis cura Sacramentorum, licet non esset parochus, sicuti inquit *Guald. d. cautel. 2. sub num. 2.* nam testamētum factum coram eo perinde valet, perinde ac si coram presbytero Parochiali factum esset. *Corn. in consil. 12. sub num. 12 vers ponderandum est. lib. 2.* ibi, enim
150 firmat, valere testamentum, in quo interuenit ille, qui gerebat in Oppido curam animarum. Item limita in casu, quo aliquis presbyter communiter reputabatur parochus, quā-
151 uis in rei veritate talis non esset, *vt ex decisione in causa Perusina bonorum coram Gypsio tetigi supra num. 13.* Item limita si testamentū esset factum coram Confessore testatoris, licèt alio, quàm Parocho, quia confidentia, quā
152 habent iura in parocho, dum reputatur fidelis in maiori, nempe circa curā animæ, quæ est cœteris rebus præferenda *l sancimus. C. de sacrosanct. Eccles. & Matth. cap. 19. et Luc. cap. 9. & cap. cum infirmitas. de pœnit. & remiss.* sic
153 pariter reputabitur fidelis in minori, idest in rebus temporalibus.

Qualis confidentiæ præsumptio, et ratio cessare non videtur in ipso Confessore testatoris, præsertim cum presbyter parochialis non
154 semper assumat curam animæ testatoris, nec eius animam iudicat, vel ex defectu sui, vel ex defectu testatoris, et tamen *text. in d. cum esset.* generaliter loquitur, ibi, *coram presbytero suo,*
155 et maior ratio videtur esse in confessore, cui in specie est commissa cura animæ ipsius testatoris, et eam actu assumpsit, et locum DEI actualiter tenuit illam iudicando, quàm in
156 presbytero parochiali, qui licet fuerit ei cōmissa cura animæ, et haberet locū DEI actualiter subire, et illam curam actu non suscepit
157 nec locum DEI subijt, nec animam ipsius testatoris iudicauit super quo articulo benè differit Burgos. *de Paz in l. 3. Tauri ex num. 377. in fin. et consultus sic respondit Philipp.* Corn. *in consil. 261. numer 31. vers interuenit eius confessor &c. lib 4.* Capiscr. *de numer. test. dict. part. 2. cap 8. sub num 5. vers. & idem si esset confessor testatoris, licet alius, quam Parochus &c.* et adde *Paul Æmil.* Gall. *in tractat. de except. testament. part. 2. titul. 1. except. 7. num. 11. vers. licet Parochus in eo non interuenerat, vel Confessor. sine quibus in terris Ecclesiæ testamenta fieri non possunt d. cap. cum esset de testament. &c.* eamque pariter opinionem fouet Rota, vt videre est *coram Reuerendiss* Terracinen. *in d. Firmana Codicillorum 13. Nouemb 1645. § Tertia responsio. vers Lex confidit de Confessario &c.*

Contrarium tamen, quod testamentum fa-
158 ctum coram proprio Confessario, & non Parocho testatoris non possit subsistere, quia de Confessario nulla mentio per Summum Pontificem fit, *in d. cap. cum esset.* & ideo contrariorum dicentium rationes colloratas esse dixerunt *Valasc consultat. 74. numer. 9 vers. ista sunt colorata rationes non tamen ex illis videtur recedendum à forma &c.* Borell. *in summa decis. Regn Neapolitan. titul. de testament. num. 109.* Spin *in Specul testam. glos. 3. nu 39. in fin.* & sequitur *Didac. de Mari in addit. ad Gizzarell. decis 37. vers. nec procedit, si testamentum conficeret proprius confessor &c.* idemque sensit *Ioan. Maria Nouar. in tractat. de priuileg. miserabil. person. priuileg. 129 sub num. 4. vers. testamentum coram proprio confessario factum non potest subsistere &c.* Prior tamen opinio nō videtur pe-
159 nitus spernenda. Sed persistendo in terminis presbyteri testatoris, qui intelligitur proprius Parochus.

Non est mirandum, dum testamentum factum coram presbytero testatoris, cum minori numero septem testium valeat, nam ille di-
160 citur Iudex animarum, quod non minus est, quàm esse Iudicem temporalem, *vt ratiocinatus est* Bald. *in consil. 285 si quis circa med. vers. sunt Iudices animarū quod nō minus est, quam esse iudicē tēporalē &c. vol. 3.* & sequitur *Guald. de art. testand. d. titul. 2. cautel 2. sub n. 2. vers. talis presbyter est Iudex animar. & dignior iudice seculari &c.* Qui Doctores ex hoc inferunt, sicuti valet testamentum conditū coram Iudi-
161 ce seculari, et duobus testibus. *l omnium, aū*

ibi

ibi notat. C de testament. ita decretalis illa cum
*esses.*disponit idem esse in presbytero, & ita
162 seruare Venetos testatur *Bald in proxim ci-*
tat loco, et iure gentiū ita esse videtur, quod in
ore duorū, vel triū idoneorum stet omne ver-
bū *l. et ibi Bart. ff de militar. testament.* & facit,
quod notatur *in l si post diuisionem, & ibi glos.*
& l. cum quis ff. de iur. & fact. ignorant.

Notandum diligenter pariter illud venit,
nempe quando quis testatur iuxta dispositio-
d. cap. cum esses nō est necesse, vt præsbyter in-
163 teruenit, vti testis, sed sufficit sola eius præ-
sentia, cum duobus alijs testibus, quam præ-
sentiā solam exigit d. textus ibi *coram præsby-*
tero suo, et hic faciunt quæ congessi in termi-
nis Conc. Trident. *session. 24. cap. 1. de reformat.*
matrim. irritauris matrimonium celebratum
sine interuentu parochi &c. in annotat. ad de-
cis. 431. num. 13. part. 4 recent. tom. 2. et in pun-
cto ponderauit Paris. *in consil 50. sub nu 3. vers.*
vers. testes necessarij duo sufficiunt, et satis est
Rectori exhibere præsentiam sui &c. part. 3. &
sequitur *Couar. in repetition. d. cap cum esses.*
sub num. 15. vers. cæterum hæc interpretatio &c.
qui etiam concludunt, quod sat est, rectorem
interuenire, vti notarium rogatum de testa-
mento cum duobus testibus, & clare affirmat
Magdalen. de numer. testiū in testam. requisit.
part. 2 cap 8 num 11. vers. vbi enim interuenit
Presbyter Parochialis non est necesse vt inter-
ueniat tamquam testis &c. et vers. vnde satis es-
set, quod interueniat vti Notarius rogatus de
testamento cum duobus testibus &c. assentitq.
Valasc. consultat. 74. num. 10. vers. an sufficiat,
quod hic presbyter accesserit huic testamento tā-
quam Notarius, et non vt testis &c. Moribusq.
receptum est, *secundum Costal. ad l. 1 ff. de iu-*
stit. et iur.

Sacerdotes parochiales in testamentis, cō-
165 numerari inter publicas personas. ideoque
rectè conficiunt testamentum, quod et sequi-
tur *Paul. Christianeus ad. d. leges Municipales*
Mechlinienses titul. 17. rubric. de testam nu. 14.
vbi attestatur in facti contingentia de quodā
qui impugnauit testamentum tamquam nul-
166 lum, quia fuit scriptum non à Notario, sed à
Parocho, et ideo non posse substineri asserebat
cum clerici sint prohibiti esse Tabelliones.
cap. sicut. Ne cleric. vel Monach. cum alijs alle-
gatis in puncto per Decium consil 551. num. 10.
et consil. 612. num. 4. Quo tameo articulo exa-
ctè examinato, vt affirmat idem Christianæus
fuit per sententiā Senatus Prouincialis Me-
chliniensis ad validitatem testamenti iudica-
tum, quia ad illius validitatem sufficit, quod
fiat coram Pastore illius Parochiæ, sub qua
167 testator habitat, et duobus testibus, ita vt
nullatenus sit necessaria præsentia Notarij
iuxta notissimam decisionem Iuris in cap cum
esses de testament. quod moribus etiam receptum
est &c. Concedo *d. cap. cum esses.* licet admit-
tat testamentum coram proprio Parocho, et
duobus testibus tamen Parocho instrumen-
tum publicum desuper faciendi nullatenus
tribuit facultatem, vnde si scriptura fiat ab
eo, erit priuata, cui non creditur, nec fidem
facit, ex allegatis à me supra cap. 24. à nu. 3. *&*
in puncto deducit Benedict Capra *cons. 57. n. 3.*
vers. vi scriptura priuata cui non creditur, quā-
tumuis dicatur scripta manu ipsius Plebani &c.
cum ibi allegatis, & adde *Paris. in consil. 146.*
num. 2. & 3. lib. 4. Dec. *consil 110. nu 1. et consil.*
612. nu. 4. Verum tamen est, quando per Pa-
rochum voluntas testatoris fuit in scriptis re-
dacta, tunc attētā eius depositione, et testium
168 qui interfuerunt tali dispositioni testamen-
rariæ formiter examinatorum, qui de volun-
tate testatoris, in eum modum, quo reperitur
scripta à Parocho deposuerunt, illa ipsa dispo-
sitio potest, et debet in formam authenticam
redigi ad quorumcumque habentium inte-
resse, *per text. in l. publicari C. de testam. & ibi*
Bald. *num. 1* Bart. *in l. fin. num. 17 C. de edict.*
D. *Adrian toll* Aliàs simplex prædicta scrip-
tura Parochi deseruiret de vento.

An autem testamentum factum coram pre-
sbytero parochiali sit validum, si non inter-
uenerint testes, dum alio modo potest proba-
169 ri, puta per confessionem partis, vel alio mo-
do, tractat, & fouet *Vasq. de success. creat. lib. 1.*
§ 24, num. 19. vbi ex testamento militis, & ad
170 pias causas infert ad præfatum testamentū
factum coram Parocho, quale testamentum
similiter non desiderat interuentum duorum
171 testium, nec rogitum, eorum pro forma es-
sentiali, sed tantum propter probationes, &
consequenter, si alio quouis modo probare-
172 tur, valebit sine rogitu testium, & sine in-
teruentu eorū. Idem etiam ex eodē *Vasquez.*
refert Genuens. practicab. Eccles. d. quæst. 660.
173 *n. 3. in fin.* Cui tamen opinioni adhærere
(salua semper meliori sententia) timeo cum
id esset ex diametro contra ea, quæ supra dixi
nempe textum *in d. cap. cum esses,* alterasse, seu
174 mitigasse dispositionem Iuris Ciuilis circa
testamentorum ordinationem quo ad nume-
rum testium, in reliquis verò intactam reli-
176 quisse. Igitur & illi duo testes pro forma es-
sentiali requiruntur, item rogitus testium est
necessarius, aliaq. omnia &c. quod tamen se-
cus est in testamento condito ad pias causas,
177 nam textus *in cap relatum, el. 1. de testamen.*
illud liberauit à vinculis iuris positiui, sicuti
præmisi. *et satis dixi supra cap. 1. per tot.* quod
vtique non legimus *in d. cap. cum esses.*

Nec opinio illa *Paris in consil. 24. numer. 14.*
part. 3. volentis in terminis *d. cap. cum esses.* re-
quiri idoneitatem in testibus in superlatiuo
178 gradu, recipienda mihi videtur, Quia hoc
tunc habere locum dicitur, si lex requireret
testes maximè idoneos, seu quod sint optimæ
179 conditionis, vel per similia loquatur, idque
tamen expressum non habemus *in d. cap. cum*
esses. sed simpliciter loquitur de testibus ido-
neis

neis, ideo non requiritur, quod sint tales in
180 superlatiuo gradu, sed sat est esse tales, quæ
nulla exceptione legitima repelli possint, qua-
re si probaretur testes esse pauperes, non ta-
181 men operaretur id, vt testes non essent ido-
nei, & integræ fidei, dum aliàs sint honesti,
nominis, & vitæ. *cap. si qui. vbi* But. & Felin. *n.*
3. de testib Rot. decis. 44. num. 1. & 2. part. 1. re-
cent. & coram bon. mem. Buratt. *decis. 533. n. 11.*

Exploratumque est quando lex loquitur de
182 idoneis testibus simpliciter, intelligatur de
idoneitate ordinaria, & ad hoc expendo tex-
tum *in l. optimam. C. de contrahend. stipulat.* vbi
quia Imperator ad reprobationem instrumē-
183 ti requirit testes magis idoneos, ideoque
expressè asserit testes vndique idoneos, & om-
184 ni exceptione maiores requirit, ibi, *si per*
scripturam vel saltem per testes vndiq idoneos, et
omni exceptione maiores ostenderit &c. quæ
verba quidem frustratoria fuissent, si appella-
185 tione testium idoneorū venirent testes om-
ni exceptione maiores, quod verum non est,
sicuti iam dixi, quæ autem sit differentia inter
testes idoneos, et omni exceptione maiores
186 eam adducit *Farinacc. in tractat. de testibus*
quæst. 62. n. 3. vbi ad hoc plures DD. adducit.

Magno pariter commodo gaudet quis, dū
187 in aliquo casu Iura desiderant positiuam
idoneitatem, vt est in terminis *d. cap. cum esses.*
nam licet ibi requirātur testes idonei, dum
testamentum conditur iuxta illius dispositio-
nem, non tamen hæres fundans se in tali te-
188 stamento ad effectum vt obtinere debeat,
allegare, & probare astrictus est, testes adhibi-
tos esse idoneos, nam quilibet de iure præsu-
189 mitur idoneus, donec cōtrarium probetur;
idq. colligitur ex *cap dudum, quod est vltim. et*
ibi Felin. *post num. 1. vers in textu, ibi præsumi-*
tur, & num. 33. vers. tertio aduerte &c de præ-
sumpt, idem habemus *in l. cum quidam. ff. de*
legat. 2. sic traditum est, *à Bald. in l. 2. num. 7.*
C. quand. prouocar. non sit necess. ita etiam tra-
dunt *Speculat. in titul de probat. 1. vers. restat, et*
titul de actor. vers. sed qualiter hoc istid Angel.
in auth. de hæred. et falcid. §. hinc nobis. col. 1.
Alciat. *de præsumpt. regul 3 præsump. 3.* Menoc,
eod. tractat. lib. 6. præsumpt. 91. Flamin. *de resi-*
gnat benefic. lib 10. quæst. 3. numer. 54. cum seq.
Gonzal. *ad regul. 8. Cancellar. glos. 4. num. 168.*
Boer. decis. 191. n. 10. vers. quilibet præsumitur
idoneus etiam ad beneficia obtinenda, dummodo
sit Clericus &c.

Et de teste, quod idoneus præsumatur do-
190 nec contrarium probetur, *est glos. in cap. pla-*
cuit. 1, in verb. idonei, de testib. id enim ex natu-
ra procedit. ad notat. *in d. cap. dudum. de præ-*
sumpt Felin. *in cap. Ioannes Bremitæ. num. 40.*
de testib. vbi asserit, in dubio testem præsumi
idoneū, & fide dignum, ac sine defectu *Franc.*
Bec. *consil. 47. sub num. 6. vers. testis præsumitur*
idoneus. & fide dignus &c. Ferrant. Gargar. *in-*
ter consil criminal diuers. consil. 122. numer. 27.
vers. ergo quilibet præsumitur idoneus testis &c.
cum alijs adductis *per* Bursat, *in consil. 359. n. 3.*
vers. idonei testes in dubio præsumuntur &c. &
per Farinac. *in tractat. de testib. quæst. 61. n. 15.*
vers. in teste non requiritur alia qualitas, nisi
idoneitatis, nam illa præsumenda est, ideo nec ar-
ticulanda, nec probanda &c. Benitend. *dec.* Bo-
nonien. *62. num. 18. vers. quis præsumitur ido-*
neus &c. sensitq. Rota *corā sa. me.* Gregor. XV.
decis. 351. num. 1. vers. idoneitas in teste præsu-
mitur donec contrarium probetur &c. quæ de-
cisio replicata etiam habetur in recent. decis 147.
num. 1. part 1 recent.

Inq, terminis nostris, scilicet fundatis se
191 in testamento condito iuxta dispositionem
d. cap. cum esses. vt non teneatur probare testiū
192 idoneitatem, licet decretalis illa requirat
testes idoneos, cum tales à iure præsumantur
consulens ita respondit *Honded. in consil. 77.*
num. 25. vers. quis non tenetur probare identita-
tem &c. vol. 1. & fuit resolutum in Rota *coram*
Reuerendiss. Terracinen. *in causa Firmana*
Codicillorum 28. Iunij 1645. §. Nec subsistit, vbi
dicitur cum *text. in d. cap. cum esses.* requirat
testes idoneos simpliciter, ideo non requiri-
193 tur vt sint tales in superlatiuo gradu, sed sat
esse, si adsit illa idoneitas præsumpta à iure
quæ iustificanda non venit, Nam & est gene-
rale, vt ob iuris præsumptionem quis libere-
194 tur ab onere probationis, cum talis præsum-
ptio dicatur vera, propria, & manifesta proba-
tio, *text. est et ibi* DD. *in l. Imperator. ff. de legat.*
1. Dec. *in rub. extra de probat. cum alijs innu-*
meris relatis per Menoc. *in tractat. de præsumpt.*
lib. 1. præsumpt. 36. à n. 3: et per Mascard. *de*
probation. in proem. quæst. 10 à nu. 40. Et sensit
Rota *coram bo. me.* Cantucc *decis. 4. n. 21 in fin.*
vers. præsumptiones iuris dicuntur liquidissimæ
probationes &c. part. 2. diuers. cum pluribus
alijs adductis *per Beltramin in annotat. ad dec.*
278. Gregor. XV. *in litera B. num. 12. vers. præ-*
sumptio iuris dicitur vera, et liquidissima pro-
batio &c.

Sed persistendo strictè in idoneitate testiū,
ne in præfata ampla materia vager, videtur
firmatę conclusioni, quod quis non teneatur
195 testium idoneitatem probare, ex diametro
obstare sententia *Bart. in l. 1. §. sed si quis neget.*
nu. 11. vers. sed si persona. ff. quemadmod. testam.
aperiantur cuius auctoritate. Dec. *& alij ibidē*
mouentur ad firmandum, quando lex simpli-
citer requirit testes idoneos, prout est casus
196 noster *in d. cap. cum esses.* tunc ea qualitas in
testibus sit probanda Quia ponderandum
venit, Bartolum loqui in terminis *d. l. optimā.*
C. de contrahend. vel committend. stipulat. quæ
exigit ad reprobationem instrumenti testes
197 non simpliciter idoneos, sed vndique ido-
neos, et omni exceptione maiores, *sicuti iam*
dixi supra n. 184. Vnde non est mirum, si tunc
ea superlatiua idoneitas sit articulāda, et pro-
198 banda, alioquin producens succumbere de-
bet,

bet. Nam licet quis præsumatur bonus, non
199 tamen præsumitur omni exceptione maior,
ut per Imol. in d. l. 1. § sed si quis neget. & in l. cū
ab initio. num. 3. ff. quemadmod testam. aper. &
firmat. Alciat. in tract. at. de præsumpt. regul. 2.
præsūpt. 2. vers. sexto ultra Doctores declara
&c. Vbi, quod etsi quis præsumatur bonus, nō
200 tamen præsumitur optimus, subdens hanc
sibi videri veriorem, et communiorem
opinionem, et ita etiam quamuis testis præ-
201 sumatur idoneus, non tamē præsumitur om-
ni exceptione maior, et hac de causa proban-
da est, *ut constat ex DD. pluribus pleno cala-*
mo relatis per Hippolit. Riminald. *consil. 723. à*
n. 23. vers. ista qualitas, quod testis sit omni exce-
ptione maior probanda venit &c. lib. 2.

Imo, et quatenus aliqui DD. asserant, te-
stes præsumi omni exceptione maiores, refu-
202 tantur cum ista opinio subsistentiam non
habeat, sicuti in specie affirmat *Benintend. d.*
decis. 62. nu 18. vers. cum dicunt quod quis in
dubio præsumatur omni exceptione maior com-
muniter eorum dictum reprobatur &c. In hoc
amplius non insistam cum non faciat ad pro-
positum nostrum. Solum concludendo assero
opinionem siquidem *Bart. in d. §. sed si quis*
203 *neget. num. 11.* non officere in casu nostro,
quia *text. in d. cap. cum esses.* non requirit nisi
testes idoneos. quæ positiua idoneitas præsu-
mitur de iure in teste, et ideo iustificanda
non venit, ut abundè dixi. Text verò *in d. l.*
optimam requirit testes omni exceptione ma-
iores, quo casu cum tales à iure non præsu-
mantur, vtique iustificandum id venit, et cū
204 hac distinctione, & non aliter intelligendus
est *Bart. in d. §. sed si quis neget. n. 11.* et ita lo-
quuntur *Ang. in eodem §. et Alex. in consil. 82.*
num. 9. vers. lex, vel statutum si requirant testes
optimæ opinionis est articulandum, et proban-
dū &c. lib. 1. & vide *ibi in Apostill. in litera K.*
ubi plura adducuntur.

ARGVMENTVM.

Infirmus, si quis reperiatur nō in sua, sed in alie-
na Parochia, & ibi decedat, an tunc pro vali-
ditate testamenti ab eo conditi fuerit necessa-
rium proprium parochum ægroti, si fuerit te-
status iuxta cap. cum esses, de testam., vel suf-
ficiat, dum fuit adhibitus parochus illius pa-
rochiæ in qua decessit, Controuersia est satis
dubia, et quæ conclusio præualeat, & multæ
hinc inde adducuntur rationes, & tandem
opinio, quod non requiratur Parochus pro-
prius præualet.

Testamentum factum coram proprio Episcopo,
et duobus, vel tribus testibus, an valeat, secū-
dum dispositionem cap. cum esses, de testam.
& resolutio est affirmatiua; quia in eo militat
eadem confidentiæ ratio, quæ Ius canonicum
habet in proprio Parocho scilicet cura animarum propter quam eum censeat eum con-
fidentem in anima, ergo fortius in rebus tem-
poralibus.

Cap. cum esses. de testamen. cum requirat præ-
sentiam presbyteri Parochialis, quid sit dicē-
dum, si parochus electus, non sit adhuc Sacer-
dos, an valeat testāmentum conditum in eius
præsentia, & affirmatiue respondetur.

SVMMARIVM.

204 *Infirmus, si adsit in aliena parochia, coram quo Parocho valide testetur.*

205 *Testamentum iuxta cap. cum esses. de testam, nisi fiat coram proprio Parocho non valet.*

206 *Cap. cum esses. de testam. remisit solemnitatem. Iuris Ciuilis si testamentum fiat coram proprio Parocho.*

207 *Et non coram quocumque Parocho, seu presbytero.*

208 *Verbum, suo, de quo in cap. cum testes, de testam. ad quid referatur, et num 224.*

209 *Testamentum secundum cap. cum esses. de testam. non poterit comprehendi sub verbis quod possit fieri testamentum coram alieno parocho.*

211 *Parochi proprij præsentia si non requireretur in testamento condito iuxta cap. cum esses. de testam. frustra esset in eo facta mentio proprij Presbyteri.*

212 *Verba, quod non debeant stare otiosa, et deseruire de vento, est conclusio. quod in omni materia procedit.*

213 *Argumentum ineuitabilis superfluitatis non est leue, imo validum, et efficax, et num. 215.*

214 *Iuris correctio, potius est admittenda, cum verba stent ieiunia, arida q.*

215 *Cap. cum esses. de testam. cum loquatur de presbytero suo, an possit extendi ad presbyterum alienum.*

216 *Cap. cum esses. de testam. ut intret quid requiratur.*

217 *Infirmus, quando quis reperitur in aliena parochia, tunc parochus illius loci, est quodammodo suus Parochus.*

218 *Et maxime ad effectum ei subministrandi Sacramenta cōmunionis, extremæ vnctionis &c. et num. 235. et 236.*

219 *Infirmo in aliena parochia, non potest proprius Parochus administrare sacramenta. Quidquid sit de Iure sepulturæ, seu Quartæ funeralis.*

220 *Parochis duobus non est inconueniens, ut quis subsit, quo ad diuersos effectus.*

221 *Parochus alicuius parochiæ dicitur talis, quo ad omnes, qui subsunt sub eius parochia, quamuis adsint ex accidenti, et n. 222 et 234.*

222 *Parochus dum censetur fidelis in anima suorum parochianorum multò magis censetur talis in bonis temporalibus.*

225 *ad Testamenta sustinenda, cum tendat tex.*

in

in cap.cum esses.de testam. et ratio in eo habetur expressa.

226 *Vnde in eo amarè non est sumendus verbum illud suum, et quomodo.*

227 *sub Parochi nomine, de quo in cap.cum esses.de testam qui etiam possint venire. & n 328.*

229 *in Correctorijs non est speranda extensio.*

230 *Legislatores si aliquid voluissent id expressissent.*

234 *Forensis testando in loco vbi est inducta certa forma testandi, eam tenetur seruare. & num.235.*

235 *quo ad Solemnia contractus semper attenditur locus in quo actus fuit.*

237 *Episcopus si assistat testantibus, an valeat testamentum iuxta text. in cap. cum esses. de testament.*

238 *Parochus habet curam immediatam suarum omnium existentium in parochia.*

239 *Literis Episcopis eorum sigillis munitis ius Canonicum credit, & aliquando non credit eorum dispositionibus.*

240 *Lex adhibet fidem secundum varias, & diuersas circumstantias & num.24.*

242 *Episcopus habet generalem curam animarum totius diocesis suæ & n.247.*

243 *Episcopus quamuis committat curam Parochiæ parochus, adhuc tamen ipse retinet curam omnium.*

244 *Parochi potestas est imperfecta respectu Episcopi cum ipse subdatur curæ ipsius Episcopi.*

245 *Episcopi sunt loco duodecim Apostolorum, Parochi verè loco septuaginta duo Discipulorum.*

246 *de Parocho, cum Ius Canonicum confidat, propter curam animarum, idem ergo erit dicendum de Episcopo. & n 250.*

248 *in Correctorijs admittitur extensio ex maioritate rationis.*

249 *Episcopi præsentia est sufficiens ad authorizandum matrimonium quamuis non interueniat parochus.*

251 *de Parocho, quare cap.cum esses.de testam.fecit mentionem*

252 *Parochi solent esse promptiores ad assistendum Parochianis in suis extremis infirmitatibus.*
Episcopi rarò vocantur, vel sponte accedunt ad infirmos.

253 *Parochus si non sit adhuc Sacerdos, an possit authorizare testamentum de quo in cap. cum esses de testam.*
Parochus electus, si non sit sacerdos habet annum à collatione ad illum suscipiendum, & num.256.

254 *Parochus, quamuis non Sacerdos, est tamen verus parochus, & dicitur habere actu curam animarum et n.215.*

257 *Parochus adhuc non Sacerdos, omnia potest exercere in sua parochia, quæ non dependent à potestate Ordinis.*

258 *Parochus, quod possit interuenire testamentis, adhoc non requiritur Sacerdotium.*

259 *in Parocho etiam non Sacerdote, intrat etiam confidentia illa, de qua in cap.cum esses de testam.*

260 *de Presbytero parochiali, quare sit facta mentio in cap.cum esses.de testament.*
Parochi, vt plurimum solent esse Sacerdotes.

261 *Concil.Trident.cap.1 sess.24.requirens ad valorem matrimonij præsentiam Parochi cum duobus testibus non excludit parochum non Sacerdotem.*

262 *Parochum non sacerdotem, non excludit text. in cap.cum esses.de testam.*

CAPVT XXXVI.

NOn ineleganter nunc, et quæramus, prosequendo materiam suprarelatæ insignis decretalis cum esses.10. de testamentis. Quidnam dicendum veniret, si quis non in propria, sed in aliena parochia decederet an
204 tunc pro validitate testamenti ab eo conditi fuerit necessarium, proprium ægroti parochũ vocare, vel validè potuerit testari præsente parocho illius parochiæ, in qua ægrotus decessit. Quæstio ista non parum anceps est, sed remoto omni scrupulo absolutè respondē-
205 dum videtur, nisi testamentum factum reperiatur coram proprio Parocho testatoris nullatenus viribus posset subsistere, idq; apertè probatur auctoritate textus *in d cap.cum esses.* vbi Romanus Pontifex Alexander III. de-
206 creuit, quod testamenta facta coram Presbytero suo, et tribus, aut duobus personis idoneis firma sint, et valeant, non autem remisit solemnitatem Iuris Ciuilis in testamentis factis coram quocumque Parocho, siue
207 Presbytero, sed in his tantũ, quæ Parochiani coram Presbytero suo, et tribus, vel duabus personis idoneis in extrema fecerint infirmitate. Siquidem verbum præfatum, suo, refertur ad Presbyterum Parochum testatoris,
208 vt ibidem explicant Canonistæ, *& signanter Imol num* 12.

Concludentes, quod *d.cap cum esses* correctorium iuris ciuilis non extendatur ad casũ,
209 vbi in testamento facto coram duobus, vel tribus non interuenit proprius presbyter parochialis testatoris, nam talis casus non potest
210 comprehendi in verbis dictæ decretalis, ex quauis lata significatione, et si secus diceretur, frustra ibi facta esset mentio de proprio
211 presbytero, et expressio illa de vento deseruiret, *contra text. in cap. si Papa de priuileg in 6. & l si quando. ff. de legat. 1. l. qui concubinam. §. qui hortos cum glos. fin. ff. de legat. 3 l. hæc stipulatio. §. Diuus ff. vt legat. nomin. caut. l. 1. in princip. & ibi not ff. quod met caus. l. 1. in fin ff. ad municip. l. 3. §. 1. ff. de tutelar* Bald. *in rub. C de contrahend. empt. n. 9. quæst. 9.*

Idque non procedit tantum in legibus, in contractibus &c. sed etiam in iudicijs, in sen-
212 tentijs, in priuilegijs, in renũciationibus, in attesta-

atteſtationibus,in vltimis voluntatibus, in
derogationibus &c. & generaliter in quacũ-
que materia quantumuis ſtricta,exorbitanti,
aut pœnali- *ex congeſtis per* Grauettam *in con-
ſil.pro genero à nu.45 et per* Surd.*in conſil.* 127.
*à num 9.et conſil.*118.*num.*15 *& conſil.*270.*nu.*
10.*et decis.*64.*num.*19.Burg.de Pac. *conſil.* 25.
*num.*21.Tiraquell.*de iure conſtit.part.*3. *limit.*
36 *num.*36.*et de retract.titul.*2.*§.*1.*gloſ.*2.*n.* 24.
& 45.Guticrez *practic.quaſt.lib.*3.*quaſt.*15.*n.*
32.Cald. Pereira *de renouat. emphyteut. quaſt.*
11*num.*14.Gonzal.*ad regul.* 8. *Cancellar. §.*7.
*proem.num.*217.Card. Mantic. *de tacit. & am.
big. conuent. lib.*2.*titul.*12.*num.*1.*& ſeq.*
Hinc argumentum (quidquid nonnulli sẽ-
ſerint)ineuitabilis ſuperfluitatis, quod nõ eſt
213 adeo leue,imo validum,et efficax iudicarũt
*Vincent. de Franch decis.*606.*num.* 10.*part* 4.
Surd.*decis.*322.*num.*25.*verſ. nullum verbum
debet eſſe ſuperfluũ,& ſine virtute operandi &c.*
& ſatis copioſe *per Eumdem in conſil.*217.*n.*9.
verſ.nihil debet eſſe ſuperfluum &c. *adde* Barz.
*decis.*12.*num* 30 Giurb.*decis.*22. *verſ. ne igitur
ſuperuacua &c.*vbi DD.ad hoc ad ſatietatem
cumulat *Grauet.in conſil.pro genero nu.*46.*verſ.
non ita accipi verba oportet. vt inutilia &c. &
num.*47. ampliat etiam,vt potius correctio iu-
214 ris ſit admittenda,quàm vt ieiuna verba,
aridaq; fiant *per text.in auth.ex teſtamento.ibi.*
Fulgos,Roman.C.*de collatio.* Magon.*dec.Flo-
rentin.*3.*n.*4.Rota *penes* Put.*decis.*171.*n.*4.*lib.*1.
*& decis.*121.*num.*35 *part.*2.*diuerſ.& decis.*340
*num.*3.*&* 4 *poſt* 2.*tom.conſil.*Farinac. *& decis.*
357.*num* 3.*& decis.*687.*num.*11.*& decis.* 702.
*nu.*3. *in fin part.*2.*recent, plenè in Narnien. Fi-
deicommiſſi* 6.Iunij 1611.*coram bon. me.* Card.
Sacrato *impreſſ. apud Gratian. diſcept. forenſ.*
306.*nu.*16.*tom.*2.*& benè fuit animaduerſum
coram bon.mem.* Coccino *in celebri cauſa Vi-
terbien.Caſtrorum* 21.*Maij* 1635.*§. Quantum
verò.*vbi dicitur, quod argumentum deductũ
215 à vitanda ſuperfluitate non adeo leue,immo
validum,ac efficax iudicatur.
Cum ergo ſupradictus text.*in cap.cum eſſet,*
ſolum loquatur,quando presbyter ſuus inter-
uenit, ibi, *coram Presbytero ſuo*, Igitur qua
auctoritate poteſt fieri extenſio ad Presbyte-
rũ,qui non ſit ſuus,& meritò,*Guidop. decis.*543
*nu.*10. *et* 11.profitetur,vt habeat locum *d.cap.
cum eſſet,*duo neceſſariò requirit.Primò,quod
216 diſponens ſit ægrotans in extrema infir-
mitate conſtitutus, ſecundò quod in præſen-
tia proprij Parochi fiat tale teſtamentum,
*& vide Clar.in §.Teſtamentum,quaſt.*57.*cum
alijs,vt* per Rotam *coram bon.mem. Card.* Ve-
roſpio *Iun.decis.*356.*num.*9. *verſ. plura requi-
rebantur,vt poſſet eſſe locum diſpoſitioni d. decre-
tali &c.part.*6.*recent.*
Supradictis tamen, & quidquid in contra-
rium poſſent. adduci, minimè ſuffragantibus
contrariam opinionem,vti veriorem canoni-
217 zare non dubito, et Primò, dum quis repe-
ritur in aliena parochiâ infirmus, parochus
illius loci tunc aliquo modo dicitur proprius
illius infirmi ad effectum ei ſubminiſtrãdi Sa-
cramenta,veluti confeſſionis,communionis,&
218 extremæ vnctionis,ex quo intra limites di-
ctæ Parochiæ non poterat alter Parochus in-
firmi ingredi pro adminiſtratione Sacramen-
torum, quidquid dicendum ſit de iure ſepul-
219 turæ,ſeu Quartæ funeralis, an competat ta-
lis ius Parocho infirmi,cum non ſit inconue-
niẽs,quod quis ſubſit duobus Parochis quo ad
220 diuerſos effectus. *Barboſ. de offic. et poteſtat.
Paroch.part.*2.*cap.*21.*nu.*36.*verſ.Domicilium*
Eo enim ipſo,quod ille Parochus (ſub cu-
ius parochia ex aliquo accidenti manet,vt di-
221 xi,ille infirmus) conſtitutus fuit vniuerſalis
dictæ Parochiæ.Parochus, in eo militat ratio
confidentiæ in qua fundatur decretalis *cap.
cum eſſet.*quia nimirum præſumitur perſona
222 legalis,et authorizalis, cum ei fuerit com-
miſſa cura animarum vniuerſalis Parochiæ,
et earum Iudex deputatus, vnde dũ fuit
reputatus fidelis in maiori, hoc eſt circa
223 curam animæ, quæ eſt cœteris rebus præfe-
renda. *l.ſancimus.C. de ſacroſanct. Eccleſ.*er-
gò multò magis debet deputari talis in mi-
nori,hoc eſt in rebus temporalibus, vt dixi.
Secundò reſpondetur,quod omnes Scribẽ-
tes *ſuper d.cap.cum eſſet.de teſtament.* inter-
pretantur quidem illud verbum. ſuo, de preſ-
224 bytero Parochiali,ſed nullus eſt, qui dicat
quod teſtamentum factum coram Parocho,
in cuius Parochia tẽporaliter moraturus de-
ceſſit non teneat, cum autem diſpoſitio dicti
225 textus,vti tendens ad ſubſtrinẽda teſtamen-
ta, et faciliorem illorum probationem ſit fa-
uorabilis,et ratio in littera aſſignata ſit gene-
ralis, vt dixi ſupra n.134.& benè conſidera-
*Corn conſil.*18.*num.*12.*in fin.lib.*2, non eſt re-
ſtringen.ad Parochum,qui in ſtricta ſignifica-
tione eſt ſuus,ſed comprehendit etiam Paro-
chum,in cuius Parochia teſtator deceſſit,et vt
mox dixi,dictus Parochus aliquo modo dici-
226 tur etiam Teſtatoris. Receptum eſt quoque
quod iuxta terminos *d.cap. cum eſſet,* appella-
tione ſui Presbyteri, non tam veniat proprius
Parochus ſtrictè,& rigoroſè loquendo, quàm
Confeſſarius vt habes nu. 152.vel alius Preſ-
227 byter non Parochus, ſed habens generalem
curam animarum,et dixi ſupra nu.149.Vnde
ex his ceſſat ratio,adeo magnificata à Docto-
ribus contrarium tuentibus, & relata ſupra
228 num.205. dum aſſerunt, præfatum *cap. cum
eſſet,*cum tantum loquatur de Presbytero ſuo,
ideſt proprio Parocho, deſperanda eſt quæli-
bet extenſio de alio Presbytero, ſeu Parocho,
229 cũ ſimus in correctorijs iuris cõmunis, quo
ſtante non intrat extenſio de vno caſu ad aliũ
& maxime ſi Alexander III. Romanus Ponti-
230 fex hoc voluiſſet, id facili negotio expreſ-
ſiſſet.
Tertiò pro corroboratione ſupra relatæ cõ-

clusionis, nempe validum esse testamentum
factum iuxta dispositionem *d. cap. cum esses*
231 quantumuis coram Parocho non suo, sed il-
lo, vbi reperitur testator infirmus, optimè con-
gruit receptissima illa sententia, quod forensis
testando, in loco, in quo inducta est per legē,
232 vel statutum certa solemnitas in testando
debet seruare formam, & solemnia illius loci,
in quo testatur, & confecit actum, *ita Bart. in l cunctos populos. 3. quæstion. principal. num. 24. 25. 32. & 42. C. de summ. Trinit. & fid. Catholic. & latius dicam alibi*, quia quantum ad solem-
233 nitatem actus, siue testamenti, siue contra-
ctus semper attēditur locus, in quo talis actus
celebratur, alias actus peccans in forma, est
nullus, *l. si quis fundus ff. de euict.* Osasc. *dec.* 114.
num 4. Alex. *consil.* 4. *nu.* 20. *& seq. lib.* 5. Verall.
decis. 283 *part.* 1. *& decis.* 195. *part.* 3. Put. *decis.*
385 *lib.* 3 Lamberteng. *de contract. eorum qui sin. cert. solemn. glos.* 2. *num.* 27. Capra *consil.* 144.
num. 10. *& seq.* Socin. Iun. *cons.* 8. *num.* 27. *lib.* 4.
Gabr. *de consuetud. conclus.* 2. *num.* 3. *& seq.*

Ita eodem modo potest asseri, vt sicuti Pa-
rochus alicuius Ecclesiæ, cui fuit commissa
234 cura animarum totius Parochiæ, est idoneus
in loco suæ Parochiæ, Vnde est reputandus
talis, quoad omnes, quamuis non Parochia-
nos in sua Parochia, testantes, & receptis ab eo
Sacramentis ibidem decedentes, cum non sit
235 maior ratio in Parochiano, qui habitauerit
in sua Parochia, quàm in altero, qui coram eo,
in eius Parochia testamentum condidit, & ab
eo receptis sacramentis, ibi decessit, & sic sē-
serunt *Corn. in consil.* 18. *num.* 12. *vers. ponderā-
dum est lib.* 2. *& consil* 290. *num.* 31. *vers. licet in casu nostro. lib.* 4. Magdal. *de numer. test. in testament. requisit part.* 2. *cap* 8. *num.* 5 *vers. ita quod sufficeret &c.* Socin. *Sen consil* 21. *num.* 23. *vers. tertio modo.* Socin. *Iun. cons* 178. *num.* 32. *lib.* 2.
Grat *consil.* 30. *num.* 24. *lib* 2.

Quæ conclusio, cum optimis fundamentis
corroborata appareat, sine dubio amplecten-
236 da venit, & eò libentius, quia articulo isto
solidè discusso, *sic fuit decisum in Rota coram R. P. D.* Terracinen. *in d. Firmana Codicillorum* 13. *Nouemb.* 1645. *à §. si quidem ex responsionibus. Quæ decisio deindè fuit confirmata in eadem causa coram Eminentiss. D. Card.* Otthobono 25. *Maij* 1648. *§. Nec contra subsistentiam &c. vers. vices proprij Parochi gessit &c.*

Successiuè modo inquiri potest, vtrum dis-
positioni *d. cap. cum esses.* dicatur satisfactum
237 si proprius Episcopus testatoris assistat con-
fectioni testamenti ad prophana, cum duobus
vel tribus testibus, Et veritas, quod *d. cap. cū esses.* loquitur de presbytero parochiali, de quo
lex Canonica habet specialem confidentiam,
238 propter immediatam curam animæ testato-
ris, vt dixi supra à num. 1. & propter hanc ra-
tionem ita concludit *Corn in consil.* 68. *sub numer.* 1. *versic. hoc casu creditur presbytero parochiali, cum duobus testibus, & non Cardinali, vel Episcopo &c. vol.* 1. vbi etiam subdit, quod
etsi alias Ius Canonicum literis Cardinalis, vel
239 Episcopi eorum sigillis sigillatis, credat *cap. post cessionem. de probat. & notant DD. in cap. quod super his. de fid. instrum. & facit tex. in can. nobilissimus.* 97. *distinct.* Et tamen non crede-
240 retur dispositioni eorum etiam cum iura-
mento, *vt in cap. ex quadam. de testib. & habetur in d. cap. quod super his. & in cap cum à nobis de testib.* Lex enim adhibet fidem secundum
varias circumstantias, vni magis, quàm alteri,
241 prout diuersis respectibus visum fuerit, Qua-
re cum in casu nostro lex adhibeat fidem Pa-
rocho proprio non est aliud quærendum, id
extendendo, quo ad personas non nominatas.

Verum considerandum venit cum Episco-
pus habeat generalem curam animarum, &
242 personarum totius Diœcesis suæ, & etiam
ipsorum Presbyterorum parochialium, nam
& si Episcopus curam Parochiæ commiserit
243 Parocho, adhuc tamē totius plebis suę Diœ-
cesis curam retinet, cum Parochi potestas sit
imperfecta respectu Episcopi, & naturaliter,
244 atque ex Iure diuino semper Parochus sub-
ditur potestati Episcopi, *vt post Dionys. Areopag. S. Thom. & Card. de Turrecremat.* benè ra-
tiocinatur *Rota coram bon. mem.* Merlino *decis.* 234. *num.* 64. *vers. licet Episcopus curam Parochiæ commiserit Parocho, adhuc tamen &c. par.* 6. *recent. quæ inter eius impress. est decis.* 618.
num 46. vide etiam *num.* 44. vbi post *can. Corepiscopi.* 68. *distinct. & in can. nouo.* 23. *distinct.*
245 dicitur quod Episcopi sunt loco duodecim
Apostolorum, & Parochi loco 72. discipulo-
rum &c. & alia vt habentur in dict. decis.

Vnde si Ius Canonicum habet confidentiā
de Parocho ob curam animę testatoris sibi cō-
246 missæ, & propterea vult esse validum testa-
mentum factum coram eo, & duobus testibus,
multò magis debet habere confidentiam talē
de proprio Episcopo, cui, & animæ ipsius testa-
247 toris, vt dixi, & Presbyteri Parochialis, &
aliorum omnium de sua Diœcesi, cura eidem
credita fuit, propter quam generalem curam
etiā Episcopus solet dici Parochus totius Diœ-
cesis, ergo erit quoque comprehensus sub di-
cta decretali cum esses, sub nomine Presbyteri
248 Parochialis, præsertim admittendo, quod à
maioritate rationis fit extensio etiam in cor-
rectorijs, vt supra *num.* 133.

Videmus etiam in simili, quod *Sacrum Concilium Tridentinum cap.* 1. *sess.* 24. *de reformat.*
249 voluit præsentiam proprij Episcopi esse suf-
ficientem ad authorizandum matrimonium
non minus, quàm præsentiam proprij Parochi
immediati, quia Episcopus ex vi sui muneris
habet generalem curam spiritualem totius
250 Diœcesis, & de eo, non minus confidendum
quàm de proprio Parocho in eo actu contra-
ctus matrimonij, sic quoque putandum venit
Romanum Pontificem Alex. III. ob eamdem
rationem generalis curæ animarum totius
Diœ-

Diœcesis sibi commissæ valuisse Episcopi præ-
251 sentiam non minus, quàm præsentiam Paro-
chi proprij immediati sufficere ad reddēdum
validum testamentum ad prophana alijs duo-
bus, vel tribus testibus interuenientibus.

Licet de eo *text in d cap. cum esses.* nō fecerit
mentionem ob fortè eam causam, quia homi-
252 nes vt plurimum, sicuti etiam supra dixi, dif-
ferunt condere testamenta ad tempus grauis
infirmitatis, & morti proximū, in quo prom-
ptiores sunt ad assistendum infirmo Parochi
immediati, Episcopi verò, ad hoc rarò vocātur,
vel sponte accedunt. Quod enim valeat te-
stamentum conditum coram Episcopo, vel co-
ram eius Vicario generali adhibitis duobus,
vel tribus testibus, affirmant *Bonifac. Vitalin. in Clem. sape. §. si tamen. num. 12. ext. de verb. si-
gnif. & Boer decis. 228. num. 3.* addentes ita de
consuetudine seruari in Regno Nauarræ, &
videatur *Gratian. discept. forens. cap. 312. nu. 13. & seq.* & faciunt à me tradita supra cap.

Nec illud omittendum puto, quid respon-
dendum veniat, si proprius Parochus nondum
253 esset ordine presbyteratus initiatus, puta,
quia non dum sit lapsus annus, à collatione
Parochiæ ad presbyteratū suscipiendū, an va-
leat testamētum coram eo, & duobus testibus
254 conditum, & prætermissis multis, quæ pos-
sent adduci pro opinione negatiua, strictè lo-
quendo, veritas est, quod opinio affirmatiua
præualet, & ratio est, quia Parochus non Sa-
cerdos verè est Parochus, & propriè dicitur
255 habere curam animarū actu, *cap. licet canon. cap. cum ex eo. & cap. omissa, de elect. in 6* quibus
iuribus deciditur, ei, cui parochialis Ecclesia
collata est, teneri intra annum ordines sacros,
256 & presbyterarum sumere, quod idem habe-
tur *in Concilio Tridentino determinatum sess. 22 de reformat.*

Interim tamen dicitur, & est proprius Paro-
chus, & potest in sua Parochia exercere ea
257 omnia, quæ non dependent à potestate or-
dinis, *vt patet ex mox allegatis iurib. & arg. text. in cap. suffraganeis, & cap. ea transmissa. de ele-
ction.* Ergo non est verisimile Summum Ponti-
ficem Alexandrum III. *in d cap. cum esses.* vo-
luisse illum excludere ab actu authorizādi te-
258 stamentum, si cum eo alij testes interuene-
rint, cum hic actus interueniendi dum testa-
menta fiunt non requirat Sacerdotium, aut
ordinem sacrum, & eo ipso, quod ei est com-
missa actu cura animarum, militat illa ratio
confidentiæ, quàm ius Canonicum de Paro-
259 cho habet, & propter quam voluit, vt illius
præsentia cum duobus, vel tribus testibus te-
stamentum conditum, valeat.

Text. enim in d. cap. cum esses. ideo mentionē
fecit de presbytero parochiali, non quia vo-
luerit de necessitate Parochum esse Sacerdotē
debere, sed quia frequentius, & communiter
260 accidit ita, vt Parochi Sacerdotes esse soleāt,
atque ita vsui communi, non necessitati quali-
tatis id tribuendum est, & propter vsum non-
numquam à propria significatione receditur,
l. labeo. ff. de supellect. legat. & cap. ex literis. de sponsal. cum simil. Sicuti enim *Concil. Trident. cap. 1. sess. 24. de reform.* requirens præsentiam
261 parochi cum duobus testibus ad validitatē
matrimonij, non excludit Parochum non Sa-
cerdotem, vt tradunt communiter DD. *quos refert. & sequitur Boss in tractat. de Matrimon. cap. 4. n. 102. & in punctis in suis moralib. tom. 3. titul. 13. §. 4. num. 45.* Ita nec Ius Canonicum
in d. decretali cum esses, volens presbyterum
262 Parochialem cum duobus, aut tribus testi-
bus sufficere ad valorem ad prophana, verisi-
mile est, noluisse excludere Parochum non
Sacerdotem, cum verè sit Parochus, & actu
habebat curam animarum. Atque hæc dicta
sufficiāt circa celebrem decretalem cum esses.
de testam. alibi tamen circa illius dispositio-
nem plura sum dicturus.

ARGVMENTVM.

In Testibus, licèt regulariter sufficiat præsentia, cum intelligentia satis ex dicta præsentia arguatur, itaque solum necesse sit, quod Notarius roget testes, vt sint præsentes, & quod potuerint audire, sicque dum aliàs non audiuerint, id non efficit. Tamen quidquid sit in cæteris actibus, sine dubio id non procedit in testamentis, in quibus vera, actualis, & naturalis exauditio testium requiritur, ita vt non sufficiat illa, quæ in consequentiam deducitur ex ipsa præsentia.

Verba, exaudire, palam, omnimodo, & similia, quid importent. Testamentum sicut redditur nullum ex defectu numeri testium, etiāsi vnus tantum deficiat, sicque redditur etiam nullū ex defectu intelligentiæ in eis. In testibus testamentarijs an sit de forma exauditio clara, & aperta, & quid si prædicti testes non intelligant idioma testatoris.

Expressio explicita, vbi requiritur pro forma, non admittitur implicita, Opinio illa, quod valeat testamētum per relationem ad cedulam, cum testes non potuerint exaudire palam, & omnimodo nomen hæredis à testatore, ideo tenui filo pendet.

SVMMARIVM.

1 *Testator clara, & intelligibili voce debet nominare hæredem.*
2 *Testatorem hæredis nomen nominantem testes debent intelligere, per verba dilucida, clara, & indubitata.*
3 *Testium præsentia licet in cæteris actibus sufficiant, secus tamen est in testamentis, et quare.*
4 *Notarius sat est, quod roget testes, quod sint præsentes. & quod ipsi potuerint audire, quāuis non audiuerint.*

5 *Testis, si dicat, se scire, quia fuit præsens. optimè probat, licet non dicat, quod audiuerit, vel intellexerit.*

6 *Præsens alieni actui, quis non potest dici, nisi intelligat.*

7 *in Testamentis nuncupatiuis explicitis in testibus requiritur vera, actualis, & naturalis exauditio,*

Nec sufficit interpretatiua, quæ aliàs deducitur in consequentiam præsentiæ. & nu 8.

9 *Verbum, exaudire, positum in l. hæredes palã. ff de testam. quare pluries geminetur.*

Verbum, exaudire, idem importat, quàm perfectè intelligere.

10 *Dictio, ex, per quam componitur verbũ illud, exaudire, auget significatum.*

11 *Aduerbium. palam, importat exauditionem, ac intelligentiam.*

12 *Palam non dicitur relictum, quod ex testamẽto sciri non potest, cum recitatum est.*

13 *Palam non est dictum, quidquid euidentibus, & manifestis verbis non est dictum.*

14 *Aduerbium, coram, importat actualem. et naturalem intelligentiam.*

Aduerbium, coram. excludit intelligentiam, eam, quæ ex ipsa præsentia resultat. nu. 14.

15 *Hæredis institutio non potest dici factam esse palam, quæ nominatim, & explicitè non fuit intellecta à testibus.*

16 *Verbum, manifestare. denotat claritatem qualibet alia expressione maiorem.*

17 *Aduerbium, omnimodo, quid importet. & numer. 18.*

19 *Aduerbium omnimodo, est præcisum, & facit vt quis omnino teneatur ad factum.*

20 *Aduerbium, omnimodo, est adeo præcisum, vt habeat vim decreti irritantis.*

21 *Aduerbium omnimodo, quãuis habeat naturã præcisam recipit tamen interpretationem à iure communi.*

22 *Testes non omnes admittuntur sine delectu in testamentis. & quare.*

23 *Testes, qui non admittantur in testamentis.*

24 *Surdi, & muti non possunt esse testes in testamentis.*

25 *Testes surdi, & muti non possunt exaudire, et ideo longè arcentur à testamentis. & num. 26.*

27 *Testamẽtum est nullum. si adsint testes inuiti.*

28 *Testis inuitus non præsumitur habere animum applicatum ad audiendum.*

29 *Testium præsentia, quando non sufficiat sine intelligentia.*

30 *Testium intelligentiam in testamentis, quare iura adeo mordicè requirunt. & num. 31.*

32 *Forma dicitur constituta, quando aliquid cõditionaliter traditur.*

34 *Iura, quibus fraudibus obuiatur, sunt publici iuris, & iuri publico non potest renunciari.*

Solemnitas omnis, & forma substantialis est publici iuris.

35 *Numerus testium, sicut est de substantia testamenti, ita eorum perfecta exauditio.*

36 *Testamentum à quo formam & substantiam accipiat.*

37 *Testium numerus septenarius in testamentis est de forma*

38 *Testium defectus numeri reddit ipso iure testamentum nullum.*

39 *Testamentum redditur ipso iure nullum ex defectu exauditionis, & intelligentiæ in testibus.*

40 *Hæredis institutio, quando fuit a testatore omissa, vel non sufficienter expressa, vel a testibus non exaudita, testamentum minimè subsistit.*

41 *L. qui testamento. §. final ff. de testam. declaratur.*

42 *inter Testamenti solemnia lex licet requirat præsentiam septem testium, non tamen requirit eorum intelligentiam.*

43 *in Testamentis, testium intelligentia non ad substantialia testamenti pertinet, sed tantum ad probatoria.*

44 *Testamentum est validum. si fiat per relationẽ ad cedulam, etiam penes tertium existentem.*

45 *Et tamen testes penitus non audiunt quis sit in eo hæres.*

46 *Testamentum, quod valeat per relationem ad certam scripturam, est opinio verior. & etiam vti æquiorem sequitur Rota Romana.*

47 *in Testibus testamentarijs intelligentia est de forma substantiali in testamentis.*

48 *L. qui testamento. §. fin. ff. de testam. loquitur in testamentis in scriptis*

49 *in Testamentis in scriptis loquitur Alciat. in l. coram. 209 num. 2 ff. de verb. signif.*

50 *L. qui testamento. §. fin. ff. de testam. an habeat etiam locum in testamentis nuncupatiuis confectis coram testibus nõ intelligentibus idioma testatoris.*

52 *Testes assistentes testamento. si non intelligant idioma testatoris, verba debent eis exprimi per interpretem.*

53 *Latinus, & Græcus simul contrahunt per stipulationem, & tamen intelligentia est de forma stipulationis.*

54 *Casus speciales non debent trahi in consequentiam ad casus generales.*

Necessitatis causa admittitur adimplementũ formæ, per æquipollens.

55 *Necessitas facit valere actum, omissa omnino forma, & solemnitate a iure requisita.*

56 *Necessitas est Tyranna Mundi, & non ipsa, sed Lex ei subest.*

58 *Testamentum, quod valeat per relationem ad cedulam, est opinio, quæ tenui filo pendet.*

59 *In testamentis nuncupatiuis hæredes palam sunt nominandi, itaut omnino talis nuncupatio a testibus audiatur.*

60 *Expressio explicita vbi requiritur pro forma, non sufficit expressio implicita per relationem.*

61 *Clericus si iurauerit seruare statuta suæ Ecclesiæ, an teneatur postea statuta noniter edita seruare.*

62 *In iuramentis requiritur, vt ea, quæ iurantur nominatim, & specialiter exprimantur, vel mente concipiantur.*

63 *Iuramentum non operatur effectum aliquem, quando non habuit formalem expressionem, quam debet habere.*

64 *ad Iuramentum, nec ad periurium, quando quis non teneatur.*

65 *Iuramentum, vt valeat, non debet fieri per relationem ad aliud iuramentum.*

67 *Appellatio ab interlocutoria, vt valeat, debet exprimi causa, pro forma.*

Expressum non est dici id, quod fit per relationem ad acta.

68 *Relatiua expressionis genus non admittitur, quando requiritur aliquid esse simul certum, & simul expressum.*

69 *Testamentum factum per relationem ad cedulam non videtur posse substineri per dictam relationem ad cedulam.*

70 *Hæredis nominatio, debet fieri palam, seu euidenter, patenter, & nominatim.*

71 *Expressio, quando requiritur pro forma non sufficit, quid esse expressum per legis interpretationem.*

72 *pro Certo formaliter non potest id haberi, quod certum per legis interpretationem habetur.*

73 *in Relato contenta, dicuntur propriè in esse in referente.*

75 *Relatum, quod sit in referente, aliud est, & aliud an contenta in relato dicantur nominata à referente.*

76 *Verbum, quasi, denotat improprietatem.*

CAPVT XXXVII.

DOGMA in iure, non tam indubitatum, quàm vulgatum est, Testatorem clara, & intelligibili voce hæredem nominare in te-
1 stamento nuncupatiuo astrictum reperiri, vel propria manu illum scribere, & sic aut intelligibili voce, aut literis hæredem nominare. *textum rotundum habemus in l. hæredes palã.* 21. *ibi, hæredes palam, ita vt exaudiri possint, nuncupandi sunt, licebit ergo testatori hæredes, vel nuncupare, vel scribere. sed si nuncupat, palam debet nuncupare &c. ff. de testament.* est etiam text. satis apertus *in l iubemus,* 29. ibi, *nomen, vel nomina hæredis, vel hæredũ à testatore nuncupari, vt omnino sciant testes, qui sint scripti hæredes. C. de testament.* text. pariter habetur *in l. hac consultissima,* 21. *§. per nuncupationem C eod. titul. & in l. vltim ff. de hæred. instituend. & in l final. ff. de codicill.* quæ iura ad hoc sedulò ponderauit *Rota in causa Regien. Hæreditatis 27. Februarij 1637. coram R.P.D.* Coccino, *à me relata in part. 5. recent. tom, 2 dec. 588. à num 2. vers. quæ nominatio est necessaria in testamento nuncupatiuo, alias corruit &c. & corã bo. mem.* Vbald. *Sen. in causa Fauentina Testamenti 15. Maij* 1620. *§. 1. versic. non probatur, quod testator coram septem testibus ore proprio nominauerit hæredem prout requiritur, & vers. nec testes dicunt palam, & coram ipsis fuisse per testatorem nominatum hæredem &c. & coram R. P. D. meo* Meltio *in causa Bononien. Nullitatis concordia 17. Maij* 1651. *§. 1. vers requiritur explicata nominatio personæ vocatæ &c.* Plures Doctores idem comprobantes, qui videre desiderat, consulat *D. Regent. Hector Capyc. Latro in suis consultat. lib. 1. consultat. 71. num. 26.* vbi abunde.

Vnde testes testamentarij debent intellige-
2 re testatorem hæredis nomen nominantem, per verba dilucida, clara, & indubitata, ex iuribus supra allegatis, & licet in cœteris actibus
3 sufficiat testium præsẽtia, nec illorum auditio, vel audientia requiritur, *vt per Aretin. in l. hæredes palam. num. 2. vers. vnde stantibus. ff. de testament cum alijs relatis per Pacian de probationib. lib. 1. cap. 10. numer. 79. & seq.* & vt dixit Rota *cora bo. me. Ortemberg. in causa Ferrarien. Matrimonij 29. Aprilis 1611. est decis 338. numer, 6. post 2. tom. consil. Farinac aliàs part. 5. diuers.* sat est quod Notarius roget testes, &
4 quod ipsi potuerint audire, licet non audiuerint, cum ibi allegatis, itaque ea audientia sufficiat, quæ resultat ex ipsa præsentia, & est ipsius præsentiæ consecutiua. *l. 1. in princip. & §. fin. ff. de verb obligat. cum concordantib. de quibus per Alciat in l. coram. num 9. ff. de verb. signif.* & latè *per Farinac. de testib. quæst. 70. à nu. 152.*

Hinc docuit *Bart. in l, 1. §. vltim ff de auctorit. tutor.* quod testis, qui dicit, se scire, quia fuit
5 præsens, optimè probat, licet non dicat, quod audiuerit, vel intellexerit, & probat *text. in §. si quis igitur. in verb præsentibus. & in §. oporteat, Auth. de instrument. cautel. & fid, Rebuff. in d. l coram. vers. sextò si dicat, testis,* vbi ait quod
6 quis non potest dici præsens, nisi intelligat. *per d. textum & in l. testium. C. de testib. glos in cap. vt circa de elect. in 6* Huc pertinet, quod docuit *Bald in l. si tutor. col. 2. vers. tertiò fallit. C. de periculo tutor.* quod etsi ignorantia in dubio præsumatur, attamen non præsumitur in eo, qui præsens est, & tradit *Menoch de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 21. à numer* 7. quia qui est præsens, præsumitur etiam intelligens. *l. diem proferre. §. coram. de arbitr. l. 1. C. de error aduocat.* & ratiocinata est *Rota coram R. P. D. mea Rojas in causa Maceraten. Census 21. Iunij 1641. §. Neque aliquid. vers. non potest controuerti eius præsentia, ac consequenter scientia &c.*

Tamen dum versamur in testamentis nuncupatiuis explicitis, tunc requiritur in testibus
7 vera, actualis, ac naturalis auditio, ac intelligentia, nec sufficit interpretatiua, quæ aliàs deducitur in consequentiam præsentiæ. *Bart. Bald. Angel.* Cuman. *Castren. cæterique omnes nemine discrepante in l. hæredes palam. 21. ff. de testament.* idem *Bart. in d. l. diem proferre. §. corã. ff. de arbitr. Bald. in d. l. 1. nu. 3. C de error. aduoc.* & vterque *Bart.* scilicet & *Bald. in tractat. de testib.*

testib. ille num. 17. iste part. 3. num. 24. cum alijs
per Farinac. allegatis in tractat. de testib. quaest.
70 cap. 5. numer. 157. vers. limita tertio in testa-
mentis nam tunc requiritur etiam, quod fuerit
intelligens, ideo non sufficit probare praesentiam,
sed etiam intelligentiam &c. Gratian. discept.
forens. cap. 973. numer. 72. vers. vt testes omnino
sciant, quem testator instituerit Marc. Medic.
decis. Senen. 94. Examinat. 58. num. 8. & seq.
Quare, vt dicebam, non sufficit quaelibet
auditio, ac intelligentia, sed requiritur exau-
8 ditio, ac perfecta intelligentia, vt bene probat
textus in d. l. haredes palam. in qua Iuriscon-
sultus toties inculcauit, & quidem non sine
misterio, verbum illud, exaudire, non ob-
scurè indicans, non sufficere qualem auditio-
nem, & intelligentiam, sed requiri claram,
explicitam, atque perfectam, si quidem verbũ
9 illud, exaudire, idem importat, quàm perfectè
intelligere. l. 1. § fin ff. de verb. obligat. l. si ita sti-
pulatus 120. l. quidquid adstringendae ff eodem
l. 1. §. propter casum ff de postulan. l. obligari. §.
etiam. ff de auctor. tutor. l. 1. § hoc autem ff. ad
S.C. Syllan l. Diuus. ff de restitut. in integr. cum
concord. Castren in d. l. haredes palam numer. 2.
vbi, quod dictio illa, ex, per quam componi-
10 tur verbum illud exaudire, auget significatũ,
et ob id requiritur perfecta auditio, & in lege
discretis. num. 4. C. qui testament fac. poss. Rimi-
nald. iunior. consil. 261. numer. 59. vers verbis
expressis, & claris opus est &c. Castill. de con-
iectur. vltim. volunt cap. 27. num 20.
Idem pariter sensit Vulpian. in eadem l. ha-
11 redes palam, dum vsus fuit aduerbio illo, pa-
lam. quod pariter importat exauditionem, ac
intelligentiam l. ita fidei. 40. ff. de iur. fisc. vbi
text. non minus claris, quam disertis verbis
12 respondit, non esse palam relictum, quod ex
testamento sciri nõ potest cum recitatum est,
et habetur pariter text. iuncta glos. in d. l. quid-
quid adstringenda, vbi quod palam non est di-
13 ctum, quidquid euidẽtibus, et manifestis ver-
bis non est dictum, adeo vt omissum omninò
dicendum sit, ad quod est pariter alia glos. in
§. fin Instit. de testament. ordinand. super aduer-
bio coram dum haec duo verba, palam, et co-
ram, tamquam idem importantia, vsurpat ac
interpretatur. constat autem, quod aduerbiũ
illud coram, importat actualem, & naturalem
14 intelligentiam, eamque excludit, quae ex ipsa
praesentia resultat, & cõsideratur. l. coram. 209.
ff. de verb signif cum concord. et hoc etiam fir-
marunt Angel. et Castren. iste in d. l. discretis. C.
qui testament facer. poss. ille in l. iubemus. C. de
testament. concludentes haeredis institutioné
15 non posse dici factam palam, quae nominatim
et explicitè à testibus intellecta non fuit. Hinc
text in l in testamentis 26. ff. eod. titul. de testam.
agens de testatoris voluntate nuncupanda,
vtitur verbo, manifestare, quod, vt notum est,
16 denotat claritatem, qualibet alia expressione
maiorem. Bart. in l. de aetate. num. 11. ff. de mi-
nor. Vnde Orator Romanus in Catil. Vt tota
res, inquit, à vobis manifestè deprehenderetur, &
in oration. pro Cluent. Oppianici facinus, ait,
manifestò compertum, ac deprehensum est.
Insuper non grauemus ponderare textum
17 in eadem leg. iubemus. dum iubet testatorem,
ita debere haeredis nomen nuncupare, vt om-
nimodo, id sciant testes, si quidem aduerbium
illud, omnimodo, perfectam, ac plenissimam
18 notitiam, ac scientiam importat, glos. in clem.
1 in verb. omnimodo. de for. competen. et est dictio
haec praecisa, secundum glos. in l. si ex cũ exception.
§ sed, et si quis in verb omnimodo, & iterum in
§. quatenus, in eodem verbo, & ibi Bart. ff. quod
met. caus. et in l. vbi autem §. vltim. ff. de verb.
obligat. Bald. in l. si quis argentum. §. fin autem.
circa med C. de donat. vbi ait. praedictã dictio-
nem, omnimodo, esse praecisam. & sic facit, vt
17 quis praecisè teneatur ad factum, et idem te-
net in l. quoties. in princip ff. de noxal. action. &
latè per Augustin Barbos in tractat. de diction.
vsu frequent. diction. 138. secundum impress Lug-
dunen. Addo praedictam dictionem esse adeo
20 praecisam, vt habeat vim decreti irritantis ex
congestis per Tiraquell in l. si vnquam, in verb.
reuertatur. num. 88. et seq. C. de reuocand. donat.
et sequitur Rota coram b. m Cantucc. decis. 28.
num. 2. vers. dictio, omnimodo, suaptè natura est
pracisa, & significat ipso iure. et habet vim de-
creti irritantis &c. part. 2 diuers. et declara vt
ibi. Nam quantumuis sit praecisa, congruam
21 tamen recipit interpretationem à iure com-
muni, ex multis relatis per Rotam coram b. m.
Coccino decis. 276. n. 22. vers. dictio illa, omni-
modo &c. part. 4. recent. tom. 2. sed ad nos,
Tandem circa intelligentiam proximam, et
immediatam, requisitam à Iure in testibus,
22 quando testator nuncupat nomen haeredis,
animaduertere debemus, quod non passim,
et sine delectu testes omnes in dispositione
23 testamentaria permissum est adhiberi, sed
quamplurimi ab huiusmodi munere arcẽtur,
cum neque mulier, neque impubes, neque
seruus, neque furiosus, neque cui bonis inter-
24 dictum est, neque ij, quos Leges impro-
bos, intestabilesque esse, in testium numero
adhiberi §. testes autem. Institut. de testament.
ordinand, vbi glos. et DD. dant concordantes.
Sed illud magis facit ad propositum nostrum,
25 nempe Iura procul excludere mutos, ac sur-
dus, et sic tales non possunt esse testes in testa-
mento. vt patet ex text. in §. itẽ testes, Institut.
de testament. ordinand. quod non alia ratione
26 factum est, nisi quia exaudire, ac intelligere
illi non possunt testatoris verba. vt latius per
Mynsiger. d. loc. dusertat. de reprobat. test. num. 71.
Farinac. in tractat. de testib. quaest. 61. num. 44.
vers. amplia secundo in testamentis &c. Huc etiã
tendit text. l. in testamento. §. fin. de testament. dũ
testamentũ nullitatis vitio laborare dispo-
27 nit, si testes sint inuiti id quoque animaduer-
tit Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.
2. ti.

a titul.1 1.num.14. verf. quia fi inuiti adhiben-
tur teftamentum non valet &c. & Farinac in
tractat de teftib.quæft.63. limitat.8. num. 136.
verf.quia fi teftes inuiti adhibentur,teftamentu
non valet &c. Quod non alia ratione pariter
fieri potuit,nifi quia inuitus non præfumitur
animum applicare ad audiendam, et intelli-
28 gendam teftatoris voluntatem,quod non ob-
fcurè indicauit glof.ibidem, dum ad eiufdem
textus comprobationẽ citat l.fin.ff. de author.
tut. & l. coram ff.de verb.fignif.in quibus præ-
29 fentia fine intelligẽtia nõ fufficere,decernitur.
Quod eò magis concludendum eft,cum ta-
30 lis intelligentia in teftibus fuerit à legibus
requifita ad falfitates, et fraudes euitandas,
quæ in teftamentis,quàm facillimè committi
folent.d.l.iubemus, cum fimil. & quando Lex
aliquid requirit fieri ad euitandum falfita-
31 tes,formam effe,& non leuem folemnitatem.
Præterea, quando conditionaliter traditur
32 modus faciendi aliquem actum, pro forma id
dicitur conftitutum. ita Brunus in tractat. de
form. & folemnit.capit.20. in vndecima conclu-
fione.cũ ibi allegatis. & refert Menoch in confil.
693.num.9. verf. quando Lex aliquid requirit
fieri ad euitandum falfitates,formam &c. Infu-
33 per iura, quibus fraudibus obuiatur,funt pu-
blici iuris.iuxta glof.in cap.de caufis.de offic.de-
legat.quam ponit Rip.in repetit. l. nemo poteft.
num.2. ff.de legat.1. Sed ius publicum, non po-
34 teft quis tollere, vt probatur in l.ius publicum,
ff.de pact.& in l.teftandi.ff. de teftamen. & etiã
in l.quidã decedens. ff. de adminift. tutor. ergo
vti forma feruanda funt cum & omnis folem-
nitas, et forma fubftantialis fit publici iu-
ris, vt probatur in l. teftamenti factio. ff. de te-
ftamen. & optimè ratiocinatus Io Guter in
repetit.d.l.nemo poteft.nu.10. verf. quia omnia
folemnitas. ff de legat.1.
Quamobrem non minus intelligentia te-
35 ftium,quàm numerus eorum ad fubftantialia
teftamenti eft referenda, præcipuè cum ifte
folemnis numerus debeat habere formalita-
tes eodem contextu à lege requifitas,nempe,
quod non folùm fit præfens, fed etiam perfe-
ctè audiat, & intelligat hæredis nuncupatio-
nem,et fucceffiuè cum numerus fit de fubftã-
tiali forma,& validitate teftamenti, nam ab
eodem numero accipit formam, & folemni-
tatem fubftantialem teftamentum,Inter tefta-
menta enim non iure facta numeratur etiam
36 teftamentum in quo non eft adhibita folem-
nitas numeri feptẽ teftium,vt in §.1 Inftitut.
de hæred.q. ab inteftat.de fer.& ibi glof.in verb.
non verè fecit.& in l.1. in princ. iuncta glof. pa-
riter.in verb.folemni. ff. de iniuft.teftam. adeo
vt,vel vno deficiente, viribus omninò careat
teftamentum l.fi vnus C. de teftament. cum
alijs vt per Rotam coram R.P.D.Cerro in cau-
fa Romana, feu Ianuen. Locorum Montium
26.Iunij 1646.§.Et primo. verf. vno deficiente
teftamentum corruit &c. ficque non eft dubi-
37 tandum talem numerum teftium effe de for-
ma teftamenti,vt poft Bald. Alex.Couar.Clar.
& alios,de veriori, et communiori opinione
teftatur Rota coram Eminentiff. D. Card. Ve-
rofpio in caufa Nullius Parochialis de Prato 11.
Martij 1633 §.1. verf. hic numerus teftium
non ad folam probationem, fed pro forma ipfius
teftamenti requiritur &c. & coram R. P. D.
Meltio in caufa Bononien. Nullitatis Concor-
diæ 17. Maij 1651.§ Non obftat. verf defectus
hæredis inftitutionis fuppleri non poteft ex affer-
tione duorũ teftiũ cum feptem requirantur &c.
cum ibi allegatis.
Sicut ergo defectus numeri teftium reddit
38 ipfo iure teftamentum nullum, ita defectus
exauditionis, & intelligentiæ, illud penitus
inualidat, & proinde vbi hæredis inftitutio
39 fuit à teftatore omiffa, vel non fufficienter
expreffa, vel à feptem teftibus non exaudi-
ta, nec intellecta, teftamentum minimè fub-
40 fiftit, vt conftat ex fuperius dictis. & addo
Signorol. in confil. 149 incip. Tefta mentum. fub
num.5. verf. videtur ergo negaffe cognitionem
verbalem,quæ confiftit in auditu,& fic contra
fubftantiam,feu effe, vel folemnitatem effentialẽ
ipfius teftamenti &c.Hieronym. Gabr.in conf.
99.num.3.verf.teftes verò,qui intelligant, funt
de folemnitate nedum probatoria, fed etiam fub-
ftantiali teftamenti &c. lib.1. D.Paul.Staiban
Ium. in fuis decifis,refolut.cap.14.num 5. verf.
teftamentum erit omnino nullum,cum teftes te-
mentarij debent intelligere teftatorem &c.
Nec aliquis titubet,quantumuis ex diame-
41 tro obftare primo afpectu videatur text. in l.
qui. teftamento. §. final.ff.de teftam. vbi Vulp.
in hæc formalia verba refpondit. Non, tamen
intelligentiã fermonis exigimus,hoc enim Diuus
Marcus Didio Iuliano in tefte, qui latinè non
nouerat, refcripfit, nam fi vel fenfu percipiat
quis, cui rei adhibitus fit, fufficere. Hactenus
Vulpianus cuius auctoritate fretus Alciat. in
l.coram.num.2.ff. de verb. fignif. afferere non
dubitauit,quod licet lex inter folemnia tefta-
42 menti requirat præfentiam teftium feptem,
fatis eft tamen,quod fciant fe fuiffe adhibitos
ad teftamenti ordinationem, nec illorum in-
telligentia requiritur, itaque ea in teftibus
43 non ad fubftantialia teftamenti pertineat,
fed tantum ad probatoria Cyn. in auth.inter
liberos,circa fin.C.de teftament.Bart in l.1,nu.
10 ff de condit.indebit & in l.cum quis.ff de iur.
& fact.ignorant.Bald in l.1.num.54. C. de fa-
crofanct.Eccles.
Et Doctores tenentes præfatam fententiam
fatagunt eam colorare ex illa opinione apud
44 plures vti communi recepta, nempe validum
effe teftamentum per relationem ad cedulam,
etiam penes tertium exiftentem, & tamen te-
ftes penitus non audiunt, quis fit hæres, nec
45 aliquo modo certiores redduntur de conten-
tis in prædicta cedula teftamentaria, Bart. in
l fi ita fcripfero.30 ff. de condit. & demonftrat.
& illa

Digitized by Google

et ista fuit eius theorica, quã vti cõmunẽ se-
quuntur *Paris.in consil.19.num.1.& seqq.lib.3*
Clar.in §.Testam.quæst 36.*n*.2. *Card*.Mantic.
de coniect.vltim.vol.tit.lib.1.tit.7.n.7 Magdal.
de numer.test part.1 cap.27.9. nu.9.& seq.latè
Surd.*consil*.378.*n* 5.*lib*.3.& *Riminald.Iun.* in
consil.439.*n* 14,*& seq*.& id confirmat ex mul-
tis Doctorũ authoritatibus,addo *Rouit.decis.*
94 *n*.10.& 11 & D.Capic.Latr.*dec.n.*27. vbi
de communi, & perpetuò hanc opinionem
46 vti æquiorem,& vltimis voluntatibus acco-
modatã seruat Rotæ Tribunal,vt dicam infra.

Respondetur tamen,nec *text.in d. l. qui te-*
*stamento.§ fin.*nec dictam communem opinio
nem,in aliquo resistere supraelatæ sententiæ
47 quod intelligentia in testibus testamentarijs
sit de forma in testamento. *Nam text. in d. l.*
*qui testamento.§.fin.*loquitur in testamentis in
scriptis,vt ibidem declarant.*Bart.nu.1.Bald.*
*num.2.Alberic.in summar.*Raphael. *Cuman. n.*
*5.Castren.princip.Aretin. num.*10. & ante eos
idem sensit *glos.* ibidem in verb. *sermonis*, ex-
pressè affirmans,contrarium esse in testamen-
48 to nuncupatiuo, quam *glos.* cum cæteri se-
quantur iam constat,omnes concludere,quod
in testamentis nuncupatiuis necessaria est in-
49 telligẽtia in testibus,& in his terminis loqui-
tur Alciatus ex aduerso adductus *in d. l. corã*
*n.209.ff.de verb signif.*Quamobrem tantum
abest,quod *text.in d.§.fin.*probet contrariam
sententiam, vt potius nostram confirmet, si-
curi latius deducit *Manent. consil* 8. *num.* 18
qui alios citat.

Nec me latet,*Bald.& Salicet in l. hac con-*
*sultissima.§.fin.*C.*de testament.Castren.et Aret.*
in l.1.§.fin ff.de verb.obligat. in ea fuisse opi-
nione,quod *text.in d. l. qui testamento. §. fin.*
procedat etiam in testamentis nuncupatiuis
50 confectis coram testibus non intelligentibus
sermonem,& idioma testatoris, tamen id non
admittunt, nisi verba testatoris fuerint ipsis
51 testibus exposita per Interpretem ad id ad-
hibitum,vnde retenta etiam eorum opinio-
ne clarè patet intelligentiam esse necessariam.
Et licet hoc casu, quo testes non intelligunt
sermonem,ac idioma disponentis,admittatur
52 interpres,et sic forma adimpleatur per æqui-
pollẽs,vt *in l.1.§.fin.ff.de verb.obligat,*vbi Græ-
cus,et Latinus contrahunt per stipulationem,
53 mediante interprete,quamuis intelligentia
sit de forma stipulationis.Attamen huiusmo-
di casus non potest trahi in consequentiam
ad alios.Nam ibi impossibile est formam im-
54 plere alio modo,quàm per interpretem, stã-
te diuersitate idiomatis Græci, et Latini, et
propterea necessitatis causa admittitur adim-
plementum per æquipollens,vt post *Bart.*tra-
dit *Alex in l.1.ante num.9.ff. de liber. et post-*
hum Rip.in d.l.1,num.38.ff de verb.obligat. Pa-
*ris in consil.*33.*num.*19.& 31 *vol.*1. et latè per
Brun in tractat.de form.in rubric.de implemen.
& Obseruat.form.collat. 17 *in* 3. *fallent*

Immo necessitas facit valere actum, omis-
55 sa omninò forma, et solemnitate à iure re-
quisita,vt voluit *Io.And.in cap in toto.in prin-*
cip de regul.iur.in 6.in mercurial. quem refert,
&.sequitur in pulchro casu *Abb. in consil.* 25.
sub num.2.vers.secundus modus.vol. 2. late Ro-
*man.plura adducens in consil.*433.*col*;1.*per tot.*
56 Est enim necessitas Tyranna Mundi.et non
ipsa, sed lex ei subest alibi; latè; dicam.

Neque magni põderis est assumptum illud,
de quo supra *num.*44.nempe quod valeat te-
stamentum per relationem ad schedulam,
57 etiam penes tertium existentem, et tamen
testes de contentis in ea,penitus sunt ignari,
ergo intelligentia in eis,nullatenus est de for-
ma substantiali testamẽti,Quia penitus igno-
tum non est, præfatam opinionem tenui filo
58 pendere,ex adducendis infra nam manifestò
*text.in l.iubemus.*C.*de testament. & simil* eidẽ
resistunt, volentes in testamentis nuncupati-
uis, hæredes palam esse nuncupandos, ita ut
59 omnino talis nuncupatio à testibus exaudia-
tur,& hoc pro forma traditur, & alia de qui-
bus infra abunde dicemus.

Quare cum simus in casu, in quo expressio
60 explicita requiritur pro forma, certè in his
terminis non sufficit expressio implicita per
relationẽ ad aliud. *cap.penult.*vbi *Abb.de iure-*
*iur.*qui *text* determinat, si Clericus iurauerit
61 seruare statuta suæ Ecclesiæ,& postea promit-
tat per idem iuramẽtum,statutum subsequu-
tum obseruare, non tenetur ex vi talis iura-
menti statuta nouiter postea edita, seruare
vt per *Butr.in cap ab excommunicato.num.*23.
de rescript. Cotta *in verb.Iuramentum.*Couar.
in cap.quamuis pactum part.1.num 1.de iureiur.
Tiraquell.*ad Leg. Connubial. glos.7. num.*121.
189.& 199.*cum seq.* Siluest. *in summa in verb.*
*Iuramentum.*4 *quæst.*23.Gutier.*de Iurament.*
*confirmat.part.*1.*cap.*49.*num.*23.Azor.*institut.*
*moral. part. 1.lib.*11. *cap.*2. *vers. tertia opinio.*
*Sary in Claui Regia.lib.*5. *cap.*1. *n.*10. *cũ.seq.*

Ratio autem huius conclusionis ea com-
62 communiter solet assignari, quia in iuramen-
tis requiritur, vt ipsa quæ iurantur nomina-
tim,& specialiter verbis exprimantur,vel mẽ-
te cõcipiantur ex allegatis *per Hippolyt. Mar-*
*sil. in singular.*415.*incip.Iuramentum,*vbi mo-
net,perpetuo menti esse tenendum, quod iu-
ramentum non operatur aliquem effectum,
63 quando nõ habuit formalem expressionem,
quam debet habere, & ideo si tibi aliquid
promitto,& iuro, demum dico per iuramen-
tum,quod aliàs feci, tibi promitto dare pu-
ta decem,pro hoc non obligor ad iuramentũ,
64 nec ad periurium, quia iuramentum requi-
rit formalem expressionem, & ratiocinatur
*Menoch.in consil.*37.*num.*48. *& seq.*ac per cõ-
sequens non sufficere, quod fiant per relatio-
nem ad aliud,& sic limitatur regula *l. esse toto*
77 *ff.de hæred.instituen. nec non l. ait Prætor. §.*
si Iudex ff. de re iudic.cum similibus, quæ non
obti-

Digitized by Google

obtinent locum, quoties pro forma, & nomi-
66 natim requiritur expressio alicuius rei, pro vt
est casus noster & in specie ratiocinatur *Ias. in*
l. hac consultissima. §. per nuncupationem, num. 1.
in fin C. de testament.

Vbi etiam confirmat per exemplū appella-
67 tionis ab interlocutoria, in qua debet expri-
mi causa pro forma *clem. appellanti 5. de appell.*
Nō tamen sufficit expressio per relationem ad
acta. *Bald. in l. minorib. C. de his, quib. vt indign.*
Butr. *in cap. vt debitus, col. 2. vers. nunquid auth.*
de appellat. Felin. *in cap. cū dilecti. 2. in 2. limitat*
de rescript. Thom. Fastol. *caus. 22. dubit. 23.* Ge-
nus enim relatiuæ expressionis, quidquid sit
68 generaliter loquendo, non procedit, quando
aliquid requiritur esse simul certum, & simul
expressum, quam sequuntur ibi *Io. And. Gemi-*
nan. Franc. & Ias. qui eam dicit notabilem
in l. certum in princip. & ibi *Dec. circa med. ff. si*
cert. pet.

Quare non sine rationabili causa, per supra-
dictam, & similes concludentes rationes recu-
sant admittere *DD.* præfatam opinionem, vt
69 testamentum per relationem ad cedulam
possit substineri; cum sit de forma, vt testes
omnino exaudiant nomen hæredis à testato-
70 tore nuncupatum, et quidem talis expressio
debet fieri palam, seu patenter, euidenter, et
nominatim, vt satis clarè disponunt iura in
d. l. hæredes palam, & d. l. iubemus, & simil qua-
re hoc casu procul dubio prædictæ expressio-
71 ni non satisfit per relationem ad aliquam ce-
dulam. *cap. per tuas 11. ibi. fuisse patenter ex-*
pressum de sentent. excommun. & in cap. solet. 2.
eod. titul. in 6. & latè tractat Tiraquell. *ad l. cō-*
nubial. 15. glos. 7. à num. 188. 197. et 200.

In terminis enim nostris non sufficit, quid
72 esse certum per legis interpretationem, nam
& licet tunc dicatur certum, nō tamen id for-
maliter habetur pro certo. Indubitanter,
73 quippe, concedo, quod contenta in relato di-
cuntur propriè inesse in referente, *vt benè pro-*
batur in d. l. asse toto ff. de hered. institut. cum
alijs allegatis *per Rotam coram Coccino decis.*
194. num. 49 vers. relatum dicitur inesse in re-
ferente verè & propriè &c. part 5 recent Aliud
tamen est, an contenta in relato dicantur no-
74 minata à referente, & tunc dicendum est,
quod referens, ea propriè non nominauit re-
lationis tempore, Vnde *text. in d. l. ait Prætor.*
75 *§. si Iudex ff. de re iudic.* non sine quare, vti-
tur nota illa improprietatis, ibi, *quasi quanti-*
tatem nominauerit, ex quo nihil aliud voluit di-
cere, quod interest inter nominatum, & inter
expressum. & inquire ponderata *per Francisc.*
Rip. in d. l. ait Prætor. §. 1. in princip. Vide in
seq. cap. vbi fortius prædictam conclusionem
firmabimus.

ARGVMENTVM.

Testamentum per relationem ad cedulam. ideo plures Doctores renuunt illud tamquam validum admittere, quia materia ista est valde obnoxia fraudibus. Testamentum per relationem ad cedulam tunc posset subsistere, quando in locis vbi sic conficitur probatur talis consuetudo. Doctori attestanti de consuetudine quando non credatur, & quando secus.

Testandi modus per relationem ad cedulam est, quid medium inter testamentum nuncupatiuum, & testamentum in scriptis. Instrumentum publicum qualem, & quantam habeat vim, & cuius sit ponderis, & potentiæ, itaque de eo dicatur illud vulgatum dictum, Noli me tangere, quia Cæsaris sum.

De Testamentis nuncupatiuis inualuit consuetudo, quod conficiantur instrumenta publica, quæ probant absque aliquo alio examine testium, & tenent talia testamenta quamuis non omnes testes sint viui, imo. & mortui sint omnes, Qualia instrumenta nisi fuerint confecta, & aliqui testes decesserint, nequaquam subsisterent ea testamenta, cum non adesset necessarius numerus testium, & alia vt hic.

SVMMARIVM.

76 *Testamentum per relationem ad cedulā, quare multi DD. timent admittere talem opinionem. & nu. 77.*
78 *Testamentum per relationem ad cedulam an possit substineri ex illa ratione,*
Quia bonum est, ut testes sciant nomen hæredis.
79 *Testamentum, quando conditur in scriptis, tunc non est nuncupandum nomen hæredis, cum sufficiat illud scribere.*
80 *in Opinione illa Doctor præsumitur residere, quam vltimo loco refert*
Testamentum per relationem ad cedulam, quod non valeat, plures DD. ingenuè fatentur, num 80.
81 *Testamentum per relationem ad cedulam nō valet, nisi probetur talis consuetudo.*
82 *Doctori testanti de consuetudine tunc creditur, quando sunt versati in locis, de quibus testantur.*
83 *Bart. non præsumitur fuisse instructus de consuetudine aliarum Curiarum, in quibus non fuit versatus,*
84 *Accursius non potuit habere notitiam omniū Curiarum.*
85 *Rebuff. reprobatur, dum testatur de consuetudine Curiæ Romanæ.*
Rebuff. numquam fuit in Curia. & num. 85.
86 *Bart. male allegatur, dum deducitur ad probandum hæredis institutionem valere per re-*

lationem, cum loquatur in terminis legati, vel fideicommissi & nu. 87. & 88.

89 Extensio non est facienda ad ea, quæ habent diuersam rationem.

90 Testamentum, quod non valeat per relationē ad scripturam, qui hoc defendit satis apertū habet textum pro se.

92 Institutio particularis æquiparatur legato.

93 Institutio vniuersalis est caput, & fundamentum testamenti.

94 de Testamenti forma, quod non sit exauditio testium, qui hoc firmat, fundatur in inualidis rationibus. & num. 95.

96 Testamentum factum per relationem ad cedulam, quod valeat innumeri Doctores tenent, & putant verissimum.

97 in Testamento nuncupatiuo, non est necesse, vt ab ore testatoris, testes audiant nomen hæredis & quamobrem.

Testandi modus per relationem ad cedulam, est quid diuersum ab illo solito, quod fieri per relationem ad cedulam, solet.

99 Testamentum per relationem ad cedulam est species testandi, inter testamentum nuncupatiuum explicitum, & inter testamentum in scriptis.

100 Relatio non fit ad diuersa.

101 in Testamento nuncupatiuo explicito, hæredis institutio debet fieri per verba clara. & num. 102. & 103.

104 Testamentum cum pendeat ab hæredis institutione, ideoque cautè est peragendum.

105 Instrumentum publicum de testamento nuncupatiuo, inualuit consuetudo, vt eo fiat. numer. 145.

106 Intelligētia in testibus quæ ad nomen hæredis requiritur, et clara, et quādo ea opinio procedat

107 Scriptura non requiritur in testamento nuncupatiuo, nisi ad probationem.

108 Testamentum nuncupatiuum pendet a depositione testium, quamuis de eo sit facta scriptura.

109 Testes testamentarij si fateantur intelligentiam, & super ea affirmatiuè deponant, tunc testamentum remanet probatum. & nu. 110.

111 Testes testamentarij si negent intelligentiam, nuncupationis nominis testatoris, non releuant.

112 Testamentum non dicitur probatum ex non probatione, cum ex hoc nō deducatur ad esse.

113 Testes testamētarij dum deponunt super verbis prolatis a testatore debent esse omnino cōtestes.

Ita vt, si in vno deficiant, tota dispositio caruit.

114 de Institutione hæredis vbi agitur debet probari per septem testes.

115 Tamen id procedit, quando de testamento non fuit confectum instrumentum, sed secus si fuit facta scriptura priuata.

116 Testes, quando debeant deponere super toto tenore testamenti.

117 Scriptura publica per se satis probat, auctoritate Tabellionis, absque examine testium.

118 Testamentum publicum a publico Notario confectum, cum debitis solemnitatibus, dicitur probatio probata.

119 Instrumentum publicum facit probationem claram, certam, liquidam, et notoriam.

120 de Instrumento publico tamquam de casu legis non est dubitandum.

Instrumentum publicum, dicitur habere vim diffinitiuæ causæ.

121 de Instrumento solitum est dicere, Noli me tangere, quia Cæsaris sum.

122 contra Instrumentum publicum, nisi deducantur probationes euidētissimæ, semper præsumptio stat pro eo.

Instrumenti publici vires non ita facilè prosternuntur.

123 Instrumentum publicum probat omnia contenta in eo esse vera, & de voluntate partium solemniter celebratum.

124 Instrumentum publicum præsumitur verum, validum, & solemne.

125 pro Instrumenti validitate semper præsumitur, & in dubio illi standum venit.

126 Instrumentum publicum, si habeat omnia requisita, non est dubitandum an sit in forma probanti.

127 Instrumentum præsumitur in forma probanti, etiamsi illud in protocollo Notarij, de quo fuit rogatus non reperiatur, & quare

129 Instrumentum, si fuerit confectum super testamento, probat ipsum testamentum fuisse, & esse iustum, & solemne.

130 Testamentum probatur per instrumentum publicum, absque vllo examine testium.

Et ista est communis opinio, et à consuetudine approbata.

131 Testamentum nuncupatiuum factum in præsentia septem testium, et de eo Notarius confecit publicum testamētum dicitur validum.

Testamentum quando dicitur validum, et solemne, ac cum suis requisitis.

132 Testamentum per Notarium rogatum probat ipsum actum, testium præsentiam, & intelligentiam.

133 Instrumentum publicum testamēti, qui habet dicitur habere intentionem fundatā. et n. 134.

135 ex Instrumento publico quot præsumptiones oriantur.

136 Instrumentum testamenti probat institutum esse illum, qui in eo scriptus reperitur.

137 Instrumentum publicum quale apparet in sui figura, talis præsumitur actus, qui in eo continetur.

139 de Testamento, si sit confectum instrumentū publicum, illud subsistentiam habebit.

140 Licet aliqui ex numero testium necessariò fuerint defuncti.

141 Testes instrumentarij mortui, in dubio præsumendum fuisse confirmaturos contenta in instrumento.

142 de

142 *de Testamento, si sit confectum publicum do-
cumentum probat, etiamsi omnes testes sint
mortui.*
143 *de Testamento si non fuit confectum instru-
mentum, quale magnum absurdum, potest
accidere.*

CAPVT XXXVIII.

AFfluenter, cum iam in præcedenti capi-
te fuerit firmatum, quod in testibus
testamentarijs quoad testamenta nuncupati-
ua, omnimodo, & palam requiratur in eis
exauditio nominis testatoris, itaque non sat
sit intelligentia deducta per consequentiam
ipsius præsentiæ, Quare non est mirum si per
has, & similes rationes multi celebres DD. &
Tribunalia renuerunt, tùm quia iura resistũt,
tùm etiam ne via aperiretur falsitatibus, ad-
76 mittere testamentum validum esse per rela-
tionem ad cedulam, & sic, dum tamen simus
in testamentis nuncupatiuis, testibus non
77 audientibus nomen hæredis ore testatoris
expressum, prout in specie post *Iacob. de Bel-
uis.* tenent *Castr. in l. si ita scripsero. 38. num. 3.
& 4. ff. de condit. & demonst.* Aret *in l. hæredes
palam. 21. num. 2 ff. de testament. latè* Ias. *in d. l.
hac consultissima. §. per nuncupationem. a nu. 1.*
& ibi etiam *Fulgos. & alij Scribentes. Ægid.*
Bellamer. *in consil. 1. sub nu. 32. circa med. vers.
non puto verum, quia deficit in substantia, nam
non nuncupat heredem, quod est necesse, alias
nõ potest dici nuncupatiuum testamentum &c.*
Respondet etiam ad illam obiectionem, nem-
78 pe, testatorem non benè ducere, vt testes
sciant nomen hæredis, nam respondet, si non
velit nuncupare hæredem, faciat testamentũ
79 in scriptis, & tunc non oportebit nuncupare,
sed sufficiet scribere, *vt in præallegat. l. hæredes.*

Et supradictam opinionem in puncto iuris
veriorem esse, testatur *Card. Mantic. de con-
iectur. vltim volunt. lib. 1. titul. 7. nu. 7. vers. &
hanc esse communem opinionem. Iul. Clar. in
§. Testamentum. quæst. 36. num. 2. vers. hac opi-
nio in puncto iuris non modicam patitur diffi-
cultatem &c.* & sedulo monuit *Card. Alban.
ad Bart. in d. l. si ita scripsero. num. 2. vers. cæte-
rum si rectè consideretur &c.* Tiraquel. *ad leg.
connubial. glos. 7. numer. 193. in fin.* qui in hac
opinione tamquam vltimo loco referta dici-
80 tur residere, & quod non valeat tale testa-
mentum ingenuè fatentur plures alij Docto-
res adducti *per Gratian. discept forens. cap. 973.
numer. 2.*

Vbi etiam testatur de veriori, nec ipse in-
tendit admittere contrariam opinionem, nisi
81 in specie probetur consuetudo loci, sic testã-
di, quæ legitimè introducta valet, *& num. 37.*
insuper fidem facit ferè omnes DD. qui con-
trarium defendunt, loquuntur de obseruan-
tia Curiarum, in quibus practicatur talis opi-
82 nio, & DD. dum testantur de consuetudine,
& obseruantia, licet credendum non sit, quia
cum id consistat in facto, & Doctori non est
data facultas asserendi ea, quæ sunt facti, sed
interpretandi iura. *Mohed. decis. 2. & 3. de con-
suetud.* reprobata opinione *Bart. & Castr. in
l. de quibus. ff. de legib. cũ alijs allegatis coram
Reuerendiss.* Terracinen. *decis. 193. num. 13. vers.
non creditur Doctori attestanti de consuetudi-
ne &c. part. 6. recent* standum tamen est, quo
ad ea loca, in quibus ipsi sunt versati, non au-
tem in alijs, quorum notitiam non præsumũ-
tur habere. *Paris. in tractat. de Sindicat. in
verb. Doctor nu. 10.* vbi inquit, quod *Bart.* non
83 præsumitur habuisse notitiam consuetudinũ
aliarum Curiarum, in quibus non fuit versa-
tus, & *Alex. in consil. 5. nu 7 vol 3.* asserit, quod
Accursius, ex quo nõ potuit habere notitiam
omnium Curiarum non potuit attestari de
84 communi vsu locorum, in quibus nõ est ver-
satus, cum alijs allegatis per *Surd. in cons. 74.
numer. 14. vers. Doctoribus attestantibus de con-
suetudine standum est in illis locis, in quibus
versantur, non autem in alijs &c.* Meritoque
85 *Rebuff.* dum visus est, attestari de stylo Cu-
riæ, reprobatur à *Rota*, nam ipse numquam
fuit in Curia, vt videre est ex decisione *corã
sanct. mem. Clement. VIII. decis. 233. num. 17.
versic. nec erat in aliqua consideratione Rebuff.
attestatio de stylo Curiæ, quia ipse numquam
fuit in Curia &c.*

Sed persistendo in terminis, quod non va-
86 leat testamentum per relationem ad cedulã,
id pariter concludit Bart. *in d. l. si ita scripsero,*
qui non in institutione hæredis, vt multi DD.
extendunt, loquitur, & malè ad hoc allegatur,
87 (quamuis alij contrarium defendant,) sed
tantum asserit, id posse procedere in legatis,
& fideicommissis, sed de institutione vniuer-
88 sali, nec vllum verbum facit, ideo debet
intelligi iuxta per eum allegata non extendẽ-
89 do ad illa, quæ habent diuersam rationem, &
vbi cautius est agendum. Idem etiam sensit
*Fernand. Vasq. in tractat. de success. tom. 1. lib. 2.
§. 11. num. 16. in fin* vbi ait Doctores tenentes
90 opinionem negatiuam, vt testamentum non
teneat, si fiat per relationem ad cedulam ha-
bere textum pro se. *in d. l. iubemus. & in d. lege
hæredes palam cum similib.*

91 Et istam opinionem quoque admisit Sena-
tus Sabaudiæ, *vt videre est apud* Fabr. *in suo
Codice Fabriano lib. 6. titul. 5. de testament. di-
finit. 20. vers. sine nuncupatiui, quia heredem
hoc casu ab ipso quoque testatore, viua voce, &
palam nuncupari oportet &c.* Idem etiã sensit
Parlamentum Gratianopolitan. teste Guido pap.
decis. 459. incip. Hæres vniuersalis. sub numer. 2.
vbi affirmatur, licet institutio particularis,
92 quæ legato æquiparatur. *l. quoties. C. de hæred.
instituend.* possit relinqui per relationem ad
93 aliud. Non tamen sic est in institutione vni-
uersali, *per text. in d. l. iubemus. & in d. l. hære-*

Digitized by Google

dei palam. cum illa sit caput, & fundamentum
testamenti, vt satis notum est, & fusè alibi
dicam.

Atque hæc pauca dicta sufficiant, non ani-
mo penitus destruendi contrariam opinionē,
94 sed solum ad ostendendum, sectatores illius
sententiæ, quod non sit de forma testamenti
nuncupatiui, vt testes audiant ab ore testa-
toris nuncupationem hæredis, solidè non fir-
95 mant eorum sententiam, nam dum addu-
cunt in exemplum, ea, quæ attenta iuris dis-
positione non subsistunt, nescio quàm validū
fundamentum possint constituere. Vlterius
ad omne peius, quamuis esset verum, prout
96 verissimum multi DD. putant, vt constat ex
pluribus relatis in satis illa magistrali deci-
sione *coram bon me.* Coccino *in causa Romana
Hæreditatis* 19. *Nouemb* 1635. *§. Nec in his ter-
minis obstat vers. quia cum hæc nominatio non
requiratur pro forma &c.* & recentius *coram
Eminentiss. D. Card.* Otthobono *in causa Ro-
mana Testamenti* 14. *Iunij* 1646. *§. Continet,
vers. nec requiritur, quod testes viderint, aut
certiores facti fuerint, de his quæ in cedula testa-
mentaria continentur &c.* & insuper testatur
de æquiori, & vltimis voluntatibus magis
accomodata opinione.

Tamen nec id obstaret ad probandum in
testamento nuncupatiuo nullatenus esse ne-
97 cesse, & quidem de forma, vt testes ab ore
testatoris exaudiant nomen hæredis, quia
modus testandi per relationem ad cedulam,
98 est diuersus ab illo, solito fieri per nuncupa-
tionem explicitam, etenim præfatus modus
testandi per relationem ad aliam scripturam,
99 est quædam tertia species testamenti implici-
ti, inter testamentum merè nuncupatiuum
explicitum, & testamentum in scriptis (prout
alibi dum ex professo hāc materiam tractabo
100 circa validitatē d. conclusionis, latè deducā)
quamobrē de illo, ad aliud non benè infertur.

Stat ergo inconcussa opinio illa supra iam
firmata, quod in testamento nuncupatiuo
explicito, institutio, ac hæredis nuncupatio
101 debet esse clara, dilucida, manifesta, atque
indubitata, clarisque verbis, ac omnino ex-
plicitis, atque expressis à testatore ore pro-
102 prio prolata, itaut à solemni numero septē
testium omnino percipiatur, audiatur, exau-
diatur, ac perfectè intelligatur, vt satis apertè
103 cantant textus iam supra sæpius allegati,
quoniam in his, quæ sunt summa summarum,
& à quibus vniuersa lex pendet, qualis est hæ-
redis institutio, vt dicebat *Bald. in l. hac con-
sultissima. C. qui testam. fac. poss.* nihil tam pro-
104 prium est, quàm ipsa claritas. *d. l. iubemus, cū
simil.* cum & ea omnibus sit grata.

Nec illud puto omittere, quidquid enim
sit, quando de testamento nuncupatiuo fuit
105 confectum publicum instrumentum, prout
hodie videtur inualuisse consuetudo, vt de
omnibus ferè testamentis, fiant instrumenta
publica, tamen supra relata opinio de omni-
106 moda intelligentia testium absque vllo du-
bio, & absque alia controuersia apud Docto-
res transit, quando non fuit confectum pu-
blicum instrumentum, sed ore proprio testa-
107 toris coram testibus fuit nuncupatum, vel
in priuatam scripturam redactum, quantum-
uis scriptura non requiratur in testamento
108 nuncupatiuo, nisi ad probationem, vt de-
ducam infra suo loco, tunc enim in testibus,
vt dixi, illa exacta auditio sine pugna est ne-
cessaria ad essentiam ipsius testamenti, cum
109 ea pendeat ab ipsorum testium depositio-
nibus ad formam *l. publicatæ. C. de testib.*

110 Siquidem si testes fateantur intelligētiam,
& seruatis seruandis super ea affirmatiuè de-
111 ponant, testamentum ipsum remanet pro-
batum, & ex probatione quo ad iuris effectū
consequitur suum esse, sin autem intelligen-
tiam negent, voluntas vltima testatoris nullo
112 pacto remanet probata, & ex non probatio-
ne nō producitur in esse, sed nullius remanet
momenti, & sic ipsi testes debent esse omni-
113 no conformes, itaut si in vno depositio de-
ficiat, tota dispositio corruat. *Bald. in l. cum
antiquitas. num.* 5. *C. de testament. Brun. consil.* 14.
num. 2. *lib.* 2. *Crass. in §. Testamentum. quæst.* 59.
nu. 2. *& post Vrsill. ad Afflict. Ludouic Bellon.
Surd. & alios,* respondit *Rota coram bon. me.
Coccino in recent. part.* 5. *tom.* 2. *decis.* 588. *nu.* 26.
*vers. quando agitur de testamento nuncupatiuo
redigēdo in scriptis &c. & coram bo me. V baldo
Sen. in causa Fauentina Testamenti* 15. *Maij*
1620. *§. vltim. vers. & tamen quando tractatur
de probando per testes testamentum, testes debēt
deponere de toto tenore testamenti &c.*

114 Ex supradictis remouetur, quod tradit *Ma-
nent. consil* 9. *num.* 73. *&* 74. quod vbi agitur
de institutione hæredis, debet probari per
115 septem testes, quia id procedit, vt dixi, quā-
do non adest scriptura, vel si adest est priuata,
nec reperitur scripta à testatore, nec ab ipsis
testibus subscripta, nam his casibus testes de-
116 bent deponere de toto tenore testamenti,
vt respōdit *Rota coram bo. me. V baldo. dec.* 535.
num. 8. *vers quando testator coram testibus de-
clarauit suam voluntatem sine scriptura &c.
part.* 4. *recent. tom.* 3. *& coram eodem in d. Fauē-
tina testamenti,* Secus verò si simus in scriptu-
117 ra publica, quia vbi scriptura est publica per
se probat auctoritate Tabellionis absque
examine testium, dum est facta cum debitis
118 solemnitatibus, & requisitis, de quibus per
*glos. in l generali in verb seruituti. vers. item or-
do instrumentorum. C. de Tabul. lib.* 10. *cum alijs
allegatis per Rotam coram* Pirouano *decis.* 390.
num. 2. *vers. continet enim omnia requisita pu-
blici instrumenti &c. part.* 4. *recent. & coram
R. P. D* Cerro *in Romana prætensi fideicommissi
de Strozzis* 17. *Februar.* 1645. *§. Secundo. vers.
ex facie instrumenti &c.* Sicque instrumētum
publicum à publico Notario rogatum, facit
pro-

Digitized by Google

119 probationem certam, liquidam, notoriam,
ac manifestam, & dicitur veritas apparens,
ita vt de eo, tamquam de casu legis non sit
120 dubitandum, adeo vt vim diffinitiuæ causæ
dicatur habere, Vnde de eo solitum sit dice-
121 re, Noli me tangere, quia Cæsaris sum, si-
cuti multi DD. asserunt, & præsertim *Crauett.
in consil. 17. num. 7. vers. iam potest dici de publi-
co instrumento, noli me tangere &c.* & nuper
dixit *Cæs. Raginel. practic. quæst. cap. 7. num. 4.
vers. de publico instrumento solitum est dici, noli
me tangere &c.* itaque nisi euidentissimis, &
122 clarissimis rationibus probetur contrarium
eius, quod in instrumento continetur, in va-
num laboratur ad prosternandam illius vali-
ditatem, optimè in puncto deduxit *Rota in
d. Regien. Hæreditatis 24. Aprilis 1637. coram
bo. me.* Coccino. *§. 1. vers. hæres scriptus in testa-
mento habet intentionem fundatam in instru-
mento d. testamenti cui fides magna adhibenda
est &c.* & deinde coram *R. P. D.* Carillo *in
causa Tibertina Hæreditatis 16. Maij 1639.
§. Attamen. vers. cum agatur de reprobando in-
strumento, testes debent necessariò, & conclu-
denter deponere, contrarium eius quod scriptum
est in instrumento, aliàs ipsum debet inuari, &
tollerari &c.* cum alijs ibi allegatis.

Siquidem instrumẽtum publicum probat
123 omnia contenta in eo fuisse, ac esse vera, &
de volũtate partium solemniter celebratum.
*l. sciendum. ff. de verb. obligat. § nos verò. in Auth.
de Tabellion.* *Bald. in cap. 1. §. instrumentum. de
natur. feud. & in cap. illud. circa finem. ext. de
præsumpt. cum alijs allegatis per Bellon. decis.
124 Gen. 23. num. 4.* Et præsumitur verum va-
lidum, atque solemne, *glos. in l. post diuisionem.
C. de iur. & fact. ignorant. in verb. non posse.* &
post eam *Bart. Bald. vterque num. 1. Salicet. et
alij*, Necnõ semper pro illius validitate præ-
sumitur, & illi in dubio semper est standum,
125 vt multi probarunt, & præsertim *Grammat.
decis. 66. nu. 24. Francisc.* Marc. *decis. 51. Ossasch.
decis. 117. & latè per* Mascard. *de probat. in prin-
cip. quæst. 6. per tot. & per* Asin. *in prax. titul. de
execut. §. 1. cap. 29. Rota coram* Card. Seraph.
decis. 236. num. 1. et coram sanct. me. Greg. XV.
decis. 292. numer. 2. vbi dicitur, quando in-
126 strumentum habet omnia requisita non est
dubitandum, an sit in forma probanti, et fuit
dictum *coram R.* P. *D.* Terracinen. *in causa
Firmana Professionis. 2. Decembr. 1639. §. Mi-
nus obstat,* vbi etiam dicitur, id procedere
etiamsi instrumentum in prothocollo Nota-
127 rij, qui se rogauit, non extabat, cum potue-
rit per incuriam Notarij in prothocollum nõ
128 redigi. Intellige tamen id verum, quando
adsunt alia requisita, ex relatis *à Rota coram*
Card. Caualer. *decis. 122. numer. 11. vers. non est
necessarium, quod instrumentum sit in protho-
collo &c.* ibique aliæ decisiones allegantur, et
videatur *coram eadem R. P. D. Terracinen. in
causa Assisien. Dotis 22. Iunij 1640. §. Nec pa-
riter obstat. vers. non attendenda tamquam pu-
blicum instrumentum scriptura illa, vti solitum
repertum extra prothocollum &c.* Sed ad nos.

Quare, vt dicebam, si instrumentum fuerit
confectum super testamento, probat ipsum
129 testamentum fuisse, ac esse iustum, legitimũ,
& solemne, Ias. *in auth. si qua mulier. num. 21.
C. de sacrosanct. Eccles.* Menoch. *de præsumpt.
lib. 4. præsumpt. 10. num. 1. et seq.* Honded. *con-
sil. 66. num. 1. et 2. lib. 1. et plenè tradit* Surd. *in
consil. 414. num. 20. et 21.* vbi ait testamentum
probari per scripturam publici instrumenti,
130 etiam si nullum fiat testium examen, & in
hoc est *glos. communiter secuta in l. hæredes palã
in princip. ff. de testament. et in l. vltima. ff. de
fideicommiss. et in l. 2. C. quemadmod. testament.
aperia.* Bald. *in l. 1. num. 15. C. de testament.* qui
post glos. vltim. testatur, ita consuetudine re-
ceptum esse. Idemque attestatur Signorol. *in
consil. 66. num. 1. vers. item habet formam, Ita
etiam affirmat* Corn. *in consil. 319. num. 2. vol. 1.*

Dicens, communem hanc esse opinionem,
& à consuetudine approbatam, quod etiam
Socin. *Sen. attestatur in consil. 129. nu. 4. in fin.
vol. 2.* Couar. *in cap. cum esses. num. 1. in fin. de
testament.* qui etiam dicit communem opi-
nionem *Card.* Mantic. *de cõiectur. vltim. volunt.
lib. 2. titul. 12. numer. 2. vers. sine alia testium
examinatione, & depositione testamentum pro-
batur per publicum instrumentum &c. Matth.
de* Afflict. *decis. 166. num. 2.* vbi ait veram esse
131 sententiam, quod testamentum nuncupati-
uum factum in præsentia septem testium ro-
gatorum de quo Notarius rogatur, & confi-
cit publicum instrumentum cum descriptio-
132 ne prædictorum testium, probat testamen-
tum esse validum, & solemne. *Cyriac. contro-
uers. forens. cap. 407. nu. 68. vers. testamentum
probatur instrumento in quo descripti sunt septẽ
testes absque eo, quod ipsi testes examinentur &c.
et plenè id tractat* Valasc. *consultat. 181. num. 1.
et per totam.* & addo *Francisc.* de Barry *in tra-
ctat. de testament. lib. 1. titul. 3. num. 8. vers. mul-
tum interest, an Tabellio, vel alius testamentum
scribat. Nam si tabellionis scriptura per se faciet
fidem, et probationem plenam, nec alia vlla testiũ
probatione opus erit &c.* Nã qui habet instru-
133 mentum publicum, testamenti dicitur ha-
bere intentionem plenè fundatam *iuxta text.
in l. cum precibus. vbi* Bald. *et Scribentes omnes.
C. de probat. cum alijs allegatis per Altograd. cõ-
sil. 30. num. 8. vers. instrumentum publicum te-
stamenti qui habet, dicitur habere intentionem
fundatam &c.*

Insuper tale testamentum per Notarium
134 rogatum, stante publico instrumento, pro-
bat ipsum actum, testium præsentiam, & intel-
ligentiam. *Imol. in l. 1. §. si quis neget. numer. 6.
& 10 ff. quemadmod. test. aperi.* Castren. *in l. iu-
bemus. num. 3. C. de testament* & taliter pro so
instrumentum habet præsumptionem, quod
ex ea tres oriuntur præsumptiones, quod sit

verum,

Digitized by Google

verum,quod sit solemne, & quod omnia in eo
descripta sint facta, sicuti probat Ioseph. de
sess.in tractat de inhibition.cap.2.§.4.à num.39.
Idem decis. Aragon.19. num.9.vers. taliter in-
strumentum habet pro se præsumptionem &c.
vlterius tale instrumentum testaméti probat
136 institutum esse illum, qui in eo scriptus re-
peritur,& non institutum, qui in eo institutus
non reperitur. Angel. Aretin. in consil.104 nu.
12.& 13. Corn consil.261.nu.11.vol.4. Decian.
in consil.7.num.2. vers ex inspectione probatur,
an debeatur hæreditas. vol.4. Quale enim appa-
ret instrumentũ in sui prima figura, talis præ-
137 sumitur actus,qui in eo continetur,& instru-
mentum tale præsumitur in materia, quale
est in forma,vt post Bald. & alios ratiocinatur
Bec. in consil.52.à num. 2.vers. contractus talis
esse præsumitur quale instrumentum &c.& in
puncto Surd. d consil.414. nu.20. & seqq. Ri-
minald.Iun. in consil 585.à numer. 19. et pa-
riter in puncto aduertit Rota coram R.P.D.
Terracinen.in d.causa Tiburtina Hæreditatis
16. Maij 1639.§.2.vers et quale instrumentum
apparet in sui prima figura talis præsumitur
actus qui in eo continetur &c.

Tandem si de testamento nuncupatiuo ap-
paret factum publicum instrumentum, illud
138 etiã subsistẽtiam habebit,quamuis aliqui ex
testibus de numero necessario decesserint,cũ
in dubio sit præsumẽdũ eos fuisse cõfirmaturos
139 cõtenta in ipso instrumento, vt per DD. in
l fin.C.de fideicommiss. Neuizan. consil.26.n.22.
Missing in §.sed hæc quidem num.5. Instit. de
testament.glos in l. hæredes palam. in verb. ante
circa fin vers.alij contra ff.qui testam.facer.poss.
& in l fin in verb.ostenditur post med.vers. alij
dicunt,iuncto versic.& hæc opinio C. de fideicõ-
miss. & Ias. num.19. vbi dicit de hoc non esse
140 dubitandum Modest. Pistor. cons.31.nu.36.
vers.respondeo.quod Notario creditur &c. Valas.
consultat.181.à num.1 & seq. Surd. consil.414.
num.21.& sensit Rota in d. decis 588. numer.5.
vers.et propterea testes iterum sistere non est ne-
cesse,sicut nec morte eorum corruit testatoris vo-
luntas &c.part.5.recent.tom.2 addo Bart.in
d.l.hæredes palam.num.3.& 4.ff. de testam. ac
sequitur Ias.in l.publicati.num.4.C.eodem titul.
Vbi ait instrumenta publica; & authentica,
141 non indigere alia publicatione, cum per se
fidem perpetuam habeant, adeò quod quan-
do agitur de testamẽto nũcupatiuo,super quo
rogatus Notarius fecit instrumentum publi-
142 cum plenè probat, absque omni alia solem-
nitate, dato etiam quod omnes testes essent
mortui allegat glos.secundum eum singularẽ,
& approbatam in l.2.in princ.ff.quemadmod.te-
stament.aper.& ita tenent Bart Salicet. Paul.
de Castr.& alij in l 1.C. de testament. idemque
sensit Roland de testament.rubr 62. vers. in vl-
timis voluntatibus adhibentur Tabelliones gra-
tia facilioris probationis &c. & benè aduertit
Math.Coler.decis.Germaniæ 250.sub numer 6.
vers.de testamento si rogatus Notarius fecit pu-
blicum instrumentum plenè probat etiam absque
alia solemnitate, dato etiã quod omnes sint mor-
tui &c. Rota coram R.P.D. Terracin.in d.causa
Tiburtina Hæreditatis.16.Maij 1639.§.Quan-
doquidem.vers. testamentum probatur per in-
strumentum publicum, etiamsi nullum fiat te-
stium examen &c. et corã Eminentiss D. Card.
Ottrobono in causa Romana Testamenti 14.
Iunij 1649.§ Nec releuat, quod in aperitione
vers. nullum requiritur Iudicis decretum, aut
alia solemnitas &c.

Quando tamen de testamento non esset cõ-
fecta scriptura, vel si sit confecta, tamẽ est pri-
143 uata,et tunc morte vnius ex testibus ante-
quam voluntas testatoris in publicam formã
redigatur, ex solemni tamen numero, et ne-
cessario, testamenttum remaneret nullum,
tamquam sine solemnitate substantiali ad tex.
in l.si vnus.12.C.de testament. considerat Bart.
in l.1.§.si quis neget.num 2.vers.ratio est, quia
plenus numerus,& vers.vnde mortuis testib.&c.
& ibi etiam Imol.num 5.vers.quadam verò est
scriptura ff quemadmod.testam.aper. Crass.in §.
Testamentum.quæst.81.num.1.vers si testes tem-
pore testamenti aperiendi mortui sunt &c.at in-
144 super post Boer.& Vasq. testatur de cõmuni
opinione,& adde Simon.de Prat. de interpret.
vltim.volunt lib.2.interpretat.2. dub.2. nu.10.
& seq.Mart.de success legal.part.2.quæst.1. nu.
18.vers.si ante testamenti publicationem, vnus
ex septem testibus moriatur testamentum cor-
ruit &c. cum alijs allegatis per Honded. consil.
26,num.11.vers in quocumque testamento nun-
cupatiuo de quo non fuit confecta publica scrip-
tura,& vers. si testes qui fuerunt præsentes, de-
cederent,testamentũ penitus corrueret &c.vol.2.
& sensit Rota coram bo.mem. Vbaldo decis.333.
num.9.vers.necesse est.vt testes mortuo testato-
re deponant de integro tenore testamenti, & si
interim mortuus fuerit aliquis testis corruit te-
stamentum, vel eius probatio &c part.4. recent.
tom.3. Hoc enim casu procedit text.in d. l.1.§.
si quis neget. vt ibi notant fere omnes DD.

Nam loquitur in testamento in scriptis,
145 quod debet recognosci ab omnibus testi-
bus,& ita illam intelligunt ibi Bald. Imol.cæ-
terique scribentes, & refert Cyriac. controuers.
forens cap.407.num.279.vers & hoc casu proce-
dit &c. Quamobrem ad euitanda talia peri-
cula,consuetudo inualuit, vsuque receptum
est, sicuti iam dixi, vt plerumque à Notarijs
testamenta conscribantur etiam si fiant per
nuncupationem,& sine scriptis, & tunc sine
alia examinatione,& depositione testium, te-
stamentum probatur per publicum instrumẽ-
tum desuper à Notario confectum, vt dixi.

Verum enimuero non tantum tribuendũ
146 est instrumentis publicis,vt non possint illa
improbari, quidquid sit, quando sumus in
possessorio,quod secus est in petitorio, vt di-
cemus in sequenti capite, quia alias actum
esset de solemnitatibus testamentarijs.

AR-

ARGVMENTVM.

Instrumentum publicum testamenti, licet quando hæres habet pro se, felici poterit aura nauigare, tamen id procedit quando sumus, in possessorio, quo casu Iudex tenetur sequi ipsius instrumenti primam apparentiam in immittendo in possessionem hæredem, absque alia discusione, quidquid sit stante probatione in continenti oblata. Verũ, quando sumus in petitorio Iudex nõ poterit ita facile sequi præsumptam veritatẽ instrumenti, cũ & aliás instrumentũ dicatur probatio, probata &c.

Nam tunc cessant omnes præsumptiones, quia cum instrumenta publica fuerint reperta ad probandam rei gestæ veritatem, non autem ad tollendas ipsas leges, quare in instrumento testamenti, nisi fuerint, adhibitæ omnes solemnitates, quæ iura præscripserũt in testamentis nuncupatiuis, benè poterunt omnes illi defectus opponi contra ipsum instrumentum publicum, & testamentum remanebit nullum, data eorum probatione.

Instrumentum, seu alia quælibet scriptura, Iura nullatenus in testamentis nuncupatiuis requirunt, cum satis possint abesse præter ipsiu testamenti corruptionem, et in dubio Testator præsumitur voluisse adhibere Notarium s non ad ipsum testamentum solemnizandum, sed ad probationem, Ideoque si testator corã, septem testibus, & Notario disertè suam voluntatem explanauerit, et ea Notarius non scripserit, id non officit, dum ea per testes potest probari.

SVMMARIVM.

157 *Præsumptioni Instrumenti multum deferendum est, sed vsq. ad certum signum, & n. 184.*
158 *Iura excogitata ad euitandas fraudes, et falsitates non sunt ita facile euertenda.*
159 *Hæres scriptus in testamento, vt obtineat immissionem, quid sufficiat.*
Iudex, vt det immissionem hæredi scripto in testamento sat est solum testamenti apparentiam sequi. nu. 159. & 162.
160 *Testamentum ad effectum concludendi immissionem, qualitercumque potest tolerari pro eo præsumendum est.*
161 *Probatio apparens dicitur, quæ sua prima facie, ac fronte se se ostendit.*
162 *Testamenti primam apparentiam Iudex debet sequi in dando immissionem hæredi.*
163 *Testamentum si in continenti, doceatur esse nullum, tunc non intrat immissio.*
164 *Præteritionis filiorum exceptio, cum sit vitiũ inuisibile, non impedit immissionem. limitatio num. 165.*
166 *Hæredi scripto in testamento, vt impediatur immissio, ob vitium visibile testamenti, quid requiratur.*
166 *Probatio an fiat in continenti, vel expectatis probationibus, id multum refert in iure.*
167 *Probatio, quando est de proximo, perinde est, ac si esset facta.*
168 *Probatio in continenti facienda admittitur etiam in terminis l. fin. C. edict. D. Andr. toll.*
169 *Contradictor legitimus dicitur, qui se offert in continenti ad quid probandum.*
Exceptio incontinenti probanda admittitur etiam contra obligationem Cameralem.
170 *Filius, quomodo possit probare in continenti, quod ipse fuit à parte in testamento præteritus*
171 *Præteritionis vitium dicitur inuisibile directè, non autem indirectè.*
Institutionis hæredis entitatem non respiciens, eius absentiam cognoscit.
172 *Oculi non possunt videre noctem, cum nox sit mera lucis priuatio, vnde tenebræ, nisi per priuationem cognoscuntur.*
173 *Vitium inuisibile admittitur etiam ad impediendum remediũ l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. si statim fiat visibile per euidentiam facti.*
Probari in continenti, quando aliquid dicatur remissiue, et n. 173.
174 *Testamenti substantialia essent submersa dũ de eo fuerit confectum instrumentum, si contra illud, nihil posset opponi.*
175 *Testatoris voluntas, si post possessorium ad petitorium in controuersiam ponatur, tunc præsumptio, quæ militat pro instrumento nihil operatur.*
176 *Instrumentum testamenti fides, quando penitus eneruetur.*
177 *Instrumenta, quando penitus nihil operarentur.*
178 *Instrumẽtum publicũ, quando est confectum super testamento, quot bona ex hoc sequantur et num. 179. 180. 181. & seq.*
183 *Instrumenta publica fuerunt reperta ad probandam rei gestæ veritatem. non autem ad colorandas falsitates, sub clypeo præsumptionis veritatis.*
184 *Instrumenta publica non fuerunt reperta ad eludendas ipsas leges.*
185 *cõtra Instrumentum testamenti, si nihil posset opponi, quæ absurda possent sequi.*
187 *in Testes testamentarios, qui non possint adhiberi.*
188 *Instrumentum publicum habet pro se magnã præsumptionem veritatis.*
189 *Præsumptio imitatur naturam, cum non possit verificari, in quibus natura seu veritas nihil potest præstare.*
190 *Veritas est mater iustitiæ.*
191 *Præsumptio cedit veritati, cum veritas præualeat præsumptioni.*
192 *Instrumentum, quantumuis publicum non attenditur contra veritatem.*
193 *Præsumptio vna tollitur per validiorem.*
194 *inter Præsumptiones datur gradus, et violentior minus violenta est fortior.*
195 *Instrumentum est quid accidentale in testamentis.*

Scrip-

196 *Scriptura non est necessaria in testamento nuncupatiuo.*

197 *Instrumentum iura non requirunt in testamentis nuncupatiuis, et n.203.*

198 *Testamentum nuncupatiuum mutaret suam naturam, si de ea fuerit confectum instrumentum, et contra illud non admitterentur exceptiones in petitorio.*

199 *Solemnitates omnes à* Iure *requisitæ sunt obseruandæ in testamentis, quantumuis super eis conficiantur instrumenta.*

200 *Instrumentum quando fit de testamento nuncupatiuo, non fit ad illud solemnizandum, sed ad faciliorem probationem. & n.202.*

204 *Testamentum nuncupatiuum probat, quãuis factum sine scriptura, si testibus doceri possit.*

205 *Quod procedit, etiamsi adesset* Notarius*, licet ipse voluerit conficere instrumentum, vel ipso confecto, recusauerit illud publicare.*

206 *ad Actum ipsum testandi, quando fuit deuentum, an intret conclusio de legendo, et publicando testamento per* Notarium.

207 *Testamẽtum per instrumentum, quando quis vult probare, debet docere de illius publicatione.* Publicatio *est pars instrumenti.*

208 *Testamenti schedula à* Notario *scripta etiam dictante testatore, non probat, si non fuerit lecta, nec publicata.*

209 *Quod procedit etiamsi fuerit lecta, sed non publicata.*

Instrumẽti publicatio in dubio nõ præsumitur

210 *Notarius, si instrumentum testamenti non publicauerit, talis imperfectio, respicit* Nota*rium, et non testatorem.*

211 *Instrumenti testamenti imperfectio non attenditur, quando voluntas testatoris probari potest testibus.*

212 *Testator in dubio censetur velle adhibere* Notarium*, non ad substantiam testamenti, sed ad effectum probationis.*

213 Notarius, *si totam suam dispositionem dispositiuè coram septem testibus declarauit, quid sit dicendum si* Notarius *nihil scripserit, et num.214.*

215 *Testator, si testamentum dictauerit* Notario. *qui illud non scripsit, potest tamen probari testibus.*

216 *Testator, quãdo coram septem testibus, et* No*tario dictauit suum testamentum, et* Nota*rius illud non scripsit,*

217 *Tunc testamentum dicitur fuisse in facto, quoad ipsum testatorem, licet esset in fieri, quo ad officium Notarij.*

218 *Quæ opinio est verior, & ea libentius amplectanda, ut pereant vltima elogia testantium.*

CAPVT XXXIX.

MAgna quidem est præsumptio, nec non
potentia instrumenti publici, vt satis
diximus in præcedenti capite. Cœterum non
est eidem adeo tribuendum, illiusque præsũ-
ptioni standum, vt per illud substantialia te-
157 stamenti tot vigilijs Iurisconsultorum, ac
Cæsarum, excogitata ad fraudes euitãdas, om-
ninò subuertantur, quare quidquid sit in pos-
158 sessorio ex remedio *l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend.* secundum quam sufficit hæredi scrip-
159 to ad adipiscendam possessionem ostendere
testamentum non abolitum, nõ cancellatum,
& non vitiatum, & ratio est, quia hoc casu Iu-
dex solam testamenti apparentiam extrinse-
cẽ sequitur, vt inquit *Bald. in d. l. fin. in 6. no-
tab.* Dec. *num. 15* Zueard *num. 168.* itaq quali-
160 tercumque in his terminis testamentum
potest tolerari, præsumitur pro eo. *ad l. si pact.
C. de iur. & fact. ignor.* & apparẽs probatio di-
161 citur, quæ sua prima facie, ac fronte se se
ostendit, vt inquit *ex d. l. fin.* Bart. *in extrauag.
ad reprimendum* in verbo *summariè. num. 9. &
in puncto* Menoch. *de adipiscend. possess remed. 4.
numer. 684. & post eum* Riminald. *Iun. consil.
385. num. 10. vers. apparens dicitur &c.* qui cõ-
cludunt, quod Iudex tenetur sequi hanc pri-
162 mam apparentiam in mittendo in posses-
sionem hæredem. *Cyriac. controuers. forens. cap.
403. num. 280. vers. aut est scriptura publica,
quæ vbi in sui figura, & oculari inspectione non
habet aliquem defectum, vt sunt testamenta
auctoritate Tabellionis confecta &c.* cum alijs al-
legatis per *Rotam coram Reuerendiss. P. D.*
Dunozetto *Decano in causa Perusina Hæredi-
tatis 13. Nouemb. 1637. §. Nam licet. vers. hæ-
redi scripto immissio non solet denegari, quando
constat de publico testamento non casso, nec
abolito &c.*

Verum id cessat, si incontinenti testamen-
163 tum esse nullum ostendatur, vt multorum
auctoritate hoc comprobat *Cæs. Argel. in tra-
ctat. de aquir. possess. quæst. 5. nu. 264 & n. 1022.*
Vnde quamuis exceptio præteritionis nõ im-
164 pediat remedium *d. l. fin* cum sit vitium in-
uisibile, *vt probat. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tol-
lend. cum alijs relatis per Menoch. de arbitrar.
Iud. lib. 2. centur 1. cas. 12. num. 2 vers præteri-
tionis vitium non est visibile &c.* & dixit Rota
*in recent. dec. 526. n. 7. exceptio præteritionis non
impedit remedium. d. l. fin. cum sit vitium
inuisibile &c part.* 1. & insuper quando vi-
165 tium est visibile ad impediendam talem
immissionem, debet carere omni scrupulo, *ex
allegatis per* Peregr. *de fideicommiss artic. 48.
num. 29. vers. quia diceret testamentum falsum,
in officiosum, aut testatorem esse intestabilẽ &c.*
& latè ibi *Francisc. Censal in addit.* & firmauit
D. Regen. Hector. Capyc. Latr. *decis. Neapolit. 10
n. 13.*

*num.13.verſ.requiritur quod in teſtamento ad-
ſit vitium viſibile, & quod nullo careat ſeru-
palo &c.*
Attamen, ſi filius paratus eſſet incontinen-
166 ti talem exceptionem probare, audiretur ad
impediẽdam immiſſionem ex remedio *d.l.fin.*
nam multum refert in iure, quod probatio fiat
167 incontinenti, vel expectatis dilationibus, nã
paria ſunt aliquid iam eſſe probatum, et quod
ſit de proximo probandum, vtique tunc per-
inde eſt, ac ſi conſtaret de re ipſa. *plenè Abb. in
cap ſuſcitata de reſtitut. in integr.* Dec. *in cap. an
ſit. num. 2. notabil. 3. de appellat. & benè probat*
Lazar. Fœnut. *in tractat. de moment. tempor.
cap. 14. titul de priuileg. probation. incontinent-
fact. à num. 1. & n. 12.* loquitur in terminis no-
168 ſtris, quod probatio incontinenti fienda ad-
mittitur in remedio *d. l fin.* ex allegatis *per
Bec. in conſil. 89. n. 15. cum ſeq. lib. 1.* Pariſ. *conſil.
53. num. 110. lib. 3. Rota coram Card.* Seraph.
83. num. 4. et deciſ. 757. num. 1. et coram R.P.D.
Peutingero *in cauſa Reatina ſucceſſionis 21.
Maij 1642.* cum alijs deciſionibus antiquis, &
modernis copioſè, à me relatis *in annotat. ad
deciſ. 16. in littera A. à num 1 part. 3. recent.* ad-
duxi multos caſus, ex quibus immiſſio impe-
ditur ex remedio. *d. l. fin.* C. *de edict.* D. *Adrian.
tollend.* tam ex parte teſtatoris, quàm hære-
dis, vbi vide, Legitimus verò contradictor
dicitur, qui ſe offert in continenti probare,
169 & videmus talẽ exceptionem admitti etiã
contra obligationem Cameralem, ex allega-
tis per *Carol. de* Craſſ *in tractat. de exceptionib.
cap. 7. num 3 verſ. admittitur etiam aduerſus
executionẽ inſtrumenti in forma Cameræ ema-
nati &c.* adde *Galles. de Obligat. Cameral. qu.*
17. n. 20. & ibi *Zach. in addition. num. 161. & ſeq*
Et in puncto filij opponentis de preteritio-
170 ne, vt audiatur, ſi incontinenti paratus ſit de
ea docere, veluti dato eum fuiſſe nominatum
in teſtamento, & non reperiretur inſtitutus in
legitima, vel alio modo incontinenti proban-
do, tunc enim impeditur immiſſio. Nam licet
171 vitium præteritionis filij, non ſit vitium viſi-
bile, tamen id procedit directè, non autem in-
directè, nam tũc etiam priuatio cadit ſub ſen-
ſu cum ſenſus inſtitutionis entitatem non re-
ſpiciẽs, eius abſentiam cognoſcat, quomodo
oculi dicuntur videre noctem, cum nox ſit
172 mera lucis priuatio, non videntes enim lucẽ
cognoſcunt tenebras per dictam priuationẽ,
Ita dum non videmus in teſtamentis inſtitu-
tionem, filij per dictam carẽtiam videmus pri-
uationem vnde ſatis conſtat in continenti
fuiſſe probatam exheredationem, et ſic impe
ditur immiſſio hæredi vt inquit *gloſ in d. l 2. in
verb. quamuis*, et ibi *Bald in princip. Saliet. n. 1.
C. de edict. D. Adr. tollend.* Dec. *in d. l. fin. nu. 43*
Auguſtin. Bero. *conſil. 118. num. 36. verſ. de cuius
præteritione, cum ex inſpectione teſtamenti con-
ſtet incontinenti &c. latè, & acutè* Argel. *de
acquirend. poſſeſ. quæſt. 3. remed. 16. n. 846. &
ſeq. vol. 2.* & id benè explicat *Dominus Cõſiliar.*
Merlin. *controuerſ foren. cap. 10. verſ non obeſ-
ſe, quod vitium præteritionis ſit intellectuale, &
inuiſibile &c. Milanenſ deciſ. 3. Reg. de Pont. in
conſil. 20. num. 9.* quem poſt alios ſequitur Mo-
nac. *in addit. ad* Minad. *deciſ. 8. ſub nu. 2. & in-
ſignis D.* Genſal. *in addition. ad* Peregr. *de fidei-
comm. d. artic. 48. §. Tertio obſeruo, vt neque va-
leat decretum &c verſ. quando enim in promptu
de nullitate oſtenditur ex præteritione &c.* id
etiam admiſit *D. Regens* Capyc. Latr. *tom. 2. cõ-
ſultat. 86. à num. 11. & 13. & ſeq.* et fuit reſolu-
tum *in* Rota *coram bon. mem.* Manzaned. *in
cauſa Viterbien. Hæreditatis 24. Ianuarij 1607.
et coram Card.* Sacrato *deciſ 526. num 7. verſ.
quando talis exceptio probatur incontinenti, &
num. 9. verſ. & cum pro filio nominetur, & tra-
ctetur in teſtamen. &c. part. 1. in recent. et coram
eodem deciſ 770 num. 3. part. 2. in recent.*
Vbi dicitur, quando aliquid vitium ad im-
pediendum remedium *d. l fin.* allegatur, et in-
continenti probatur, eſt admittẽdum etiamſi
ſit inuiſibile, quia fit viſibile per euidentiam
173 rei. Quando autem aliquid poſſit dici in cõ-
tinenti probari, abundè tractat Caſtil. *lib. 3.
quotidian. controuerſ. cap 24. à nu 167 & 168.
& in puncto* videatur *Menoch. de arbitrar. caſ.
12. à n. 2. verſ quare ſi offerat filius incontinenti
præteritionis vitium probaturum &c.* Aliàs li-
mitationes ad impediendum remediũ *d. l fin.*
poſſem adducere, & præſertim quando adeſt
inhabilitas teſtatoris ad teſtandum, vel inca-
pacitas hæredis inſtituti ad ſuccedendum, ſed
quia hic principalirer de hac materia nõ tra-
cto, & aliquos caſus iam adduxi *in annotat. ad
deciſ. 10. à num. 1. part. 1. part 3. recent.* ideo
ſtrictè ad propoſitum noſtrum.
Quare, vt præmiſi ſupra *num. 157.* non tan-
tum eſt tribuendũ publico inſtrumento, quid.
174 quid ſit, quando ſumus in remedio *d. l. fin.
C. de edict. D. Adrian. toll.* vt ſubſtantialia te-
ſtamenti dicantur omninò ſubmerſa Nam ſi
poſtmodum ad petitorium deueniatur, & ip-
ſius teſtatoris voluntas in diſceptationem, &
controuerſiam deducatur, tunc præſumptio,
175 quæ militat pro inſtrumento penitus eua-
neſcit, et veritas rei geſtæ, elijcitur ex depoſi-
tionibus teſtium, qui ſi contradicant ijs, quæ à
Notario in ipſo teſtamenti inſtrumento aſſe-
176 uerantur, inſtrumenti fides omninò proſter-
nitur. *Bart. in l. hæredes palam num. 4. Bald. ibi-
dem. n. 3.* Angel. *num. 4. ff. de teſtament* Io Andr.
*in cap cum Ioannes Eremita extr de fid inſtru-
ment.* Pulgoſ. *conſil. 20. n. 2. verſ. multò magis de-
rogabit ſola publici Tabellionis auctoritas &c.*
Angel. Aretin. *in conſil. 104. num. 15.* Faber. *in
§. ſed cum aliquis. num. 12. Inſtit. de teſtamen.*
et in his terminis tradit *Mart. Medic. deciſ. Se-
nen. 96. num. 15 & ſeq.*
Nec iuuaret, dum aſſereretur, quod ſi talis
practica admitteretur inſtrumenta nihil pe-
177 nitus operarentur, et ſemper, et vbique eſſet
S ſ fine

ſine aliquo operandi effectu, quia vt proximè
diximus inſtrumentum ſuper teſtamento ce-
lebratum ex vi præſumptionis, quam ab inſ-
178 tio habet pro ſe, multa operatur, et præſer-
tim vt ſcriptus hæres virtute talis inſtrumen-
ti abſq; alio teſtium examine ſtatim obtinet
immiſſionem, vt probaui, Item inſtrumentum
id operatur vt ipſum teſtamentum nuncupa-
179 tiuum in eo contentum ſubſtineatur donec
per teſtium contradictionem fides non auſe-
ratur.

Item ſi de teſtamento nuncupatiuo appa-
reat factum publicum inſtrumentum, licet
180 aliqui ex teſtibus de numero neceſſario de-
ceſſeriut, ex hoc non inuertitur fides teſta-
menti, ſicuti euenit, quando ipſum teſtamen-
tum non fuit redactum in ſcripturam publi-
cam, quia morte tunc vnius teſtis ex numero
181 ſolemni, ac neceſſario, remaneret ſine ſolem-
nitate ſubſtantiali, et deſtitutum probatione,
nihil omnino operare poſſet, vt iam ſupra de-
182 duxi, quibus rationibus conſuetudo inua-
luit, vt de omnibus ferè teſtamentis conficiã-
tur inſtrumenta publica, quæ priuilegia ma-
183 gni ponderis ſanè ſunt. Verum inſtrumẽta
reperta fuerunt ad probandam rei geſtæ ve-
ritatem, non autem ad colorandas falſitates
ſub clypeo præſumptionis veritatis, nec ad
eludendas ipſas leges.

Certè quidem ſi aliter diceremus, inſtru-
menta adeò viribus pollerent, quod omnis
184 forma ſubſtantialis ipſius teſtamenti de iu-
re neceſſaria penitus ceſſaret, contra ea, quæ
tradunt *Azo, in ſumma tit.* C. *de teſtament.* &
DD. omnes *in l. hæredes palam. ff. eod et in l. hac
conſultiſſima. §. per nuncupationem et in l. iube-
mus.* C. *eod. titul.* affirmantes, quo ad formam
185 ſubſtantialem in ipſis teſtamentis nuncupa-
tiuis nihil eſſe immutatum. Et inde quam-
plurima abſurda ſequerentur, & præ cæteris
illud, quod ſi nullæ contra inſtrumentum pu-
186 blicum eſſent admittendæ exceptiones ad
ſubuertenda in eo contenta non poſſet oppo-
ni inhabilitas teſtium, & ſic fœminæ, ſurdi,
muti, impuberes, ſerui, prodigi, furioſi, alijſque
187 defectibus, & vitijs laborantes admitti poſ-
ſent contra Sanctiones Imperatorum, & Iu-
riſconſultorum reſponſa, vt benè admittunt
*Bald. in d. l. hæredes palam. num. 3. et poſt eum
Imol. cæterique ſcribentes.*

Cõcedo inſtrumentum habere pro ſe præ-
188 ſumptionem veritatis, & qui habet inſtru-
mentum pro ſe, Secura poterit aura nauiga-
re, cum & inſtrumentum poteſt allegare illud
vulgatum, à me ſupra allegatum, nempe,
Nolime tangere, quia Cæſaris ſum, cum
189 alijs de quibus ſupra. Nam præſumptio imi-
tatur naturam, cum verificari non poſſit, in
quibus natura, ſeu veritas nihil poteſt præſta-
190 re, nam veritas eſt mater iuſtitiæ. Et non
tantum præſumptio cedit veritati, vt ſatis
191 vulgatum eſt, cum veritas præualeat præ-
ſumptioni. *l. in rebus.* C. *de iur. dot. l. fin. in prin-
cip ff. quod met. cauſ. l. cum de indebito. §. 1. ff. de
probat.* & in terminis inſtrumenti publici, vt
192 non attendatur contra veritatem, differit
Pariſ. in conſil. 54. num 80. *verſ quando apparet
de ſimulatione, non eſt ſtandum nec publico in-
ſtrumento &c. part.* 1. cum alijs ibi allegatis.
193 Sed etiam vna præſumptio tollitur per aliã
validiorem. *cap. literis. de præſumption. leg. Di-
uus ff de reſtitut. in integr. leg. vltim.* C. *de pro-
bat. et cap. præſentia, extra eodem.* Surd *cõſ.* 429.
numer. 18. *verſ. vna præſumptio tollit aliam &c.
lib.* 3. *cum alijs allegatis per* Tiraquell. *in l. ſi vn-
quam in verb. donatione largitus num.* 156. C. *de
reuocand. donat. et per* Menoch. *de præſumption.
lib.* 2. *præſumpt.* 30. *à num.* 1. *et per* Farinac. *in
prax. criminal. titul. de homicid. quæſtion.* 126.
num 99. *et ſeq. et in terminis inſtrumenti*, ſenſit
Rota coram bo. mem. Dunozetto *Sen. dec.* 146.
ſub num. 7. *verſ. et ſic eliditur præſumptio, quæ
oritur ex eo &c. part.* 4. *recent. tom.* 2. Et ſatis in
194 angulo eſt, quod inter præſumptiones dan-
tur gradus, vt violentiori minus violenta ſit
potior. *cap afferte de præſumpt. et l* 1. C, *qui, et
aduerſ. quot. cum ſimil. et dixit* Rota *cum ibi al-
legatis coram R. P. D* Cerro *in cauſa Romana
Renunciationis* 22. *Maij* 1651. *§. Indeque. verſ.
hac præſumptio tamquam præpotens, et violen-
ta vincit omnes alias &c.*

Submouetur tamen omnis hæſitatio, ani-
195 maduertendo, quoniam inſtrumentum eſt,
quid accidentale in teſtamentis, cum poſſit
adeſſe, & abeſſe, præter ipſius teſtamenti cor-
ruptione, nam nulla ſcriptura, neque pri-
196 uata, nec publica, eſt de iure neceſſaria in
teſtamento nuncupatiuo, cum poſſit fieri, &
probari teſtibus ſolum, *vt in l. hac conſultiſſi-
ma. §. per nuncupationem*, & ibi *gloſ.* C. *de teſta-
ment et in §. vltim. Inſtitut. eod. et argument. leg.
Gallus. § ſi tius. ff. de liber. et poſthum.* Igitur dũ
inſtrumentum non eſt de iure neceſſarium in
197 teſtamento nuncupatiuo, ſubſtantiam ipſius
omninò mutaret, ſi contra ipſum inſtrumen-
198 tum, ſtante præſumptione validitatis non
facilè admitterentur in petitorio exceptiones.

Cum tamen iura & DD. vbique clament,
quod non obſtante inſtrumento, & ſic abſque
199 exceptione, omnea & quæcumque ſolemni-
tates ab ipſis legibus requiſitæ ſunt omnino
neceſſariæ in teſtamentis, ex quo inſtrumentũ
quando conficitur ex teſtamento nuncupati-
200 uo, non ad illud ſolemnizandum, (cum poſ-
ſit abeſſe, vt dixi, præter teſtamenti corrup-
tionem) adhibetur, ſed tantummodò ad fa-
201 ciliorem probationem contentorum in eo
dicitur interuenire. *gloſ. in d. l. hac conſultiſſi-
ma. § per nuncupationem. in verb. ſiue ſcriptura*,
& ibi ſequuntur Doctores. C. *de teſtament.*
Craſſ. *in §. Teſtamentum, quæſt.* 10 *nu.* 3. *verſ. ſic.
non tamen ſcriptura intelligitur, tunc eſſe de
ſubſtantia, ſed ad faciliorem probationem &c.*
Clar. *pariter in §. Teſtamentum, quæſt.* 4 *ſub nu-
mer.* 1.

mer.1.versic.ex quo eo casu scriptura non requiritur pro forma, sed solummodo ad faciliorem probationem &c. Card. Mantic. de coniectur. vltim volunt. lib. 2. cap. 12. versic. quo casu scriptura non intelligitur ad substantiam adhiberi &c. Francisc. de Bart. in tractat. de testament. lib. 1. cap. 1, nu. 6. & dixit Rota coram bo. me. Vbaldo in causa Rom. Legati Libraria 10. Maij 1624. est in recent. decis. 533. à num. 13 versic. imo nec scripturam quidem &c. part. 4. tom. 3.

Vbi probat scripturam de Iure non esse
203 necessariam in testamento nuncupatiuo, &
quæ solet adhiberi, facit ad probationem tantum
eius, non ad substantiam, adeout factum
204 sine scriptura consistat, & testibus probari
possit. Quod procedit etiamsi adsit Notarius,
qui & si noluerit conficere scripturam, vel illã
confectam coram testibus legere, et publica-
205 re recusauerit, quia sanè scriptis valet testa-
mentum nuncupatiuum, id non obstabit, vt
latè per Mart vol. 8 à num. 21. et resolutum
fuit in Rota coram Card. Sacrato in causa Romana
Testamenti 17. Iunij 1611. est in part. 5 diuers.
decis. 335. num. 3. vers Testamentum enim
non lectum, nec publicatum à Notario substinetur.
quando agitur de probando testamentum
per testes.

Quando enim fuit deuentum ad ipsum actũ
206 testandi, non intrat conclusio illa de legen-
do, et publicando testamentum per Notariũ.
iuxta leg. fideicommissa. §. 1. ff. de legat. 3. vbi etiã
Bart. l. ex scriptura. ff. de testament. cum alijs al-
legatis per Rouit. consil. 41 num. 9. vers. his addo.
Nam tunc sine dubio nõ requiritur, si agatur
de probando testamento per testes, quidquid
sit quando quis vellet probare testamentum,
207 per instrumentum, quo casu quia publica-
tio est pars instrumenti, aliter non probaret.
ex adductis per Card. Mantic. de coniectur. vl-
tim. volunt lib. 2. cap. 4 num. 6. vers. creditur te-
stator voluisse ex more publicari instrumen-
tum &c. et per Surd decis. 191. num 11. vers. ex
quo voluit illam publicari, et distulit &c. Idem
in consil. 414. sub num. 16. vers. testamentum non
publicatum non probat tamquam imperfe-
ctum &c. vbi ait, ita communiter teneri, quod
208 schedula scripta à Notario etiam dictante
testatore non probet, si non fuit relecta, et
publicata, et subdit procedere id, licet fuerit
209 lecta. sed non publicata, et huiusmodi pu-
blicatio, in dubio non præsumitur glos. in l. fi-
deicommissa. §. 1. ff. de legat. 3. quam mirabilem
dicit Bald. in l. statutis ante nu. 1. C. de sentent.
ex breuit. recitand. et latè discutitur per D. Re-
gent. Capyc. Latr. decis. Neapol. 7. per tot. et fuit
resolutum coram bon. mem. Motmanno in cau-
sa Romana Hæreditatis 5. Martij 1636. est à me
relata in recent. decis. 108. à num. 15. part. 6. &
coram bon. mem. Vbald. Sen. in causa Romana
Testamenti 15. Maij 1610. §. 1. vers. Nec Pa-
rochus in scriptura dicit fuisse lectum testamen-
tum coram testibus, prout requiritur ad publi-
cationem &c.

Sed in casu nostro, nempè probationis te-
stamenti per testes, non est necessaria, vt dixi.
210 publicatio, cum publicationis imperfectio
respiciat Notarium, nõ testatorem, et dicitur
imperfectio solemnitatis, quę non attenditur,
211 vbi non agitur de probando testamentum
per scripturam, sed per testes, vt dixit Rota
coram Card. Sacrato d. decis. 336. nu. 4 vers. non
obstat, quod non fuerit lectum, et publicatum
testamentum coram testibus, quia hic fuit de-
uentum ad ipsum actum testandi &c. part. 5. di-
uers. & in dubio scriptura Notarij à testatore
censetur adhiberi ad probationem, non au-
212 tem ad substantiam actus, et ita in terminis
non publicationis instrumenti testamentariæ
dispositionis respondit Carol Ruin. in consil. 1.
num. 22. vers. sed quando agitur de probatione
per testes, non est tractandum de publicatione
Notarij &c. lib. 2. cum alijs allegatis per Hon-
ded. in consil. 77. num. 19 lib. 1. vbi ait, quando
testator suam voluntatem purè, et dispositi-
213 uè declarauit coram septem testibus, licet
Notarius nihil scripserit, et testator voluit
adhiberi Notarium pro conficiendo instru-
mento ad perpetuam memoriam, nihilomi-
nus quia scriptura non exigitur pro substan-
214 tia actus, sed ad probationem, testamentũ
dicitur perfectum, et sic gratis allegaretur in
hoc casu defectus scripturæ, et quatenus illa
fuerit facta à Notario, defectus publicationis.
Supradictaque possunt optimè confirmari ex
optima, et egregia doctrina Bald. in l. Lucius
post princ. ff. de testam.

Vbi ait, si Testator dictauit testamentum
215 Notario, qui illud non scripsit, potest tamẽ
probari testibus, licet scriptura non probe-
216 tur, et subdit rationem, nempè in casu dict.
leg. Lucius. testamentum fuisse in facto, quo
217 ad effectum testandi, licet esset in fieri, quo
ad officium Notarij, et ita tenent Paris in
consil. 28. sub numer. 27. versic. quo fit, licet talis
scriptura non esset aliqualiter valida tamen vo-
luntas testatoris non debet perire, cũ probari pos-
sit testibus &c. lib. 2 Bertrand. in consil 171. nu-
mer. 4. vers non est necessaria recitatio. seu publi-
catio Notarij, sufficit enim, quod sub præsentia
sufficientis numeri testium ad hoc adhibitorum,
aut rogatorum testator dicat, ego instituo ta-
lem &c. lib. 2. part. 2. Et prædictam opinionem
218 vti veriorem, reiecta contraria amplexa est,
ne facile pereant suprema hominum volun-
tates Rota Patauina penes Peregr. decis. 33. sub
num. 7. vers sed contra pro validitate testamenti
nuncupatiuè facti &c. eamque secuta est Rota
Rom. coram Card Seraph. decis. 581 sub num. 4.
vers. nec obstant primo loco deducta respectu im-
perfectionis resultantis ex non publicatione te-
stamenti &c. quæ decis. replicata habetur in
part. 2. diuers. decis. 173 pariter sub num. 4. et co-

Ss 2 ram

ram Card. Sacrato *d.decis.339. nu-3. vers. Notarius censetur adhibitus non pro substantia, sed professiori &c.* In sequenti capite videbimus, quid erit dicendum, si dum agitur petitorio testes descripti in testamenti instrumēto, asserant se non audiuisse testatorem, vel si deponant contra ipsum instrumentum, an corruat testamentum.

ARGVMENTVM.

Instrumentum publicum, licèt faciat probationem probatam, & habeat omnem præsumptionem pro se, tamen id procedit in terminis præsumptionis, & dum sumus in possessorio, Vnde si de testamento nuncupatiuo conditū instrumētum publicum reperiatur, quidquid sit ad effectum obtinendi immissionem eius vigore, nam tunc possunt deduci cōtra illud, omnes defectus substantiales, quæ annullant testamenta.

Testis descriptus in instrumento testamenti, si asserat se non recordari de contentis in eo, vel non audiuisse testatorem hæredis nomen nuncupantem, an faciat vacillare fidē ipsius, testamenti. Et quid si addat, quod ideo non audiuit tale nomen, quia nō fuit nominatum, quia si fuisset nominatum, ipse intellexisset.

Testamenta plurima malitiosè, ac facili negotio possent destrui, si aperiretur via, quod esset in facultate aliquorum ex testibus testamentarijs, asserendo quod non audiuit, vel non recordatur, quemnam fuisse in hæredem nominatum à testatore, sic annullarentur testamenta, cum ita remanerent sine necessariò numero testium.

Iason defēditur ab aculeata lingua Alciati eius discipuli, & licet ipse oblocutus fuerit de sūmis Iurisconsultis, parcere tamē debebat magno eius magistro, vnde notatur fetida macula ingratitudinis, quæ adeo conspurgat.

SVMMARIVM.

219 *Instrumentum non est de essentia testamenti nuncupatiui.*

220 *Instrumentum nō potest tollere defectus substantiales testamenti.*

221 *Testator dum nominat hæredem, testes debent perfectè eius nomen audire.*

222 *Et hoc procedit, quantumuis de testamento nuncupatiuo fuerit confectum instrumentum publicum.*

223 *Testes descripti in instrumento testamenti, si dicant se non recordari de contentis in eo, an ex hoc instrumentum reddatur suspectum.*

224 *Testes deponendo se non recordari de contentis in instrumento, dubitatiuè loquuntur.*
Testium dubitatio non habet vim, ad arguendum instrumentum falsum.

225 *Instrumenti probatio, cum sit plena, & perfecta non eliditur per probationem incertam, & dubiam.*

226 *Testes instrumentarij si incertè loquantur, sumenda est interpretatio, vt cum ipso instrumento conueniant.*

227 *Et ista est communis opinio, & multum in hoc potest Iudicis arbitrium, & quid considerare debeat. & num. 228.*

229 *Testes instrumentarij, dicendo se non recordari, vel non audiuisse contenta in instrumēto, quid ex hoc inferatur.*

230 *Testis aliud est, si deponat super negatiua actus, & aliud si deponat super negatiua sensus.*

231 *Testis dum dicit, se non recordari de contentis in instrumento, remanet inconcussa fides instrumenti. & quare. & nu. 232.*

233 *Testis, si asserat, non recordor, vel non audiui, nihil probat, quia nesciens aliquid, non firmat.*

234 *Et ideò si testis instrumentarius testamenti, dicat non audiuisse, vel non recordari, non reprobat instrumentum. & nu. 235 & 239.*

236 *Quod procedit, etiamsi dicat, se fuisse propinquum testatori &c.*

237 *Testis deponens super negatiua non probat si simpliciter dicat, nō audiui, non intellexi &c.*

238 *Testes, vt probent contra ipsum instrumentū testamenti qualiter debeant deponere.*

240 *Testes instrumentarij testamenti, dicendo non audiuisse nomen hæredis, tunc probant, si addant,*
Non audiuisse, quia non fuit nominatum, qui si fuisset nominatus, ipse intellexisset. & numer 241 et 242.

241 *de Testamentis dum agitur, est materia grauis præiudicij.*

242 *Testes, vt probent negatiuam debent remouere actum à sensu, non autem sensum ab actu.*

243 *Testamenta infinita possent maligne, & facilè destrui, si esset in facultate vnius ex testibus testamentarijs illud destruere, per solam assertionem, quod non audiuit, vel non recordatur. & nu. 244.*

245 *Testi vnico, quod sit, magis deferendum quā pluribus hoc esset absurdum.*

246 *Ias. in consil. 124 num. 16 lib. 1. acriter reprehenditur ab Alciat. et præsertim asserit eius verba esse ad Ephesios &c. et nu 247.*

248 *Alciat. oblocutus fuit de Castr. Socin. Lap. Rip. Aud. Paris &c.*

249 *Alciat. tanquā omnia fastidiens, nec ipsi Magistro suo, Iasoni, perpecit, & sæpiùs eum insecutus fuit & num. 250. et 251.*

252 *Iasonis, legum intima peritia quanta fuerit, in omnem terram exiuit.*

253 *Alciatus qualis fuerit, id magno eius præceptori Iasoni, referre debuit, sed incrassatus recalcitrauit*

254 *Ingratitudinis fera illa pessima, insita est mortalitati.*

255 Tiber.

Digitized by Google

255 *Tiber. Decian. edidit Apologiam contra Alciatum ad fauorem dantium in lucem cõsilia.*

256 *Alciat. cum bellica clade censu affligeretur, sumpsit onus aduocationis, alioquin &c.*

257 *Alciat. necessitate impulsus, & marsupij implendi cupidus pro clientibus respondebat &c.*

258 *Testis vnicus, quod possit facere corruere testamentum, quamuis alij pro eo deponant, hoc esse absurdum, qualiter procedat. & numer. 259. & 260.*

261 *in Testamento. si adsit clausula codicillaris, quatenus vnus, vel duo testes non sint pro testamento,*
Tamen si quinque deponant pro eo, substinetur in vim codicilli.

262 *Codicilli substinentur si coram quinque testibus reperiantur conditi.*

263 *in Testamento, quãdo fuerunt adhibiti quinque testes, tunc si non valet vti testamentum, valebit vti codicillus, stante clausula codicillari.*

264 *in Testamento, quando fuerunt adhibiti septem testes, & vnus, vel duo testes contradicant et faciunt vacillare fidem testamenti, nec substinetur ex alijs quinque testibus, tamquã codicillus.*

265 *Clausula codicillaris substinet voluntatem defuncti propter defectum solemnitatis, secus si etiam concurreret suspicio falsi.*

266 *Instrumentum si sit falsum in vno substantiali est suspectum in omnibus.*

267 *Menoch. de arbitrar. Iud. cas. 105. numer. 19. reprehenditur à Farinac.*

268 *Menoch. dum videbat à difficultatibus non posse se extricari, & non valere veritatem tueri, arbitrio Iudicis, se remittebat.*

269 *Testes duo si in substantialibus testamento contradicant, testamentum reddunt falsum.*

270 *Ias. & Menoch. benigna interpretatione defenduntur.*

271 *Testis vnus deponens contra testamentum quando non annullet illud.*

272 *Testis. si deponat contra testamentum, bene potest reprobari per alios testes non testamentarios. et num. 277.*

273 *Testis testamentarij contradictio conuincta de falso, non attenditur.*

274 *Testis instrumentarius conuinctus de falso, videtur posse operari, vt testamẽtum corruat. cum remaneat cum sex testibus, cum quibus non tenet. & num. 278.*

CAPVT XL.

COnclusum cum iam satis sit in præcedẽti capite, instrumentum nõ esse de sub-
219 stantia testamenti nuncupatiui, cum posse,
vt dixi, abesse præter ipsius corruptionem,
vnde probationes ad ostendendum substan-
tialia in testamento requisita non adfuisse, nõ
obstante præsumptione militante pro publi-
eo instrumento (quidquid sit in possessorio)
220 omnino admittendæ sunt. itaque stabile fũ-
damentum nullatenus est instrumentum pu-
blicum, dũ probaretur deficere aliquod sub-
stantiale in testamento requisitum. Vnde,
quoad perfectam auditionem testium, dum
221 testator nuncupat nomen hæredis, tamquã
requisitum necessarium in testamento, vt fa-
tis supra docui *nu. 1. et seq.* illa sine dubio etiã
requirirent quantumuis super testamento fue-
rit confectum authenticum instrumentum,
222 vtique eo nõ obstante, si per teste anegare-
tur talis audiẽtia testamentum vitibus ener-
uaretur, vt iam dixi.

Cœterum illud puto animaduertere, quod
si testes descripti in instrumento testamenti,
223 dicant se non recordari de contentis in eo,
nullatenus ex tali depositione instrumentum
redditur suspectum. *Bart. in l. 1. § si quis negет. num. 9 ff. quemadmod testament. aper* Alexand. *in consil. 33. nu. 22. versic. quando testes descripti in instrumento dicunt se non recordari, non reprobatur instrumentũ per huiusmodi testes &c. lib 3 et consil. 88. num. 3. versic. testis dicens se non recordari, non dicitur probare aliquid contra instrumentum &c. lib. 4. Practic.* Papiens. *titul. de form. opposit. cõtra instrument. in verb. dignoscitur. num. 3. versic. quãdoque testis vnus vel aliqui, aut omnes, dicunt se non recordari, et tunc instrumentum remanet in suo robore &c.* quæ opinio est indubitata.

Ratio enim est, quia testes sic deponendo,
scilicet se nõ recordari de tenore instrumẽti,
224 dubitatiuè loquũtur, quæ dubitatio tantam
vim non habet, vt instrumentum suspectum
arguere possit, nam cum probatio instrumẽti
225 plena, & perfecta sit, non debet corruere
per incertam, & dubiam testium depositionẽ,
imò in hac dubitatione tutior, & humanior
226 interpretatio sumenda est, scilicet vt testes
cum ipso instrumento conueniant. *iuxta cap. cum tu, ibi, nos dicta testium benignè interpretari &c. ext. de testib. et cap. iuuenis de sponsal. et cap. Abbate. de verb. signif. et cap. 2. de reg. iur.* Innocent. *in cap. cum Ioannes. num. 6.* & hanc
227 communi omnium consensu receptam opi-
nionem attestatus est *Abb. ibi sub nu. 44. ext. de fid. instrum. et idem voluit* Bart. *in l. 2. § si dubitetur. ff. quẽmadmod. testament. aper. cum alijs abundè relatis per* Farinac. *in tractat. de testibus quæst. 65. part. 2. à numer. 37* & adde Mascard. *de probat. conclus. 6. num. 40. vers. ne ne memoria tenere dicant &c.* Trentacinq. *variar. resolut vol. 1. lib. 1. titul. de fid. instrument. resolut. 6 num. 3. vers. quando testes testamentarij dicunt se non recordari &c.* Menoch. *de arbitr. Iud. libr. 2. cent 2. cas. 105. num. 31. vers. non negant se interfuisse, sed se nõ esse memores eorum, quæ acta, et scripta fuerunt &c.* dicit tamen *Zasius lib. 2. respons singul. cap. 23. num. 11. vers. fallit &c.* quod in hoc Iudicis arbitrio tribui-
228 tur, vt consideret an factum sit recens, vel

anti-

antiquis, vt verisimiliter testes sint, vel necne
memores,
Sed vt melius supradicta perpendantur,
illud ponderandum est, quod quando testes
dicunt. se non recordari, vel non audiuisse,
229 non negant sensum necessarium ad proba-
tionem actus, de quo agitur, nec illum remo-
uent actu, neque è conuerso actum à sensu.
Vnde aliud est, quod testes deponant super
230 negatiua actus, scilicet quod testamentum
non fuerit conditum, seu quod testator non
fuerit locutus, quia ipsi sensissēt, & aliud quod
231 deponant de negatiua sensus, quia dicant,
se nō audiuisse, vel se non recordari, hoc enim
casu remanet inconcussa virtus instrumenti,
232 quæ sola alio in contrarium non apparente,
sufficit ad sustinendum actum, pro vt in pū-
cto testis testamentarij aduertit Bart. in l. 1. §.
si quis neget col. penult. versic. quæro, quid si te-
stes &c. ff quemadmod. testam aperiant. Bald in
d. l hæredes palam. nu. 3. post princip. vers quarto
nota. et numer 6. C. de testam idem in consil 37.
num. 1. post med versic in contrarium. lib 3 Dec.
consil. 101 num 3 post med versic. inde licet ipse
audiuerit Cepol consil crimin 60. num 14. Pa-
cian de probat. lib 1. cap 40. num. 17. Menoch.
de arbitrar. cas. 105. num. 3 Valasc consult 183.
num. 27. versic. se non recordari, non offendunt
testamentum &c. Farinac. de falsit & simulat.
quæst. 157 num. 118 & 124. versic. sed hanc li-
mitationem. Altograd. consil 71. num 4. vers te-
stem non negare se interfuisse scriptura, sed asse-
rere, se non recordari contentorum in ea, ideo hūc
testem absolutè non reprobare dictam scripturā.
nec minimum quid eius fidem lædere &c Boss.
in prax. criminal. titul de fals. num. 11. vers fa-
teor, quod si dicant non recordari, non offendunt
testamentum &c cum alijs allegatis à Rota co-
ram bo mem. Vbaldo in d Romana Legati Li-
brariæ est decis. 533 num. 15. vers. satis est si te-
stes referant se ad illam scripturam, & non est
necesse, quod deponant de toto tenore testamen-
ti &c. part. 4. recent. tom. 3 & fuit resolutum
coram bon. mem. Coccino d. decis. 588 num 17.
vers & ideo si testis dicat se non recordari, vel
non audiui non probat &c. part. 5. recent. tom. 2.
& coram Reuerendiss Terracinen. in causa
Firmana Codicillorum 1. Iulij 1644. §. Prout.
vers. nec dictus testis contradicit.
Nam vt dicunt Bald in l. 1. num. 7. & Alex.
numer 8. C. de bon. possess. secund. tabul. testis si
asserat non recordor, vel non audiui, non pro-
233 bat contra instrumentum. quia qui nescit,
non probat. & aduertit Bart. in d. l. 1, §. si quis
neget ff quemadmod testam. aper. vbi loquitur
234 de teste testamentario, qui dicit, se non re-
cordari, & sequitur Ias in consil. 153. num. 20.
vers. testes non deponunt aliter non fuisse actum,
quam descriptum &c. lib. 2. Surd. d consil. 414.
num. 49 post Angel. in §. Hinc nobis. Auth. de
hæred. & falcid. & in terminis testium depo-
235 nentium, se non audiuisse testatorem lo-
quentem, vt ex hoc non reprobetur instru-
mentum testamenti, comprobarunt Alex. in
consil 41. num. 18. vers. testis deponit super nega-
tiua, quod non audiuit &c. lib. 4. Pacian. de pro-
bation. cap. 40. numer. 17. vers. & propterea ne-
cessarium &c. lib. 1 Farinac. quæst. 158. n. 125.
et 126. vbi post Foller. in practic. criminal. &
Monticell. ampliat, etiam quod testes dice-
236 rent, se fuisse propinquos testatori, necnon
attentos ad eius verba, & tamen nihil audi-
uisse, nam sic concludenter deponunt super
negatiua.
Vnde testis deponens super negatiua non
237 reddit bonam rationem asserendo, quia non
vidit, non audiuit, vel non intellexit, aut quia
vidit. audiuit, vel intellexit, vt dixit Bart. in
l. 1. §. hoc interdicto il 1. num. 8. ff de itin. actusq.
priuat. cum alijs allegatis per Surd. d consil. 414.
numer. 49. qui loquitur in puncto testis testa-
mentarij, & addo Alex in consil. 33. numer. 15.
vers. testes. vt reprobent ipsum testamentum, de-
bent necessariò, & concludenter deponere, con-
trarium eius, quod scriptū est in testamento &c.
lib 3. quoniam testes contradicentes instru-
238 mento testamenti debēt directè ipsi instru-
mento contradicere, et ita deponere, vt pro-
bationē necessariò concludant, iuxta theoricā
Aretin. in cap. in nostra sub num. 17 & 19 vers.
aliquando. quem ibi sequitur Felin sub num. 5.
& 8. vers. subdit tamen. Aretin &c. de testib. cū
alijs in puncto adductis per Ias. consil. 13. nu-
mer. 14. vers. se prius fuisse præsentes, & roga-
tos &c. vol. 3. Sicque vt respondit Rota coram
bon. mem. Coccino in causa Regien. Hæreditatis
24. Aprilis 1637. si testes deponant, quod non
239 intellexerunt nomen hæredis, non faciunt
corruere testamentum, quia concludenter nō
deponunt, & per necessè, cum debeant asse-
rere hęredem nullo modo fuisse nominatum,
& si fuisset nominatus ipsi audiuissent. Bart.
in l. diem proferre. §. si plures ff. de arbitr. Rip. in
cap cum Ecclesia. num. 88. vers. nota tamen. de
caus. possess. et propr. Gratian. discept. forens. cap.
843 num 13. & 14 Honded. in consil 99. nu-
mer. 35. lib. 2. Grammatic. decis. 73. numer. 29.
Bursatt consil 311. num. 37. et 38. Giurb. cons.
criminal. 78. num. 10. Surd. consil. 414. nu. 13. 15.
& 16 Hercul. in tractat de proband. Negat. nu-
mer. 286. et 287. vbi ait, hoc semper esse ne-
cessarium, quando agitur de reprobando in-
240 strumento, aliàs enim dum testes necessa-
riò, & concludenter non deponunt contrariū
eius, quod scriptum est in testamento, debet
ipsum testamentum iuuari & tollerari, vt idē
Alex asserit d. consil. 33. num. 15. vers. aliàs de-
bet instrumentum tolerari, & iuuari interpre-
tatione &c. lib. 3. Scarlatin. inter cons criminal.
diuers. 128. num 23. vbi, quod hæc de plano
241 procedunt in instrumentis testamenti, in
quibus de graui agitur præiudicio, supradi-
ctasque conclusiones secuta est etiam Rota
decis. 454. sub numer. 6. part. 4. recent. & coram
R. P. D.

Digitized by Google

R. P. D. Terracinen, *in dicta causa Firmana*
Codicillorum 1. *Iulij* 1644. *§. prout nec facit.*
vers. nec dictus testis excludit &c. vbi deduci-
tur, ad hoc vt testes probent negatiuã, quod
241 testator aliquid non dixerit, debent remo-
uere actum à sensu. pro vt est necessarium, nõ
autem sensum ab actu.

Aliàs enim si contrarium firmaremus am-
pla aperiretur via malignis destruendi infini-
243 ta testamenta, dum esset in facultate vnius
ex testamentarijs testibus propter oscitantiã
non attendendo ad verba testatoris, vel dara
opera, scilicet odio, vel pecunia corruptus,
244 asserere se non audiuisse, vel non recordari
de dispositis à testatore. Et sic per vnum de-
pluratum testem fortè pretio redemptũ pos-
sent adimi magnæ hæreditates, hæredibus
scriptis, dum testamentum non reperiretur
245 roboratum septem testibus in eo adhibitis,
itaque contradictio vnius testis non obstante
approbatione aliorum sex testium, præuale-
ret istis, quod esset maximum absurdum, Nã
vnus solus destrueret testamentum, & præ-
246 ferretur alijs pluribus attestantibus pro eo,
ob quam considerationem absurditatis con-
stat acriter fuisse *Ias. in consil.* 124. *nu.* 16. *lib.* 1.
reprehensum ab *Alciat.* eius discipulo *in con-
sil.* 599 *num.* 4 *aliàs consil.* 124 *tom.* 3. *lib.* 9. *sub
numer.* 1. vbi ait, in hoc verba Iasonis esse ad
247 Ephesos & subdit se credere prædictũ con-
silium, Iasonem fecisse in extrema senectute,
quando non erat satis mente compos.

Abominor talia verba legere in Alciato,
248 trãseat si oblocutus fuerit de Alexand. Ca-
strens. Socin. Lap Rip. Andr. Sicul. Paris. & alijs
præclaris Iurisconsultis, sed quod mirum est
Alciatus tamquam omnia fastidiens, nec ipsi
Iasoni magno eius præceptori, pepercit, Nam
249 præter dicta *in dicto consil.* 199. sæpe de
eodem obloquendo ait, ipsum malè multo-
250 ties cõsuluisse, & ineptè, & breuiter mala pro
bonis persuadere conetur, vt nullus sit tam
bardus Iudex, qui non videat fucum Iaso-
nis &c. Quod nihil aliud est, nisi insimulare
Iasonem, tamquam virum obtusi, & tardi, ac
251 stupidi ingenij, & excordem hominem, quę
quantum à veritate abhorreant scripta ipsa
tanti Iurisconsulti fidem faciant, cum fere per
252 totum orbem sonitus eius legum peritiæ in-
signis peruenerit, Vnde sic de eo cecinit qui-
dam.

Quis Maynũ ignoret, quo non peruenit Iason?
Thessolus haud tantum cognitus ille fuit.

Fuit etiam Iason maximæ eruditionis, &
quantus erat Alciatus Iurisperitus, id totum
253 acceptum referre debet Iasoni eius pręcep-
tori, & postea sic impinguatus, dilatatus, &
ingrassatus recalcitrauit, heu, quod satis est
verum illud vulgatum, quod ingratitudo fera
pessima insita est mortalitati, & ingratorum
254 numerus est infinitus, vt ratiocinatur *Rota
coram Card Verospio decis.* 358. *num.* 17. *versic.*
255 *ingratorum numerus &c. part.* 6. *recent.* Vide
apologiam *Tiber. Decian cõtra Alciat. pro Do-
ctoribus, qui responsa sua edunt*, quæ habetur
in fine consiliorum eiusdem Decian. & nuper
contra eumdem Alciatum, acutè insurrexit
D. Francisc. Redanasch in consil. 1. *à num.* 92.
vbi inter cætera ait. Alciatum virum alioquin
de nostra Iurisprudentia benè meritissimũ, cũ
bellica clade eosu affligeretur, subire Aduo-
256 cationes, responsaque consulentibus dare
coactum fuisse, nam alioquin sua ope se sen-
seri non valebat, *vt ipse testatur in epistola Nũ-
cupatoria in Comment. ad titul. de verb. signific.*
Vnde non mirum, si aliquãdo necessitate im-
pulsus, & marsupij implendi cupidus pro cli-
257 ente magis, quàm pro veritate respondisse
dignoscatur, reliqua vide apud eumdem Re-
danascum.

Sed redeundo in viam, quatenus dictum
Iasonis in d. consil. 124. *num.* 16. absolutè acci-
258 piatur, est falsum, dum vult reducere rem
ad absurdum, quod isto modo esset in facul-
tate vnius testis asserendo puta, se non fuisse
præsentem dispositioni testamentariæ, vel ali-
ter contradicendo infirmare testamentum, &
quod ipse solus præponderaret alijs, quia re-
259 spondetur hoc non esse, quod vnus præfera-
tur pluribus, sed quia testamentum non ha-
bet integrum numerũ testium, prout requi-
260 ritur à lege, & tale argumentum Iasonis in-
ferret legem esse absurdam, quod esset ab-
surdius. *l. si qua pœna. ff. de verb. signif cũ simil.*
Nec iuuat ratio adducta per eumdem Ias. nẽ-
261 pe si in tali testamento adsit clausula codi-
cillaris, quatenus vnus, vel duo testes nõ sint
pro testamento, tamen si reliqui nempe quin-
que alij pro eo deponant, sustinetur vtique
tale testamentum, in vim codicilli.

Quia respondetur quantumuis id verissimũ
262 sit, vt quinque tantum testibus sustinean-
tur codicilli, tamen id procedere volunt DD.
quando in testamento quinque tantum testes
fuerunt adhibiti, quia tunc si non valeret vti
testamentum valeret vti codicillus, secus ve-
263 rò quando fuerunt adhibiti in testamento
septem testes, & vnus, vel duo, ei contradicãt,
quia tunc isti faciunt vacillare testamentariã
264 dispositionem, eamque reddunt suspectam,
vt concludit *Bart. in d. l.* 1. *§ si quis neget. ff. quē-
admod. testam. aper.* quem ibi communiter se-
quũtur DD. & præsertim ibi *latè Imol.* Clau-
265 sula, quippe, codicillaris sustinet volunta-
tem defuncti propter defectum solemnitatis,
secundum *Bart. in l.* 1. *quæst.* 4. *ff. de iur. codicill.*
secus verò quando vna cum defectu solemni-
266 tatis adesset quoque suspicio falsi, & instru-
mentum falsum in vno substantiali, est suspe-
ctũ in omnibus *can pura.* 3. *quæst.* 9. Innocent.
*in cap. cum iure de offic. Iudic. delegat. DD. in l. si
quis ex argentarijs §.* 1. *ff. de edend. l. si aliquid.
C. de suspect. lib.* 10. *& ita* Socin. *consil.* 28. *lib.* 3.

Eadem-

Eademque reprehensione Iaſ. videtur dignus *Menoch.de arbitrar. Iud caſ.*105. *nu.*19.
267 vbi affirmat, duos teſtes inſtrumento teſtamenti cõtradicentes fidem illius non tollere, cum quinque ſtent pro eo, vel ſaltem id eſſe remittendum arbitrio Iudicis, Vnde nõ immeritò increpatur à *Farinacc. de falſit. q.*158. *num.*161. quod quaſi neſciens ſe à difficulta-
268 te extricari, & videns ſe veritatem non poſſe tueri Iudicis arbitrio id remittat, eoque magis cum ipſemet *Menoch.d.loc num.*16. cõ-
cludat duos teſtes in ſubſtantialibus teſtamẽ-
269 to contradicentes, in tantum annullare teſtamentum ipſum, quod falſum eſſe dicatur, quod & confirmat *Ioſeph.Ludou.dec.Lucen.*13. *à num.*16. *cum ibi allegatis. & adde* Valaſc.*rer. iudic.conſultat.*183.*ſub num.*6.*& ſeq.*

Verum prædicta ſententia Iaſ. et Menoch. benigna interpretatione poteſt retineri ne in
270 foueam falſitatis miſerè cadat, ſcilicet tunc teſtis vnus deponens contra teſtamentum non annullabit illud et præponderabit depo-
271 ſitio aliorum ſex teſtium pro eo deponentiũ quando ille teſtis fuit conuictus de falſo a duobus teſtibus non teſtamentarijs, nemo enim negat, quin aduerſus prædictum teſtem
272 poſſit probari contrarium, vt tradunt *Angel.& Imol in d.§ ſi quis neget. Specul.titul. de fid inſtrument.§.reſtat. verſ. quid ſi tantum vnus Hoſtien.in ſumm.eodem titul de fid.inſtrument §.reſtat verſ.quid ſi tantũ vnus. Hoſtien. in ſumm.eodem titul.de fid.inſtrumen.verſ.quid ſi inſtrumentum cum alijs allegatis per Felin. in cap cum Ioannes heremita.verſ. ſed hanc limitationem.de fid inſtrum.*

Et tunc contradictio ſeptimi teſtis tam-
273 quam conuincta de falſo non attenderetur, & ſic teſtamentum non ſubſtineretur in vim ſex aliorum teſtium tantum, cum ſeptem om-
274 ninò ſint neceſſarij, ſed in reprobratione prædicti teſtis falſi, quod ſecus eſſet, quando ſoli ſex teſtes teſtamentarij coadiuuarent teſtamentum, & ita prædictam conclusionem
275 declarat *Alberic.in l.cum precibus* 18. *nu.*3. *C. de probat* vbi ait ſi in teſtamento non ſunt, niſi ſeptem teſtes & vnus contradicit, reddit
276 inſtrumentum ſuſpectum, quia deficit numerus ſubſtantialis, & ſubdit id tunc verum, puta e, niſi aſtrueretur fides in inſtrumento, qui dicerent ſe fuiſſe præſentes *vt in auth.de inſtrum.caut. §. ſed & quis autem mutui*, ſic quoque conſuluit *Alberic.* ſequendo *Aleiat.in d.conſil.*124.*num.*2.*verſ.ſi verò adeſſent duo teſtes non inſtrumentarij, qui conuincerent hunc ſeptimum &c.*

Optimè etiam conducit *Socin.in conſil.*28.*à num* 1.*vol.*3 *quem ſecutus eſt* Menoch. *de arbitrar.Iud.caſ.*105.*num.*16.*& ſeq.*Surd.*in conſil.* 378.*num.*11. vbi ait reprobationem teſtis teſtamentarij contradicentis teſtamento, non
277 ſat eſſe ſi fiat per alios teſtes deſcriptos, & neceſſarios, ſed per non deſcriptos, ſiue ſupernumerarios, eſt teſtis ille conuincendus de falſo. *& latè videatur Maſcard. de probation. part.*1. *concluſ.*6.*à num.*43. *&* Farinac. *quæſt.*158.*part.*2.*nu.*162 163.*& ſeq* & poſt eos, alios plures cumulans *Gait.in tractat.de Credit.cap.*3.*titul.*1. *à num.*261. & in terminis teſtamentarijs *Mart.de ſucc.ſſ.tom.*2.*part.*4.*art.*1.*q.*2. *à nu.*1. Nec deſunt cautelæ ad ſaluanda à ſupra
278 relatis periculis, cũ variæ tradantur adhoc cautelæ à Doctoribus, & ſignanter à *Bertran, in conſil.*2.*num.*4. Afflict *deciſ.*166.*nu.*9. Surd. *conſil.*378.*nu.*22. *Medic.deciſ.Senen.*96. *n.* 27. *Anton.*Fab *de error. Pragmat.decad.*57.*error.*2. *part.*3.*cum alijs per eoſdem allegatis.* In ſequẽti capite videbimus quid ſit dicendum ſi teſtes teſtamentarij contradicant teſtamento, & iſti ſint ſupernumerarij veluti dum in teſtamento ſunt deſcripti 9. teſtes, ſi duo contradicant, & ſeptem approbent, Item qualiter poſſit ſaluari teſtamentum, ſi coram ſeptem teſtibus ſolum remotis omnibus alijs arbitrijs fuit confectũ, & vnus teſtis contradicit.

ARGVMENTVM.

Teſtes, cum tunc obſint, quando ſunt neceſſarij, quare deducitur, quando ſunt ſupernumerarij & actus remanet probatus per teſtes ad illum actum neceſſarios, tunc ſi ſupernumerarij cõtra illum deponant, non releuant, puta ſi in teſtamento ſint deſcripti nouem teſtes, ſi ſeptem ſtent pro eo, et duo contra, teſtamentum remanet in ſuo robore, & ad hoc videndæ sũt multæ diſtinctiones, & declarationes, pro vt etiam in cap. ſequenti.

Teſtes inter ſe varij, & contrarii, quantumuis nõ attendantur licet eſſent mille limita tamen vt hic. Teſtes teſtamentarii tunc non attenduntur deponendo contra inſtrumentum teſtamẽti, ſi ſint ſupernumerarii, quando alij teſtes ſeptem ſunt examinati, et deponunt pro iſto teſtamento, quia aliàs ſi non poſſent examinari vt quia mortui ſunt &c. & tunc teſtamẽtum valde redditur ſuſpectum, & quare.

SVMMARIVM.

279 *in Teſtamento ſi adhibeantur plus, quam ſeptem teſtes, veluti* 10 *ſi tres reprobent illud, & ſeptem approbent, quid ſit dicendum.*
280 *Actus geſtus remanet validus non obſtante contradictione teſtium ſupernumerariorum.*
281 *Teſtes tũc obſunt, quando ſunt neceſſarij alias ſecus.*
283 *Teſtes ſupernumerarij, quidquid deponent, contra actum probatum per teſtes in numero à iure requiſito, non attenditur.*
283 *Teſtes teſtamẽtarij non infrigunt illud, quamuis aſſererent ſe non audiuiſſe teſtatorem, ita dicentem, & aliter non poſſe eſſe &c. et n.* 284.
285 *Limita niſi numerus negantium maior eſſet, quam affirmantium.*

286 Teſtes

Digitized by Google

285 *Testes inter se contrarij,& varij nihil probãt, quia vnus alteri fidem detrahit.*

287 *Testes inter se contrarij, vti falsarij possunt puniri,& non probant etiamsi essent mille.*

288 *Testes contrarij tunc vnus alteri fidem non detrahit, quando contradicentes sunt supernumerarij.*

289 *Alciat.in consil.123.& 124.lib.9.declaratur*

290 *Testes testamentarij supernumerarij contradicentes testamento,tunc non releuant,quando testes necessarij pro eo deponunt.*

291 *Testibus examinatis pro testamento standum est,potius quàm contrarijs.*

292 *Testes dum non examinantur pro testamento illud non substinent.*

293 *Testes superuumerarij, si deponant contra testamentum,veluti non interfuisse &c. faciũt fidem illius vacillare.*

294 *Testes testamentarij donec non examinentur, præsumuntur pro testamento stare.*

295 *Præsumptio non est plena probatio, nec habetur pro veritate.*

Præsumptio debet cedere legitimæ probationi,& num.299.

296 *Testis vnus,vel duo ex inscriptis testamento si negent se illi interuenisse.*

Licet adsint multi alij inscripti, qui non possunt examinari, tunc non attenditur tale testamentum,& num.291.

297 *Falsariorum fraudibus est obuiandum.*

298 *Testamentum potest debilitari ex minori numero testium viuorum deponentium expressè contra ipsum testamentum.*

300 *Instrumentum an reddatur suspectum,si septem testes in eo sint descripti,cum duo sufficerent et duo contradicunt illi, reliqui verò sũt mortui.*

301 *Depositio testium superabundantium contra instrumentum non facit vacillare illud.*

302 *Testamenti fides, si vacillet ex ipsis testibus testamentarijs,non potest adiuuari ex alijs testibus ab extra,etiam essent mille.*

303 *Testamenti morbus, quando est intrinsecus, inanis est omnis medicina.*

304 *ad Testamenti essentiam non sufficit veritas sine solemnitate,sed solemnitas cum veritate omninò copulatiuè requiritur.*

305 *Testamentum probari non potest per testes non testamentarios.*

CAPVT XLI.

TEstes plures,quàm septẽ, quãdo in testa-
mento reperiuntur adhibiti, videlicet
279 decẽ, quorũ tres reprobarent testamentum,
& septem approbarent, vel in instrumento
requirerentur tres testes, & fuerunt adhibiti
quinque,quorum duo illud reprobarent, tres
attamen coadiuuarent, tunc quia isti sunt in
280 sufficienti numero, actus gestus remanet
validus,& firmus, non obstante contradictione
aliorum non necessariorum testium.

Nam clara est conclusio, quod testes tunc
281 obsunt, quando sunt necessarij,aliàs secus,
si sint supranumerarij *per text. in d. l. hæredes
palam. in princip. ff de testame.* & *in l. cum
tabula. ff de bonor. possess. cont. tab.* quidquid sanè
testes superabundantes deponunt, non at-
282 tenditur ad restringendum actum probatum
per testes, et quidem in numero à iure ad illum
requisitus, vnde tunc, nec instrumentum,
nec aliud testamentum redditur suspectum,
*ex doctrina glos. in l. 1. §. si quis neget.
ff. quemadmodum testamen. aperian.* quam
signandam esse vti notabilem, sedulò monet
Bart ibidem num.2. vbi etiam allegat ad hoc
Innocent. et Io. Andr. in cap. cum Ioannes, vbi
Abb. *num.14 vers. aut non est de necessarijs. de
fid. instrum* & Iacob. de Aren. & Cyn. *in l in
exercendis. C. eodem tit.* & adde Cephal. *in
consil.512. num.25. vers. quidquid alij testes non
necessarij dixerint, testamẽtum substinetur &c.*
Crauett. *in consil. 56. num.16. vers. instrumentum
non reprobatur ex contradictione testium
supranumerariorum &c.* Menoch. *de arbitrar.
Iud cas.205. num.27 vers quando quinq testes
adhibiti sunt in instrumento contractus, cum
duo sufficiant, si tres aut duo contradicant, &
alij deponent pro instrumento, eius fides non vacillat.&c.*
Turret *consil.38. num.5.* vbi dicit hãc
esse magis communem opinionem. *Marsil. in
singular. 285. incip. Multi sunt qui absolutè. n.3
vers. si remanent testes necessarij qui non cõtradicunt.
non videtur nocere contradictio aliorum
testium supranumerariorũ &c* et post *Castren.*
subdit. id fore menti tenendum sanè *Boccas.
super constitut. Ægidian. glos.7. num.15. in fin.*
vbi testatur de communi pariter opinione.
*Carol. de Grass in tractat de exception cap 19. n.
76. vers. quando remanet ad perfectum, et necessarium
numerũ testium instrumenti &c. Ægid.*
Boss. *in prax. titul. de fals. num.39. vers. imo remanente
sufficienti numero testium remanet validum
instrumentum &c.* Valasc. *consultat. 183.
num.38 vers et quia præter illum testem, remanent
alij testes quot sufficiunt, nec testamentum,
nec aliud instrumẽtum redditur suspectum &c.
Ludouic.* Paitell. *in annotat. ad consil 94. seu patris.
num.18. vers si ille testis, qui contradicit sit
supernumerarius, eo casu testamentum non vacillat &c,*
et sæpius fuit resolutum in Rota, &
præsertim *coram bon. mem.* Bubalo *in causa
Calamaten. Legati 11. Ianuarij.* 1580. vbi firmatur,
quod quando testes requisiti, et necessarii
in testamento deponunt pro eo, licet su-
283 pernumerarii deponant contra ipsum, non
per hoc, testamentum redditur inualidum,
etiamsi assererent, se non audiuisse testatorem
ita dixisse, prout scriptum in testamento, &
quod non potuisset, ita dicere quin ipsi audiuissent,
quia per hoc instrumenti seu testamẽ-
284 ti fides non vacillaret, quando testes necel-

sarii coadiuuant testamentum &c. Sic deinde
quoque sensit *Rota coram R.P.D.*Terracinen.
in causa Firmana Codicillorum. 1. Iulij 1644.
§. Prout nec facit &c vers. depositio huius testis
non est necessaria &c. & iterum *coram eodem*
in eadem causa sub die 28. Iunij 1645. § Minus
releuat.vers.illius depositio non est necessaria,
nec facit anullare dictum aliorum testium,
et denuo coram eodem sub die 13. Nouemb eius-
dem anni 1645 §. Ex his cum appareat.vers.non
est opus quarto, vel quinto teste. et testes actui
non necessarij ita deponentes non faciunt vacil-
lare fidem testamenti &c.

Vnde sic potest limitari, cōstans illud Iuris
axioma, quod testes inter se contrarii, et varij
285 nihil probant, nam vnus alteri tollit fidem.
l qui falsa.ff de testib.l.eum,et ibi not. Bart ff. ad
Leg.Cornel.de fals. cum alijs abunde relatis per
Mascard. *de probation.conclus.1170.num.3. &*
seq. & magis copiosiùs *Farinac.de testib.quæst.*
65 part.1. à num.2. vbi ait, hanc opinionem
286 non tantum esse cōmunem, imo non habe-
re contradictorem, *et num.5.* tradit secundum
aliquos prædictos testes vti falsarios puniri
posse, et isto casu etiamsi essent mille non pro-
bant *secundum Bald.in l.1.C.de testam.* ista ta-
men regula limitatur, vt dixi; quando opposi-
tio, seu varietas esset in testibus supernume-
287 rariis, et non necessariis, quia isti non re-
leuant, aut damnum inferunt.

Verum crederem quando numerus repro-
288 bantium excederet numerum confirman-
tium non ita facile talē opinionē esse admit-
tendā prout sentit *Alex.in consil.149. num.10.*
vers.præualent pauciori numero testium exa-
minatorum, et descriptorum in instrumēto &c.
lib.2. Ferrar. *in practic. Papien in forma opposit.*
contra instrum.in glos.in verb dignoscitur n 4.
vers.quid autem dicimus. si in instrumento, in
quo sufficit numerus duorum testium, fuerunt
per Notariū descriptis sex &c. Zal.lib 1.singul.
respons cap.23.num.12.vers.secundo fallit, quā-
do numerus reprobantium excederet numerum
confirmantium &c.

Sed persistendo in terminis, et certè firma-
tæ iam conclusioni, quod testes nō necessarii
non obsunt, quidem obstant adducta *per Al-*
ciat.in consil.123. & 124 lib.9 part.3. quia ibi
Alciat. si benè aduertatur ab hac opinione
non dissentit, præsupponit enim ibi deficere
289 vnum ex necessariis testibus pro testamento
vnde consuluit, eius fidem vacillari, et ideo
secus est dicendum, quando omnes testes ne-
cessarii pro testamento concludunt, et sic re-
manet perfectus numerus.

Restat, quoque vt iterum declarem prædi-
ctam doctrinam, quod si remanet numerus
testium perfectus in testamento non attendi
tur quidquid contra testamentum dixerint
testes supernumerarii, in quia sunt etiam te-
stamentarii, vt id procedat (et tetigi supra)
290 quando illi testes, qui remanent, sunt exa-
minati, et deponunt pro testamento. Tunc
enim potius est standum illis pro testamento,
quàm contrariis. licet tàm isti, quàm illi sint
scripti in testamento. Si vero testes, qui rema-
291 nent non sunt adhuc examinati, vt quia
mortui sint, vel in longinquis partibus ma-
neant, vel aliàs, tunc licet sint in numero per-
fecto interim tamen, dum non examinantur,
292 non substinent testamentum, quin si duo
testes de descriptis in testamento, licet super-
numerarii, deponant contra testamentum,
nempe se non interfuisse, vel rem aliter gestā
293 fuisse, faciunt vacillare fidem testamenti. Et
ratio est, quia licet interim, dum non exami-
nantur alii testes, præsumatur, quod ipsi, si
examinarētur, deponent pro testamento, ta-
294 men hæc præsumptio non habet tantam
vim, quantam habent testes viui, expresè de-
ponentes contra testamentum, quia præsum-
295 ptio non est plena probatio, nec habetur
pro veritate.

Vnde cedere debet legitimæ probationi
aliorum testium expresè deponentium con-
trarium *l.fin.in princip. ff.quod met.caus l nu-*
ptura.in fin.ff de iur.dot.l si chirographum l. cū
de indebito.§.ff.de probat. et in puncto videatur
Menoch. *de arbitr. d cas.105. nu.24.* Boer. *de-*
cis.118.num.19. et probatur ex doctrina *Inno-*
cent.in cap.cum Ioannes.de fid.instrum, vbi ait,
296 si vnus solus, vel duo ex testibus inscriptis
in testamento contra illud deponant, & alij
multi, etiamsi forent centum, quia tamen, vt
quia absentes taceant, vel sint mortui, fides
instrumenti ex illis duobus examinatis, sanè
adeo debilitatur, quod non statur testamēto.
297 Quia vt optimè ratiocinatur *Innocent.* nā
hoc casu occurritur fraudi falsariorum, qui so-
lent plures testes mortuos testamento insere-
re existimantes, non posse testamenti fidem
debilitari, aut minui minori numero testium,
viuorum, deponentium expresè contrarium.
298 Et interim dum alii testes non examinan-
tur, an deponant pro ipso testamēto dubium
est, cum possit etiam esse, quod deponant cō-
tra ipsum, Vnde, vt dixi, interim præsumptio,
299 quæ est super dubio, cedere debet veritati,
ex iuribus supra allegatis.

Infert quoque ex prædictis *Menoch. d.cas.*
105.num. 26. non rectè scripsisse *Castren.in l.*
heredes palam.in princip.ff.de testam. et Hipoll.
in l vnic.§ fin. num.7. de quæst. dum asserunt
non reddi suspectum instrumentum, in quo
300 erant descripti septem testes, cum tamen
duo sufficerent, et duo contradicunt instru-
mento, reliqui verò sunt mortui, quasi velint
ex numero perfecto mortuorum substineri
301 instrumentum contra testes viuos deponē-
tes contrarium, cum tamen id non sit verum
iuxta iam præmissa. Et nunc redeundo ad ma-
teriam nostram.

Stat ergo inconcussa opinio suprarelata
quod testium suprabundantium depositio cō-
tra

tra inſtrumentum non facit vacillare illius fi-
dem, quando numerus à Iure ad illud requi-
301 ſitus pro eo deponit, ſecus verò ſi vnus vel
plures ex teſtibus neceſſarijs contradicant, vt
tetigi ſupra, et tunc quidẽ loquendo in termi-
nis teſtamentarijs, ſi teſtamenti fides pro-
ſternitur, quod ſi centũ teſtes, de his, qui ſunt
extra teſtamentum, et ad illius ordinationem
302 non fuerunt adhibiti, illud coadiuuarent, at-
tamen nullo pacto ſubſtineri poſset. ſane tunc
eſt inanis omnis medicina, et fruſtratorium
omne remedium (præter relata ſupra n. 289.
adde rationem eſse, quia tali caſu teſtamenti
303 morbus intrinſecus eſt, et incurabilis.
Nam ad huiuſmodi rei eſsentiam non ſuf-
ficit veritas ſine ſolemnitate, ſed ſolemnitas
cum veritate omnino copulatiue requiritur,
304 prout ſatis in angulo eſt, et tuetur *Bald. in
l. alia cauſa, num. 4. C. de bis quib. vt indign.* idẽ
Bald. poſt antiquiores *in l. in exercendis. C. de
fid. inſtrum.* vbi quod per teſtes non teſtamẽ-
305 tarios teſtamentum probari non poteſt. la-
tè per *Farinac d. q. 158. à num. 10. & ſeq. cum
alijs de quibus per Manent. conſil. 7 num. 59. &
ſeq.* In ſequenti verò capite ſatis abundè vi-
debimus, cum ſæpe ſæpius teſtamenta con-
dantur adhibitis ſolum ſeptem teſtibus re-
motis alijs, perſonis, ſi aliqui ex dictis teſti-
bus contradicant teſtamento, cum non poſ-
ſint conuinci ex alijs teſtibus ab extra, an hoc
caſu adſit aliquod remedium, et in quibus
terminis.

ARGVMENTVM.

Teſtamenta, cum multoties condantur ſolum coram ſeptem teſtibus, remotis alijs perſonis, ideo, quando aliqui ex dictis teſtibus, deponũt contra teſtamentum, vel ob in aduertentiam, vel oſcitantiam, cum ſua non interſit, cui, vel quibus relinquãt teſtatores bona, vel ob dolũ pretio redempti, & tunc ſi non adſint alij teſtes ab extra, à quibus poſſint conuinci, quid nam hoc caſu ſit animaduertendum ne facilè ſuprema mortuorũ elogia deluſa remaneant.

Teſti conuincto de mendacio non eſt danda fides circa eius contradictionem. Mendaces perdunt beneficia legum. Teſtis ſi dicat, ſe fuiſſe præſentem alicui actui, ſed non intelleхiſſe geſta per contrahentes, non eſt ei adhibenda fides, & quare, cùm præſentia arguat intelligentiam. Boſſ. in prax. titul. de falſ. nu. 11 opinio à Doctoribus multum perpenditur, ſed refutatur, quæritur tamen ſaluari.

Teſtis vnicus, ſi deponat contra teſtamentum, et alij ſex deponant pro ipſo, ex hoc valdè ſuſpectus redditur teſtis ille. Teſtes omnes ſi deponant contra teſtamentum, an dicatur illud falſum.

Circa depoſitionem teſtium reprobantium, & coadiuuantium inſtrumenta, cùm ſit materia non parum inuoluta, tum propter diuerſitatem caſuum, tum propter diuerſitates opinionum DD. id remittendum venit arbitrio Iudicis, & quid ipſe in hoc debet animaduertere.

pro Actuum validitate ſemper in dubio eſt facienda interpretatio, et fingitur id interueniſſe, quod debuit præcedere pro validitate actus, quæ concluſio, ſi vera eſt in aliquo caſu, ſane procedit in vltimis voluntatibus, ne ſuprema mortuorum elogia pereant, nam vt ſubſtineantur, ſat eſt opinio vnius Doctoris, & qualiter procedat.

SVMMARIVM.

306 *Teſtamenta vt plurimum conduntur remotis alijs, & ſolum adhibitis ſeptem teſtibus. Teſtes teſtamentarij ſæpe, cum ſua non interſit non attendunt, quid dicunt teſtatores.*
307 *Teſtamenta abſurdum eſt, quod poſſint ſubuerti propter dolum, vel oſcitantiam vnius teſtis, ſi dicat non audiuiſſe teſtatorem.*
308 *Teſtamentum nuncupatiuum, ſi ſimpliciter fuit conditum, & tunc donec auctoritate Iudicis non redigatur in ſcriptis, non dicitur in eſſe productum, & num. 310. & 336.*
309 *Teſtis teſtamentarius, ſi moriatur antequam teſtamentum redigatur in ſcriptis, perimit ipſum teſtamentum.*
311 *Teſtis vnus, vel plures teſtamentarij, ſi recognoſcendo ſcripturam priuatam teſtamenti, illi contradicant, quid ex hoc inferatur.*
312 *Teſtis vnicus contradicẽdo teſtamento, quãdo non ſit mirum, quod in totum illud proſternet. & num. 313.*
313 *pro Me, qui non eſt, contra me eſt.*
315 *Teſtamentum. quando recepit robur firmitatis. ſi exreat ſolemni numero teſtium, actum eſt de eo.*
317 *Inſtrumentum, ſi ex ſua oculari inſpectione apparcat non habere defectum, quando auctoritate Tabellianis faciat probationem probatam, et n. 322. 334. & 335.*
318 *in Inſtrumento teſtamenti, ſi ſint deſcripti ſeptem teſtes, et tunc non potiſt dies, quod careat aliquis ex teſtibus neceſſarijs.*
319 *Teſtes ſeptem quando fuerunt adhibiti in teſtamento ſi contradicant illi, non dicitur nullum ex defectu numeri teſtium, ſed quomodo.*
320 *Teſtes teſtamentarij. ſi viua voce deponant pro teſtamento, conuincuntur de falſo, contrarium aſſerentes.*
321 *Et ſic ſubſtinetur robur publica ſcriptura, & remanet in priori forma probanti.*
Teſtes reprobantes teſtamentum, quando dicantur deponere falſum.
Probatio fortior vincere debet.
322 *Probatio non efficitur dubia per negationem*

Digitized by Google

si nihil fuerit probatum.

523 *ex Actis, quando aliquid liquidò constat, illud non obnubilatur per solam negationem.*

324 *Testis descriptus in instrumento testamenti si neget id quod fatentur alij testes testamentarij, tunc uti mendax non nocet testamento.*

325 *Testes unus testamentarius, si dicat se non fuisse praesentem testamento, potest conuinci alijs sex testibus, quod erat praesens, & n. 326. & 327.*

328 *de Mendacio, si sit conuinctus testis, non est adhibenda fides, circa eius contradictionem. contra Mendaces, multa à Iure statuta sunt.*

329 *Mendaces perdunt beneficia legum, condemnantur in expensis, perdunt feuda, emphyteusim &c.*

330 *Mendacia non puniuntur nisi in casibus à iure expressis.*

331 *Mentientibus est detrahenda fides, ne vacillare faciant, ea, quae vera sunt.*

334 *Notarius, quando uti testis possit examinari ad validitatem instrumenti ab eo rogati.*

335 *Scriptura priuata testamenti in scriptis oportet coadiuuari per dicta testium.*

337 *Testis si patiatur se describi uti talis in testamento, deponendo non audiuisse haeredis nomē et non creditur, & sic non desicit solemnitas.*

338 *de Praesentia testium, quando fit mentio intelligitur de morali, & non de asinina.*

339 *Testis, si dicat, se fuisse praesentem, sed non intellexisse, arguit se ipsum, & sic ei non videtur credendum.*

340 *Notario non creditur, asserenti se fecisse falsum instrumentum, quod rogauit, ut per hoc annulletur instrumentum.*

341 *Testis instrumentarius, si dicat instrumento non interfuisse, vel rem non fuisse sic gestam, an ei credatur.*

342 *Boss. de falsit. num. 11. male allegatur, & intelligitur à Manent. consil. 7. & 8. num. 9.*

343 *Boss. de falsit. num. 11. passim à DD. in sequitur, verum etiam apud eum messis erat adhuc in herba & num. 345. & quando possit procedere.*

344 *Leges aliquando allegantur ad ea, quae non possent trahi, etiamsi adhiberentur machina Archimedis.*

346 *Praesentia, licet arguat intelligentiam, et audientiam, non tamen id procedit in testibus testamentarijs.*

348 *Testis testamentarius, si non audiat Testatorē loquentem, debet adhoc admonere Notarium, vel Testatorem et etiam recedere si opus fit.*

349 *Testis si dicat non audiuisse testatorem haeredis nomen nuncupantem, quando se ipsum non notet oscitantia.*

350 *Testis, quando dicit, se non audiuisse testatorem, id non aduersatur scripturae Notarij. cū sola quaestio fit de solemnitate.*

351 *Testis testamentarius, si dicat non fuisse expressum nomen haeredis à testatore, testamentum remanet reprobatum, deficiente numero legitimo testium.*

352 *Testis quando est unicus, et contradicit testamento, si alij sint pro eo, tunc non sine causa potest praesumi in eo calumnia.*

353 *Testis unus, si contradicat testamento, facit illud vacillare, si verò omnes contradicant, reputatur falsum.*

Instrumentum reputabitur falsum, si in nullo teste substineatur, cum instrumentum à testiū fide firmetur.

354 *Testes omnes testamentarij si contradicant testamento, possunt id facere ex calumnia, & sic non est dicendum illud absolutè falsum.*

355 *Testis aliud est, quod sit subscriptus testamēto, & aliud, quod in eo à Notario sit descriptus*

356 *Et si quis de uno casu, ad alium vellet arguere, talis argumentatio esset truffa, & quale absurdum sequeretur.*

357 *Subscribens censetur habere notitiam omniū contentorum in scriptura. quod non sic est in descripto in ea ab alio.*

Falsitati ad libitum Notariorum fabricandi via, aperta esse non debet.

358 *Testis, si se subscribat instrumento an possit reprobare actum, sua subscriptione roboratū, dubium est.*

359 *Quod eò magis intrat, dum testis subscripsit non lecto tenore instrumenti.*

360 *Et an sit probandum, testem hoc casu fuisse deceptum.*

361 *Testes contradicendo testamento, an probent, nec ne, in hoc non potest constitui certa regula & quare.*

362 *Arbitrium Iudicis multum operatur, in danda fide testibus, instrumentum reprobantibus. et num 359.*

363 *in Testium conflictu coadiuuantium, vel reprobantium instrumentum, Iudex debet attendere, quae sunt verisimiliora, & quae alia.*

364 *Iudex debet semper desiderare. quid est verisimilius.*

366 *Iudicis manus numquam Ius ligauit, quoad dandam, vel detrahendam fidem testibus.*

367 *pro Actus validitate semper in dubio iudicandum est.*

Actus, ut potius valeat, quàm pereat pronunciandum est.

368 *pro Actus validitate fingitur omnia praecessisse, cum omnibus solemnitatibus.*

369 *Actus, ut valeat, fingitur omnia praecessisse quod facit actum valere. declara ut nu. 366.*

370 *Praesumptio, quae fiat pro validitate actuum, ut remoueatur nullitas, est sic potens, ut omnes praesumptiones superet.*

371 *Interpretatio, quae tendit ad substinendam actum, est omnium interpretationum Regina.*

373 *Actus, ut substineatur capienda est omnis interpretatio, etiam verba impropriando.*

Prae-

374 *Præsumptio pro validitate actus, potissimum locum debet sibi vsurpare in testamentis.*

375 *Testamenta, quod substineantur, et suum effectum sortiantur, iura omnia conclamant, cũ Reipublica intersit.*

376 *Iudex in iudicando non potest recedere à cõmuni opinione.*

377 *Opinioni singulari, contra communem, qui inbaret, dicitur secundum imperitiam iudicare.*

378 *Opinionum nouarum, quis non debet esse inuentor secundum Fabr.*

Opiniones nouæ videntur frustratoriæ.

Nouitas semper est in periculo.

379 *Nouitas est mater temeritatis, soror superstitionis, & filia leuitatis.*

380 *Leges nouas apud Locrenses, qui in Senatu proponebat, in collo habebat insertum capistrum, et quare.*

381 *Noua potius, quàm bona desiderantur.*

382 *Opinio vnius Doctoris fauens testamento præferenda est communi opinioni, intellige tamen Doctoris præclari.*

383 *Intellige etiam id verum in terminis matrimonij, & libertatis.*

CAPVT XLII.

MVltoties, quia testamenta condi solitũ est coram septem testibus cæteris remotis, itaque si aliqui ex septem testibus contradicant testamento, tunc non possint conuinci de mendacio per alios testes extra testamentum, quod fieri posit, diximus in præcedẽti cap. Ideoq. in præsenti quærendũ est, an in prædicto casu adsit aliquod temperamentũ ne in facultate vnius testis sit, aut per oscitantiam eum sæpe eueniat, quod testes nõ aduertant diligenter, ac promptè ad id, quod dicunt testatores, eum sua parum, aut nihil intersit id quod agitur, aut data opera, vel pretio redempti funditus inuertere suprema mortuorum elogia, quod abhorret ab omni ratione. Vnde sic poterit distingui, aut testamentum nuncupatiuum simpliciter fuit conditum, scilicet sinè scriptura, vel cum scriptura, sed priuata. & tunc quia antequam testa-
308 mentum redigatur in scriptis, vel dicta scriptura priuata ab omnibus septem testibus recognoscitur quo ad effectum probationis non est in esse productum, ita si vnus testis moreretur antequam fieret talis recognitio, testa-
309 mentum esset nullum, vt iam iam dixi supra rario est, quia ante depositionem, aut recognitionem etiam vnius ex testibus numquã, vt dixi, habuit robur firmitatis, nec fuit in
310 forma probanti, ideò corruit ex defectu etiã vnius testis, tale testamentum.

Ex quo notabiliter inferri potest, si vnus, vel plures testes testamentarij deponendo, vel recognoscendo contenta in scriptura pri-
311 uata contradicant testamento, et tunc quia præfatum testamentum antè non fuit in statu validitatis, nam id dependebat ab examine testium. Vnde non est mirum si vnus testis contradicendo valens sit, vt testamentum re-
312 maneat sine effectu, dùm non adest numerus testium, in testamentis omninò desideratus à iure, si enim testis contradicat testamẽto

Veluti si dicat, se non fuisse præsentem, aut si non negat præsentiam, asserat se non fuisse rogatum, vel non audiuisse testatorem nun-
313 cupantẽ nomen hæredis, aut similia, et facit illud vulgatum dictum, Qui pro me non est, contra me est, tantòque magis, quia sic de-
314 ponendo, de directo contra ipsum testamẽtum deponit. Quarè cum de tempore, quo testamentum recipit robur firmitatis, careat solemni, ac necessario numero septem testium,
315 indubitanter est dicendum, testamentum nullum esse, vt sæpius iam dixi, nisi talis testis
316 per alios testes non testamentarios conuinceretur de falso.

Quando tamen de testamento nuncupatiuo fuisset confectum instrumentum publicũ, quale vbi in sui figura, et oculari inspectione
317 non habet aliquem defectum, auctoritate Tabellionis facit per se probationem sinè vlla recognitione, vel examine testium ex allegatis supra *nu.* 130. et tunc non dicitur carere
318 aliquo ex testibus necessariis, quia sufficiens numerus est descriptus, sed si vnus, vel plures contradicant, faciunt vacillare, vel reprobant testamentum, non ex defectu solemnitatis
319 testium, sed defectu substantiæ, et vigore probationis contrariæ, quæ faciunt contra ipsum instrumentum testamenti.

Vnde si non adiuuetur contrarijs probationibus destituitur sua fide, sed et si plures
320 numero etiam ex necessariis deponunt viua voce pro ipso testamento conuincuntur de falso contrarium asserentes, et substinetur robur publicæ scripturæ, et remanet in priori forma probanti, cum omnibus suis solemnita-
321 tibus, quia testes reprobantes ipsum testamentum censentur dixisse falsum, vbi cõuincuntur de falso per contrariam fortiorem probationem, nam per negationem, res non
322 efficitur dubia, si contrarium probetur, vt respondit Rota *decis.* 641. *num.* 14. *vers. nec per negotionem partis efficitur res dubia &c. part.* 1. *diuers.* vbi post *Bald. Aym. & alios* firmatur, rẽ dubiã nõ effici per negationem, vbi ex actis aliter res liquidò reperitur, et in pũcto testis
323 descripti in instrumento testamenti negantis, ea quæ per alios testes deponitur, vt tamquam mendax non attendatur, et sic eius di-
324 ctum non debet nocere instrumento testamenti *præter d. decis. Rot.* 641. optimè ratiocinatus est *Surd. in consil* 414. *d num.* 21. *vers. præterea si testis conuincitur ex aliorū dicto &c. cum ibi allegatis.*

Sicque ita potest limitari conclusio supra firmata, quod si vnus testis de necessarijs ad
va-

Digitized by Google

325 validitatem testamenti, contradicat testa-
mento faciat illud vacillare, vt non procedat
quando alij testes de numero, qui fuerunt
præsentes, dicunt, et affirmãt, illum verbi gra-
tia, qui dicit, se absuisse dum conditum fuit te-
326 stamentum, etiam fuisse præsentem, *ut scri-*
psit Practicus Papien. quem refert *Menoch. de*
arbitr. iud. d. cas. 105. *n.* 22. qui tandem cogitã-
327 dum reliquit, quia difficilis est quæstio, adij-
ciens optimum fore in praxi, probare sex aliis
testibus, illius contradicentis præsentiam, eũ-
que de mendacio conuincere. Cõuincto enim
328 de mendacio non videtur adhibenda fides
circa suam contradictionem, quod poterit
comprobari ex multis, quæ contra mendaces
à iure statuta sunt. *leg contra negantem. C. ad*
leg. Falcid. l. fin. ff. de rei vindic. late Abb. in cap.
penult. num. 18. *de iureiur.* Ias. *in §. omnium. In-*
stit. de action. num 87.

Cum mendaces perdant beneficia legum,
329 item condemnantur in expensis, item amit-
tunt feudum, emphyteusim, & alia *prout latè*
per Marsil. *in rubric. de fideiuss num.* 32. *cum alijs*
allegatis per Seraph. *de privileg. iuramenti. pri-*
uileg 31. *à n.* 41. *& adde alios adductos per* Mas-
card *de probation. conclus.* 1043. *per tot.* Et licet
330 mendacium non puniatur, nisi in casibus
à iure expressis, *vt per Dec. in cap. nemo ex ijs,*
44. *nu.* 7. *ff. de regul. iur.* Menoch. *de arbitr. Iud.*
centur. 3. *cas.* 276. *num.* 8. Ricc. *decis.* 0. *numer.* 7.
vers. mendacium non punitur, nisi in casibus a iure
expressis &c. Sed in casu nostro non sumus in
terminis punitionis mendacij, sed in detra-
henda fide mentienti in casu graui, & contra
331 testamentum, & aliquod remedium debet
dari cõtra istos testes se subtrahentes, vt illo-
rum fidem vacillare faciant quod sæpè cõtin-
git & multoties dolosè. & per subornationem,
& vtinam sæpe sæpius non practicaretur.

Supradictã enim distinctionẽ inter scripturã
egentem adminiculo recognitionis testium,
332 & aliam quæ de per se probat auctoritate
Notarij publici, absque alio testium exami-
ne, & per consequens sufficiat tantum, quod
sint inscripti testes in numero sufficienti, ap-
probarunt *Bald. in d. l.* 1. *§. si quis neget. versic.*
& dic quod quædam est scriptura, & ibi. *Imol.*
sub num. 6. *vers. & tenendo hanc opinionem po-*
test responderi et sub num. 15. *in fin. ff quemad.*
testament. aper. Ias. *in consil.* 61. *sub numer.* 14.
vers. quando de testamento non adesset scriptu-
ra &c. vol. 1. Et omnium, melius hanc quæ-
stionem, seu distinctionem non in transitu
gustando, sed internè perscrutando pon.dera
uit *Alexand. de Imol. aureus Doctor in loco pro-*
ximè citato, in hæc verba.

Interdum scriptura nititur viribus suis ex
auctoritate Scribentis, vt est scriptura manu
333 rabellionis cum debitis solemnitatibus fa-
cta, & tunc illa facit plenam fidem, ideo non
eneruabitur per dictum vnius testis etiam dc.
scripti in instrumento, & licet sit de numero
necessario, & per hoc quia remanet etiam
334 auctoritas Notarij, qui posset etiam vti
testis ad confirmationem instrumenti exami-
nari, facit quod habetur in *l hac consultissima.*
C. qui testament. facer. poss. Quædam verò est
scriptura, quæ non nititur proprijs viribus, sed
eget coadiuuatione, vt est scriptura priuata
335 testamenti in Scriptis, quæ oportet coad-
iuuari per dicta testium, & tunc benè est fa-
tendum, quod si vnus de numero necessario,
contradicit, quod tunc non facit fidem. quia
illa de per se non faciebat fidem, sed demum
336 si coadiuuaretur per testes in sufficienti nu-
mero, ideò nil mirum, si tunc non probat,
si vnus contradicit, quia non est coadiuuata,
prout requirebatur secundum formam iuris,
337 & hæc opinio fortè est verior de iure, &
etiam rationabiliter per superius dicta &c.
hucusque Imol. idemque et quidem etiam
clarè sensit *Salicet. in l in exercendis* 10. *quæ-*
stion. 5. *sub numer* 6. *versic. sed attende, quia*
vbi testes coadiuuent. C. de fid. instrument. et
nuper id optimè comprobarunt *Cyriac. con-*
trouers. forens. quæstion. 407 *numer.* 270. *& seq.*
et assentire videtur *Rota coram bon. me.* Cocci-
no *in celebri causa Regien. Hæreditatis* 24. *Apri-*
lis 1637. *§. Neque obstat, quod dictum est &c.*
versic. cum agatur de probando contrarium il-
lius, quod scriptum est in instrumento repro-
batio debet esse manifestissima, quæ quidem pro-
batio non resultat ex probationibus hactenus fa-
ctis, imo habemus ex septem testibus quatuor,
qui benè deponunt de nominatione hæredis facta
ore testatoris &c.

Vbi etiam. sicuti in altera decisione *in ea-*
dem causa facta sub die 27. *Februarij* 1639. *quã*
posui in part. 5. *recens tom.* 2. *decis* 588. *num.* 15.
asseritur quando quis fuit vocatus pro teste,
338 & passus fuerit describi in testamento pro
tali, tunc si iste deponat, interfuisse quidem
pro teste, sed non audiuisse hæredis nomina-
tionem, tunc enim non deficit solemnitas,
quia ei non creditur, Nam præsentia de iure
regulariter præsumitur, cum intelligentia, vt
dixi, & sic intelligitur de præsentia morali,
339 non verò brutali, prout si fieret in præsen-
tia alicuius lapidis. Vnde, quando testis di-
cit se fuisse præsentem, sed non intellexisse,
arguit, & notat se ipsum, & illi credendum
non videtur, argumento eius, quod dicimus
de Notario, cui non creditur, asserenti, se fe-
340 cisse falsum instrumentum, quod ipse roga-
uit, vt per hoc annulletur ipsum instrumentũ,
vt notatur *in l. si quis in graui ff. ad Syllan.* vbi
Bart. & Ang. *& in l. seia mancipia. ff. ad Velle-*
ian. vbi in specie Castren. *Corn. cons.* 261. *nu.* 29.
lib. 4. Marta *consil.* 44. *numer.* 22. 23. 24. *&* 25.
Mastrill. *decis* 310. *num.* 31. Castill. *decis* 135.
num. 31. Castren *in l. Seia. ff. ad Velleian.* Ias. *in*
l. iusiurandum. § procurator. col. antepenult. ff. de
iureiur.

Digitized by Google

iurciur. & propter hanc rationem ita tenet *Boss.in practic.titul.de fals.num.11. vers quandoteslis est vocatus ad testimonium &c.*

Sicuti è conuerso crederetur si deponeret
se non interfuisse, vel si diceret rem nõ fuisse
341 sic gestam, nam in primo casu, scilicet non
audientiæ se ipsum notat, non in alijs casibus
argum. l.quoniam liberi. C.de testib. & hac de
causa Bossius male allegatur à *Cas. Manent.*
consf.7. nu.14. maleque reprobatur ab eodem
in consil.8.num.9. quasi Boss. loquatur contra
342 communem de qua ipse testatus fuit *nu.10.*
in quo loco loquitur de testamento redigendo in scriptis ex depositionibus testium, non
autem quando super eo fuit confectum publicum instrumentum, & faciunt tradita *per Surd consil.414.num.73.& seq.vers.de quo factum est instrumentum &c.*

Attamen cum grano salis recipienda est
supradicta opinio *Boss.* & sequacium, nam vt
343 animaduerto, *Boss.* passim in hoc insequitur,
& certè apud eundem messis adhuc erat in
herba, vt patet per ea, quæ dicit sub *num.10. vers. non quiescit adhuc animus &c.* Certè si
benè animaduertimus. *text. in l. quoniam liberi.C.de testib.* per Boss.ad corroborationem
344 eius dicti allegatus id nullo pacto probat,
ad quod adducitur, neque ad illud trahi potest, etiamsi quis Archimedis machinas adhi-
345 beat. Deinde si perscrutemur rationem,
propter quam mouetur *Boss.* ad id firmandū,
non subsistit, vnde necessariò opus est, vt ruat
eius sententia, eam enim attulit rationē, quia
346 præsentia includit audientiam, ac intelligētiam, quæ tamen in testamentis non est sufficiens, *vt ex Bald. Angel. & alijs in l. haredes palam.ff.de testam.* firmaui supra & iam satis
proinde non immeritò *Boss.*

Reprehenditur à *Farinac.quæst.158.à numer.129.* & ab alijs adductis *per Cait.in tract. de credit cap 3. titul.1. nu.546. versic.quidquid in contrarium dicat Boss. qui confusè loquitur.*
Possumus insuper admittere *Boss.* opinionem,
tunc forsitan procedere, vbi testes adhibiti
347 assererent se fuisse præsentes confectioni testamenti, & tamen nihil penitus vidisse, vel
audiuisse eorum, quæ gesta, & dicta fuere per
testatorem ordinantem suam vltimam volūtatem, tunc enim certè se ipsos notarent,
348 propriamque turpitudinem detegerent, si
enim nihil audiebant, debebant admonere
Notarium, aut testatorem, et etiam si opus
fuisset recedere, secus verò si testes fateantur
plura audiuisse, negant tamen intellexisse
349 hæredis nominationem, addendo vel non
fuisse manifestatum, vel non intelligibiliter
intellectum, tunc enim nemo dixerit testes
se ipsos notare, & suam oscitātiam detegere.

Differentiæ quidem ratio manifesta est,
quoniam primo casu testes deponunt inueri-
350 similia, nec aduersantur scripturæ Notarij,
& agitur sola quæstio defectus solemnitatis,
de qua loquitur *Boss. loc. citat.* secundo verò
casu agitur de quæstione voluntatis, ex quo
351 testes contradicunt testamento, concludendo non fuisse à testatore expressum nomen
hæredis, prout in Notarij instrumento reperitur expressum, & sic remanet testamentum
reprobatum, deficiente necessariò numero
testium, & ita sensit *Boss loc. citato*, & latius
deducit *Farinac. d.quæst 158 num 165.* vbi
alios citat, et ad hoc etiam conferūt tradita
per Manent d.consil.8.num.19.& 20.lib 1.

Denique *Boss. d.num.11.* loquitur in vnico
teste, in quo fortasse potest suspicari de fraude, et calumnia, etsi id admitteretur, vt se pius
cōsideraui, daretur occasio subuertendi multa testamenta, et instrumenta, quæ non est
352 danda, quod secus esset firmandum, si essent plures, et quid dicendum esset, si omnes contradicerent, videatur *Menoch.de præsumpt.d cas.105.num.9. vers.primus casus*, vbi
ad hoc allegat *text.in cap.tertio loco. de probat. & cap.tam literis. de testibus.* et ponderat in
353 *d.cap.si quis neget*, vbi si vnus testis contradicit facit vacillare fidem testamenti, ergo si
omnes contradicunt meritò reputabitur falsum, quia in nullo teste sustinetur, et instrumentum à testium fide firmatur, *Auth. de instrum.caut. et fid.§.sed et si quis; et in § si vero. collat. 6. glos. in l.generali. C. de tabul. lib. 10. Boer.decis.118.num.2.* Supradicta tamen argu-
354 mentatio Menoch. displicet *Valast.consult. 183.numer.14.* quia non sequitur, vnus testis
contradicens facit vacillare testamentū, ergo
si omnes contradicunt est falsum, nam aliter
potest esse, si omnes de industria contradicāt,
reliqua vide ibi.

Nec illud puto omittere, aliud procul omni dubio esse dum loquimur de teste subscripto, aut de teste in testamento descripto
355 per Notarium, nam si quis de vno casu ad
aliud argueret, cum simus valde à remotis,
talis argumentatio esset trussa, & ratio diffe-
356 rētiæ est, quoniā subscriptio propria operatur confessionem, & approbationem omnium
contentorum in scriptura, & præsumitur subscribens habere notitiam omnium contentorum in scriptura, vt latè dixi *supra cap.26. à nu.291.* quæ rationes sanè non militant in teste à Notario in instrumento descripto, & verè si talis argumentatio de teste subscripto ad
descriptum admitteretur, tunc admissibilis es-
357 set conclusio, quod testis descriptus non
posset impugnare testamētum, in quo est descriptus, & esset aperta via fabricandi falsitates ad libitum Notariorum *contra text. in l. iubemus.C.de testam.& simil.* vltra quod nō
est adeo in iure expeditum, si testis se subscribat instrumento, non possit reprobare actum
358 sua subscriptione ab eo roboratum, cum ita
teneāt *Alex.Ioan.de Amic.et alij relati à Manent.d.consil.9.num.44.* vbi quod præcipuè id
sibi vindicat locum in testibus, qui subscripserunt,

359 ferunt, non lecto tenore instrumenti, & mul-
tis id comprobat, & addo *Carol de Graß, in*
tractat. de except. titul. 19. num. 86. vers. si testis
se subscripsit instrumento, potest illud impugna-
re dicendo, quod aliud fuit dictum, quàm scrip-
tum &c. reprobatque insuper *Matth. Brun. in*
consil 87 num 44. volentem isto casu testem
teneri probare, se fuisse deceptum, quod non
360 est verum, ex quo Bart. Alex. Guidopapa,
aliique DD. per eum allegati indistinctè lo-
quuntur.

Siquidem, vt apertè verum fatear, in supra-
dicta adeò inuoluta materia, certa regula sa-
nè tradi non potest, tùm propter diuersitatē
361 casuum, tum propter discrepantes Doctorū
opiniones, ideò religioni Iudicantis puto id
esse remittendum, qui testium coadiuuantiū,
& contradicentium numero, & qualitate se-
dulò pensatis, & circumstantijs tàm Iuris, quā
362 facti, matura consideratione perpensis, re-
rumque ordine plena inquisitione discusso,
oculum semper habendo, ad Iuris dogmata,
poterit pronunciare, vel pro validitate, vel
pro inualiditate ipsius testamenti, *vt colligi-*
tur ex traditis per Butr. post Innocent. quem al-
legat *in cap cum Ioannes Heremita. col 6. nu. 29.*
ante med. vers. et vltimo sed videtur velle id arbi-
trio Iudicis &c. de fid. instrument. Bald. *in con-*
sil. 37. Quidam Tabellio num. 3. in fin. vers. istud
multū pendet ex arbitrio Iudicis &c. lib. 1. Alex.
in consil. 43. num 21. in fin. vers. quanta fides sit
adhibenda testibus deponentibus contra instru-
mentum, illud committitur arbitrio iudicantis.
Socin *Sen. in consil 94. num. 2. vers. vel dicamus*
id relinqui arbitrio Iudicis lib. 1. Lanfranc *in*
cap quoniam contra. numer 32. vers. arbitratur
de probationibus.

Vbi generaliter dicit, quod in reproba-
tione instrumenti, quando præsertim aliqui
363 testes contradicunt, multùm est tribuendū
arbitrio Iudicis, qui Notarij, & testium qua-
litate ponderata hanc quæstionem dirimat.
Boss. d. titul. de fals. numer. 27. vbi pariter ait,
quando instrumentum, cui testes contradicūt
substinetur ex adminiculis, *et num. 31. versic.*
redeundo tamen. vbi post *Angel* quem allegat,
364 dicit in conflictu testium coadiuuantium, et
reprobantium instrumentum, multum tribui
arbitrio Iudicis, considerantis authoritatem,
& dignitatem testium, & quis eorum verisi-
miliora deponat. *Fract. Corrad. in rubric. de*
instrument post num. 17 ante med. vers. vbi au-
tem &c ibique ait quod discretus Iudex de-
365 bet considerare quidnam sit magis verisi-
mile. *cum alijs allegatis per Farinac. quæst. cri-*
minal 158. a num. 63. et 177 & adde *Valasc.*
consult. 183 nu 9. et Borell. in summ. decision.
titul. 17. de fid instrument. num 148 qui alios
citat, nec ab hac opinione dissentit *Rota, vt*
videre est in d. Rigien. Hæreditatis 24. Aprilis
1637. *coram bo mem:* Cotrino *§ Quantum atti-*
net ad depositionem. vers. eaque magis prædicta
procedunt. quia etiamsi dictus testis contradice-
ret instrumento, adhuc intraret arbitrium Iu-
dicis an ei esset credendum, etenim in similibus
terminis multū tribuitur arbitrio iudicātis &c.
Circa enim fidem dandam, vel detrahendam
366 testibus, numquam Ius, manus Iudicis li-
gauit. *l. 3. §. primo. ff. de testibus. can. si testes. 4.*
q 3. cum simil. Igitur hoc temperamentum
de Iudicis arbitrio non est, in isto articulo
contemnendum; quamuis in hoc aliàs fuerit
reprehensus Menoch. vt iam retuli.

Cæterum Iudex ita debet suum arbitrium
temperari, in re dubia, vt potius pro validi-
tate, quàm inualiditate, testamenti sententiā
367 ferat. Tum ex generali theorica, quod in
dubio pro validitate actus est iudicandum, et
sic vt potius valeat, quàm pereat. *l. quoties in*
stipulationibus ff. de verb oblig. et l. 4. ff. de te-
stament. milit. Bart. in l. 1. §. si quis neget. nu. 12.
ff. quemadmod testament. aper. Ias. in l. Gallus.
§. quod si is. col. 3. in vltim. lectura ff de liber. et
posthum et fingitur, omnia præcessisse et cum
368 omnibus solemnitatibus, ad hoc vt actus
dicatur validus. *l. cum in testamēto. §. hæc ver-*
ba ff. de hered. instituend. et ibi Cyn. et Bald.
369 notabiliter dicētes, id fingi præcessisse quod
facit actum valere. *Cassador decis. 21. de præ-*
bend. num. 1. Rota decis 360. num. 9. vers præsu-
mitur omnia solemnia præcessisse pro validitate
actus &c part 4 recent et coram R. P. D. Caril-
lo *in causa Florentina Fideicommissi 28. Iu-*
nij 1638. §. Pro adminiculis. versic præsumitur
actum emanasse cum omnibus solemnitatibus,
requisitis vt actus dicatur validus &c. declara
370 tamen, vt in *d. decis 360. num 10. et coram*
bo. mem. Card. *Verospio Iun. in causa Pampilo-*
nen. Decimarum 10. Ianuarij 1636. §. Nec his
nullitatibus. et §. nec subsistit responsio fundata
in præsumptione iuris. dum contraria est veritas
facti &c. sed persistendo in terminis.

Prædicta enim præsumptio, quod in dubio
371 sit iudicandum pro validitate actus, vt nul-
litas remoueatur, est sic potens, vnde superat
omnes alias præsumptiones, vt post Abb. et
Dec. sensit *Roland. a Valle consil. 61. numer. 27.*
vers ista præsumptio quod actus valeat, superat
omnes præsumptiones &c lib. 3. et firmat *Alciat.*
in tractat. de præsumption. regul 1 præsumpt. 30.
à num. 5. Non mirum ergo, si interpretatio
372 illa, quæ tendit ad substinendum actum sit
omnium interpretationum Regina, *vt inquit*
Cephal. *in consil. 51. num 38. et 39. vers. huius-*
modi interpretatio est Regina omnium inter-
pretationum &c. quod exornat Card. Mātic.
de coniectur. vltim. volunt. lib. 12. titul. 17. nu. 13.
versic. hanc interpretationem esse Reginam &c.
Hinc est ad effectum, vt actus substineantur
373 capienda est omnis interpretatio, etiam
verba impropriando, ex allegatis *per Rotam*
decis. 248. num. 5 vers pro actus validitate om-
nis debet fieri interpretatio etiam verba impro-
priando &c. part. 5. recent.

Verum

374 Verum si supradicta præsumptio in quoli-
bet actu intrat, multò magis,& fortius debet
sibi vsurpare locum in testamentarijs dis-
positionibus, nam omnia iura conclamant,
375 Reipublicæ interesse suprema mortuorum
elogia substineri, & effectum sortiri. *l. vel ne-
gare. ff. quemadmod. testam. aper. l. si pars. 10. ff. de
inoffic. testament. cap. fin. de re iudic. cum simil.*
late *Neuizan. in consil. 26. num. 7. cum multis
seq. et cumulatè* Zunt. *in respons. pro vxore. nu-
mer* 1053 *cum plurimis seqq. cum alijs, quos ci-
tat* Capiferr. *de numer. test. in testam. requisit.
cap. 3. num. 39. cum alijs allegatis per* Rotam
coram R. P. D. Bichio *in causa Romana succes-
sionis 9. Maij 1644. §. Tandem. vers. & in dubio
iudicandum est pro validitate testamenti &c.*
& amplia procedere talem præsumptionem,
etiamsi ageretur contra filium exclusum, *ad
text. in l. si pars. ff. de inoffic. testament. & dixi
supra cap. 5. nu. 70.* Quinimo hoc est adeo verũ,
376 vt in dubio benigna interpretatione extre-
ma placita sint souenda, quod licet Iudex in
iudicando non possit recedere à communi
opinione, iuxta *text. in §. 1. ibi, secundum opi-
nionem plurium. Institut. de hæred. institut. et
l. 3. § fin. ff. de suppl. legat. et l. Barbarius. ff. de
offic. præsid. cum alijs allegatis per Alciat. in tra-
ctat de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 5 t. num. 2.*
alioquin Iudex causam suam faceret. *Bald. in
l. præterea. per illum text. ff. de senator.* inquit
377 enim, quod is, qui opinioni singulari con-
tra communem inhæret dicitur secũdum im-
peritiam iudicare. Alex *in consil. 142. num. 26.
vers. vnde opinio singularis. lib. 2. Augustin.* Bero.
*consil. 153. num. 19. vers. qui opinioni singulari
contra communem inhæret, dicitur &c. vol. 1.*
Hinc *Ioannes Faber in proœm. Institut.* admo-
nuit studiosos, ne nouarum opinionum sint
378 inuentores, quasi quoad frustratoriæ erunt.
Nouitas enim semper est in periculo, nã se-
cundum S. Bernardum. nouitas est mater te-
meritatis, soror superstitionis, & filia leuita-
379 tis. Meritò apud Locrenses, apud quos
leges veteres & patria instituta tuebantur,
380 vnde si nouam Legem quis rogaturus esset,
vt admitteretur, cogebatur eam proponere
collo in laqueum inserto, quod si legem pro-
positam Populus approbasset, suasor discede-
381 bat illæsus, sed si Lex repudiabatur, laqueo
illo statim suspendebatur, sed heu hodie ma-
gis nouitas, quàm bonitas desideratur. Sed
his relictis ad nos.
Tamen supradictis non obstantibus opinio
vnius Doctoris fauens testamento est præfe-
382 renda communi opinioni, intelligendo ta-
men de Doctore præclaro, *secundum* Abbat.
*in d. cap. fin. in 2. notabil. de re iudic. et Hostien.
et* Io. Andr. *in cap. 2. de cognit. spirit.* Imol *in l.
ita donatur in vltim. quæst. ff. de donation. caus.
mort. Ludouic.* Zunt. *in respons. pro vxore sua
à numer. 582. cum seq. et num. 1066. Ludouic.*
Lan. *in suo Enchir. à nu. 45. Hieronym.* Zanch.
*in solemni repetition. l. hæredes mei. §. cum ita
in 3. part. sub numer. 61. vers. adeo vt vel vnius
tantum Doctoris insignis opinio pro testamento
prævaleat communi opinioni &c. ff. ad Senat.*
Consult. Trebell. Ias. *in consil. 15. num. 26 vers.
opinio vnius Doctoris, quæ sit pro testamẽto &c.
lib. 3. et consil. 35. num. 8. versic. opinio vnius so-
lius &c. eodem lib. 3, Andr.* Barbat. *in consil. 6.
num. 4. vers. & est nouum dictum ad hunc pro-
positum non ponderatum ab aliquo scribente
vsque ad hæc secula, vt dicamus, quod opinio
vnius Doctoris fauens testamento sit præferenda
communi opinioni etc. lib. 1.* intelligens etiam
383 id procedere in causa matrimonij, & liber-
tatis *per ibi adducta.* Surd. *in consil. 414. nu-
mer. 101. versic. quinimo opinio singularis pro te-
stamento præfertur etc. lib. 3.* Circa quod vi-
dendus tamẽ est *Dec in cap. 1. in prima lectur.
num. 44. extr. de Constitut. et* Alciat. *de præsũpt.
regul. 1. præsumpt. 40.*

ARGVMENTVM.

Falsitates, fraudesque cum soleant committi, quando agitur de vsurpandis morientium hæreditatibus, ideo Iura vigili oculo stant, vt in testamentis condendis omnia ad amussim seruentur, & quamuis in dubio fraus, & dolus non præsumatur in aliquo, nec in Notario, cum leges abhorreant aliquem falsarium putare.

Tamen talis præsumptio cessat, quando Notarius in confectione instrumenti testamenti, omittit ea, quæ disposita habentur per celebrẽ l. iubemus. C. de testam. nam tunc præsumitur falsitas, & Notarius vti falsarius debet puniri, & aliqua deducuntur circa Notarios imperitos, qui destruunt Mundum.

In institutione hæredis, dum iura omninò requirunt claritatem, ideo cum materia coniecturalis sit non parum ambigua & incerta, quare si hæres institutus reperiatur per coniecturas, veluti per nutus, signa, aliudque simile non valet, itaque nec substineatur, per solam nominis expressionem, declara vt hic.

Institutio hæredis si admitteretur per nutus, patens aperiretur via fraudibus, maximè si testator existeret in mortis articulo constitutus cum morte luctans, ac proximum DEI iudicium timens, horrore, ac summis morbi cruciatus affectus. nam tunc ad euitandas interrogantium vexationes, omnibus applauderet, respondendo, sic; Infirmis deficiente corpore, deficit intellectus, sine quo nihil fit.

SVMMARIVM.

1 *Iura, quare insistant tàm anxiè, vt testator clarè nominet hæredem, & apertè testes illud percipiant.*

2 *Falsitates in testamentis plerumque solent committi.*

3 *Testamentum factum sine intelligibili voce non valet.*

4 *Testamentum factum sine intelligibili voce subiacet praesumptioni falsitatis.*
Et ista est praesumptio iuris, & de iure.

5 *Falsum committere nemo praesumitur,*
Falsarium aliquem putare, l. ura id abborret.

6 *Error potius praesumitur, quàm falsitas, & hoc albo lapillo est signandum.*

7 *ad Falsum, & non ad falsum, quando verba possunt trahi, ad quid sint trahenda.*

8 *Falsi probatio concludenter, & necessariò debet doceri.*

9 *Falsi probatio non deducitur ex semiplena probatione.*

10 *Falsitas excluditur data possibili veritate in contrarium.*

11 *Notarius in dubio non praesumitur falsum commisisse. et num. 14.*

12 *in Notario non praesumitur falsitas, etiamsi aliud reperiatur dictum, & aliud scriptum, & declara vt hic.*

13 *Notarius numquam punitur de falso, nisi de eius dolo constet.*

15 *Notarius si in confectione instrumenti testamenti amittat debitas solemnitates praesumitur in dolo. et numer. 25*

16 *Et hoc, quantumuis dolus in dubio non praesumatur.*

17 *Notarius si omittat ea, quae spectant ad eius officium, praesumitur in dolo.*

18 *Fides mala praesumitur, quādo fuerunt omissa debitae solemnitates.*
Notarius praesumitur scire leges vulgatas.

19 *Notarius praesumitur scire leges, quae spectant ad eius officium.*

20 *Notariorum imperitia destruit Mundum, et conscientiam bonorum virorum saepe in periculum deducit.*

21 *Notarij, quia nesciunt, quid scribunt plerisque testantium voluntates peruertunt.*

22 *Errores infiniti proueniunt ex imperitia Tabellionum.*

23 *Notarij similes sunt picis, & psittacis. et quare.*

24 *Oratio quotidie facienda ponitur.*

25 *Notarius, si omittat aliquid, de contentis in l. iubemus. C. de testament. potius praesumitur falsitas, quàm error.*
Et ideo puniendus est de falso.

26 *Testamentum redditur falsum, in quo legitur ore proprio fuisse nominatum haeredem, si testator respondit per interrogationem. declara tamen, vt num. 27. 28. et 29.*

30 *in Testamentis claritas est necessaria, ne aliquid occultè fiat.*

31 *Haeres institui non potest per coniecturas, cum sic intraret ambiguitas, in materia sic ardua. & num. 34.*

32 *Mortuus amplius veritatem tueri non valet.*

33 *in Institutione haeredis claritas est adeo necessaria, vt per solam nominis expressionem, non dicatur quis haeres institutus.*

35 *Filij, aut necessariò sunt instituendi, aut exhaeredandi.*
Institutio tacita non sufficit, quo ad filios, sed expressa requiratur.

36 *Testamenta nutu, vel signis condita non valent. et num 37.*

38 *Testamentum signo factū, quod valeat qualiter intelligatur.*
Signa, quae faciunt testatores per manus, vel caput, aut oculos, non possunt dici certa.

39 *Cadauera etiam dicuntur capacia nutibus, si cubile forte, aut aliud de industria moueatur.*
Malitia humana, quid non tentet, ad effectū acupandi haereditates.

40 *Casus refertur de quadā muliere, qui statim expirato viro, subter lectū posuit, et loco illius alium supposuit, qui testatus fuit ad fauorem dictae mulieris.*

41 *Sed tale facinus reuelatū fuit, & nisi mulier, & Notarius fugam arripuissent, vltimū supplicium non euasissent.*

42 *Casus alius non dissimilis refertur, sicuti etiā num. 43. 44. et 45.*

43 *Mulieres solent esse loquaces, & secreta pandere solent.*
Mulieribus credendum solùm, vt dum mortua sunt ne resuscitent.

47 *Voluntas nutu non declaratur, nisi coniecturali modo.*

48 *Institutio haeredis per nutus non est recipiēda.*
Praesumptio Iuris est in potestate legis, & vbi non vult, non praesumit.

49 *Institutio haeredis, si admitteretur per nutus lata via aperiretur fraudibus.*

50 *Testator in extremis existens, mortis cogitatione turbatus, ad omnia animaduertere non potest.*

51 *Morientes ex quodam vsu, solent omnibus interrogantibus, applaudere, annuendo, quod sic.*

52 *Infirmitas reddit infirmos impatientes molestiarum.*

53 *in Extremis existentibus non habent perfectam cognitionem rerum.*

54 *Infirmis in extremis corpore deficiente, deficit etiam intellectus.*
Intellectus sine corpore nihil agit.

55 *Infirmis in extremo, memoria turbatur, et totus languet intellectus.*
cum Morte luctat, qui in extremis est.
in Extremis existens, omnimodo non viuit.

56 *Morientes an dicendum sit, vt computentur inter viuos, vel inter mortuos.*

57 *Mutus, quilibet efficitur in mortis articulo.*

58 *in Mortis articulo constitutus, quilibet extra mentem est. cum neminem agnoscat.*

59 *Morientiū voluntates non perfectè agnoscuntur ex nutibus, & signis. et nu. 53. et seq.*

C. A.

CAPVT XLIII.

ABVNDE iam in superioribus capiti-
bus vidimus in testamento nuncupati-
uo, necesse esse, testatorem clara, & intelligi-
bili voce astrictum apertè hæredis nomen
nuncupare, illudque testes per verba diluci-
da, & indubitata exaudire, & hoc sub pœna
nullitatis testamenti, cum nonnullis alijs quæ-
stionibus inde emergentibus circa talem te-
stium intelligentiam, & quid si contradicant
testamento, aliaque &c. Vnde nunc perscru-
1 temur causam quare, iura tàm anxiè instituit,
vt testator clarè nominet hæredē, & indubiè
quoque per testes percipiatur, & in promptu
2 ratio est, scilicet, vt falsitatibus, quæ in testa-
mentis plerumque committi solent obuietur,
prout sedulò aduertit text. in l. iubemus. 29.
ibi, & falsitas in elogijs committitur. C. de testa-
ment. & ibi Bald. num. 4. & communiter Scri-
3 bentes Vnde testamentum aliter factum, &
contra formā à d. l. iubemus traditam, scilicet
sine intelligibili voce, aut literis, hæres decla-
ratus à testatore, subsistentiā nullatenus ha-
4 bebit, & tale testamentum præsumptioni fal-
sitatis subiacebit, atque præsumptio ista est
iuris, & de iure vt inquit glos. in d. l. iubemus. in
fin. quam singularem prædicat Barbat. in
cap. fin. num. 56. vt lite non contestat. siquidem
Notarius pœna falsi tenetur si omittat scribe-
re solemnitatem illius legis. Angel. in d. l. iu-
bemus, & vult Bart. in l. si liberatas. num. 7. ad
fin. vbi Decius nu. 12. ff. de regul. iur. Curt. Sen.
consil. 56. Super processu col. 3. vers. quarto respō-
detur. Alciat. in tractat. de præsumpt. regul. 3.
præsumpt. 13. num. 9. Ægid. Boss. in prax. crimi-
nal. titul. de fals. num. 59. Hinc est licet præsū-
5 prio sit pro Notario, quæ est vt nemo præsu-
matur falsum commisisse, abhorentque iura
aliquem falsarium putare. cap. accedens. 8. vers.
cum præsumi non debeat. extr. de crimin. fals. &
ibi glos. in verb. præsumi, plura adducit, & adde
textum in l. penult. ibi, remittitur tibi pœna leg.
Corneil. de falsis, in quam credo te magis errore,
quàm malitia incidisse &c. C. de his, qui sibi in
testam. ascrib.

Sicque præsumptio stat, quod potius præ-
6 sumatur error, quàm falsitas iuxta textum in
l. quoties. §. tantumdem ff. de hæred. instit. & hoc
censet ibidem Bart. albo lapillo signandum,
quod idem confirmauit Bald. & Io. Imol. ibi-
dem in princip. Vnde quotiescumque verba
7 possunt trahi ad falsum, & non falsum fit in-
terpretatio, vt non contineat falsum, vt colli-
gitur ex glos. in l. iuris gentium. §. quod ferè. in
verb. approbitur ff. de pact. quam ibi ponderant
Doctores, & ratio, est, quia probatio falsi de-
8 bet necessariò, & concludenser doceri, facit,
l. si Præses & l. interpretatione, C. de pœn. & l. si
quis intentione. ff. de iudic. cum alijs allegatis per
Alex. in consil. 95. numer. 11. vers. oportet, quod
probatio falsi concludat per necess. lib. 1. & ibi
additio in verb. concludat. quare sat non esset
9 semiplenà probatio, vt aduertit Rota coràm
bon. mem. Litta decis. 121. num. 1. vers. nec semi-
plena probatio sufficit &c. est ibi allegatis par. 5.
diuers. vbi etiam num. 2. dicitur, quod falsitas
10 excluditur data possibili veritate in contra-
rium, vt satis notum est.

Et loquendo in terminis Notariorum, vt
in dubio nullatenus præsumantur falsum cō-
11 misisse, quod adeo verum est, nam si vnum
fuerit dictum per contrahentes, vel per ipsū
Notarium, dum verba contractus poneban-
tur & postea aliud reperiatur scriptum, non
præsumitur factum falsè, sed per errorem, nisi
12 ex circumstantijs aliud appareat, vt sentiunt
Bart. Bald. & Imol. in d. l. quoties. §. 1. ff. de hæ-
red. instituend. Alex. in consil. 57. num. 16. vers.
imo scribendo aliter, quàm fuerit dictum à par-
tibus, præsumeretur in dubio per errorem fecis-
se &c. lib. 7. & subdit id singulariter esse no-
tandum Crauett. in consil. 75. num. 8. vers. præ-
sumptio iuris est pro Notario adeo quod liqui-
dissimè &c. part. 1. Natta consil. 315. numer. 16.
vers. si vnum fuerit dictum per contrahentes, &
postea reperiatur aliud scriptū &c. lib. 1. Ioseph.
Ludou. decis. Lucen. 13. num. 7. vers. quod proce-
dit etiam si vnum fuerit dictum per contrahen-
tes, et aliud scriptum, quia non præsumitur ma-
litiosè, sed per errorem euenisse &c.

13 Et numquam Notarius punitur de falso,
nisi de eius dolo constet, ex quo falsum non
committitur sine dolo l. nec exemplum. C. de
fals. l. et eleganter. §. si dolo. ff. de dol. l. si creditor.
§. Lucius. ff. mandat. cum alijs allegatis per Rotā
decis. 103. num. 20. vers. sine dolo non videtur pos-
14 se condemnari &c. part. 5. recent. & Notarius
in dolo non præsumitur in dubio ex supra
allegatis &c.

Tamen supradictis non obstantibus in casu
nostro specialiter est sancitum, quod si Nota-
15 rius omittat in testamentis debitas solemni-
tates de quibus in d. l. iubemus. C. de testament.
16 quantumuis simus in dubio, falsitas præsu-
mitur, prout ponderat Alciat. in tractat. de
præsumpt. regul. 3. præsumpt. 13. num. 12. versic.
primus casus est, quando Notarius omisit solem-
nitates l. iubemus &c. vbi ait licet in dubio nō
17 præsumitur dolus in Notario, tamen nō pro-
cedit quando sumus in omittente prædictas
solemnitates, nam cum illæ spectent ad eius
officium si eas omiserit, præsumitur in dolo,
& facit textus in l. prima vbi Bartol. C. de fid. in-
strument.

18 Vbi probatur quod mala fides præsumitur
interuenisse, quando solemnitas fuit omissa,
& ordo debitus non seruatus. Præsumitur
enim Notarius scire leges, præsertim vulga-
tas, secundum Angel. in d. l. iubemus. C. de testa-
19 ment. & maximè illas quæ respiciunt eius of-
ficium, & dant formam actui, quem confecit,
vt inquit Castren. in d. l. iubemus. & Notarius

in dubio præsumitur sapiens Bald. in cap. pri-
mo. anm. 4 in fin. de fid. instrument, sed vtinam
falsum esset, quod asserit Card. Mantica de
coniectur. vltimar. voluntat. lib. 4. titul. 10. nu-
20 mer 4. ibi, Notariorũ imperitia destruit Mun-
dum, et conscientiam bonorum virorum sæpe in
periculũ deducit, et quia nesciunt quid scribunt,
21 plerumque testantium voluntates peruertunt.
Vnde Angel. in consil. 193. in princip. dicit se
multoties vidisse exoriri infinitos errores ex
22 imperitia tabellionum, maximè in vltimis
voluntatibus. Sunt enim Notarij similes pi-
cis, & psittacis, qui stant in Palatijs Domino-
23 rum, & nesciunt quid loquantur, sed ne lon-
gior sim contra similes Notarios, (probos et
doctos semper præsetuando) ideoque videa-
tur Iurg. Valentin. in suo Parthen Litigios. lib. 1.
cap. 9. à num 36. vers. volunt Notarij omnibus
morbis litigiosis vno collyrio mederi &c. ponitq;
24 orationem quotidie faciendam Signor mio
G. C. guardatemi da furia de Villani, da
guazabuglio de Medici, e da cettere de Nota-
rij &c. ibique etiam nonnullos versus mor-
dacissimos idiomate gallico ponit. Sed quæ-
so ad nos.

Quod enim Notarius omittendo, vt dice-
25 bam, solemnitatem d. l. iubemus. scribere in
testamẽtis, pœna falsi teneatur. præter Alciat.
et alios ab eo allegatos, adde Boss. in d practic.
criminal. titul. de falso num. 59. vers. & ideo pu-
nitur de falso &c. affirmatq; Franciſc. Becc. in
consil. 102. numer. 3. versic. Notarius pœna falsi
tenetur, si omittat scribere solemnitatem &c.
Nam & clarè inquit text. in d. l. iubemus. in fin.
si omittatur aliqua solemnitas, vel forma de
qua ibi, potius præsumitur falsitas, quã igno-
26 rãtia, et ideo punitur de falso, quæ omnia ex-
preisè habentur in d. l. ibi, scituris, et tabellio-
nibus, et his qui testamenta procurant conficiẽ-
da, quod si aliter ausi fuerint, pœnam falsitatis
non euitabunt, quasi dolosè in tam necessaria
causa versati &c.

Vnde et falsum redditur testamentum, in
quo legitur fuisse ore proprio nominatum
hæredem, si testator respondit pèr interroga-
tionem. vt post Socin. Crouett. Bertrand. pro-
bat Surd. in consil 414. num. 3. vers. falsum red-
ditur etc. lib. 3. Intellige tamen id verum, nec
Notarius punietur de falso, quando ipse non
negat, testatorem nominasse hæredem per
27 responsionem ad interrogationem, sed scrip-
sisse heredem fuisse ore proprio testatoris nũ-
cupatum, licet id præcisè non fuerit, tamen
putasse fuisse idem, quod testator ore proprio
nominauerit hæredem, vel ad alterius inter-
28 rogationem prout verè est idem ex iuris dis-
positione. Sed quando Notarius ita non se
defenderet, sed mordicus insisteret, quod verè
testator hæredem ore proprio nuncupauerit,
et testes testamentarij aliqui id negant, scili-
29 cet testatorem nominasse hæredem per res-
ponsionem ad interrogationem, et tunc No-
tarius non excusatur à pœna falsi, vt benè id
declarat Ioseph. Ludon. decis. Lucen. 13. num. 20.

Iure etiam optimo constitutum fuit per
d. l. iubemus, et similes, vt ore proprio, vel scrip-
tis testator palam nominet hæredem, quia
30 in testamentis claritas est valdè necessaria, ex
qua possit haberi certitudo, vnde per conie-
cturas hæres institui non potest, cum sic in-
31 traret ambiguitas in materia, vbi agitur de
summa summarum, totoque asse testatoris, ac
fundamento totius testamenti, et agitur de
probanda veritate, post mortem eius, qui so-
32 lus veritatem sciebat, et amplius eam tueri
non potest. l. fin. C. de fideicommiss. Dictaque
claritas in hæredis institutione, tam patens
33 esse debet, vt per solam nominis expressionẽ,
non dicatur hæres institutus, vt constat ex
pluribus relatis per Cas. Manent. in consil 7.
nu. 19. quam cõclusionem esse veram testatur
Rota coram bon. mem. Coccino in causa Regien.
Hæreditatis 27. Februarij 1636. est relata a me
in part. 5. recent. tom. 2 decis. 583. num. 8. versic.
sola nominis expressio non sufficit etc. declara-
tamen, vt ibi habetur.

34 Quod enim hęredis institutio ex coniectu-
ris nullatenus inducta censeatur text. est in l.
vni. 1. ibi, quia ex coniecturis non propriè scrip-
tus hæres videretur. ff. si tabul. testament. extab.
et in l. si quis cum. § si suo. vers. sed sciendum
vsque ad finem ff. de pupil. & vulgar. subst. 1. &
notant Roman. in l. si cum dotem. 23. numer. 38.
ff. solut. matr. Bald. in l. iubemus nu. 2. ante med.
sub vers. sed ita est hic. C. de testament. Paul de
Castr. in consil. 263. sub num. 1. versic. non obstat
lib. 2. Honded. consil. 65. num 21. vers. et conie-
cturis induci nõ potest lib. 1. Crott in cons. 363.
num. 11. et seq. lib. 3. Lancellott. Gall consil 72.
num. 10. et seq. Fusar. consil 25. numer. 35. lib. 1.
Surd. consil 463. num. 12. versic. institutio non
debet fieri ex coniecturis, sed expressis verbis &c.
lib. 4. Roder. Suarez. allegat. 1. num 5. et 6 versic.
ex coniecturata voluntate, aut coniecturis num-
quam hæredis institutio inducitur &c. Bardell.
consil. 21. numer. 24. vol. 1. Mantic. de coniectur.
vltimar. volunt. lib. 4. titul. 1 numer. 26. vers. ex
coniecturis nemo scriptus hæres &c et lib. 12. ti-
tul. 4. num. 5. versic. nisi verbis expressis &c. Fer-
dinand. Vasq. de success. lib. 2. §. 15. requisit. 16.
numer 53. Cancer. variar. resolut. lib 1. cap 4.
titul de testament. num. 126. Crass sentent. §. In-
stitutio quæst. 17. num. 2. versic. ex coniecturata
mente testatoris, hæredis institutio induci nõ po-
test. Rota in causa Romana Fideicommissi de
Zuccaris 26. Aprilis 1638. §. Vnde contentio.
versic. nec ex coniecturis inducta censetur insti-
tutio &c. coram Reuerẽdiss. Dunozetto Decano,
ibique id fortius procedere insinuatur, si ver-
35 semur in filijs, qui cum necessariò institui, aut
exhæredari debeant, eorum tacita, nequaquã
sufficere videtur institutio, sed expressa re-
quiritur, prout affirmãt plures DD. ibi relati,
& dicam in separato capite.

Quam.

Quamobrem vt à te valdè periculosa ab-
horruerunt Iura admittere, vt testamenta va-
36 lida essent, si nutu, aut signis condita repe-
riantur ab eis, qui in extremo vitæ limine
constituti sunt, ita vt vel loquelam penitus
37 amiserint, vel ita inarticulatè loquantur, vt
intelligi nō valeant. *tex est in d. l. iubemus*, ibi, *si
enim talis est testator, qui neque scribere neque
articulatè loqui potest, mortuo similis est. & fal-
sitas in elogijs committitur &c. C. de testament.*
& ibi notant *Bart. &* Salicet. *num 2. Paul. de
Castr. & Alex.* pariter *num 2.* & communiter
cœteri DD. tàm antiqui, quàm moderni. Idē
*Paul. de Castr. in l. hac consultissima. §. at huma-
nius nu. 7. &* 8. *C. de testam. & in l. discretis. n 5.
C. eod.* Card. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt.
lib. 4. titul. 4. num. 6. vers. nutu autem hæres in-
stitui non potest. &c. Gomes. ad Leg. Tauri 3. n.*
110. *vers. etiamsi nutu, vel signis exprimat vo-
luntatem suam &c. cum alijs relatis per* Berlic.
*in sua practicabil. conclus. part. 3. conclus. 6 n 21.
vers. testamentum nutu, vel signis fieri non po-
test &c.* assentitque *Rota coram bo. me.* Vbal-
do *in causa Fauentina Testamenti 13. Maij
1620 §. Non obstat. vers testamentum nutu fa-
ctum non valet &c. cum ibi allegatis.*

Nec quis obrubet, quamuis *text. in l. quoties.
§. si quis nomen. ff. de hæred.* admittat hæredis
institutionem ex signo, nam debet intelligi
38 de signo illo, quod nihil à nomine distat, qua-
le est antonomasium, & sic est certum *ad text.
in l. 1. & 2. ff. de liber. & posthum. latè Gutierez.
practic. quæst. lib. 2. quæst. 4. à num. 3. & 4. Rota
coram bon. mem.* Coccino *in Romana Hæredi-
tatis 19. Nouemb. 1631 §. Nec in istis. vers. suffi-
cit, quod nomen exprimatur, vel alio modo indu-
bitabili demonstretur &c.* & nō de signo, quod
taciti homines dant vel manu, vel capite, vel
oculis, vel humeribus. Nam et etiam ipsa ca-
39 dauera sunt capacia nutu, si forte cubile ab
aliquo agitaretur, vel præmeretur, quid non
tentat malitia humana.

Et inter alios videatur *Iul. Clar. in §. Te-
stamentum quæst. 59 in fin.* qui refert suis tem-
poribus contigisse, quod quædam mulier, ma-
40 ritum postquam statim expirauerat, è lecto
extrahi fecit, et alium pro eo supposuit, qui
fenestris thalami ferè in totum clausis, et ca-
pite pannis inuoluto, simulans se propter in-
firmitatem vix loqui posse, condidit testamē-
tum, in quo vxorem hęredem instituit, & alijs
personis diuersa legata reliquit,
41 Et omnes testes crediderunt, illum esse
verè eius maritum, in extremis laborantem,
fuit deinde diuino quasi miraculo, res omnis
detecta (*vt refert Idem Clar.*) et nisi mulier
ipsa vna cum Notario, qui solus erat particeps
fraudis, fuga sibi consuluisset fortè non euasis-
set pœnam vltimi supplicij.

Nec longè dissimile casum refert Hieronym.
à Lauren. dec. Auenionen. 107. vbi narrat, quod
quædam mulier, nomine Margarita persuasit
42 alteri mulieri, vt se supponeret in cubili loco
cuiusdam mulieris mox mortuæ vnde sublata
mortua, in illius locum se supposuit, velata fa-
cie, quasi moriens voce depressa, coram testi-
bus, & Tabellione testata fuit in fauorem d.
Margaritæ.

Tandem quia nihil tàm occultum est, quod
non reueletur, *vt Math.* 10. et maximè apud
mulieres, quæ solent esse loquaces. et secreta
43 retinere non valent. et quid sit credendum
mulieri *dixi in annot. ad decis. 431. sub nu.* 48.
*vers. mulieri hoc vnum creditur, vt dum mortua
est, ne reminiscat &c. par. 4. recen. to. 3.* sed ad nos.

Res seu scelus prædictum fuit detectum,
et carceratæ fuerunt dd. mulieres reliquæ
vide apud eundem Laurent qui etiam sub *n. 1.*
refert, similem casum accidisse in ciuitate
Aquensi recordari asserit, et omnes strangu-
latos fuisse, qui huius criminis fuerūt partici-
pes. Tandem, nec casum illum elapsis annis
44 occursum hic Romæ sanè præterire valeo, et
mihi narratum ab eodem Notario, qui substi-
tutus erat cuiusdam Notarij Capitolini, Nā
iste quadam nocte vocatus fuit pro conficien-
do testamento morientis, et ad domum eius
in Regione Campi Martij existentem acces-
sus, ægrotum de sua vltima voluntate inter-
rogauit, qua per ægrotum apertè enarrata,
instrumentum testamenti confecit, et coram
testibus seruatis solemnitatibus legit, ac pu-
45 blicauit, quibus omnibus ritè peractis, et iam
Notarius cogitans de reditu, et cum vellet
atramentarium claudere, cecidit illi in terrā
ipsius atramentarij cooperculum, et subtus
lectū effugit, at ipse illud recuperare volens,
parum eleuauit ipsius lecti, vulgo tornaletto
ac tetigit pedem mortui viri, et melius viso
facto, terrore plenus vidit ibi iacere cadauer,
et super hoc interrogando ægrotum, et fami-
liares domus, qui improuisò capti, factum pro
vt erat (cum negare nequirent) narrarunt,
scilicet, ægrotum finxisse personā illius sub le-
46 cto iacentis, qui paulò ante expirauit, ad ac-
quirendā ipsius mortui hęreditatem et quod
in testamento tunc rogato disposuit de bonis
ad sui met, et sociorum astantium commodis,
et fauorem, quibus intellectis Notarius tantū,
ipsum testamenti instrumentū lacerauit, acrè
increpando tàm iniquas personas. At ad nos.

Supradictæ enim dispositionis ratio illa est,
quia nutu non declaratur voluntas, nisi con-
47 iecturali, et præsumpto modo. Sed per conie-
cturas hæres institui non potest nisi expresè
dicatur, vt iam supra deduxi, igitur talis insti-
tutio hæredis non est recipienda, nam in po-
48 testate legis est præsumptio Iuris, quia vbi
non vult, non pręsumit. ita declarat *Bald. in
d. l. iubemus. num. 2. C. de testament.* Benè qui-
dem sciunt Leges Romanæ, si admitterent ta-
49 lem præsumptionem, quàm lata, et spatiosa
aperiretur via fraudibus, Nam eo tempore
testator, dum in extremis laborat, mortis co-
gita-

Google

giratione perterritus, *ut inquit Imperator in d. l. hac consultissima, vers. at humana fragilitas mortis cogitatione turbata &c.* C. *de testam.* ad
50 omnia animaduertere non potest.

Maximè quia ex quodam morientium vsu, solent omnibus interrogantibus applaudere, annuendo, quod sic, ad euitandas importunas
51 interrogantium vexationes, illo tempore, quo proximum DEI, iudicium timent, itaque et horrore pleni, ac summis morbi cruciatibus
52 affecti, nam infirmitas reddit infirmos impatientes molestiarum, vt Medici testantur, et quotidiana experientia docet, credendum nō
53 est, tunc liberum discursum, et distinctam cognitionem rerum habere, quia penitus deficiente corpore deficit intellectus & sine cor-
54 pore intellectus nihil agit. vt dicit *Aristotel. in primo de anima.*

Quinimo memoria turbata. totus languet
55 intellectus tunc enim incæpit luctare cum morte. Vnde qui in extremis est, nec omnimodo viuit, vt est casus *in l. qui duos. ff. de manumiss. testam.* et pulchrè S. *Augustinus in lib. 13. de Ciuitate DEI.* mouens quæstionem sub hoc themate, vtrum tempus mortis, quo vitæ sensus aufertur, in morientibus, an in mortuis es-
56 set dicēdum? sic inquit, quod eminente morte iam extrema, et mortifera afflictione instante, idem ipse agitur sui nihil et moriens est, et vita decedens &c. videatur *Rot. decis. 35. n. 17. vers. nec in puncto mortis, quod vita, et non morti attribuitur &c. part. 5. recent.* asserit etiā *glos. singularis in text. cap. 1. titul. Episc. vel Abb. feud. dar. non poss.* quod quilibet in articulo vitæ constitutus mutus efficitur, & subiungit *Bald. in l. humanitatis in fin. C. de impub. & alijs substitut.* quod quilibet in mortis ar-
57 ticulo constitutus est extra mentem, cū neminem cognoscat.

Igitur his stantibus ad dignoscendam eorū perfectam voluntatem parum iuuabunt nutus, aliaque muta signa, nullum enim magis
58 mentis nostræ testimonium est, quam qualitas inspecta verborum, & sanè, si testatores loqui possent, sine dubio lingua vterentur, ad
59 cor suum denotandum, et non nutibus tantùm, cor si quidem datum est hominibus ad significandum DEO, Lingua, autem ad significandum hominibus, in sequenti capite ampliabimus prædictam conclusionem, quod testamentum nutu factum non tenet, nec ad fauorem liberorum, nec militum.

ARGVMENTVM.

Testamentum nutu factum, cum non valeat, quæritur hic, an ista conclusio procedat quoque in testamento condito à patre inter liberos adeo à iure Ciuili priuilegiato, et redacto ad terminos iuris naturalis, & quamuis affirmatiuè à multis DD. propter rationes non cōtemnendas respondeatur, tamen contraria opinio triumphat tamquam maioribus suffulta præsidijs.

Idem etiam concluditur, quo ad testamenta militaria, in quibus tamen maior est pugna, sed maxima est, si miles sit surdus, et mutus à natiuitate an possit tunc nutu testari, Ad interpretationem text. in §. Quinimo. Institut. de militar. testam. an sit correctu per text. in l. discretis 10. C. qui testam. facer. poss. & multa deducuntur ad intellectum. l. iure militari. ff. de testam. milit.

Dispositio generalis capit casus fauorabiles, et priuilegiatos, quando nullatenus reperiuntur priuilegiati in specie illius materiæ, seu casus de quo agitur Et aliqua referuntur, qualiter olim florente Imperio Romano milites eligebantur, et quæ solemnitates adhibeantur, et quare dicti Milites erant feroces tantum in hostes.

SVMMARIVM.

60 *Testamentum nutu factum non valet.*
61 *Testamentum inter liberos est sic priuilegiatum, vt in eo non seruentur solemnitates iuris positiui. et n. 73.*
62 *Testamentum nutu, signisque factum, non valet, nec inter liberos, et refertur casus n. 63.*
64 *Argumentum de testamento pio. ad testamentum in eo liberos absolutè non valet.*
65 *Testamentum pium nutu factum valet, secus verò inter liberos.*
66 *Testamentū nutu factum inter liberos quod valeat multi DD. comprobarunt.*
67 *Pater, quando potest loqui, si nutu testetur inter liberos non valet testamentum, secus si casu non possit loqui.*
68 *Testamentum nutu conditum inter liberos indistinctè non tenet.*
69 *Quæ opinio est communis, et periculosum est ab ea recedere.*
70 *Institutio simplici nutu facta quod nō teneat nec inter liberos, est opinio tutior.*
71 *Hæredis institutio necessariò debet esse clara, & quare vt arceantur omnes suspiciones fraudis.*
72 *Testamentum nutu factum quod non valeat nec inter liberos, ita plura Orbis Tribunalia sanxerunt.*
73 *Surdus, et mutus, quod non possit testari id prouenit à iure ciuili.*
74 *de Volūtate testantis clare debet constare etiā inter liberos.*
75 *Testamentū nutu factum inter liberos, quā- do valeat.*
Nutus omnis regulariter est dubius.
Mutus delinquens non potest. etiam confessione sua, quæ ex signis arguitur condemnari.
77 *Testator si casu loqui non possit, dato, quod scribat nomen hæredis, et consignet Notario, vt legat, id sufficit.*
78 *Pater nutu testans inter liberos, tunc tenet*

tale

tale testamentum, si aqualiter sui haredes instituat.

79 *Pater non fungitur officio paterno, si vni tantum legitimam reliquerit, alio ex asse harede instituto.*

80 *Filij omnes aquè cari prasumuntur parentibus.*

81 *Miles grauiter vulneratus, et decubens, nutu, et signis non potest testari.*

82 *Miles requiritur, vt articulata voce testetur.*

83 *Miles siue posit loqui siue non ex aliquo accidenti, non potest testari nutu.*

85 *Miles, si potest articulatè, valdè nutu testatur loqui secus, si non potest loqui.*

86 *Miles per notas potest scribere testamentum. Argumentum de notis, ad natus non valet. Nota apud milites, qua erant.*

86 *Miles potest quoquo modo testari.*

87 *Miles, vt per coniecturas possit testari, quales debeant esse.*

88 *Falsitates, vt in testamentis euitentur, hac ratio militat etiam in testamentis militaribus.*

90 *Voluntas alicuius, vt perfectè habeatur an sat sint nutus, et signa.*

91 *Testari liberè quantumuis quis possit, non tamen potest nutu, aut humeris testari. et ita fuit iudicatum num. 91.*

92 *Testamentum militis, quod nuda voluntate potest perfici, non valet, nisi fiat verbis expressis.*

93 *in Testamento militis, licet iura non requirãt, solemnitates, tamen insistunt super veritate sua voluntatis.*

96 *Falsitatis euitãda ratio, militat tàm in testamento pagani, quàm militis.*

97 *Miles, quando est, aut surdus, aut mutus, vel vterque ex accidenti, et nescit scribere, et tunc nutu testatur.*

98 *Et hoc priuilegio militari, qua opinio est verior, et receptior num. 99.*

100 *§. Quinimo. Instit. de testam. milit. an sit correctus per l. discretis, C. qui testam. fac. poss.*

101 *Miles surdus. et mutus non potest nutu testari, data correctione §. quin imo. Instit. de testam milit.*

102 *Miles est specialiter priuilegiatus, vt quando est mutus, et surdus posit nutu testari.*

103 *Lex generaliter loquens nõ comprehendit personas habentes peculiare priuilegium in illo casu.*

104 *Lex generaliter disponens, nullatenus censetur cogitare de iure speciali, nisi in indiuiduo id expresserit, et num. 107.*

105 *Adulterũ occidere, licet lex generaliter id permittat, non tamen tali casu potest libertus occidere patronum, & quare. & n. 108.*

Libertus specialiter prohibetur occidere patronum, & n. 105.

Fama alicuius dum quis parcere tenetur multò magis id tenetur facere eius vita.

106 *Princeps, quamuis omnia iura habeat in scrinio pectoris, tamen priuilegia singularum personarum ignorare prasumitur.*

107 *Lex generalis non comprehendit casus speciales*

108 *Miles, quando non esset in aliquo particulari priuilegiatus, tunc in generali dispositione ipse etiam comprehenditur.*

109 *Lex generaliter loquens, comprehendit etiam casus priuilegiatos, qua in illo casu non reperiuntur specialiter priuilegiati.*

110 *Haredibus militum nullum peculiare priuilegium indultum est, circa agnitionem bonorum.*

111 *Statutum generale comprehendit etiam casus priuilegiatos, dummodo non sint in illo casu specialiter priuilegiati.*

Qua regula menti retinenda est, secundum Bald.

112 Cardinales *reseruatarij pensionum, cum non reperiãtur in hoc specialiter priuilegiati ideoque vt cæteri in eis regulari debent.*

Cardinales *quando veniant sub regulis generalibus, & quando secus.*

Roman. studio complacendi, consuluit Cardinales, *non venire sub dispositionibus generalibus.*

113 Dos *licèt adeo priuilegiata reperiatur, tamen venit sub generalibus regulis, quando non habet speciale priuilegium.*

114 Surdus, *& mutus si sit miles à natiuitate, an nutu posit testari, et nu. 115. & 136.*

116 *Miles mutus, & surdus à natiuitate non potest nutu testari.*

117 *L. iure militari. ff. de testament. milit. declaratur, et n. 136, 137. 143. 151. & seq.*

118 Militum *missiones tres sunt, & qua.*

119 Milites *dum* Romani *florebant, non omnes pro cuiuscumque libidine, recipiebantur.*

120 *in* Romanorum *castris, quare Iustitia, castitas, & innocentia habitabant.*

121 Milites *antiquorum* Romanorum, *numquam violenti aut feroces erant nisi in hostes.*

122 Milites *nostri temporis, cuius conditionis sat sint, & vide n. 123. 124. & 125.*

125 Milites *suis stipendijs viuere debent.*

126 *Legio ab eligendo appellata fuit.*

127 Milites *olim se supponebant examini.*

Milites *quare, delecti, olim vocabantur.*

128 Milites *olim iurabant, se non euasuros mortem pro Republica.*

129 Milites *olim aliquo signo, aut stigmate signabantur.*

Signum *militum, an vocabatur angulum.*

130 Signa, *vel stigmata militaria cuti militum adurebantur.*

131 Militibus, *si hodie signum cuti adureretur facilius innotescerent transfuga.*

132 Militum *nomina olim in matricula ponebantur.*

133 *in* Militibus *eligendis, qua sint necessaria, & non omnes sunt admittendi. n. 134.*

138 *Miles surdus, & mutus, non potest esse nisi ex accidenti, & quare.*

140 *in Milite surdo, et muto à natura, non potest considerari aliqua missio causaria.*

141 *Miles surdus, et mutus ex accidenti tamquam non idoneus à militia licentiari debet.*

142 *Mutus, & surdus in militem recipi non potest, quia si fiat talis in castris licentiari debet.*

145 *Miles si fiat mutus, et surdus ob talem calamitatem efficitur causarius.*

146 *Miles si effetatur mutus, & surdus, licentiatur à militia. & conceditur, vt iure militari possit testari.*

Mutus, et surdus, si scribere nesciat regulariter non potest testari.

147 *Miles surdus, et mutus militaribus functionibus est inhabilis, et maximè si à natura sit talis.*

148 *Miles surdus, & mutus à natiuitate non poterit examinari, nec iurare &c*

149 *Miles surdus, & mutus Ducis imperium non poterit audire, & sic ei obedire,*

Nec etiam poterit intelligere Tuba classici signum.

150 *Milites surdi, et muti ordinatissimam castrorum aciem possent confundere.*

Milites dum sunt in conflictu, nutibus & signis non sunt annuendi.

154 *Mutus, & surdus miles à natura, quod possit testari iure militari, est opinio glos. passim reprobata,*

155 *Imo mirabilis, et impossibilis prædicatur, nec non paradoxa existimatio. num 156.*

156 *Mutus, et surdus à natura, quod posiit testari, id capi nequit, cum ille ignoret, quid sit testamentum, quid legata &c.*

157 *Mutus, & surdus à natura ignorat omnia idiomata, nec quidquam aliud intelligit, nisi qua ratio naturalis subministrat. & n. 158.*

159 *Mutus, & surdus à natura an posiit intelligere per signa, & n. 160.*

161 *in Testamento militum, quod non attendantur solemnitates iuris Ciuilis, sed iuris naturalis, qualiter id intelligatur. & nu. 162. & seq.*

CAPVT XLIV.

INdubitatum sic reperio, testamentum nu-
tu, signisque conditum viribus carere, ex
allegatis in præcedenti capite, vt nec in te-
60 stamento à patre, inter liberos ordinato ta-
lis rigor remittatur, non obstante, quod tale
testamentum sit adeo priuilegiatum, ita vt
61 solemnitates iuris positiui in eo non attendā-
tur *ad text. in l. hac consultissima. §. ex imperfe-
cto ff. de testam. & dixi supra cap. 21. numer. 77.
et seq.* & tamen si nutu, & signis reperiatur
62 factum nō substinetur. *argument l. in fraudem.
§. 1. cum glos. in verb. nuda, ff. de testam. milit. et
ita tenet* Bald. *in l. et in epistola. num. 2. ff de fi-
deicomm. per text. in auth de testament. imperfect.
§. 1. ibi, non signis*, & ita tenent Idem *Bald.
Angel. Fulgos.* Castren. *et alij in d. l. iubemus.
C. de testament. Angel. in l. discretus. nu. 5. C. qui
testament. facer poss.* Corn. *in d. l. iubemus. nu. 9.*
Vbi referunt ita fuisse iudicatum Perusiæ,
63 in cōtrouersia Cardinalis Perusini, qui dixit
patri loqui non valenti, *Si vis pater, quod sim
tuus hæres, stringe manum meam cum tua*, et
ipse adstrinxit. *quod adducit etiam Angel. in di-
cta auth. de testament. imperfect. §. 1. in princip.
et in d. l. in fraudem §. 1. num 3. ff. de militar. te-
stam. Iul.* Clar. *in §. Testamentum. quæst. 8. nu-
mer. 9. vers. testamentum inter liberos nutu fa-
ctum non valet &c. et post* Nart. *in d. §. ex im-
perfecto. num. 194.* testatur de magis commu-
ni opinione, et subdit, quod ex hoc apparet,
64 quod non valet absolutè argumentum de
testamēto pio, ad testamentum inter liberos,
nam testamentum pium, nutu conditum va-
let, vt dicam infra, secus verò testamentum
65 inter liberos, vt hic, et hanc opinionem *com-
probarunt quoque* Tiraquell. *in l. si vmquam,
in verb. donatione largitus. num. 326. vers. testa-
mentum nutu factum inter liberos nō valet &c.*
Vasquez, *in tractat. de success. lib. 3. §. 22. limi-
tat. 12. num 15. vers. testamentum nutu factum
etiam inter liberos non valet &c. Polidor.* Rip.
in tractat. de act tempor. mort. cap. 67. à num. 7.
Menoch. *de præsumption. lib. 4. præsumpt. 19. nu-
mer. 12. vers. verū à Croto dissentiūt omnes &c.*
et testatur de communi opinione. Riminald.
*Iun. consil 261 num. 32. vers. quia nutu nemini
testari permittitur. nec patri inter liberos &c.*
et asserit ita omnes DD. tenere *Molin de iust.
et iur. tom. 1. tractat. 2. disputat. 128. § illud est
obseruandum. vers. vel solis nutibus hæredes sint
instituti &c.* et pariter testatur de communi.
Francisc. de Barri *in tractat. de testament. lib. 1.
titul. 3. num. 4. vers. testamentum nutu factum
etiam inter liberos non valet &c.* Crass. *in §. In-
stitutio. quæst. 17 num 3 vers. conclusio, vt non
valeat testamentum nutu factum, procedit etiā
in patre inter liberos testante &c.* et affirmat
de magis communi opinione. *Card.* Mantic.
*de coniectur. vltim. volunt lib. 4. cap. 4. numer. 9.
vers. quamuis testamentum imperfectum inter
liberos valeat, nutu tamen factum non valet &c.*
Magdalen. *in tractat. de numer. test. in testamen
requisit part. 1. cap 16. num. 205. vers. quia non
valet testamentum hoc, nutu inter liberos condi-
tum &c.* vbi plures alios DD. congerit. adde
Gaspar. Anton. Thesaur. *quæst forens. lib. 2. cap.
99. sub num. 26. vers. qua tamen in re contradi-
cunt. &c. Io. Stephan.* Durant. *in suis quæstion.
Iur. cap. 15. § Secundò. vers. institutio nutu fa-
cta etiam inter liberos nullius est momenti &c.*

Scio quidem plures DD. contrarium pro-
basse, & præsertim *Alex. in l. discretus. num. 7. C.
qui testam facer. poss. Angel. consil. 257. Corn. in d.
l. iubemus. col penult. & consil. 324. nu. 5. lib. 2.*
quibus in locis etiam dicit, se vidisse per ali-
quos excellentes Doctores ita fuisse consultū,
fundantur enim prædicti DD. *in l. fin. ibi, qui-
buscum-*

basciumq. verbis, vel indicijs. C. famil. ercisc. si
ergo non solum verbis, sed etiam indicijs di-
spositio inter liberos facta in testamento im-
perfecto valet, ergo & facta nutu. Et alij
intelligunt, vt valida sit suprarelata senten-
tia quando pater potest loqui, alioquin
67 si ex aliquo accidenti non potest loqui, va-
leat tunc institutio nutu, signisque facta à pa-
tre inter liberos *Angel. in consil. 258. n. 1.* Card.
Mantic. *de coniectur vltim. volunt. lib. 4. titul. 4. num. 9. circa finem, cum ibi allegatis.*

Quidquid tamen sit illud certò scio, quod
communis opinio est, vt indistinctè non va-
68 leat tale testamentum sic conditum, etiam
inter liberos, & quod sit periculosum in pra-
ctica ab ea recedere, *post Nattam, & Corn. in d. l. iubemus,* affirmat *Crass. d. quaest. 17. num. 3. in fin. vers. dicens periculosũ esse in practica &c.*
& quod non sit tutum ab ea recedere, testa-
tur *Card.* Mantic *de coniectur. vlt. volun. lib. 4. d. titul. 4. sub n 9. vers. non esse tutum ab ea rece dere &c.* Insuper ab hac communi opinione
69 esse recedendum, nemo putat, *vt dicit* Barr. *d. lib. 1. titul 3. num 4. vers. & ab hac communi opinione non esse recedendum &c. D. Regens Hect. Capyc. Latr. in suis consultat. lib. 1. consultat. 71. num. 28.* vbi post *Christoph. Martium examin. 10. num. 36.* concludit, quod iu-
70 stior videtur sibi opinio eorum, qui tenent,
quod nec inter liberos valeat institutio sim-
plici nutu, facta.

Ratio quippe est, quia agitur de summa
summarum, ideoque expressio, et claritas est
71 necessaria in hæredis institutione, & idcirco
lex in quantũ potuit ordinauit, vt talis insti-
tutio fieret clarè, & apertè, & sic procul remo
72 ueatur omnis suspicio falsitatis, *vt dicit* Bald. *in d. l. iubemus. num. 1.* etiam inter liberos, *vt per DD. proximè citatos,* & benè aduertit *Magdalen. de numer. test. in testament. requisit. d. cap. 16. vers. claritas est necessaria in hæredis institutione etiam inter liberos &c.* Ad *text. in d. l. final. ibi, indicijs. C. famil. ercisc.* in quo est
fundamentum DD. contrarium asserentium,
respondetur, quod in nihilo suffragatur, quia
ibi agitur de indicijs, & argumentis, quibus
scriptura testamenti paterni probatur, non
autem de nutu, & signis sine scriptura, imo
patre testante inter liberos in scriptis lex po-
stulat iudicia certa, adeo vt notis, vel signis
testamentum inter liberos fieri nequeat. *§. 1. Nouell. 107. de testam. imperfect.*

Eoque libentius suprarelata opinio admit-
73 tenda venit, quia sic fuit iudicatum in diuer-
sis Orbis Tribunalibus, & præsertim *in Rota Ferrarien. penes D. Anton.* Leoncill. *decis. 146. num. 2 vers. quia testamentum nutu conditum non valet etiam inter liberos &c.* & *in Senatu Tholosano,* vt videre est *apud Gerar.* Maynard. *inter decisiones eiusdem Senatus lib. 1. decis. 7. n. 1. vers. testamentum nutu factum, nullo modo etiã inter liberos substineri potest &c.* Sic quoque
in Suprema Curia Parisiensi *in Camera magna 25. Nouemb. 1595. ex Aquitania Senatu ad eam translata, iudicatum fuit.* Sicuti affirmat *Charondas lib. 5. respons. 45.* & deducit idem *Maynard. d. decis. 7. num. 1. vers. atque arresto peculiari confirmauit suprema Curia Pariensis &c* ita pariter Rota Roman. *pluries arbitrata est. & præsertim coram bon. me.* Cantucc. *decis. 74. num. 19. vers. testamentum nutu factũ inter liberos est inualidum &c. part. 2. diuers.* &
testatur de communi opinione, & deinde ita
pariter fuit dictum *coram bon. mem.* Vbald. *in causa Fauentina Testamenti 25. Maij 1620, §. Non obstat. vers. adeout testamentum nutu factum, nec valet inter liberos &c.* & vlterius af-
firmatur hanc esse cõmunem conclusionẽ &c.

Fateor quidem testamentum inter liberos
conditum, esse immune à dispositionibus Iu-
ris Ciuilis, *leg. hac consultissima §. ex imperfecto. C. de testam. & cum simil.* cum enim dispo-
74 sitio, quod surdus, & mutus non possit testari,
proueniat *ex leg. discretis* C. *qui testam. fac. poss. ergo &c.* Nam respondetur, quod prædicta
conclusio vera est respectu solemnitatum, non
autem respectu voluntatis, de qua clarè debet
constare etiam inter liberos, vt iam dixi, ne
75 detur anxa falsitatibus, vtique nutus, & signa
apertè non demonstrant voluntatem, quini-
mo nutus omnis regulariter est dubius, *l. 1. §. si quisita ff de verb oblig.* inde mutus delinquẽs
non potest etiam confessione sua, quæ signis
arguitur condemnari, sed testibus opus est.
Bald. in l. vnica. C. de confess. Sed ad nos.

Cõtraria opinio tamen, quod pater possit
nutu testari inter liberos, tũc sine difficultate
76 transire posset, quando pater ex accidenti lo-
qui non potest, veluti si lingua sit morbo
præperdita, & suam intentionem non solum
nutu, sed etiam cum literas didicerit, in scrip-
tis declarauerit & illam scripturã Notario de-
77 derit, qui eam coram testibus in præsentia
testatoris legit, & ipse testator nutu eam ap-
probauit, nam huiusmodi testamentum inter
liberos sine dubio valet. *d l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. qui testam fac. poss.* & benè
aduertit *Angel. in consil 258 num. 1. vers. vnde cartulam sua manu script am tradit &c. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt d. lib 4. cap 4. nu. 9. circa fin vers. veluti si lingua morbo præpedita &c.* Atque hoc est generale, vt sic à
quocumq. nutu possit testari, *vt dicam infra.*

Itẽ quando pater filios æqualiter instirue-
78 ret quia tunc rectè fungitur officio paterno
cessatque omne præiudicium ab intestato, er-
go ducto argumento à cessante ratione, quã
Bald. expressit *in d. l. iubemus. num. 2. C. de testament.* tale testamentum nutu factum inter
liberos debet substineri, et deducit *Polydor. Rip. in tractat. de act. temp. mort. cap. 67. à nu. 9.*

Igitur contrarium videtur concludendum,
si pater inæqualiter instituerit, veluti vni tan-
79 tum portionem legitimæ relinquerit, alio

insolidum instituto, nam sic non fungitur ritè
officio paterno, nec præsumitur san æ mentis
cum filijs omnes in dubio æquè censentur ca-
80 ri parentibus. An autem pater in testamen-
to imperfecto inter liberos teneatur, inter
eos seruare æqualitatem alibi fusè dicam, ne
cogar hic abrumpere filum inceptæ materiæ.

Ampliari iterum potest conclusio, vt testa-
mentum nutu conditum non valeat, etiam
81 quod in testamēto militari adeo pariter pri-
uilegiato versemur, vnde miles grauiter vul-
neratus, et decubens nutu, et signis nō potest
validè testari, sed requiritur, vt articulata vo-
82 ce hæredis nomen exprimat. glos. in l. in frau-
dem 16. §. 1. in verbo nuda. ff de militar. testam.
ibi, verbis tamen opus est &c. et idem sensit
Ias in d. l. iubemus num. 4. in fin. vers. idem in mi-
lite. C. de testament. Crass. in d. §. Institutio nu. 3.
vers. qua conclusio procedit etiam in milite, vt
nutu non possit condere testamentum &c. et at-
testatur prædictam opinionē indistinctè pro-
83 cedere, siue miles possit loqui, siuè non, ex
aliquo accidenti, prout pariter diximus de
patre testante inter liberos, supra à num. 61.
Francisc. de Barr. d. tractat. de testament. lib. 1.
titul. 3. vers. Miles non potest facere testamentū
nutu &c. et post Vasq. de success. progress. lib. 2.
§. 10 num. 44. fatetur hanc esse communem
84 opinionem, et insuper admonet, ne ab ea re-
cedatur quidquid dixerit Alex. in l. discretis.
col. penult. C. qui testam. facer. poss. vbi tenet aut
miles potest loqui articulatè, et tunc potest
nutu testari, aut nō potest loqui, et tunc secus.

85 Quod enim miles indistinctè, nutu non
possit testari, præter DD allegatos, adde Ioan.
Steph. Durant. quæst. Iuris 15. circa med. §. Pri-
mò. vers. miles nutu hæredē instituere nequit &c.
Menoch. de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 19 nu. 16.
vers. cum alioquin nutus in testamento militis nō
sufficiat &c. Farinac. in repertor. de vltim vo-
luntat quæst 59. num 2. vers. amplia etiam in
testamento militis, vt non valeat nutu factū &c.
Matth. Bellic. in suis practicabil conclus. part. 3.
conclus. 6. num. 22. vers. quod ampliatur etiam in
milite, nā is nutu, et signis non potest testari &c.
et ita quoque tenuit Thesaur. infra allegand. Nec
aduersatur, quod miles per notas possit scri-
bere testamētum l. Lucius ff de militar. testam.
86 non enim de notis ad nutus, argumentum
validum est. Nam notas debemus intelligere
eas, quibus ad occultāda consilia propter insi-
dias milites vtebantur, videatur Sueton. in
vita Cæsaris cap. 56. et Aul. Gell. lib. 17 cap. 9.
earum enim certa significatio haberi poterat
ex eorum declaratione, cum quibus de illarū
significatione conuentum erat, sed non sic est
in nutibus.

87 Concedo militem posse quoquo modo te-
stari. l. 1. ibi, quomodo velint. et l. Lucius. ff. de
militar. testament. et sic coniecturis posse hæ-
redem instituere, quemadmodum in specie
scripserūt. Emanuel Costa in l Gallus §. et quid
tantum. in prima part. numer. 31. ff de liber &
posthum. et Hieronym. Zanch. in l. hæredes mei.
§ cum ita part. 3. numer 77. vers. limita verò in
testamento militis &c. ff. ad S.C. Trebell. Vasq.
quæst. illustr. cap. 103. num. 5. et de success pro-
gress § 10. num. 35. et 44. Tiraquell. de priuileg.
pia caus. priuileg. 8. vers sed prima opinio. Molin.
de iust. et iur. tractat. 2. disput. 129. vers. milites.
cum alijs allegatis per R. P. Dianam in suis re-
solut. moral. part. 7. tractat. 6. resolut. 49.

Eiusmodi tamen coniecturæ, debent esse
88 tales vt liquidò, et clarè demonstrent talem
fuisse mentem testantis, nam claritas omninò
est necessaria in hæredis institutione. d. l. iube-
mus, et d. l. hæredes palam. C. de testament. cum
simil. et hac ratione falsitatis euitandæ, et vo-
89 luntatis testatoris intelligendæ, quæ rationes
intrant etiam in milite testante. Quare ad
prædictum effectum sat non erunt nutus,
90 aliaque muta signa, sed voce, aut scriptura
opus est, vt inquit glos. in d. l. in fraudem. in
verbo nuda, quam DD. ibi, sequuntur.

Quantumcumque enim quis liberè possit
91 testari, non tamen potest nutibus, aut nutu
testari, ex allegatis per Gugl. de Benedict. in c.
Raynutius in verb. in extremis positus, num. 29.
vers. nam quantumcumque quis liberè &c. ext.
de testament. et post Angel. testatur ita fuisse
iudicatum, et optimè id deducit Gasp. Anton.
Thesaur. quæst forens. lib. 2. quæst 99. sub nu. 23.
vbi ait in puncto etiam testamentum mili-
92 tis, quod nuda voluntate perficitur, non va-
lere, nisi verbis expressis suam voluntatem
declarauerit.

93 Et quamuis Lex in testamento militis non
requirat solemnitates, tamen insistit super
veritate suæ voluntatis, & intentionis l. 2. et 3.
ff. de militar. testam. de qua clarè debet con-
94 stare in hæredis institutione. Vnde quidquid
sit in cæteris contractibus, tamen in casu no-
stro, nutu nō probatur voluntas, quia eo mo-
do certum mentis nostræ iudicium dari non
potest, ex supra relatis, agitur enim de sum-
ma summarum, & vbi maius est periculum
95 ibi cautius est agendum. cap. vbi periculum. de
elect. in 6. et ratio falsitatis euitandæ in hære-
dum institutione, militat, vt supra dixi, tàm in
96 testamento pagani, quàm militis, et sanè de
iure ciuili nimis aperta sunt iura, quod no-
men hæredis palam, et clarè, aut voce, aut
scriptis est nuncupandum, vt sæpius inculcaui.

Quando tamen miles, aut est surdus, aut
97 mutus, aut est mutus, et surdus simul ex ac-
cidenti, qui nesciat literas, et tunc ex speciali
priuilegio militari poterit nutu testari, quia
98 cum habeat intellectum, et paganus isto casu
non possit testari, iuxta text. in l. si mutus, aut
surdus ff. de testament. ergo in priuilegium cō-
cessum est dicto casu militi, vt possit nutu te-
stari, ad text. in § Quinimo. Instit. de militar.
testament. cuius verba sunt, Quinimo mutus,
et surdus miles testamentum facere potest.

et l. iure

& l.iure militari. ff. de testament. cum simil. et
prædictamque opinionem esse veriorem pro-
fitetur Angel. Aretin. in §. item mutus, & surdus
nu. 1. vers. & hoc puto verius &c. Institut. Quib.
non est permissum facer. testam. Anton. Pichard.
in d. §. quinimo, in fin. vers. quod si adhuc vrgeas
&c. et insuper asserit prædictam opinionem,
et interpretationem esse veram d. §. Quinimo.
99 et de veriori, et receptiori sententia post
Vasq. et alios profitetur Crass. in §. Testamen-
tum. quæst. 30. num. 4. vers. idem dic in surdo; et
muto milite &c.
Non assentior quidem opinioni eorum, qui
putant iura in d. §. quinimo, & d. l. iure militari,
100 fuisse correcta per generalem dispositionē
text. in l. discretis. 10. C. qui testament. fac. poss.
qui vti indifferenter loquens etiam de milite
101 est intelligenda, et ratiocinatur Ias. in d. l.
discretis, et sic militem surdum, et mutum nō
posse testari, Nam respondetur prædictā con-
clusionem, sic vniuersaliter assumptam non
posse verificari in totum, quia text. ille pro-
102 cederet, in casibus in quibus miles non re-
periretur specialiter priuilegiatus, secus autē
in specie nostra, in qua miles reperitur habe-
re peculiare, et speciale priuilegium, vt in d.
§. quinimo, & d. l. iure militari. Satisque decan-
tata est in iure regula illa, quod lex, vel statu-
103 tum generaliter loquens nō comprehendat
personas habentes peculiare priuilegium, seu
causas specialiter priuilegiatas in illa mate-
ria, de qua agitur in lege, vel statuto. Sicque
Lex, vel statutum generaliter disponens nul-
104 latenus censetur cogitare de iure speciali,
nisi id in indiuiduo expresserit. l. nam ad ea
ff. de legib. l. in testamentis. in princip. C. de testam.
l. si adulterii. §. liberto ff. ad Leg. Iul. de adulter.
105 Vbi dispositio generaliter permittens oc-
cidere adulterum, non trahitur ad patronū
à liberto inuentum, qui specialiter prohibe-
tur occidi ab eo, nam vt subiungit text. deli-
berandum est, an impunè possit illum occidere,
nam cuius famæ, multò magis vitæ parcendum
est &c. glos. in l. sciendum in princip. et ibi Bart.
& DD. ff. qui satisd. cog. et in auth. de hared. qui
ab intestat. defer. in princip. in verb. vocantibus.
Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. non
obstantibus, late Tiraquell. de retract. lignag.
§. 1. glos. 14. numer. 63. vers. lex nouiter aliquid
statuens non procedit in casibus specialibus &c.
et deduxi in annotat. ad dec. 3. nu. 27. vers. quia
de hoc extraordinario iure, lex generaliter lo-
quens non censetur cogitare &c. part. 3. recent.
Quantumuis enim Princeps omnia iura
106 in scrinio pectoris habere præsumatur.
l. vnum ex familia. §. Idem Marcus Imperator.
ff. de legat. 2. cap. 1. de constitut. in 6. & dixi in
discurs. part. 4. recent. tom. 3. à num. 115. vers. sic.
Princeps iuris religiosissimus &c. tamen priui-
legia singularium personarum, prorsus igno-
rare præsumitur, et sic sub lege generali, etiā
107 ex diametro talibus priuilegijs contraria
non debent censeri prædicta priuilegia com-
prehendi, vt in cap. 1. de constitut. in 6. et bene
id declarat Ceruant. ad Leg. Tauri prim. nu. 26.
vers. nam tunc ex tacita Legislatoris voluntate,
sub illa generali dispositione &c. cum allegatis
per Anton. Gabr. de legib. conclus. 1. numer. 10.
vers. lex generaliter loquens &c. et adde Rip.
in l. 1. numer. 60. ff. de vulgar. Hieronym. Gabr.
consil. 20. num. 2. et seq. lib. 2. Natt. consil. 410.
num. 20. Dec. consil. 4. num. 2. Barbos. in axio-
mate. in verb. disponere. axioma 73. num. 9. vers.
non comprehendit casum specialiter definitū &c.
et dixit Rota coram re. me. Card. Manric. dec. 47.
num. 12. vers. generalem dispositionem non com-
prehendere casus priuilegiatos &c. et decis. 452.
num. 13. vers. non est inconueniens, quod in ge-
nerali dispositione comprehenduntur etiam per-
sonæ priuilegiatæ, quando in illa materia non
sunt specialiter priuilegiatæ &c.
Et in puris terminis, quod miles surdus, et
mutus ex accidenti, quantumuis scribere ne-
108 sciat, possit nutu testari, non obstante d. l.
discretis, quia in hoc est specialiter miles pri-
uilegiatus ex d. §. quinimo, et d. l. 4. quidquid
Ias. in d. l. iubemus dixerit, ratiocinati sunt
Vasq. controuers. illustr. cap. 103. numer. 4. & 5.
vbi probat nullatenus in hoc casu per d. l. dis-
cretis, fuisse correcta prædicta iura, et optimè
pariter in puncto id iam ponderauit Io. Bap-
tista Plot in consil. 54 num. 7. vers. Lex noua, et
statutum nouum loquens generaliter in aliqua
materia non comprehendit personas priuilegia-
tas habentes in eadem materia speciale priuile-
gium per iura antiqua &c. et sub num. 6 abso-
lutè fatetur hāc esse communem opinionem,
quod etiam hodie militem surdum, et mutum
potest testari signis, et hoc non obstante no-
ua lege generali, quod mutus, et surdus non
possit testari. Sicque speciali stante priuile-
gio, benè intrat regula illa de qua supra scili-
cet, generalem dispositionem non compre-
hendere casus priuilegiatos.
Verum, quando miles non esset in aliquo
particulari priuilegiatus, tunc sanè quæstio
transiret sine pugna, et sic intraret illud aliud
vulgatum Iuris dogma, nempe, quando Lex,
109 vel statutum generaliter loquitur, compre-
hendit etiam personas, & causas quantumuis
priuilegiatas, & fauorabiles, quæ in casu illo
nō reperiuntur habere speciale priuilegium,
& ad hoc communiter solet allegari textus in
l. in fraudem 16. §. si quis se scribat, in fin. ibi,
quia generalis est ista determinatio. ff. de milit.
testament. qui loquitur in terminis nostris mi-
litaribus, & asseritur bonorum possessionem
vltra tempora edicto determinata, nec mili-
tis posse agnosci, quia generalis locutio est
ista determinatio. In hoc enim hæredibus
110 militum nullum peculiare reperitur indul-
tum priuilegium, ideoque sub dispositione
generali comprehenduntur, & benè notat
Bald. in §. si quis. num. 1. vers. generale statutum

referuntur etiam ad casus priuilegiatos, *dummo-*
111 *do &c.* moneteque vt prædicta regula menti
teneatur *Dec. in l. ex testamento. C. vnd. liber.*
et in cap. Sedes col. 5. de præscript. et post Aleiat.
Mant. Cagnol. et alios affirmat Gabr. de leg. &
constitut. d. conclus. 1. num. 8. vers. Lex generali-
ter loquens comprehendit etiam casus priuilegia-
tos, dummodo non sint priuilegiati in illa mate-
ria &c. & dixit *Rota in recent. decis. 46 nu. 16.*
vers. statutum generale comprehendit personas,
& causas priuilegiatas, quæ in illo casu non re-
periuntur habere speciale priuilegiũ &c. part. 5.
est coram bo. me. Vrgellen. quæ inter eius impress.
est decisio 67. numer. 11. & 12. part. 1. deducitur
enim ibi, cum DD. Cardinales reseruatarij pẽ-
sionum nõ reperiantur specialiter in hac ma-
112 teria priuilegiati, ideoque vt cœteri quoad
eas regulari debent.

Et licet verum sit, quod Cardinales S.R.E.
propter eorum sublimẽ dignitatem non ve-
niant in generali dispositione, & sic indigent
speciali mentione, tamen id intelligitur, vt
dictum est, quando reperiuntur priuilegiati
respectu particularis indulti, aut priuilegij
eisdem à Papa concessi aliàs veniunt sub ge-
nerali dispositione; *& Rota sic pluries iudica-*
uit in diuersis casibus, & videatur præsertim
penes Mohed. decis. 143. alias 23. de renunciat.
vbi dicitur, *quod cum magna deliberatione, &*
studio fuit conclusum regulam de publicand. re-
signationibus comprehendere etiam Cardinales.
Alios casus *refert Rota coram bo. me. Rembold.*
decis. 464. à num. 2. part. 5. recent. tom. 2. vbi etiã
post Bellencin. asseritur Roman. in consil. 498.
contrarium firmantem non esse attendendum,
quia locutus fuit potius studio complacendi, quã
veritatis exprimendæ, et idem antea fuit resolu-
tum in eadem causa coram eodem sub die 26. Fe-
bruar. 1625. est in eadem part. 5. decis. 452. nu-
mer. 13. & seq. vide ibi in fine summarij, vbi
posui plures decisiones, quæ in eadem causa
emanarunt.

Vide, quæ late dixi *in annotat. ad decis. 460.*
à num. 37. part. 4. recent. tom. 2. vbi habes, quod
quamuis materia dotalis sit adeo priuilegia-
113 ta, tamen venit sub regulis generalibus,
quando dos in illo casu speciali priuilegio nõ
gaudet, & ideo comprehenditur sub statutis,
& dispositionibus prohibentibus minorũ ob-
ligationem sine certa solemnitate, cum dos in
hoc non reperiatur specialiter priuilegiata, &
plura ad hoc abundè ibi deduxi. Et in his
terminis est intelligenda regula illa, quod dis-
positio generalis nihil relinquit intactum cõ-
prehendendo etiam casus priuilegiatos.

Ostendimus iam militem surdum, aut mu-
tum, vel surdum, & mutum ex accidenti, quã-
114 uis scribere nesciat, posse nutu testari iure
speciali militari, ingens tamen difficultas stat,
quidnam sit dicendum si mutus, & surdus sit
à natura, seu natiuitate an idem sit dicẽdum,
& affirmatiuè respondent *glos. in d. §. quinimo.*
in verb. mutus. vers. siue natura, siue casu &c.
& in d. l. 4. in verb. surdum. et in §. item surdus.
in verb. certis. Instit. quib. non est permiss. facer.
testam. & Scribentes communiter *in d. l. qui-*
nimo. Bald. *&* Angel. *in d. l. 4. Cyn. Bald. Roma-*
nus, et Alex. in d. l. discretis, C. qui testam. facer.
poss. Tiraquell. *de priuileg. piæ caus. priuileg. 9.*
§. 1. vers. glos. intelligit illum textum in milite
surdo, & muto à natura &c. cum ibi allegatis.
& alios plures idem sentientes adducit Enenke-
lius *de priuileg. milit. lib. 2. priuileg. 16. à num. 28.*
115 vbi sic ait Iure militari mutus, et surdus te-
stamentum facere potest, etiamsi naturale
hoc ei insit vitium, et sequitur *R. P. Antonin.*
Diana *in resol. moral. part. 7. tractat. 6. titul. de*
testament. priuilegiat. resolut. 48. §. Nota tamen
quod contrariam sententiam puto probabilio-
rem versic. etiamsi naturale sit tale vitium &c.
et nuper pariter defendit *R. P. Ioan. Angel.*
Boss. *in suis moral. titul. 11. §. 1. num. 25. versic.*
militem mutum, & simul surdum à natura etiã
potest iure militari testari &c. ibique plures
DD. adducit in eamdem concurrentes sentẽ-
tiam, multasque rationes ad eam corroborã-
dam expendit.

Verum, salua semper omni meliori cen-
sura, prædictæ opinioni æquo animo adhære-
116 re non valeo, et sic puto, militem surdum,
et mutum à natiuitate testari minimè posse,
et ad hoc firmandum adduco textum *in l. iu-*
re militari ff. de testament. milit. qui ad eorum
fauorem expendunt DD. contrarium fouen-
tes, verba enim text. hæc sunt, *Iure militari*
117 *surdum, et mutum testamentum facere posse,*
ante causariam missionem in numeris manentes,
placet. Vt benè intelligamus hunc textum,
producenda sunt verba alterius textus *in lege*
milites agrum, §. missionum ff. de re militar. Mis-
sionum, *inquit*, generales causæ sunt tres, ho-
nesta, causaria, ignominiosa. Honesta est, quæ
118 tempore militiæ impleto datur, Causaria
est, quæ vitio animi, vel corporis minus ido-
neus militiæ renunciatur. Ignominiosa causa
est, cum quis propter delictum iuramento
soluitur. De quibus tribus missionibus pa-
riter loquitur textus *in l. testamenta eorum. 27.*
ff. de militar. testam. et declarat *glos. in §. sed hæ*
diem. Instit. eodem. de quibus *Claud.* Cost. *in*
tractat. de iure et priuileg. militar. cap. 3. qui *ex*
Vlpian. aliam his speciem addit honestæ mis-
sionis.

Præmittendum quoque censeo, quod dum
119 Romanum florebat Imperium non passim,
nec pro cuiuscumque libidine licebat nomẽ
dare militiæ, vt disserit *Petr. Bellin. in tractat.*
de Iure Militar. cap. 6. num. 14. vers. secundum
est illo auo &c. videndus est etiam *Iust. Lips.*
120 *de Militia Romana lib. 5.* vbi multa et præ-
sertim ait, mediante tali electione in Castris
Romanorum, iustitia, castitas, innocentia ha-
bitabat,

121 bitabat, et numquā violenti, aut feroces nisi
in hostes, et ex nostris refert *Hering de fide-
iuss. cap. 7. sub nu. 62.* vbi amarè deplorat pessi-
mam conditionem militum nostri temporis
122 arguendo ab illa Romanorum, cum nunc
milites sæpe sint latrones, sicarij, agrorum
depopulatores, grassatores, seditiosi &c. de
supradicta cōparatione, videatur apud *Petr.
de Andl in tractat. de Imperio Roman. lib 2.
cap. 13. et Francisc. Florid de* C. *Iulij Cæsaris
præstantia lib. 1.* et ex nostris *Rolād. in cons. 66.
num. 60. et seq. vers. nec de his mirandum, quia
sicut olim ornamenta militum &c. lib* 1. ibique
ingemiscit *sub num. 56.* Miseram, et infelicem
123 Ciuitatem Casalis esse reductam ad laqueū
illum, vt adstricta sit administrare militibus,
lectos, culcitras, vtensilia, fœnum, aliaque
124 necessaria, tàm ad vsum ipsorum, quàm
equorum, contra *leg. 1. C. de salgar. et l. 1. C. de
public. pasc. lib. 12. et l. 2. C. de erogād. milit. ann.*
Nam viuere debent ex suis stipendijs, sed vti-
125 nam contenti essent capere supradicta, vo-
lunt quæcumque vtilia, et si ea consequi non
valent, rapiunt, extorquent, videatur *Luc. de
Penn. in l. stipendia 1. numer. 5. vers. hodie verò
prædæ, & latrocinio &c. C. de re militar lib. 12.*
vbi etiam ipse non parum prædictam mise-
riam ingemiscit. Sed ad nos.

Florente igitur, vt dixi, Imperio Romano,
126 non casu omnes ad militiam eligebantur.
Hinc Legio ab eligendo appellata fuit, quod
robur militiæ Romanorum in electis militi-
bus prępollebat. Prius enim supponebant se
127 examini, qui propterea etiam delecti, dici
erant soliti, de quibus per *glos. in §. penult.
Auth. de mandat. Princip.* iurabant deinde nō
nulla obseruanda, vt *in l. 2. C. qui militar. non
128 poss. lib. 12.* et inter cœtera se mortem non
euitaturos pro Republica, vt *in l penult ff. ex
quib. caus. manumiss.* aliam iurandi formam po-
nit *Liu. lib. 2. decad. 4.* cuius verba refert *Petr.
Bellon. d. tractat. de iur. militar. cap. 6. numer. 2.*
129 Signabantur posteà milites aliquo signo,
aut stigmate, *vt in l. 3. C. de fabricens. lib. 12.*
vbi *Luc. de Pen* dicit hoc signum vocari cin-
gulum[,] & vide per eum allegata, non placet
tamen talis expositio, sed in hoc insistere no-
lo, cum sit longè à proposito nostro. Signa
130 verò, vel stigmata illa militaria cuti militum
inusta, et picta erant, vt Vegetius docet *lib. 2.
de re milit. cap. 5.* quod si hodie etiam seruare-
131 tur faciliùs innotescerent transfugæ.

Describebantur tandem in militum nume-
ris, seu matricula, vt *in l. ex eo. ff de militar.
testament.* vbi dicitur, quod etiam electus
132 miles, et iam publico sumptu iter faciens, si
tamen non sit in numero militum relatus pri-
uilegijs non gaudet militaribus. Quę autem
qualitates requirebant Romani in suis militi-
133 bus, & generaliter quæ sint necessaria in
militibus eligendis videatur *Simon. Starouers.
in sua instruct. rei militar. lib. 3. cap. 3. titul. de
134 delectu Militum,* vbi inclamat, quod promis-
cuè admittendi non sunt omnes ad militiam,
prout hodie mos fert &c.

135 His igitur sic pręmissis optimè poterit pro-
bari auctoritate text. *in d. l. iure militari,* qui
allegatur pro contraria opinione, quod miles
136 mutus, et surdus à natiuitate non potest
testari. Dum enim Iurisconsultus dicit, iure
militari militem surdum, et mutum testamen-
137 tum facere posse ante causariam missionem,
& in numeris manētem, loquitur igitur text.
de surdo, et muto causario ob surditatem, et
138 mutitatem, hoc est de eo, qui ob hanc cau-
sam demitti debet, tamquam non amplius
idoneus. Necessè ergo erit, vt dicamus, lo-
139 qui de surdo, et muto ex accidenti, non au-
tem à natura, in muto enim, et surdo à natu-
ra non potest considerari aliqua missio causa-
140 ria, cum sint vitia à principio insita, et non
superuenientia.

Si igitur ob surditatem, et mutitatem su-
peruenientem miles tamquam amplius non
141 idoneus à militia licentiari debet, ergò
multò minus recipi debet à principio ille, cui
142 hæc vitia adsunt, vt benè considerat *Vigl. in
d. §. quinimo. Institut. de testament. milit.* et ibidē
*Anton. Pichard. num. 3 vers. mutum, & surdum
hominem militem esse non potuisse &c.* quod etiā
aduertit *ibi Theophil.* Vtique sanè *text. in d. l.
iure militari,* loquitur de surditate, et mutita-
143 te, quæ superuenit postquam ille fuit ad mi-
litiam admissus, quia antè missionem omnes
milites in numero relati iure militari testari
possent, *l. ex eo tempore. ff. de testament. milit.*
144 Vnde illa lex loquendo de muto, et surdo
non dicit absolutè ante missionem, sed causa-
riam, dicendum est hoc retulisse ad causam
145 surditatis et mutitatis, ita vt miles ob tales
calamitates, seu vitia causarius fiat, et ob hāc
causariam missionē sit à militia licentiandus,
cui tamquam benemerito conceditur adhuc
146 in numeris manenti, vt iure militari possit
testari. Nam si esset extra, existendo mutus,
& surdus ex accidenti, ac scribere ignorando,
non potest testari absque licentia Principis,
vt habetur in *d. l. discretis. C. qui testament. fa-
cer. poss.* vt satis apertum est.

Quamobrem cum mutus, et surdus fun-
147 ctionibus militaribus aptus minimè sit, et à
natura illis duobus potissimis sensibus careat,
quomodo solemne iuramentum præstabit,
148 quod necessariū fuisse iā diximus supra. In-
super quomodo Ducis imperium poterit au-
dire, Et sic ei obedire, cum miles debeat esse
promptus ad omnem nutum Ducis sui, nec
149 etiā poterit intelligere Tubæ classici signū,
et certè ordinatissimam Castrorum aciē mu-
ti, et surdi confundere possent, nam tunc tē-
150 pus non est, dum pugna feruet, et iamiam
milites sunt in conflictu[,] nutibus, et signis
annuendi. Omnino ergo fatendum est text.
in d. l. iure militari, et in d. §. Quinimo eum simil.
loqui

Digitized by Google

178 *Testamentum nutu factum, an de aequitate Canonica teneat.*

179 *L. Scaevola. ff. ad Trebell. quo casu loquatur.*

180 *Testamentum, si non potest substineri, vti tale, ex defectu voluntatis, nec valebit vti codicillus.*

181 *Testamentum, quantumuis nutu factum, ille tenet, quando constat, de praeambula voluntate, & quomodo et num. 181. 182. 183. 192. & 223.*

184 *L. nemo. ff. de hared. instit. quid disponat.*

185 *Haeredis nominis expressio, an sit necessaria in testamentis, quando constat de eo manifestis signis. & num. 193.*

186 *Haeredis nomen, quamuis non exprimatur, tamen si eius designatio procedat ex sana mente, id sufficit.*

187 *Haeredis nomen expressio, quando per signa possit admitti.*

188 *Voluntas significata per nutus, per quos ea clarè potest percipi, est seruanda.*

189 *Testamentum condere non prohibetur, qui est seminecis, et balbutiens lingua, dummodo mentis sanitas accedat.*

190 *L. quoniam indignum. C. de testam. loquitur de eo, qui morbo grauatus, loqui non valet, sed sana mente consistit.*

191 *L. iubemus. C. de testam. loquitur de eo, qui mortuo est similis, ac mentis sensu deperditus est.*

194 *Haeredis institutio, quando redditur certa ex his, quae antea dixit testator, tunc valet testamentum per nutus.*

195 *Haeredis nuncupatio clarè, aut verbis, aut literis per testatorem debet omnino de forma exprimi.*

196 *Testes non possunt clarè, et perfectè audire nomen haeredis, si testator loquatur per nutus, et signa.*

197 *Haeredis nomen ore proprio proferendū est per testatorem, et clarè audiendum per testes,*
Id quidem est de forma demonstratiua, non autem de forma substantiali testamenti.

198 *Haeredis expressio facienda per testatorem ore proprio, quare requiratur in testamentis.*

199 *Lex, si requirat aliquid pro forma, causa solemnitatis, & tunc illud potest minimè adimpleri per aequipollens. & num. 200.*

201 *Secus verò, si causa certitudinis, et demonstrationis. et num. 202.*

203 *Haeredis nomen in testamentis satis implicitè, et virtualiter, per necessè tamen, exprimere permissum est. et numer. 205.*

204 *Haeredis nomen proprio ore testatoris expressio facienda, quatenus sit de forma substantiali.*
Tamen modus, per quem illud est faciendum, non potest dici de tali forma.

206 *Demonstratio superuacua est, quando cōstat de corpore.*

207 *Certum illud dicitur, quod exprimitur suo nomine proprio, vel tali demonstratione, quod nominis vice fungatur.*

208 *Alexander Magnus morti proximus rogatus designare futurum Regem, quid prudenter respondit.*

209 *Respublica Spartanorum ferè euersa remansit, propter responsum Oraculi, illum debere eam regere, qui optimus erat.*

210 *Alexander Magnus moriens, & loqui non valens, designauit Regem futurum per anuli dationem.*

211 *Institutio valet, si testator dicat, hic mihi haeres esto, dum est praesens, licet non expresserit nomen.*

212 *Filius vnicus, potest à patre exhaeredari, non expresso nomine.*
Et tamen Iura iubent, vt filiorū exhaeredatio fiat nominatim.

213 *Testator, si instituat haeredem Gallum, valet, dum ille sit praesens, & vnicus, licet nomen non exprimatur.*

214 *Filio, quando aliquid relinquitur, vt patri non quaeratur vsufructus, requiritur expressa prohibitio, & an sufficiat tacita. num. 216.*

215 *Auth. excipitur. C. de bon. quae liber. est in viridi obseruantia.*

217 *Alex. in l. cum filio. ff. de legat. 1. satis iudaicè interpretatur auth. excipitur. C. de bon. qui fil. ab Opinione communi non est recedendum.*

218 *Expressum etiam id dicitur, quod tacitè inest Patri an acquiratur vsusfructus, si testator partem eius reliquerit tantam, vt praestaretur ab eius filio.*

219 *de Forma, quod sit aliquid, et quod possit adimpleri per aequipollens, an ista sint incompatibilia.*

220 *Haeredis nomen per quacumque verba potest exprimi, dummodo constet de clara voluntate testantis.*

221 *ad Institutionis tacitae effectum, sufficiūt quaecumque verba etiam aequipollentia.*

222 *Testator, si iubeat, bona inter aliquos diuidi, an ex hoc argui possit virtualiter, vt eosdem haeredes instituerit.*

224 *Testamentum pium nutu factum valet, si testator loquelam, sed non intellectum amisit.*
Intellige dummodo ex nutibus, et signis possit percipi eius pia voluntas.

225 *Quae opinio est communis, & vera, et à pluribus Tribunalibus secuta nu. 226.*

227 *Haeredis institutio nutu facta, licet nō teneat, tamen facta ad pias causas de aequitate Canonica, tenet.*

228 *DEVS non curat de voce, sed de intentione.*

229 *Lingua data est hominibus ad significandum hominibus, cor verò DEO.*

230 *Volūtas pia interna, quoquomodo innotescat, omnino debito fini mittenda est.*

C A-

CAPVT XLV.

VAliditatis testamenti conditi per nutus,
& signa, est adeò desperata spes, vt nec
aliquod adiuuamen afferre poterit, etiam si
inserta appareat salutaris,& aliàs potens clau-
165 fula codicillaris, itaqne nullatenus hæredes
ab intestato tenentur per fideicommissum
restituere hæreditatem, hæredi instituto in
166 testamento nutu condito, et quamuis con-
trariæ sententiæ per text. in l. Scæuola. ff. ad Tre-
bell. firmarunt Bald in d. l. iubemus in prima
opposit. et Angel. in l. in fraudem. §. 1. versic. no-
ta pro limitatione. ff. de milit. testam. Castren. in
l. 2. num. 4. & clarius Imol. num. 1 ff. de testam.
Aretin. in § Item mutus in fin. Instit. quib. non
est permiss. fac. testam. Io. Dilectus de art testā-
di titul. 4. cautel 2. num. 4. vers. cautela est, vt in-
feratur clausula codicillaris in testamento &c.
cum alijs allegatis per Menoch. in consil. 45. nu-
mer. 14. vers. hoc testamentum debet valere iure
codicillorum &c. et hoc ex ratione ibi allega-
ta, quam opinionem secutus est etiam Fari-
nac. cons. criminal. 97. numer. 5. vers. accedente
clausula codicillari, prout in testamento de quo
agitur &c. lib. 1. et id antea sedulò deduxit
Io. Cephal. in consil. 564. num. 35. vers. saltem in
vim fideicommissi substinetur, & testamentum
in Codicillos transfertur, cum id etiam nutu, &
signis fieri possit &c.

Et subdit, et mehercle si ego aliquid intel-
ligo, res ista est expedita, & indubitata, præ-
167 sertim cum in dubio pro testamento sit iu-
dicandum, cum ibi allegatis, & dixi supra
cap. 42. à num. 374. Suprarelatam opinionem
etiam defenderunt Alex. Trentacinq. cons. 13.
num. 7. in fin vers. nam tunc si non valet testa-
mentum iure testamenti, valebit iure codicillo-
rum &c. Anton Gomes ad Leg. Taur. 3. nu. 115.
vers. si testator instituat hæredem solo nutu, vel
signis, an conuertatur in fideicommissum, & vi-
detur, quod sic &c. Simon. de Præt. de interpre-
tat vltim. volunt. lib. 2. interpretat. 2. dubitat. 1.
solut. 1. num. 29. vers. modus disponendi per nutus
licet non valeat, tamen valet vt codicillus &c.
Francisc. de Barr. de testament. lib. 1. titul. 3. sub
num. 4. vers. quando illa institutio nutu facta
non valet, substinetur in vim fideicommissi, si
clausula codicillaris fuerit adiecta &c. & potis-
168 simum redditur illa ratio, quia institutio
directa vniuersalis contenta in codicillis con-
uertitur in fideicommissum. d. l. Scæuola. ff. ad
Trebell & l. verbis ciuilib ff. de vulgar. et pupill.

Contraria tamen sententia est magis re-
cepta, quia dum testamentum est nullum ra-
tione deficientis voluntatis testatoris, cum
169 Lex nequaquam recipiat testamentum nu-
tu conditum, ob suspicionem falsitatis, per
consequens totum erit nullum, & nō ne quæso
aduertimus, si admitteretur, quod testamen-
170 tum nutu substineretur in vim fideicōmissi,
iterum aperta esset fraudibus via indirectè,
quæ iam directè in hoc à iure reseruata fuit,
171 resistendo, vt dixi, institutioni hæredis nutu
factæ per text. in d. l. iubemus, vers. si autem te-
stator articulatè loqui non potest &c. & ita in
puncto asserit Gaspar. Ant. Thesaur. quæst. fo-
rens. lib. 2. quæst. 99. sub num. 26. vers. nutu fa-
ctum testamentum non valet reiecta etiam Du-
rantis cautela de clausula codicillari &c. & sic
172 nullatenus nec in vim fideicommissi potest
substineri.

Cum generalis regula, & infallibilis sit illa,
vt defectu voluntatis omnia corruant, vnde
quando adest delectus non solemnitatis, sed
voluntatis, vt est casus noster, cum iura re-
nuant admittere testamenta per nutus, et si-
173 gna, quia per ea non dicitur constare de
perfecta voluntate testantis, imo Iuris præ-
174 sumptione dicitur deficere, cum defectus
voluntatis non solum dicitur abesse, quando
absolutè cessat voluntas testandi, Verum
175 etiā si ea non sit constans, clara, et delibera-
ra, vt satis notum est in iure, Quare de medio
sublata voluntate, non iuuat debile pharma-
cum clausulæ codicillaris, cum institutiones,
176 substitutiones, Codicilli, legata, & vt dixi,

Omnia ex defectu voluntatis corruant, sicq;
eo casu clausula codicillaris deseruiet de ven-
to, ex allegatis supra cap. 9. nu. 427. et in pun-
cto casus nostri ratiocinantur Bart. Alberic. &
alij in d. l. nutu. ff. de legat. 3 et sequitur Gram-
mat. decis. 73. nu. 6. vers. nec suffragaretur, quod
testator &c. Gamm. decis. 46. sub num. 3. versic.
probatur autem testamentum istud nullum
esse ex defectu voluntatis, si testator non valens
articulatè loquitur balbutiendo ad interrogatio-
nem &c. Becc. consil 56. num. 37. vers & ideo
sicuti testari non potuit, ita nec codicillos face-
re &c. Menoch. consil. 43. nu. 44. vers. et quem-
admodum iste non potest testari, ita nec codicil-
lari &c. D. Regens Hector. Capye Latro consul-
tat. 71. num. 46. lib. 1. vbi post Christoph. Matt.
examin. 10. numer. 34. considerat si tale testa-
177 mentum nutu factum substineretur in vim
fideicommissi esset aperta via fraudibus, &
num. 47. subdit nec tale testamentum in ter-
178 ris Ecclesiæ substineretur ex æquitate Ca-
nonica, ex ibi adductis.

Ad tex. in d. l. Scæuola. ff. ad Trebellian. supra
pro contraria parte allegatum, respondetur
179 quod textus ille loquitur, quando verbis di-
rectis expressis testator instituit hæredem, et
tamen deficit solemnitas testium, secus verò
180 quando deficit alia forma, seu solemnitas
testamenti, vt quia instituat hæredem nutu, et
signis, quia tunc non valet, nec subsistit, vt
diximus vti testamentum, ideo neque vti
codicillus, vt satis constat ex superius di-
ctis.

Illud

Illud insuper animadnertendum puto, tūc
nullatenus frustratoriam esse institutionem
181 hæredis, quantumuis nutu factam, quando
constaret de præambula, & aperta mente te-
statoris, qui ante interrogationem Notarij
coram eo, vel testibus suam volutatem decla-
rauerat, & sanæ mentis existens, postea eōde-
182 re volens testamentum, et loquela impedi-
ta repentino casu, non valuit vocem articula-
tam emittere, seu explicitè respondere, nam
tunc, vel nutu, vel signis, demonstrato, vel in-
183 dicato hærede, validam esse institutionem,
ad text in l. nemo. 58. vers. hic mihi hæres esto, cū sit coram ff. de hæred. instituend. et recipiēdam
184 esse Tuberonis sentētiam, quam Celsus im-
pugnare conabatur *in l. Labeo. §. Idem Tubero. ff. de supellect. legat.* fuerat enim Tuberonis sē-
tentia, vt nominis expressio non esset necessa-
ria, modò manifestis signis nomen ipsum de-
185 monstraretur, cum nomen sit designatio il-
lius rei, quam mente testator agitauit.

Quare dummodo ex sana mente, illa desi-
186 gnatio proficiscatur, & talis sit nutus, ex
quo clara mentis intentio percipiatur, nihil
refert nomen exprimere, Imo, & Celsus ipse
nutum admittit, quando quis morbo impedi-
tus loqui non potest, sed sonu quodam, ac co-
187 natu ipso, hoc est incondita imbecilla, &
inarticulata voce mentem suam exprimere
conatur, vt si faciat aliqua signa, per quæ vo-
188 luntas illa clarè percipiatur, talis voluntas
erit admittenda *l. seruo inuito. § si pupillo. ff. ad Trebellian.* neque enim seminecis, & balbu-
tiens lingua testamentum condere prohibe-
189 tur, si sanitas mentis accedat *l. quoniam indignum. C. de testament.* cuius text. verba conci-
liantur *cum d. l. iubemus.*

Nempe, quod *d. l. quoniam indignum*, loqui-
tur de eo qui morbo grauatus verba facere
190 non potest, sed sana mente consistens testa-
mentum suæ mentis manifestare, id etiam cō-
probatur *ex l. Pamphilio. § proposito,* ibi, *in discrimine vitæ. ff. de legat. 2. & l. pater. 1. § fin.* ibi, *in extrema esset valetudine. ff. de fideicommiss. libert. cap. fin.* ibi, *agens in extremis. vbi Ab. & Imol. de success. ab intest. cap.* Raynutius. ibi, *in extremis positus. de testam.* Habilitas enim
ad testandum duo requirit, sanitatem scilicet
mentis, & articulatæ mentis expressionem,
quamuis magna cum difficultate à testibus
intelligibilem, vt constat ex iuribus allegatis.
Text. verò in *d. l. iubemus* loquitur in illo, qui
mentis sensu deperdito, neque articulatè lo-
qui potest, tunc enim mortuo similis est, et eo
191 casu falsitas in elogio committi potest, & in
his terminis, *d. l. iubemus.* intrat. & clarè expli-
cat. *Socin. Sen. cons. 20. num. 3. vers. & dicatur, quod. lib. 4.* Menoch. *consil. 45. num. 19. vers ita loquitur l. iubemus &c. cum ibi allegatis, & dixit* Rota *decis. 638. n. 2. vers. limita quādo testator erat ita graui infirmitate affectus, vt non potuerit articulatè loqui, vel si non erat in bono sensu, et bona mente &c. part. 1. diuers. et fuit consideratum coram* R. P. D. Cerro *in causa Senogallien Bonorum 30. Maij 1644. §. Eoque magis vers. quia morti proximus, morbo valde grauatus, et fortè etiam mente non sanus &c.* quæ decisio fuit deinde confirmata *in eadem causa, coram eodem 15 Maij 1645. §. Iustitia vero vers. ægrotus enim responsum dedit & illinc ad modicum expirauit &c.*

Ideoque si Notarius certioratus de mente
testatoris ante, ab eodem testatore, vel ab
192 amicis, quibus prius voluntatem suam ex-
planasset omni exceptione maioribus, et ac-
cedens ad testatorem illum interroget, et ille
morbo anginæ vel alio correptus loqui non
valens nutu respondeat, et applaudat signis
193 demonstret inter astantes, hæredem, remo-
ta tamen omni suggestione, vt sæpe iam supra
dixi, et tunc tale testamentum validum esse
potest, quamuis nutu confectum.

Et ratio est quia redditur certa institutio,
194 ex eo quod antea dixerat testator velle illū
ipsum instituere, vt in continenti indubitan-
ter illum demonstrauit, vt *in d. l. nemo. ff. de hæred. instituend.* et ita ratiocinatur Io. And *in addit. ad Speculat. titul. de testament. § inprimis in addit. incipien. Quidam Pileus in fin. Paris. consil. 3. num. 56. vers. nedum verbis, sed etiam signis &c. lib. 3.* Card. Mantic. *de coniectur vltim. volunt. lib. 4. titul. 4. num. 10 vers. nutu factam hæredis institutionem inutilem esse, limita, vt non procedat quando testator prius se declarauit &c. Gaspar. Anton.* Thesaur *quæstion. forens. lib. 2 quæst. 99. num. 27. vers. veram esse regulam nutu testamentum fieri non posse, sed limitari quando constaret de præambula voluntate testatoris qui antè interrogationem &c.* & nuper *Ludouic.* Paitel. *in annotat. ad* Expedition *causar. titul. sui patris. expedit. 14. num. 68. vers. quando constaret de præambula voluntate testatoris, qui ante interrogationem Notarij ipsi, aut testibus suam voluntatem declarauerat, tūc si condendo testamentum repentino casu loquelā amittat, ita vt explicitè loqui non possit, valet, & tenet tale testamentum, quamtumuis nutu, & signis &c.* Idemq. sensit *Iul. Cæs.* Caluin. *in tractat. de æquitat. lib. 2. cap. 22. num. 148. vers. nisi constaret de præambula voluntate testantis &c. & nuper post* Io. And. *et alios consuluit* D. Mar. Ventutin. *consil. 1. sub num. 58. vers. licet hæres nutu institui non posit, tamen valebit talis institutio, quando per prius testator dixisset quod volebat talem instituere &c.*

Nec aliquis turbetur, animaduertendo in
supradicto casu non adesse hæredis nuncupa-
195 tionem proprio ore, aut literis per testato-
rem expressam, quæ omninò est necessaria
et de forma, vt supra demonstraui *cap. 27. à n. 1. et seq.* & hic in hac nostra specie reperiuntur
nutus, & signa, non enim dilucidè, et clarè per
196 ea testes poterunt exaudire nomen hæredis
ergo &c. et id est pariter de forma, vt ibidem

pariter deduxi à num. 60. et ea, quæ ibi habentur intellige, vt infra declarantur:

Respondetur enim non negando supradicta esse de forma, sed solum dicitur nominationem hęredis ore propriò faciendam à te-
197 statore et à testibus clarè exaudiendam esse quidem de forma demonstratiua, non autem de forma substantiali actus, et sic cum sit pro
198 certitudine ad euitandas fraudes, sufficit, quod nomen exprimatur, vel alio modo indubitabili demōstretur, vt constat ex latè deductis per Gutierez practic. quæst. lib. 2. quæst. 41. nu. 2. et 3. vers. sufficit, si certitudinaliter exprimatur hæres, per æquipollens, vel alio signa indubitabili &c. Ludouic. Lan. consil. 1. num. 15 post tractat de testam formul. et latissimè etiam Anton. Perez. in consil 9. num. 5. vers. quia satis est implicitis verbis, vel per æquipollens nomen hæredis nominare &c. Simon de Prat. in tractat. de interpretat. vltim. volunt. lib 2. interpretat. 2. fol. 199. num. 17 vers. dummodo habeamus certitudinē hæredis non curamus de modo &c. Thom. Maui. lib 1. vltim. volunt. lib 6. titul. de hæred. instituend. vers. hæres debet nominatim. ibi. excepto secunda. Vasq. de success. creat lib. 2. §. 17. num. 54 et seq. vers. ad quod potissima ratio &c. Magdal. in tractat. de numero test. part 1 cap. 27. num. 15. vers. sufficit quocumque modo exprimatur hæres, ita quod de corpore certitudinaliter constet &c. Test. Ferdinand. Vela dissertat. Iuris cap. 21. sub num. 42. vers. licet à iure sit præscripta forma hæredem nominatim instituendi, tamen &c. Io. Baptist. Hodiern. in suis controuers forens. lib. 1, cap. 25. num. 44. vers. licet hæredis nomen proprio ore exprimendum sit, satis tamen erit &c.

Vnde fit vt apertius loquar optimis fundamētis poterit distingui, etiam tetigi supra cap. 21. à nu. 156. Aut Lex nullatenus requirit ex-
199 pressionem nominis, vel solemnitatis principaliter causa demonstrationis, vel certitudinis, sed pro forma substantiali actus, et validitate eius, et hoc casu non sufficit id adim-
200 plere, per æquipollens, sed omninò opus est, vt forma legis precisè obseruetur, nam tunc magis est obseruanda forma legis, quàm ipsius ratio, et in his terminis procedit l. cum hi. §. si prætor aditus ff. de transact. cum simil. Aut
201 verò Lex requirit expressionem nominis rei vel personæ in aliquo actu, vel requirit aliquā solemnitatem principaliter causa demonstrationis, vel certitudinis, et tunc sufficit, si de tali persona, vel re constet per æquipollens,
202 vel aliquo indubitali signo, & in his terminis sumus, & qua so verba illa textus in l. iubemus C. de testam. perpendantur, ibi. et si manifestum secundum illius voluntatem hæreditatem eius esse transmissam &c in his quoque terminis procedit l. quoties ff. de hæred. instit. cum alijs mox allegandis &c.

Quare sat erit implicitè, & virtualiter te-
203 statorem, hæredem sibi instituisse, & quatenus, quis mordicus vellet substinere, pro vt facit, Bald. in l. 1. nu. 1. ff. de liber. & posthum. et cum eo Imol. Castr. Ias. ibidem, & passim alij, quod ipsa expressio nominis hæredis requiratur pro forma substantiali, tamen dicant, quid
204 voluerit, et sapiunt, quia modus, per quem fieri debet expressio, dici non potest de forma, & vt constat ex clara leg. quoties. ff. de hæred. instit. cum alijs allegandis infra nu. 205. & si eum nō requiratur d. expressio pro forma, sat est quælibet indubitata expressio, etiam si non sit facta verbis formalibus, vt sæpius dixit Rota coram Reuerendiss. Terracinen. in causa Terracin. Fideicommissi de Piloreijs 15. Maij 1648. §. De secundo vers. quia quando non requiritur expressio, pro forma, satis est relatiua expressio, etiam si non sit facta verbis formalibus &c. et ibi allegatis, & in puncto casus nostri scilicet expressionis nominis hęredis cū illa non sit de forma substāriali, sed demōstratiua maturè discusso articulo egregiè firmatū fuit per Rotā in causa Romana Hæreditatis 19. Nouemb. 1635. coram bon. mem. Coccino. §. Nec in his terminis obstat. vers. quia cum nominatio, hæredis non requiratur pro forma substantiali actus, sed pro forma demonstratiua pro certitudine ad euitandas fraudes sufficit, quod nomen hæredis exprimatur, vel alio modo indubitabili demonstretur &c. et insuper ibi Rota testatur de communi opinione, quæ decisio fuit deinde confirmata coram eodem die 7. Aprilis 1636 quæ ambæ postea fuerunt iterum confirmatæ in eadem causa sub die 8. Martij 1652. coram R. P. D. Verospio.

Ex causis igitur de quibus supra satis patenter constat, quod qualitercumque, et quomodocumq. exprimatur nomen hæredis, seu
205 nominetur, ita quod de corpore certitudinaliter constet, idq. patet per textum in l. quoties. §. si quis nomen, ibi, si quis nomen hæredis idem non dixerit, sed indubitabili signo eum demonstrauerit valet institutio &c ff. de hæred. instituen. et ad hoc ibi notat glos. ordinar. Bart. Bald. Imol. Ang. Castr. alijq.

Nam vt benè ratiocinatur text. in l. 1. in fin. ff. de dom. prælat. superuacua est demon-
206 stratio quādo de corpore constat, sicuti etiā habetur in l. 1 § fin ff. de dot. præleg & vt inquit tex. in l. certū ff. si cert. pet. illud dicitur certum,
207 quod exprimitur suo nomine proprios vel tali demōstratione, quæ nominis vice fungatur.

Congruit hic, quod fertur de Alexandro Magno, qui cum morti proximus deficeret, &
208 ab amicis rogaretur, vt designaret, quem vellet Imperij hæredem, prudenter respondisse fertur dignissimum, sed cum iam præclusa voce loqui amplius in sua facultate nō esset, et ex incerto, ambiguoque sermone, summa inter Principes astantes impenderet contentio, quis esset iste dignissimus. O contentio
209 quidem magna, et in superlatiuo gradu maxima, nam propter simile responsum, datum

ab

Google

209 ab Oraculo Spartanis, quod ille Rempubli-
cam debebat regere, qui inter Ciues erat op-
timus, ex quo tam atræ inter eos tempestates
insurrexerunt, vt quasi florentissima Respubli-
ca illa funditus submersa remansit, Quo viso in
extremis agente Alexandro, cum vt dixi, lo-
qui non valente, melius quàm potuit, excepit è
210 digito regium annulum, & Predicæ dedit, vt
quē voce nūcupare nō poterat nutu, ac signo
eligisse videretur, *vt narrat Iustinus Historic.*
l.2.cap.6. Sed persistendo in terminis in pūcto
facit. *textus in l.nemo dubitet. ff. eodem.* vbi si
testator dixerit, *hic mihi hæres esto*, valet insti-
211 tutio, si erat præsens, licet eius nomen non
exprimatur. adde etiam textum. *in l. 1. ff. de*
liber. & posthum. vbi habetur quod vnicus fi-
lius potest à patre exhæredari non expresso
212 nomine, & tamen iura decernunt, vt filiorū
exhæredatio fiat nominatim *iuxta textum*
in §. aliud quoque capitulum. Auth. vt cum de
appell cognosc. et est glosa ordinaria *in l. hac*
consultissima in verb indignus. C. qui testam. fac.
poss vbi ait, si testator instituat Gallum præsē-
tem, & erat vnus tantùm, valet institutio, licet
213 nomen non exprimatur, *& ibi notat, Bart.*
Cyn. et communiter DD.

Nec longè distat textus *in auth. excipitur,*
C. de bon. q. liber. vbi decernitur quod prohi-
214 bitio expressa requiritur quando aliquid fi-
lio relinquitur, vt patri non quæratur vsus-
fructus, cuius *auth.* dispositionem esse in viridi
215 obseruantia testātur plures relati *per Giurb.*
in consuetud. Messanen. cap. 7 glos. 3. part. 1. n. 20
aduertitque Rota *in causa Romana Dotis 10.*
Ianuarij 1639. coram bon mem Pirouano §. Tol-
litur, vers. cuius auth. excipitur. dispositio, esse in
viridi obseruantia &c. ibi *mater potest hæredem*
instituere filium cum expressa prohibitione, ne
vsusfructus dd. bonorum acquiratur patri etiam,
quoad portionem legitima &c. Verumtamen
216 non obstante *d. auth.* requirente expressam
prohibitionem, sat erit, quoquo modo consta-
re de voluntate relinquentis, etiam ex conie-
cturis, *vt per Cuman. Castr. Socin. Aret. Bald.*
Nouell. Ias. Bauer. Socin. Iun. Rip. & alios in
l. cum filio, ff. de legat. 1. Bart. *in l. si vsusfructus.*
§. si ita. ff. quand. dies leg ced. Dec. *consil. 318. in*
fin. Hieron. Gabr. *in consil. 118. numer. 11. lib. 1.*
Surd. *consil. 116. sub n. 14. vers. sufficere tacitam*
testatoris voluntatem &c. et in consil. 143. n. 21.
vers. quoquo modo constare de voluntate relin-
quentis &c. lib. 1. Senatus Burdegal penes Boer.
decis. 193. per tot. vbi testatur sic fuisse cōclusū
per illam Curiam, & Senatum Burdegalensē,
ita quoque determinauit Regium Consistorium
Siciliæ *apud Mastrill. decis. 39. numer. 7. part. 1.*
vers. quæ prohibitio nedum expresse potest fieri
verum etiam tacitè &c. Philipp. Pascal. *in tract.*
de patr. potestat. part. 1. cap. 3. num. 38. vers. ne
vsusfructus patri quæratur, sufficit etiam tacita
prohibitio, quæ ex coniectura ta mente testatoris
potest elici &c. & testatur de communi DD

sententia. *Castill. in tractat. de vsusfruct. cap. 3. à*
numer. 54 tom. 1. vers. nedum, quando prohibitio
specificè fuit, sed etiam tacitè &c.

Nec est curandum si Alex. *in d. l. cum filio*
satis iudaicè interpretando textum *in d. auth.*
excipitur. requirat omnino expressam prohi-
bitionem. & simul reprehendat DD. contra-
rium tenentes, nam ipse loquitur contra com-
munem opinionem à qua non est recedendū,
et in specie Alex. in hoc refutatur *à Francisc.*
Becc. in cons. 97. n. 15. vers. Nec mouet Alex &c.

Estque in Iure satis vulgara conclusio illa,
quod etiam illud dicitur expressum, quod ta-
217 citè, & virtualiter inest, cum & voluntas te-
statoris habeatur pro expressa, si colligatur ex
legitimis, & naturalibus coniecturis. *l. licet*
Imperator. vbi Bart. *in princ. ff. de legat. 1. l. asse*
toto ff. de hæred. instit l. si ita scripsero ff. de con-
dit. et demonst. Gratian. *discept. forens. cap. 665.*
num. 34. et cap 916. num 39. cum alijs allegatis
à Rota *coram R. P. D* Meltio *in causa Romana*
seu Comen. Hæreditatis 26. Iunij 1647. §. Mi-
nusque. vers. quia illud dicitur expressum, quod
tacitè, & virtualiter inest, & quod venit in ne-
cessariam, consequentiam &c. & in puncto casus
nostri deducit *Iacob* Mandel. *cons. 110. num. 2.*
vers. solet voluntas testatoris haberi pro expressa
quod ex coniecturis &c. Vbi probat, quod vide-
tur euidenter constare de mente testatoris,
218 nolentis patri vt acquiratur vsusfructus de
bonis, ab eo relictis filio. ex legato patri reli-
cto, donec vixerit, præstando à filio, quia satis
patenter demonstrauit, illud, quod remanet
de vsufructu, nolle acquiri patri, ex multis
ibi argutè deductis, Contrarium tamen *pro-*
bauit Ludouic. Morot. *consil 18. à num. 6 vsq. ad*
finem. vbi vide, ne nimis elōgar à terminis de
quibus supra, & illud solum asseram. ad hoc
vt intret cōclusio, quod etiā prohibitio taci-
ta sufficiat, vt testator dicatur prohibuisse ne
patri quæratur vsusfructus, quo ad bona reli-
cta filio, adhoc verba talia debēt esse, ex qui-
bus nihil aliud, quā perceptionis vsusfructus
prohibitio deduci possit, vt post *Cuman. Ca-*
strens. Aret. & alios ad notauit *Molin. de pri-*
mogenit. lib. 1. cap 29 à num. 31. vers. dummodo
verba sint talia &c. cum alijs allegatis per Ca-
still. *de vsufruct. d. cap. 3. num. 57 part. 1.* At mo-
do ad nos.

Quare absolutè negari potest quod modus
exprimendi hæredis nomen sit de forma pro-
219 pter supradicta iura. ista enim incōpatibilia
sunt vt aliquid sit de forma, & quod possit ad
impleri per æquipollens, *vt declarat. & inter-*
minis respondet Dec. in l hac consultissima aute
num. 23. C. qui testam fac. poss. & post Magdal.
in tractat. de num test. cap. 27. num. 14 scitè *ad-*
uertit Rota Maceraten. penes Thomat. decis. 82.
num. 30. vers. expressio hæredis est de forma, non
autem modus per quem fieri debet talis expres-
sio &c. Vnde ad prædictum effectum videmus
220 quæcumque verba sufficere, dummodo ap-

pareat de voluntate testantis. l. quoniam indi-
gnis 15. C. de testam. Card. Mantic de coniectur.
vltim. volunt. lib. 4. titul 3. nu. 1. et sequent vers.
quibuscumque verbis. modò per ea liqueat de
voluntate testantis &c. Rota coram Card. Ca-
ualer. decis. 387. numer. 2. vers. hæredis institutio
quibuscumque verbis &c.

Imo ad effectum tacitæ institutionis, suffi-
221 cit, quod verba trahi possint ad hæredis in-
stitutionē, quodq. illa quomodocumq. dedu-
catur ex verbis etiā æquipolletibus. iuxta glos.
in l. quoties. vbi Bald. et alij C. famil. ercisund.
l. licet. C. de natur. liber l. licet inter priuatos, et ibi
glos. Bart. et alij C. de pact. Rota corā Reuer. P. D.
Dunoze tto Decano in causa Romana Fideicō-
missi de Zuccaris. 26. Aprilis. 1638. §. At infor-
mantes. vers. sufficit quod verba possint trahi ad
hæredis institutionem &c. et in terminis testa-
toris disponentis, vt eius bona diuiderentur
222 inter aliquos, vtriq. ex hoc implicitè, & vir-
tualiter censeatur eos instituisse vniuersales
hæredes, dummodo appareat de mente testa-
toris. ex textu in d. l. quoniam indignum. 15. C.
de testam. respōdit Rota coram R. P. D. Cerro
in causa Leodien. Dominij 1. Iunij 1650. §. Non
obstat, quod ibi non legatur explicita hæredis in-
stitutio &c. vers. dum Testator æqualiter diuidi
mandauit &c.

Permanet igitur firma conclusio, quod stā-
te præambula declaratione testatoris, quem
223 hæredem instituendi, tunc nutus, & signa
admittantur, si testator morbo oppressus lo-
qui non potest, ad designandum eum, quem
instituere iam expressit, & non obstante, quod
non fuerit in actu testandi verbis declaratum
nomen hæredis, sed nutu, et signis claris. Núc
verò prosequendo materiam, est etiam alter
casus indubitatus in quo substinetur testa-
mentum nutu, et signis conditum, quando sci-
licet sumus in testamento ad pias causas fa-
224 ctum, nam tunc si ex eis poterit deprehendi
pia voluntas testantis, qui loquelam, et non
intellectum amisit, absq. dubio tale testamen-
tum sic conditum, subsistentiam plenam ha-
bebit, vt voluit glos. magistralis, et vnanimiter à
DD secuta in cap. cum tibi. in verb. dispositionē.
de testamen. et ibi omnes ferè Canonistæ, et in
specie, lateque Didac. num. 6. Abb. num. 5. cum
ampla Apostilla, et illam glos. vti singularem
extollit Bald. in l. 1. in prima lectura col. 1. vers.
quæro vtrum. C. de sacrosanct. Eccles. & in repe-
tit. l. si post diuisionem, numer. 4. C. de iur. et fact.
ignorant. et in l. discretis. num. 2. C. qui testamen.
fac. poss. et in l. 2. ff. de testam & ibi Aretin. in fin.
dicit hanc esse communem sententiam. Idem
Bald. hinc inde arguens in d. l. iubemus. num. 2
vbi attestantur de communi C. de testament.
cum alij copiosè allegatis per Iul. Clar. in §.
Testamentum. quæst. 6. num 7. vers. nihilominus
valet fauore piæ causæ &c. et per Tiraquell.
de priuileg. piæ caus. priuileg. 8. per tot. vbi
hanc opinionem vti communem, et veram se-
225 quitur, et comprobat, necnon declarat. et
præter DD. ab eo relatos addo Magdalen. de
numer. test. in testament. requisit. part. 2. cap. 3. n.
10. vers. valet tamen ad pias causas testamentū
nutu factum &c. et pluries testatur de cōmu-
ni, Io. Ant. de Trigona singul. 105 incip. Vidisti
textum. vers. ista regula. quod non valeat testa-
mentum nutu factum, fallit ad pias causas &c.
Gomes. ad Leg. Tauri 3. num. 110. in fin vers.
præterquam in testamento ad pias causas &c.
Gaspar. Thesaur. quæst forens. lib 2. quæst 99. n.
26. vers. speciale est in testamento ad pias causas
Ioseph. Ludouic. in suis commun. conclus. cap 67.
titul. An ad pias causas nutu possit testar. vbi re
futata contraria opinione, hanc fouet, et atte-
statur de communi. Petr. Cened. collectan. 91.
num. 2. vers licet aliàs testamentum nutu, et si-
gnis conditum nihil valeat. tamen ad pias cau-
sas &c. Augustin. Barbos. pariter in Collectan.
Iuris Canonic lib. 3. titul. 26. cap. 13 num. 4. vers
testamentum nutu, et signis conditum valet ad
pias causas &c. Gamm. de sacrament. præstand.
vltim. supplic. damnat. quæst. 4. num. 5. Viu tom.
2. commun. opinion. lib. 6. titul. 13. num 97. vers.
sed vbicumque. Francisc. de Barr. in tractat. de
testament. lib. 1. titul 3 num. 4 in fin. vers. exci-
piunt omnes testamentum ad pias causas factū,
& voluntas nutu fieri possit. Aloysius Ricc. in
prax. variar. resol. par. 2. disp. 421. Æmil. Gall.
in tractat. de except. testamen. titul. 3. parc. 2. n. 2.
vers. dum esset instituta pia causa, vt tūc valeat
institutio nutu facta &c et testatur de cōmu-
ni opinione Io. Stephan. Durant. in suis quæst.
Iuris. cap. 15. §. Porrò. vers. testantis voluntas
nutu facta in gratiam piæ causæ valet &c. Fa-
rinac. in repertor. vltim. volun. cap. 59. n. 8. vers.
limit. 3 fauore piæ causæ ut valeat testamentum
nutu factum &c. Michalor. in tractat. de cæc.
surd. et mut. cap. 61. sub n. 8. vers. nutu ad pias
causas testari potest &c. Mart. de success part 4.
quæst. 8. art. 3. n. 10. vers. testamentum pium etiā
nutu factum est validū &c Genuens. practibil.
Eccles. quæst 734. in fin. ibi. sine dubio testamen-
tum nutu factum valet ad pias causas &c. vbi
etiam in principio, indistinctè firmat testa-
mentum nutu factum de æquitate Canonica
valere. Adam Keller. in tract. de iure succeden.
ab intestat. titul. 2. n. 63. vers. imo quis solo etiam
nutu ad pias causas potest testari &c et pari-
ter de magis communi opinione testatur.
Card. Mantic. de coniectur. vltim. volun. lib. 4. ti-
tul. 4. n. 8. vers. temperari debet vt valeat testa-
mentū nutu conditum ad pias causas &c & lib.
5. titul. 15. nu. 36. vers. et tamen testamentum
nutu conditū valet ad pias causas &c. Menoch.
de præsumpsion. lib. 4. titul. 19. num. 13. vers. cum
solus testatoris nutus sufficiat &c. et in cons. 224
n. 64. vers. testamentū ad pias causas valet. etiam
si nutu sit conditum &c. Matth. Berlic. in suis
practicabil. conclus part. 3. conclus. 5. numer. 24.
vers. tamen ad pias causas valet testamentū &c.
D. Regens Hector Capyc. Latro consultat. 70.
num.

num. 33. vers. quod attinet ad testamentum ad pias causas, quod potest fieri nutu &c. Ex Theologis sic quoque tenent *Eminentiss. D. Cardin.* Lugo *de Iustit. & Iur. part. 2. disput. 22. numer. 269. cum alijs allegatis per* R. P. Dianam *variar resolut. moral part. 3. tractat. 6. resolut. 13. & adde R. P.* Boss. *in suis var. moral. titul. 10. num. 28. vers. testamentum ad piam causam solo nutu conditum valet &c. et titul. 12. §. 1. nu. 33. vers. valere testamentum ad pias causas solo nutu conditum &c.*

Ita pariter in diuersis Orbis Tribunalibus fuit iudicatū & in Rota Ferrarien. *penes Anton. Leoncill decis. 46. num. 3. versic. licet aliud dicat in testamento ad pias causas condito &c.* & in Senatu Siciliæ *apud Castill. decis. 19. numer. 61. versic. testamentum nutu factum valet ad pias causas &c.* & in Senatu Lusitano, *teste Anton. de Gama decis. 81. num. 4. versic. et sufficit etiā solus nutus ad pias causas &c.* necnon *in Collegio Patauino, vt patet ex consil. 1. num. 6. tom. 1. inter consil. vltim. volunt.* vbi ait, testamentum
229 nutu factum, licet non valeat quo ad hæredis institutionem, tamen de benignitate canonica tenere, quando est factum ad pias causas, & adsunt vrgentia signa pro tali actu, *et in Rota Romana*, & præsertim *coram bo. me.* Cantucc *decis. 74. num. 19. versic. testamentum nutu factum ad pias causas valet &c. et coram R. P D. Cerro in causa Senogallien. Bonorum 30. Maij 1644. §. Nec releuat. versic. fauore piæ causæ substinetur etiam solo nutu factum &c.* quæ decisio postea fuit confirmata *coram eodē in eadem causa sub die 15. Maij 1645.*

Nec incongruum puto allegare hic tritum illud dictum, DEVM non curare de voce, sed
228 de intentione, *iuxta text. in can. Marchio 1. quæst. 1.* Hine *glos in cap. decet. 2. in verbo intentis extra de immunit. Eccl* adducit versus illos

Nō vox, sed votū, nō chordula musica, sed cor.
Non clamor, sed amor, clamat in aure DEI,

Nam, & vt supra dixi, lingua data est mortalibus ad significandum hominibus, cor verò
229 ad significandum DEO, ideoque quocumque modo exteriori, interna ac pia cordis voluntas innotescat, omnino debito fini mittenda
230 est, quare sat est, vt iam deduxi, si illa nutu, & signis deprehendatur.

ARGVMENTVM.

Actus omnes, & contractus, qui solo consensu, & nuda voluntate perficiuntur, dummodo aliud à iure non reperiatur dispositum, tunc sufficit docere de tali volūtate nutu, & signis, cum eodem modo ea notificetur voce, nutu, scriptura &c.

Causa efficiens matrimonij, siue consideretur vti contractus, siue vti Sacramentum, semper est consensus, & tamen eo casu, sat est, si ille nutu, vel alio signo indubitabili habeatur. Ad confessionem peccatorum an sit necessaria vox humana.

Legata, & fideicommissa, cum in iure non reperiatur expressum, quod debeant fieri ore proprio testatoris ad eorum validitatem, sicuti expressum habetur de institutione hæredis, ideo comprehenduntur sub regula generali, de qua supra, & sic nutu, aliisque signis ad demonstrandam voluntatem aptis, valide relicta dicuntur.

Fideicommissa sicut per epistolam relinqui possunt, ita quoque legata, cum hodie legata, et fideicommissa per omnia adæquata sint. Legata per epistolam, vel nuncium, aut aliud simile, vt validè relicta dicuntur, verba sic debent esse prolata, vt importent dispositionem de præsenti, et obligationem præstandi in futurum, & quid si sit inscriptum in lapide sepulturæ, et dictæ inscriptiones quam fidem faciant.

SVMMARIVM.

231 *Consensu solo, quoties aliquid perficitur, verba non desiderantur ad validitatem actus.*
232 *Nutu, & signis sufficit docere de voluntate, vbi res agitur solo consensu.*
233 *Contractus omnes, etiam attenta iure positiuo, dum aliud ab eodem iure reperitur dispositum, nutu, & signis perfici possunt & num. 234.*
235 *Voluntas hominis ita nutu significatur, sicuti verbis. et num. 262.*
236 *Episcopus si inuitum, et reclamantem, ordinauerit, annali pœnitentiæ subditur.*
237 *Quod procedit siue ille reclamauerit, vel voce, vel signo, cum vtroque modo declaretur voluntas.*
239 *Voce, nutu, scriptura, signo &c. voluntatem declarare paria sunt. & num. 241. & 276.*
240 *Mutus, & surdus an possit adhiberi pro fideiussore.*
242 *in Matrimonio consensus est illius causa efficiens, & substantialis.*
243 *Matrimonium siue consideretur, vti contractus, siue vti sacramentum, semper necessarius est consensus.*
244 *Matrimonium contrahentes possunt exprimere consensum, tam verbis, quam nutu. Quod procedit, siue simus in eo, qui loqui nequit, siue in illo, qui potest loqui.*
245 *ex Nutu, & signis euidentibus potest declarari mutuus consensus in matrimonio. & numer. 247. et 272.*
246 *ad Matrimonij valorem, sufficit qualitercumque consensus exprimatur. & nu. 248.*
249 *Cap. Tuæ fraternitati de sponsal. declaratur.*
250 *Verba necessaria sunt in contrahendo matrimonium, quo ad Ecclesiam, cum ea non iudicet de occultis. et num. 271.*

251 Cap.

251 *Cap. tua fraternitati. de sponsal. quamuis dicat verba necessaria esse in matrimonio, non tamen excludit, alia signa consensus.*

253 *Verba clarius declarant voluntatem, quàm nutus, aliaque muta signa*

254 *Verba non propriè, sed latè sumpta, comprehendunt etiam nutus, & signa.*

255 *Matrimonium, quando sit validum, quamuis per signa tacitè, vel expressè exprimentia consensum, sit contractum.*

256 *Intellige tamen iuxta ius vetus Canonicum, idest ante Concil. Trident. & quid post dictum Concil. & nu. 257.*

258 *Cap. tua de sponsal. qualiter intelligatur, dū dicit, verba non esse necessaria ad validitatē matrimonij, & postea ait esse necessaria. & num. 259.*

260 *Verbis facilius in valētibus loqui exprimitur voluntas, quàm alijs signis.*

261 *Scriptura communiter in matrimonijs, seu sponsalibus confici solet, etiam ab antiquissimo tempore.*

262 *Confessio peccatorum proprio ore, & verbis proprijs est facienda.*

263 *Verba sunt valde conueniētia ad mentis sensum explicandum.*

264 *Verba, sunt valde adaquata ad confessionem peccatorum, eorumque circumstantias plenius explicandas.*

265 *ad Confessionis sacramenti essentiam propria vox non est necessaria.*

266 *Ita vt nutu, & signis, aut per scripturam, vel interpretem præsenti Sacerdoti, valida sit. et num. 273. et 274.*

267 *Confessio peccatorum, quod fiat voce humana, non est de essentia Sacramenti.*

268 *Muti, de peccatis ab Ecclesia absoluuntur, & tamen nisi nutibus peccata confitentur.*

269 *Item absoluit morituros, qui aliter quam nutibus peccata declarare non valent.*

270 *Confessio peccatorum per nutus tunc valet, quando sunt talia, vt per eos innotescant Sacerdoti.*

275 *Peccatorum confessio facta per literas, vel per inter nuncium confessario absenti, & ab eodē absenti petere absolutionem est opinio damnata.*

277 *Testamētum pium nutu factum, quod valeat, quare non sit dubitandum.*

278 *Hæredis institutio nutu facta, quod non valeat, apud DD. id non controuertitur.*

279 *Legata & fideicommissa nutu, et signis relinqui possunt.*

280 *Legata & fideicommissa, quando nutu dicātur relicta. & num. 281.*

281 *Legatarij, & fideicommissarij nomina, quod ore proprio sint exprimenda à testatore in iure non reperitur cautum.*

282 *ad Legati consecutionem leniores probationes sufficiunt. et num. 290.*

Legata non requirunt tantam solemnitatem quantam requirit hæredis institutio.

283 *ad Legata, et fideicommissa consequenda, non est necessaria publicatio testamenti, quando constat de veritate.*

284 *Testamentum, vt valeat, non debet laborare vitio nullitatis, quoad aperitionem, et publicationem illius.*

285 *Testamento non officit vitium publicationis, quando tempore mortis illud fuit subtractum, Et deinde sols scriptura, mediantibus excommunicationibus fuit habita. et nu. 286. et seq.*

288 *Delictum alienum tertio non debet officere.*

Testamētum habetur pro publicato in odium eius, qui illud subtraxit.

289 *Testamentum non probat, si non sit publicatum, quod est verum, contra illud, qui fuit in culpa ne publicaretur, aliàs secus.*

291 *Legatum etiam per epistolam relinqui potest.*

292 *Legata, & fideicommissa in omnibus, et per omnia exequata reperiuntur.*

293 *Fideicommissum sicuti per epistolam relinqui potest, ita etiam legatum.*

294 *Legata, tūc per epistolam relinqui possint, quādo verba prolata in ea importāt dispositionem de præsenti, et obligationem præstandi de futuro.*

295 *Legatum relictum in marmore Ecclesiæ, in qua fuit positum, absque testamento, vel codicillo an valeat. et vide nu. 296.*

297 *Legatum nisi sit dispositiuè relictum non iuuat nec debeat.*

298 *Legatum, vt valeat, debet relinqui in actu ordinato ad disponendum, aliàs non valet.*

299 *Inscriptiones in lapidibus fiunt ad conseruādam memoriam hominum.*

300 *Sepulturæ fiunt pro conseruanda memoria mortuorum.*

301 *in Lapidibus sepulturæ solummodo solent celebrari gesta ibi sepultorum.*

302 *Legatum non probatur ex libro ad memoriā confecto, et quare*

303 *Annotationes, quæ fiunt in libris ad memoriam confectis, censentur potius facta incidenter, quàm animo disponendi.*

304 *Inscriptio facta in lapide, probat ac si in mēbranis esset scripta dispositio.*

305 *Literis in marmore cælatis cita credendum est, sicut scripturis publicis.*

306 *Lapides, quæ ponuntur pro confinibus, quas conditiones habere debeant, remissiue.*

307 *Scripturis priuatis, licet non credatur, creditur tamen inscriptionibus marmoreis in loco publico positis.*

Scripturis marmoreis positis in publico, consuetudo tribuit fidem.

308 *Inscriptionibus marmoreis fides adhibetur, dū sumus in antiquis.*

309 *Inscriptionibus sepulchrorum in concursu publici, et authentici instrumenti, est parum deferendum.*

310 *Cælatores in inscriptionibus sepulchrorum, aliquando per oscitantiam solent errare.*

311 *Inscriptiones marmoreæ, tunc eò magis videntur*

Digitized by Google

tur probare, quando concernunt dispoſita ad pias cauſas.

312 *Instrumentum publicum poteſt ſcribi in tabulis. et lapidibus, et probat ac ſi ſcriberetur in chartis.*

313 *Dispoſitiones nõ probantur ex ſola inſcriptione in lapide.*

314 *Teſtatoris mens non probatur per ea, quæ non inducunt diſpoſitionem.*

315 *Legata, vt peti poſſint ad hoc non eſt ſufficiẽs ſimplex diſpoſitio, & quid ſit neceſſ. et numer. 316.*

317 *Teſtator non ſufficit, quod aliquid velit niſi diſponat.*

318 *Potentia non deducta ad actum, non iuuat.*

319 *Piarum diſpoſitionum priuilegia tunc intrãt, quando conſtat de voluntate diſponentis.*

CAPVT XLVI.

QVotieſcumque res ſolo conſenſu, & nu-
da voluntate perficiuntur(prout inter
cœt..os caſus ſunt diſpoſitæ ad pias cauſas)
231 ibi verba non deſiderãtur, nec ſunt neceſſa-
ria ad validitatem actus, l. conſenſu. et l. in qui-
buſcumque negotijs. ff. de action. & obligat. & l.
obligamur. in fin. ff. eodem titul. §. 1. Inſtit. de
obligat. quæ ex conſen. naſc. l. ſi ſtipulatio. § fin.
& ibi DD. & latè Iaſ. num. 1 ff. de verb. obligat.
& eſt gloſ. notabilis in l. 1. §. ſi quis ita. in verb.
annuiſſet, vbi etiam Iaſ. numer. 12. eodem titul.
232 dummodo de voluntate aliter conſtet etiã
nutu, & ſignis, quare non eſt mirum ſicut do-
cui in præcedenti capite, ſi teſtamentum pium
nutu factum valeat, & ſubſtineatur.
Eſtq; generale, vt in omnibus cõtractibus, ac
233 actibus, etiã attento iure poſitiuo, niſi tamẽ
contrarium ab eodem iure reperiatur diſpo-
ſitum, vt eſt ſtipulatio. l. 5. §. ſtipulatio. ff. de
verb. oblig. §. in hac. Inſtit. eodem. §. mutum, nec
ſtipulari. Inſtit. de inutil. ſtipulat. ſignis, nutu,
nuncio, epiſtola, voce, ſeu verbis, conſenſus
234 rectè, & valide exprimitur. l. ſi ſtipuler. 35.
§. 1 ibi, ſi in locando, conducendo, emendo ad in-
terrogationem, quis non reſponderit, ſi tamen con-
ſentiat in id quod reſponſum eſt, valet, quod a-
ctum eſt, quia hi contractus non tàm verbis, quã
conſenſu confirmantur. ff. de verb. obligat. l. pater
naturalis ff. de adopt. d. l. conſenſum ff. de verbor.
obligat. l. delegare. ff. nouation. l. ſi pater. ff. de ad-
optat. l. 1. § adſignare. ff. de adſignat. libert. l. et in
epiſtola, C. de fideicommiſ. l. pater. §. 1 & 2. ff. de
acquir. hered. l. ſurdis ff. de manumiſſ. vindic.
Eodem etenim modo voluntas, & intentio
235 hominis nutu ſignificatur, ſicuti ipſa loquela
ad textum in l. de quibus, ibi. nihil intereſt, an
ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret, an
rebus ipſis, & actis ff. de legib. cap. tua et cap. cum
apud. de ſponſ. gloſ. in can. Epiſcopus. 74. diſtinct.
in quo textu ſancitur, ſi Epiſcopus inuitum,
aut reclamantem ordinare præſumpſerit, an-
236 nali pœnitentiæ ſubditus, miſſas facere non
præſumat. et gloſ. ibi in verb. reclamantem, in-
telligit, ſiue ordinatus reclamauerit voce, vel
337 ſigno, cum vtroque modo declaretur volũ-
tas eamque gloſ. vti ſingularem poſt Barbat.
conſil. 43. col. 6. lib. 3. extollit Gaſpar Anton.
Theſaur. in ſuis quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 99. ſub
num. 21. verſ. eodem modo voluntas hominis nutu
238 ſignificatur ſicuti loquela &c. ibique nonnul-
los verſus Ouidij ad propoſitum adducit, ad-
do, & illud aliud eiuſdẽ Ouidij lib. 4. Metam.

Cõſcius omnis abeſt, nutu, ſigniſque loquitur.

Qualis verſus ex noſtris expendit eruditus
Doctor Anton. Hering. in tractat. de fideiuſſor.
cap. 7. num. 144. vbi ait paria eſſe expreſſa vo-
239 ce, vel nutibus, vel ſcriptura, vel ſignis con-
ſenſum, & voluntatem declarare, ibique quæ-
240 rit, an mutus, & ſurdus poſſit adhiberi pro
fideiuſſore, vbi latè videri poteſt, ſitienti enim
ſat eſt fontem monſtrare. Et nos perſiſtendo
in terminis noſtris, quod ex ipſis nutibus, nõ
241 minus, quàm ex verbis deprehendatur vo-
luntas, idque clarè videmus in matrimonio,
242 in quo conſenſus eſt illius cauſa efficiens, et
ſubſtantialis, cap. ex locum. cap. cum apud cap.
cum tua. de ſpõſal. et matrimon. can. ſufficiat 27.
quæſt. 2. l. nuptias. ff. de reg. iur. cum alijs copioſè
relatis à Rota coram bo. me. Card. Panzirolo in
cauſa Colonien. Matrimonij 22. Ianuarij 1640.
§. Verum quia. verſ. qui conſenſus in matrimonio
eſt illius cauſa efficiens, & ſubſtantialis &c. Et
hoc procedit ſiue matrimonium conſidere-
243 tur vti contractus, ſiue vti ſacramentum, vt
ex communi ſententia tenet Sanctus Thomas
in 4. ſentent. diſtinct. 25. quæſt. 2. artic. 1. Palud.
pariter in 4. ſentent. diſtinct. 1. quæſt. 4 Card. Bel-
larm. de Sacrament. matrimon. lib. 1. cõtrouerſ. 2.
cap. 6. & dixit Rota coram R. P. D. Rojas in cau-
ſa Neapolitana Matrimonij 1. Iulij 1650. §. 12
verſ. in conſenſu conſiſtit validitas matrimonij,
ſiue illud conſideretur vti cõtractus, ſiue vti Sa-
cramentum &c.
Tamen matrimoninm contrahentes mu-
244 tuum conſenſum, tàm verbis, quàm nutu,
& ſignis poſſunt exprimere, quod procedit ſi-
ue ſimus in muto, ſiue in eo, qui loqui poteſt.
Nam eſt veriſſima ſententia in omnibus, etiã
245 ex nutu, et ſignis euidentibus poteſt decla-
rari mutuus conſenſus in matrimonio ad il-
lius validitatem. cap. cũ apud. vbi notat Abb.
& cæteri Scribentes. de ſponſal. cum infinitis re-
latis per Sanchez. de matrimon. lib. 2. diſput. 31.
numer. 5. vbi omnino exiſtimat, exploſis alijs
ſententijs, opinionem prædictam eſſe tenen-
246 dam, vt quibuſcumque perſonis, ſigna con-
ſenſum exprimentia, ſat ſint ad valorem ma-
trimonii, adde & alios DD. relatos per Augu-
ſtin. Barboſ. ad collectan. Iuris Canonic. lib. 4.
titul. 1. cap. 25. num. 2. verſ. verba non ſunt neceſ-
ſaria in matrimonio contrahendo, ſed ſatis ſunt in
quibuſcumque, ſigna conſenſum exprimentia &c.

ec nuper alios adducit plena manu. Ioann. Angel. Boss. in tractat. de matrim. cap. 3. §. 16. numer 44. ibique testatur de verissima sentẽtia,
247 vt generaliter non tàm verbis, quàm signis, nutu &c matrimonium conficiatur, & ita sæpe sæpius sensit Rota, & præsertim coram bo. me. Ortembergo decis. 74. sub num 2. vers. sufficit in matrimonio quoquomodo consensus exprimatur &c. part 4. recent. cum alijs allegatis in dicta Colonien. Matrimonij §. Quod antem. vers. ad contrahendum matrimonium de iure non est determinata certa forma, ideoque satis est quod consensus quoquomodo exprimatur &c. ac nuper fuit dictum in d. Neapolitana Matrimonij 1. Iulij 1650. coram R. P. D. Rojas. § 1. versicul. accedente præsertim mutuo coniugum consensu verbis. vel signis expresso &c.

Quodque procedit tàm ex forma tradita, per Sacrum Concilium Tridentinum, quàm
248 etiam ex dispositione Sacrorum Canonum, prout pluribus relatis ratiocinata est Rota coram bo. me. Card. Verospio in causa Granaten. Matrimonij 28. Aprilis 1636. à me relata in recent. decis. 124. num. 13. vers. tàm ex forma &c. part. 7. Nec aliquis audeat in nihilo dubita-
249 re de validitate prædictæ conclusionis, quã uis text. cap. tuæ fraternitati. 25. de sponsal. & matrimon. disponat verba necessaria esse in
250 matrimonio, quoad Ecclesiam, quæ de occultis non iudicat, quia relictis multis interpretationibus, quæ prædictę decretali dari solent, illa satis arridet, estque vera responsio,
251 nempe dum Papa in d. cap. tuæ. vult verba necessaria esse quoad Ecclesiam, quę de occultis non iudicat, non excludit alia signa exte-
252 riora, neque negat eis consensum exprimi, & ostendi tacitè, vel expresse posse, & sic quatenus Papa, verba esse necessaria dicat quoad
253 Ecclesiam, idest quoad clariorem probationem, vel vtilia ad maiorem probationem.

Vnde potest intelligi de verbis nõ propriè, sed latè, ita ut amplectatur omnia signa, qui-
254 bus perinde, ac verbis exterius exprimitur consensus interior ad matrimonium requisitus, secundum Valer. Reginald. in prax. for. pœniten. lib. 31. num. 17 & seq. et etiam multipliciter respondet Francisc. Molin. in tractat. de rit. nupt. lib. 3. comp 3 nu. 67. et num seqq. Sanch. de matrimon. d. lib. 2. disput. 31. num. 6. vers. ideo quibus respondetur &c. & de vera sententia protestatur Boss. pariter de matrimonio d. cap. 3. sub num. 45. vers. igitur vera responsio &c.

Vbi etiam refert multos casus, in quibus
255 validum de Iure declaratur matrimonium per signa tacitè, vel expressè exprimentia cõsensum, contractum, intellige tamen iuxta ius
256 vetus Canonicum, idest ante Concilium Tridentinum, quibus verò in casibus hodie post dictum Concilium signa externa possint
257 efficere validum matrimonium, vide apud eundem Boss. d. cap. 3. numer. 154. et 155. Illud solùm addam prædictum text. in cap. tuæ fraternitati, loqui prius in genere, nam Papa
258 prius generaliter fuit consultum, vtrũ verba sint necessaria in matrimonio, et respondit negatiuè, quod probat per exemplum muti, ibi, nam et mutus sine verbis potest contrahere &c. quatenus verò postea textus dicat,
259 quod verba sunt necessaria, voluit innuere, quod communiter accidit, quod in valẽtibus loqui, verbis melius exprimitur voluntas, estque certum, quod regulariter verba in ma-
260 trimonijs interuenire consueuere, immo etiam scriptura communiter in matrimonijs, seu sponsalibus confici solita est, etiam ab an-
261 tiquissimo tempore, prout etiam in sacra pagina adnotatum inuenimus, Tobia cap. 7. in fin. vers. et accepta carta fecerunt conscriptionẽ.

Sed ne vbi digressi redire obliuiscar, aliud tantum deducam exemplum ad probandum
262 voluntatem, & intentionem hominum nutu, signisque probari, non minus ac ipsa loquela, et sic idem operari, Nam, & certò scimus, quod ore proprio, et verbis proprijs fit faciẽ-
263 da confessio peccatorum, cum modus iste sit maximè conueniens ad mentis sensum explicandum, et Pœnitentiæ sacramento, omni-
264 no adæquatus ad peccata, eorumque circũstantias plenius explicandas, iuxta text in can quem pœnitet distinct. 1. & docet S. Thomas in addit. ad 3. part. quæst. 9. art. 3 et quolib. 1. articul. 10. Sot in 4. distinct. 18. quæst. 2. art. 2. vers. primum ergo. Couar. lib. 2. var. cap. 13. numer 6. vers. hic obiter. refert multos, quos sequitur Henriq. lib. 5. cap. 2 § 6 initicta litera H. Suar. tom. 4. disputat. 21. sect. 3. num. 4.

Non tamen intelligas propriam vocem
265 requiri ad sacramenti essentiam, et validitatem ipsius confessionis, ita vt nutu, et signis, aut per interpretem, vel scripturam præsenti
266 Sacerdoti facta confessio, sit nulla, & reiteranda, quinimo vera, & valida erit, vt post Palud. et alios tradit Nauarr. in manual. confessar. cap. 21. num. 36 & in can quem pœnitet. num. 4. distinct. 1. Adrian. Pap. in tractat. de Sacrament. confession. quæst. 1. vers. sed oritur ex hoc dubium &c.

Quod enim pro certo habendum sit, con-
267 fessionem fieri voce humana non esse de Sacramenti confessionis necessitate tradit S. Thom. in 4 distinct. 17. quæst 3. artic. 4. quæstiunc. 3. ad 2. et quodlibet 1. art 10. quem communiter DD. sequuntur teste Vasq. quæst 91. num. 5. art. 4. dub. 4. Ægid. de Coninch. disp. 6. dub. 2. in princip. Paul Layman. lib 5. summ. tractat. 6. cap. 7 num. 3. Ferdinand. de Castr Palao in suis moral. part. 4. tractat. 23. disp. vnic. punct. 8. num 6. vbi ait prædictam sententiam sumi ex
268 praxi, & vsu Ecclesiæ, absoluentis mutos, qui nutibus peccata Sacerdoti confitentur, Item morituros qui aliter, quam nutu, pec-
269 cata declarare non possunt. & num. 7. explicat Concil. Florentin. in decreto Eugenij affirmans, materiam Sacramenti confessionis,

esse

esse oris confessionem, Intellige tamen su-
270 pradicta dummodo sint talia signa per quæ
plenè peccata innotescãt Sacerdoti, et sic sub
nomine verborum veniunt alia signa verbis
æquipollentia, & ad hoc passim DD. expen-
dunt illud simile de matrimonio (sicuti iam
supra *à num.* 242. probaui.)
In quo, licet in valentibus loqui verba sint
271 necessaria ad ostendendum mutuum con-
sensum, vt habetur *in cap. tua. de sponsal.* ni-
hilominus non sunt de substantia, & validita-
te illius, quia valet matrimonium etiamsi nu-
272 tu, vel signis consensus colligatur, non solũ
in muto, sed etiam in his, qui loqui possunt,
sicut deduxi in supra *citat. loc.* et in terminis
273 confessionis peccatorum factæ nutu, vel si-
gnis, vt sit valida ex nostris videatur *Magda-
len in tractat. de numer. test. part. 1. cap. 5. nu. 91.
vers. verba non sunt absolutè necessaria ad sub-
stantiam, & validitatem ipsius confessionis &c.*
274 vbi etiam ait, super hoc consuluisse duos
præstantissimos Theologos, qui in effectu idẽ
senserunt, alios vide apud *August. Barbos. in
collectan. ad Decretum in d. can. quem pœnitet.
à num. 2. vers. non tamen intelligas propriam
vocem requiri ad Sacramenti essentiam &c. di-
stinct. 1.* vbi etiam *num. 5. post Ioan. Valer. de
different. inter vtrumque forum in verb. Pœni-
tentia · different. 9. in fine*, per extensum ponit
decretũ Sedis Apostolicæ habito *die* 20. *Men-
sis Iunij* 1602. in generali Congregatione
Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis
coram fe. re. Clemente VIII. habita, vbi vti
275 falsa, temeraria, scandalosa fuit damnata
opinio illa, quod liceat per literas, seu inter-
nuncium Confessario absenti peccata sacra-
mentaliter confiteri, & ab eodem absente ab-
solutionem petere, & reliqua vt ibi habes.
Atque hæc sufficiant ad demonstrandum
eodem modo voluntatem, & intentionẽ ho-
276 minum significari nutu, vel signis, sicuti
ipsa loquela. Et sic loquendo in casu nostro in
nihilo est dubitandum de validitate testamẽ-
277 ti pij nutu, vel signis conditi, cum illud sola
voluntate perficiatur, libera ab omnibus so-
lemnitatibus iuris positiui, *vt latè supra cap. 1.
per tot.* quare sat erit dum illius institutio etiã
nutu, vel signis aptis ad declarandum testan-
tis voluntatem deprehendatur.
Cœterum nunc properando ad nostram
principalem quæstionem, testamentum, nem-
278 pe, cõditum nutu, signisque nullatenus sub-
sistentiam habere ex adductis *supra à num* 1.
verùm licet apud DD. hoc non controuerta-
tur, quando sumus in institutione generali
hæredis, tamen id negatur, quando sumus in
279 legatis, & fideicommissis, quia illa benè pos-
sunt relinqui nutu, & signis *l. nutu. 21 ff. de le-
gat. 3. l. & in epistola. C. de fideicommiss. l. cum
proponebatur. ff. de legat. 2. l. Labeo. § fin. ff. de sup-
pellect. legat.* Nutu autem dicitur relictum le-
280 gatum, vel fideicommissum, quãdo testator
interrogatur ab aliquo, an sibi, vel alteri, re-
linquat mille, vel talẽ rem directè, vel per fi-
deicommissum, & tunc si non verbis, sed ali-
quibus signis manifestauerit voluntatem suã,
281 capite, vel humeris annuendo, vel alio quo-
uis motu corporis apto ad id significandum,
valet & tenet, & dicitur nutu relictũ, argum.
*text. in l. seruo inuito. § si pupillo ff. ad Trebell.
& differt* Gomez. *variar. resolut. tom. 2. cap. 12.
num. 2. vers. nutu intelligitur legatum relictum,
quando testator interrogatur &c. Francisc. de
Barr. de testam. lib. 9. tit. l. 1. numer. 9. vers. nutu
relinquitur legatum &c. cum alijs allegatis per
D. Regent. Hector.* Capyc. Latro *consultat. 71.
num. 19. vers. de iure legata, et fideicommissa nu-
tu relinqui possunt &c.*
Ratio enim est, quia in iure non repetitur
cautum, sicuti in institutione hæredis, vt le-
282 gatarij, vel fideicõmissarij nomen ore pro-
prio, vel literis per testatorem sit exprimen-
dum. Vnde intrat regula illa generalis, de
qua *supra dixi num.* 239. quod omnes contra-
ctus, & actus, etiam attento iure positiuo, nisi
aliud ab eodem iure sit cautum, nutu, & si-
gnis aptis ad significandam voluntatem ritè,
& rectè perficiuntur. Scimus pariter ad con-
secutionem legati sufficere leuiores proba-
tiones, quia legata non requirunt tantam so-
283 lemnitatem, quantam requirit hæredis in-
stitutio, ex allegatis *per Card. Mantic. de con-
iectur. vltim. volunt. lib. 8. cap. 1. à num 1. & seq.
& per Ruin. in consil.* 193 *num. 9. & 10. lib. 2.
cum multis adductis per Rotam coram R. P. D.*
Cerro *in causa Perusina Testamenti* 15. *Decem-
bris* 1642. *§. Et hanc sententiam. vers. cessat dif-
ficultas cum agatur pro consequutione legati, ad
quem effectum leniores sufficiũt probationes &c.*
ibiq; etiam *in § penult.* dicitur, quo ad legata
& fideicommissa non esse necessariam publi-
284 cationem testamenti, quando constat de
eius veritate, & probat *Riminald. Sen. in con-
sil.* 319 *num.* 30 *lib.* 2.
In prædicta enim decisione dicebatur te-
stamentum laborari vitio nullitatis, ex defe-
ctu scilicet aperitionis, & publicationis illius,
285 quæ solemnitas sanè requiritur in testamẽ-
to clauso, et sigillato, ad quam nullitatem fuit
responsum, eam non officere, ex eo, quod te-
stamentum tempore mortis testatoris fuit
subtractum, & deinde sola eius scriptura, me-
286 diantibus publicationibus, et fulminationi-
bus excommunicationum contra occultãtes,
& occupantes tale testamentum latarum, fuit
tradita cuidam Confessario sub sigillo Con-
fessionis ad effectum illam exhibendi, pro vt
in actis per eum fuit exhibita, et quia talis
testamenti scriptura fuit consignata prædicto
Confessario sine folio exteriore, complicante,
et continente rogitum Notarij, sigilla, et no-
mina testium, Ideoque fuit dictum, prædictã
287 nullitatem non officere, quia omissio publi-
cationis testamenti, quæ propter casum for-

tuitum, siuè ex alieno delicto adhiberi non
potuit, non debet nocere tertio, sed solum ei,
288 qui fuit in culpa nè publicaretur, contra
quem proinde testamentum etiam non pu-
blicatum, probat *Rota decis. 5. num 3. part. 1.*
diuers. vbi asseritur, quod licet testameneum
non probet, quando non est publicatum, ta-
289 men id intelligendam venit contra illum,
qui est in culpa, aliàs secus.

Verum in prædicta decisione Perusina Te-
stamenti eò facilius supradicta fuerunt ad-
missa, quia non agebat hæres ad consequen-
290 dam hæreditatem, sed Legatarius ad conse-
quendam suum legatum, pro cuius conse-
quutione, vt diximus, leuiores probationes
sufficiunt, nec est necessaria testamenti pu-
blicatio, et sic tot solemnitates non requirũ-
291 tur sicuti in hæredis institutione, cum et vl-
terius compertum sit, quod legatum etiam
per epistolam potest relinqui. *l. epistolam. ff. ad*
Senat. consult. Trebell. l. et in epistola. 22. C. de fi-
deicommiss. et l. 1. §. 1. C. de latin. libert. tollend.
Card. Mantic. de coniectur. vl. vol. lib. 1. tit. 11.
nu. 5. vers. per epistolam potest legari &c. et post
Petr. Ricciard in rub. de legat. in Institut. nu-
mer. 16. decidit Genua de scriptur. priuat. lib. 3.
quæst. 23. à num. 1.

Vbi etiam ait, cum legata, et fideicommis-
292 sa in omnibus, et per omnia exequata re-
periantur iuxta text. clarum *in l. 1. ff. de legat. 1.*
cõsequens illud est, vt quemadmodum fidei-
commissum per epistolam celebrari potest, vt
293 communi omnium Scribentium voto re-
ceptũ est, et notat *in l. hæreditas*, et ibi *Bald.*
num. 1. C. de his quib. vt indign. et in l. 1. C. de
codicill. sic etiam legatum pariter per episto-
lam relinqui potest. Intellige tamen supra-
dicta esse vera, quando verba ad hoc prolata
294 in epistola important dispositionem legati
de præsenti, et obligationem præstandi de
futuro, aliàs secus est dicendum, prout de le-
gato relicto in marmore respondit *Rota in*
Romana præten. se Legati 28. Ianuarij 1647. co-
ram Reuerendiss. D. Terracinen. § Dum dicta.
vers. quia relata verba lapidis sepulchri non im-
portan. dispositiuum legatum &c.

Vbi euenerat, cum quidam in lapide suæ
sepulturæ inscribi fecisset, *legatis aureis mil-*
le &c. ipsi Ecclesiæ, in qua elegit sepulchrum,
vnde quæsitum fuit de validitate talis legati,
295 et fuit responsum eum prædicta scuta mille
auri non legebantur relicta prædictę Ecclesię
nec in testamento, nec in codicillis, nec in ali-
qua dispositione, siue inter viuos, siue causa
mortis, sed tantum in lapide apposito super
296 sepulchro prætẽsi legantis, et deinde in te-
stamẽto ipsemet legauit eidem Ecclesiæ scu-
ta mille monetæ, quæ ab hærede fuerunt per-
soluta, quibus stantibus prædicta Ecclesia, alia
scuta mille auri enunciata in dicto lapide non
297 poterat prætendere, quia suprarelata verba,
legatis aureis mille, non important, vt dicebã,
dispositiuum legatum de præsenti, nec obli-
298 gationem præstandi de futuro, cum ablati-
uus ille, non sit emissus in actu ordinato ad
disponendum, sed in lapide.

Fiunt enim inscriptiones in lapidibus ad
299 conseruandam memoriam hominum iuxta
text. in l. monumentorũ 24. ff. de religios. et sumpt.
fun. Rota *coram bo. me. Card. Panzirolo in cau-*
sa Maceraten. Fideicommissi 7. Februarij 1635.
est decis. 574. num. 31. vers. memoria testatoris
satis dicitur cõseruari &c. part. 5. recent. tom. 2.
In terminis nostris videatur *Anchar. in con-*
sil. 113. numer 3. et 4. vbi dicit sepulturas fieri
300 memoriæ hominis conseruandæ causa, hinc
est quod in similibus lapidibus solent solùmo-
do celebrari gesta ibi sepultorum pro cõser-
uanda illorũ memoria iuxta tradita per DD.
301 *in d. l. monumentorum*, et magis in similibus
terminis casus, de quo supra tradit *Abb. in*
consil. 4. num. 8. lib. 2. in casu, in quo testator
legauerat vni sorori florenos 300 vt dispen-
302 saret pro anima sua, si testator deinde, in li-
bro suo memoriali fecit mentionem de tali
legato, quod relinquit in testamento, ex di-
cto libro, quia est confectus ad memoriã, non
resultat particularis dispositio, seu voluntas
303 relinquendi summam ibi adnotatam, cum
censeatur potius fecisse talem mentionem in-
cidenter, quàm animo de nouo disponendi.
Nec relenat in casu inscriptionis factæ in
lapide, quod ea probet, ac si in membranis
304 fuisset scripta dispositio in ea cælata *l. tabu-*
las. vbi *Bart. nu. 2. et seq. ff. de bonor. possess. con-*
tra tabul. glos. in cap. 1. in verb. scripturam pu-
blicam. de fid. instr. cum alijs allegatis per Lau-
rent. Calcan *consil. 90. num. 7.* vbi probat, ita
credendum esse literis in marmore sculptis,
305 sicut scripturis publicis, *per text. & ibi* Bart.
in d. l. monumẽtorum. C. de relig. et sumpt. funer.
et per plura ibi per eum cumulata, et discutit
Hieronym. à Mont. *in tractat. de Fin. regund.*
cap. 65. num. 4. vers. ita creditur literis in lapi-
dibus scriptis, sicut scripturis publicis &c. latè
Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 59 per*
tot. et in consil. 22. num. 30.

Vbi etiam ponit qualitates, quas habere
306 debent lapides, qui ponuntur pro confini-
bus ad hoc, vt probent, *et præter ibi allega-*
tos, addo Francisc. Cald. *in tractat. de empt. &*
vendit. cap. 21. num. 21. vers. communior, et recep-
tior opinio est, scripturæ incisæ in lapidea colum-
na, plenam fidem esse adhibendam &c. et subdit
quod licet scripturis priuatis non credatur,
tamen huiusmodi literis fidem adhibetur,
307 quoniam iam non scripturæ priuatæ, sed
quodammodum publicæ censentur, quãdo in
loco publico sunt expositæ, quibus consuetu-
do fidem tribuit, et ideo proinde ac publicæ
habendæ sunt, *vt sensit glos. in d. cap. 1. in verb.*
scripturam publicam. et arg. l. quadam. § num-
mularios. ff. de edend. et vide reliqua ibi apud
Cald. et idem sensit *Valasc. de iure emphyt.*
cap. 9.

cap.9.num.28. versic.imo literis in marmore Ecclesia &c. latè Mascard. de probat. 329. numer.10. & adde alios allegatos per Barbos. in cap.cum causam num.6. vers.lapides, sin columna quibus litera inscripta &c. de probat. Intel-
308 lige tamen supradicta quando sumus in antiquis, vt explicat glos.in d.cap.cum causam. 13.in verb. per libros. in fin.de probat. Bart. & Bald. in d. l. monumentorum. C. de religios. et sumpt.funer.cum alijs plenè relatis per Menoch. de præsumpt d præsumpt.59.num.1.vers.quando antiqua est scriptura posita in lapide,et posita in loco publico,tunc plenam probationem facit &c. et adde alios adductos per Gratian. discept. forens.cap.893.nu.31. vers.ex inscriptione marmorea, quæ in antiquis plenè probat &c.et cap. 918.numer.8. vers.quæ inscriptiones in antiquis plenè probant &c. et sæpius censuit Rota,vt cõstat in causa Fauen. seu Senogallien. Bonorum 26.Iunij 1648.coram R.P.D. Melzio. §.Præterea,versic.monumenta antiqua, et inscriptiones factæ in lapidibus sufficiunt &c.

Aduerte tamen, quod inscriptioni sepulchrali in concursu publici instrumenti, et in
309 præiudicium tertij,modicum est deferendũ, quia publico, et authentico instrumento potius standum est, quàm talibus inscriptionibus, cum in eis cœlatores per errorem, et
310 lapsum aliquando errant, vt considerauit Rota decis. 548.num.8.versic.magis standum esse authentico Tabellionis documento,quàm dictæ inscriptioni, cum cœlator per errorem, aut per lapsum &c. part.5.recent.tom.2.cum ibi allegatis. Sed redeundo vnde digressi supra numer 304. tunc eò magis videntur probare inscriptiones marmoreæ,et maxime dum aliquid fuit dispositum ad pias causas, et pro
311 suffragio animæ propriæ, prout fuerat relictum in casu suprarelatæ decisionis in causa Romana prætensi legati coram Reuerendissimo Terracinen.quia vt ibi respondetur in §.Non obstat quod &c.non negãdo vllo modo, quod instrumentum publicum possit scribi in tabulis, et lapidibus,et fidem facere quemadmo-
312 dum si scriberetur in chartis, sed non probatur,quod dispositio probetur ex inscriptione in lapide. Reliqua videantur in prædicta decisione,vbi in fine concluditur, cum ex de-
313 fectu voluntatis testatoris lapis ille appositus super sepulchro, non induxerit dispositionem, fuit resolutum vnicum legatum, et sic
314 vltimum etiamsi minoris quantitatis esse præstandum per text. in l libertis, quos testamento 18 ff.de aliment.et cibar.legat.

Addo esse generalem regulam, ad hoc, vt
315 legata peti possint, nullatenus esse sufficientem simplicem dispositionem,seu præparatio-
316 nem, sed esse necessarium Testatorem ita actualiter, et deliberatè voluisse,et disposuisse, vt post Oldrad.in consil.119. dixit Rota corã Card.Seraph decis.623. num.8. cum alijs allegatis coram R.P.D.Carillo, in Tudertina Educationis 1. Martij 1638.§.Cessatque omnis difficultas. versic.patet testatorem semel disposuisse
317 in mente sua decernere ita, sed nõ perfecit &c. et in terminis legati pij fuit animaduersum in Senogallien.Bonorum 30.Maij 1644.coram R.P.D.Cerro.§.Nec obstat prætensio &c.vers.hæc attamen verba nullatenus important legatum, quia non continent dispositionem perfectam &c. et est satis vulgatum dictum illud,
318 quod potentia non deducta ad actum non releuat. Quantum verò ad fauorem disposi-
318 tionis piæ, respondetur nullatenus esse attendendam,quando non constat testatorem ita voluisse deliberatè disponere. vide quæ dixi supra in cap.5.à num.53.

ARGVMENTVM.

Formulæ antiquæ relinquendi legata, cum tamquam superstitiosæ, et inanes hodie de medio sublatæ reperiantur, ideo quibuscumque verbis ad hoc aptis relinquãtur,siue sint præceptiua,siue præcaria valẽt,et omnino veniũt seruanda, Testatorum preces sunt tamquam preces Principum.

Legata per quæ verba relinqui possint, et fieri valent etiam non nominatim, et quomodo, et quando sic relinquuntur,tunc petitio non intrat, sed bene retentio, cum retentionis materia sit multùm fauorabilis, et valde priuilegiata,nam et ea faciliùs conceditur,quàm petitio, ac exclusus à petendo, non est exclusus à retinendo.

Retentionis exceptio est sic potens, vt etiam in executione sententiæ potest proponi ad eã impediendam. Confringit etiam vires alias potentissimas obligationis Cameralis,cum id non sit, nec permissum exceptioni compensationis, quantumuis etiam ipsa sit valde priuilegiata, Imo, et qui est prohibitus compensare, non censetur prohibitus retinere. Nutu, et signis, quod possint relinqui legata, et fideicommissa, id intelligendum venit cum suis terminis habilibus.

SVMMARIVM.

320 *Legata sicuti possunt relinqui per epistolam, ita etiam per nuncium.*
321 *Legatum censetur relictum, si quis dicat alicui. Vade ad Titium, et dic illi, quod ego relinquo et talem domum.*
322 *Legatum potest relinqui per nuncium, dum verba sint talia, quæ denotent deliberatam voluntatem.*
323 *Legatum, quando relinquitur per nuncium, in tali constitutione sunt necessarij quinque testes. declara vt nu. 325.*
324 *in Dispositione qualibet vltimæ voluntatis adhibendus est numerus ad minus quinque testium.*

326 *Legata, sicuti relinqui possunt per nuncium, ita etiam fideicommissa.*

327 *Legata ad effectum, vt dicantur relicta, sufficit voluntas etiam coniecturata.*

328 *Nedum ex scripto, vel voce, sed etiam signis, et nutu expiscata.*

329 *ad Legatum, et fideicommissum inducendum sufficiunt quaecumque verba legitimum consensum denotantia.*

330 *Legata, & fideicommissa quibuscumque verbis possunt relinqui, siue sint praeceptiua, siue precaria et num. 334. et 336.*

331 *Fideicommissa per quae verba soleant relinqui.*

334 *Testatorum preces, sunt tamquam preces Principum.*

Negare quicquã maiestati oranti, difficile est.

Princeps nudatoense supplicat, eiusque preces necessitatem inducunt.

335 *Legata relinquendi formula antiqua superstitiosa, est sublata.*

337 *Legatum censetur relictum, si testator dicat, deputa talem rem Titio.*

338 *Legatum dicitur relictum, si testator asserat haeres meus centum Titio dare damnas esto.*

339 *Legatum an dicatur relictum, si testator dixerit, si Titius consul factus erit haeres meus, centum ei non dato declara vt nu. 340.*

341 *L. legata inutiliter. ff. de adimend legat. quando procedat.*

342 *Legatum non confirmatur per ademptionem.*

343 *Legatum adimi non potest, dum expresse non fuit datum.*

344 *L. ex facto ff. de hared. instituend. loquitur in haeredis institutione.*

345 *Institutio haeredis per coniecturas non inducitur, sed per verba expressa.*

346 *Legata, & fideicommissa relinqui possunt per coniecturas.*

347 *Argumentum à contrario sensu sumitur per coniecturas.*

348 *Testator, si dixerit filio sui debitoris, plus tibi reliquissem, si pater tuus, mihi soluisset quod mihi debebat, an inducatur liberatio legatarij. & quando, & num. 349. et 350.*

351 *Verba conditionalia non disponunt.*

352 *Legatum, quando non est nominatim relictũ, tunc non quidem petitio, sed tantum retentio permittitur.*

353 *Et hoc quidem per exceptionem doli.*

354 *Retentio facilius conceditur, quàm petitio.*

355 *Retentionis materia est satis priuilegiata.*

Excommunicatus repellitur à limine iudicij, cum non possit stare in iudicio.

356 *Excommunicatus stare non potest in iudicio, siue in causa ciuili, siue in criminali.*

Excommunicatus non potest agere pro iniuria sibi illata, vel suis.

357 *Excommunicatus potest excipere, et retinere.*

358 *Compensatione prohibita, non censetur prohibita retentio.*

Excommunicatus, licet non possit compensare, cum id esset agere, tamen potest retinere.

359 *Retinentur multa honestè, quae inhonestè petuntur.*

360 *Retentionis exceptio est tantae potentiae, vt etiam in executione sententiae opponi possit. & quare num. 361.*

362 *Facta multa tenent, quae tamen fieri prohibentur.*

363 *Obligatio Cameralis regulariter non impeditur per exceptionem compensationis.*

364 *Obligatio Cameralis non infringit vires exceptionis retentionis.*

365 *Legatarius debet capere legatum de manu haeredis, et quando secus. et num. 366 et 367.*

368 *de Legatis, et fideicommissis, quando agitur, nõ ita anxie iura insistunt, super modo ea relinquendi.*

de Haeredis institutione, quando agitur, ista est materia valde subiecta falsitatibus.

369 *Legata, et fideicommissa, quod nutu possint relinqui, id est intelligendum, cum suis terminis habilibus.*

370 *Nutu tunc possunt relinqui legata, et fideicommissa, quando testator, qui est in extremis, loquelam, et non intellectum amisit.*

371 *Testator in extremis laborans si intellectum amiserit, nec legata, nec fideicommissa potest relinquere.*

372 *Testari, qui non potest, nec legare, nec fideicommittere poterit.*

373 *Fideicommissa nutu an possint relinqui ab eo, qui loqui potest, sed casu, et non natura impeditus reperitur.*

374 *Mutus testandi ius non habet, quia ille, qui omnino non loquitur, et literas ignorat, intestabilis est.*

375 *Legata, et fideicommissa nutu ab eo, relinqui non potest, qui loqui non valet.*

Testamentum loqui valens, et non mutus condere potest.

CAPVT XLVII.

LEgata, et fideicommissa, quod possint
nutu relinqui in cõfesso est apud omnes
DD. satisq; diximus in praecedenti capite, et
nunc procedendo ad vlteriora, animaduertẽ-
dum quoque venit, quod sicuti legata possũt
320 relinqui per epistolam, vt diximus *supra*
nũ. 293. ità etiam poterint relinqui per nun-
cium, veluti si quis dicat. *Vade ad Titium, cui*
dicas nomine meo, quod ego ei relinquo talem
321 *domum*, quae cum sint verba denotantia de-
liberatam voluntatem, non est de ea dubitã-
322 dum, quod enim legata, possint relinqui
per nuncium, post *Card. Mantic. de coniectur.*
vltim. volunt. lib. 1. titul. 11. num. 5. senserunt
Petr. Ricciard. in rub. Institut. titul. de Legat.
num. 16. et Genua de scriptur priuat lib. 3. q. 23.
num. 3. vers. sicuti valet legatum per epistolam
relictum, ita & per nuncium &c. subdit etiam
num. 4. post eumdem *Mantic.* quod in consti-
tutione

Digitized by Google

cutione talis nuncij, requiritur legitimus nu-
323 merus testium, idest quinque, sicuti quoque
in epistola cum generaliter in qualibet dispo-
sitione vltimæ voluntatis adhibendus est nu-
324 merus ad minus quinque testium, vt inquit
*glos. in l. & in epistola. in verb. testibus. C. de fi-
deicommiss.* vbi ad hoc allegat *text. in l. fin. C.
de codicill.* Intellige tamen in casu nostro,
quod quinque illi testes, sufficiunt quando
325 epistola celebratur, aut nuncius mittitur,
non autem quando illa præsentatur, vel nun-
cius refert, pro vt probat *Bald. in rubric. extra
de procurat. numer. 4.* & post eum asserit *Card.
Mantic. dict. titul. 11. num. 5. vers. cum celebra-
tur, non autem quando assignatur &c. & Ge-
nua d. quæst. 23. num. 4. vers. in constitutione hu-
ius nuncij requiritur legitimus numerus testium,
non autem &c.* Quod enim diximus supra de
legatis, vt per nuncium relinqui possint, idē
etiam intelligendum venit de fideicommis-
326 sis, et sic etiam illa validè possunt relinqui
per nuncium, cum, vt diximus, supra legata fi-
deicommissis per omnia hodie exequata sint.

Nec mirum alicui id videri debet, quod ta-
li modo possint etiam relinqui legata, & fidei-
327 commissa, quandòquidem ad inducendum,
vt illa dicantur relicta, sufficit quoque volun-
tas etiam coniecturata, nedùm ex scripto, &
loqnela, sed etiam, vt sunt termini de quibus
328 agimus, signis, & nutu demonstrata *l. nutu
21. ff. de legat. 3. cū alijs supra allegatis à n. 279.*
Omne enim verbum, significans legitimum
testatoris sensum legare, aut fideicommittere
329 volentis, sufficiens est ad inducendum ipsum
legatum, vel fideicommissum, siue sit præce-
ptiuum, veluti iubeo, præcipio, siue præcariū,
330 quale est, rogo, volo, fideicommitto textus
est elegans in *l. omne verbum C. de commun. de
legat. & in l. in legatis.* ibi *nihil interest quis ta-
lem voluntatem casus verborum exceperit, aut
quis loquendi vsus effunderit, &c. C. legat. §.
final. l. nihilum. de singul. reb. per fideicommiss. re-
331 lict.* vbi verba hæc *peto, rogo, volo, mando, fi-
deicommitto*, in fideicommissis maximè in vsu
habetū, itaque licet verba non sint præcepti-
ua, modò sint precaria, sufficiunt ad fideicom-
332 missum inducendum, Nam preces testatoris
sunt tamquam præces Principum, cum nuda-
to ente supplicēt, necessitatemque inducant,
videatur *glos. in l. 1. in verb. quemadmodum,
333 vers. noto prouerbiū ff. quod iuss.* vbi adhoc al-
legant quædam carmina, quæ & adduxi *in
proœm. part. 3. recens. nec non retulit Rota in cau-
sa Romana Legitima 22. Iunij 1640. coram
Reuerendiss. P. D.* Dunozetto *Decano. §. Idque
facilius vers. rogare Domini præceptum est &c.*
Plura circa hanc materiam, quod verbis pre-
334 carijs, seu desiderium denotantibus indu-
cantur fideicommissa benè ad longum tractat
*Peregr. de fideicommiss. art. 1. à num. 46. cū alijs
allegatis per Rotam coram R. P. D.* Bicho *in cau-
sa Romana Fideicommissi de spiritibus 22. Maij*
*1643. §. Qua comprehensio vers. cum enim verbū
vult, sit dispositiuum, & fideicommissi inductiu-
uum &c.*

In terminis verò legatorum, vt hodie sub-
lata antiqua illa, & superstitiosa formula ea
335 relinquendi per vindicationem, damnatio-
nem, & sinendi modum, de quibus *Imp.* men-
tionem fecit *in § sed & olim. Institut. de legat.*
336 possint quibuscumque verbis ad hoc aptis
relinqui, patet *ex l. in legatis. C. de legat. l. 1. et 2.
C. commun. de legat. d. §. sed olim. in fin. Institut.
de legat. Hinc Bald. in d. l. 1. num. 17. C. commun.
de legat.* scriptum reliquit, testatorem censerī
337 legasse, cum dixit Deputo talem rem Caio,
Idem quando dixit, Assigno talem rem Sem-
pronio. Idem *Bald. in d. l. 1. nu. 7.* Item si dixit,
338 hæres meus, centū Titio dare damnas esto,
vt probat text. *in l. damnas esto. ff. de vsufruct.
legat.* reliqua videas penes *Menoch. de præsū-
ption. lib. 4. præsumpt. 105. à num. 2. & latè per
Francis.* Barri, *qui alios allegat in tractat. de
testam. lib. 9 titul. de legat. cap. 2. per tot.* Imo va-
lidum erit legatū, si testator nullo legato reli-
319 cto, simpliciter dixerit, *Si Titius consul fa-
ctus erit hæres meus centum ei non dato;* nam ex
his verbis per contrarium sensum, legatum
340 Titio relictum censetur sub contraria cō-
ditione, *si Titius Consul factus non fuerit*, vt
declarat *Card. Mantic. de coniectur. vltim. vo-
lunt. lib. 3. titul. 17. à num. 4.* qui ad longum id
disputat, concludit opinionem affirmatiuam
esse sequendam.

341 Nec obstat *text. in l. legata inutiliter. ff. de
adimend. legat.* quia loquitur, quādo legatum
quod datum est, adimitur, quo casu ademptio
342 non debet confirmare legatum, quod inuti-
liter datū est, quoniā ademptione fit, quo mi-
nus, non quo magis legatum debeatur, sed in
343 casu nostro legatum non adimitur, quia ex-
presse datum non est. Nec pariter refragatur
text. in l. ex facto. ff. de hæred. instituend., quia
344 loquitur in hæredis institutione, quæ per cō-
iecturas induci nō potest. *l. 1. ff. si tabul. testam.
ex tab. & l. si quis enim. §. si suo. ff. de vulgar. &
pupill. substit. cum alijs allegatis à Rota coram
Reuerendiss.* D. Dunozetto *Decano in causa
Romana Fideicommissi 26. Aprilis 1638. § Vn-
de contentio. vers. nec institutio hæredis ex conie-
cturis inducta censetur &c.* Institutio enim hę-
345 redis debet palam, & expressis verbis fie-
ri &c. & satis dixi *supra cap. 37. à num. 1.* quod
346 non sic est in casu nostro, quia legata, et fi-
deicommissa relinqui possunt per coniecturas
*l. cum proponebatur. ff. de legat. 2. l. vnum ex fa-
milia. §. vltim. ff. eodem titul. l. quamuis. ff. de fi-
deicomm. cum simil.* & argumentum à contra-
347 rio sensu sumitur per coniecturas. *l. apud an-
tiquos. C. de fur.* & ex eo voluntas testatoris
apertissimè desumitur. *l. si quis locuples in fin.
ff. de manumiss. testament.*

Tandem tam fauorabilia sunt legata, quod
348 si testator dixerit filio sui debitoris relin-
quere.

quendo ei aliquod legatum, *Plus tibi reliquis-*
sem, si pater tuus soluisset mihi, quod mihi debe-
bas. ex hoc enim inducitur liberatio ipsius le-
349 gatarij. si esset hæres patris, casus est singu-
laris *in l. pater. 17 §. anus. 1. ff. de dol. mal. &*
met. exception. Vbi quidam habens nepotes ex
filia, legauit cuilibet eorum centum, & adiecit
hæc verba, *Ignoscite, nam potueram vobis am-*
plius relinquere, nisi pater vester malè accepisset,
cui mutuò dedi quindecim, quæ ab eo recuperare
non potui, item quia mihi fere omnem meam
substantiam hostes abstulerunt.

His stantibus quæsitum fuit, verum hæres
testatoris possit petere tale mutuum ab illis
350 nepotibus hæredibus debitoris, et dicitur,
posse repelli exceptione doli, quasi testator vi-
deatur remisisse tale debitum, per illa verba
quæ dixit in testamento, quem text. tamquã
notabilem extollunt, et magnificant *Cagnol.*
in l. qui cum alio. 19 § non solet. 1. vers. vbi pul-
chrum ponitur casus &c. ff. de regul. iur. & Lu-
douic. Roman. *in singul. 535. incip. Legatum fa-*
ctum. num. 1. vbi inquit prædictum casum esse
351 singularem, cum verba conditionalia non
disponant. Intellige tamen id, pro vt admo-
net *Cuiac. in l. emptor. § ancilla. ff. de rei vindic.*
352 quod legatum, quando nominatim non est
relictum, pro vt sunt suprarelati casus. et tunc
petitio non est, non enim debetur, sed tãtum
retentio permittitur ex coniecturata volun-
353 tate defuncti per exceptionem doli. & post
Cuiac. ita quoque declarat *Francisc. Barry de*
testament. d. lib. 8. titul. 1. num. 15. vers. legatum
factum per testatorem &c.
354 Satisq. in Iure apertum est, quod facilius
conceditur retentio, quàm petitio. *l. per reten-*
tionem. C. de vsur. l. Paulus. ff. de dol. except. l. si
in area, in fin. ff. de condit. indebit. l. si in necessa-
rijs. §. pignori. ff. de pignor. act. Estque materia
valde priuilegiata, nam et videmus, quod li-
355 cet excommunicatus repellatur à petitio-
ne, cum in iudicio stare non possit *cap. intelle-*
ximus. 7. de iudic. latè *Peregr. de Iur. fisc. lib. 3.*
titul. 11. à n. 8. vbi abundè *adde* Vgolin. *de cen-*
sur. cap. 2. n. 15. Auil. *eodem tractat. part. 2. cap. 6*
disput. 7 in princip. abundè Mar. Alter. *eodem*
tractat. tom. 1 lib. 2. disput. 3. cap. 1. Soar. *tom. 1*
disput. 13 sect. 3. num. 2. Sayr. *lib. 2. cap. 7. num. 5.*
cum alijs relatis per Anton. Riciul. *de iur person.*
extr. Eccles. grem. exist. lib. 4. cap. 31. Quod pro-
cedit non solũ in causa ciuili, sed etiã in cri-
356 minali, & sic nõ potest agere pro iniuria sibi
vel suis illata. *Bald. in d. cap. intelleximus. nu 5.*
Anchar. *num 7.* Abb. *num. 2.* Butr. *n 6.* Clar. *in*
§. fin. quæst 14. versic quæro numquid &c.
Magon *decis 71. ante num. 2.* Riciull. *d. cap. 31.*
num. 9.
357 Et tamen his non obstantibus poterit re-
tinere, & excipere, *vt habetur in d. cap. intelle-*
ximus. de except. & in cap. cum inter. de except.
Capr. *consil. 20. num. 11. vers. licet petere non pos-*
sit, potest retinere &c. vide alios adductos, *per*
Barbos. in d. cap. intelleximus num. 19. vers tunc
enim potest stare in iudicio &c. Imo, & quod
359 plus est, prohibita compensatione non cen-
setur prohibita retentione, vt in terminis ex-
communicati, qui cum non possit compensa-
re, quia id esset, petere, quod ei permissum nõ
est, vt dixi, potest tamen retinere, *sicut respon-*
dit Rota penes Put. *decis. 289. num. 3. vers. excõ-*
municatus non compensare. lib. 2.

Vnde clarè videmus, quod magis est priui-
legiata retentio, quàm petitio, & facit illa re-
gula, quod multa honestè retinentur, quæ in-
359 honestè petuntur *l. 1. § proinde. ff. de var. &*
extraord. cognit. l. 1. §. fin. ff. de orig. iur. insuper
est adeo priuilegiata, & tantæ potentiæ, & vir-
360 tutis, vt etiam in executione sententiæ op-
poni potest. *vt post Bald. Cast. Corn.* & alios
probat *Aym. in consil. 148. num. 2. vers. ius reti-*
nendi competit etiam contra sententia execu-
tionem &c. cũ alijs vt per Molignat. *in tractat.*
de retent n. 424. Maur. *in simil tract. cap. vltim.*
num. 70. vers. etiam in executione sententia &c.
cum pluribus alijs relatis per Cyriac. *controuers*
180. *num. 27. vers. in casu licita retentionis ad-*
mittitur etiam in executione sententia &c. &
dixit Rota *coram bon. mem.* Gantnc. *decis. 115.*
num. 1. vers. quia retentio est multùm fauorabi-
lis, & magis quàm actio, et retentio, etiam datur
aduersus executionem sententia &c. part. 2. di-
uers. et rationem adducit *Cyriac d. controuers.*
180. *num. 127.* quia eo casu non impugnatur
361 sententia, sed ad tantũ differtur executio.
vide etiam controuers. 452. à nu 21. vbi etiam
ad hoc adducit vulgatam illam regulã, quod
362 multa facta tenent, quæ tamen fieri prohi-
bentur *l patre furioso. 8 ff. de his. qui sunt sui, vel*
alien. iur. declara vt *per* Nigr. *de execut rei iu-*
dic cap. 25. § per tot.

Et quid vltra, quantumuis potentia obli-
gationis Cameralis derideat vires aliàs stre-
363 nuas exceptionis compensationis, *vt patet*
ex adductis per Galles. *de obligat. Cameral. qu.*
18. *num. 6. vers. contra obligationis Cameralis*
executionem regulariter non admittitur compẽ-
sationis exceptio &c & ibi Zacch. *in addit. in*
litera C. num. 13. abbunde alios DD. ad hoc con-
gerit. tamen viribus exceptionis retentionis
tamquam adamantinis cedere, et victam se
364 esse, oportet, vt fateatur, sicuti *post Bart.*
Alex. Ias. Castren. et alios firmat Galles. *d. quæst.*
18. *num 12. vers ius retentionis habenti licet re-*
tinere rem quam vigore obligationis Cameralis
tradere tenetur &c. & vide *ibi Zacch. in litera*
g. num. 32. qui alios DD. adducit, et optimè pro-
bauit Gratian. *decis. Marcb. decis. 179. nu. 10.*
vers. magis in hoc esse priuilegiatum ius retentio-
nis, quàm compensationis, nam illud habens po-
test retinere rem, quam vigore obligationis trade-
re tenetur, & sic retardare executionem &c. &
sensit Rota *coram bon. mem.* Buratt. *decis. 914.*
num. 6. vers. regulariter etiam contra obligatio-
nem Cameralem conceditur retentio &c.

Et

Digitized by Google

Et persistendo in terminis retentionis bo-
norum legatorum, vt ea facilè permittatur, nã
365 & videmus, quando legatum peruenit ad
manus legatarij sine vitio, quamuis non de-
uenerit de manu hæredis, cum tunc cesset te-
366 meritas, retineri potest, & perperam conue-
nitur interdicto quorum legatorum, *vt rectè
respondet* Surd. *cons. 253. sub num. 21. vers. quia
in eo non omnino cessat temeritas, quàm si viuen-
te testatore legatum habuisset, facilius namque
conceditur retentio, quàm petitio &c.* vbi post
Alciat in consil. 607. firmat, si maritus aliqua
bona vxori legauit, quæ viuente eo illa possi-
367 debat vnde illo mortuo, potuit sine vitio
ratione legati, retinere eorumdem bonorum
possessionem, quam conclusionem secuta est
Rota coram bon. mem. Card. Sacrato *decis. 3;7.
num. 6. vers. cessat enim temeritas, cuius causa
improbatur apprehensio legatarij, & intrat pri-
uilegium retentionis, quod est fauorabilius &c.
par. 3. recent.* & vide *ibi num. 7.* vbi cumulantur
non nulli casus, in quibus potest capi possessio
legati propria auctoritate, & tunc licita est re-
tentio, & nunc strictè persistendo in terminis
nostris.

Ex supradictis ergò apparenter constat, Iu-
ra non ita anxie insistere, quando tractatur de
legatis, & fideicommissis, sicuti quando agi-
368 tur de hæredis institutione nam tunc viget
maior timor falsitatis, ideoque non mirum,
dum illa admittit, validaque pronunciat quã-
tumuis relicta per coniecturas, et argumen-
369 ta, & sic vt pluries diximus, etiam per nutus,
& signa Qualis tamen conclusio, quod legata,
& fideicommissa nutu, & signis relinqui pos-
sint sanè intelligenda est iuxta suos terminos
habiles, quando scilicet testator, qui in extre-
370 mis est, amisit loquelam, sed non intellectũ,
quia si intellectum amisit, neque hæredem
371 instituere, neque legata, vel fideicommissa
relinquere poterit. *l. iubemus. C. de testament.
et l. conficiuntur. §. 1. ff de iure codicill.* & decla-
rat *Bart. & communiter DD in d. l. nutu. ff. de
legat. 3. Cyn. & communiter DD in d. l. & in
epistola C. de fideicommiss.* & *considerat* Gomes.
*ad leg. Tauri 3. num. 112. vers. intellige prædicta
in suis casibus quando testator, qui est in extremis
amisit loquelam, sed non intellectum &c.*

Cum et clari iuris sit, quod qui testari non
372 potest, nec legare, nec fideicommittere, &
sic nec codicillos facere poterit, *iuxta leg. 2. ff.
de legat. 2. et l. 1. ff de legat. 3.*

Quod etiam videmus in casu nostro, nam
dum *l.* C. *in d. l. nutu.* ait, etiam nutu posse re-
linqui fideicommissa, id cum exceptione de-
373 bet intelligi, dummodo is, qui nutu relin-
quit, loqui possit, sed casu, et non natura im-
peditus reperitur, quoniam mutus, qui omni-
374 no non loquitur, & literas ignorat, intesta-
bilis est. *l. discretis. C. qui testam. facer. poss. §. item
surdus. Institut. qui testam. facer. non poss. cum
alijs allegatis supra*, et sic fideicommissa, vel
375 legata nutu relinqui non possunt, nisi ab eo,
qui loqui potest, quia iste, et non mutus con-
dere valet testamentum, et benè innuit *text. in
d. l. nutu* ibi. *dummodo is nutu relinquat qui lo-
qui potest &c. ff. de legat. 3.* et dixit *Rota coram*
R. *P. D. Peutingero in causa* Perusina *Pensionis
28. Maij 1649. §. Ipsius autem iniustitia. vers.
dum apoplexia morbo grauatus taliter oppressus
fuisset, vt nullo modo loqui posset, nutu pensionem
transtulerat &c.* Intellige tamen, et declara
vt in seq cap.

ARGVMENTVM.

Discutitur in præsenti capite, an sit vera opinio.
Ias. in l. si quis. num. 38. ff de legat. 1. volentis
legata, & fideicommissa, tunc posse nutu re-
linqui, quando testator casu amisit loquelam,
non autem quando potest loqui, et non vult
loqui.

Perpenditur etiam illa alia Salicet in l. epistola,
num. 1. C. de fideicomm. monentis, tunc lega-
tum, vel fideicommissum nutu relictum, esse
validum quando fuit probatum eo tempore
testatorem potuisse articulatè loqui.

Quæ tamen opiniones, vti inualidis rationibus
suffultæ passim per DD. refutantur, cum sint
de directo contrariæ dispositioni text. in l. nu-
tu. ff. de legat. 1. & aliorum, cũ veritas sit, quod
quando dispositio potest fieri nutu, signisque,
tam sit valida, si fiat ab eo, qui ex aliquo acci-
denti loqui non valet, quàm ab eo, qui loqui
potest, sed non vult loqui.

Memoria læsa an dicatur etiam lædi ratiociniũ,
et phantasia, et è contra, et concordatur text.
in l. discretis. C. qui testam fac. poss. cum l. nutu
ff de legat. 3. qui videntur primo aspectu con-
trarij. Status melior semper est expectandus,
& non tristis.

SVMMARIVM.

376 *Legata nutu possunt relinqui ab eo, qui lo-
quelam amisit, sicut ab eo, qui potest loqui, &
non vult loqui. contra.*

377 *Legatum nutu factum, vt sit validum, debet
constare tunc testatorem posse articulatè lo-
qui. et num. 378.*

379 *Testator, quando præsumatur non posse arti-
culatè loqui.*

380 *Fideicommissum nutu relictum valet dum-
modo is nutu relinquat, qui loqui potest, nisi à
morbo impediatur.*

381 *Ias. opinio de qua supra nu. 376. conquassa-
tur ex verbis textus in l. nutu. ff. de legat. 3.*

382 *L. nutu. ff. de legat. 3. declaratur sicuti etiam
text. in l. & in epistola ff. de fideicomm.*

384 *Dispositio, quando fieri potest nutu, vel signis
ea etiam potest fieri ab eo, qui potest perfectè, et
articulatè loqui.*

Testa-

385 *Testator, si nutu relinquat legata, valent, siue ille poterat, loqui siue non.*

386 *Legata, quod nutu non possint relinqui ab eis, qui loqui possunt, est opinio damnata Ias. quæ est apertè falsa. et n. 387.*

388 *Emanuel Soarez in addit ad Gomes var. resolut. cap. 12. titul. de legat. in litera A. refutatur & n. 389.*

390 *Et dum ipse redarguit Gomes. vti falsam opinionem tenentem, ipse cadit in foueam quam alijs fecit.*

391 *Legata, vt validè nutu dicantur relicta, est probandum testatorem posse tunc articulatè loqui, et est opinio Salicet. passim reiecta.*

392 *Morbus dũ est impedimentũ alicui. ne possit loqui, non est probandum, vt possit articulatè loqui. et n. 393.*

394 *Testator, qui scribere nescit, atq. articulatè loqui nõ valet, nõ potest nutu legare, et n. 395.*

395 *Legare nutu propter morbum impedientem loqui, tunc sanè quis potest, si longe distet ab extremis.*

397 *Loquelam, si quis propter morbum amiserit, non tamen ex hoc arguitur, quod amiserit etiam mentem.*

398 *Sensus recti quis potest esse, et tamen ex vi morbi non posse loqui.*

399 *Io Baptist.* Coccinus Rota Decanus *correptus morbo Aphoniæ, superuixit per aliquot dies mutus, sed mente perfecta.*

401 *ad Morbum aphoniæ, seu linguæ paralysin non succedit necessariò mentis captura.*

402 *Memoria læsa necesse non est lædi etiam ratiocinium, aut phantasiam.*

403 *Phantasia læsa non infertur ad læsionem memoriæ.*

404 *L. alumna. 30. §. fin. ff. de adimend. legat quid disponat. & vide n. 404. 405. et 407.*

408 *ex Infirmitate eadem dum quis moritur, semper præsumitur esse in extremis.*

in Mortis periculo esse aliud est, & aliud in mortis articulo.

407 *Statutum si permittat testari mulieri absque cõsanguineis, dum est in periculo mortis, qualiter intelligatur.*

409 *L. iubemus C. de testam. loquitur in eo, qui morbo loquela priuatus, omnino testari desiderat. & n. 418.*

410 *Testamentũ condendi incapax est, qui morbi acerbitate prorsus loquelam amisit.*

Etiamsi consensum, & intellectum retinuerit & n. 414.

411 *Hæredis nomen testator, aut verbis, aut literis manifestare palam debet.*

412 *Testari quamuis possit semimortuus, id tamen intelligitur, quatenus articulatè loqui possit.*

415 *ad Legati validitatem sufficit solus consensus relinquentis, quoquo modo manifestatus declara vt n. 416.*

417 *L. iubemus. C. de testam. cum loquatur in terminis institutionis hæredis, non est trahenda ad legata.*

419 *L. discretis. C. qui testam facer. poss. concordatur cum l. nutu ff. de legat. 3.*

420 *Mutus ex accidenti, fideicommittere tunc potest, dum scribere scit, et id literis mandauit.*

421 *Mutus. qui morbo, vel alio accidenti loquelã amisit, potest nutu fideicommittere.*

422 *Muto ex infirmitate quatenus concedatur, vt nutu possit legare, et fideicommittere.*

423 *Mutus ex infirmitate spei est, quod possit recuperare loquelam.*

424 *Loquelam, quando quis penitus amisit absque vlla melioris status spe, tunc intrat l. discretis. C. qui test fac poss.*

425 *Nutu si quis legat, quia morbo impeditus loqui non valet, si ex ea infirmitate moriatur, an valeat tale legatum.*

426 *Eo quia vana est spes posse loquelam recuperare.*

428 *Crot. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. obligat. reijcitur.*

Mutus non est, quem infirmitas lingua priuauit.

429 *Status melior semper est sperandus, tristis verò numquam.*

430 *Meliora semper sunt expectanda, et non asserere, cum vernaculo Poeta, il mal mi preme, e peggio aspetto.*

Abyssus abyssum inuocat, & absurdum expectat aliud.

432 *Malum cui aduenit non venit solum.*

432 *Hydriæ caput, si vnum amputetur, septem nascuntur.*

434 *L. discretis. C. qui testam. facer. poss. loquitur in casu certo, quando constat, esse penitus deperditam spem recuperandi linguæ vsum.*

434 *Nominatio facta ad emphyteusim nutu, et signis, quando valeat.*

CAPVT XLVIII.

LEgata, & fideicommissa, quod nutu, & signis relinqui possint ab eis, qui loqui valent, diximus in superiori capit. eò quia prædicti, et non muti condere valent testamẽtum, cum alijs ibi adductis, ex quibus tamen nullo modo intendo canonizare relectam illã sententiam. *Ias. in l. si quis in fundi vocabulo. n. 38. ff. de legat. 1. & in l. si quis pro emptore. num. 57. ff. de vsu cap.* volentis tunc legata, et fideicommissa posse nutu relinqui, quãdo testator
376 amisit loquelam casu, vel morbo, secus tamẽ
si potest loqui, et nullum habet impedimentum, et sic cum possit loqui, non vult loqui, Sicuti etiam nec illam aliam non minus incau-
377 tam sententiam, *Salicet. in l. & in epistola num. 1. C. de fideicommiss.* vbi monet, quod singulariter illud vnum attendatur, videlicet legatum, vel fideicommissum nutu factum vt
378 validum sit, debere cõstare potuisse articu-

late

latè loqui testatorem, tempote quo legatum
rel quir, nam si testator per prius poterat ar-
ticulatè loqui, & existens infirmus legat nutu,
in dubio legatum vitiatut, quia præsumitur,
379 quod articulatè non possit loqui, & sic mór-
tuo sit similis *d. l. iubemus. C. de testamēt.* & ite-
rum subdit *Salicet.* quod hoc notatu est di-
gnum cum alijs, quæ ibi habentnr.
Exibilantur prædictæ opiniones per Do-
380 ctores, quia manifestò obuiant dispositioni
textus in d. l. nutu. & producere ne grauemns,
verba ipsa textus, ibi, *nutu etiam relinquitur
fideicommissum, dummodo is nutu relinquat, qui
& loqui potest, nisi superueniens morbus ei im-
pedimento sit &c.* Vnde quo ad primam opi-
nionem *Ias.* ea benè conquassatur ex prædi-
381 ctis verbis, eum ex illis deducatur, eum qui
loqui potest, rectè posse nutu legata, & fidei-
commissa relinquere, ibi, *dummodo qui, & lo-*
382 *qui potest*, quod est verbum præsentis tem-
poris, significans de præsenti, ex quo nutu re-
liquit, fa i rectè poterat, & nihilominus respó-
detur valete nutu relicta. Secundum qutm
sensum est etiam intelligendus *text. in d. l. &
in epistola. C. de fideicommiss.* quatenus simpli-
383 citer docuit, etiam nntu adhibitis testibus,
fideicommissum relinqui posse, dummodo
scilicet, & loqui possit, quæ necessaria expositio
est *ex text in d. l. nutu.* & facit in argumentū.
text. in l. seruo inuito. §. si pupillo ff. ad Trebell.
Et ad magis corroborandam prædictam
sententiam, addo in terminis, quod quando
384 actus, vel dispositio potest fieri nutu, vel si-
gnis, ea etiā potest fieri ab eo, qui potest per-
fectè & articulatè lóqui. *text. est in l. si stipuler
§. fin ff. de verbor. obligat. et in l. in quibuscunque.
ff. de action et obligat. et in l. in venditionibus ff.
de contrahend emption. & in l. obligamur. in fin.
ff. de action. et obligat.* ibi, *etiam nudus consen-
sus sufficit obligationi, quamuis verbis hoc expri-
mi possit, sed et nutu solo pleraque consistunt &c.*
Quare cum *textus in d. l. nutu, & alij supra re-
lati*, indistinctè loquantur, sic indistinctè sunt
385 intelligendi, itaqne siue testator, vel alius
loqui valeat, siue non, indistinctè nutu demō-
strata voluntas, seruanda erit, assentitque
*Rota Ferrarien penes Anton Leoncell. dec. 146.
nnmer. 3. vers legatum, & fideicommissum nutu
relictum ab eo, qui loqui potest, valet &c.*
Patrocinantibus igitur prædictis rationi-
bus, non sine quare Doctores vti falsam, et
ineptam redarguūt suprarelatam opinionem
Ias. volentis, vt dixi, legata, & fideicommissa
386 nutu non posse relinqui ab eo, qui cū possit
loqui, non vult loqui, sed tantum ab eo, qui
morbo ioqui impeditur, et præsertim eum
exprobat *Gomes. ad Leg Tauri. num. 113. vers.
legata, & fideicōmissa nutu relinqui possūt &c.*
ibique expresè ait, prædictam *Ias.* sententiā
387 esse apertè falsam, eumque pariter refutat
*Francisc. de Cald. de nominat. emphyt. lib. 4. ti-
tul. 62. sub num. 11.* vbi ait Ias id incautè di-
xisse. *Francisc. de Barr. in tractat. de testament.
lib. 4. titul 2. num. 6. vers. tota dubitatio est de eo,
qui potuit loqui articulatè &c.* vbi testatur re-
iectam esse opinionem eorum, qui sentiunt
388 valentem loqui non posse nutu legata, vel
fideicommissa relinquere.
Cum eodem Iasone est pariter condemnā-
dus *Emanuel Soarez in addition. ad Gomez. va-
riar. resolut. tom. 1. cap. 12. titul. de legat. in lit. A.*
vbi quia Gomes. secundum commuuem opi-
nionem firmauit, quod legāta nutu relicta
389 valeant etiam ab eo, qui cum possit loqui,
non vult verba emittere. Super hoe teme-
rariè addendo inquit Emanuel, prædictam
obseruationem Gomes. esse confusam, et fal-
sam, subdittamen ne modestiæ cancellos pe-
390 nitus transiret, *ni ipse fallor*, fallitur quidē
ipse, dum in vanum firmat, legatum nutu re-
lictum ab eo, qui loqui potest vanum esse. In
fouea falsiratis, quam alijs fabricauit, ipse mi-
sere iacet, vnde faciunt satis illa vulgata, *In-
cidi in foueam, quā feci mihique malum reperi,
ac meo gladio me iugulaui.*
Loquendo modò de altera pariter falsa
opinione Salicet. de qua supra, asseuerantis
391 non aliter valida esse legata, et fideicōmissa
nutu relicta, nisi constito testatorem de tem-
pore, quo illa reliquit, potuisse articulatè lo-
qui, id enim manifestò falsum conuincitur
ex ipsis verbis *text. in d. l. nutu.* ibi, *nisi super-
ueniens morbus illi impedimento sit*, si enim
392 morbus ei impedimento fuit, ne posset lo-
qui, quomodo, & ad quid erit probandum,
tunc testatorem potuisse loqui, & qnidem ar-
ticulatè. Non sine causa igitur in hoc passim
Salicet. reprobatur à DD. & præsertim *à Co-
uarr. in repetition. cap. cum tibi. num. 3. vers. ex
quibus verbis &c. ext. de testament.* vbi inquit
ex text. in d. l. nutu. falsam apparere prædictam
393 interpretationem Salicet. et manifestè ob-
uiare dispositis in prædicto textu, eamque
pariter refutarunt *Card. Mantic. de coniectur.
vltim. volunt. lib 8. cap. 1. num. 19. vers. contra
Salicet. &c & Vincent.* Fusar. *in tractat. de fi-
deicommiss. titul. de fideicommiss. substitutione.
cap. 287. numer. 2. vers. contrariam sententiam
male probauit Salicet. &c. cum ibi allegatis.* &
quod contra Salicet. sit communis opinio,
testatur D. Reg. Capyc. Latr. *controuers. 71. nu-
mer. 24. vers. contra Salicet. est communis opinio,
quod valeat legatum nutu relictum, licet eo tem-
pore testator articulatè loqui non posset &c.
part. 1.*
Nec qnis tirnbet ad amplectandum supra-
dictam solidam sententiam, ex eo, quia *Sali-
cet. in d. l. et in epistola*, alleget *text. in l. iubemus.*
394 *C. de testament.* per quam disponitur, testa-
torem, qui neque scribere, neque articulatè
loqui potest, mortuo similem esse, quare ne-
que poterit nutu legare. Nam respondetur
text. in d. l. iubemus. loqui, & procedere in eo,
qui iam laborat in extremis, & propterea ne-

395 quis articulatè loqui, is enim præsumitur
sensu carere, vtique sic existendo nihil agere
potest, Cuius oppositum obtinet in casu no-
396 stro, quando quis propter morbum impe-
ditus alloqui non potest, longè tamen ab ex-
tremis distat. Vlterius si benè animaduerti-
mus, *dum text. in d. l. nutu.* permittit, vt si per
infirmitatem quis amittat loquelam, possit
397 nutu legare, ex hoc sequitur, quod necessa-
riò non arguitur in eo, qui amisit loquelam
ex morbo, quod amiserit etiam memoriam,
& intellectum, itaque simul stare potest, vt
398 quis sit recti sensus, et tamen ex vi morbi
non possit loqui.

Sicuti non rarò experientia rerũ magistra
docet, & præcipuè exemplum habuimus in
399 clar. mem. Ioanne Baptista Coccino Sacræ
Rotæ Romanæ Auditore, & eiusdem Rotæ
spatio 29. annorum Decano celeberrimo, qui
Apoplexiæ, seu vt alij voluerũt Aphoniæ mor-
400 bo correptus supervixit per aliquos dies,
mutus quidem, sed mente perfectus, itant nu-
tu declarauerit, et se explicauerit vsque ad
mortem. Vnde ad aphoniam, seu linguæ pa-
401 ralysin, non succedit necessariò mentis cap-
tura. Sicuti læsa memoria necesse non est
lædi etiam ratiocinium, aut phantasiam, aut
402 contra his vitiatis illam quoque offendi, vt
à Galeno in pluribus locis demonstratum est,
et præsertim *in lib. de afferent. symptom. cap. 2.
& 4. de locis affectis cap. 2.* Sed ad nos.

403 Senrio aliquibus non arridere prædictam
traditionem, seu differentiam traditam inter
eum, qui est in extremis constitutus, et eum,
404 qui prius per aliquod temporis intervallũ
loquelam amisit, cum ad hoc resistat textus
in l alumna. 30. § fin. ff. de adimend. legat. Vbi
pater filio postquam legauerat 100. sic cauit,
*quoniam cognoui filium meum in extremis esse,
pijssimum duxi portionem eius legare Mariano
fratri meo.* Contingit nunc ex interuallo lon-
go filium decedere, eius portionem relictam
405 à patre petebat frater, Ex aduerso oppone-
batur deceptum fuisse defunctum, quia in ex-
tremis adhuc filius non erat, et propterea le-
gati petitionem cessare, respondit tamen tex-
406 tus, nihilominus legatum deberi. Si ex ea in-
firmitate filius decessit. Ex qua determina-
tione planè colligitur in extremis agere quẽ-
cumque infirmum, simul ac morbo compres-
407 sus est, etiamsi longo ex interuallo moria-
tur ad quod illum textum commendat *Bald.
in d. p. 2. col. fin. de pact.* & eum secutus est *Hip-
polit. in sua prax. § et quia. num. 16. in fin.* *Ias. et
alij quorum meminit* Peralta *in l. vnum ex fa-
milia num. 14 ff de legat. 2 et latè* Lazar. Fœnut.
*in tractat. de moment. tempor. cap. 5. num. 21. vers.
infirmus, vt dicatur propriè constitutus in mortis
articulo oportet, vt vltra grauem, et malam va-
letudinem suam etiam postea secuta sit absque
sanis internallis, mors ipsa vt possit dici fuisse in
articulo mortis &c. & videatur Bursat. in cons.
fil. 41. num. 64. part. 1.*

Itaque non admodũ solida videtur respon-
sio *ad d. l. iubemus.* dum quis ex eadem infir-
408 mitate moritur semper dicitur esse in ex-
tremis, *vt in d. § fin.* probatur, & sic non sa-
tisfit dispositioni *d. l. nutu.* Aduerte tamen
aliud esse in periculo mortis esse, & aliud esse
in articulo mortis, *vt per Corn. in consil. 53.
num. 4. vol. 4.* vbi consuluit in casu statuti dis-
ponentis, quod nulla mulier posset condere
testamẽtum absque præsentia propinquorum
excepto in periculo mortis, & quia quædam
409 mulier, dum esset infirmitate grauata con-
didit testamentum absque alia præsentia, vt
permittebat statutum, & accidit, quod postea
conualuit, ipse Corn. respondit pro subsisten-
tia testamẽti, quia sufficit, quod mulier fuerit
in periculo mortis, licet postea conualuerit,
nam statutum solum loquebatur de periculo
mortis, non autem de casu mortis, secus de
pũcto mortis quo casu oportuisset, quod mors
fuisset secuta, vt ibi per eum. Vnde colligi
potest ad hoc, vt quis dicatur in articulo mor-
410 tis oportet, quod mors absque sanis inter-
uallis, tandem sequatur, aliud verò est quãdo
quis esset in periculo mortis, quàm sæpe quis
euitat, super quo articulo alibi plura sum di-
cturus, cum hic non sit locus, & sic ad nos.

Quamobrem multò melius, & fortius potest
responderi, ponderando prædictum textum
411 *in d. l. iubemus*, loqui, vt patet in eo, qui mor-
bo, loquela priuatus omnino, testari desiderat,
qui quoad testamenti factionem mortuo
similis est, vt Imperator ibidem ait, *nisi sciat
is scribere, et in scriptis hæredis nomen dare*: In-
capax enim testamenti cõdendi est, qui mor-
bi acerbitate prorsus loquelam amisit, etiam
si consensum, & intellectum retinuerit, qui ad
hæredis institutionem, non sufficit, cum om-
nino hæredis nomen testator, aut verbis, aut
412 proprio scripto, manifestare palam debeat
testibus, *vt satis dixi supra cap. 27 à numer. 1.*
& quamuis semimortuus, et quasi in vltimo
vitæ spiritu existens, possit testari, iuxta *text.
in l quoniam indignum ibi. qui fortè seminecis,
et balbutiens lingua effudit & c. C. de testament.*
tamen id sanè est intelligendum, quatenus
articulatè loqui possit, *per text in d l iubemus
ibi, nequit articulatè loqui possit*, & diximus su-
pra *à num. 190.* Quocirca, dum testatoris vox
intelligi rectè potest, licet rardè (eo quia for-
413 tè illi, vt dicitur, lingua ingrossatur) nomen
hæredis explicet, defendi eius voluntas, & te-
stamentum potest *per text. in d. l quoniam indi-
gnum*, At si penitus amisit loquelam taliter,
quod clarè, articulatè, et intelligibiliter non
414 possit loqui nullatenus poterit testari, quã-
uis sit in recto sensu, & non obstante, quod
nutu, & signis suam patefaceret voluntatem,
vt iam diximus supra.

In

In legatis verò, & fideicommissis, contra-
rium quidem resoluendum est, in quibus so-
lùm consensus sufficit, nec illa solemnitas, vt
415 ore proprio, vel scriptis exprimantur, sicuti
est necessaria in hæredis institutione, exigi-
tùr. Qua ratione nutu relinqui possunt dicta
l. nutu. cum simil. allegatis supra num. 279. siue
testator loqui ex accidenti non possit, siue
cum possit, nolit, dummodo tamen sensu, & in-
416 tellectu non careat, sitque in recto sensu, vt
animaduerti supra nu. 397. Ex qua distinctio-
ne benè submouetur omne dubium circa to-
talem reprobationem Salicet. de qua supra
417 num. 377. asserentis legata, & fideicommissa
tunc posse nutu relinqui, si testator eo tem-
pore articulatè loqui poterat, itaque parum
ei refragatur auctoritas text. in d. l. iubemus.
cum loquatur in terminis diuersis, nempe in
institutione hæredis, vt satis superque notum
est, & Saliceti sequitur etiam Angel. de Gam-
bel. in tractat. de testament. glos. 3. num 8. versic.
non habebit locum dispositio &c. vbi sentit tex-
418 tum in d. l. nutu. habere locum, quando tem-
pore codicillorum testator poterat loqui, et
tamen non loquela, sed nutu, et signis reli-
quit Titio fideicommissum.

Difficultas tamen magna stat in concordan-
do text. in l. discretis. 10. in fin. C. qui testament.
419 fac. poss. cum nostro textu in d. l. nutu. ita
enim sancitur in d. l. discretis. ibi, sin autem au-
res quidem apertæ sunt, & vocem recipientes, lin-
gua attamen penitus præpedita, licet à veteribus
auctoribus sæpius de hoc variatum est, attamen
et hunc peritum literarum esse proponamus, nihil
prohibet eum Scribentem, hæc omnia facere, siue
naturaliter, siue per interuentum morbi huius-
modi infortunium ei accesserit. Ex quibus verbis
videmus planè quod Imperator antiquã sub-
mouens controuersiam decreuit, mutum ex
420 accidenti, fideicommittere tunc demum
posse, dum literarum peritus erit, id literis
mandauit, aliter minimè vt ibi per Ias. nu. 7.
Riminald. num. 4. asseuerantes hanc esse com-
munẽ opinionem. Text. verò in d. l. nutu. sim-
421 pliciter ait, mutum, qui morbo, vel alio ac-
cidenti loquelam amisit, posse fideicommit-
tere, et hoc sine aliqua distinctione.

Responderi enim potest ad concilianda ista
iura, ex mente Bart. in d. l. nutu. quod text. iste,
422 quatenus concedit mutum ex infirmitate
loqui impeditum, legare, vel fideicommittere
posse, sanè intelligendus est, quando illa infir-
mitas prorsus non ademit loquelam, sed ita
423 impediuit, vt spes sit adhuc futuræ salutis,
et consequenter quod cessante morbo loque-
lam sit recuperaturus infirmus, in qua specie
sine difficultate legare, et fideicõmittere ille
poterit, videatur Polidor. Rip. in tractat. de act.
in tempor. mort. cap. 67. in fin. & cap. 73. num. 8.
vbi plures DD. allegantur, et addo Gaspar.
Anton. Thesaur. in quæstion forens. lib. 2. cap. 99.
sub num. 26. vers. & si dubitetur &c. Cuius op-
positum obtinet locum in casu d. l. discretis. cu-
ius verba referuntur ad eum, qui penitùs
424 amisit loquelam absque vlla melioris status
spe, vt bene colligitur ex illis verbis textus,
ibi, Lingua autem penitus præperdita. Aliter
enim vix dicta iura possent conciliari. Aduer-
425 to tamen ad huius materiæ intellectũ, quod
si quis infirmatur, et nutu legat, quia morbo
impeditus loqui non valet, vt ex ea infirmi-
tate extremam claudit horam, quia spes su-
426 pradicta vana, et frustratoria fuit, legatum
corruet, vt in specie resoluit Crot. in l. 1. §. si
quis ita ff. de verb. obligat. num. 21. vers. vltimus
casus, per regul. leg. 21. ff. de legat. 1. et respõdet
ad text. in d. l. nutu. modo quo supra, vt solum
427 procedat, quando impedimentum linguæ
fuit temporale, nec ex ea infirmitate ille ex-
tremum clausit diem.

Contra Crot. tamen tenuit Socin. Iun. in
d. l. 2. num. 116. ff. de legat. 1. vbi in specie resi-
428 stit prædictæ sententiæ intelligens, mutum
non esse, quem infirmitas lingua priuauit per
d. l. nutu. cuius verba cauillari non posse vi-
dentur, nec vana spes illa saluris censenda ex
eo est, quia ille ex ea infirmitate decessit, sta-
429 tus enim melior semper sperandus est, tri-
stis euentus numquam. l. inter stipulantem. §.
sacram, ibi, casum aduersamque fortunam. ff. de
verb. obligat. et l. si quis post hanc. ibi, quod absit.
C. de bon. præscript. et arg. l. fin. C. de pact. et dixit
Rota coram bo. me. Vbald. decis. 116. numer 11.
vers. non videbatur tristis euentus attenden-
dus &c. part. 4. recent. tom. 2. et coram R. P. D.
Bichio in causa Rauennaten. Saluiani 10. Iu-
nij 1639. §. Eo magis. vers. non præsumitur co-
gitasse de tristi euentu sui prædecessus &c. Atq;
430 vt dixit Apollod. apud Stob. Meliora enim
semper expectanda sunt, et non desperata
vna cum vernaculo Poeta canere

Il mal mi preme, e peggio aspetto.

Et facit vulgatum illud dictum. abyssus abys-
sum inuocat, et vnum absurdum expectat
aliud. glos. in l. diuortio. §. Papinianus in verb.
alioquin. ff. solut. matrim. et in l. 1. §. hæc autem.
in verb. putamus. ff. quod quisque iur. Et pro-
431 pterea dici solet, quod cui adinuenit malũ,
non venit solum. glos. in auth. vt Iudic. sin quo-
que suffrag. in princ. in verb. illicito coll. 2. exem-
432 plo Hydriæ cuius vno capite amputato naſ-
cuntur septem &c.

Secundum enim, vt positam in terminis,
supradictam considerationem relata opinio
videtur melior, ex verbis d. l. nutu. et quia
text. in d. l. discretis loquitur in casu certo,
433 quando scilicet constat indubitatè linguæ
vsum penitus fuisse præpeditum, Ex quibus
rationibus hanc sententiam veriorem sensit
Franciscus de Caldas de iure emphyteutic. lib. 2.
titul. 62. quæst. 1. sub numer. 24. vers. hæc verior
mihi persuadetur esse sententia &c. loquitur
namque in terminis nominationis factæ ad

emphyteusim per eum, qui vi morbi loqui
434 non poterat, & tamen nutu, signisque nominauit, atque ex dicta infirmitate ab hac luce migrauit, necnon vlterius attestatur ita sæpius fuisse iudicatum per Senatum Colimbricen. Atque hæc sufficiant ad intelligentiam
435 *d.l.nutu, & d.l.discretis*, vt ista non corrigat illam, sicut voluit *Alphan. en suis collectan. in d.l.nutu.et Vasq controuers.illustr.cap.103.numer. 2 lib.3.* nam & vt dicit *Thesaur. quæst. forens lib.2.cap.99.num.30.* illos refutando, *d. l. discretis.* loquitur in alio casu, & non procedit
436 corrigendo, cum secundum eum disponit in eo, qui natura iam mutus est, videatur *Hond.ed.in consil.37.lib.1.*

ARGVMENTVM.

Fideicommissa licet clarum sit, quod nutu, & signis possint relinqui, sicut ita quoque possunt fieri legata, cum illa, istis sint exæquata, tamen quia talis exæquatio intelligitur facta, secundum magis communē opinionem DD. de legatis ad fideicommissa particularia, ideo quatenus fideicommissa nutu relicta erunt particularia valida erunt, secus verò si vniuersalia apparebunt.

Institutio facta in re particulari, cum sapiat naturam legatorum, eorum vestigia sequatur, ideoque sicuti legata nutu validè relinqui possunt, ita etiam institutiones in re particulari, & multa deducuntur ad demonstrandum, quod ea pari passu ambulant.

Legata, et fideicommissa, vt validè nutu, et signis relicta dicantur, omnino debēt esse talia, vt remoueatur, omnis dubitatio, et sic certa, et clara. Oculorum motus, barbæ motus, aperire os, sunt minime signa habilia ad declarādam voluntatem alicuius, Electio personæ, quando alicui fuit commissa an dicatur electa industria personæ, itaut dicatur forma, ita vt voce, et nutu fieri possit.

SVMMARIVM.

437 *Fideicommissa nutu tunc possunt relinqui, quando sunt particularia.*
Et ista est verior opinio, quidquid dixerit Bald.Castr.& alij.
438 *Fideicommissa, quod nutu relinqui possint, quatenus id sit verum. & num.439.*
440 *Fideicommissis plena essent omnium hæreditates, si quilibet nutus testatoris sufficeret.*
441 *Fideicommissum an possit induci ex sola coniectura voluntatis nullis interuenientibus verbis.*
443 *Fideicommissa vniuersalia nutu relinqui non possunt.*
Hæres particularis an possit institui nutu. & numer.464.
444 *Institutio particularis æquiparatur legato.*
445 *Filius institutus hæres in re particulari non habetur pro legatario, ne illud rumpatur ob præteritionem.*
446 *Institutio particularis regulatur secundum naturam legatorum.*
Institutio particularis actionem ex testamento parit.num.446.
447 *ex Institutionibus particularibus detrahitur quoque falcidia, prout de legatis.*
448 *Testator, si hæredi prædium prælegauerit, & postea dicat accipias in cohæredem tuo Sempronium, an iste veniat vti cohæres, vel legatarius. & nu.450. et 451.*
449 *Et qui non gustasset, secundum Roman. de brodio Iuris. qualiter responderet.*
Falcidiam detrahere spectat ad hæredē vniuersalem.
452 *Legatarius non detrahit Falcidiam, sed benè ab ipso detrahitur.*
453 *Legatarius grauatus restituere legatum non detrahit Trebellianicam.*
Trebellianicam detrahit tantum hæres vniuersalis.
454 *Hæres particularis grauatus restituere non detrahit Trebellianicam.*
Quæ opinio est vera reiecta contraria.
455 *Legatum acquiritur ipso iure etiam absque agnitione.*
456 *Legatum purum legatarius transmittit ad hæredem, etiam eo non agnito.*
Et hoc non tamquam acquirendum, sed tamquam acquisitum.
457 *Legata acquiruntur ipso iure etiam ignorantibus.*
458 *Legatum etiam in diem relictum, dummodo certa sit, transmittitur ad hæredes.*
Quia licet interim impediatur dominij translatio non impeditur tamen transmissio.
459 *Hæres particularis rei, etiam sine agnitione acquirit etiam ignoranter, rem relictam, & transmittit ad hæredes etiam sine agnitione.*
460 *Legatarius sicuti non potest conueniri à creditoribus hæreditarijs, ita nec hæres particularis. & num.461.*
461 *Legatario non competit remedium l fin. C.de edict.D.Adrian tollend. pro ea re consequēda.*
462 *Hæredi rei particularis non competit remediū l fin.C.de edict.D.Adrian. tollend. pro ea re consequenda.*
463 *L.iubemus. et l. hæredes palam. C.et ff. de testam. loquuntur in terminis institutionis hæredis vniuersalis, & non particularis.*
466 *Testamentum absque hæredis institutione est nullum, nihilque in eo scriptum valet.*
467 *Testamentum sine institutione particulari, & sine legatis, satis validum est.*
Legata etiam ab intestato possunt relinqui.
468 *Hæres rei particularis nutu potest declarari.*
469 *Legata, aut fideicommissa, vt nutu relicta dicantur, quid omnino sit necessarium.*
470 *Pensiones an nutu possint transferri.*
471 *Pensiones, quatenus nutu possint transferri.*

vt

vt validè transferantur, quid sit necesse.

472 *Oculorum motus, affirmatiuam, vel negatiuã responsionem non arguunt.*

473 *Barba motus, vel aperire os, cum sint actus æquiuoci, non suffragantur ad inducendum consensum.*

474 *per Capitis inclinationem censetur quis annuere, consensumque præstare.*

476 *Dispositio si contineat præcisam formam per aliam adimpleri nõ potest. & n. 478. & 479.*

477 *Decretum irritans sic formam inducit, vt ea non seruata, corruit actus.*

480 *Nutus, & signa non concludentia, non admittuntur in re graui ad significandum consensum. amplia num. 481. & 482.*

483 *Nutus, et signa in alia materia graui, tunc multo minus admittitur, si dubitetur de sanitate mentis.*

484 *Forma, quando non censeatur inducta.*

485 *Electio personæ, si alicui fuerit commissa, quando alteri nõ poteris id delegari. & n. 490.*

486 *Iurisdictio, quando alicui non dicatur commissa, sed potius certum ministerium.*

487 *Cap. quoniam. §. cæterum. de offic. & potest. deleg. in quibus casibus loquatur.*

Delegandi potestas pendet à iurisdictione.

488 *Ministerium nudum habens non sublegat ad idem.*

Vsurarius ab vsurario constitui non potest.

489 *Delegatus à delegato constitui non valet.*

491 *Executor datus à Papa, vt prouideat certæ personæ, subdelegare potest.*

492 *Executor datus à Papa, vt prouideat Ecclesia, non expressa persona, non potest subdelegare.*

493 *Commissio facta his verbis, per te, vel per vos, fieri mandamus, censetur electa industria personæ.*

494 *Nominatio, quatenus pro forma requireret ministerium nominantis, non tamen importat talem formã, vt ea debeat voce ipsius fieri.*

495 *Nominatio solo nominantis consensu perficitur, cum non egeat loquela, soloque nutu fieri potest.*

496 *Iudices sint valde cautè, in admittendis consensibus per nutus, & signa, quia est materia satis fallax, & periculosa.*

498 *Et ad quid sedulo debeant animaduertere. & num. 499. 500 et 501.*

502 *Notarij dum stipulantur dispositiones, quæ per nutus, & signa fiunt, quid asserere debeãt in instrumentis.*

CAPVT XLIX.

PRo maiori declaratione in præcedentibus Capitulis iam firmatis reliquum est,
437 vt perpendamus illud quod diximus nempe etiam fideicommissa nutu, signisque relinqui posse, quod quidem sine difficultate de fideicommisso particulari, quod legato exequatur, intelligendum venit, quia fideicommissa vniuersalia nutu relinqui nequeunt *ex sententia* Angel. *in l. et in epistola. C. fideicomm.* Bald. *in l. iubemus. C. de testam.* Ias. *in l. si rec obligata. ff. de legat. 1. Idem* Ias. *in l. 1. §. si quis ita ff. de verb. obligat. & in l. 4. ff. de legat. 1.* quidquid sibi contrarius dixerit *Bald. in d. l. in epistola. Castr. in l. 1. C. de impub. & alijs substit.* Alciat. *in d. § si quis ita*, nam prima opinio est verior, *vt testatur Io. Stephan.* Durant. *quæstion. iur. 35. in fin. vers. de fideicommisso particulari intelligendum est, nam vniuersale fideicommissum nutu relinqui non potest, quod verius est, licet Bald. Castr. Alciat. contrarium sentiant &c.*

Et in his terminis fortè loquitur *Anton. Faber. de errorib. pragmatic. decad. 27. error. 81. numer.* 10. vbi ait, licet verum sit,
438 quod fideicommissa nutu relinqui possint *l. nutu. 22. ff. de legat. 3. l. & in epistola. 22. C de fideicommiss.* tamen id necessario accipiendũ esse, quando si quis cum testatore collocutus,
439 fideicommissi verba idonea, vel dixerit, vel scripserit, ad quæ postea testator nutu responderit. Alioquin vt subiungit. Idem Fab. fideicommissis plenæ erunt omnes omnium hæreditates si testatoris nutus quilibet pro fidei-
440 commisso habeatur, et subdit, quod hic est primus interpretum nostrorum error, qui tã absurdæ et improbabili quæstioni causam dedit quod existimarunt, nullis quoque fideicõ-
441 missi verbis interuenientibus ex sola coniectura voluntatis induci posse, quod tamen non magis vllo, vel vno iuris loco quàm ratione aliqua probare possunt. Quamobrem,
442 quando asseritur, quod fideicommissa nutu relinqui possunt, id sane intelligendum est, vt dixi, non vbi agitur de fideicommisso vniuersali ex allegatis supra *n. 437.* sed bene de particulari.

Quæ conclusio ampliari potest, vt procedat
443 etiam quando versamur in hærede particulari dato tamen vniuersali, et sic quando testator instituit aliquem hæredem in aliqua re particulari, tunc clari iuris est talem insti-
444 tutionem particularem æquiparari legato. tex. *est in l quoties. 13. vers. quos legatoriorũ loco haberi certum est. C. de hæred instituend. & in l. ex facto proponebatur. 35 ff de hæred. instituen.* latè optimèq. dictam conclusionem declarans *Fachin. controuers. iuris lib. 4. cap. 15. per tot.* vbi plures D.D. ad hoc congerit, et dixit Rota *coram Card.* Lancellott. *Iun. decis. 337. n. 2. vers. institutus in re certa est loco legat. & c par. 1. rec.* vbi etiam limitat id in filio, ne testamentum
445 ob præteritionem rumpatur ex ibi allegatis. Idemque respondit R*ota coram bon. mem Andrea decis. 656. num. 7 versic. fuit institutus in rebus certis, & sic habetur loco legatarij &c. part. 4. recent.* aliàs regula est generalis, quod quoties institutio est facta in re certa semper institutus habetur pro legatario, *vt post text.*

in

in d l. quoties Rota affirmauit pluries. & praesertim in causa Bononien. Legati 26. Maij 1648. coram Reuerendiss. Terraconen. §. Nec refert vers. quoties institutio est facta in re certa debet pro legatario &c.

Hinc videmus, quod talis institutio parti-
cularis regulatur secundùm naturam legato-
446 rum, nam, & actionem ex testamento parit
vt scribit Bald. in d. l. quoties. numer. 1. C. de
hared. instituend. Ex huiusmodi institutioni-
bus quoque detrahitur falcidia, pro vt de le-
447 gatis detrahitur text. apertè id decidens
habetur in d. l ex facto proponebatur. vers. & si
fortè & ibi Bart. Bald. C famil. erciscund. l. pa-
ter filium. §. fin ff de legat. 3. & in l. fin. §. fin. ff.
eodem Ludouic. Roman singul. 115. incip. Testa-
tor prælegauit. vbi ait, si testator hæredi præ-
448 dium prælegauerit. deindè dicat, accipias
cohæredem in præallegato fundo Semproniũ
quæritur an Sempronius venire possit vti co-
hæres, vel vti legatarius, effectus est magnus
449 propter falcidiam, & subdit Roman. quod
qui nõ gustasset de brodio iuris, diceret, quod
posset venire vti cohæres, sed tamen casus
450 apertus in contrarium habetur in iuribus
supra allegatis, vt scilicet veniat vti legata-
rius, et per cõsequens subiectus erit falcidiæ,
451 quam opinionem, vti communem, & indu-
bitatam post Socin. in consil. 134. num. 6. & 7.
vol. 2. affirmat Card. Mantic. de coniectur. vltim.
volunt. lib. 9. titul. 13. num. 10. vers. contraria
sententia magis recipitur, quia institutio facta
in re certa est legatum &c. & respondit cõtra-
rijs argumentis aduersariorum à num. 11. &
seq. addo Peregr. de fideicommiss. artic. 3. num. 8.
vers. nec etiam falcidiam detrahit hares institu-
tus in re certa &c. Molin de primogenit Hispan.
lib. 1. cap 17 sub num. 22. vers. institutus hares
vniuersalis non sit, non detrahit Falcidiam.

Vnde ad instar legatarij ipse non detrahit
452 falcidiam, cũ id tantum cõperat hæredi vni-
uersali, sed benè ab ipso detrahitur, tamquam
à legarario, pro vt ratiocinatur Gratian. dis-
ceptat. forens. cap. 771. sub num. 16. versic. hares
institutus in re certa habetur pro legatario, qui
non detrahit falcidiam, sed potius ab eo deduci-
tur &c. & post eum Bellon. in tractat. de Iur. ac-
crescend. cap. 7. quæst. 9. num. 16. vers. quemad-
modum legatarius patitur falcidiam, ita pati etiã
eam haredem in re certa institutũ &c. & dixit
Rota coram bon mem. Coccino in causa Roma-
na de Taglietteu 25. Iunij 1635. à me relata in
part. 5. recent tom. 2. decis. 582. num. 28. versic.
cum falcidia pertineat solum ad haredem vni-
uersalem &c.

Eadem pariter de causa infertur, vt sicuti
453 legatarius grauatus rem restituere, nõ po-
test detrahere Trebellianicam, nam ea detra-
hit tantùm hæres vniuersalis. l. 1. §. inde Ne-
ratius. & l. mulier. § fin. ff. ad Trebell. Bald. in
consil. 281. Viso testamento. ad fin. lib. 1. cum
alijs relatis per Crauett. in consil. 186. numer. 1.
vers. Trabellianica solum detrahit hares vni-
uersalis &c. et copiosius per Peregr. de fideicom.
d. art. 3. à nu. 12. vers. Trebellianica detrahitur
à fideicommissario vniuersali, & de fideicommis-
so quod vniuersale sit &c.

Ita nec poterit eam detrahere hæres parti-
454 cularis, si fuerit eius restitutione grauatus.
Socin. consil. 45. num. 5. vol. 1. & consil. 122. n. 7.
eod. vol. 1. vbi admonet, ne à prædicta opinio-
ne recedatur nec in consulendo, nec in iudi-
cando. Paris in consil. 18. num. 104. vers. non
potest per ipsum detrahi Trebellianica, tanquam
institutus hares particularis &c. & consil. 52. n.
32. vers. hares particularis Trabellianicã nõ de-
trahit &c. vol. 2. ibique plura allegat. & addo
Emanuel. Cost. in cap. si pater. in verb. Trebellia-
nica, num. 14. ext. de testament. in 6. vbi ait cõ-
trariam opinionem nullo modo probandam
455 esse, & in iudicando, & in consulendo peni-
tus esse respuendam, pro vt quoque asserit
Crass. in §. Trebellianica. quæst. 3. num. 5. in fin.
vbi ait, illud, quod attestatur Cost. putat esse
verum. Molin. de Hispan. Primogen lib. 1. d. cap.
17. num. 22 versic. nec posse Trebellianicam de-
trahere &c. Peregr. de fideicommiss. d. art. 3. n. 11
vers. haredem institutum in quota bonorum, ac
grauatum eam restituere, nõ posse deducere Tre-
bellianicam &c. Gratian. discept. forens. d. cap.
771. num. 16. vers. hares institutus in re certa
habetur loco legatarij, & sic rogatus restituere,
Trebellianicam nõ detrahit &c. Ioan. de Castill.
quotidian. controuers. iur. lib. 5. cap. 86. sub n 48.
§. Quinta vero. versic. institutus in re certa, dato
cohærede vniuersali, quartam Trebellianicam
non detrahit &c.

Tandem relictis alijs casibus, ex quibus de-
ducitur legatarios, & hæredes in re terra In-
stituros, pari passu ambulare, considerando ta-
men effectus respicientes ipsam rem, illud, etiã
456 subdam, & quemadmodum ex legato res
aequiritur ipso iure, etiam sine agnitione. l. cũ
pater. 79. §. surdo. ff. de legat. 2. l filius familias.
16. in fin. ff. de testament. cum legatum putum
statim à morte testatoris cedat, ideo legata-
rius si moriatur eo etiam non agnito nihilo-
minus illud transmittit ad hæredes. Vnde l. si
post diem 5. in princip. ff. quand. dies legat. ced. l.
vltim. C. eodem. l. si in personam. 21. C. de fideicõ-
miss l. Sempronius Attalus 26. in princip. ff. de
vsufruct.

457 Non tamquam aequirendum, sed tamquã
acquisitum, eò quia legata acquiruntur ipso
iure etiam ignorantibus. l cum pater. §. surdo.
ff. de legat. 2. d l filius familias. 16. ff. de testament,
Surd. decis. 25. sub num. 19. vers. legatum parti-
458 culare debetur à die mortis testatoris cum
fructibus &c. Rota coram bon. mem. Card. Pan-
zitolo decis. 189. num 5. vers. dominium rei le-
gata statim acquiritur legatario etiam ante il-
lius acceptationem, imo etiam ipsi legataria igno-
ranti &c. part. 7. recent. & hæc conclusio pro-
cedit etiam in legato in diem relicto, dũmodo

certa

certa sit dies, quia licet impediatur translatio
dominij., donec dies aduenerit *l. Sempronius*
Attalus ff. de vsufruct. legat. non tamen impe-
ditur transmissio. *l. si dies in princ ff. quand. dies*
legat. ced. vbi nos. l. vnica § cum igitur. C. *de ca-*
duc. toll. declarat *Iaf. in l. si ita legatum. §. illi si*
volet. num. 9. & seq ff. de condit. & demonstrat. &
firmat *Surd. in consil. 253. num 25. versic proce-*
dit etiā in die relicto dūmodo dies certa sit &c.
Ita quoque dicendum est de hærede parti-
cularis rei, vt sine agnitione acquirat. etiam
459 ignoranter, eamque transmittat ad hæredes
etiā sine agnitione pro vt aduertit *post Vasq.*
Galg. Topat. & alios Barr. *de testam lib. 12. cap.*
3. num. 1. in fin. vers. quod dicimus de transmis-
sione legati puri, extenditur etiam in hærede in-
stituto in re certa, nam transmittit non minus,
quam legatarius &c. et addo. Bellon. *de iur.*
accrescendi d. cap. 7 quæst. 7. numer. 32. et 33.
versic. ita etiam ipse acquirit sine agnitione
ex particulari institutione &c. et latè ostendit
in eodem *cap. 7. quæst 41.* vbi quoque in *d.*
quæst. 9. num 36. ait quemadmodum, legata-
460 rius non potest conueniri à creditoribus
hæreditarijs, *§. si quis vna. Instit. de fideicom-*
miss. hæredit. ita etiam non possunt conuenire
hæredem rei particularis *d. l. quoties. 13.* & ibi
Angel. num. 1. vers. si verò talis. cum alijs ibi al-
legatis et num. 52. subiungit quemadmodum
legatario pro re legata non competit reme-
461 diū l. fin. C. de edict. Diu And. tollend. *et dis-*
serit Fachin controuers iur. cap. 31. lib. 5 per tot.
et Thesaur decis 26. per tot. cum alijs abund.
relatis per Rotam coram bon. mem Manzaned.
in Romana Tutela, à me relatam part 4 recen.
tom. 2. decis. 359. num. 6. & sequent. ita nec cō-
petit hæredi particulari pro re, in qua fuit
462 hæres institutus. *& præter allegatos à* Bellon.
addo Mart. *de success part. 4. quæst. 16. artic. 1.*
num. 73. vers. non ideo tamquam hæres gaudet re-
medio d. l. fin &c. & Caldas *de iure emphyteut.*
lib. 2. titul. 62. quæst. 9. vers. quo casu ille in re
certa institutus, legatarius est, in quem remediū
d. l. fin non porrigitur &c.
Quamobrem cum iam ex hactenùs dictis
satis cōstet institutionem particularem æqui-
463 parari legato, ideòque sicut legatum potest
relinqui nutu, signisq. vt indubitatè demon-
464 straui, ita quoque institutio particularis de-
bet gaudere eodem priuilegio Non obstant.
Iubemus, & l hæredes palam. C. et ff de testam.
quia loquuntur, vt ex eisdem patet, in institu-
tione vniuersali, quæ est caput & fundamen-
465 tum testamenti. *§. ante hæredis. instit. de*
legat. adeò quod absque hæredis institutione
466 testamentum sit nullum, nihilque in eo scri-
ptum valet *l. qui testatur. 1.* & *ibi latè* DD. *ff. de*
hæred. instituend. cum simil. Hic verò agimus
de institutione particulari, quæ similis est le-
gato, sine quo, vel qua benè potest fieri testa-
467 mentum, & quod etiam ab intestato potest
relinqui, sicut ista probantur *in auth. ex causa.*
C. *de liber præterit. vel exhæred. iunct. §. præterea*
Instit. de fideicommiss. & istam solutionem
dat *glos. in d. l. iubemus,* licet loquatur in lega-
to, et in pūcto quod sicuti legatum potest re-
linqui nutu, ita etiam per eandem rationem
468 possit quoque declarari hæres institutus in
re particulari, fuit determinatum in Curia
parlamenti Gratianopolitani teste *Guid. pap.*
decis. 459 sub num. 2. vers. sicuti legatum potest
relinqui nutu ita etiam institutio particula-
ris &c. et in fine ait, Ita fuisse determinatum
in Curia *& post Guid. pap. idem etiam sensit*
Stephan Gratian. *discept forens. 973. n 60. vers.*
nutu valide legata relinquatur, pro vt etiam est
in institutione hæredis particulari, quæ æquipa-
ratur legatis &c.
Cœterum operę pretium est subiungere
ad supradictorum declarationem, quod tunc
non aliter nutu, signisque legata, et fideicom-
469 missa relicta, valida reputantur, quando si-
gna, et nutus ita certi & indubitati sunt, vt ex
illis clara relinquentis intentio colligi et ne-
cessario inferri possit *ad text. in l quoties 9. §.*
si quis nomen ibi, *indubitabili signo. ff. de hæred.*
instituend l. nominatim. 24. ibi, *euidenter deno-*
tati essent. ff. de manumiss testament. Alberic. *in*
l. nutu. num 11. versic. dic ergo nutu. per quem
possit colligi consensus aliàs secus. ff. de legat. 3.
Florian *de S. Petro in d l. nutu. num. 1. vers. nu-*
tu tali per quem colligi posset consensus, alias se-
cus. Crass *in §. Institutio quæ Institutio. quæst.*
17. num. 4. vers. dummodo ille nutus esset satis
certus et dilucidus &c. Gaspar. Anton. Thesaur.
quæst forens lib. 2. cap. 99. num. 27. vers talis sit
nutus, ex quo mentis clara intentio percipia-
tur &c et sed illò admonuit, quamuis non in
istis terminis *Rota coram R. P. D.* Peutingero
in causa Perusina Pensionis 28. Maij 1649. §.
Ipsius autem vers. nutus ita certi, & indubitati
esse deberent, vt ex eis clara intentio intelliga-
tur &c. et iterum in eadem causa *coram eodē*
sub die 9. Decembris 1650. §. Quæ quidem con-
clusio vers nutus, & signa non fuerunt adeo
certa vt claram, et deliberatam demōstrauerint
eius voluntatem &c.
In dictis enim decisionibus fuit resolutum
pro inualiditate translationis pensionis nutu
470 facta, admittendo tamen sinè veri præiudi-
cio, quod pensio nutu possit transferri, id ta-
men verum esse dicitur, quando nutus sunt
ita certi, et indubitati vt ex eis clara transfe-
rentis intentio colligi possit necessario, quæ
471 tamen deficiebant in casu illo, nam præten-
sus transferens interrogationi, an vellet tran-
472 sferre in quemdam, pensionem, mouit
oculos, quoniam oculorum, motus, affir-
matiuam responsionem, vel negatiuam non
inducit, sicuti etiam eleuare caput cum mo-
tu barbæ & aperire os, cum sint actus æqui-
473 uoci, suffragari non possunt ad inducendum
consensum, quidquid sit, quando motio capi-
tis non per eleuationem, sed per inclinationē
fuit

473 fuit facta, nam per capitis inclinationem cẽ-
setur quis annuere, consensumque præstare,
glos. in l. item quia in verb. mutui vers. si enim
annuis ff. de pact. Calderin. consil 40. numer 1.
vers. annuit cum capite, quod sit &c. de testam.
Honded. in consil 99. num. 36. vers. inclinando
capite respondit affirmatiuè &c. et sub num. 36.
vers. ad interrogationem Notarij, inclinando ca-
put respondit affirmatiuè &c. lib. 2.

Verum in casu supradictarum decisionum,
relati actus æquiuoci, eò magis fuerunt reie-
475 cti, quia indultum transferendi pensionem
per Summum Pontificem concessum titulari
fuit per hæc verba, per te etiam in mortis arti-
culo nominandi, & ibi, seu si tibi magis placuerit
pensiones huiusmodi in vnum, vel plures personas
per te quandocumque etiam coram solis Notario,
& testibus transferri posse, concedimus, et indul-
gemus &c. quæ verba adeo præcisam formam
476 inducunt, vt per aliã adimpleri, nullo mo-
do possit, vt probat text. in l. iubemus per banc.
16. ibi. solatium publicum erogator manu sua
sine vllo dolo, et fraude singulis militibus enume-
ret &c. C. de erogand. milit. ann. lib 12. & ibi.
Bart. num. 1. vers. in text. et Alex. in addit. l. qui
haredi 44. ff. de condit. & demonstrat. cum alijs
allegatis in prædictis decisionibus, eoq. magis
id fuit admissum, quia in prædicto indulto
477 aderat decretum irritans, quod taliter for-
mam inducit, vt ea non seruata, actus corruat,
ex allegatis per Barbos. claus. 40. num. 32.

Vnde dictæ formæ nullatenus videatur sa-
tisfactum, dum talis nominatio elicitur tantũ
478 ex signis scilicet nutu, oculis, et eleuatione
capitis, nam cum in dicto indulto certus da-
tus esset transferendi modus, ac specialis præ-
479 scripta forma nominationis personæ trans-
latarij ab ipsomet transferente fiendæ, non
potuit aliter nutu, vel similibus signis adim-
480 pleri, præsertim in re graui, ac maturam
deliberationem requirẽte ad text. in l. in qui-
buscumque negotijs 47 ff. de action. & obligat. l.
vbi non voce. 167 ff. de regul. iur. Et maximè id
venit dicendum si nutus aliaq. signa, facta à
transferente emanarunt eo tempore, quo ille
481 lethalis apopletici morbi grauitate maxi-
mè oppressus, et in extremis vitæ constitutus
erat, Nec prædicta signa prætensi consensus
fuerunt adeò clara, vt deliberatam demon-
strauerint transferentis voluntatem, ita vt
nullum reliquerint hæsitationis locum, pro vt
in omnem casum necessarium fuisset. pro vt
482 latius ratiocinat habetur in suprarelatis
decisionibus in causa Perusina Pensionis 28.
Maij 1649. & 9. Decembris 1650. coram R. P.
D. Peutingero, & ibi eò facilius fuit admissa præ
dicta conclusio, quia constabat, transferentẽ,
dum emisit dicta signa æquiuoca consensus
perfectæ mentis, & intellectus sanitate non
gaudere.

483 Intellige tamen, quod est dictum supra nu.
vt per illa verba. per te etiam in mortis articu-
lo nominandi, nullatenus censeatur præscripta
484 forma translationis pensionis, vt fiat per
nominationem, Nam dicta verba important
quidem formam, vt nominatio, et electio per
485 sonæ translatarij indigeat ipsiusmet trans-
ferentis ministerio, adeo vt transferens alteri
illud committere non possit. cap. quoniam 43.
§. cæterum. extr. de offic. & potestat. Legat. ibi,
Nulli cui commissum fuerit prædicare Crucem,
excommunicare, vel absoluere aliquos, liceat hoc
de cætero alteri committere &c. & subditur in
textu Quia non sibi iurisdictio, sed certum
486 ministerium potius committitur in hac par-
te. per quæ vltima verba dicit Abb. ibi num. 2.
vers. sed quæro, quod text. iste non solum habet
locum in casibus ibi expressis, sed in omnibus
casibus in quibus committitur nudum mini-
487 sterium, non autem iurisdictio, et ratio est
secundum Butr. in d. cap. quoniam. n. 20. quia
potestas subdelegandi pendet à iurisdictione
l. 2. ff. de iurisdiction. omn. iudic. & l. 1. §. qui mã-
datã. ff. de offic. eius cuius est mandat. iurisdict.
488 Ergo habens nudum ministerium non sub-
legat ad idem, Et ideo queamdmodum vsua-
rius ab vsuario constitui non potest l. & neq.
ff. de vs. & habitat. §. 1. Institut. eodem titul. sic
489 nec delegatus à delegato, vt benè post
Angel. communiter receptum Ias. Curt. Dec.
& alios ratiocinatur August. Merl. in Empor.
Iuris part. 1. titul. 2. de iurisdiction. omn. iudic
quæst. 15. num. 4. vers. quia delegatus non habet
iurisdictionem &c. et melius dixit Rota coram
Reuerendiss. P. D. Dunozetto Decano in causa
Regien. Pensionis 5. Maij 1631. est decis. 38. n. 24.
vers. cum igitur part. 6 recent. quę loquitur in
terminis nostris, cum Summus Pontifex com-
miserit nudum ministerium translationis pẽ-
sionis transferenti, vtique censebatur ele-
490 cta industria personæ, ita vt illud ministe-
rium alteri non poterit committere, et præ-
sertim allegatur text. in cap. 15. de offic. de-
legat. in 6. vbi executor datur à Papa vt pro-
491 uideat certæ personę, subdelegare potest, si
verò datur, vt prouideat Ecclesiæ non expres
sa persona, non potest, quia circa eligendam
personam censetur electa industria personæ,
492 & sic talis electio non poterit alteri cõmitti,
& pręter DD. ibi nu. 28. allegatos addo plures
alios adductos per Augustin. Barbos. in colle-
ctan. ad lib. 1. Decretal. titul. 29. cap. 43. num. 3.
vers. per industriam personæ electam subdelega-
tio cessat &c. & nu. 8. ait, quod commissio fa-
493 cta his verbis, per te (vt est casus noster,) vel
per vos fieri mandamus, censetur electa indu-
stria personæ, ex multis ibi congestis.

Quantumuis ergo, vt dicebam prædicta
verba importent formam, vt ipsa nominatio
fiat ipsius transferentis ministerio, non tamen
494 importanr formam, vt ipsa nominatio fiat
ipsius transferentis voce, qualibet enim no-
minatio solo nominantis consensu perficitur,
495 non eget loquela, soloque nutu fieri potest.

Cal-

Caldas.in tractat.de emphyteut. lib. 2. de nominat.emphyteut. quæst.1.num.21. vers.solo nutu posse hanc nominationem fieri &c. & in tractat. de restitut.in integr. in verb. cum non absimilit. numer.69.vers.illud tamen. Barbos.in collectan. Iuris Canon.tom.1.lib.3.titul.18.cap 40.n.143. vers. & mutus signis.et nutu poterit nominare &c. Fr. Sigismund.à Bonon. in tractat.de electione.part 1.cap.4.dub.89. num.13. in fin. R. P. Anton Diana in resolut.moral.tom.5.tractat.6. de mut. & surd resol.13. vbi plures DD. adducit.& addo Blas. Michal. in tract. de Cæc. Surd.& Mut.quæst.42.n 40.vers. cum enim in hoc requiratur solum,vt ipse animum suum patefaciat,quem eligi cupiat &c. et proptins in terminis videatnr Sarnens.ad regul de infirm. quæst.16.vers.prædictis tamen non obstantibus quem refert Patis. de resignat lib.6.quæst.4. sub num.35.vers.vbi pro hoc &c.

Cõcludendo modò,ea quæ dixi in superioribus præsentibus capitibus de dispositis per
nutus, signa &c quod in hac satis fallaci, et
496 periculosa materia valde occulati, et circũ-
specti Iudices,et Consulentes esse debent, et
sedula opera omnia benè considerent, quia re
vera sũt casus satis obnoxi fraudibus, vt quis
497 alteri interroganti, annuendo consensum
dicatur præstare, vt considerauit Gaspar. Anton. Thesaur. in quæst. forens.lib.1. cap.99. sub num.26.vers.quia,re vera, periculosum semper existimaui &c.& post eum Iul.Cæs.Caluin.in tractat.de Æquitat.lib.2.cap.22.num.247 vers. eo casu valde circumspectum esse debere Iudicẽ, aut Consulentem omnibus qualitatibus perpensis &c. Quarè disposita pet nutus ad hoc, vt
suam obtineant firmitatẽ, nullatenus ex probabilibus causis dubitandum est, de sanitate
498 mentis disponentis, & de importuna astã-
tium suggestione,quibus stantibus sanè vete-
ri potest, et quidem meritò an deliberata
499 voluntas,et consensus disponentis interue-
nerit, cum ille sit fundamentum omnium
dispositionũ, et sine illo nihil ponitur in esse,
vt palam est, et supra dixi, Deinde prædicti
500 nutus,aliaque muta signa disponentis de-
bent manifestò eiusdem cõsensum denotare,
itaque in dubium reuocari non possint, aliàs
501 si sint indifferentes et æquiuoci, dispositio-
nis validitas in vanum spectanda venit, vt pa-
riter dixi supra à num.469.

Vlterius caueant Notarij dum stipulantur
dispositiones pet nutum factas, vt in scriptura
502 asserant, nempe Titius mutus ex accidenti,
loqui non valens interrogatus &c. assentit humeris, & annuit capite, quam cautelam ponit Ioannes Dilect. in tractat. de art. testand. titul.1.§cautel.9. num.2. vers. debet enim Notarius annotare huiusmodi consensum hoc modo, videlicet Titius mutus &c. vbi ait id comprobare Calderin.in consil.40.incip Quadã mulier. titul.de testament. verum dicta cautela est glos. et Bart.in l.nutu 21.ff.de legat.3. et monet Gomes.variar.resolut.tom.2.cap 12. titul. de legat. num 2.in fin.vers.Notarius debet esse cautus,vt ponat,et scribat prædicta signa, per testatorem gesta, quibus possit probari, et coniecturari eius voluntas &c. Æmil.Gall. in tractat. de except. testament.titul.1.except.6.part.2.num.6. versic quod Notarius scribendo dicat M. mutus &c. D.Regens Hect.Capyc Latr. consultat 71. numer.19.vers.necesse est, vt Notarius scribat, et quia testator articulatè loqui non potuit, ideò assensit humeris annuit capite &c. lib.1.

ARGVMENTVM.

Hæredis institutio cum sit basis, fundamentum, & forma substantialis,& necessaria testamenti quare si ea deficiat,opus est,'vt tota fabrica testamenti miserè cadat, & res reducatur ad causam intestati, et quando dicta conclusio procedat.

Prædicta tamen solemnitas,cum mere sit introducta per ius positiuum, & nullatenus sit de iure gentiũ,ideoque absolutè firmatur, quod valet testamentum conditum ad pias causas etiamsi nullus in eo reperiatur institutus hæres,et Testator quando iubet, vt eius bona distribuantur ad opera pia per agenda, tunc executor censetur institutus hæres ad id adimplendum.

Dispositiones captatoriæ, quamuis à iure summæ detestentur,ex rationibus de quibus hic tamen cum istæ prohibitiones etiam scateant de Iure positiuo,cum illæ ante S. C. Libonianum erant permissę, Quare cum testamenta ad pias causas sint exempta à vinculis iuris positiui, ideo valida erunt quantumuis in eis tales dispositiones reperiantur,et quomodo id procedat,et vide in sequenti cap.

SVMMARIVM.

1 Institutio hæredis est caput, & forma necessaria, & substantialis testamenti.
in Institutione hæredis consistit basis, & summa totius testamenti.
2 Testamentum, si careat institutione hæredis nihil in eo dispositum tenet.
3 Hæredis institutio vt suos operetur effectus requiritur, vt fiat palam et verbis expressis
4 Institutio hæredis, cum sit testamenti fundamentum, ideoque stabilis, & inconcussum esse debet.
5 Institutio hæredis ex coniecturis inducta nõ valet & quare.
6 in Institutione hæredis si adsit error, corruit testamentum.
7 Hæres, si institutus sit cum expressa prohibitione,ne bona hæreditaria capiat,testamentum corruit.
8 Testamentum corruit ex defectu institutionis hære-

hæredis, quando ea omnino caret.
Vel quando sumus institutione tacita ex sola præsumptione iuris, aut ex coniecturis desũpta.

9 Institutio tacita resultans ex verbis in testamento expressis habetur pro expressa.

10 Testamentum conditum ad pias causas, valet licet in eo nullus sit institutus hæres.

11 Testantium religiosis votis fauendum est.

12 Bona omnia sua si quis relinquat distribuẽda inter pauperes, nullo instituto hærede, valet testamentum.

13 Hæredis institutio de necessitate faciẽda in testamento est solemnitas Iuris positiui.

14 Testamentum pium, vt sit validum, sat est seruare ius gentium.

15 Hæredem, si quis instituat animam propriam, an valeat talis institutio, & n. 16. et 17.

18 Animam propriam, quando quis hæredem instituit ex hoc ostenditur pias causas esse hæredes institutas.

19 Testator, si deponat, vt bona sua distribuantur inter pauperes, censetur executor nomine eorum constitutus hæres.

20 Hæres, quando nemo est in testamento non tenet illud de subtilitate Iuris.

21 Dispositio pia, quando teneat, quamuis de ea non sit facta mentio.

22 Testator, si committat omnia sua bona dispositioni alicuius, quid ex hoc videtur voluisse inferre.

23 Testator, si committat bona sua dispositioni alicuius efficitur institutus hæres ad distribuẽda omnia eius bona in pias causas.

24 Testator, si dicat amico, Amice hic remanent omnia bona mea, de illis fac, quod ego facerem quid ex hoc veniat inferendum, n. 25.

25 Testator, dum aliqua bona reliquit alicui, & grauet hæredem certum, quid expendere in operibus pijs.

27 Et de reliquis bonis, quæ supersunt, faciat quod ei visum fuerit, & ipse testator faceret, an teneatur ea distribuere in pias causas.

28 Bona sua, si quis relinquat dispositioni alterius, is censetur institutus hæres nudus, & puro nomine & ad quid.

29 Fauor non maior debetur piæ causæ, quàm liberis.

30 Priuilegium piæ causæ, in præiudicium piæ causæ non esse considerabile.

31 Piæ causa non est valens et apta ad extinguendum amorem naturalem in suos.

32 Dispositio captatoria à iure est improbata.
Dispositiones captatoriæ de Iure non tenent.

33 Dispositiones captatoriæ in tantum non valent, vt nec pœna eis adiecta non teneant, in casu contrauentionis.

34 Actus contra iuris dispositionem, quando est initus si pœna iniungatur inualida est.
ex Actu nullo non datur delictum, et consequenter nec pœna.

35 Dispositionum captatoriarum species plures sunt, sicuti earum natura.

36 Captatoria dispositio illa vera est, quando testator sub spe lucri, aliquem instituit hæredẽ, vel ei legat. & n. 27 et 28.

39 Dispositio captatoria, quæ sit improbata.

40 Dispositio, quæ in alienæ voluntatis arbitrio aut alterius mentis secretum confertur, non est captatoria.

41 Dispositio dicitur captatoria, quando substantia vltimæ voluntatis liberè confertur in voluntatem alicuius.

42 Institutio dicitur captatoria etiam quando non principaliter, sed per indirectè ponitur institutio in voluntatem alterius.

43 Institutia dicitur captatoria, quando ea fit sub spe alterius institutionis, & distingue, vt n. 44

45 Captatoriarum dispositionum materia hodie satis adumbrata reperitur.

46 Ius, quando est in no une, tunc disputatio pertinacibus est relinquenda.
in Iure omnia satis in peius ruunt.

47 Iustinianus Imp. quare sic vocatus fuit.

48 Dispositio captatoria ad fauorem piæ causæ non est improbata.
Et maximè, quando fuit commissa distributio bonorum alicui facienda in pauperes.

49 Testamenta ab alieno arbitrio non debent pendere.

50 Hæredũ institutiones incertæ regulariter non tenent.

51 Hæredis institutio, vel legata ad pias causas etiamsi in alterius arbitrio conferantur, valida sunt. & n. 54.

52 Quæ opinio est cõmunior, & sequenda, ac seruanda in vtroque foro. n. 53.

55 Dispositio, si committatur in meram voluntatem hæredis non valet.

56 Dispositio captatoria à mero iure ciuili prohibita est.

57 Legata captatoria non solum sunt permissa fauore piæ causæ, sed etiam institutio hæredis.

58 Piæ causæ fauore non sunt admittenda ea, quæ sunt contra bonos mores

59 Finis, et effectus bonus non suffragatur ad sustinendum actum reprobatum.

60 Bart. irridetur à Baldo, quia fuit allucinatus in intellectu cap. cum tibi. de testam.

61 Cap. cum tibi. de testam. loquitur de commissione distributoria, non autem de voluntate dispositoria.

62 Captatoria dispositio, admittitur quando dispositio iustam præsefert causam.

63 Institutio captatoria, si fiat per viam liberæ dispositionis, et per modum consilij tunc pro conseruatione agnationis.

64 Dispositiones captatoriæ fuerunt prohibitæ per S.C. Libonianum.

65 Dispositiones captatoriæ indistinctè valent ad fauorem piæ causæ.

66 Dispositiones captatoriæ, si nõ erant prohibitæ olim

olim, & modo sunt prohibita, quod ex hoc nõ
sit inferendum .
67 *Captatoriæ dispositiones possunt statuto , aut*
consuetudine introduci .
68 *Ius positiuum per aliud ius positiuum potest*
corrigi .

CAPVT L.

HÆREDIS institutio cum sit caput basis,
& forma necessaria, et substãtialis testa-
1 menti in qua consistit summa totius testamẽti
§.ante hæredis institutionem. Instit. de legat. l.
proxime. ad finem. ff. de his qui in testam. delen.
l.1. in fin. ff. de vulgar. et pupillar. l.1. ff. de hæred.
instituend l. fin. iuncta glos. ff. de iur. Codicill.
Itant nihil quod in testamento relictum est,
2 valeat sine hæredis institutione, vt dicitur in
prædictis iuribus . Quæ quidem institutio, vt
3 suos operetur effectus requiritur etiam vt pa-
lam expressis verbis fiat. *l. hæredes palã in prin-*
cipio. C. de testament. l. iubemus. C. eodem , vt sa-
tis docui supra cap. 27. Nec aliquis miretur si
Ciuilis Iuris censura id anxiè sanxerit, quia
vt dictum est, cum in institutione hæredis stet
4 basis, et fundamentum Testamenti maxima
est adhibenda diligentia, vt illa stabilis et in-
concussa sit, ex quo pendet validitas aliorum
omnium in testamento ordinatorum . Itaque
5 nec talis ex coniecturis inducta censetur. *l. si*
quis eum. § si suo. vers. sed secundum vsque ad
finem. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. l. 1. ibi,
quia ex coniecturis non propriè scriptus hæres
videretur. ff si tab. testam. extab. Honded. *con-*
sil. 65. *num.* 21. *lib.* 1. Fusar. *consil.* 25. *numer.* 35.
lib 1. Surd. *consil.* 465. *num.* 12. *Roderic.* Suarez.
allegat. 2. *num.* 6. *vers. ex coniecturata volunta-*
te, aut ex coniecturis , numquam hæredis insti-
tutio inducitur &c. Ferdinand. Vasquez. *de suc-*
cess lib. 2 *§.* 15. *requisit.* 16. *num.* 53. *tom.* 1. cum
alijs allegatis *supra cap.* 27. *à num.* 1.
Et supradictã conclusionẽ, quod hæredis in-
stitutio tamquam basis , et fundamentum te-
6 stamẽti debet esse certa, et indubitata, amplia,
vt si error sit in denominatione hæredis, pu-
ta si aliquis fuerit institutus hæres , vti filius,
cum non esset filius testamentum. vitiatur.
l. si pater. ff de hæred. institutẽd l. nec apud. C. *eod.*
cum alijs allegatis per Benedict. Capra *consil.* 2.
num. 20. *vers. nec valeret, quia erratum est adde*
Paseth. *consil.* 140. *nu.* 16 *et seq.* Rota *decis.* 194.
nu. 1. *vers vitiat testamentum &c. par.* 2. *diuers.*
& fuit dictum corã R. P. D. Bichio *in causa Ro-*
mana Hæred. de Virili 24. *Maij* 1641. *§. Rur-*
sus nõ obstat. vers. nec pariter subsistit institutio,
quia testator errauit &c. cũ multis ibi adductis.
Hinc etiam est, si testator instituat aliquem
hæredem cum expressa prohibitione , ne
7 bona hæreditaria capiat, non valet talis insti-
tutio, et hoc casu ab intestato succeditur , *vt*
post Bart. in l. quoties. §. si duo. ff de hæred. insti-
tuend. dixit Adam. Keller. in tractat. de Iur. suc-
cedend. ab intestat tit. 2. *nu.* 33. *vers. testator &c.*
Tamen quidquid sit de prædicta satis con-
trouersa opinione, quod omnino debet esse
indubitata institutio hæredis , ac omnino fir-
8 ma , quæ videtur habere locum in testamen-
to omnino carente institutione hæredis , vel
in institutione tacita ex sola iuris præsũptio-
ne, aut ex coniecturis desumpta ; secus autẽ
in institutione tacita resultans ex verbis in
testamento expressis , quia tunc talis institu-
tio habetur pro expressa , et ad hoc adduci
potest. *text. in l.* 1. *§ sin autem ff de hæred. instit.*
& ita distinxerunt *Aretin. in l. Gallus in prin-*
cip. 2. *col. vers. pro varietate istius. ff. de liber. &*
posthum. latè Aquilin. *in eadem l. Gallus in pri-*
ma part. num. 11. *et seq.* Barbat. *consil* 5. *per tot.*
et præsertim sub num. 5. *versic. quinto facit. lib.* 1.
Ruin. *consil.* 56. *numer.* 10. *lib* 2. Menoch. *lib.* 4.
præsumpt. 19. *num.* 7. *&* 8. Mascard. *de proba-*
tion. conclus. 928. *num* 7. Cui distinctioni etiã
se subscripsit. *Rota in causa Romana fideicom-*
missi 26. *Aprilis* 1638. *coram Reuerendiss. P. D.*
Dunozetto *Decano. § . Nec prædictis. vers quo-*
niam iura exaduerso ponderata videntur proce-
dere , vel in testamento omnino carente institu-
tione hæredis, vel in institutione tacita &c. quæ
decisio confirmata sub die 14. *Nouembris sequẽ-*
tis anni 1639. *coram eodem Reuerendiss. Decano.*
Omnis quidem difficultas, nec non distin-
10 ctio cessat in casu , quando testamentum cõ-
ditum est ad pias causas, vt valeat, non obstã-
te, quod nullus in eo sit institutus hæres , &
11 hoc suggerente magno fauore, qui religiosis
testantium votis debetur , idcirco , si quis re-
linquat omnia bona sua inter pauperes di-
12 stribuenda, nullo instituto hærede valet testa-
mentum, *ita senserunt Bart. in l.* 1. *nu.* 65. *C. de*
sacrosanct Eccles. Bald. *in l. si quis ad declinan-*
dã. C. de Episcop. et Cleric. Abb. *in cap. indicante*
sub num. 3. *C. de testam. loquens de legatis factis*
ad piam causam sine hæredis institutione Intri-
gliol. *singul* 98. *num.* 18 *et* 19. Molin. *de iustit*
et iur. tom. 1. *tract.* 2. *disput.* 134. *in fin. vers. vtrũ*
vero &c. Lessius *lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 8. *Eminen-*
tiss. D. Card. Lugo *de Iustit. disput.* 22. *num.* 27.
Io. Angel. Boss. *in suis var. moral. lib. titul.* 12. *§.* 2.
num. 90. Paul. Layman. *in Theolog moral. tom.* 1.
lib. 3 *sect.* 5. *cap.* 2. *num.* 12. Alphons. de Leon. *in*
tractat. de offic. Cappellan. sect. 5 *quæst.* 25. *præ-*
sertim à num. 347. et vide *Paul. de Castr. in*
consil 97. *super primo quæsito lib.* 1. Barbat. *con-*
sil. 8. *Præscribitur præclarè col.* 8. *vers. venio ad*
aliam dubitationem lib. 1. qui loquuntur in in-
stitutione hæredis non scripti, et omnia bona
ad pias causas fuerunt relicta, idemque sensit.
Firmia in tractat de Episcop. part. 4. *lib.* 4. *q.* 31.
vers. dubitari potest, et post supra relatos *tenet*
Tiraquell. de priuileg. piæ causæ priuileg. 15. *Idẽ*
in tractat. le mort saisit le vif. par. 7. *declarat.* 5.
Menoch. *consil.* 369. *num.* 10. Valasc *consil* 68.
nu. 4. Mendez *à Castro in prax. Lusitan. lib.* 1.

Digitized by Google

cap. 2. numer 22. et seq. & idem sensit Rota *in*
causa Leodien Domus, 13 Testamenti 10. Mar-
tij 1574. coram bo. me. Card. Lancellott. *§. Nõ*
obstat. vers. in testamentis conditis ad pias cau-
sas, quando non reperitur hæres &c. Peregr. *in*
tractat. de fideicommiss. articul. 2. num. 33. Gas-
par Thesaur. *lib. 4. quæst. forens. quæst 38. sub*
num 35. versic. sed in iudicando &c. Sebastian.
Medic *in opuscul. 4. num. 60. versic. nono quam-*
uis. Io. Baptist. Nouar. *in tractat. de miserabil.*
person. priuileg. cap. 7. num. 3.

Ratio enim supradictæ cõclusionis est, quia
hæredis institutio est solemnitas à iure Ciuili
13 introducta, nam de iure gentium non requi-
ritur heredis institutio ad validitatem vltimę
voluntatis, in testamento autem ad pias cau-
sas, vt validum sit, non requiritur solemnitas
14 iuris Ciuilis, sed sufficit solemnitas iuris gen-
tium, vt satis demõstraui supra Cap. 1. per tot.
Vnde quoque infertur, quod si quis in hunc
modum disponat de bonis suis, *Relinquo hæ-*
15 *redem bonorum meorum animam meã*, & multa
pia præciperet fieri, nonnullaque legata ami-
cis, vel consanguineis, relinqueret, & consti-
tuto, vel non constituto executore testamen-
16 ti, ita testamentum absolueret, tale testamẽ-
tum fore validum quidquid secus senserint
nonnulli DD. tacitis nominibus *à Molin. de*
Iustit & Iur. d. tom. 1 tractat. 2. disput. 134. re-
lati, qui dixerunt esse inualidum ob defectum
17 institutionis hæredis, eum in contrarium sit
veritas, vt constat ex pluribus DD. proximè
allegatis. Et probatur, tum quia hæredis in-
stitutio, non est necessaria ad fauorem testa-
menti ad pias causas, vt dixi supra *numer 12.*
18 tum quia verba illa, *Instituo hæredem animã*
meam, satis clarè ostendunt institutum esse
hæredem ad pias causas, vt scilicet, quod re-
manet de bonis, id totum in operibus pijs
impenderetur, *& videatur Fagundez. de Iu-*
stit. lib 6. cap. 1 num 22. & alij Theologi, & Iu-
risperiti *allegati abundè supra sub n. 12. & vide*
infra à numer. 23.

Nam in his terminis in effectu videntur
19 instituti pauperes, seu executor nomine eo-
rũ, prout in puncto loquuntur *Bart. & Castr.*
proximè allegati, licet de subtilitate Iuris nõ
20 valeret, cum nemo sit hæres, vt dicit *Specul.*
post V bert. de Bobio per eum relatum in titulo de
instr. edit. §. nunc vero alia ante num. 24 Sed
21 aliud est de æquitate Canonica, quia valet
talis dispositio, etiamsi de pia causa non esset
facta expressa mentio, veluti si testator com-
22 mittat omnia sua bona dispositioni talis, prę-
sumitur enim voluisse, quod distribuantur
pauperibus ad pias causas, et videtur institu-
tus hæres executor nomine pauperum. *cap. cũ*
tibi secundum intellectum Innocent. num. 1. ibi,
Si extremam voluntatem meam committo volũ-
tati Titij, nam per hæc verba videtur instituisse
Titium, non per se, nec in fauorem Titij, sed tã-
quam distributorem, vt distribuat inter paupe-
res, & ad alios pios vsus. & sic non videtur pro-
priè institutus hæres, sed nudus Cõmissarius &c.

Cuius opinio dicitur communiter appro-
bata per Legistas, et Canonistas, *vt testatur*
Abb. num. 4. et post alios latè Couarr. *num. 10.*
de testam. Sarmiẽt *select. interpretat. lib. 2. cap. 6.*
num 33. & 34. Vbi vberrimè discutit intelle-
ctum *d. cap. cum tibi*, qui licet verius sit, & ita
in eo non possit fieri fundamentum solidum,
vera tamen est supra relata conclusio, Vnde
etiamsi non appareat, vt præmisi expressè te-
statorem voluisse testari ad pias causas, tamẽ
si testator ita disposuerit, *Committo omnia*
23 *bona mea dispositioni Titij*, is, vt proximè dixi,
censetur institutus hæres ad distribuẽda om-
nia bona in pias causas. Hinc ex hac doctri-
na deciditur, quod si amicus moriens dicat,
24 amico suo, *Hic manent omnia mea bona, de*
illis fac, quod ego facerem, & hoc casu nec po-
test amicus ille, ea bona sibi retinere, sed om-
nia sunt distribuenda in opera pia, pro illius
25 anima, Præsumendum enim est illam fuisse
eius voluntatem, *& ita expressè tenent Fagũ-*
dez de Iustit lib. 6. cap. 3. num. 24 cum ibi alle-
gatis. Vbi etiam refert cũ Conimbricæ mor-
tuus esset vir ditissimus, qui in suo testamento
multam summam millenorum aureorum re-
linquerat eius fratri, addens postea, *De reliquo,*
26 *mihi tot Missæ, & sacrificia dicantur, et talia*
opera pro anima mea fiant, & si quid adhuc su-
pererit de illo faciant testamentarij mei. quod il-
lis visum fuerit, & ego facerem, Et adimpletis
operibus pijs, cum superesset quædam pecu-
27 niarum summa, quàm frater illius sibi debe-
ri dicebat, consultus iuxta supradictam do-
ctrinam respondit dictam summam esse ex-
pendendam in opera pia, *& vide reliquos D.*
Theologos allegatos supra nu. 12.

Prædictam conclusionem de qua supra *nu-*
mer. 22. quod quando quis bona sua commit-
tit dispositioni alterius, is censeatur institu-
28 tus hæres nudus, & puro nomine, nempe cũ
onere, & obligatione distribuendi totam hæ-
reditatem in opera pia tutati sunt, præter iã
relatos, *Bart in l. hæreditas nu. 12 ff. de hæred.*
instituend in l. si quis Titio num. 3 ff. de legat. 2.
et in l. alio, num. 6 ff. de aliment. leg et in l. si quis
ad declinandum num. 2. C. de Episcop. et Cleric.
et in l. Trebatiani. numer. 5. ff. de vsufruct. legat.
& latius *in l. Centurio, nu. 21. & ibi cæteri Scri-*
bentes. ff. de vulgar. et pupillar. et præsertim Alex.
num. 78. vers. sed si nullus, & post alios ibidem.
Rip. *num. 105.* Bald. *in auth. licet in princip. C. de*
natural. liber. et in l executorem, nu. 7. et 8. C. de
execution. rei iudic. in l. si in Epistola sub nu 4.
vbi recitat opinionem *Innocent. in d. cap. cum*
tibi licet. ibi, *nihil clarè firmet. C. de fideicom-*
miss. sed & illam firmat *in l. illa institutio in 2.*
notabil. in fin. ff. de hæred. instit. & in consil 296.
vers. præterea quãdo testator vol. 5. Alex. *cons. 51.*
sub num. 20. vers. & si nullus hæres esset vol. 7.
cum alijs pleno calamo adductis *per Capiferr.*

in tractat. de num. test. part. 2. cap. 2. numer. 82. et vide Card Manticam *de coniectur vltim. volunt lib. 6 titul. 3. sub num.* 30 vbi post Bald. *in l. executorem num. 8. de execut. rei iudic.* ait in puncto huius quæstionis nusquam alibi reperiri textum præter quàm *in d. cap. cum tibi de testam.* quem tamen limita, vt habetur apud eundem. *Bald. in d. l. executorem sub numer.* 8.
29 quando testator reliquerit filios *per text. in l. in suis ff. de liber. et posthum. & in l. cum acutissimi ff. de fideicommiss.* nec enim debetur maior fauor piæ causæ, quàm liberis *vt idē Bald. dixit in l. et in epistola num. 2. ff. de fideicommiss.* & probatur *in can. vltim. 17. quæst. 4.* & ita tenet *Roman expressè in d. l. captatorias num.* 10. *C. de testam. milit.* Corn. *consil.* 156 *numer. 9. & seqq. vol 2.* & aduertit *Rota in causa Romana Legati 27. Martij* 1634. *coram Eminentiss. Domino Card Hieronym.* Verospin. *in fin.* vbi di-
30 citur priuilegium piæ causæ in præiudicium filiorum, non esse considerabile. Non enim est pia causa valens ad extinguendum amorē
31 naturalem in suos. *vt ratiocinatur* Monterpetell. *cons.* 105. *num.* 7. Rander. *resolut. 1. nu.* 39. *Vincent. de* Franch. *decis.* 597. Rota *in causa Romana legati 24. Ianuarij* 1642 *coram Reuerendiss.* Ferraconen. *§. minus obstat. vers. pia causa non est apta extinguere amorem &c.* De hoc alibi dicam, & aliqua iam dixi *in annotat. ad dec. 434 à nu. 15 part. 4. rec. tom. 2.* At ad nos.

Nec obstat testatorem disponendo, vt dixi supra, committendo nempe dispositionem bonorum suorum alicui nullius roboris sit
32 tale testamentum cum ista sit captatoria dispositio à iure omnino improbata *l. si quis captatorias, et l. si quis sempronium, et l. institutio. ff. de hared. instituend. l. captatoria ff. de legat. 1. l. verum §. cum quidam ff. de reb. dub.* & in terminis, de legatis, & fideicommissis, *est textus in d. l. captatoria ff. de legat. 1. et in d. l. verum, & in l. legatum ff. de legat. 1. glos. et DD. in l. 1 ff. de leg. et. 2. l. numquam. ff. de condit. & demonst. in fin.* Dec. *in l. captatorias, nu. 5. et seq. et ibi* Castr. *n. 2. C. de testam. milit.* Gomes. *ad Leg. Taur. 22. sub nu. 18 Roderic.* Suarez. *in l. quoniam in prioribus. in declarat. Leg. Regn. Limit. 5. numer.* 11. Perege *de fideicommiss. art. 33. num.* 62. Spin. *de testam. glos. 5 num. 70. ad med.* Pert. Bech. *de testam. coniug. cap. 17. numer. 1. in magn. tractat. tom. 8. part. 1.* Simon. de Præt. *de interpretat vltim volunt. lib. 2. interpretat. 1. dub. 1 solut. 3. numer.* 5. Decian. *consil. 70. num. 24. lib.* 3. Fusar. *consil.* 43 *per tot.* Menoch *consil.* 699 *per tot.* Castill *controuers. quotidian. part. 3. cap. 18. nu.* 13. Fachin, *select. interpret. lib. 13. cap. 21. per tot.* Gratian. *discept forens. cap. 908. nu.* 4. Gamm. *decis. Lusit. 245. nu* 1. Gaill. *obseruat. Imperial. cap. 117 nu. 1.* Surd. *decis. Mantuan. 68 per tot.*
32 quod enim dispositiones captatoriæ non valeant, sunt celebres decisiones *in causa Romana de Caualerijs 15 Iunij* 1632. *et* 14. *Februarij* 1633. *coram bo. me.* Coccino *relatæ sunt à me in 6 part. recent. 170. et 350. et coram bo. me.* Dunozetto *in causa Firmana Hæreditatis 27. Ianuarij 1621. et 25. Martij eiusdem anni, sunt pariter à me relata in part. 3 recent. tom. 2. decision. 272. et 278.* vbi aliæ decisiones allegantur & aliæ adductæ habētur *coram* R. *P. D.* Cerro *in causa* Rom. *Renunciationis 23. Martij 1650. & coram* Reuerendiss. Dunozetto *in altera Romana Hæreditatis de Searsellis 17 Iunij 1645. §. Nec ad effectum. vers. cum adde ea, tamquam captatoria damnetur &c. et corā eodem in causa* Romana *fideicommissi de Martalis 11 Decembris 1651. §. 1. vers. quare cum huiusmodi dispositio fuerit facta sub spe, et explicita conditione reciprocæ institutionis fuit nulla penitus, & inualida &c.*

Et amplia in tantum non substineri dispo-
33 sitiones captatorias, vt si pœna iniungatur in casu contrauentionis partium, nec pœna substineri potest, vt *inquit Surd dec.* Mantuan. 7. *à num.* 30. Quia actus contra Iuris disposi-
34 tionem, quando est initus, si pœna iniungatur inualida est, vt deducitur *ex l. 1. ff. de his qui nomin. reliq.* non enim ex actu nullo da-
35 tur delictum; & consequenter nec pœna, *l. ea quidem vbi Bald. num. 2 ff. si mancip. ita fuer. alien.* quæ Iuris conclusio ad multos casus extenditur *à D. Francisc. Ferrer. in commentar. ad Constitut. Cathalon incip. hac nostra, sub titul. solut. matr. 3. tempor. à num.* 21.

Longum esset si hic referre vellem, quales
36 sint species captatoriarum dispositionum, & eorum naturam, principaliores tamen, ne penitus tacitus sim, distinctiones referam infra à *numer.* 41. cum per ampla sit materia. Et veritas est, quod solum illam indico, esse veram dispositionem, seu voluntatem
37 captatoriam, quando Testator instituendo, vel legando aliquid alicui, id facit sub spe reciprocæ institutionis, vel legati, puta *substituo te hæredem si me institueris, vel substitueris &c.* Vnde sic testator captat extrema liberalitatis elogia, vlterius sub illa subdola
38 institutionis, vel substitutionis, aut legati illecebra, allicit alium ad lucrosas tabulas captiosus ipse & fallax, suarum nouissimam rerum ordinationem mutet, aut mutare possit, aduersus quos captiosos homines audia-
39 mus, quàm probe inuehit Martialis Poeta, his versibus scribendo ad Marianum.

Scis te captari: scis hunc, qui captat auarum,
Et scis. quid captat, quid. Mariane velit
Tu tamen hūc tabulis haredē stulte. supremis
Scribis, & esse tuo vis, furiose, loco.
Munera magna quidē misit sed misit in hamo,
Et piscatorem piscis amare potest?
Hiccine defiebit verò tua fata dolore?
Si capis vt ploret: des, Mariane nihil.

Quod enim prædicta dispositio sit propriè captatoria, & sit improbata, *asserunt.* Castren. *in d. l. captatorias, num. 4. C. de testam. militis.*

Digitized by Google

lit bo.me. Reuerendiss. Sarmient. olim Rota Au-
ditor select. interpratat. lib. 2. cap. 4. per tot. Re-
uerendissimus Daranus etiam olim Rota Audi-
tor. in tractat. de condit. impossibil. part. 3. cap. 5.
num. 28. ante fin vbi de communi testatur Io.
Dekerius dissertat. Iuris lib. 1. dissert. 1. num. 7.
vbi etiam adducit supradicta carmina Martia-
lis, et latè tractat. Castill. quotidian. controuers.
part. 2. cap. 6. num. 3. & 4. vbi plures cumulat,
& defendit solam dispositionem, de quo in
40 supra relato casu dici propriè capratoriam,
exclusis eis, quæ in alienę voluntatis arbitrio,
aut alterius mentis secretum conferuntur,
quas non esse capratorias pluribus prosequi-
tur, cuius opinionis etiam fuit. Anton. Faber.
de erroribus Pragmatic. part. 3. decad. 51. error. 4.
vers. Atque in eo primum. et error. 5. et latissimè
tractat Fusar. de substitut. quæst. 503. à nu. 1.

Sed ne penitus sicco pede circa distinctio-
nes in materia dispositionum capratoriarum
pertranseam, annotabo regulariter solitum
esse tripliciter diuidi. Primo, scilicet quando
41 substantia vltimæ voluntatis principaliter,
& directo confertur in liberam voluntatem
alterius, vt puta, si testator dixerit Instituo
hæredem Sempronium, si Titius voluerit, quia
si Titius dicat se nolle, Sempronius non erit
hæres, & testator remanebit deceptus dece-
dendo intestatus. l. si quis Sempronium. 68. vbi
glos. in figuratione casus. ff. de hæred. instituend.
glos. in l. captatorias. C. de testam. milit. Secundò
42 quando nō principaliter, sed indirectè com-
mittitur substantia dispositionis, veluti, Insti-
tuo quem Titius voluerit, vel eligerit, Nam Ti-
tio nolente, vel non eligente institutio rema-
net vacua. Tertiò, quando institutio fit sub
43 spe alterius institutionis, videlicet Instituo te,
si institueris me. gloss. in d. l. captatorias. in verb.
captatorias, & ista est vera institutio captato-
ria, vt præmisi supra num. 36.

Hisce enim tribus modis captatoriam vo-
luntatem distinxerunt. Couar. in cap. cum tibi.
nu. 1. de testam. Crass. in §. Institutio quæst. 18.
num. 2. et Rota in dicta Romana de Caualerijs
in recent. part. 6. tom. 2. decis. 350. num. 4. vsque
ad num. 14. Tertia vero species subdiuiditur
etiam, & comprehendit casum, quo institutio,
vel alterius dispositionis conditio tendat ad
44 alium extraneum hæredem instituendum, vt
puta Titius habeat centum, vel hæres meus
esto, si Mæuium hæredem instituerit per text.
in l. si fratres. 53. §. idem respondit. il primo. ff. pro
socio, et in l. illa autem institutiones. 71. vers. sed
illud quæri potest. ff. de hæred. instituend. Couar.
in d. cap. cum tibi. num. 2. vers. et ideo idem iuris
est &c. et optimè respondit Rota in d. Romana
Renunciationis 23 Martij 1650 coram R. P. D.
Cerro. §. Primum siquidem &c. Alij vero Do-
ctores alias plures species capratoriarum dis-
45 positionum inuenerunt, & diuersas etiā na-
turas, itaque materia ista, adeo insinuosa re-
peritur, & sic adumbrata, vt ingenuè multi
DD. fateantur, vix apparere lucem ad digno-
scēdam veritatem talium dispositionum. Sed
heu, in iure, Omnia satis in peius ruunt.

Sed relictis his distinctionibus, quæ parum
46 faciunt ad propositum nostrū; maximè quia
vis est in nomine, cuius disputatio pertina-
cibus relinquenda est, iuxta glos & DD. in
rubr. ff. solut. matrim. et facit text. in l. 2. & ibi
glos. C. de constit. pecun. aduertitque Cagnol. in
proem. Digestorum sub numer. 55. versic. cum
disputatio sit de nomine, ideo pertinacibus est re-
linquenda. vbi nauseatus de I.C. quibusdam,
circa varias interpretationes nominis Imp.
47 Iustiniani, dicit vna cum Signorol. in cons. 129.
col. 3. vocatum esse Iustinianum, quia sic pla-
cuit parentibus, & his, qui sacro baptismate
eum exornare fecerunt, cum alijs ibi adductis.

Quippe sat erit in casu, de quo agimus asse-
48 rere dispositionem captatoriam, validam esse
ad fauorem piæ causæ, idque quidem de pla-
no procedit, quando, vt dixi supra testator
commisit dispositionem bonorum suorum
alicui, & hoc siuè strictè, seu largo modo di-
catur dispositio captatoria, siuè, vt alij volunt
dispositio non captatoria, sed vitiosa, tunc
49 nuncupetur, cum non liceat testamentorum
iura ab alieno arbitrio pendere. l. illa institu-
tio. ff de hæred. instituend. nam testamentum
est nostræ non alienæ voluntatis iusta sen-
sententia l. ff. de testamen cum alijs relatis per
Martinez lib. 5. titul. 4. l. 5. glos. 1. un. 2. Vnde à
iure talis dispositio est regulariter prohibita,
50 idque vt prēmisi fauore piæ causæ cessat.

Verum hæredis institutio, & legata ad pias
causas, & si alterius arbitrio, & volūtati com-
mittantur valida sunt, vt instituo hæredem
51 piam causā, vel Ecclesiam, quam Sempronius
voluerit, vel. Ego mille piæ causæ, seu Ecele-
siæ, quam Titius voluerit relinquo, quæ
opinio communis est per text. in d. cap. cum
tibi. vbi est casus rotundus secundum Bart. in
repetit. l. 1. num. 64. C. de sacrosanct. Eccles. et in
l. Theopompus. num. 6. ff. de dot. prælegat. idem
Bart Bald et Paul. de Castr. in l. captatoriæ. ff.
de legat. 1. Doctores communiter in l. captatorias.
C. de testam. milit. vbi Paul. de Castr. ad fin. &
latissimè disputat Alexander, qui tandem
communem hanc opinionem sequitur num. 4.
Ias. nu. 12. vbi testatur de communi, et quod
ab ea non est in consulendo, necnō iudicando
52 recedendum, licet postea subdat in pun-
cto iuris, sibi magis placere contrariam
opinionem per aliqua leuia, quibus benè res-
pondet ibidem Dec. communem latè comprobās
num. 17. 18. & plurib. seq. sic etiam consulti re-
sponderunt Angel. consil. 97. et consil. 201. Abb.
consil. 32. numer. 3. vol. 2. Alex. consil. 14. col. fin.
vol. 2. Ias. consil. 110. nu. 3 vol 1. Ruin. consil. 21,
num. 4. vbi testatur de communi vol. 2. Paris.
consil. 83. num. 29. & 30. vol. 2. & consil. 45. n. 12
& 13. et consil. 89. num. 44. vol. 3. Videndi etiam
sunt communiter Canonistæ in d. cap. cum ti-
bi. vbi

bi.vbi Abb.num 4.et post alias latissimè Couar.
attestans de communi.nu.12.Guil. de Benedict.
in cap Raynuntius in verb.condidit,num.8. de
testam.Iul.Clar.recept.sentent. in §.Testament.
quæst.6.vers. quarto. Euerar. centur.27. in fin.
vers.hinc est,quod licet voluntas. cum alijs co-
piosè relatis per Tiraquell.de priuileg.pia cau-
sa.priuileg.64.num.1.& per Gabr.commun cō-
clusion lib.titul.de pia caus.conclus.3. numer.1.
Peregr.de fideicommiss.art.33.n.66. Sebastian.
Medic in opuscul 4.num.54.Io.Saison, in con-
suetud.Turonens.titul.33.de success.§.26.glos 3.
col 3.vers quid autem in relictis ad piam causā
&c. Ferdinand Vasqu. de success.progress.lib.
1.§.3.num.34 ac de communi,& recepta D.D.
sententia, imo de magis communi post Socin.
in consil 53.num.57.lib.1.testatur Alex. Tren-
tacinq. var.resolut.lib.1.titul.de pia causa nu.1.
latè Barbos.de iure vniuers. Eccles.lib.3.cap.17
num.71.vers. vtrum generalis pauperum insti-
tutio quos Titius voluerit sit valida partem af-
firmatiuam indistinctè probare videntur &c.
Quod enim ista opinio seruanda sit in vtroq.
53 foro,affirmat Alex.in l.captatorias C.de testa-
men.milit. & ex Theologis videatur Molin.
de Iustit.et Iur.tom.1.tractat.2. disp.134. vers.
vltimo et disput 157.vers.legatum, aut hæredis
institutio &c.Less.lib 2.cap.19 n.10.Laym.lib.3
tract.5.cap.2.num.7.Fagund.de iustit. disputat.
22.cap 3.num. 26 Eminentiss.D.Card.Lugo eo-
dem tractat part 2 disputat.22.nu.172.Vasquez
in opuscul.de testam. cap. 8. num. 42. & cap.9.
num.35.& alijs per eosdem allegatis.
Et quamuis relati DD. indistinctè affirmēt
54 valere dispositionem captatoriam ad pias
causas, in exemplo tamen loquuntur in hac
specie,quando committitur dispositio volun-
tatem tertij,et in hac specie illam quoque ad-
mitrit. Angel.Aretin in eius celebri, et practic.
tractat.de testament.glos.16.num.2.secus dicēs,
55 si,dispositio cōmitteretur in meram in volun-
tatem hæredis, vt ibi latè videre potes. Sed
Doctores communi calamo contrarium sen-
tiunt, dum indistinctè loquuntur vt supra.
Magni quidem ponderis est ratio illa, si ani-
56 maduertamus prędictam prohibitionem à
iure Ciuili originem agnoscere, idcircò ad
pias causas non attenditur,vt dixi supra, et in
puncto considerat, & probat Alexand. in d. l.
captatorias sub n.4.vers. puto veriorem, & Dec
n.18.cum seqq.Alex.d.consil.24.num.7.vol.1.&
Couarr.d.cap.cum tibi,sub d.n.12.versic.& licet
præfatam opinionem, vbi probat non solum
57 quoad legata,sed etiam quoad institutionem
hæredis,communem hanc assertionem proce-
dere,cum vtrobique militet eadem ratio. vt
ibi abunde per eum.prędictam rationem quoq.
adduxit Aloys Ricc. in addit.ad Tiraquell.de
priuileg.pia caus.d priuileg.64.in fin.vers.cum
enim hæc sit simplex prohibitio iuris ciuilis &c.
Angustia tamen manet in casu illius dispo-
sitionis captatoriæ, quæ propriè vera dicitur
et retuli supra num. 36 nam cum sit contra
bonos mores,ideo non est admittenda quan-
58 tumuis fauore piæ causæ.Bonus enim finis, et
effectus, non suffragatur ad substinendum
59 actū à iure improbatū.1. vt optimè ratiocina-
ta est.Rota in d.causa Rom.de Caualerijs est de-
cisio 178.sub.n.7 part.6.recent.vbi etiam.n.10.
60 improbatur Bar.in d.l.captatoria n.2.vers.vel
etiam ff.de legat.1,vbi contrarium sensit,& ad-
ducitur Bald. in dict. l. captatorias numer.2.
C.de testamen.milit qui irridet Bart. quia fuit
allucinatus in intellectu text in d.cap.cum tibi
de testam. nam cap.illud loquitur de commis-
61 sione distributoria,non autem de voluntate
dispositoria,ita vt ad captatoriam dispositio-
nem nullatenus trahi possit. Castil. controuer.
iur part.2.cap.5.n.7.& Ant.Fab.de error. Prag-
matic.part.3.Decad.5.error.4.
Nec obstāt firmata per Ruin.in cons.20.n.10
& seq.lib.2.& Menoch.consil.1233.n.9.& seq.
vbi consulerunt, quod prædicta dispositio
captatoria admittitur,quando dispositio iustā
62 præseferat causam, scilicet conseruandi bona
in agnatione, & sic vti facta ad bonum finem
non veniat reijcienda; Quia eorum opinio,
& sequacium procedit, quando per viam li-
63 beræ dispositionis, ac per modum consilij,
quis alterum inuitat ad ita disponendum, nō
autem, quando per viam expressæ conditio-
nis, coarctat alterius dispositionem, vt in pri-
cto sic declaratis, ac reprobatis, dictis Ruino,
& Menoch. respondit Rota coram bo.me.Card.
Seraph.decis.363.num.9. et coram bo.me.Coc-
cino d.decis.178.numer. 4. et 5. et decis. 350.
num.12. et seqq. part 6. recent. et optimè coram
Reuerendiss.D.Dunozetto in d.Romana Fidei-
commissi de Martolis.11.Decemb.1651.§.Nec
obstat vbi firmatur, quod ob supradictam
causam non substinentur huiusmodi disposi-
64 tiones,cum non deceat illicitis, & reproba-
tis medijs alienas opes etiam sub honesti finis
prætextu aucupari, & hoc Iura valde abhor-
rent, & omni iure est prohibitum. videatur
Anton. Augustin.lib.4.emendat.cap.15. Corad.
miscel lib.5.cap.13.Petr.Greg.Sintagmat iur.
lib.39.c.9.n.11.Paul.Duran.de condit. impossib.
à iure reprobat.part.3.cap.5.n.4.Anton.Leonil.
dec.Ferrar.dec.36.n.9.vers.hæc tamquam bonis
morib &c. tom.1.
Alij verò in totum ab hac opinione disce-
dunt, tenendo opinionem affirmatiuam, mo-
ti ex illa efficaci ratione, quia talis dispositio
captatoria, reperitur solum prohibita ex me-
65 ra dispositione Iuris Ciuilis,vt proximè dixi,
videlicet Senatus Consultus Liboniani, vt in
l.illa autem institutiones. iuncta glos. in verb.
censuit.ff.de hæred.instituend.in l.1.ff.de his qui
pro non script.hab. idcirco etiam in hac specie
videtur procedere communis conclusio, vt
dispositio captatoria valeat fauore piæ causæ,
prout communiter Doctores indistinctè lo-
quuntur; Si enim ante dispositionem d. Sen.
Con-

66 *Consult. Libon.* talis dispositio, cum non reperiretur prohibita, permissa erat, *vt in specie tradit* Rip. *in l.moribus. num.4. ff.de vulgar. & pupillar.* nec ea de causa, quia fuit postea pro-
67 hibita, clausa est Ianua, quin hodie contrario statuto, vel consuetudine permitti possit; *vt per Alex.in d.l.moribus.num.4 et post Angel.et alios per eum relatos ibidem* latè *Sozin. num.3. et itidem* Rip.*pariter num.3.et seq. ff.de vulg.et pupill.et latè* Couarr. *in d.cap. cum tibi. nu.13. de testament.* id etiam admittit. *Sarmient. select.interpretat.lib.2.cap.4.num.9.* vbi clarè fatetur hanc prohibitionem in specie, de qua
68 loquimur esse merè iuris positiui, itaut per aliud ius positiuum corrigi posse, et videatur *Tiraquell.de legib.connubial glos.5. num.96. in fin.* Benedict.*in cap.Raynutius in verb.condidit el 1.num.6.de testament.* Surd.*decis.53. num.9. cum alijs allegatis* Stephan. Gratian. *discept.forens.cap 908.num. 16. vers per consuetudinem, statutum, vel observantiam possit fieri, vt valeat dispositio captatoria tamquã sit iuris positiui &c.* Reliqua videantur in sequenti capite.

ARGVMENTVM.

Institutiones reciprocæ, tunc vti captatoriæ non dicuntur à Iure prohibitæ, si mutuis affectionibus reperiuntur factæ, secluso tamen omni pacto, quia dum illæ procedunt ex mutua affectione, cessat causa quare à S.C. Liboniano fuerunt seuerè prohibitæ. Simonia, vel Confidentia non probantur ex eis, quæ fiunt post secutam resignationem, cum censeantur fieri in signum gratitudinis, quod nõ est prohibitum, intellige semper secluso omni pacto.

Captatoriæ dispositiones an sint permissæ in contractibus, et quatenus dicantur contra bonos mores, ideo non videntur, vt possint permitti in dispositionibus pijs, & super hoc distinguitur, & resoluuntur multæ obiectiones circa validitatem dispositionum captatoriarum permissarum in testamentis pijs.

SVMMARIVM.

69 *Institutiones reciprocæ non sunt prohibitæ, si mutuis affectionibus fiant et nu.74.*
Quia per hoc tollitur vitium captionis mortis alterius. & num.70.
71 *Sarmient.select.interpretat lib.2. cap.4. numer.2.reijcitur.*
72 *Testamentum factum à duobus fratribus conditũ sub eadem die, per eundem Notarium, præsentibus ijsdem testimonijs, inuicem se instituendo quando dicatur validum.*
73 *Captatoria censentur dispositiones, stante præambula conuentione, & pacto inter ipsos disponentes.*
75 *Captatoria dispositio in tantum damnatur, in quantum, id non procedit ex mutua affectione, sed ex voto captionis.*
76 *Heres institutus ab aliquo, si postea ipse eũdem sibi hæredem scribat, quo animo censetur id facere.*
77 *Captatoria, vt sit dispositio, oportet futurum beneficium respici, et non præteritum. et n.81.*
78 *Simonia, vel confidentia, vt probetur, necesse est docere, pactum, seu tractatus præcedētes. & numer.80.*
79 *Simonia, seclusa omni pactione, non probatur ex his, quæ fiunt post resignationem.*
81 *ad Gratitudinem ostendendam, ea, quæ fiunt non est prohibitum.*
82 *Captatoriæ dispositiones satis constat esse introductas à iure Ciuili quia aliàs per idem ius non possent corrigi.*
83 *Dispositiones reciprocæ captatoriæ, an sint permissæ in contractibus, multi tenent, negatiuam, alij affirmatiuam. & nu.84.*
85 *Captatoriæ dispositiones, quod substineantur fauore piæ causæ, est magis communis opinio.*
86 *Dispositiones captatoriæ videntur contra bonos mores. declara vt num.seq.*
87 *Testamenta militum sunt absoluta ab omni solemnitate iuris positiui.*
88 *Miles, vt validè testetur, quid sufficiat.*
89 *Testamenta pia non minus sunt soluta à vinculis iuris positiui, sunt quam testamenta militaria.*
90 *Ecclesia cum sit mater, & fons iustitiæ, et puritatis non debet aliquid admittere contra bonos mores.*
91 *Aliàs iniquum esset, vnum præcipere, & postea contrarium facere.*
92 *Homines magis credunt oculis, quam auribus.*
93 *Captatoriam dispositionem loca pia non debent admittere, et quare, sed contra vide numer.94.*
95 *Consuetudo non est idem, quod sit contra bonos mores naturales, vel contra bonos mores ciuiles.*
Statutum contra bonos mores naturales non valet, sicuti nec consuetudo.
96 *Corruptelæ, quantò magis sunt longeuæ, eò studiosius sunt extirpandæ.*
97 *Consuetudo mala, est adinstar falsæ monetæ, quæ suam impuritatem, & improbam ligam tractu temporis potius ostendit, quàm celet.*
98 *contra Consuetudinem, quæ est contra bonos mores ciuiles, valet statutum, et consuetudo.*
99 *Statutum quod non possit induci contra bonos mores, qualiter id intelligatur.*
100 *Cap cum tibi. de testam. est ruminandum ad dignoscendum an teneat dispositio captatoria ad pias causas & num.101.*
102 *Captatoria dispositio in testamentis à iure ciuili non est improbata, quia sit peccatum, sed quo capite. num.104.*
103 *ad Instituendum se hæredem, quis potest aliquem allicere beneficijs tacitè, vel expresse, et an id sit peccatum.*
104 *Captatoria dispositio, Ideo à iure fuit profligata, vt euitentur fraudes, dolus futurus, et votum captandæ mortis.*

105 Quæ

105 Quæ fraudes, vota &c. extant in Ecclesijs cæterisque locis pijs.
106 Cap. cum tibi de testament. verus intellectus, qualis sit.
107 Cap. cum tibi de testament. loquitur quando distributio relicta fuit in arbitrium tertij, non autem substantia distributionis.
108 Franch. in cap. si pater. num. 63. de testament. in 6. & Barbos. reijciuntur. & nu. 109. et 111.
110 Det lapsatio sola, seu nuda electio circa aliquã rem, dummodo non est substantia dispositionis, potest relinqui in testamentis.
111 Pauperum electio ad quid eis distribuendum, potest committi in libera dispositione alterius.
112 Ius naturale gentium, & non ciuile attenditur in causis pijs.
113 Pauperum generalis institutio, si valet, ergo multò magis tenet, si ea restringantur ad arbitrium alterius.
114 Pauperum electio, si sit commissa in liberum arbitrium alterius, eo non eligente, quid sit faciendum.

CAPVT LI.

AD probandum vlterius, ea quæ diximus in præcedenti capite, quod captatoriæ dispositiones non reperiuntur prohibitæ per ius naturale, & gentium, sed bene per ius positiuum, siue ciuile, illud etiam considerandum venit, quod dictæ dispositiones capra-
69 toriæ, seu reciprocæ, valent si mutuis affectionibus fiant, quia per hoc tollitur vitium captationis mortis alterius, vt est text. in lege captatorias. 70. ibi, Non ; quæ mutuis affectionibus &c. ff. de hæred. instituend. et ita tenent Paul. Castren. in l. patris, & filij. num. 3. ff. de vulgar. et pupillar. Ias. in l licet inter priuatos. numer. 3. C. de pact. & ibi Alciat. num. 4. et comprobatur ex l 1. C. de testamẽt. in C. Theodos. quam legem refert idem Alciat. in lib. 2. Parergon. cap. 31. vbi laudantur Leonicus, & Iocunda coniuges, qui se inuicem institue-
70 runt, cum amborum fuerit similis affectus, refert id quoque Valasc. consultat. 7. numer. 6. versic. si modo mutuis affectionibus huiusmodi reciproca institutio fiat, & respondit Rota in causa Firmana Fideicommissi 27. Ianuar. 1621. coram bon. mem. Seleucien. est decis. 272. num. 1. versic. non damnatur mutua institutio mutua affectionis &c. part. 4. recent. tom. 2.

Vbi etiam prædicta opinio tamquam receptissima canonizatur, & explioditur opinio Sarmient. select. interpretat. lib. 2. cap. 4. num. 2. volentis, ad hoc non esse necessè, vt dispositio
71 tio sit conditionalis, et sic quod non procedat ex mutua affectione, stante sola correspectiuitate, et sic vna sit correspectiua ad aliã, cum exinde iudicandum à conuentione præcessisse, quia non id excludit, quin institutio possit à sola mutua affectione procedere, et maximè inter sanguine coniunctos, et in dict. decis. Seleucen. respondetur pro validitate testamenti, duorum fratrum inuicem se insti-
72 tuentium conditi sub eadem die per eumdẽ Notarium, præsentibus ijsdem testimonijs, cum talis pura dispositio intelligendum sit prouenisse ab affectione mutua, mutuoque amore Prædictam opinionem, iterum secuta fuit Rota in causa Romana Renunciationis 23. Martij 1651. coram R. P. D. Cerro. §. Idemque eo fortius. versic. sustinentur reciproca vltimarum voluntatum dispositiones quando fiunt ex mutua disponentium affectione &c. Vbi etiã subiungitur, quod dicta mutua disponentiũ
73 affectio, seu ratio excluditur, et dispositiones censentur captatoriæ alienæ voluntatis, stante præambula conuentione, et pacto inter ipsos disponentes præcedenter inito, vt tradit Bart. in d. l. licet. sub numer. 1. C. de pact. DD. communiter in l. captatorias. C. de testamẽt. milit. et in l illa autem institutiones. ff. de hæred. instituend. Gratian. discept. forens. dict. cap. 908. numer. 3. & seq & dixit Rota in Romana Fideicommissi 11. Decembris 1651. coram Reuerendissimo D. Dunozetto Decano. §. 1. versic. facta fuit sub spe, & explicita conditione reciproca institutionis &c. Et persistendo in terminis.

Et iterum prædicta opinio Sarmient. reiecta fuit à Rota coram eodem Reuerendiss. Dunozetto in causa Romana Hæreditatis 17. Nouembris 1645. §. Nec ad effectum. versicul fuit reprobata &c. & firmatur, quando vtraque
74 correspectiua institutio in hæredem, detegitur, purè facta nulla inserta conditione apta ad suadendum, quod processerit, ex improba cupiditate alterutrius, hæreditate captandæ non ex mutua affectione, cuius propterea
75 vigens præsumptio sine difficultate operatur mutuam institutionem sustineri, eum non aliàs ea tamquam captatoria damnetur, nisi per adiectionem conditionis ratio excludatur præsumpta mutuæ affectionis, eaque
76 operatur, vt si hæres ab aliquo institutus, ipse postea eumdem testatorem suum hæredem scribat, id enim ille præsumitur facere, vt dixi, ex mutua illa affectione, & gratitudinis ergo. Quoniam vt captatoria sit dispo-
76 sitio, oportet futurum beneficium respici, si autem præteritum non improbatur, l. illa autem institutiones. ff. de hæred. instituend. cum alijs allegandis infra nn. 81.

Et facit, quod dicimus in materia confidẽtiæ, & simoniæ, nam ad effectum, vt illæ pro-
77 bentur, necessè est, vt doceatur pactum, seu tractatus præcedens resignationem ad glos. in cap. tua nos de Simon. et in cap. veniens. vbi Dec. de testib. enim alijs abunde relatis à Rota coram Card. Seraph. decis. 1359. nn. 1. versic. necessariũ esse ad probandam confidentiam, vt probetur pactum, seu tractatus præcedens resignationẽ &c Quare si post consummatum actũ consigna-

 tionis

79 tionis aliquid dederit, aut fecerit resignatarius in fauorem resignantis (seclusa tamen, vt dixi, omni pactione, et vitio) ad ostendendam gratitudinem, id non est prohibitum. *ad l. si non sorte n. §. libertus, vbi glos. in verb. naturas ff. de condit. indeb. l. si. § consuluit. ff. de petit. hæred. cap. cum in officijs de testam.* S. Thomas *2. 2. quæst. 106. arti 3.* Nauar *in Constit. de dat. et promiss. not. 11.* & in puncto perpendit *Rota coram bon. mem.* Penia *decis. 211. num. 3. versic. & cum à gratitudinis fonte manare potuerit, et qui accipit beneficium tenetur ad antidora, non poterat ob prædictos resignationis actus simonia iudicari &c.* sicque ex his, quæ sequuntur, ab-
80 sque precedenti pactione non probatur simonia *can. Artaldus ibi antequam eligeretur. 8. quæst. 1. glos. in c. an quamquam in verbo, postmodu. 1. quæst. 1. cum al. in puncto allegatis coram bon. mem.* Card. Pamphilio *in causa Celertana Confidentiæ 25. Iunij 1591. §. 1. versic. quia ex his, quæ sequuntur, absque præcedenti pacto &c. & coram fa. me.* Gregor. XV. *dec. 258. numer. 9. versic. simonia non arguitur ex ijs, quæ sequuntur actum, in quo prætenditur simonia &c.*

Quare sic quoque potest firmari in casu nostro nempe, vt dixi, vt captatoria sit dispositio oporteat futurum beneficium respici, nō
81 si præteritum *ad d. l. ille institutiones. ff. de hæred. instit.* Couarr. *in cap. cum tibi. versic. vnde illa.* Menoch. *consil. 408. n. 2. ad med.* Peregr. *de fideicommiss. art. 21. n. 60. versic. non esse captatoriam, quia in præteritum. & non in futurum collata est institutio &c.* Surd *decis. 98. num. 4. versic. cum verò verba in præteritum sonant, cessat omnis captatio &c. & vide ibi* Hodier. *in addit. n. 11. versic. improbata esset dispositio, vbi verba essent cōcepta in futurū &c.* & sēsit *Rota d. dec. 273. n. 7. versic. institutiones, quæ repræsentant acceptū iā beneficiū non improbantur &c. part. 4. recent. to. 2. & corā R. P. D.* Dunozetto *in d. Romana Hæreditatis 17. Nouem. 1645. §. Qua ratio vers. vt captatoria sit dispositio. oportet futurū beneficiū respice, sin autē præteritū non improbatur &c.* Ex eis enim videmus, di-
82 spositiones prædictas reciprocas non reperiri prohibitas à iure naturali, sed à positiuo, alias per idem ius non possent corrigi. Et sic persistendo in terminis videmus etiam prædictam reciprocationem in contractibus nō
83 esse prohibitam, sed permissam, vt in puncto de liberatione captatoria, si tu me hæredem feceris. *habetur per glos. & Doctores in l. si cum donationis* secundum opinionem Placen. quā refert vltimo loco *ibi glo. & sequitur ibi Petr. Cyn. Rayn. de Forli. Iacob Butrig. Alber. Salicet. Fulgos. Cuman.* & post eos. *Ias. n. 4. ff. de transact.* et sensit Rota *decis. 542. n. 5. & 13. part. 1. diuers.* Multi tamen ab ista opinione dissentiūt
84 & præsertim *ibidem.* Bert. *Aug. Paul. de Castr. Alex. & alijs,* & latè defendit *Hodiern. ad Sur. decis. 98. n. 22. versic. tamen salua pace &c.* sed quidquid sit, cum non faciat ad propositum nostrum nolo in ea immorari.

Sicque, vt constat ex supradictis, dispositio captatoria in specie de qua loquimur substi-
85 netur fauore piæ causæ, quæ opinio videtur magis communis, nam & ipse *Ias. in d. l. captatorias in fin.* licet sit acris hostis huius opinionis, ingenuo ore tamen fatetur ab ista cōmuni opinione in decisiuis nō esse recedendum.
86 Nec iuuat illa consideratio, quod talis dispositio videatur contra bonos mores, et idcirco non permissa militibus *d. l. captatorias C. de testam. milit. & simil.* cum tamen eorum testa-
87 menta sint soluta ab omni solemnitate Iuris positiui, *vt dicit. text. notab. in l. ex testamento, & in l. quamquam, & in l. milites. C. de testam. milit. & commodat text. in l. 1. ff. eodem & Institut. eodem. tit. de testam. milit.* Vnde si quid
88 in vagina, aut clypeo, literis sanguine suo rutilantibus adnotauerint, aut gladio in puluere inscripserint, sub ipso tempore, quo prælio vitæ sortem derelinquunt huiusmodi voluntatem, stabilem esse oportet, *vt pulchrè inquit*
89 Imperator *in d. l. milites* ibi. *testentur ergo quomodo velint. & quomodo possint, rata erit eorum simplex, & nuda voluntas ab omni iuris solemnitate positiui &c.* prout etiam habetur *in l. 1. & in l. Diuus Traianus ff. de testam. milit.*

Quare idem dicendum venit in testamentis fauore piæ causæ, cum & illud quoq. prout
90 testamenta militum sint soluta à vinculis iuris positiui imo militat maior ratio, quia Ecclesia est fons Iustitiæ, & puritatis, & ideo aliquid contra bonos mores non debet permittere *can. cauete 32 quæst. 5. cap. 1. de alien. feud.* cum alijs à me relatis *in annotat. ad decis. 444. nu. 25. 26. & seq. ibi* Ecclesiam præ ceteris iustitiam profitetur, & ipsa est sedula cultrix re-
91 cti, & summopere diligit æquitatem, iniquū esset vnum profiteri, & postea contrarium facere *&c. part. 4. recent. tom. 2.* & videatur etiā quæ dixi *in annotat. ad decis. 28. à nu. 191. vers. iniquum esset bona præcipere, & talia non agere*
92 *& homines magis credunt oculis, quàm auribus &c. part. 3. recent.*

Ad supra dictam oppositionem respondēt. *Alex. in d. l. captatorias, & ibidem Dec. n. 19. 20. & 21 cum seqq. C. de testam. milit. & per Rip. in. d. l. moribus à num. 4. ff. de vulg. & pupill.* ibique latè videri potest. & præsertim profitenunt oppositionem illam, scilicet Ecclesiam
93 esse cultricem iustitiæ, ideoque talem dispositionem permittere non debet, cum sit contra bonos mores &c. quia id verum esset, si dispositio contra bonos mores saperet turpitudinem, secus verò, quando esset contra bo-
94 nos mores iuris ciuilis tātum, nam vt inquit *in puncto Federic. de Sen. in consil.* 140. aliud est actum reperiri prohibitum, quia est contra bonos mores naturales, et aliud, quia est
95 contra bonos mores ciuiles; nam in primo casu non valet statutum, vel consuetudo in contrarium, quæ, quantò magis esset longæua,

qua-

96 quare plus esset radicitus extirpanda, cum non consuetudo, sed corruptela nuncupari possit, & natura talis consuetudinis, est imitari falsam monetam, quæ suam impuritatem, & 97 improbam ligam, tractu temporis potius prodit, quàm tegat, & occultet, *vt ratiocinatus sum in annotat. ad decis. 28. à nu. 248. versic. & optimè potest afferi malam consuetudinem esse adinstar falsæ monetæ &c. part. 3. recent.*

98 In secundo verò casu tenet statutum, aut consuetudo contraria, & cum hac distinctione intelligendum venit dictum *Bart. in l. omnes populi in 3. princip quasi ff. de iustit & iur.* 99 dum voluit quando aliquid est contra bonos mores, statutum in contrarium non valeat. Quamobrem ex hactenus dictis bene apparet quàm perplexa sit supra relata quæstio, cuius 100 resolutio tamen, vt plures Doctores absq; vllo dubio fatentur, pendet à verò intellectu, & germana interpretatione *d. cap. cum tibi extr. de testam.* vnde circa illius perscruta-101 tionem, insistere quilibet poterit, & in hoc valde adiutus erit *à doctissimo Sarmiẽto in suis select. interpretat lib 2. cap. 4 per tot. cũ ibi allegatis*, & illud tantum considerandum ponam, quod captatoria dispositio legibus ciuilibus 102 in vltimis voluntatibus, et testamentis non est prohibita, quia ex se sit peccatum, & turpitudinem habeat (quia sicut aliquis beneficijs potest aliũ allijcere, vt ipsũ hæredem in-103 stituat tacitè, vel expressè, & id sine peccato potest peragere, *vt per Vasquez. in opuscul de testam. cap. 9 n. 37. cum ibi allegatis*,) licet sit prohibita, vt libera maneat facultas testandi, 104 & etiam euitetur fraudes, & dolus futurus, & occasio captandę mortis alienæ, quę fraudes, & occasiones in Ecclesijs, & cœteris locis pijs omnino cessant, vt sępius iam dixi.

105 Nec illud relinquendũ est in terminis *d. cap. cum tibi*, quamuis solitum sit allegari, ad saluandum testamentum, quando in eo testator commisit volũtatem suam in alterius dispositione, tamen iste non est intellectus *d. decretalis cum tibi* cum aliter eam interpræten-106 tur D.D. nempe si electio, vel distributio relicta fuerit in arbitrium tertij, non autem si substantia totius dispositionis, quod etiã valeret dicam infra. In terminis enim prædictis, quod loquatur *d. cap. cum tibi* notat ibi Imol. *numer.* 13. Barbat. *numer.* 11. *num.* 11. *versic. & ideo pondera. Couarr. num.* 10. *idem Imol. in d. l. captatorias num.* 70. *ff. de hæred. instituend. num.* 5. *& 6. in l. captatoria* 67. *num.* 17. *ff. de legat.* 1. Bald. *in l captatorias. num.* 2. *& ibi etiã* Salyc. *num.* 3. *versic. sed melius* Alex. *num* 6. *in fin. & seq. C. de testam. milit.* Abb. *consil.* 110. *n.* 2 *lib.* 2. Corn. *consil.* 156. *num.* 6. *lib.* 2. Paris. *consil.* 38. *nu.* 21. *lib.* 3. sentitq. Rota *in causa Romana legati 27. Martij* 1634. *coram bon. mem. Card. Hieronymo* Verospio. *§. Nec etiam obstare &c.*

107 Nec aliquis vacillet, quantumuis *Franchus in cap. si pater num. 63. de testam. in 6.* & quem refert *Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 17 nu 71* teneat, si Testator dicat, Instituo meos hæredes eos, ex pauperibus omnibus, qui sunt in vniuerso Orbe, quos Titius voluerit, non valere talem institutionem, propter regulam 108 generalem Iuris de qua *in d. l. illa institutio inprincip. ff. de hæred. instit. & in §. incertis Instit. de legat.* et Barbos. ibidem distinguens inter casum, in quo generalis institutio, quo 109 ad substantiam committitur liberæ voluntati alterius, & inter illum in quo sola electio, vel declaratio voluntatis, aut similis executio committitur, dicat primo casu, neque attento iure communi, neque fauore piæ causæ valere posse, vt pote contra substantiam vltimæ voluntatis, *& contra regulam. d. l. illa institutio*, In secundo vero casu etiam attento iure cõmuni valere institutionem, nec vllum pię causæ fauorem desiderari, quo ad intentum, quia 110 non substantia, sed sola electio, aut declaratio committit, quod nullo iure prohibe tur *iuxta tex. in l. cum quidam la 2. ff. de legat. 2. & ibi notat. & commẽdat Bart. Alberic. Bald Imol. Cuman. & communiter, text. est etiam in l. vnũ ex familia. ff eod. titul.*

Attamẽ quidquid dicãt *Franch. & Barbos.* asseuerandum venit, talem pauperum gene-111 ralem electionem et institutionẽ, etiã quoad substantiam alterius voluntati commissam esse validam fauore piæ causę, *& ita tenent fere omnes DD allegatis supra n.* 106 et bene cõprobat *Costa in d. cap pauper. in verb. pauperes. nu. 5. de testam. in 6.* vbi testatur esse communem, et colligitur *ex d. cap. cum tibi*, vbi Innocentius III. loquitur generaliter, & conuin-112 citur ratione supra pluries allegata, quia talis institutio de iure naturali, et gentium valet, quod solum attenditur in dispositionibus ad pias causas. Non ne videmus, quoque quod pauperum institutio simpliciter, facta valet, vt diximus supra *numer.* ergo à fortiori valebit, vbi non omnimoda 113 illa et absoluta incertitudo proponitur, sed restricta ad illos pauperes, quos certa persona eligerit. Tandem id confirmatur, quia si pauperum institutio, quos Titius elegerit, non 114 dicitur vitiosa ex eo, quod Titius non declarante, nullus sit, qui deprehendatur hæres institutus, quia id non omnino pendet à volũtate Titij, nam Titio non declarante, aut non 115 eligente, simpliciter manent, omnes pauperes hæredes instituti, et stante d. negligentia pertinet electio ad Episcopum loci, vbi testator habebat domicilium, cui executio testamenti ad pias causas competit *cap. nos quidem de testamen. cum simil.* & fusè dicam infra suo loco.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Legitima, quantumuis ex iure nouissimo Authēticorum omninò relinquenda veniat liberis, honorabili titulo institutionis hæredis in ea, & hoc ex pluribus priuilegijs, quæ ex d. titulo prouenīūr, & hoc sub ineuitabili vitio nullitatis ipsius testamenti itaq, nec hoc casu sufficiat tacita, sed expressa, ac clara requiratur institutio, & talis solemnitas requiritur etiam si conditum sit inter liberos, quale est à Iure adeo priuilegiatum.

Cessat tamen omnis tempestas in hac satis controuersa conclusione, quando sumus in testamento condito ad pias causas, vnde si in eo reperiatur relicta legitima liberis non titulo institutionis, sed alio titulo, pura legati &c. militante magno fauore piarum causarum tale testamentum non subiacebit vitio nullitatis.

Quæ opinio est sine dubio verior, & magis communis, & multa deducuntur contra Bald in l. 1. num. 142. C de sacrosanct. Eccles. vbi cōtrarium viriliter, sed incassè defendit, sed de hoc non contentus, canino dente rodit Bart. qui absolute, contrariam sententiam tuetur. Et alia habes circa vanagloriam Baldi, & Galeni, qui laudato pauone fuerunt superbiores.

SVMMARIVM.

116 *Testamentum ad pias causas conditum valet etiamsi in eo non sit institutus hæres filius in legitima.*

117 *Legitima filijs omnino relinquenda est honorabili titulo institutionis.*

118 *Legitima, si filijs relinqueretur titulo legati testamentum inualidum esset.*

119 *Glos. in l. nam in verb. præteritum. ff. de inoffic. testam. refutatur.*

120 *Legitima an possit relinqui titulo particulari donationis causa mortis.*

121 *Legitima quando pater filio dat in vita non tenetur tradere titulo institutionis.*

122 *L. Papinianus §. si quis morte ff. de inoffic. testamen quid præsupponat.*

123 *Filius qui iam legitimam obtinuit in vita nullam quærimoniam an habeat, si pater eam non relinquat.*

Querela omnis cessat, si nullam quærimoniæ causam quis non habeat.

124 *Legitima, quod possit relinqui alio titulo, quam institutionis. id est verum de iure ff. vel Cod. non autem de Iure Authenticorum.*

L. Papinianus. §. si quis morte. ff. de inoffic. testam. est correctus per §. aliud quoq. Auth. vt cum de appellat cognos.

125 *Castren. opinio in l. Papinianus §. si quis. ff de inoffic. testam. refutatur, tāquam diuinatiua.*

126 *Legitima est relinquenda expresso titulo institutionis, itaque sat non sit tacita, et n. 129.*

127 *Pater, si relinquat filio legitimam his verbis si filius meus, me viuo morietur, nepos ex eo sit hæres, an id sufficiat quoad institutionem in legitima.*

128 *Bart. in l. 1. n. 16 ff. de vulg. et pupill. communiter reprobatur.*

130 *Institutio hæredis duplex est tacita scilicet, et expressa.*

131 *Institutio tacita est, si testator dicat. si ille qui successurus est ab intestato, nolit esse hæres substituo Seium.*

Institutio expressa est, dum testator dicit. Titium hæredem instituo.

132 *Institutio tacita sufficit, quando quis de necessitate non est instituendus, et tunc valet testamentum. et n. 133.*

134 *Institutio tacita non sufficit, quando quis de necessitate est instituendus, et n. 135.*

136 *Filius, quod nominatim, et expressè sit instituendus hæres. vel exhæredādus est de forma. Forma substantialis non potest per æquipollens adimpleri.*

137 *in Testamento inter liberos, quamuis libero à vinculis iuris positiui, tamen solemnitas institutionis in legitima, est necessaria.*

138 *Quæ opinio est magis verior, et communis.*

139 *in Testamento inter liberos cessant solemnitates iuris positiui, et solū attenditur ius gentiū.*

140 *Filij, quod debeant honorari titulo institutionis, est inuentio iuris ciuilis.*

141 *In Testamento inter liberos, quod non requiratur institutio filiorum in legitima, est opinio vera tamquam Euangelium secundum Ias.*

142 *Filijs in testamento inter liberos, omnino est relinquenda legitima titulo institutionis.*

143 *Et sic tenet vtraque schola tam Legistarum, quàm Canonistarum. & n. 144.*

145 *Alexand. consil. 168. lib. 5. est falsum, sed non est Alexandri.*

146 *Testamentum imperfectum ratione solemnitatis, quod valeat inter liberos, id fuit factum in fauorem liberorum.*

147 *Filiorum conditio, si efficiatur deterior, non intrāt priuilegia testamenti conditi inter liberos.*

148 *Fauoris causa cessante, cessat legis dispositio ad fauorem inducta.*

149 *in Testamento inter liberos, non sunt adhibenda solemnitates Iuris Ciuilis.*

Quod est intelligendum de solemnitatibus extrinsecis, non autem de intrinsecis.

150 *Institutio liberorum in testamento, est solemnitas intrinseca.*

151 *Testamentum vbicumq. est nullum ex defectu præteritionis, non habet locum dispositio l. hac consultissima, §. ex imperfecto. C. de test.*

152 *L. hac consultissima. §. ex imperfecto. C, de testam. intrat, quando testamentum est nullum ex defectu solemnitatis.*

153 *Filius dicitur præteritus, qui non est expressè institutus, vel exhæredatus.*

Licet alias de eo sit facta mentio in testamento. vel aliquid ei sit relictum titulo legati.

Te-

154 *Testamentum est ipso iure nullum, in quo non sunt instituti hæredes filij in legitima, vel exhæredati.*

155 *Testamentum tunc est nullum ex defectu institutionis filiorum in legitima si ipsi loquantur, aliàs secus, sed contra n. 156. 159. et 160.*

158 *Glos. in l. filio præterito. verb. tuebitur. ff. de iniust. rupt. testam. reprobatur.*

158 *L. si duobus. §. si autem. ff. de bonor. possess. cõtra tabul. quo casu loquatur.*

161 *Pia causa si sit hæres instituta, et in eodem testamento legitima non sit relicta filijs titulo institutionis, an valeat,*

162 *Testamentum speciali fauore piæ causæ, substinetur si filio nõ sit relicta legitima titulo institutionis, si alio titulo fuerit relicta et n. 163.*

164 *Filios instituendi hæredes in legitima solemnitas à Iure Auth. emanauit, et sic non debet attendi in testamento pio.*

165 *Legitima, quando est relicta filijs alio titulo, quàm institutionis, tunc testamentum non dicitur inofficiosum.*

166 *Testamentum, quando non est factum contra pietatem, valet ad pias causas.*

168 *Bald in l. 1. n. 143. C. de sacrosanct. Eccles. refutatur, dũ acriter reprehendit Bart. et n. 168.*

169 *Bald sæpè obloquitur de Bartolo perfecto Legum organo, ac veraci Iuris interprete.*

170 *Et multoties contra eumdem verba grato modestiæ odore non redolentia, effudit.*

171 *Baldus apertis oculis somniando scripsit animam Bartoli sepultam esse in cauerna Infernali, et quare.*

172 *Iudices sequentes opinionem Bart. de qua in l. vtrum ff. de parricid. sunt homicidæ.*

173 *Bartol. fuit I. C. æquè probus, ac optimus, Bart. fuit perpetuus iustitiæ cultor, et defensor eximius.*

Iustorum animæ in manu DEI sunt.

175 *Baldus suis vanis, et mordacibus verbis quæsiuit obtenebrare gloriosam auram Bart. vt ipse clarior esset.*

176 *Baldo nullus obstabat præter Bartolum, vt ei deberetur inter celebres Iuris interpretes primatus.*

Galenus fuit magnus Medicinæ restaurator.

177 *Medici plus debent Galeno, quàm cæteris, qui hactenus in re medica scripserunt.*

178 *Galenus fuit laudis, & gloriæ affectator celebris, laudatoque pauone superbior. quam ipse aliter scribat.*

179 *Humilitas nulla est tanta, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.*

180 *Galenus in aliorum scriptis refellendis fuit sæpe acrior.*

Galenus Medicorum antiquorum memoriã videtur voluisse extinguere, vno excepto Hippocrate, & quare.

181 *Galenus multoties omnes alicuius Ciuitatis Medicos dente fermo corrodit.*

Medicos Romæ existentes de suo tempore Galenus, quo titulo prosequatur.

CAPVT LII.

INstitutionis hæredis defectus, quod sit potens ad labefactandum totum testamentum iam in aperto est, quam tamen conclusionem non procedere dixi in testamentis ad pias causas ordinati, vt supra ostendi & nunc id quoque ampliare intendo, vt id procedat, quamuis ipsum testamentum laboraret ma-
117 gno illo vitio scilicet si filij in eo nõ fuerint hæredes instituti in legitima, vel ritè exhæredati, Fateor certissimi iuris esse filijs relinquẽdam esse legitimam honorabili titulo institutionis, ita vt sat non erit eam titulo legati, aut alio eam fuisse relictam, nam, et aliàs te-
118 stamentum nullius roboris esset, vt minatur *Imp. in auth vt cum de appellat. cognosc. §. aliud quoq capitulum, vbi glos. in verb. præterire qui text.* ad hoc semper allegatur est etiã *glos celebris, & communiter allegata in cap si pater in verb. instituit de testament. in 6. & facit text. in l. inter cætera 30. ff. de liber. & posthum. & §. 1. Instit. de exhæred. liber. & §. eadem hæc Instit. de hæred q ab intestat. de fer. cum alijs allegatis per Surd. decis. 293. num. 4. & per Francisc.* Viu. *decis 2.3. nu. 49. lib. 1.* & latissimè id probat *Guill Im. de Benedic in cap. Raynutius in. 1. part num 15. de testamen. M. Ant.* Cucchus *in tractat de legit. sub rubric Quo titulo sit relinquenda legitima. per tot eum alijs ad nauseam vsq. allegatis per* Merlin. *in tract. de legitim. lib. 5. tit. 2. quæst. 1. num. 6. & seqq.* & hanc opinionem amplectitur Rota, vt videre est *in causa Casenaten. laudi. 20. Decembris 1632 coram bon. mem.* Card. *Hieronymo* Verospio *§. Etenim ea solum versic. Item legitima nominatim filijs relinquitur particulari, & honorabili titulo institutionis ex nouissimo Iure Authenticorum &c.*
119 Nec aliquis titubet, quamuis *glos. in l. nam. 5. ff. de inofficios testam. in verb. præteritum, & in l. scimus. § cum autem in verb. celebrari C. eod. titul.* auctoritate *text. in l. Papinianus. §. si quis mortis. ff. de inofficios. testam.* aliud sentiat quia *ex d. Papinianus. §. si quis mortis.* plene
120 probatur, titulo particulari donationis causa mortis posse filio legitimam relinqui.
Nam *d. textus*, intelligi debet, quando in
121 vita pater filio legitimam dedit, non quando moriens, vt aduertit *Imol. in l. inter cætera, ff. de liber. & posthum.* quem ad hoc probant *Alex. & Aretin. ibi* et cum *Castr. & Fulgos in d. §. si quis mortis.* intellige ibi, textum, præ-
122 supponere filium, cui donata fuit mortis causa legitima exhæredatum fuisse, & propterea testamentum valere, negandã verò querelam fore, quia cum legitimam ipse obtineat
123 nullam quærimoniæ causam habet quapropter cessat querela, & hunc sensũ tradiderũt. *Curt. Iun. in l. posthumo nato. 19. C. de bon. poss.*
contra

Digitized by Google

contra tab.& Politus in l.filijs quem habentem.
C.famil. ercisc.num.152.et Barbatia in l. cum
pater num 288.C.de instit. & substit. relati in
puncto à Cald.de nominat.Emphit.lib.2. tit.62.
quæst.9.n.15.in fin.

Cæterùm glos. in d.l.nam ff.de inoffic.testam.
et in d.§.cum autem.C.eodem.defendi potest id
124 esse verum de iure Authenticorum nouissimo,
et ita sensit Bart.in d.§. aliud quoque.numer.1.
vbi tenet,quod d.§.siquis mortis. sit correctus
per d.§ aliud quoq. & ita est verior opinio, vt
testatur Io. Baptista de Barbobus in tractat. de
filio famil.part.1.quæst.26 sub numer.17 versic.
sed puto Bart.opinionem veriorem esse, & sub-
dit,quòd opinio Castren. de qua supra. est di-
uinatoria,nec ex verbis legis ea colligi potest,
125 ibi filium fuisse exheredatum.

Insuper est adeo indubitatum, legitimam
relinquendam esse honorabili titulo institu-
126 tionis,vt sat non videtur esse tacita institu-
tio,sed expressa necessariò requiritur, ita ex
communi scribentium schola tradidit, Alex.
in l.inter cætera.n.2.ff.de liber.& posthum. vbi
inquit sic communiter teneri, et probant
Claud.in l.Gallus n.10.vers sed in hoc commu-
niter,& num.11 & 13 ff.de liber.et Ias ibidem
sub num.44 & 47.ante fin.vers.vnde aduerte.
Angel sub n.3.versic.Bald.tenet.Ruin num 21.
versic.contrarium vero.& num 27.in fin.Bald.
in l.in suis.sub n.18.post med ff eodem.Gulielm.
de Benedict.in repetit.cap Raynutius.§.in eod͂
testamento relinquens.part.1.a n.39 de testam.
Clar.in §.Testamentum.quæst.35.nu 2. versic.
quæro nunc.Crass. de success.in §.Institutio. qu.
17.sub n 1.in fin.versic contrariũ tam͂ Bellon.
de Iure accrescend.cap.7.quæst 11.n.28.part.2
Card.Mantic.de coniectur.vltim. volunt.lib.4.
titul 1.n 17 & seqq.Intrigliol.de substitut.cent.
1.quæst.39 n.18.Didac.à Spin in Specul. testa-
ment titul.de vulgar.n.5,Fusar. de fideicommis.
quæst.20.n 4.Mart.de success.part.1. quæst.18.
artic.12.sub n. 34.Anchar.consil.137.sub nu.2.
versic.nam filius. Riminald. Sen in consil.438.
n 16 & 17 vol 3.Maluas consil.103. numer.46.
Hieronym.de Rol.inter decis.Viu.post dec.225
n.48 & seqq lib.2.et benè congruit text. in l.si
quis cum.§ si suo.ff.de vulgar.et pupill.

Vbi asseritur si filius positus sit in condi-
127 tione alio substituto puta,si filius meus, me
viuo,morietur, vel si filius meus hæres esse
non potuerit,aut noluerit, tunc nepos ex illo
mihi hæres sit, negant enim absolutè Docto-
res, id sufficere pro institutione, et per con-
sequens testamentum nullum erit. et ita te-
net glos.cõmuniter approbata in l. Gallus. in
princip.ff de liber.& posthum,vt testantur alle-
gati per Gulielm.de Benedict.in cap.Raynutius.
in verb.adijciens n.23.& seq.extr.de testament.
et quia Bart.in l.1.num.16 ff.de vulgar. & pu-
pillar.& in d.l Gallus putauit,talem tacitam
128 institutionem sufficere,ne testamentum re-
deretur nullum ;tamen in hoc est communi-
ter reprobatus, vt asserunt Clar. Crass. & alij
supra citati,et quo ad supradictam conclusio-
129 nem, quod tacita institutio non sufficiat
quoad filios,vt instituti dicantur hæredes in
legitima,sed explicita requiratur, eam refert,
Rota coram Reuerendissimo Dunozetto Deca-
no in causa Romana fideicommissi 26. Aprilis
1638.§.Vnde contentio.versic.versamur in filijs
qui cũ debeant necessariò institui,vel exhæreda-
ri,eorũ tacita institutio nequaquã sufficere,vi-
detur expressa requiritur &c.

Non ingratum puto hic asserere duplicem
130 esse institutionem hæredis, expressam,scili-
cet,et tacitam.Expressa est, quando testator
nominatim dicit.Titium hæredem instituo.Ta-
cita verò si testator dicat, vt tetigi supra, Si
131 ille,qui mihi successurus est ab intestato nolit
esse hæres,substituo Sempronium, nam hoc ca-
su testator videtur instituisse eum,qui erat ab
intestato successurus,quæritur modo an ista
132 tacita substitutio sufficiat pro validitate te-
stamenti,et distinguendum venit. Aut ille,
qui tacitè est institutus, est persona, quæ de
133 necessitate non venit instituenda, et tunc
valet testamẽtum vt satis notũ, & est dixi sup.

Aut verò ille est filius,vel alius, qui de ne-
cessitate debeat institui, vel exhæredari, et
134 hoc casu non sufficit, vt eo modo sit tacitè
institutus,sed requiritur,vt nominatim,& ex-
pressè instituatur, ratio enim differentiæ est,
nam licet vtroque casu videatur,testator ta-
135 citè instituisse eum, quem posuit in condi-
tione,tamen in secundo casu hæc tacita insti-
tutio non sufficit,ex quo pro forma traditum
est à lege, quod filius nominatim instituatur,
136 vel exhæredetur,quæ non potest per æqui-
pollens adimpleri. ex multis à me relatis in an-
notat.ad decis.431.n.33.versic. nec forma potest
adimpleri per æquipollens. &c.part. 4. recent.
tom.3.et sæpius supra dixi,& in puncto videa-
tur Gul.Benedict.in repetit.cap.Raynutius. in
verb.in eodem testamento relinquens.1. nu.23.
vers filium in testamento instituere est de forma
substantiali &c. de testam. vbi ad hoc plura
congeruntur

Notabiliter supradicta etiam intellige ve-
ra, vt nec in testamento inter liberos condi-
137 to, aliàs immuni à quocumque legamine
Iuris positiui. d.l.hac consultissima.§.ex imper-
fecto censetur remissa ista solemnitas institu-
tionis liberorum in legitima, iuxta commu-
138 nem opinionem,quàm tutiorem, et sequẽ-
dam admonet glos.celebris in cap.si pater. de te-
stament.in 6.et Alex in l.inter cætera sub nu-
mer.3. vbi dicit eam esse veriorem, ff.de liber.
& posthum.Ias.in auth. nouissima sub num.16.
versic.contrarium. C. de inoffic. testam, ibique
affirmat,quod illam tenet indifferenter vtra-
que Schola Legistarum, & Canonistarum,
ipse tamen tenet contrarium,quamuis supra-
dictam opinionem vocet tutiorem,motus fũ-
damento illo, quia cum in testamento inter
libe-

139 liberos, essent solemnitates iuris ciuilis. et
solum attendatur ius gentium, ex doctrina
*Bart.in l.hac consultissima. §. ex imperfecto in
fin.C.de testam* & ibi cœteri scribentes omnes
vt testatur idem Ias. *in auth nouissima. nu.16.
C.de inoffic.testam.et sapius dixi supra, et pra-
sertim cap.21.à num.90.* Sed dispositio, quod
filij debeant honorari titulo institutionis est
140 introducta de Iure Ciuili, *vt constat ex dict.
§.aliud quoque*, ergo dicebat Bart. loquens
contra communem in testamento inter libe-
ros non requiritur institutio, addit etiam tria
141 alia argumenta cum quibus conatur defen-
dere eius opinionem, quàm dicit esse euan-
gelium, & reliqua vide apud eumdem *Ias.*

Verum in indicando non puto esse rece-
142 dendum à cõmuni opinione de qua supra,
et quàm ipse Iason fatetur esse communem,
et tutiorem, et quod illam teneat communis
143 Schola Legistarum, et Canonistarum, *prout
etiam attestatur* Bertrand. *in consil.19.vol.1. et
consil.130 sub num.2.vol 3.* et prædictam opi-
nionem semper fuit professus veriorem legẽ-
144 do, et consulendo *Alex.in l.inter cætera.nu-
mer.6.ff de liber.& posthum.* et quãuis teneat
Alex.contrarium *in consil.168.lib.5.* tamen ibi
Addent. in litera A. merito reprobant *d.cons.*
et saluant *Alexand.* asserendo dictum consi-
liũ esse falsum, sed non esse Alexand. et quod
145 supradicta opinio sit receptissima apertè af-
firmat *Valasc.consultat.23.num.1.vers.respondi
attenta receptissima sententia titulum institu-
tionis requiri, etiam in testamento inter liberos,
alias esset nullũ ipso iure &c.* & ibi plures DD.
plena manu adducit, & quod pradicta con-
clusio sit verior, docent *Iacob.de Aren.Alberic.
Bald.Imol.Couarr. & alij relati per* Merlin. *in
tractat.de Legitim.lib.1.titul.2.quæst.3.num.9.
vers hanc opinionem vti veriorem probarũt &c.*
adde *Io.Baptist.de* Barbob. *in tractat. de Filio
famil.part.1.quæst.29.num.35. vers.communis
est tamen opinio institutionem ipsam requiri etiã
in testamento inter liberos aliàs testamentum es-
set nullum &c.*

Ratio enim huius opinionis non longè pe-
tenda est, quia lex *in d.§.ex imperfecto* dispo-
nens testamentum imperfectum inter libe-
146 ros valere fuit condita ad fauorem libero-
rum, *vt asserunt ibi communiter Scribentes.*
quare vbicumque conditio filiorum efficitur
147 deterior si non relinquatur eis titulo vni-
uersalis honorabilis institutionis, sed alio ti-
tulo particulari, non debet habere locum
148 dispositio; cessante enim causa fauoris, ces-
sat legis dispositio ob fauorem inducta *l.Titia
nio. §.vsuras. ff.de legat.2.cum vulgar.* Nec
obstat ratio supra adducta à *Ias.nu.138.* quia
licet verum sit in testamento inter liberos nõ
149 esse adhibendas solemnitates iuris ciuilis,
quæ sunt extrinsecæ veluti testium, Notarij,
et similium, Tamen sunt necessariæ solemni-
tates intrinsecæ, qualis est institutio liberorũ,
150 cum illa sit basis testamenti, Vnde commu-
nis est sententia DD. testamentum etiam in-
ter liberos, præteritione filij, vitiari, et cor-
ruere in totum. *ita glos.in l si quis filius in po-
testate ff de liber & posthum.* Bald. Angel. Ra-
phael Paul.de Castr. *& alij Scribentes in dicto
§.ex imperfecto.* Clar. *in §.Testamentum.quæst.8.
num.6. Andr* Gaill. *lib.2. obseruat.112.num.11.
& 12* Vasq *de success.creat.§.21 num.63* Card.
Mantic. *de coniectur.vltim.volunt.lib 6.titul.2.
num 23.vers.neque etiam obstat.* Farinac. *in re-
pertor.vltim.volunt.quæst.28.num.16.vers.tale
testamentum nullum ex præteritione vnius filij,
non valet nec inter liberos &c.*

151 Accedit quoq; quod vbicumq; testamentũ
est nullum ex defectu præteritionis, non ha-
bet locum dispositio *d.§.ex imperfecto*, quæ so-
lum sibi vindicat locum, vbi testamentum
est nullum ex defectu solemnitatis probato-
152 riæ, quale nõ est vitium præteritionis, *vt in-
quit Bald.in d.§.ex imperfecto*, nam filius di-
citur præteritus, qui non est expressè insti-
tutus, vel exhæredatus, licet de eo aliàs sit
153 mentio in testamento, vel ei aliquid sit re-
lictum titulo legati. *d § aliud quoque & auth.
non licet.C.de liber.præter.& l.ita tamen §.qui
rogatus.ff ad Trebell.*

Amplia in tantum non subsistere testamẽ-
154 tum in quo filij non sunt instituti, vel exhæ-
redati, vt ipso iure sit nullum. *l fin ff.de hered.
& posthum.d §.aliud quoque Auth.vt cum de
appellat cognosc.* Et licet per *text. in l si duobus.
155 § si prius.ff de bonor.poss.tabul.* nonnulli DD.
senserint hoc demum procedere si filius de-
derit de nullitate, & præsertim id firmant
*glos.in l.filio præterito.in verb.tuebitur ff.de in-
iust rupt.testament.* Bart *in d l si duobus.§.si quis
num.3.* & hanc esse communem opinionem
dicit *Ias.in l.posthumo.num.23.C.de bonorum
possess.contra tabul.* Imol. *in l.filio præterito.nu-
mer.3.vers.item nota argumentum. ff.de iniust.
& rupt. testament.* & dixit Rota *in causa Su-
trina successionis 13 Maij 1604. coram bo.mem.*
156 *Card.Sacrato.* Opinio tamen cõtraria præ-
ualet, *& ita tenet* Alex. *in d l posthumo. nu.16.
in fin.* vbi testatur de communi. *Dec.* ibidem
num.9. vbi dicit, hanc esse veram opinionem,
& simul etiam communem. *Gomes. variar.re-
solut.tom.1.de vltim.volunt. vers prima est.* vbi
157 ait, communiter reprobari *glos. in d. l. filio
præterito*, & aliàs Imol. *in d l.filio præterito.nu-
mer.52. vers secunda fuit opinio*, & dicit con-
trariam opinionem non esse bonam. *Aretin.
in consil.103.num.33.* vbi quoque testatur de
communi.

Ad *text.in d.l si duobus.§.si autẽ ff.de bonor.
possess contra tabul.* in quo multi DD. qui cõ-
trariũ sentiunt fundantur respondemus, quod
158 in illo text. fuit præteritus filius emancipa-
tus, secundum veriorem intellectum, & ita
contra *Bart.in d § si duobus.tenent Imol.Raph.
Cuman.in d.l.filio præterito.* & Bald. *in l certum*

C.vnde

Digitized by Google

C. unde legitimi. Gul. Benedict. in repet. cap. Ray-
natius. in verb. in eodem testamento reliquit el. 1.
num 93. vers. est ipso iure nullum quamuis filius
taceat, et ipsum testamentum de nullitate non
impugnet &c. & simul etiam testatur prædi-
ctam sententiam esse communem tam Do-
159 ctorum citramontanorum, quàm vltramõ-
tanorum. Et hanc opinionem explosa contra-
ria amplectitur Rota, vt videre est coram bon.
mem. Card. Sacrat. decis. 770 num. 2. vers attamen
non desunt contrarium sentientes &c. &
pluries testatur de communi. part. 1. recent. &
fuit dictum coram bo. mem. Coccino in causa
Ariminen. Iurispatronatus 23. Maij 1637. à me
relata in par. 7 recent decis. 207. num. 1. vers. esse
nullum ob præteritionem filij &c. & affirmatur
opinionem contra glos. in d. l. filio, præterito esse
veriorem, & communem &c. Constat ergo ex
160 iam supra relatis omninò legitimam relin-
quendam esse filijs, titulo institutionis sub
aperto periculo nullitatis ipsius testamenti.

Cessat tamen in prædicta satis controuersa
opinione omnis tempestas quando versamur
161 in terminis, de quibus agimus, nempe in
testamento ad pias causas condito, quamobrẽ
162 si instituta sit hæres pia causa, filio præteri-
to, cui tamen relicta est legitima titulo saltẽ
legati, licet non institutionis, prout requiri-
163 tur, tunc substinetur tale testamentum spe-
ciali fauore piæ causæ, & ita tenet Bart. in l. 1.
numer. 61. C. de sacrosanct. Eccles. cuius opinio
est communiter recepta (quidquid in hoc con-
tra Bart. camno dente dixerit Bald. vt infra di-
cam) prout testatur Alex. in l. inter cætera. in
princip. num. 4. ff. de liber. & posthum. quem re-
fert, Ias. in consil. 164. in fin lib. 2. ita etiam cõ-
muniter teneri profitetur Natta in l. hac con-
sultissima § ex imperfecto, post num. 14 versic.
adducit. C. de hered. instit. & opinionem hanc
esse communem scripsit Iul. Clar. in §. Testa-
mentum. quæst. 6. sub numer. 8. vers opinio Bart.
est communiter approbata &c. Crass. in tract.
de success. §. Testamentum, quæst. 18. num. 8. vbi
pariter affirmat hanc esse communem opi-
nionem. Mathesil. in singular. 103. ad med. vers.
secundò debet limitari, nisi institutio fiat in piam
causã vt quia instituebat pauperes, Ecclesiã &c.
& vide Alex. in consil 105. num. 20. vol. 4. asse-
rentem hanc celebrem opinionem, nullum
habere dubium, adde Paul. de Castr. qui benè
id declarat in l. si cum, certi. num. 6. C. de testam.
milit. Cagnol in d. l. 1. num. 40. C. de sacrosanct.
Eccles. vbi in specie admonet, vt in hoc ne-
quaquam recedatur ab opinione Bart. idque
etiam voluit Tiraquell. de privileg. piæ caus. pri-
vileg. 14 vers. sed tene primam partem.; & recẽ-
tius prædictam opinionem tamquam verissi-
mam sequuntur. Capis. de num. test. part. 1.
cap. 16. num. 67 et part. 2. cap 3. num. 41. Medic.
in opuscul. 4. sub num. 20. vers octauo valet. &
optimè Merlin. in tractat. de Legitim. lib. 5. tit. 2.
quæst. 8 numer. 1. vers. non est necessarium relin-
quere legitimam titulo institutionis, quando te-
stamentum factum fuit ad pias causas &c. &
præter ibi relatos addo Hieronym. Cenall. cõ-
mun. contra commun. quæst. 23. num. 7. versic.
qua conclusio venit limitanda, quando sumus in
testamento ad pias causas &c. tom. 1. Paul. Æmil.
Gall. in tract. de except. quæ poss. orir. ex success.
titul. 3. except. 13. numer. 14. vers. cessat in testa-
mento ad pias causas &c. Io. Baptist. de Barbo-
bus in d. tract. de Filiosfamil. quæst. 29. num.
50. vers. limitatur hæc conclusio principalis in
testamento ad pias causas, nam eo casu potest
relinqui legitima quocumque titulo &c. & hoc
est indubitatum apud Doctores.

Confirmatur ista conclusio valido illo fun-
damento, quia cum prædicta solemnitas in-
164 stituẽdi filios in sua portione hæredes, ema-
nauerit à iure nouissimo Authenticorum Iu-
stiniani Imp. per d. §. aliud quoque, vnde non
165 debet attendi in hoc testamento ad pias
causas, vt supra iam sæpè dictum est, in quo
tantum attenditur ius naturale, & gentium,
& reijciuntur iuris positiui solemnitates, Vl-
terius quando non est relicta filio legitima
166 titulo institutionis, testamentum non dici-
tur inofficiosum, et factum contra pietatis of-
ficium, sed benè factum contra solemnitatem
legis. Bart. in l. 1. num. 62. C. de sacrosanct. Ec-
cles. At quando non est factum testamentum
contra pietatem, non est improbatum ad pias
causas, quare nullo modo à supradicta opi-
nione tamquamquam omnium voto canoni-
zata, vt plures ex relatis DD. fatentur rece-
dendum puto.

Miror tamen de Baldo, qui in repet. l. 1. nu-
mer. 163. C. de sacrosanct. Eccles. contrarium
167 tenet, et nõ solum id, ei sufficit, sed vlterius
perficata (vt ita dicam,) fronte, inuehit con-
tra Bart. in d. l. 1. num. 62. quia auctor est cõ-
trariæ opinionis, dicens, quod vehementer
168 errat, et quod non intellexit verbum hoc,
ille bonus homo, et cum Bald. allucinati trã-
seunt Salyc. in eadem l. 1. n. 12. quæst. & latè
Barbat in cap. cum esses. versic. quærit hic D. Pe-
trus. de testament. et secundum hanc opinionẽ
consuluit in consil. 38. Difficile est. lib. 3. vbi ad
hoc multa allegat, sed antequam prosternam
hanc opinionem, quod erit in seq. cap. detur
tantisper mihi licentia, vt sequentia dicam in
defensionem Bartoli.

Non enim res est noua asserere, Baldum
169 oblocutum fuisse de Bartolo legum perfe-
cto organo, veracique interprete, nam sæpe
contra eum verba grato modestiæ odore non
170 redolentia effudit, et vsque adeo deuenit,
vt apertis oculis somniando, scripserit eius
animam sepultã esse in cauerna infernali pro-
171 pter opinionem, quam tenuit, in l. vtrum
ff. de parricid. & vlterius asseruit Iudices se-
quentes Bart. in d. l. scilicet occidentes homi-
172 nes solummodo, quia non reuelant secretũ
non probabile, omnes sunt homicidæ, de qua
opi-

opinione alibi dicam et vide *Marsil.in singul.*
163. vbi qualiter sit intelligenda dicta opinio
173 Bart. explicat. At aliqua in laudem Bart.
dixi, *in annotat.ad decis.2.part.3. recent. §.18.*
vbi post Raynald. Cors.Catald. et alios, habé-
tur Bartolum fuisse I.C. æquè probum, et op-
timum, et reliqua, vt ibi posui &c. Fuit etiam
acer, et perpetuus Iustitiæ cultor, et defensor
174 eximius, taceat ergo, et erubescat Baldus,
dum inconsideratè dixit, Bart. sepultum esse
in Inferno, cum iusti in manu DEI sint, *iuxta*
dictum Salom. in Sapient.cap.3.

Quærebat fortè Baldus suis vanis, et mor-
175 dacibus verbis opprimere Bartoli gloriosā
auram, vt ipse clarior efficeretur, nam ei nul-
lus alius obstabat, vt ei deberetur prætensus
176 principatus inter veraces, et intimos Iuris
interpretes, prout etiam dicitur de magno il-
lo Medicinæ restauratore Galeno; cui Medi-
177 ci plus debent, quàm reliquis omnibus, qui
hactenus in re medica scripserunt, iste enim
fuit laudis, et gloriæ affectator, laudatoque
178 pauone superbior, quamuis ipse aliter scri-
bat, et valde humilem, et abiectum se præse-
179 ferat, nam vt vere dixit Valer. Maximus.
lib.8.cap.15. *Nulla tanta est humilitas, quæ*
dulcedine gloriæ non tangatur. Nam in alijs
refellendis fuit sæpè acrior, videtur voluisse
180 antiquorum Medicorum memoriam extin-
guere, vno excepto Hippocrate, quem forsi-
tan suæ gloriæ, eo quod pauca scripsisset, mi-
nimum obesse posse crederet, cum aliorum
181 dicta vndequaque arrepta occasione contē-
tiosus persequatur, et reprobet vocabulorū
vsum, definitiones, causas, remedia, plurima-
que alia ab illis vsurpata, quibus postea ipse
met vtitur. Multoties etiam alicuius Ciui-
182 tatis Medicos omnes dente ferino cor-
rodet, et præsertim *in libro de præcognitione,*
et in Methodo medendi, Atque dentatis, acu-
leatisque verbis in Medicos Romæ de illo tē-
pore commorantes armatur, inter alios asse-
rendo, *Latrones esse Medicos Romæ degentes,*
tanto deteriores alijs latronibus, quod hi in mō-
183 *tibus, illi verò in maxima Ciuitate insidien-*
tur, alia, modestiæ ergo non refero, quum
sint verba satis mordacia, eaque etiam refert
Ioannes Argenterius in eiusdem Galen de arte
Medic. Comment.prim.in proem. Sed quia lō-
gior, vt par est, hæc parentesis incrementum
sumit, ideo abrumpo filum talis discursus.
Cœterum rationes Bald.ad ostendendum te-
stamentum pium esse nullum ex defectu, quia
in eo filijs non fuit relicta legitima titulo in-
stitutionis, prosternam in seq.cap.

ARGVMENTVM.

Testamentum ad pias causas conditum, in quo filijs non reliquit testator legitimam honorabili titulo institutionis, ideo videtur laborare vitio nullitatis, prout regulariter eo laborat, quia tale priuilegium, quod eo casu fauore piæ causæ substineatur prædictum testamentum non potuit concedi in præiudiciū filiorum cum eis non institutis in legitima, id nō parum damnosum esse potest, nam semper priuilegia censentur concessa sine præiudicio tertij.

Damnatur tamen prædicta conclusio, cum substistere non possit, quia veritas est, quod validum reputatur tale testamentum, si in eo legitima reperiatur relicta, si non titulo institutionis, sed alio titulo, puta legati, donationis &c. Nam cum testamenta pia exempta reperiantur à vinculis iuris Ciuilis, à quo fuit introductum, vt legitima relinquatur titulo institutionis. Ergo &c.

Princeps non præsumitur vmquam voluisse tertio præiudicare, nec in dubio alicui vmquam tollere ius ei quæsitum, et potius in eo præsumitur obliuio, quàm talis animus. Legatarius non de alterius manus, quàm hæredis potest capere legatum. Ius accrescendi datur inter cohæredes, et multa alia deducūtur ad effectum confutandi rationes Baldi, dū voluit substinere testamētum pium esse nullum, si filijs in eo non fuerit legitima titulo institutionis relicta cum ea testamenta de Iure Canonico sint redacta ad tempus illud fœlix aureum, quo sola veritas mortalibus iustitiam sanciebat; et aliqua circa hoc adducuntur.

SVMMARIVM.

183 *Testamentum pium, quod sit nullum ex defectu institutionis filiorum in legitima est falsum.*
184 *Pia causa fauore non censetur derogatum fauori liberorum.*
185 *Priuilegia numquam censentur cōcessa cum præiudicio tertij.*
in Priuilegiorum concessione, semper remanere debet inconcussum ius tertij.
186 *Princeps in dubio numquam censetur voluisse præiudicare tertio.*
187 *Principes in dubio non præsumitur voluisse tertio præiudicare, etiamsi vellet consulere publicæ vtilitati. et nu.190.*
188 *Vtilitas publica præfertur priuatæ.*
189 *ex Vtilitate publica receditur à regulis iuris communis.*
Fauore publicæ vtilitatis, multa permittuntur, quæ aliàs non possent substineri.
191 *Princeps multa, et infinita propemodū possunt.*
Princeps licèt multa possint, tamen præsumuntur Iustitiæ pleni, et legum viuæ fontes.
192 *Principes plus debent gloriari titulo Optimi, quàm Maximi.*
193 *Principes, nisi id expriment, numquam censendum est, voluisse alicui tertio præiudicare.*
Ius suum vnicuique præsumitur Princeps voluisse tribuere.

194 *in Principe potius præsumitur oblivio, vel rescriptum falsum quàm quod voluerit tertio, cui fuit ius quæsitum, præiudicare.*

195 *Præiudicare tertio, quando constat Principem voluisse præiudicare, id censetur in paruo, & non in magno.*

196 *Legitima relinquenda est filijs titulo institutionis etiam de iure Canonico, et nu. 222.*

197 *Ius Canonicũ, et ius Ciuile potius inter se cõcordãda sunt, quã inter eos inducere discordiã.*

198 *Franc. in cap. 1. numer. 37. de testam. clamat contra illos, qui ponunt diuersitatem inter ius Canonicum et ius Ciuile.*

199 *Institutionis titulo cum de iure Ciuili sit relinquenda legitima filijs non est dicendum aliud esse de iure Canonico.*

200 *Institutionis titulus est honestior, et vtilior. Hæres non de alterius manu, sed ab ipso capit hæreditatem.*

201 *Legata ad eorum perfectionem requirunt aditionem hæredis. e cuius manu illa sunt accipienda. & num. 204.*

203 *Legatarius etiamsi hæreditate iacente, authore Prætore possessionem legati caperet, nihilominus tenetur deinde eam restituere hæredi.*

204 *Legata quando pro confirmatione non requirant aditionem.*

205 *Institutionis titulus vtilior est, quàm legati, propter ius accrescendi.*

206 *Filijs si non relinqueretur legitima titulo institutionis, eis non competeret ius accrescendi in hæreditate.*

207 *inter Legatarios etiam datur ius accrescendi. Hæreditas accrescit hæredibus, quæ est successio iuris vniuersi, quando vnus ex hæredibus repudiat.*

208 *Legata semper sunt lucrosa, hæreditates verò sæpè damnosa.*

209 *Filius habet legitimam, tamquam quotam bonorum non autem hæreditatis.*

210 *Legitima debetur deducto ære alieno.*

211 *Testamentum pium, quod sit validum, licet in eo, non sit relicta filijs legitima titulo institutionis, est opinio Bart. satis solida.*

212 *Legitima, quod sit relinquenda filijs titulo institutionis, id non procedit ex aliquo cõtractu, sed ex mera Legum benignitate.*

213 *Priuilegium, si sit concessum alicui ex mera benignitate, liberè, imò etiam sine causa potest moderari, imo in totum tolli.*

214 *Princeps derogando priuilegio ex mera gratia concesso, pro iusta causa talis derogationis, potest allegare ipsam gratiosam concessionem. Si libet, licet, antiquum prouerbium.*

215 *in Testamento pio non attenditur, nisi ius naturale, & gentium. et nu. 227.*

216 *Filijs, quod sit relinquenda legitima titulo institutionis, id procedit à iure Ciuili.*

217 *Testamentum non potest dici factum, contra officium pietatis paternæ, si filijs relinquatur legitima. & nu. 221.*

218 *Legitima est portio, quæ debetur filijs. Ecclesia respuit hæreditatem eius, qui vt eam hæredem institueret, filios exhæredauit.*

219 *Legitima de Iure veteri, quocumque titulo poterat relinqui.*

220 *Legitima de Iure veteri, si non relinquebatur titulo institutionis non erat locus querelæ inofficiosi testamenti.*

223 *Legitima, an de æquitate Canonica sit relinquẽda filijs titulo institutionis nõ est definitũ.*

224 *Priuilegia, quæ proueniunt filijs, ex institutione in legitima proueniunt, à iure positiuo.*

225 *Ius accrescendi inter cohæredes est introductum de Iure positiuo.*

226 *Ius accrescẽdi est introductũ à iure, ne quis pro parte testatus, et pro parte intestatus decedat, & ista est veritas.*

228 *Iuri liberorum, circa titulũ institutionis, per cap. relatum. de testam. non fuit in totum derogatum, sed tantum modificatum.*

229 *de Salute animæ, ac peccatorum redemptione quando agitur, lata est facienda interpretatio etiamsi simus in correctorijs. et nu. 230.*

231 *Falsitates, machinationesque cessant, in relictis ad pias causas.*

232 *Testamenta pia fuerunt redacta per Ius Canonicum ad tempus illud aureum, quando sola veritas mortalibus iustitiam sanciebat.*

233 *Charitas olim, dum durauit seculum aureum, erat communionis vinculum.*

234 *Aureum seculũ expectare, vt redeat inane est.*

235 *Pronomina meum, & tuum, postquam fuerũt inuenta, actum fuit de aureo seculo.*

236 *Seculum aureum, quatenus possit dici, quod etiam duret.*

237 *Philosophus quidam, cũ non fuisset ad audientiam cuiusdam Principis admissus, reuerso postea cum melioribus vestimentis, statim fuit admissus, & quid fecerit num. 238.*

239 *Merita causarum non attendunt mali ministri, sed pecuniarum.*

Ministri mali non attendunt, quod ratio postulat, sed quod voluntas affectat.

240 *Iura nõ respiciunt mali ministri, sed pecuniã. Ministri mali habent linguam, manus, & animos venales.*

CAPVT LIII.

EX Bald. in solemni repetitione *l. habeat. 1. nu. 142. C. de Sacrosanct. Eccles.* fuit dictum in præcedenti capite, quod non valet testamentum ad pias causas cõditum in quo liberis à testatore legitima fuit relicta non titulo institutionis, sed alio titulo particulari,
183 quæ opinio quàm sit falsa, iam ostensum fuit, cum contraria communi applausu sit recepta, vt constat ex DD. in eodem cap. allegatis, Hic verò videbimus prosternere rationes ab eodem Bald. adductas ad fundandam prædictam suam crebrinam sententiam, quia fauore piæ causæ non debet censeri derogatũ
184 fauori liberorum; adducit enim regulam

illam

illam generalem, quod quæcumque sint pri-
uilegia, numquam intelliguntur concedi cũ
185 præiudicio tertij, sed iure tertij semper in-
concusso remanente, l. 2. §. merito. & §. si quis
à Principe ff. ne quid in loco publico l. impuberi.
ff. de administrat. tutel. l. nec ausus. C. de emanci-
pat. lib. l. ex facto an med. ibi, etiam iniquum
ff. de vulgar. et pupillar. l. cum filius, & ibi not.
Bald. ff. de milit. testam. cap. cum super eo extr de
offic. delegat. cap. licet, & vbique glos. & DD. de
offic. ordinar cap. quamuis de rescript. in 6. & de-
duxit Rota in causa Romana, seu Amerina ape-
ritionis oris 27. Iunij 1637. coram bo. mem. Coc-
cino. §. Neque videtur. vers. quia Princeps non
intelligitur voluisse tollere ius tertij &c.
186 Idque pariter intellige verum, vt Princeps
numquam in dubio præsumatur voluisse
187 alicui præiudicare, etiam si vellet consule-
re publicæ vtilitati, & non obstante, quod pu-
188 blica vtilitas priuatæ præferatur. l. si quis. §.
vtrum ff. ad Syllan. Bart in l. quemadmodam.
num. 4. C. de agric. & censit lib. 11. Ias. in l. cæte-
ra §. si quis. num. 2. ff. de legat. 1. Hinc ex causa
189 publicæ vtilitatis receditur à regulis iuris
communis, multaque permittũtur, quæ aliàs
essent prohibita. l. ita vulneratus. §. multa ff. ad
Leg. Aquil. Andr. Gaill. obseruat. Imperial. lib. 2.
obseruat. 36. num. 4. et multa ad hoc deducuntur
in celebri illa decisione Cameræ Apostolic. in
causa Romana Affrancationis 2. Decemb. 1642.
coram Reuerendiss. D. Bonuisio tunc Cameræ
Apostolicæ Decano. §. Proinde si in aliquo læde-
ret ius priuatorum &c.
190 Tamen vt dixi his non obstantibus, Prin-
ceps nec ex causa publicæ vtilitatis in dubio
præsumitur voluisse præiudicare alicui Bellon.
consil. 66. num. 5 cum ibi congestis, & ratiocina-
ta est Rota in causa Bononien. Iuris Macinan-
di 1. Februarij 1638 coram Reuerendiss. P. D.
Dunozetto Decano §. Nec est præsumendum.
Papam voluisse consulere publicæ vtilitati, cum
damno eorum quibus fuit vigore contractus ius
quæsitum &c.
Licet enim supremi Principes multa, & in-
191 finita possint, tamen cum præsumantur Iusti-
tia pleni, et Legum viui fontes, §. penult.
Auth. de consul. ideoque plus gloriari debent,
192 titulo OPTIMI, quàm MAXIMI. Vnde nũ-
quam præsumendum est, nisi exprimatur, vo-
193 luisse tertio præiudicium inferre, sed ius suũ
vnicuique inuiolatè relinquere, et potius est
præsumenda in Principe obliuio, vel rescriptũ
falsum, quam quod voluerit tertio præiudi-
194 care cui fuit iam ius quæsitum. ita Abb. in
cap. ex parte il secondo. num. 7. in fin. ff. de offic.
delegat. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 9.
num. 9. vers. imo falsum potius præsumendum
est rescriptũ &c. Gomez. ad regul 8. Cancell.
glos. 28. numer. 10. vers. potius præsumendum est
rescriptum falsum &c. Gratian. discept. forens.
cap. 730. nu. 32. vers. in eo potius est præsumen-
da obliuio &c.

Et quando constaret de clara mente Prin-
195 cipis velle præiudicare tertio, tunc censen-
dum est non in magno, sed in paruo voluisse
præiudicare. vt sensit Rota decis. 23 numer. 29.
vers. in dubio debet intelligi, vt in modico &c.
part. 5. recent. vide quæ dixi in annotat. ad de-
cis. 666 in litera A. à num. 49. vers. continuò in
omnibus priuilegijs eam faciendam esse interpre-
tationem Principem noluisse &c. vsque ad nu-
mer. 77. part. 4. recent. tom. 3. Et modo persistẽ-
do in terminis nostris.
Quare maximè fauore piæ causæ non cen-
setur derogatum fauori liberorum quoad
196 debitam eis institutionem in legitima, quia
secundum aliquos DD. etiam de iure Cano-
nico indubitatè, et titulo institutionis filijs est
relinquenda legitima, et latè per Ias. in d. auth.
nouissima. num. 31. et seq. C. de inoffic. testam. et
in rub. solut. matr. pariter num. 31. et seq. vbi etiã
Ripa, qui testatur de communi numer 44. &
Alex. per eum allegatus in consil. 70. nu. 6. vol. 2.
et Couarr. in d. cap. Raynutius. § 1. numer. 1. de
testam. Clar. recept. sentent. in verb. Testamentũ
quæst. 38. in vers. hæc etiam conclusio. Cucch. in
tract. de Legitim rubric. quo titul. sit relinquẽd.
legitim. num. 46. vbi de magis communi testa-
tur, et Merlin in eodem tractat. de Legitima
lib 5 titul. 1. quæst. 2. num. 4. vers. iure Canoni-
co etiam attento legitimam esse relinquendam
titulo institutionis aliàs testamentum est nul-
lum &c. et vlterius testatur de veriori, et ma-
gis communi opinione, et eam firmat per
text. in d. cap. 1. ibi. filiam in re certa, filium ve-
rò in cæteris bonis hæredem instituit &c. addit
etiam text. in cap. per tuas. qui fil. sint legitim.
Insuper non debemus inducere discordiã
197 inter ius Ciuile, et Canonicũ, sed magis illa
concordare melius erit. cap expediat. de elect.
l. 1. C. de inoffic. donat. glos. in can. fin. 29. distinct.
198 exclamans contra illos, qui in intellectu ca-
nonum ponunt diuersitatem, dicentes aliud
secundum Leges, et aliud secundum Cano-
nes, et in puncto casus nostri asserit Franc. in
d. cap. 1. num. 37. vbi ait cum habeamus iuris
199 ciuilis dispositionem mandantem relinqui
legitimam titulo institutionis, non debemus
aliud à iure Canonico fuisse dispositũ, asserere.
Nec dubitandum venit pluribus præiudi-
cijs affici filios, dum prout iura sanxerũt hæ-
redes non instituantur in legitima, quippe
titulus institutionis honorabilis, præ cæ-
teris omnibus habetur. l. filium. §. sed et si por-
tio. ibi, cum hæreditates nõ honestiori titulo &c.
ff. de legat. præstand. honestior est quidem ti-
200 tulus institutionis, quia hæres non de alte-
rius manu, sed à se ipso capit, neque pendet ab
alterius aditione. l. si in testamento. ff. si quis
omiss. caus. testament. Bart. in l. Iulianus. ff. eodem
& in l. eam quam. C. de fideicommiss. quod con-
tra est in legato, vel alio titulo. l. 1. ff. quor.
bon. §. 1. Instit. de legat. legata enim ad sui per-
fectionem requirunt aditionem hæredis, cu-

Digitized by Google

201 ius è manibus sunt accipienda, & aditione,
non autem sola morte testatoris confirmātur.
Rip. qui communem dicit *in l. sciendum. nu.* 18.
ff. de legat. 1. Couarr. *in rub. de testam. part.* 3.
num. 22. Gomes. *var. resolut. tom.* 1. *cap.* 11. *numer.* 11. Clar. *receptar. sentent. lib.* 3. *§. Donatio. quæst* 5, *num.* 2. *vers. vltimæ voluntatis, non cōfirmantur, nisi adita hæreditate &c. Antonin. de* Padill. *qui plures alios refert in l. eam quam. C. de fideicommiss. nu.* 63. *cum plurib. seqq.* Ruin. *in rubric. de donat. inter vir. & vxor. §.* 69 *nu.* 7. *et alios adducit* Molin. *in tractat. de primogenit. lib* 1 *cap.* 12. *num.* 14. *& ponderauit* Rota *in causa Romana Legati* 26. *Iunij* 1646. *coram R.P.D* Certo. *§. secundo quia legatum. vers legata ad sui perfectionem requirunt aditionem hæredis, cuius è manibus sunt accipienda &c.*

Si enim legatarius legatum caperet propria
202 auctoritate caderet à iure suo, iuxta dispositionem *text in l.* 1. *§.* 3. *ff quor. legat. l. non est dubium vbi glos. C. de legat. & DD. communiter in l. restituta. ff. ad Trebell.* Alex. *cons.* 58. *num.* 9. *lib.* 3. Surd. *consil.* 265. *nu.* 39 *et seq. et cons.* 319. *num.* 2 *et* 17. Peregr. *de fideicommiss. art.* 47. *numer.* 11. Rota *decis.* 115 *sub nu.* 3 *part.* 1. *diuers. et decis.* 369 *num.* 5. *part.* 4. *recent. tom.* 2. *et decis.* 637. *num.* 2. *eadem part.* 4 *recent tom.* 3. *et decis.* 35 *numer.* 7. *part.* 5. *recent.* Nec legatarius audiendus est, si petat immitti in possessionē à Iudice, quia tenetur legatum capere non
203 à Iudice, sed ab hærede, vt dixi, adeo vt regulariter loquendo, si adepta sit possessio rei legatæ per legatarium auctoritate Prætoris, hæreditate iacente, illa restitui debet hæredi, *vt tradunt Pesar. in tract. de substitut. act.* 605. *num.* 10. *vers vt si adepta sit possessio authoritate Prætoris etiam hæreditate iacente, restitui debet possessio hæredi &c. et allegat decis.* 510. *nu.* 12. *part.* 1. *diuers.* & deinde sic fuit decisum *in causa Romana Legati* 25. *Maij* 1648. *coram Reuerendiss. D.* Terraconen. *§. Legatum enim, versic. adeo vt si adepta sit possessio rei legatæ per legatarium auctoritate Prætoris hæreditate iacente illa restitui debet hæredi &c.* & quod legata
204 morte testatoris non confirmentur, sed aditio requiratur, firmat *Rip in l. sciendum. nu.* 18. *ff. de legat* 1, *cum alijs ponderatis in causa Romana Legati.* 1. *Iulij* 1644. *coram R. P. D.* Certo. *§. Quinimo. versic ex quo legata non sola morte*
205 *testatoris &c.* vbi id limitatur quādo legatū à testatore fuit in vita solutum, nam tunc pro eius confirmatione non requirit aditionem. *Surd consil.* 14. *num.* 5. *Afflict. decis.* 275. *nu.* 5. Sed ad nos.

Vtilior est quoque titulus institutionis,
206 propter ius accrescēdi *l.* 1. *§. si ex fundo. ff. de hæred instituend. l. ex facto. l. quoties. §. si duo l. si quis ita scripserit et l. si quis hæres institutus fuerit ff. eod §. hæreditas. vers. et si vnum Instit. de hæred. instituend. l. quoties. C. eodem. l. ij. tta. C. de caduc. tollend.* quale beneficium filijs nō competeret, si legitima posset titulo particulari relinqui. *l. eam quam. C. de fideicommiss. l.* 1. *C. quando nō petit part.* Petr. Cin. *Bald. et alij in l. in suis. ff. de liber. et posthum.* Salicet. *in auth. nouissima. col.* 1. Ias. *nu.* 13. *in fin.* Azon. *in summa titul. de trient. & semiss. nu.* 2. Marc. Anton. Peregr. *de fideicommiss. artic.* 36. *nu.* 55. Matth. de Mattesill. *singul.* 103. *nu.* 1. Ascan. Clement. *in tractat. de patr. potestat. effect.* 16. *nu.* 1. Ioann. de Roias *in epitom. success cap.* 8. *numer.* 2. *&* 4. Tiraquell. *in tractat. de iure primogen. quæst.* 75. *nu.* 5. Paul. Æmil. Gall. *de except. quæ oriu. poss. ex success. titul.* 3. *except.* 13. *part.* 2. *num.* 6. *et seq.* Ceuall. *in specul. commun. opin. contra communes. quæst.* 23. *num.* 1. Michael Graff. *in tractat. de success.* 9. *Legitima quæst.* 32. *num.* 1. Clar. *in §. Testamentum. quæst.* 38. *versic. neque credas.* Merlin *de Legitima lib.* 5. *titul.* 1. *quæst.* 1. *nu.* 9. *vers. istud autem beneficium nō competeret si legitima posset titulo particulari relinqui &c. & latius per Io. Baptist. de* Barbobus *de filiofamil. quæst.* 36. *num.* 15. *vers. propter ius accrescendi, quod habet filius alijs hæredibus non institutis non adeuntibus &c.* nam etsi inter legatarios
207 pariter ius accrescendi locum habeat, *vulgata l. reconiuncti ff. de legat.* 3. *cum sua materia,* tamen quia hæredibus accrescit hæreditas, quæ est successio iuris vniuersi, propterea iudicatur vtilior, & quamuis legata semper sint
208 lucrosa, hæreditas verò sæpe damnosa *l. si hæreditatem ff. mandati. l. nec adeunt. ff pro soc. cum alijs allegatis à* Rota *in causa Romana, seu Florentina restitutionis in integrum* 10. *Maij* 1641. *coram bo. me. Card.* Panzirolo.

Non ideo tamen minus dicitur vtilior filio
209 titulus institutionis, quia filius habet legitimam, tamquam quotam non hæreditatis, sed bonorum. *l quoties, et ibi.* Bald. *col.* 1. *C. de hæred instit.* Iacob. Butr. & Guil. de Cun *in l. si quis in suo. C. de inofficios. testam.* & ista est cōmunis opinio, *vt post* Boer. *testatur* Viu. *in Silu comm. opin. cap.* 455. *num.* 3. & Suarez. *re-*
210 *cept. sentent in verb legitima. num.* 63. & sic deducto ære alieno debetur *l. Papinianus. §. quarta et §. quoniam autem quarta. ff. de verb. signif. auth. num autem. C. de Episcop & cum similibus,* & dixit Rota *coram Card.* Caualer. *decis.* 325. *nu.* 2. *vers. legitima dicitur quota bonorum, non hæreditatis &c. et corā Card.* Verospio *in causa Rom. legitimæ* 22. *Iunij* 1615. *§.* 1. *vers. Legitima dicitur quota bonorum &c. et alibi sæpius* quare non potest filio cum damno esse dicta institutio.

Sed supradictæ, & similes rationes parum, aut nihil operantur ad prosternandam opinionem Bart. de qua supra dictum est cum ea
211 sit verior, & communis, vnde inuictè sequenda est, propter rationem ab eo adductā, cui *per Bald. & sequaces* non concludenter respondetur, quantum ergò ad illam, quod priuilegium piæ causæ non censetur concessum cum iniuria, et præiudicio liberorum; Reli-
212 cto enim tale ius competere filijs, non ex aliquo

aliquo cōtractu,sen titulo oneroso,sed ex me-
ra legum benignitate,ideo non mirum , si li-
berè,immo etiam sine causa posit tale priui-
213 legium,seu ius,moderari,diminuere,seù in
totum tolli,ad text. in l. rescripta. C. de pracib.
Imper. offerend. cum alijs allegatis per Peregr.
de iur fisc.lib.1.titul.3. num.20. Immo tūc pro
214 iusta causa reuocationis,potest allegari ipsa
gratiosa concessio,et in his terminis facit an-
tiquū illud dictum,Si libet,licet,l. Princeps.ff.de
legib.l digna vox.C eodem.de qua materia iam
aliqua scripsi in annotat ad decis.2. à num.240.
part.1.recent.

Sed magis concludens ratio in terminis,de
quibus supra est, nam inspecto iure natura-
215 li, & gentium, quod solum attendi debet
in testamento ad pias causas , vt abundè
iam dictum est, supra cap.1. per tot. non
dicitur iniuria , aut præiudicium aliquod
filijs irrogari ex eo tantum , quia in legiti-
ma fuit omissus titulus institutionis, cum
216 ille tantum sit introductus à iure positiuo,
d.§.aliud quoque capitulum.auth. vt cum de ap-
pellat.cognosc.Satis quippe est,vt testamentum
217 non posit dici factum contra officium pie-
taris paternæ,& naturalis charitatis,si filio sit
218 relicta legitima,quæ est portio sua. Quid-
quid esset dicendum si nihil filio esset relictū,
quia vt habetur in can.quicumque 17.quæst 4.
Ecclesia respuit hæreditatem eius,qui vt eam
hæredem institueret filios exhæredauit. & se-
dulò post Accurs. Bart. Bald. Salicet. & alios
ponderauit Rota in causa Gallien. hæreditatis
10.Decemb.1638.coram bon.mem.Card. Vero-
spio.§. Altera exceptio. versic. imo ita damnan-
tur ab Ecclesia huiusmodi dispositiones,quæ con-
tinent exhæredationem liberorum, vt nihil velit
sibi acquiri &c.& perpenditur text. in d. can.
quicumque,id quoque iterum fuit animaduer-
sum in eadem causa sub die 1.Iulij 1637.coram
Reuerendiss.Tertacinen.§.Nec obstat.versic.ex-
hæredatio ista sapit iniquitatē,& ideo testamen-
tum non sustinetur,nec in fauorē Ecclesiæ &c
de qua materia alibi dicam.

Vnde persistendo in terminis, quod testa-
mentum non possit dici factum contra officiū
pietatis,si quocumq. titulo filijs sit relicta le-
gitima, nam vt considerat Bart.in d.l.1. C. de
Sacrosanct Eccles.etiam de iure veteri ante
219 scilicet dispositionem. d.§.aliud.quoque capi-
tulum. Satis erat relinquere legitimam filio
quocumque titulo legati, seu fideicommissi,
220 nec propterea testamētum subiacebat que-
relæ inofficiosi testamenti , vt probatur in l.
omnimodo.in vers.& quidem.ibi in hæreditate
vel legato,vel fideicommisso.C.de inoffic.testam.
& in auth.nouissima.ibi debeatur eis quocumq.
quoque titulo.C.eod.titul.Vnde non erat cōtra
221 officium pietatis factum,vt in l.2.ff.de inof-
fic.testam.nec poterat dici factum cum iniuria
filij,cum lege hoc permitteretur. l. in concu-
binatu in fin.ff.de concubin.cum simil.

Quatenus etiam afferant sectatores con-
trariæ opinionis,etiam de iure Canonico filio
222 relinquendam esse legitimam titulo insti-
tutionis,& adeò multò minus censeatur de-
rogatum huic solemnitati, vtique responde-
tur,negando , eam opinionem esse absolutè
223 veram,quia secundum æquitatem Canoni-
cam non est definitum , quomodo filijs relin-
quenda sit legitima,vt in exposition. cap. Ray-
nutius.de testam. notāt communiter Scribentes,
& præsertim Card.Hostien.in verb. relinquene
nu.6.Gulielm.de Benedict.in d. verb. relinquene
il primo n.7.et 8.in verb.reliquit.nu.3. Butr. n.
27.Barbos.à Castan.ad consuetud.Burgund. in
titul.de success.rub.7.§.3. in glos. suam veram
legitimam.versic.quartò fallit &c.Alex.cons 70
n.11.et 12.lib.2.& consil.17 nu.10.lib.3.& post
dd. Doctores huic opinioni , se subscripsit,
Rota in causa Cesenaten. Laudi.20. Decembris
1632.coram bo.mem.Card.Hieronym. Verospio
§. Etenim ea sola.versic. idque quoque præcipuè
obtinere debet attenta æquitate Iuris Canonici,
secundum quam non reperitur definitum , quo-
modo sit relinquenda legitima filio,vel filiæ &c.
224 Nec releuant pariter alia inculcata , quod
filij multis commodis, vtilitatibusque orbati
remanerent , si in legitima non Instituantur
hæredes,quia vltra generalem responsionem,
nempe ea omnia introducta esse de mero iure
225 positiuo,vt in specie de iure accrescēdi inter
cohæredes,vt illud dicatur introductum de
iure positiuo est text.in l.re coniunctī .ff. de le-
gat.3.& principaliter propter regulam iuris
226 ne quis decedat pro parte testatus, & pro
parte intestatus,vt in laus nostrā,vbi id tradit,
Dec.num.1.ff.de reg.iur.& in §.hæreditas.Insti-
tut.de hæred instit. vbi textus hāc assignat ra-
tionem, & latè id defendit Rustic. in l. cum
auus.101.lib.3.cap.10. num 104 vbi ait hanc
esse receptiorem opinionem , nec ab ea esse
recedendum,et latius comprobat Bellon. de Iu-
re accrescend.cap.1.quæst.1.à n.1.

Vnde in necessariam consequentiam ista
non habebunt locum in testamento ad pias
227 causas,cum sit redactum ad terminos iuris
naturalis tantùm.cap. relatum de testam.& sæ-
pè sæpius dixi,& probaui supra cap.1. per tot.
Vlterius animaduertere debemus nullatenus
fuisse per text in d cap.relatum de testam.corre-
ctam dispositionem iuris ciuilis nec in totum
228 derogatum iuri liberorum , circa titulum
institutionis , sed tantum inducta limitatio in
casu isto particulari, quando agitur de testa-
229 mento ad pias causas,cum enim simus in
materia fauorabili , in qua agitur de salute
animarum, peccatorumq. redemptione, ideo
230 debet ampliāri , et fieri lata interpretatio,
etiamsi essemus in correctorijs. Bart. in auth.
sacramenta puberum.nu.19.& post alios.Ias.nu.
16.& nu 12.C.si aduers. vendit. Idem Ias. in l.
cum quidam.n.24.ad fin ff.de liber. posthum. &
in l.sensum.sub n.5.versic. secundò mouetur. C

qui

qui testam. facer. poss. & in auth si quis maior. sub. n. 8 ubi etiam vide. Cagnol. *num. 33, & seq. C. de transact.*

Maximeque quia in relictis ad piam causã
231 cessant machinationes, falsitates &c. vt dixi
supra, vnde non mirum si Ius Canonicum
reduxerit talia testamenta ad tempus illud
232 aureum. & felix quando sola veritas morta-
libus iustitiam sanciebat, et charitas erat cõ-
233 munionis vinculum inter homines O tem-
pus verè aureum, vbinam exolatum manes,
sed inanis, est omnis expectatio, frustratoria
234 est omnis expostulatio, quia postquam per
imposturam antiqui serpentis, excrescente
hominum malitia inuenta fuerunt pronomi-
235 na illa meum, & tuum, demonstrantia mun-
dum, *vt habetur in can. dilectissimi 12. quaest. 1.*
tunc profligatum penitus remansit dictum
aureum seculum vltimumque vale mundo di-
236 xit. Nisi dicere velimus, tempus aureum
adhuc durare, sed non illud primarium, sed
benè secundarium, nam aurum magnam ha-
bet potentiam, itaque ei resisti non potest, &
qui eo non possidet nihil æstimatur, & foras
eijcitur etiamsi esset alter Homerus, quamuis
musis comitatus gloriosè esset, quare elegan-
ter expressit poeta ille.

Ipse licet venias musis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Huic proposito conuenit non ineptè quod
refert *Innocentius Romanus Pontifex in tra-
ctat. de miser. homin. lib. 2. cap. 39.* De quodam
237 Philosopho, qui cum in vili vestimẽto Prin-
cipis aulam adisset, et diu pulsans, & rogans,
non fuisset admissus, mutauit habitum, mox
ad primam vocem patuit aditus, ille verò ad
Principem accedens, pallium, quod gestiebat
frequenter osculabatur, at admirante Princi-
238 pe, cur ita faceret philosophus, interrogauit
eum qui statim intrepide respondit *Honoran-
tem me honoro*, quia quod virtus non potuit,
vestis obtinuit, quasi diceret,

Si modo me spernis, mutata veste redibo,
Quod mihi non dederis, vestibus ipse dabis.

Sed vnde hoc malum? ex malis ministris, lu-
cro tantum inhiantibus, de quibus *idem Põ-
tifex in eodem lib. & loc.* egregiè loquitur, Mali
239 ministri non attendunt merita causarum,
sed pecuniarum, non quod ratio dictat, sed
quod voluntas affectat, non respiciunt iura,
240 sed munera, non iustitiam, sed pecuniam,
nec mirum, habent enim linguam, manus, &
animos venales. Sed quia materia ista longum
discursum, quærimoniamque requireret, ideo-
que opportuniori loco id reseruo. In sequenti
vero capite ampliabimus, quæ superius diximus, quod relicta ad pias causas tenent, quã-
uis in testamento filijs non sit assignata legi-
tima titulo institutionis.

ARGVMENTVM.

Legata ad pias causas facta, & relicta in testamento ad prophana condito, absq. debita solemnitate à iure positiuo requisita, et consequenter nullo, an valeant licet institutio hæredis sit nulla, et licet negatiuam partem multi DD. teneant, tamen contraria, est longe verior, et in praxi obseruanda, et explodũtur rationes ab eis adductæ.

Legata relicta in testamento nullo ex defectu exhæredationis, vel præteritionis filiorum valida sunt, et debentur cum eo casu omnia preter institutionem valeant, quod sine dubio procedit etiam in legatis pijs, sed difficultas maxima stat, quid sit dicendum, quando talis præteritio ignoranter fuit facta per testatorẽ, qui nesciebat vxorem esse prægnantem, vel filium putabat esse mortuum.

Et in his terminis, cum dicta legata reputentur nulla ex defectu voluntatis, quia aliàs si testator id sciuisset, non relinquisset talia legata, vnde non tam corruunt legata prophana, quàm pia, cum priuilegia piarum causarum, in tãtum obtineant suum robur, in quantum concurrat voluntas disponentis, aliàs secus. Limitatur tamen prædicta conclusio, quando talia legata pia essent relicta pro malè ablatis incertis, et quare.

SVMMARIVM.

241 *in Testamentis pijs non attenduntur iuris solemnitates, & præsertim an legitima sit relicta titulo institutionis.*

242 *Legata relicta in testamento nullo ob exhæredationem, vel præteritionem filiorum firma remanent.*

243 *Quod sine dubio procedit etiam in legatis pijs.*

244 *Legata pia relicta in testamento nullo ex defectu institutionis hæredis, non debentur, & num. 250.*

245 *Hæredis institutio est caput testamenti vnde eo non existente, actum est de omnibus in eo contentis.*
Principali deficiente corruit accessorium.

246 *Legata pia an dicantur priuilegiata, si testamenta in quo sunt relicta, corruant ex defectu institutionis hæredis.*
Pijs causis non est fauendum, contra expressas iuris regulas.

247 *Libertatis legatum non debetur, si in testamento nullo sit relictum.*

249 *Argumentum de libertate ad piam causam valet, & è contra.*

250 *Legata quod non debeantur ex testamento nullo ex defectu institutionis hæredis, ad procedit de Iure Ciuili.*

252 *Dispositiones Legum Ciuilium cessant in relictis ad pias causas, tũ in ijs seruetur ius gentiũ*

Lega-

255 *Legatum libertatis, quatenus dicatur pium.*
256 *Legatum libertatis, quatenus esse pium discertur in eo, non Ius Ciuile, sed Canonicum seruandum esset.*
257 *Legata pia in testamento nullo ex causa prætiritionis filiorum ignoranter facta, an debeantur.*
258 *Legata relicta in testamento nullo ex quo filij ignoranter fuerunt præteriti, firma manent.*
259 *Opinio tamen negatiua præualet, & est verior, & communior & n. 260.*
261 *Et qui vult rectè iudicare non debet ab ea recedere.*
262 *Testator faciendo plura legata, ignorando se habere filios, quo animo præsumatur esse.*
263 *Legata pia an debeantur filio ignoranter præterito dubia est sanè quæstio, & ideo cogitandum relinquunt multi DD.*
264 *Testator dum relinquit legata, ignorando se habere filios, ea corruunt ex defectu voluntatis.*
265 *Donatio facta Ecclesiæ an reuocetur per superuenientiam liberorum.*
266 *Voluntate sublata in relictis ad pias causas, actum est de earum priuilegijs.*
267 *Piæ causæ ratio, est pietas, & religio erga DEVM.*
268 *DEVS non ea, quæ offeruntur, sed voluntatē respicit offerentium.*
269 *Legata pia non debentur, quando filius fuit ignoranter præteritus. vide n. 270.*
270 *Legata pia relicta pro exoneratione conscientiæ debentur, etiam filio ignoranter præterito.*
271 *Legata incerta relicta pro exoneratione conscientiæ, dicuntur necessaria necessitate causatiua, & quomodo.*
272 *Ignis in inferno sic consumit, vt semper reseruat, & ibi miseri ardebunt in igne æterno, in æternum.*
273 *Habitare, quis poterit cum ardoribus sempiternis?*
274 *in Tabernaculo Domini quis habitabit.*
Peccata non dimittuntur, nisi restituantur ablata.
Testator relinquendo legata pro incertis pro exoneratione conscientiæ, potius cogitauit de anima, quàm de alijs.
275 *Legata pro exoneratione conscientiæ censetur testator reliquisse etiam si sciuisset habere centum filios.*
276 *Charitas ordinata plus amat se in vngue pedis, quam alium in vertice capitis.*
277 *Regula diligendi proximum sanè incipit prius à se ipso.*
278 *Animam suam nemo præsumitur voluisse defraudare, in extremis agens, ne diminueret patrimonium.*
279 *Moriens, si in testamento iubeat, vt omnia sua debita persoluantur,*
280 *Intelligitur voluisse, vt etiam debita ea soluantur ad quæ naturali etiam ratione, & conscientia impellente erat obligat, etus n. 281.*
282 *Legata pia, quæ relinquuntur pro exoneratione conscientiæ, sunt potentiora, et fauorabilia cæteris alijs legatis pijs.*
283 *Legata pro male ablatis, potius dicuntur relicta iure debiti, quàm legati.*
284 *Et ea bona non tàm dari, quam restitui dicuntur.*
285 *Legata pro male ablatis, quando gaudeant priuilegio piæ causæ.*
286 *Male ablata, quando sunt certa, et certa persona, cui est facienda restitutio, non sunt verè relicta ad pias causas.*
287 *Legatum factum creditoribus pro eorum satisfactione non dicitur pium.*
Vital. Nemau. in cap. Ioannes. in 3. notabil. de testam. fallitur.
288 *Cap. Ioannes. de testament. declaratur.*
289 *Relicta pro male ablatis certis, non dicuntur ad pias causas.*
290 *Necessitas destruit pietatem.*
in Legatis pijs non potest considerari necessitas.

CAPVT LIV.

Firmatum est iam supra, in præcedentibus capitulis, quod in testamentis conditis ad pias causas nullatenus attenduntur iuris subtilitates, et ambiguitates ad hoc, vt illa substineantur, et præsertim, an sit filijs re-
241 licta legitima titulo institutionis, vel alio quouis titulo, Vnde, et quæ superius diximus fortius sine dubio procederent, vbicumque ageretur solum de legatis factis ad piam cau-
242 sam, non autem de totali institutione, nam & generaliter loquendo talia legata, etiam filio totaliter, et verè præterito conseruarentur de iure communi ex dispositione *auth. ex causa, & in corpore, vnde desumitur.* ibi, *ex causa exhæredationis, vel præteritionis irritum est testamentum, quantum ad institutiones, cætera namque firma remanent. &c. C. de liber. præterit. & sæpius dixit* Rota, *& præsertim in causa Romana fideicõmissi de Agazzarijs 19. Iunij 1641. coram R. P. D.* Peutingero *§. Nec in contrarium & in causa Auenionen. Legitimæ* 30. *Ianuar. 1654. corã eodem §. 1. vers. adhuc ex testamento tale legatum deberetur &c.* Idq. etiã locum habet *in legatis pijs*, et notat *Bart. in repetit. l. 1. num. 60. & Bald. sub n. 50. C. de sacrosanct. Eccles.* casus tamen iste non videtur dubitabilis.

Nec aliquis vacillet, quamuis multi DD. velint substinere, quod legata pia relicta in testamento ad prophana minus solemni, et
244 inualido ex defectu institutionis hæredis, non valeant, & causæ piæ non sint soluenda, & ita tenet *Anton. de Butr. in cap. quod clericis. num. 10. de for. competent.* Salycet *in auth. cassa & irri-*

& irrita n.7. verf. fed et priuatnt. C. de facr. Ec-
clef. Barr. *in l. final. num. 6 ff. de his q. pro non*
script. Iaf. *in l. Marcellus num 36. ff. ad* Trebell.
& alij plurimi relati per Gaspar. Anton. The-
faur. *quæstion forenf. cap. 35. nu* 5. vbi pluribus
244 fatagit probare, quod doctrina Salicet. *in d.*
auth. caffa, est communiter recepta; & vide
Vafq. Boer. *& alios quos allegat* & adde Mart.
de fucceff. part. 4. quæst. 8. artic. 2. num. 3. verfic.
nec legatum et factum tenet, vbi etiam testarur
prædictam opinionem esse communiter rece-
ptã. Ea enim ducuntur ratione, quia institutio
245 hæredis est caput et fundamentũ testamen-
ti, ergo vbi hæredis institutio est nulla ob tes
stamenti nullitatem, sunt nulla et legata, quæ
funt accessoria. & fic opus eft vt omnia irre-
misibiliter cadant. *l. 1. ad fin. ff. de vulgar. &*
pupill. iuncto *cap. principalis. ff de regul. iur. &*
cap. accefforium eodem titul.

Cũ enim nullibi in his terminis reperiatur
246 fauor scriptus piæ causæ, regulis ordinarijs
stare oportet. *arg. l. fi placuit. 8. ibi æquitatis*
scripta. C. de iudic. et in dubio non esse fauen-
dum piæ causæ contra expressas iuris regulas,
colligitur *ex cap. ex tenore. verfic. nos attenden-*
tes. quod ità sumus viduis in iustitiæ debitores,
quod alijs iniustitiam facere non debeamus &c.
de fòr competent. Accedit etiam, quod legatũ
247 libertatis non debetur, si in testamento nul-
lo sit relictum. *l. fi iure. C. de commun seru. ma-*
numiff. & l. 1. C. fi omiff. cauf. testam. ergo nec
alia legata pia in testamento relicta, valet
248 enim argumentum de libertate ad piam
causam & è contra *vt per Euerard. in fua topic.*
loco à libert. ad caufam piam.

Verum, quidquid dicant supra relati DD.
contraria sententia, tamquam inixa melliori-
249 bus fundamentis, verior, et receptior appa-
ret, nam dicta legata pia valent, et debentur
non obstante nullitate testamenti, et inuali-
ditate institutionis, et inter alias rationes illa
satis apparens est, et quæ conquassat illam su-
pra in contrarium allatam; quia quod ex te-
stamento nullo, & inualido ob hæredis insti-
250 tutionem, legata in eodem testamento fint
irrita, et nulla, neque debeantur, id quidem
prouenit ex dispositione legum Ciuilium,
251 quæ vt sæpius decantatum fuit, et solide
firmatum supra *cap. 1 per tot.* pro non scriptæ
habentur, quoad dispositiones piarum volun-
tarum.

Ideo tales Leges nec faciunt, nec facere po-
tuerunt irrita, et nulla legata pia relicta in
testamento minus solemni solemnitate iuris
252 ciuilis, habente solemnitatem iuris gentiũ,
etim pertineant ad dispositionem iuris Cano-
nici, & potestatem Ecclesiasticam, Et quæ spi-
ritu DEI aguntur vt sunt opera, & legata pia,
non subiacent legibus humanis, vt dixi in d.
cap. 1. et in specie, quod eo casu legata pia va-
253 leant, & debeantur, quamuis testamentum
conditum ad prophana fit innalidum ex cau-
sa institutionis hæredis senserunt *Couarr. in*
cap. relatum. num. 3. de testament. et post Bald.
Angel. *defendit* Guidopap. *quæst. 20. num. 6.* &
notant omnes scribentes *in repetit. leg 1. C. de*
facrofanct. Ecclef. & in auth. caffa, & irrita.
C. eodem. & in l. id quod pauperibus. C. eod. &
dixit Tiraquell *de priuileg. piæ caufæ priuileg.*
80. §. Sed è diuerfo. verf in contrarium tamen
facere videtur &c. & post Rice. & Boer. firmat.
ibi Thor. in addit. Decian. *confil. 65. nu. 19. verf.*
& tamen fi legata forent pro anima, et fic ex pia
caufa conferuarentur &c. vol. 2. Riminal. *Iun.*
in confil. 729. num. 34. verf. quia legata facta
pro anima non ita faciliter annullantur, fed
conferuarentur; licet testamentum nullum de-
claretur &c. & fidem facit, quod ita tenent
omnes *in d. l. 1. C de facrofanct. Ecclef.* Cui opi-
nioni plures ex Theologis se subscripserunt,
254 *& præfertim* Molin. *de Iuftit. & Iur. tom. 1.*
tractat. 2. difputat. 134. contra verò. verfic. licet
teftamentum minus folemne, in quo non est in-
ftituta hæres caufa pia validum non fit, valida
tamen funt legata pia in eo relicta &c. Vasquez.
in opufcul de teftam. cap. 3. n. 12. Sanchez. *lib 4.*
moral. cap. 1 dub. 7 nu. 3. Less. *de Iuftit lib. 2. cap.*
19 *nu* 9. Facundez *de Iuftitia lib 2. cap 3. n. 35.*
Bonacin. *de contractat difput. 3 quæft. 1. part 3.*
num 19. Villabos. *part. 2. fumm. tractat. 30. diffe-*
rent. 4. num. 4. Trullench. *in Decalog lib. 7. cap. 1*
dub. 4. n. 2. Filliuc. *tom. 2. tract. 34. cap. 7. nu. 154.*
in fin. Eminentiff D. Card. Lugo. *in tractat. de*
Iuftit & Iur. difputat. 12. n. 173. R. D. Dian. *in*
fuis moral. lib part. 7. tractat. 6. refolut. 3. R. P. Io.
Aug. Boss. *in var moral. lib. titul. 12. §. 2. n. 172.*
255 Nec obstat. *quod est dictum fupra num. 247.*
nempè, quod legatum libertatis, non debetur,
si sit relictũ in restamento inualido, et tamen
legatum libertatis dicitur pium, quia respon-
detur, quod dictum legatum large dicitur
pium, cum verè illa dicatur pia causa, quando
aliquid relinquitur pro anima, vel amore
DEI, vt sæpius dixi. Et supposito, quod legatũ
256 libertatis esset propriè legatum pium, in
eo ius Canonicum, et non Ius Ciuile veniret
attendendum. Ex qua conclusione, satis con-
stat; quàm sit inconcussa opinio supra firma-
ta, quod existente nullo testamento ex causa
exhæredationis, vel non institutionis filiorũ in
legitima, legata pia in eo relicta valida esse, &
debentur.

Tunc sanè magna orietur controuersia,
257 quando legata ad pias causa relicta, in te-
stamento nullo ob præteritionem filij, quem
testator ignorabat, se habere, an debeantur,
scio plures DD. in terminis legatorũ ad pro-
phanos vsus relictorum affirmatiuè respondis-
se. quos refert. *Parif in confil. 60. num. 13. lib. 2.*
& Tiraquell. *in l. fi vnquam, in verb. donatione*
largitus. num. 81. C. de reuocand. donati. ducti,
auctoritate *Text. in d. auth. ex caufa* cum gene-
raliter dicatur ibi, irrito facto testamento,
quoad institutionem ob filii præteritionem
legi-

Digitized by Google

258 legata manere firma. Opinio tamen cōtraria videtur communis, nempe talia legata esse
259 se irrita, & nullatenus deberi, *vt inquit Bart in d. Auth ex causa nu.4* et hanc opinionem esse communem dicit ibidem. *Iaf. numer. 3. & seq & refert* Bertrand. *consil.* 150. *num. 2. lib. 2. in 2. part.* Aretin. *in consil.* 150. *quod est final.* & testatur etiam de magis communi opinione *Apostil ad Bart. in d. Auth ex causa sub num 4.* et hanc vti communem defendit *Iul. Clar. in §. Testamentum. quaest. 52 sub nu. 4. versic. contrariam verò sententiam vbi posthumus sit ignoranter praeteritus &c.* & affirmat, quod ea opi-
260 nio ei semper placuit, tamquam verior, & aequior, et magis fauens filijs, quae sine dubio est magis communis, et ideo ab ea in practica non venire recedendum, et deinde concludit
261 sic, si vis rectè indicare non recedas ab ea. Idem sensit *Crass de success. in §. Legatū quaest. 67. nu. 3. versic. sin autem ignoranter posthumus praeteritus &c* vbi ait, multum variè Doctores locutos in hoc fuisse, fatetur tamen supra relatam opinionem esse communiter receptam, eum multis ibi allegatis.

Et huius communis conclusionis, ratio solet, non incongruè assignari, quod dum te-
262 stator nesciebat vxorem suam esse pregnātem. vel putabat filium fuisse mortuum, non fecisset ea legata in filij laesionem. At persistēdo in terminis, igitur, quod de legatis ad prophanos vsus diximus, an idem sit dicendū
263 de legatis ad pias causas, et quidem nō parum super hoc pugnant DD. *& Tiraquell. de priuileg. pia causa priuileg. 68.* circa finem, agnoscendo difficultatem, cautè relinquit id cogitandum, Veritas tamen est, cum etiam in legatis piis militet quoq; ratio de qua mox dixi ideoque ius statui debet, nam dum testator ignorabat se habere filios, deficit volun-
264 tas illius, non est enim verisimile, vt dixi, quod sic reliquisset si sciuisset *per l si vnquam. C. de reuocand. donat.* si ergo per ill̄ text. ea
265 ratione reuocatur donatio perfecta, *vt inquit glos. in can. trasettur 13. quaest. 2.* dum dicit honestum esse, vt Ecclesia natis liberis redat, quod antea donatum est, *per text. in can. vlt. 17. quaest.* 4. De qua materia alibi dicam.

Si ergo, vt praemisi, in praedictis casibus de-
266 ficit voluntas sic testantis, quia si sciuisset id non reliquisset, vnde de medio sublata voluntate actum est de priuilegiis ad pias causas,
267 quia cum piae causae ratio sit pietas, et religio erga DEVM, *vt ratiocinata est Rota in causa Fanen. Haereditatis 17. Iunij 1641. coram Reuerendiss.* Terracinen. *§. Hoc autem versic. in pia causa sola ratio, est religio, & liberalitas erga DEVM &c.* & DEVS non ea, quae offeruntur,
268 sed voluntatem respicit offerentium, *vt latè dixi supra cap. 5. à num. 5. versic. absit à seculo &c.* Quare concludi potest praedicta legata à testatore relicta, filio ignoranter praeterito etiam ad pias causas relicta ex defectu volun-
269 tatis non sustineri, & ita concludunt *Bart. in l. habeat. 1. num. 59. C. de sacrosanct. Eccles. & ibidem* Bald *num. 5 & in l. filio praeterito. nu. 8. ff. de iniust rupt. & irrit. facto testam.* Alex. *in addit. ad Bart. in d. l. habeat col. fin cum alijs allegatis per* Tiraquel. *in d. l. si vnquam. in verb. libertis. num. 81. versic. certè etiam id obtinet locum in legato facto Ecclesiae, aut alteri piae causae &c. C. de reuocand. donat. et in tractat. de priuileg pia causa d. priuileg. 68. §. Contrarium, tamen versic. cum ignoraret testator se habere filios, perficit volūtas &c.* quamuis postea, vt dixi, id cogitandum relinquit. Praedictam sententiam quoque amplexus est, *Menoch. de praesumption. lib 4. praesumpt. 189, n. 126. vers si pater de filijs cogitasset. non relinquisset &c.* vbi concludit magis fauorabilē esse causam liberorū, quā piam causam, et infra etiā dica.

Opinio attamē contraria, tunc arbitror procedere, si essemus in illis legaris piis incertis factis pro exoneratione conscientiae,
270 scilicet pro restitutione malè ablatorum, vel restitutione vsurarum &c. quę legata quodammodo videntur necessaria, necessitate in-
271 religio causatiua, ne Testator animam perdat, descendendo in abysso infernali ad ibi in aeternum penandum, ac tempus in omne ardendum, nam, vt inquit S. Bernardus in lib. de
272 meditat. *cap. 4. Sic ignis ibi consumit, vt semper reseruetur sic tormēta aguntur, vt semper renouentur, ardebunt miseri in igne aeterno, in aeternum.* Vnde stupore plenus inquit S. Propheta Isaias *cap. 33. Quis poterit habitare ex*
273 *vobis cum ardoribus sempiternis.* Ad gaudia, quippe caelestia eum pondere peccatorum deueniri non potest, nam, qui est sine macula, &
274 damnum non fecit proximo suo &c habitabit in Tabernaculo Domini, iuxta illud Reg. Proph. psal. 14.
275 Non enim dimittuntur peccata, nisi restituantur ablata secundum vulgatum *text. in cap. peccatum non dimittitur. de reg iur. in 6 & in c. an si res. 14 quaest 6 et in cap. cū tu. de vsur.* & latè tractant *S. Thom. 2. 2. quaest 62.* Medin. *per aliquas quaestiones de reb. restituend.* Sot. *lib. 4. de iustit quaest 6. et 7.* S. Antonin. *part. 2. titul. 2. à cap. 1. vsque ad 8. & ex nostris.* Couar. *in d. cap. peccatum. de regul. iur* Gabriel. Vasq. *in opuscul. moral. de restitut. in foro conscient* Io. Dilect. *de art. testand tit. 8; cautel. 11. incip Peccatum non dimittitur nisi restituatur ablatum. de qua materia infra aliqua dicam.*

Quare in dictis legatis testator eēsetur potius cogitasse de se ipso, & de anima propria,
276 quae rerum omnium praeciosissima est. *l. sancimus. C. de sacrosāct. Eccles. c. an. praecipimus. 12. quaest. 1. cap. infirmitas. 13. de poenitent. & remiss. cap fin. de presbyt non baptizat. cap. iuuenis. 3. de sponsal. cap. 2. §. cum autem. de obseru ieiun. cū simil.* quàm de fauore eius, cui relinquitur, idcirco debentur etiam filio ignoranter praeterito, quia piè praesumi debet, idem fuisse re-

Digitized by Google

listurum, etiamsi cētum habuisset filios, quia
prima charitas incipit à se ipso, ordinata
enim charitas, plus amat se in vngue pedis,
quàm alium in vertice capitis, & facit text. qui
semper ad hoc allegatur. in l. præses, C. de seruit
et aqu. iuxta illud Oraculi Diuini, Ordinauit
in me charitatem cant. 2. can. si non licet ad med.
277 ibi, quoniam regula diligendi proximum à te
met ipso incipit. 23. quæst. 5 can. qui vult, & vbi
que glos. de pœnitent. distinct. 3. et in cap. petitio
in glos. fin. ad med. de iureiur. & in puncto ita
senserunt Bald in l. filio præterito col. 2. & post
eū Angel. & Imol. ff. de iniust. rupt. testam. et in
l. Titius ad fin. ff. de liber. et posthum. et idem in
d. l. 1. in prima lectura sub numer 5. C. de sacro-
sanct. Eccles. Ias post alios in auth. ex causa. nu-
mer. 6. C. de liber. præterit. et in l precibus. nu. 8.
in vers. sed inuenio. C de impuber. & bene Are-
tin. consil. 93. col. 1. vers circa primum. Anchar.
in cap. 1. notab. 7. ad med. ibi, sed intellige sanè.
de testam. in 6. Sozin. in l. moribus col. penult.
ante num. 33. vers. & hoc bene facit. ff. de vulgar.
& pupillar & in l. cum auus. numer. 46. in fin.
ff. de condit. & demonstr. cum alijs adductis per
Tiraquell. in tractat. priuileg. piæ caus. et in l. si
vmquam. in verb libertis. nu 88. C de reuocand.
donat. Alioquin impium satis, superque esset,
vt nec in animum cuiusquam sedere posset,
278 quod ita suæ quis immemor salutis esse ve-
lit, vt in extremis agens in diminutionem sui
patrimonij animæque suæ æternum interitū,
mentiri velle præsumatur.

Congruit etiam conclusio illa, vt si quis
morti proximus in testamento mandet, om-
279 nia eius debita solui, præsumi debet, quod
in extremo illo articulo ductus de salute ani-
mæ cogitans, ita disponendo voluerit, vt ea
omnia debita soluerentur, ad quæ non solùm
ciuili obligatione astringi poterat, verùm
etiam omnia alia, ad quæ naturali tantum
280 ratione, & conscientia impellente se obli-
gatum intelligebat. ex doctrin. Bald. in l. id,
quod pauperibus. num. 12. C. de Episcop. & Cle-
ric. & in l 2. num. 4. C. de fideicommiss. Aretin.
in consil. 43. nu. 47. Sanchez. consil. moral. lib. 4.
cap. 1. dub. 3. num. 3.

Testator enim sic mandans videtur dispo-
nere pro exoneratione conscientiæ, & tam-
281 quam memor salutis æternæ præsumitur
comprahendere ea, quæ aliàs forsitan non cō-
prehenderentur, vt egregiè ad propositum
pluribus auctoritatibus, & doctrinis compro-
bauit Rota in causa Vrbeuetana Census 22. Iu-
nij, & 17. Decembris 1635. coram bo. mem. Mor-
manno, confirmata postea coram eodem sub
die 18. Aprilis 1636. quas retuli in 7. part. recēt.
decis. 62. fere per tot. & decis. 81. numer. 7. & 8.
& decis. 119. num. 2 quas decisiones secuta
etiam fuit Rota deinde in causa Romana fru-
ctuum Census 11. Decembris 1645. corā R. P. D.
Carolo Cerro. §. Eoque magis. vers. in extremo
articulo ductus, de salute animæ suæ cogitans,
ita disponendo voluerit &c.
282 Etenim quando legata pro exoneratione
cōscientiæ relinquuntur, de quibus supra ci-
xi, potentiora, & fauorabiliora cœteris pijs
legatis sunt, & fortius debētur, quasi æs alie-
283 num, & videntur potius relicta iure debiti,
quàm iure legati, iuxta notata per glos. & Do-
ctores in cap. quamquam. vbi latè Anchar in 14.
notabil. de testam pariter in 9. Bald. in consil 82.
vers secundo quæritur vol. 1. & in consil. 476.
vol 5. & in puris terminis Genuens practicab.
Eccles. quæst. 483. circa finem, vbi ait Legata
relicta ab eo, qui ignorabat habere filios, tūc
284 irrita non esse, quando sunt relicta pro re-
stitutione male ablatorum, & eam assignat
rationem, quia non tàm dari, quàm reddi vi-
dentur, & attestatur de communi opinione.
Quod enim relicta pro male ablatis latissimè
sint interpretanda constat ex allegatis per No-
uar. de mal. ablat priuileg. cap. 4. per tot. & in
specie, quod legata relicta pro male ablatis
non sint irrita ob præteritionem filij etiam
ignorāter præteriti, tractat idē Nouar. cap. 45.
vbi attestatur sic communi voce teneri.

Notandum tamen hic puto supra relata
285 vera quidem esse, sed non procedere gene-
raliter, & ideo habent locum, quando malè
ablata sunt incerta, itaque illorum restitutio,
in subsidium sit facienda pauperibus, iuxta
text. & glos. in cap. cum sit. extra de iudæis.
& glos. in cap. sicut dignum §. eos insuper in
verb non tamen aliena. de homicid. tunc enim
legatum dicitur ad pias causas, vt bene con-
siderauit Rota coram bo mem. Cantuc. dec. 74.
num 25. vers quando relictum esset factum piæ
causæ, pro malè ablatis part. 2. diuers. vbi dici-
tur, tunc legatum pro malè ablatis potest piū
nuncupari si relictum fuerit piæ causæ, quam
rationem etiam ponderauit Bart. in repetit l. 1.
sub num. 36. C. de sacrosanct. Eccles.
286 Secus vero vbi sunt certa, & personæ cer-
tæ, quibus fieri debet restitutio, iuxta text. in
d. §. eos, quia tunc coactiuè possunt agere cre-
ditores, insuper tunc non potest dici verè re-
lictum ad pias causas, vt scitè, & latè decla-
rat post Bart. Angel. Aretin. in eius solemni, &
practic. tractat de testament. glos. 7. à numer. 5.
prout legatum factum creditoribus pro sua
287 satisfactione non potest dici factum ad pias
causas, tunc enim fauor piæ causæ potest cōsi-
derari, quando, vt dixi, pro malè ablatis in-
certis relinquitur pauperibus, aut aliæ piæ
causæ, non autem certæ personæ, cui esset fa-
cienda restitutio, quia licet eadem sit perso-
na illa cui est facienda restitutio, cum eidem
fuerunt subtracta bona, non potest tamen hac
occasione, considerari aliquod priu legiū piæ
causæ, vt tradit Bart. in d. repetit. l. 1. numer. 36.
vers dicendum est C. de sacrosanct. Eccles. quem
sequitur Angel. in d. tract. de testam glos. 7. nu-
mer. 5. vers. quæro an relictum. Aufrer. in addit.
ad Capell. Tholos. decis. 215. num. 4. vers item si,
fiat

fiat pro incertis. Io. Andr. *in addit. ad Speculat.*
de testam. §. nunc aliqua. nu. 63. Sylu *in summ.*
verb. legatum ad pias causas num 2. Magdal. *in*
tract de num. test part. 2. cap. 2. num. 77. & seq.
& fuit opinio Rotę *de qua in d. decis. 74. nu. 25.*
part. 2. diuers. & in decis. mox allegand a.
Et quamuis *Vital. Nemace in repetit. cap.*
Ioannes. in tertio notabil. per illum text de testa-
ment. contrarium defendat, tamen fallitur,
quia vt legentibus benè apparet prædictum.
289 textum, magis videtur innuere cõtrarium,
dum separat pios vsus, & debitorum satisfa-
ctionem. Et propterea vt sentiunt illic *Inno-*
cent Hostien. Io. Andr. & Panorm. huiusmodi
289 relictum non dicitur ad pias causas, *et idem*
iterum sensit Rota *in causa Fanen. Hæreditatis*
17 *Iunij* 1642. *coram Reuerendiss.* Tertacinen.
§. Hoc tamen testamentum &c. vbi dicitur,
necessitatem destruere pietatem, quæ necessi-
290 tas in legatis pijs, non potest considerari,
quorum ratio est sola Religio, & liberalitas
erga DEVM, quod secus est in legatis, seu re-
lictis pro male ablatis certis, & personis cer-
tis facienda, nam dum relinquitur personis
certis, cui est facienda restitutio, videtur sub-
esse necessitas eius faciẽdæ restitutionis, quæ,
vt dictum est, non potest considerari in pia
causa, & hoc ratione de qua supra.
Sed cum materia ista sit extra limites pia-
rum causarum, ideo redeo vnde digressus sũ,
& dico, quod legata pia facta pro incertis, &
male ablatis, & vt dicitur pro exoneratione
conscientiæ ad pias causas, fortius debentur,
quàm cœtera legata pia. & vti quasi æs alie-
num persoluenda sunt, atque hoc non obstã-
291 te testatorem ignorasse habuisse filios, vt
supra dixi, quod idem intelligendum est de
cœteris legatis pijs, quæ testator verisimili-
ter relicturus fuisset, etiamsi sciuisset filios
habere, & sic debentur quoque filio ignorã-
ter præterito, *vt per Paul. de Castr. in l. sicut*
certi. numer. 3. C. de testam. milit. et dixi supra
num. 270. Secus verò vbi testator ignoranter
posthumo prętcrito fecisset ampla legata pijs
292 locis, quæ verisimiliter non relicturus erat,
si sciuisset filium habere, seu vxorem prægnã-
tem, & in isto casu procedit opinio *Bart. in*
d. l. 1. num. 59. C. de sacrosanct. Eccles. cum qua
transit *Bald in eadem lectura num. 5.* & ita se
expressè declarat *Bart. in l. filio præterito. col. 4.*
vers. præterea hoc suadet æquitas. ff. de iniust. te-
293 *stam.* & facit decisio *in causa* Romana *de*
Marescottis 29. Ianuarij 1618. coram bon. mem.
Card. *Sacrat. quam retuli in 2. tom. part. 4. rec.*
decis. 5. à num. 14. cum alijs de quibus supra
à num. 266. *&* 284.

ARGVMENTVM.

Discutitur conclusio illa, ab aliquibus DD. vti vera, & communis recepta, quod institutiones, legata &c. ad prophanos vsus laicis relicta, in testamento pio minus solemni, non possint subsistere, cum careant solemnitatibus à Iure Ciuili requisitis, & nec in eis militat ratio, non suspicionis fraudis, et doli, quæ cessat in dispositionibus ad pias causas.

Testamentum pium conditum à filiofamilias de consensu patris valet, & tenet, si tamen in eo faciat legata extraneis ad prophana nullam subsistentiam habent.

Legata prophana laicis relicta in testamento minus solemni ad pias causas condito, dato, quod secundum opinionem nonnullorũ DD. minime valeant, quid sit dicendum an ea legata vadant ad hæredes ab intestato, aut remaneant penes institutos ad pias causas.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum minus solemne. sicut valet ad pias causas, an idem procedat in legatis ad prophana inter relicta. & nu. 2.*
3 *Testamentum minus solemne valet fauore spiritualitatis, & piæ causæ, & ideo ad alia non debet extendi.*
4 *Specialitas non debet extendi, ad ea quæ in dicta specialitate non fuerunt expressa.*
5 *Dispositio fauorabilis non debet extendi vltra personam priuilegiatam,*
6 *Cap. relatum de testament non extenditur ad aliam materiam, quàm piam.*
7 *Potestas disponentis in quolibet actu humano perpendi debet.*
8 *Cap. relatum de testam. cum loquatur solum in relictis ad pias causas, ergo in reliquis casibus seruandum est ius commune.*
9 *in Testamento condito à patre inter filios quãtumuis sit immune à vinculis iuris positiui,*
10 *Tamen si in eo aliquid relinquatur extraneis, id non tenet.*
11 *Legata relicta extraneis in testamento patris inter liberos quando valeant.*
12 *Auth. quod sine. C. de testam. an corrigat l. hac consultissima. §. ex imperfecto C. de testam.*
13 *Et sidere distinctionis conciliantur dicta iura sicuti etiam §. Nos igitur. Auth de testam. imperfect et nu. 14. 15 & 16.*
17 *in Testamento condito inter liberos. si extranei in eo fiãt cohæredes, id nullatenus subsistit.*
18 *L. hac consultissima. C. de testam. defraudaretur. si in relictis ad prophana non requirerentur septem testes.*
20 *in Testamento minus solemni ad pias causas. si valerent etiam disposita ad prophana quale absurdum posset sequi.*
in Testamentis ad pias causas cessat timor falsitatis.
21 *in Testamentis, quare leges ciuiles requirunt tot solemnitates.*
22 *Legata ad prophana relicta in minus solemni testamento ad pias causas, quod valeant, multis DD. non placet.*

23 *Testamentum conditum à filiofamilias de cõsensu patris valet ad pias causas.*

24 *Filiusfamilias sine consensu patris non potest aliquid disponere ad pias causas,*
Ergo cum consensu potest relinquere.

25 *Argumentum à contrario sensu an admittatur ad correctionem, & destructionem Iuris communis.*

26 *Iuris correctio in quantum fieri potest euitanda est,*

27 *Filiusfamilias de consensu patris potest indistinctè testari ad pias causas.*

28 *Filius testando ad pias causas de consensu patris licet possit, tamen si ipse filius relinquat legata extraneis non valent.*

29 *Facultatem concessam si quis transgrediatur perperam agit.*

30 *in Testamento ad pias causas minus solemni, si sint constituti coharedes, vel legata relicta, non valent.*

31 *Qua opinio an sit verior.*

32 *Legata prophana relicta in testamento pio minus solemni, dum non tenent, an accrescant pia causa, vel vadant ad venientes ab intestato.*

33 *Ius accrescendi non intrat, quando quis aliquid capit de iure speciali.*

34 *Canonici, qui fictione iuris reputantur prasentes, eis non accrescunt portiones aliorum Canonicorum absentium.*

35 *Canonicus iustè impeditus figuratur prasens, vt admittatur ad portionem sibi debitam.*

36 *Fictio Iuris de similibus ad similia extenditur, quia non habet locum nisi in casibus expressis.*

37 *Gratia singularis, & specialis non est producenda ad consequentiam.*

38 *Distributiones quotidiana absentium non acquiruntur eis, qui fictè habentur pro prasentibus.*

40 *Institutiones, & legata prophana relicta in testamento pio minus solemni accrescunt ipsi causa pia, & quomodo. nu. 39 41. & 44.*

41 *Haredes ab intestato, semper sunt exclusi, vbicumque locus est interpretationi.*

42 *Testatus pro parte, & pro parte intestatus quis fauore pia causa potest decedere.*

43 *ad Remedium subsidiarium non est recurrendum, quando adest ordinarium.*

44 *Legata prophana relicta in testamento pio minus solemni, non verè accrescunt pia causa, sed apud eam remanent vti caduca.*

45 *L. mulieri. ff. de condit. et demonstrat. quo casu loquatur. & nu. 46. 47. 48.*

50 *Legata prophana relicta in testamento pio minus solemni, quod non valeant, non est opinio adamantina.*

CAPVT LV.

ARDVA est controuersia, cuius decisio effectum habet permagnũ, an sicut testamentum minus solemne, scilicet coram
1 duobus testibus, vel sola scriptura testatoris manu conscripta, vel subscripta conditum, ad pias causas valeat, quoad ipsam piæ causæ institutionem, ita etiam valeat, quoad legata
2 non pia laicis in eodem testamento facta, & responsio sanè anceps est, propter varias Doctorum sententias. Tenentes enim opinionem negatiuam, sedulò considerant hoc te-
3 stamentum minus solemne, scilicet fauore spiritualitatis, salutis animarum, & fauoris piæ causæ, prout consideratur *in cap. relatum. de testam.* Vnde prædicta specialitas non est
4 trahenda ad extraneos, in quorum personis cessat ille fauor. *l. ius singulare. ff. de legat. cap. quæ à iure. de regul. iur. in 6.* cum dispositio fa-
5 uorabilis, & priuilegiatiua non egrediatur personam priuilegiatam. *l. si ita scriptum et ibi Bart. ff. de manumiss. testam.* & maximè dum est ad correctionem iuris communis, *vt asserunt DD. in l. si quando. C. de inoffic. testament. cap. cum dilectus. de consuetud. cap. porro. in fin. de priuileg. cap. 1. & 2. de fil. præsbyt. Glo. Innocent. Butr. & Abb. in cap. olim. de verb. signif.*
6 Vnde in alijs causis, quàm pijs cessare quoque debet *d. text. in d. cap. relatum* dispositio. *l. adigere. §. quamuis ff. de iurepatr. l. quod dictũ. ff. de pact. l. maritum et l. seq. iuncta gloss. in verb. succurrendum,* quam ibi Doctores valde cõmendant. *& præsertim Alex. num. 9 Ias. nu. 5. & seq. ff. de re iudic. cum infinitis alijs allegatis per* Tiraquell. *in tractat. cessant. caus. part. 1. verb. legis verba. nu. 125. et in verb. fauoris causa cessante num 104.*
7 Quamobrem in hoc casu defecit in testatore potestas (quæ in omni actu humano perpendi debet) cum lex, vt habetur *in d. cap. relatum* non permittat testari sine solemnitati-
8 bus, nisi ad pias causas, ergo quoad reliquos casus, seruandum est ius commune, *vt considerat. Clar. recept. sentent. in §. testamentum quæst. 6. nu. 9 vers. contra hunc tamen.*

Vlterius hæc opinio negatiua valido illo fundamento corroboratur, quia in simili habemus textum expressum *in l. hac consultissima. §. ex imperfecto C. de testam.* Vbi sancitur, quod in testamẽto nuncupatiuè coram duo-
9 bus testibus condito à patre inter liberos, in quo etiam, sicut in testamento ad pias causas, attenditur ius naturale liberumque reperitur à vinculis iuris positiui, vt in confesso est apud omnes, et tamen vt dixi, si in eo testamento imperfecto ex defectu solemnitatum aliquid relinquatur extraneo, tale legatũ nullatenus viribus subsistit, *vt clarè inquit text. in d. §. ex imperfecto, & ibi communi calamo*

mo

Digitized by Google

mo omnes Scribentes, est etiam text. in l fin. vbi pariter omnes notant. C. *famil. ercisc.* et ipsis filijs accrescit, *ita* Corn. *consil* 307. *nu.* 17. *vol.* 4. Clar. *in §. Testamentum.* §. 10. *num.* 1. Grass. *de success eodem § Testamentum. quaest.* 14. *num.* 1. *& in §. codicillus num.* 28. Valq. *de success. resolut. §.* 1. *num.* 41. Gomes. *ad leg. Taur.* 3. *nu.* 58. Tiraquel. *de preuileg. pia causa priuileg.* 80. *§. sed Iason. vers. sed quando pater testaretur nuncupatiuè &c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 219. *numer.* 24. *vers. quantum ad extraneos, nihil valeret, & accresceret filijs &c* & ita tenuit Molin. *de Iust. & Iur. tract.* 2. *disput* 128. *vers. illud autem obseruandum.* Laymau. *in summ. lib.* 3. *tractat.* 5. *cap.* 2. *num* 13. *vers tertio.* Fagundez. *de Iust. lib.* 6. *cap* 3. *num* 7. *et dixit* Rota *coram Card.* Seraph. *decis.* 810 *num.* 6. *vers. testatorum voluntatem ex imperfecto testamento inter solos liberos valere &c.* et hoc ne dum respectu in-

10 stitutionis, si fortè cum filijs fuissent extranei instituti, de quo nemo vnquam dubitauit, sed nec etiam vt dictum est, si aliquid particulariter fuerit legatum extraneo, nam et talia legata filijs accrescunt, *vt apert einnuit text in d §. ex imperfecto, vbi hoc notat Ias. numer 9 et communiter alij.*

Et quamuis totum oppositum videatur determinatum. *in auth. quod sine.* C. *de testament.* vbi habetur, quod testamentum patris inter

11 liberos etiam sine integra solemnitate substineri, tamquam factum inter liberos, etiam quoad legatum extraneis relictum. et habetur in *§. Nos igitur, & ibi glos. in verb. inter filios Auth de testam. imperfect* et idem comprobant multi relati *per Rotam coram re. me. Merlino decis.* 806. *num.* 2. *vers. testamentum imperfectum conditum inter liberos, substinetur etiam in fauorem extraneorũ &c.* Quia respon-

12 detur quod nullatenus corrigitur *d §. ex imperfecto per d auth. quod sine.* quia ista auth. (vt ibi omnes DD. aduertunt) loquitur quando testamentum à patre fit in scriptis, secundum

13 formam ibi traditam, tunc enim legata, et fideicommissa extraneis relicta valent, et tenent, *& considerauit* Rota, *cum ibi allegatis, in d decis.* 806. *num.* 2. *vers. quando fuit scriptum, vel subscriptum à testatore &c.* Sed quãdo pater testaretur nuncupatiuè inter liberos co-

14 ram duobus testibus, et tunc remanet firmus *d. §. ex imperfecto,* idque legẽtibus benè patet. Text. etiam *in d. §. Nos igitur,* loquitur in terminis, quando pater testatur inter liberos,

15 et propria manu illud scripsit. ibi, *et hac propria scripta manu &c.* et vlterius quid ad hoc, sit necessè ponit *glos. in d §. Nos igitur in verb. inter filios,* et videatur *Francisc.* Barry *de testam lib.* 1. *titul. de testam. inter liberos. numer.* 7. *Rota decis.* 731. *num.* 1. *et seq part.* 1. *diuers et decis.* 872. *sub nu.* 11. *coram eodem Merlino,* et recensentur requisita ad hoc relata *per d. glos. in*

16 *§. Nos igitur,* et subditur ibi per Rotã, quod considerentur verba Imperatoris *in d. §. Nos igitur.* ibi, *manus, et lingua habeant omnem virtutem &c.* Et dum hæc considerantur redeam vbi digressus sum.

17 Nonne aduertimus quoque si contrariam opinionem admitteremus, nempe legata prophana valere in testamento minus solemni pio relicta, nullo negotio posset defraudari

18 famigerata dispositio, *d. l. hac consultissima,* dum requirit solemnitatem septem testium in testamentis condendis. Nam facile esset, piam aliquam causam hæredem instituere in aliqua parte, et in eodem testamento pinguia

19 legata relinquere extraneis, et sic non difficulter possent committi multæ falsitates, satis est ergo, quod valeat tale testamẽtum, saltem

20 ad fauorem piæ causæ, in qua cessat timor falsitatis non autem debet valere quoad extraneos, in quibus cadit timor falsitatis, et ideo lex tot solemnitates introduxit in testa-

21 mentis condendis, vt fraudibus obuiaretur, vt alibi dixi, et ita in puncto ratiocinati sunt. *Curt. Iun. in d. l. hac consultissima. § ex imperfecto sub num.* 19. *vers retenta contraria opinione pro vera, sequeretur, quod de facili &c.* C. *de tement.* Iul. Clar. *in §. Testamentum. d. quaest.* 6. *in fin.* vbi inquit contrariam opinionem num-

22 quam ei placuisse, quia sic videt apertam ianuam fraudi, et falsitati.

Demum confirmatur prædicta opinio negatiua per ea, quæ adducit *Ias. in d. §. ex imperfecto. sub num.* 20 *& in l.* 1. *lectur.* 1. *num.* 23. C. *de sacrosanct. Eccles.* nempe de testamento

23 condito à filiofamilias de cõsensu patris, quod valeat fauore piæ causæ secundum magis veram, & communem opinionem, *iuxta textum ita vnanimiter intellectum in cap. licet. vers. cul. quamuis autem filiusfamilias extr. de sepultur. in* 6. In dicta enim de retali Bonifatius VIII. asserit, quod filiusfamilias præter consensum

24 patris non potest pro anima aliquid iudicare (scilicet disponere,) nisi habeat peculium castrense, vel quasi castrense ergo à contrario sensu, cum patris consensu poterit liberè disponere ad pias causas, Et quamuis Sectatores

25 contrariæ opinionis, sic non intelligant prædictum textum, respuentes admittere argumentum à contrario sensu, quando sumus, vt casus est, in correctione, & destructione iuris communis, quæ semper est euitanda,

26 quãtum fieri potest in Iurium interpretatione. Quidquid tamen sit de contraria opinione, supra relata, vt dixi, est verior, & communior, vt latè *in d. cap. licet. satis firmant,* Anchar. *num.* 6 Gemin. Franch. *& alij, &* Feder. *de Sen latissimè in consil.* 298. *per totum, cum alijs diffusè relatis per Tiraquell. in tractat. de priuileg. pia causa priuileg.* 78. *num.* 8. *Cald.* Pereira *in l. si curatorem. in verb. lasit. numer.* 153. C. *de restitut in integrum. Aloys.* Ricc. *in prax. rerum for. Ecclesiast decis.* 668. *num.* 1. *in prima edit. alias resolut.* 566. *in* 2. *edit & de communi opinione testatur* Fab. *in suo Codic. lib.* 1. *titul.* 2. *definit.* 40.

definit.40. vers. patre consentiente testatus fue-
rit in piam causam Clar. in §. Testamentum. q. 5.
num. 7. Crass. in eodem §. Testamẽtum. quæst 17.
num. 12. Emanuel Soarez in thesaur. recept. sen-
tent. in verb. Filiusfamil. num. 100 Spin. in spe-
cul testament in glos. rubric. part 4. numer. 11.
Marta de iurisdiction. part 4. cas. 5. num. 33. &
de success. part. 4. quæst 8. artic. 1. nu. 6. Gratian.
discept. forens. cap. 79. num. 19. tom. 1. et cap. 820.
num. 10. tom. 5.

Et ista opinio indistinctè procedit, siue hu-
27 iusmodi filiusfamilias velit ad pias causas te-
stari de bonis aduentitijs, in quibus patri nõ
quæritur vsusfructus, siue etiam de illis, in
quibus patri vsusfructus acquiritur, & gene-
raliter vide Halric. Hunn in Encyclopedia iu-
ris part. 1. titul. 3 cap. 1. num. 17. Malder. de iust.
tractat 1. cap. 11. dub 3. Villabos. in sua summa
tom. 2. tractat. 30. difficultat. 10. num 3. Eminen-
tiss. D. Card. Lugo in tractat. de iustit. & iur.
tom. 1. disput. 24. sect. 4. num. 67. Filliuc. tom. 2.
tractat 34. cap. 7. num. 158 Less. de iust. & iur.
lib 2. cap 19. num. 38. Filiuc. tom. 1. tractat. 34.
cap. 7. num. 158. Bonacin. de contract. disput. 3.
quæst. vltim part. 2 num. 2. Fagundez. de iustitia
lib. 6. cap 9. nu. 27. R. P. Antonin. Diana in suis
resolut. moralib. part 7. tractat 6. resolut. 9. R. P.
Io Angel. Boss. in suis var. moralib. part. 1. tom.
12. §. 3. num. 150.

Et tamen, si in eo testamento fuerint reli-
28 cta legata extraneis, nihil valerent, vt post
Bald. Paul. de Castr. & Alex. in l. senium. C. qui
testam. fac. poss. concludit Ias. in supracitat. loco,
& Curt. in d. §. ex imperfecto numer 19. & Iul.
Clar. lib. 3. §. Testamentum. quæst 5. num. 9 vbi
ait dicta legata nihil valere, & tradunt Ricc.
d. decis. 668. num. 8 & in hoc neminem discor-
dare ait Clar, in d. §. testamentum quæst. 5. nu. 9.
29 & ratio est, quia filius excederet facultatem
sibi concessam à patre.

Quamobrem per hæc & similia argumenta
multi Doctores generosè tuentur quæstionẽ,
30 de qua hic agimus, scilicet quando cum pia
causa alij sunt quoque instituti hæredes, vel
legata relicta, nullatenus valeant, & præser-
tim Ias. in d. cap ex imperfecto. num. 10. per totū,
& alij abundè relati per Tiraquell. de priuileg.
piæ caus. priuileg. 80. cum quibus finaliter vi-
detur transire, & Doctores alios hanc opinionẽ
sectantes adducit Capiser in tractat. de num. te-
stium part. 2. cap. 7. sub numer. 19 vbi hanc opi-
nionem veriorem putat, eique ipse intrepidè
31 accedere ait, præsertim per text. in d. §. imper-
fecto, & in d. l. fin. C. famil. ercisc. idem etiam con-
firmat sub num. 25. vbi iterum fatetur se in
eadem opinione residere.

Qua opinione pro vera secũdum prædictos
Doctores, retenta, alia non parua insurgit
difficultas, an pariter in hoc casu legata reli-
32 cta extraneis, debeant accrescere piæ causæ,
nec ne. Ias. videtur contra piam causam re-
spondere, vt illi non accrescant, sed vadant ad
venientes ab intestato in d. §. ex imperfecto sub
nu. 10. & facit in simili exemplum adductum
ab eodem Ias. de quo superius dixi supra, nã
vt considerant Bald num. 7 & Castr. sub nu 8.
in d. l. senium pia causa capit de iure speciali
33 ex quadam dispensatione, idcirco non intrat
ius accrescendi l. mulieri, & Titio. ff. de condit.
& demonstr. idemque sensit Bart. & cæteri post
eum in l. reconiuncti in 3. principal quæst ff. de
legat. 3. Sicut in simili dicimus de Canonicis,
qui fictione iuris propter aliquod legitimum
34 impedimentum, reputantur præsentes, vt eis
non accrescant portiones aliorum Canonico-
rum absentium vel sub interdicto existentiũ
ita sentiunt Bonacin. de hor. canon. disputat. 1.
quæst 7. punct. 1 sub numer. 6 vers. his maximè
obstantibus, quem sequitur Ferdinand. de Ca-
stropalao oper. moral tom. 2. titul. de orat. public.
in hor. canon. disput. 3. punct. 8. num. 8. Bartho-
lom. à S. Fausto de Hor. Canon lib. 3. quæst. 88.
Barbos. de Canonic. & Dignitat. cap. 22. nu. 12.
& de Iur. Eccles. vniuers. lib 3. cap. 18. num. 90.

Ratio est quia quamuis ex dispositione cap.
vnic de cleric. non resident. in 6. iustè impedi-
35 tus figuretur præsens, vt admittatur ad por-
tionem sibi debitam, nullibi tamen reperitur
de Iure dispositum, quod lucretur etiam por-
tiones absentium, siuè incapacium. Nec fictio
Iuris de similibus ad similia extenditur, quia
36 non habet locum, nisi in casibus expressis
Federic. de Sen. consil 44. in fin. & consil. 256.
Bald. in l. in actionibus ff. de ijs, qui not. infam.
Rota decis. 1. in fin. de spons. in nou. Et ratio ra-
37 tionis est, quia gratia illa est singularis, &
specialis, prout est casus noster, idcoque ad
consequentiam non est producenda, l. quod
verò, & l. ius singulare. ff. de legib. & l. si verò. §.
de viro ff. solut. matrim. & in puncto distribu-
38 tionum quotidianarum, vt illæ non acquirã-
tur eis, qui fictè à iure habentur pro interes-
sentibus, sensit Rota in Cæsaraugustana distri-
butionum 27. Iunij 1642. coram R. P. D. Bichio
§. Hoc tamen procedit fauore Canonicorum ve-
rè, & realiter inseruientium &c.

Verum supradictis parum, aut nihil obstã-
tibus in contrarium enim vrget dispositio
d. §. ex imperfecto, cui meritò Ias. in responsio-
39 ne sibi non satisfecit, ideo finaliter nihil de-
terminat, sed reliquit cogitandum. Itaque
pro contraria opinione pugnari potest, vt
quotiescumque in testamẽto minus solemni,
sit instituta pia causa, & sunt relicta legata
40 extraneis, vel hi cum pia causa sunt hæredes
instituti, tunc portio extraneorum deficiens
accrescit piæ causæ. iuxt. l. vnic. §. in primo. &
§. his ita definitis cum materia. C. de caduc. toll.
est text. clarus in simili in d. §. ex imperfecto,
et in specie notant Fulgos. et Apostilla ad Bald.
in l. 1. sub num. 8. C. de sacrosanct. Eccles. dicẽs,
41 quod talis portio non propriè accrescit, sed
remanet penes piam causam, vti caduca, ita
quoq; per d. §. ex imperfecto determinat Bald.

proximè

provinc. allegatas. Vnde nulla apparere vide-
tur ratio, cur prouenire debeat hæredibus ab
intestato, qui semper sunt exclusi vbicumque
42 est locus successioni ex testamento *l. quandiu*
la 2.39 ff. de regul. iur. l. hæres instituta. C. de im-
pub. l. ex testamento C. unde liber. l. antequam
C. commun. de success.

Nam & si fauore piæ causæ, *vt inquit* Ias.
in d. §. ex imperfecto, & alij relati per Tiraquell.
de causa piæ. privileg. 13. possit quis decedere
43 pro parte testatus, & pro parte intestatus. &
hanc esse veram opinionem contra Bald. de-
fendit. *Nicol. Everhard. in suis topic. loco à mi-*
lite ad Eccles. vel ad piã caus. vers. septimo istud
facit. vbi etiam monet, hoc esse memori men-
te tenẽdum, & nuper id quoq; aduertit. *Adam*
Keller. Consil. Austric. in tractat. de succedend.
ab intest. titul 2, n. 28. versic. memori mente &c.
non tamen debemus recurrere ad hoc specia-
le, & subsidiarium remedium, in casu quo cõ-
44 petit via ordinaria, vt est in isto casu, scilicet
ex remedio *l. vnic. C. de caduc. tollend. arg. l. in*
causa la 2 ff. de minor. l. quadam, & ibi notant
DD. et in l. prouinciali vbi latè Bald. Alberic. *&*
cæteri. ff. de nou. oper. nunc.

Parum verò releuat argumentum in con-
trarium adductum *ex l. mulieri, et Titio. ff. de*
condit. & demonstrat. tum quia hic propriè nõ
agitur de Iure accrescendi, de quo loquitur
d. l. mulieri, & Titio. Sed potius de portione
caduca vt diximus supra. Tum quia prædicta l.
45 procedit solum vbicumq; succeditur iure spe-
ciali contra voluntatem testatoris, non autẽ
vbi (prout in casu isto) pia causa, vel alius suc-
cedit secundum voluntatem testatoris, vt ibi
declarant. *Bart. in 3. opposit. Bald. Paul. de Cast.*
et Socin. sub numer. 14 vbi attestatur de com-
muni, *idem Bart. quem communiter sequun-*
tur Doctores *in d. l. reconiuncti num* 43. *& seq.*
Ias. *num.* 177. *&* 184. *& seq. &* Ripa attestans
de communi *num.* 148 *ff. de legat.* 3. prout in
proposito respondet *Bald. in repetit. d. l. 1. sub.*
num. 8. *C. de sacrosanct. Eccles. & Ias. post eum.*
in d. l. reconiuncti num. 190.

Tum quia text. ille *in d. l. mulieri. & Titio.*
46 competit inter plures legatarios, qui succe-
dunt titulo particulari, prout in his terminis
loquũtur, si bene animaduertatur *Bald. Castr.*
supra pro contraria parte allegati in d. l. fenum.
Secus, vbi prout est casus noster, quando pia
47 causa est hæres instituta, & succedit titulo
vniuersali, quo casu cessat *d. l. mulieri, vt post*
Bart. ibi nu. 3. et cæteros Doctores *declarat* Ias.
in d. l. re coniuncti num. 191. *&* Rip *numer.* 150.
& Bald. *in repetit. d. l.* 1. *nu.* 8. *C. de sacrosanct.*
Eccles. vnde cum fœdere huius distinctionis
48 possunt concordari Doctores illi, qui viden-
tur inter se pugnantes idque bene tuetur *Ca-*
pifer. de num. test. in testament. requisit. part. 2.
cap. 7 sub. num 76.

Quod tamen procedit, quatenus recepta
esset principalis quæstio, scilicet relicta in te-
49 stamento ad pias causas facto sine solemni-
tatibus iuris positiui, nullatenus subsistere,
quoad ea, quæ in piam causam non relinquũ-
tur. Quoniam eam nõ reperio adamantinam,
nam video eam fractam à rationibus contra-
riæ opinionis, cum veritas sit, quod omnia re-
50 licta ad prophana in testamento pio minus
solemni, valida sunt, & debentur, & satisfaciã
argumentis in contrarium supra adductis, vt
in seq. capitibus comprobabo.

ARGVMENTVM.

Legata prophana Laicis relicta, in testamento pio minus solemni, valida sunt, & debentur, quia testamenta sunt indiuidua, et pro parte valere, & pro parte non valere non possunt, nã si valet eius caput & fundamentum, quale est institutio hæredis facta ad pias causas, æquum etiam est, vt viribus quoque subsistãt eius accessoria, quæ sunt legata qualitercumque facta.

Per aliũ, sæpè quis cõsequitur ea, quæ per se solũ numquam obtineret. Excommunicatus sepultus in Ecclesia, licet debeat exhumari, et foras proijci. tamen, quando id cesset. *Fratres* duo habentes idem feudum ab eodem *Do*mino, quando vnus ob alium non priuetur parte sua, ob feloniam ab eo commissam.

Iuspatronatus mixtum competens Ecclesiasticis, et Laicis quamuis. si esset Ecclesiasticum cadeter sub reseruationib. Apostolicis, tamẽ, vt dixi, si sit mixtũ ratione cõmunionis cum iure patronatus Laicali, non sub est reseruationibus Apostolicis, Nam et mixtum induitur natura partis. quæ est magis fauorabilis, ideoque tunc Iuspatronatus Ecclesiasticum erit immune à reseruationibus Apostolicis, prout est immune Laicale ex benignitate Apostolica.

SVMMARIVM.

51 *Legata prophana relicta in testamento pio minus solemni, valent, et tenent.*
52 *Et intellige, si testamentum conditum sit ab eo. qui potestatẽ disponẽdi ad vtrumq. habet.*
53 *Hæredis institutio est caput, et fundamentũ totius testamenti.*
54 *Fundamentum, quando solidè, & inconcussè manet, tunc omnia super ea ædificata permanent.*
55 *Testamenti partẽ qui fecit, nihil fecisse dicitur.*
56 *Testamẽti perfectio consistit in vltimo pũcto.*
57 *Testamentum est indiuiduum, aut valet in totum, aut corruit in totum.*
Testamentum capit vires à publicatione, cæterisque actibus in fine factis, et non tantũ à principio gestis.
57 *Persona vna, & eadem, et vna eademque dispositio, non debent diuerso iure censeri.*

Mulieri

58 Mulier aliqua, quod sit vidua, et nupta, et quod quis sit liber, & seruus, monstruosum esset id asserere.

59 Substantia vna, et eadem, diuerso iure non debet censeri.

60 Arandum non est, cum boue, & asino. Vestimento quod ex lana, linoque est confectum, quis an possit vestiri. n. 60.

Testatus pro parte, et pro parte intestatus fauore piæ causæ, quis decedere valet.

62 Id tamen procedit, quando testator non disposuit de alijs bonis, secus verò quando disposuit.

63 per Alium sæpe quis consequitur, quod per se non posset.

64 Nepos emancipatus, per alium nepotē in potestate existentem, consequitur à patruo, quod aliàs solus non obtineret.

65 Excommunicatus, si sepultus reperiatur in Ecclesia, exhumari debet, vt careat sepultura Ecclesiastica.

66 Viuis quibus non communicamus, non communicamus mortuis.

67 Cadauera eorum, qui ad insulam deportati fuerunt, non possunt post mortem in Ciuitate sepeliri. & n. 68.

69 Cadauera excommunicatorum in Ecclesia sepulta si non possunt discerni ab alijs, non debent exhumari.

70 Fratres duo habentes feudum ab eodem Principe, si vnus commisit feloniam, veluti, quia reliquit Principem periclitantem,

71 Alter verò sua probitate defendit, & hoc casu vterque retinebit feudum.

72 Ecclesia, & patronus Laicus, si simul debeant præsentare, ratione communionis, habebit, sex menses ad præsentandum.

73 Et id habet locum etiamsi laicus habeat maiorem partem.

74 Laicus patronus habet quatuor menses ad præsentandum.

75 Iuspatronatus, est Ecclesiasticum quando de bonis Ecclesiæ beneficium est fundatum.

76 Iuspatronatus est Ecclesiasticum, si à Laico donetur Ecclesiæ, aut ratione Ecclesiæ, alicui competat.

77 Iuspatronatus Ecclesiasticum subiacet regul. 8 hodie 9. Cancellar. ac alijs reseruationibus Apostolicis.

78 Iuspatronatus mixtum, idest partim Ecclesiasticum, & partim laicale, propter talē communionem nō cadit sub reseruationibus Apostolicis. & quare n. 85. & 135.

79 Iuspatronatus Laicale non comprehenditur sub regulis reseruatorijs.

Iuspatronatus Laicale non comprehenditur sub regulis reseruatorijs, etiam in corpore iuris clausis.

81 Papa non præsumitur voluisse reseruare beneficia iurispatronatus Laicorum.

83 Iuspatronatus Laicorum, quod non comprehendantur sub regulis reseruatorijs, id procedit ex benignitate Apostolica.

84 Et ne Fideles retrahantur de fundatione Iurispatronatus.

85 Peccatum est magnum retrahere homines à benè faciendo.

86 Iuspatronatus Ecclesiasticum, quod non consequitur ex se, quod non cadat sub reseruationibus Apostolicis. & n. 112.

87 Consequitur ex communione, cum patrono Laico. & sic quando est mixtum.

Iuspatronatus, quando est mixtum, ideo magis sapere debet natura iurispatronatus Ecclesiastici quàm Laicalis. & n. 113.

89 Dignum magis trahit ad se minus dignum.

Iuspatronatus Ecclesiasticum est magis dignum, quàm Laicale.

90 Iuspatronatus mixtum, tunc censetur Ecclesiasticum si agatur de priuilegio patronorum.

91 Iuspatronatus mixtum, quando dicatur sapere naturam Laicalem.

92 in Mixtis illud præualet, quod est magis fauorabile & n. 102.

93 Actio mixta quare magis sequatur naturam personalis actionis, quam realis.

de Fauore, & odio quando agitur in eodem actu, tunc quid sit faciendum.

94 Mixtum sub simplici non continetur in fauorabilibus.

95 Papa si reseruet omnia beneficia vacantia ad collationem cuiuscumque spectantia in certa Diocæsi præter attinentia ad Episcopum.

An sub ea comprehendantur, quæ sunt simultanea collationis inter Episcopum, et Capitulum num. 101.

96 Reseruationes beneficiorum an sit materia odiosa.

97 Regulæ Cancellariæ strictè veniunt interpretandæ et n. 98.

99 Regulæ Cancellariæ cum ipso conditore expirant. & n. 100.

103 Mixtum in odiosis, & exorbitantibus minimè sub simplici continetur. & n. 105. et 109.

106 Fideicommissum factum de bonis legatis non debet trahi, ad ea, quæ fuerunt legata, & titulo institutionis relicta.

107 Bulla iuris congrui, cum loquatur in terminis venditionis, cessat quando ea est mixta.

109 Statutū iubens, quod mulier non nubat se forensibus, aliàs non possit succedere Ciuibus an valeat.

110 Mulier si maritetur à parentibus, non cadit in pœnam Statuti iubentis, vt se forensibus nō possit nubere.

111 Mulier, si ignoretur, à quo fuerit nupta in dubio præsumitur à parentibus,

113 Papa beneficiū iurispatronatus mixti potest conferre, vti reseruatum iuxta decis. 46. de præbend. in antiq.

114 Felin. in cap. multorum de indic. initio sic arguitur ab Ænea de Falcon & in quo fundetur n. 115. seq. Et ipse reijcitur n. 116. & seq.

116 Veritas alicuius conclusionis, vt assequatur,

non

Digitized by Google

non sufficit iam legere, & percurrere, & quid requiratur.

117 *Scripturæ perscrutandæ sunt.*
Vidisse semel aliquam difficultatem sat non est, iuuat eam perscrutare. n. 117.

118 *Rotæ Romanæ auctoritas maxima est.*

119 *in Rota Romana præsunt viri 12. ex toto Orbe Catholico selecti, morum candore, eminentique legum scientia insignes.*

120 *Rotæ Romanæ Auditores, tamquam 12. luminaria supra montem posita, vniuerso Orbi iura reddunt.*

121 *Veritatis maiestas, fulgor, & potentia nō habent comparationem.*
Cæsar Magnus est, sed maior est veritas.

122 *Gentiles in caliginosa nocte Gentilitatis existentes, ad sui libitum Numina sibi fingebant & num. 124.*

123 *Et veritatem qualiter sibi finxerunt.*

125 *DEO homines similes sunt, cum veritatem exercent, secundum Pythagoram.*

126 *Veritas est, CHRISTVS ipsomet attestante apud Ioann. cap. 14. & n. 127.*

128 *Doctor sublimiori titulo decorari non potest, quàm sub nomine veridici.*
Doctores absint, quod sint iam abiecti animi, vt suspecto, & respectu aliquo humano, veritatis vestigia non sequantur.

129 *Alex. I. C. egregius, gloriosior est Alexandro Magno, quia extat decoratus glorioso titulo, Patris veritatis.*

130 *Alexander Magnus derisus fuit à Seneca, de illo suo falso cognomine Magni.*

131 *Innocentius præclarus ille Canonista, quia mirifice dilexit veritatem, inter Canonistas, quanto sit in honore.*

132 *Innocentium, qui in iudicijs allegat coronatur, secund. Fab.*
Innocent. in Curia Ecclesiastica adoratur, vti Idolum.

133 *Innocentij dicta vti sacrum Euangelium Rota Rom. consueta fuit sequi secundum Roman.*

134 *Lucifer, nec Hesperus, non est sic mirabilis, sicuti est veritas.*

136 *Rota Romana zelo veritatis assequendæ non dedignatur recidere à iam decisis.*

137 *Corrigere se melius est, et non expectare, vt ab alijs corrigatur.*

138 *Errores alienos, qui positus est, vt corrigat, non debet pudere eorum errorem corrigere.*

140 *Rota à decis. 46. de præbend. in antiq. recessit; & quare. & n. 141.*

142 *Æneas de Falcon. & Staphil. opinio refutãtur, dum fundantur in decis. Rota reuocata.*

143 *in Mixtis attendenda est qualitas magis fauorabilis, et non magis odiosa.*

144 *Iuspatronatus mixtum, si comprehenderetur sub reseruationibus Apostolicis, id redundaret in damnum patronorum Laicorum.*
Patronis Laicis iura indulxerunt vt libere possent conferre.

145 *Iuspatronatus fundatum ab Episcopo mixtim de redditibus Ecclesiasticis, & Laicalibus non cadit sub reseruationibus Apostolicis.*

147 *Iuspatronatus, si competat alicui Confraternitati Laicorum, licet ea sit annixa loco pio, seu Ecclesiæ,*

148 *Nihilominus iudicandum est laicale, et non Ecclesiasticum, ad effectum excludendi reseruationes.*

CAPVT LVI.

Comprobanda nunc venit celebris conclusio illa, & vti verior canonizata nēpe, quod sicuti valet institutio piæ causæ in testamento minus solemni facta, ita etiam
51 substinere debent ea, quæ in eodem testamēto relicta sunt ad prophana laicis, si testamentum factum sit ab eo, qui de iure habet abso-
52 lutam potestatem disponendi ad pia, et non pia, & licet plures rationes soleant afferri, ea tamen satis potens est, quia vbi conualidatur
53 institutio hæredis, quæ est caput, et fundamētum testamenti, vt dixi supra *cap. 50. à nu. 1.*
54 consequenter debent substineri omnes partes illius, cum testamentum sit quid indiuiduum *glos. Cyn. & Doctores in l. furiosum vbi post alios.* Ias. *nu. 11.* C. *qui testam. fac. poss.* Dec. *in l. ius nostrum ff. de regul. iur. princip.*
Quare qui partem testamenti fecit, nihil
55 fecisse videtur, nam in vltimo puncto indiuiduali stat forma essentialis testamenti, *vt satis notum est.* & vide *Thesaur. controuers. forens. lib. 4. quæst. 28. n. 7. & 8. nec non M. Anton.* Thomat. *decis. Rotæ Maceraten. 68. numer.* 81. vbi inquiunt in extremo puncto stare perfe-
56 ctionem testamenti, & non antea, & sic in publicatione, et rogitu Notarij, à quibus actibus, & non à primis, capit vires, cum illud sit indiuiduū. Insuper regulariter vna, eademq.
57 res, vna, eademque persona, vna, eademque dispositio diuerso iure censeri non debet *vulgata l. cum qui ædes. ff. de vsucap. facit l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. l. 1. versic. nec ratio patitur, vt vna eademq. res &c. ff. de rer. permut.* ridiculum enim, et monstruosum esset si asse-
58 reretur, aliquam esse viduam, et nuptam, vel aliquem liberum, & seruum, legitimum, & illegitimum, *l. duobus ibi, & sanè rediculum. ff. de liber. caus. l.* Titia *si non nupserit. ff. de condit. &*
59 *demōstrat. l. indicatæ cum glos. in verb. pro parte. ff. de except. rei iudic. cap. per venerabilem, ibi videretur si quidem monstruosum. extra. qui fil. sint legit. cap. quia circa in fin.* ibi. *nec debet vna eademque substantia diuerso iure censeri debet.* & in puncto est regula iuris, *de qua in l.*
60 *ius nostrum. ff. de regul. iur.* et facit illud Domini, Non arabis cum Boue, et Asino, Non indueris vestimento, quod ex lana, linoque, est cōfectum. *Deutero cap. 22. can. in noua ad med. 16. quæst. 7.*

Nec iuuat asserere hanc regulam silere fa-
61 uore piæ causæ, vt possit quis decedere pro
parte testatus, et pro parte intestatus, vt dixi
supra quia id procedit, quando testator non
62 disposuit de alijs bonis, secus verò quando
constat de bonis suis disposuisse, prout est ca-
sus noster.

Accedit pariter, id quod sæpius videmus,
63 vt quis per alium consequatur, quod per se
consequi non valet, iuxta l cum hereditate. ff.
acquirend hered. vbi glos. adducit concordantes,
& adde optimum text. in l. si emancipati C. de
collat. vbi nepos emancipatus propter alium
64 nepotem in potestate existentem, consequi-
tur, vt ei per patruum emancipatum conferri
debeat, quod non consequeretur si solus adesset
set emancipatus, consonat etiam text. in cap.
sacris. de sepultur. qui determinat, si excommu-
65 nicatus sepultus sit in Ecclesia, vel Cœmete-
rio, licet aliàs debeat exhumari, vt careat se-
pultura Ecclesiastica, ea de causa, nam qui-
66 bus non communicamus viuis, non commu-
nicamus defunctis. cap. ad hæc de priuileg. cum
simil. Fr. Emanuel. quæst. regular. tom. 3. quæst.
61. art 1. versic. 6. Bonaccin. de censur. disput. 2.
quæst. 2. punct. 3. §. 3. cum ibi allegatis.

Addo elegantem similitudinem deductam
ex Iure Ciuili in l. 2. ff. de cadauer. punit. vbi
67 sancitur cadauera eorum, qui ad Insulam de-
portati fuerunt non posse post mortem in Ci-
uitatem transferri, sed post mortem durare
pœnam, Vnde ibi notat Bart. eum cui in Ciui-
tate morari interdicitur, post mortem ad se-
68 pulturam in Ciuitate deduci non posse. Sed
ad nos. Tamen si ab aliorum corporibus dis-
cerni non possint excommunicati ossa non
69 debent exhumari. circa quam materiam vi-
de Anan in d. cap sacris, nu. 9. Socin. cap. sacris.
nu. 158. de sentent. excommun. Soar. de religion.
tom. 1. lib. 3. cap. 2. num. 13. et de censur. disputat.
12. sect. 4. Valer. Riginald. in prax. fori pœnit.
lib. 32. nu. 16. Anton. Ricciull. de Iure personar.
ext. Eccles grem existen. lib. 4. cap. 60. numer. 30.
Vgolin. de Censur. tab 2. cap. 9. § 5. vers quinto.

Facit etiam quod singulariter decidit Bald.
in cap. 1. in 3. col. quib mod feud. amitt. si sint
duo fratres habentes feudum ab eodem Prin-
70 cipe, & vnus commisit feloniam, vt possit pri-
uari, quia dereliquit Dominum periclitantem,
alter verò sua probitate eum defendit, quod
vterque retinebit feudum, & iste qui commi-
sit feloniam non potest priuari propter alium,
71 quam conclusionem esse bene notandam
admonet. Ias. in l si emancipati num. 10, versic. si
duo sunt fratres. C de collat. & adde eundem
Bald. in l si is cui duos. ff. de liberat. legat. idemq.
sensit Nicol. Boer. decis. Senatus Burdegal. 300.
num. 3. vers si duo fratres habent feudum à Do-
mino &c.

Congruit pariter aliud simile, nempè si Ec-
clesiæ, et patronus Laicus simul habeant præ-
72 sentare, quod ratione communionis priuile-
gium Ecclesiæ transibit ad Laicum, & sic lai-
cus propter Ecclesiam habebit sex menses ad
73 præsentandum. vbi aliàs de per se non habe-
ret nisi quatuor menses arg. l. si communem. ff.
quemadmodum seruit amitt. & in puncto deci-
dit glos. in cap. si laicus. §. verum. de Iurepatr. in
6. in verb. Ecclesiasticus versic. quid dices, si Ec-
clesia, et patronus &c. admisitque Rota coram
bon. mem Card Mantic dec. 292. n. 4. versic. cum
agitur, vt semestre potius quam quadrimestre
laicis competat & vide. Nicol. Garc. de benefic.
part. 5. cap. 9. num. 210. Aloys. Ricc. in prax. au-
rea resolut. 458. Augustin. Barbos in tractat de
offic. et potest. Episcop part. 3. allegat. 72 nu. 131
Viuian. in tractat. de Iurepatr. lib. 7 cap. 1. nu. 9.
in vltim. impress & num. 10 post Lambertin. &
74 Barbos. id ampliat etiam si laicus habeat ma-
iorem partem.

75 Arridet etiam aliud simile quoque in ma-
teria Iurispatronatus, in quo licet expeditum
sit, quando illud est Ecclesiasticum, videlicet
si ex bonis Ecclesiæ beneficium sit fundatum,
76 aut à laico donetur Ecclesiæ, aut ratione Ec-
clesiæ alicui competat vt tunc subiaceat reg 8
hodie. 9. Cancell. ac alijs reseruationibus Apo-
stolicis. cap. dilectus. et ibi glos in verb. concessio-
ne versic. si verò pertinet, & ibi Abb nu. 1. Burr,
num. 13. ff. de offic. delegat. Gemin. in cap. 2. nu.
11. de prabend. Mandos super regul. 1. Cancell.
quæst. 10 nu. 5. Aen. de Falcon. in tractat. de re-
seruat. quæst 4. principal. effect. 24 versic. idem,
& multò fortius procedit. Couarr. pract. quæst.
cap. 36. nu 2. versic. bis accedit. Rebuff. in tract.
de nominat. quæst. 8. num 22. Hoieda. de incompa-
tibilit. part. 1. cap. 24. nu. 112. cum alijs allegatis
per Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. glos. 18. n. 472.
& sequen. Loter. de re benefic. lib. 2. quæst. 40.
num. 116. & sic perpetuò sensit Rota, vt vide-
re est apud Cassador decis. 4. n 4. de iurepatr. &
coram bon mem. Card. Seraph. decis. 1420. nu. 2.
coram bon. mem. Butatt. decis. 103. num. 3 & co-
ram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 406. num. 5. &
in causa Leodien. Parochialis. 18. Decemb. 1623.
coram. re. me. Merlino. & corā sa. me. Greg. XV.
decis 48. num. 4. nec non coram bon. mem. Card.
Caualer decis. 278. n. 3. & decis. 547. num. 2. &
in recent. decis. 740. part. 2. num. 2. idemque fuit
decisum in causa Anagnina Beneficij 15. Mar-
tij 1627. coram bon. mem Card. Vbaldo. & in
Regien. Beneficij 20. Iunij 1636 coram R. P. D.
Terracinen. sunt in recent. dec. 48 n. 7. par. 5. &
decis. 157. nu. 6. part. 7 et in Valentina Decana-
tus, & Canonicatus 29. Nouemb. 1638. coram
R. P. D. Carillo §. Demum non obstat. vers. cum
etiam ius patronatus Ecclesiasticum cadat sub
reseruationibus Apostolicis &c. & in Anagnina
Beneficij. 30. Maij 1644. coram R. P. D. Meltio.
§. 1. versic. iuspatronatus Ecclesiasticum cadit
sub reseruationibus, & affectionibus Apostolicis,
& in causa Compostellana Parochialis. 17. Iu-
nij 1644. coram Eminentiss. D. Card. Cecchino
§. Tamen dicebant, vers. per consequens subiace-
bat

bat regulis reseruatorijs &c. ac iterum: *in eadem causa sub die* 10. *Februarij* 1645. *coram R.P.D. Leone* Verospio. *§. Dum enim, vers. tum ex qualitate patronatus Ecclesiastici &c. & deinde in causa Spoletana Canonicatus*. 3. *Iulij eiusdem anni* 1645. *coram. Reuerendiss. D* Terraconen. *§. Nec obstat. versic. Ecclesiasticum iuspatronatus cadit sub regula reseruatoria &c.*
78 Tamen si, Iuspatronatus esset mixtũ idest
partim Ecclesiasticum, & partim Laicale, & cũ
explorati iuris sit iurispatronatus laicale non
79 comprehẽdi sub regulis reseruatorijs. *ex pluribus relatis per* Hoiedam. *in tractat. de incompatibil. benefic. cap.* 24 *num.* 109 *part.* 1. *vers. beneficia iurispatronatus laicorum non sunt reseruata*, ibique magnam Doctorum cateruam adducit, & maiorem *refert Genzal. ad regul.* 8. *Cancellar. glos.* 18. *n.* 2. Et amplia, vt nec comprehendantur sub reseruationibus in corpore
80 iuris clausis, & ideo dum vacant in curia perinde est, ac si extra vacassent. *glos. in cap. licet Ecclesiarum. in verb. collatio. de prabend. super quo textu multos Doctores ad hunc propositum meminit* Cened *in collectan. ad Sext. collectan.* 21. *nu.* 2. vbi inter alios adducit *Quintilianum* Mandosiũ *in regul.* 1. *de reseruat. quast* 8. eumque vocat peritissimum, et insignem Iurisco-
81 sultum, et præter allegatos à Cened. *addo Spec in specul. testament. glos.* 4 *principal nu.* 44. *versic.* Papa *numquam intelligitur velle reseruare beneficia iurispatronatus laicorum, etiamsi*
82 *clausula derogationis circa prouisionem alije pertinentem sit quantumuis generalis &c.* Menoch. *cons* 90. *num.* 84. *versic communis est sententia, quod iuspatronatus &c.* Io. Lup. *in tractat. de reseruat. benefic. in cur. vacant. §.* 11. Cenall. *commun contra commun. quast* 897. *numer* 452. *tit* 4 *Augustin.* Barbos. *in tractat de offic. et potest. Episcop. allegat.* 57. *numer.* 26. *in collectan. ad Ius Canonic. lib.* 3. *Sexti Decretal. cap.* 2. *nu.* 12. et dixit Rota in pluribus causis, *et præsertim in causa Ferrarien Prapositura, et Beneficij* 15. *Decẽbris* 1625. *coram bo me.* Remboldo *est decisio* 660. *num.* 21. *versic. beneficia iurispatronatus laicorum etiam in curia vacãtia, non comprehenduntur sub reseruatione &c. part.* 4. *recent. tom.* 3.
83 Idque laicis fuit indultum ex gratia, et be-
nignitate Apostolica, non priuatiuè, ne retra-
hantur à fundatione, constructione, vel dota-
84 tione Ecclesiarum, seu Beneficiorum, *vt considerauit Rota in proxime allegata decisione num.* 7. *et omnes supra relati DD.* et istud fuit dictum famigeratum. *Lap. in allegat.* 46. *nu.* 3. *versic. laici retraherentur à fundatione &c.* et ibi *Quintilianus* Mandos. *in litera M pleno calamo plures refert, qui eam opinionem referunt, et sequuntur*, et aduertit *Concilium Tridentinum sess.* 25. *cap.* 9. *de reformat. in princip.* ibi, *patronorum iura tollere, piasque fidelium volũtates in eorum institutione violare equum non est &c.* consonatque illud lib. 1. Regum, cap. 2.
85 vers. *Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino. quia retrahebant homines à sacrificio Domini &c.*
Vnde cum iuspatronatus laicale sit immu-
86 ne, seu exemptum à regulis reseruatorijs be-
neficiorum, ideo si accidat illud esse mixtum,
scilicet, vt dixi, partim sit Ecclesiasticum, &
partim laicale, tunc priuilegium illud, quod
aliàs per se non consequitur iuspatronatus
87 Ecclesiasticum, obtinet per socium in hoc
priuilegiatum, *ad text. in l. si communem. ff. quemadmod. seruit. amitt.* Nec me latet, quando ius
88 patronatus est mixtum, cum magis dignum
trahere debeat ad se minus dignum, ideoque
89 potius sapiat naturam iurispatronatus Eccle-
siastici, quàm laicalis, *vt tradit glos. in cap.* 1. *§. vltim. de iurepatr. in* 6. Abb. *in cap. de quarta. col.* 5. *de præscript.* Couarr. *pract. quast. cap.* 36. *num.* 4. ex his quæ habentur *in l. quaritur ff. de stat. homin et in cap. quod in dubijs, cũ glos. extr. de consecrat.* Bart. *in l.* 2. *num.* 2. *ff. de verb. oblig.*
Quia respondetur, quod tunc iuspatrona-
90 tus mixtum censetur Ecclesiasticum, si aga-
tur de commodo, & priuilegio patronorum,
vt patet in supra relato exemplo *num.* 75. Se-
cus verò, quo ad incommodum, scilicet circa
91 reseruationes, & generales derogationes,
quia tunc iudicatur tamquam laicale, *vt defendit Federic. de Sen. consil* 66. *et post Abb. Rebuff. Couarr. Mandos. et alios* asserit *Paris. in tractat de resignat. lib.* 2. *quast.* 4. *sub num.* 50.
92 *vers. dici hoc iuspatronatus.* Et adde in mixtis
illud præualere, quod est magis fauorabile *l. qui habet. §.* 1. *ff. de tutel. et not. in l. non rect. ff quib. ex caus. maior.* vt videmus in actione
93 mixta, quæ sequitur naturã personalis actio-
nis, quàm realis, quia illa est fauorabilior, &
durabilior, quàm ista, cum personalis duret
spatio 30. annorum. *l. hareditatis. ff de petit. hared.* & ratiocinatur *Oldrad. in consil.* 295. *numer.* 4. *versic. attendi debet quod est fauorabilior &c* aduertitque *pluribus relatis Io. Baptista* Lartea *decis. Senatus* Granatens. 50 *sub num.* 34. *versic. mixtum debet assumere, quod vtilius, et fauorabilius fuerit ex altero suorum simplicium &c.*
Etenim generale est, quàndo agitur de fa-
94 uore, & odio, iuris ministerio opportunè, aut
retinetur, aut resoluitur illa mixtura. Vnde
sicuti mixtum comprehenditur in fauorabi-
libus sub simplici *ex pluribus cõgestis per Surd. in consil.* 453. *sub nu* 49. *versic cum priuilegiũ prædictum sit fauorabile, sub nomine simplicis cõtinetur mixtum &c.* Hinc in simili dicimus,
95 si Papa reseruet omnia beneficia vacantia ad
collationem cuiuscumque spectantia in certa
Diœcesi, præterquam attinentia ad collatio-
96 nem Episcopi, quia materia ista est odiosa,
ex abundè relatis per Gon. in §. 6. *proem. ad regul.* 8. *Cancellar. præsertim sub num.* 6. *vers. reseruatio dicitur odiosa &c*, *Card.* Simonetta *in tractat. de reseruat. benefic. cap.* 50. *num.* 3. *vers.*

Digitized by Google

reseruationes sunt odiosa, & debēt restringi &c. consistque Rota *in causa Aquilana Canonicatus 4. Martij* 1640 *coram Reuerēdiss* Terraconen. *§. in præsenti. versic, sed imo restringenda &c.* & collatio Episcopi est fauorabilis *cum peruenit 11. quæst. 1 glos. in Clem. et si 12. in verb. nolumus. de offic. ordin. versic. ordinariorum verò collatio, vt naturalis, vel fauorabilis &c.* Rota *decis. 5. num. 2. de concess. praben. in antiquior.*

97 Et quod odiosa dicatur omnis dispositio derogatoria potestatis ordinarij, sensit *Abb. in cap. si quis contra, notab. 2. de for. competent.* Crescent. *decis. 1. num. 1. et decis. 3. nu. 6. de rescript.* Gonzal. *d. §. 6. proem. num. 8.* vbi etiam *nu. 14.* post *Paris* asserit, Regulas Cancellariæ de-
98 struere ius commune. Vnde strictè veniunt interpretandæ, cum sint strictioris iuris, quā statuta *ex adductis per* Sarnens. *in proem. regul. Cancell. quæst. 2. num. 4.*

Quare videmus eas contra naturam legū,
99 cū ipso cōditore expirare, & quate id procedat vide *Card. Petr. Paul. Paris. in cōs. 19. à n. 6. part. 4. vers. Et iste Pontifex est captiuus &c.*
100 Nec non quçrit an idem sit dicendū, si Papa ciuiliter moriatur, an pariter expirent regulæ Cancellariæ. Quamobrem cum reseruatio
101 beneficiorum sit materia odiosa, ex superius relatis, ideo in supra relata reseruatione non venient beneficia illa, quæ sunt simultaneæ collationis, inter Episcopum, & Capitulum,
102 cum iste sit casus mixtus, eritque iudicādus secundum partem magis fauorabilem, prout defendit *Ioan. Galderin in consil. 243. alias 22. de prabend incip. An si Papa per totum.* vbi id roborat ratione libertatis, & benignitatis.

Ita è contra (vt redeam ad aliud caput distinctionis) mixtum in odiosis, & exorbitan-
103 tibus minimè sub simplici continetur, *vt voluit Bart. quem omnes sequuntur in l. 2. in princip. ff. de verb. obligat.* Riminald *in d. l. si emā. cipati. num. 11. & ibi* Cagnol. *num 144. C. de collat. cum alijs allegatis per* Surd. *in consil. 430. sub num. 13. vers. ideoque in odiosis dispositio loquens de casu simplici, nō includit mixtum &c.* vbi etiam inquit, hac de causa fideicommissū
104 iniunctum de bonis legatis, nō debet trahi ad ea, quæ fuerunt legata, & titulo institutionis relicta.

Insuper in terminis materiæ exorbitantis,
105 quod non conueniat casus mixtus sub dispositione loquente de simplici. *est textus in l. cum passam. ff. ad l. Iuliam de adulter.* Roman. *consil. 294. num. 4. cum alijs allegatis per Tiraquell. de legib connub. glos. 5. num. 71.* Rota *corā bo. mem.* Robusterio *decis. 475. numer. 3. part. 1. diuers. & coram bo. me Francisc.* Penia *in causa Romana Domus, seu Retractus 26. Febr. 1590. est inter eius à me impress. decisio 71.* vbi fuit de-
106 cisum vicinum nullatenus posse iuuari Bulla Iuris Congrui, quando contigua domus fuit alienata, & cōtractus initus inter partes, potius sapit naturam permutationis, quam emptionis, & venditionis, cum dicta Bulla sit exorbitans, & loquatur in casu simplicis ven-
107 ditionis, ideoque non intrat quando in dicto contractu adesset aliqua mixtura, *et idem deinde fuit responsum in causa Romana Prælationis 16. Februarij 1618. coram bo mem. Card.* Sacrato, *vbi in §. vltimo* asseritur quando vē-
108 ditio, vel cessio domus est mixta gratitudine, non intrat Bulla Iuris Congrui, cum iste sit casus mixtus, vnde non venit sub dispositione exorbitanti à regulis Iuris communis loquente de simplici venditione &c. De qua materia hic satis, cum suo loco dum de iure congrui tractabo latissimus ergo &c.

Et generaliter, quod mixtum nō venit sub simplici dixi etiam supra, & adde, quod data validitate Statuti, quo caueatur vt quælibet
109 mulier nubens alicui forensi sit incapax ex testamento, vel ab intestato omnium bonorum, cuiuscumque ciuis, vel districtualis Ciuitatis. Nam tale statutum, quod non possit subsistere, tamquam impediens, & restringens liberam facultatem nubendi et alijs ex causis *vt constat ex relatis in puncto per Pacian. cōs. 4. num. 4. et latè per* Cyriac. *controuers. 448. à numer. 2. vers. tamquam impedientem libertatem matrimonij &c.* Cæterum data Statutorum similium validitate, cum loquantur de muliere, quæ seipsam nubit, quare si se ipsa sim-
110 pliciter non nubat, sed fuit à Patre nupta,

Sic casus est mixtus, qui regulariter sub simplicibus non continetur, siue realiter distinguatur, siue per differentiam casuum, vt in terminis similis Statuti Mediolani consultus egregiè respondit *Bald. in consil. 357. incip. Nulla mulier. vol. 1. quem sequitur* Alciat. *consil. 1. num. 3 vers. secundo dicit vol. 2.* Vbi loquitur de Statuto Laudæ. *Calcan cons. 3. nu. 12. vers. & ideo ad obtinendum* Riminald *Sen. consil. 427. num. 27. vers. & secundum fundamentū.* Riminald. *Iun. cons. 23. numer. 123. et cons. 462. num. 341.* Bertazz. *consil. ciuil. 103. numer. 21.* Maluas. *consil. 123. num. 5. & 6.* Fusar. *cons. 179. num. vltim.* Cyriac. *controuers. 291. à num. 62. vsque ad num. 76 et d. controuers. 448. à num. 6 & seqq.* & hanc opinionem secuta fuit *Rota coram Card.* Seraph. *decis. 806. num. 4 vers. statutum non habet locum in ea qua nupti collocata est à parentibus &c. et decis. 811. numer. 6.* vbi etiam dicitur, quod mulier quando non
111 apparet à quo fuerit nupta in dubio præsumitur à parentibus, Loquuntur enim dictæ decis. Seraph. in simili Statuto Parmēsi de quo supra, et in terminis Statuti Modenæ extantis, id pariter disponentis *respondit Rota in causa Matinen. Bonorum, seu Pradij 15. Iunij 1643. §. Cessare visa fuit difficultas. versic. mulier nō ipsa simpliciter se nupsit, sed fuit à Patre maritata, & sic versamur in casu mixto, qui regulariter non venit sub simplici &c. corā R.P.D. Carillo.*

Reuertar ad deducendum aliquid in puncto,

Digitized by Google

cto, circa suprarelatam quæstionem scilicet
112 iuspatronatus, quando est partim Ecclesia-
sticum, et partim laicale, ob priuilegium lai-
corum esse in totum exemptum à reseruatio-
nibus regularum Cãcellariæ. et dic, licet olim
Rota opinata fuerit contra ea, quæ superius
dixi, partem nempe Iurispatronatus Ecclesia-
113 stici tamquam digniorem, trahere ad se par-
tem laici, et ita totum reputari Ecclesiasticũ,
Vnde Papa illud tamquam reseruatum pote-
rat cõferre, *vt videre est in decis. 166. alias 45.
de præbend. in antiq.* quam decisionem minus
114 rectè, et cum præiudicio veritatis conati
sunt defendere, contra doctissimum *Felinum
in cap multorum. num. 3. versic et ideo singula-
riter. de Iud. & in tractat. quand. lit. Apostolic.
pat in 6. ampliat.* Æneas de Falcon. *in tractat.
de reseruat. quæst. 4.* vbi magnum fecit festum,
mordendo dictum Felinum, et adducit solũ
115 prædictam decisionem Rotalem, et subdit,
quod plura posset adducere, quæ omittit, eo
quia indubitatè tenet suam opinionem esse
veriorem, *& Æneam de Falcon.* secutus est.
*Staphil. in tractat. de mod. & form. impetrand.
§. sed dubium est. num. 3.*
116 Salua tamen pace prædictorũ DD. aut præ-
sentis controuersiæ metam non attingerunt,
eam tantum in transitu gustando, quia vt
veritas assequatur, non sufficit aliquid legere,
117 aut percurrere, sed perscrutatio necessaria
est iuxta illud Oraculi Diuini apud Ioann.
cap. 5. *Scrutamini scripturas &c.* congruitque
dictum illud vulgatum.

Nec vidisse semel satis est, iuuat vsq; morari.

Aut si attingerunt, allucinati fuerunt ab au-
118 ctoritate tanti Tribunalis. Fateor magnam,
et maximam esse auctoritatem Rotæ Roma-
næ, in qua præsunt viri duodecim ex toto or-
be Catholico selecti, morum candore, emi-
119 nentique scientia præexcellentes, qui vice
Romani Pontificis viuentis causas audiunt,
ac decidunt, et tamquam luminaria supra
120 Montem posita vniuerso Orbi iura reddunt
in quorum laudem omnium latius plura de-
duxi *in discursu part 7. recent. à nu 213. vsque
ad num. 292. et in discursu part. 4. recent. tom. 3.
à nu. 494. vsque ad num. 574.*

Tamen fulgor, potentia, et maiestas veri-
tatis est sine comparatione maior, Hinc illud
121 vulgatum dictum. *Magnus est Cæsar, sed
maior est veritas.* Ipsique Gẽtiles in caligino-
sa gentilitatis nocte persistentes, qui ad suũ
122 libitum Numina sibi fingebãt, Inter ea ve-
ritatem connumerarunt, quæ à Pindaro filia
123 Iouis arbitrata fuit, et qualiter ab eis de-
scripta fuerit, videri potest illius imago *apud
Filostratum in pluribus locis, et latius id deno-
tatur in Epistol. Hippocrat. & in tertia oratio-
124 ne Temistij*, illius verò laudes tamquam Deæ
celebrat *Spondanus Commentator Omeri in
deuimonetum Vlyss.* Pithagoras (vt Stob. refert
125 serm. 11.) rogatus quid Deo similes facerẽt
homines? *Cum veritatem exercent*, respondit.
Sed nos Christifideles, Gentilium insaniam
deridentes, verissimæ veritatis Deitatem,
126 plane affirmare valemus, & quis ignorat?
Veritatem esse CHRISTVM, ipsomet dicen-
te apud Ioann. cap. 14. *EGO sum via, VERI-
TAS, & vita.*
127 Absit ergo, et tempus in omne falsum sit,
Doctores (quorum maiestas sublimius extol-
128 li nequit, quàm sub encomio Veridici) tam
abiecti, seruilis ac adulatorij animi reperiri,
qui respectu, vel suspectu aliquo humano, ti-
meant veritatis gloriosa vestigia sequi. Alexã-
129 der Tartag. egregius Iurisconsultus, quia
decoratus extat excelso illo titulo *Patris Ve-
ritatis* plus sublimatus fuit, quàm Alexander
130 Rex ille Macedonũ, ex cognomine Magnus,
qui hac de causa à *morali Seneca*, vti infelix,
& falsarius *in Epistol. 90.* redarguitur, ibi, *In-
felix, ob hoc, quia intelligere debebat falsum se
gerere cognomen, quis enim magnus in pusillo
esse potest*, reliqua vide ibi.

Innocentius quia in eius lecturis mirificè
131 veritatem dilexit, inter Canonistas Pater
veritatis vocatur, cuius tanta est auctoritas,
vt scriptum reliquerit *Io. Faber in §. Instit. de
inutil. stipulat.* ibi, *Si sequeris Innocentium in
132 iudicijs coronaberis, et præsertim in Curia
Ecclesiastica, vbi adoratur vti idolum &c.* Me-
ritoque dixit *Romanus singul. 167. incip Iudex
133 à quo.* Innocentium tantum esse auctorita-
tis, vt consueuisse Rotam Romanam eius di-
cta, tamquam sacrum Euangelium sequi, & id
etiam refert *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4.
glos. 19. part. 1. numer. 12. vers. Innocentius, qui
fuit tantæ auctoritatis, vt consueuisse Rotã* Ro-
manam tamquam sacrum Euangeliũ sequi &c.
Non est ita mirabilis lucifer, nec Hesperus, si-
134 cuti est veritas, Sed ne videar, ligna, vt
aiunt, in syluam deferre, ideoque ad proposi-
tum nostrum redeam.

Tandem supra relatam opinionem, quan-
do iuspatronatus est mixtum, iudicandum
135 sit laicale, vt effugiantur reseruationes, &
derogationes generales Apostolicæ, ne ali-
quis quidpiam timeat, vel aliter titubet foue-
ri, & tueri ob dictam decisionem *Rota 46. de
præbend. in antiq.* aduertat Rotam Romanã,
136 tamquam supremum Orbis Tribunal, sum-
mo quoque zelo veritatis assequendæ mirifi-
ce æstuare, non dedignatur in melius mutare
proprias sententias, et sic recedere à decisis,
sequendo exemplum sacratissimi Imper. no-
stri Iustiniani *in § plurima vers Nõ enim eru-
bescimus, si quid in melius etiam torti, quæ nos
137 prius diximus, competentem prioribus impone-
re correctionẽ, ne ab alijs corrigi expectamus &c.
auth. de nupt.* facit etiã *text. in cap. qualiter 17.
de accus.* Vbi Romanus Pontifex Innocen-
tius Tertius sic zelanter admonet, *Non pu-
138 deat vos errorem vestrum corrigere, qui positi*

estis,

estis, vt alterum corrigatis errores &c.
139 Quamobrem ad iucudinem disputationis
prædictam *decisionem 46. de prabend. in antiq.*
Rota renocauit, et agnoscendo conclusionem
140 firmatam in ea, non esse solidam, sed vacil-
lare, ideoque eam spreuit, et reuocauit,
vt videre est in causa Fauentina Parochialis
13. *Octobris* 1548. *coram Achille de Graff.* est
inter eius impress. *decis* 316. *alias* 1. *de iurepa-*
tronat. relata est etiam *apud Put. decis.* 157.
lib. 3. vbi habetur, omnes Auditores nemine
141 excepto statuisse non esse faciendum, (tam-
quam veritatis amatores) aliquod fundamē-
tum *in d. decis. 46. de præbend.* quia veritas sta-
bat pro contraria opinione, nec esse curandū
de Ænea de Falcon. et Staphil. in locis, de qui-
bus dixi supra num. 114. quia simpliciter fun-
142 dantur *in d. decis.* 46. quæ substinere nō po-
terat ex rationibus ibi adductis *à num.* 6. et
præsertim propter illam, in mixtis, nempe, at-
143 tendendam esse qualitatem magis fauora-
bilem, et non magis odiosam, quod certè nō
sequeretur, si iuspatronatus haberetur pro
clericali, et sic subiectum reseruationibus,
144 quod redūdaret in præiudicium laicorum,
quibus iura liberam nominationem indulxe-
runt ex rationibus supra adductis, ad quod
non aduertit *d. decis. 46. de præbend.* vt sedulò
perpendit Rota *coram Achill d. decis.* 316. *vers.*
nō aduertit, quod loquitur in fauorabilibus &c.
Prædicta *decisio* 46 *de prabend. in antiq.* fuit
deinde etiam reiecta *coram bo. me. Card.* Man-
tic. *decis.* 292 *num.* 4 *vers. Nec obstat. Rota de-*
cis. 46. *&c* ibique *num.* 3. optimè firmatur cō-
145 clusio nostra, nempe iuspatronatus mixtum,
reputari laicale, ne comprehendatur sub de-
rogationibus, & plura allegantur.
Ade decisionem *in causa Valentina Benefi-*
cij 6. Octobris 1576. *coram bo. mem. Robuster. est*
decis. 574 *numer.* 10 *vers. cum Iuspatronatus sit*
mixtum, attenditur qualitas laicalis &c. necnon
in causa Firmana Beneficij 13. *Maij* 1596. *co-*
ram clar. mem. Card. Pamphil, *& in causa Au-*
ximana Iurispatronatus coram bon. mem. Card.
Seraph. *inter eius impress. decis.* 719. *num* 4. *vers.*
in casu mixturæ præualet qualitas laicalis, &
requiritur derogatio &c, idemque fuit decisū
in causa Firmana Iurispatronat. 5. *Maij* 1614.
& 5. Decembris eiusdem coram bon. me. Andrea.
est inter eius impress. decis. 22. *sub num.* 6. *vers.*
quia obiectum procedit in iurepatronatus simpli-
ci Ecclesiastico, secus in mixto &c. ibique aliæ
decisiones allegantur, postea etiam sic quo-
que fuit responsum *in causa Dertusen. Benefi-*
cij 27. *Aprilis* 1626. *coram re. mem.* Merlino *est*
decisio 655. *num.* 2 *vers. agitur de iurepatrona-*
tus mixto, quod non cadit sub regula reserua-
toria mensium &c. part. 4. *recent. tom.* 3. *inter*
eius impress. est decisio. 293. *numer.* 2. & annecti
etiam potest *decisio in causa Viterbien. Iurispa-*
tronatus 4. *Maij* 1610. *coram bo. mem.* Cardin.
Sacrato, *est decisio* 273. *num.* 4. *part.* 3. *recent.*
146 vbi deciditur, si Iuspatronatus ab Episcopo
sit fundatum mixtim de redditibus patrimo-
nij, et de redditibus Ecclesiasticis, non cadit
sub reseruationibus Apostolicis, ea de ratio-
ne quia ad effectum euitandæ reseruationis,
pars laicalis præualet Ecclesiasticæ.
Nec relinquenda est decisio *in causa Roma-*
na Beneficiatus 22. *Maij* 1623. *coram bo. mem.*
Coccino *à me relata in part.* 4. *recent. tom.* 2. *de-*
cis. 482. *num.* 26. vbi dicitur, Iuspatronatus, si
147 competat alicui confraternitati laicorum,
licet ea confraternitas sit annexa loco pio, seu
Ecclesiæ, nihilominus tale iuspatronatus iudi-
candum est laicale, quæ opinio prætenditur
148 æquior ad effectum excludendi reseruatio-
nes &c. *In eadem causa habetur altera decisio*
sub die 7 Februarij 1628. *coram Reuerendissi-*
mo Vrgellen. est inter eius impressas decis. 130.
et in part. 5. *recent decis.* 144. & in supradictis
decisionibus allegantur multi Doctores, tàm
antiqui, quàm moderni, qui adductas con-
clusiones defendunt. Aliud non refero circa
hoc incidens, quale adduxi ad effectum pro-
149 bandi, sæpe sæpius ratione societatis asse-
quimur nonnulla, quæ per nos penitus asse-
qui non valeremus, Ideoque ne iterum latè
vagari cogar tantum aliud simile adducam
in seq. capite, & postea ad conclusionem prin-
cipalem redeam, scilicet legata prophana va-
lere si reperiantur relicta in testamento pio
150 minus solemni, quia dum illud valet, vale-
re etiam debent legata in eo relicta, et dein-
de in capite separato respondebo obiectio-
nibus.

ARGVMENTVM.

In præsenti capite adducitur aliud celebre exē-
plum, circa famigeratam conclusionem, de
qua in præcedent. cap. quod multoties priui-
legium, quis consequitur per alium, quale
nullatenus per se consequi valeret, et est, quā-
do plures fuerunt socij ad committendum
aliquod delictum, inter quos interfuit aliquis
clericus, et omnes capti fuerunt per Iudicem
Laicum.

Tunc enim indubitatè dictus Iudex non solum
remittere debet Clericum ad Iudicem suum
Ecclesiasticum, et hoc quidem statim, cū fun-
ditus nullam habeat in eo iurisdictionem, sed
etiam simul cum clerico omnes alij, qui simul
cum eo delinquerunt, remittendi sunt ad eū-
dem Iudicem, et hoc quidem, quia cum ille
clericus, sit dignior omnibus laicis, et ne con-
tinentiæ causarum diuidantur, et sic ne se-
quatur aliquod absurdum, Vnde ille clericus
omnes illos socios trahit ad suum Iudicem,
et quale bonum ex hoc posset sequi vide hic
à num. 172.

Socius alicuius priuilegiati gaudet, et ipse eo-
dem priuilegio, Hinc famuli, et inseruientes
Episcopo

Episcopo gaudent priuilegio fori, Et aliqua deducuntur, circa illud iuris axioma, quod concesso vno, omnia videntur esse concessa, per quæ deuenitur ad illud.

S V M M A R I V M.

151 *Delinquentes plures, si simul sint capti inter quos vnus clericus reperiatur, et capti sint omnes à Iudice Laico, omnes debent remitti ad Iudicem Ecclesiasticum.*

152 *Clericus per Iudicem secularem captus, quãdo constat esse talem,*

153 *Statim absque causa cognitione debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum. & num. 155.*

154 *Iudex Laicus capiendo clericum, de facto reuocare debet, quod de facto fecit.*
Quod procedit etiamsi Clericus fuerit citatus, & condemnatus, in contumaciam, vel si consenserit in iurisdictionem Laicalem. & numer. 157.

158 *Laici delinquentes cum clerico, & simul capti remitti debent ad Iudicem Ecclesiasticum tamquam digniorem,*
Et hoc ne continentia causæ diuidatur, & quis fuerit auctor dictæ opinionis. num. 162.

159 *Causarum continentia ideo non debent diuidi, ne sequatur absurdum, si in eadem causa variæ sententiæ ferantur.*

160 *Causarum continentia, quæ dicantur. & numer. 161.*

162 *Potentius, & dignius trahit ad se minus potentem, & dignum.*

163 *Laicus ratione Clerici socij conueniendus est coram Episcopo.*

165 *Laicus si sit captus cum clerico socio criminis, à Iudice Laico, debẽt ambo remitti ad Iudicem Ecclesiasticum,*

166 *Imò talem remissionem non petendo Clericus, potest id petere Laicus.*

167 *Et iterum amplia etiamsi omnes Laici taceant, et nihilominus vnus ex Laicis petente pro se, omnes debent remitti.*

168 *Laicus captus cũ clerico socio criminis à Iudice Laico, quod ambo debeant remitti ad Iudicem Ecclesiasticum.*

169 *Fuit decisum in Senatu Pedemontano, in Senatu Burdegal, & id etiam seruatur in Statu Mediolanensi, et corroboratur ex decreto Sacræ Consultæ. num. 170.*

171 *Nonnulli tamen Iudices prædictam opinionẽ, non seruant, & hoc quidem male.*

172 *Et supradicta opinio semper in scrinio pectoris est tenenda, cum per eam quis possit tolli ex faucibus mortis. et nu. 173.*

174 *Immunis ab oneribus ob numerum 12. filiorũ, an ea iuuet etiam alijs fratribus socijs in communione viuentibus.*

175 *Frater Doctoris gaudet priuilegijs eius.*
Frater habitans cum fratre immuni ab oneribus, eadem immunitate gaudet.

176 *Familia tota censetur exempta si alicui domui sit concessa exemptio.*

177 *Famuli. & interuenientes Episcopo gaudent priuilegio fori. & nu. 178. 179 et 180.*

181 *Quod procedit tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus. Et an ad hoc requiratur mens, & dens.*

182 *Priuilegium, si alicui competat, competere etiã debet omnibus, sine quibus illud priuilegium illi non suffragaretur.*

183 *Priuilegium concessum, quoad bona Hospitalis, intelligitur etiam cõcessa quoad illa bona, quæ deseruiunt Ministris.*

184 *Hospitale sine Ministris inseruientibus infirmis, non potest consistere.*

185 *in Vsum pauperum infirmorum verè dicitur cõuerti, quod in necessarium vsum deseruientium ipsis impenditur.*

186 *ad Nauem armandam videtur esse conuersũ id, quod impensum est in alimenta nautarũ.*

187 *Vxori, si maritus relinquat, quod eius causa parata sunt, Cedunt in legatum etiam ea, quæ parata erant ad vsum ancillæ, vxori, inseruientis.*

188 *Occidendi aliquem à Iure habens licentiam potest etiam conuocare amicos, vel socios ad id peragendum.*
Concesso vno, censetur concessũ omne id, quod ad illud est necessarium.
Venetis, ex eo, quod permiserunt Ianuensibus, vt possent nauigare in gulfo Venetorum, quid dicatur etiam eis permissum.

189 *Militum priuilegio omnes gaudent, qui inseruiunt exercitibus pro rebus necessarijs.*

191 *inter Litigantes plures, seu correi debendi. si adsit Clericus, omnes debent trahi ad Iudicẽ Ecclesiasticum.*

192 *Quæ conclusio ab omnibus est approbata, & sic fuit decisum in Camera Imperiali, & in Rota Romana. nu. 193.*

194 *Quod procedit etiamsi ageretur de bonis patrimonialibus.*

195 *Iurisdictiones distinctæ sunt, & hoc tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus.*
Iudices Laici, dũ plures delinquentes capere fecerunt, si inter eos adsint clerici, solent dicere remittimus clericos, et retinemus laicos. declara vt nu. 197. 198. & 199.

199 *Delinquentes plures si sint capti, dum adsunt clerici, et laici, omnes sunt iudicandi per Iudicem Ecclesiasticum, etiamsi sint plures Laici, quàm Clerici.*

200 *Apostilla ad Alexand. cons. 122. numer. 16. in litera M. lib. 4. refutatur.*

201 *Dignior, vel magis priuilegiatus, quis sit id nõ dignoscitur ex numero maiori.*

202 *Iudex Laicus, quãdo possit iudicare laicos, qui simul deliquerunt cum clerico. et numer. 203. & seq.*

C A-

CAPVT LVII.

LEgata prophana relicta in testamento
pio minus solemni, quod valeant pro-
batum iam est supra,& præsertim id ratione
communionis quia si valet institutio, valent
etiam legata in eo relicta, et præter alia exē-
pla supra relata,aliud addam,& erit, quod si
plures simul delinquant,inter quos vnus cle-
151 ricus reperiatur,et simul capti sint à iudice
seculari,tunc ipse clericus potest,et debet pe-
tere se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum,
iuxta cap si Iudex. de sentent excommun. in 6.
vbi deciditur Clericum,quando notoriè con-
152 stat per Iudicem secularem deprehensum
esse beneficiatum,seu in sacris ordinibus con-
stitutum,statim remitti debere ad Iudicem
153 Ecclesiasticum absque alia causæ cognitio-
ne,& id docent,et defendūt *Ægid.* Boss. *in sua
prax criminal.titul.de for.competent. num.153.
vers si communiter.* Couar: *pract. quæstion.cap.
33 n.3.vers. fortassis in hac materia* Decian. *in
tractat.criminal.tom 1.lib.4.cap.9.n.25. & 99.
Paulu*,Pacian.*de probat cap 34.nu. 21.*Farin. *in
prax.crimin quæst 8.num.36.*Quare Iudex lai-
154 cus de facto reuocare debet, quod de facto
fecit,*ita Specul de citat §.1.n 20 par 2.*Archid.
*in can placita.15.quæst.4.*Io. Andr. *in cap.fort-
ti.in mercur.de regul.iur.*Cyn.*in l generaliter.C.
de Episcop.& Cleric.cū alijs citatis per* Alexan.
in consil.149.n 13.lib.6. et ex modernis adde
Alex Ambros *de immunit.Eccles.cap.17.nu.17.
Maur.*Burg.*de mod.procedend.ex abrupt.quæst
65.num 8. & seq.*

Vbi plus dicit,quod statim,& absque mora
155 debeant remitti ad Iudicem Ecclesiasticū,
*prout sancitum fuit in illo Regno per cap.Regn.
Regis Ferdinandi 37. & in cap.125. & per Ca-
rol.V. cap.48.*Caualcan.*de Brach. Reg. part.2
num.130.& latissimè id tractat. Petr.*Caball. *in
quæst crimin. centur.3. cas.224.per totum. vbi
infinitos cumulat,et cas.225. numer.1. & seqq.*
156 *et numer.* 31. Vbi etiam dicit id procedere,
etiam si Clericus fuerit citatus, & condem-
natus in contumaciam,& *numer.*40. etiam si
157 consenserit in laicalem iurisdictionem &c.
Vide etiam *Sebastian.* Guazzin. *ad defens.reor.
defens.10.cap.9 à n.5 vers.statim & absq. mora
debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum &c.*
atque ita fuit decisum in Sacro Consilio Nea-
politano, *apud D. Regentem Hectorem* Capyc.
Latr.*decis.73.num.41.vers. statim enim, quod
constat Clericum esse beneficiatum, vel in sacris
ordinibus esse constitutum debet remitti ad Iu-
dicem Ecclesiasticum &c.*

Remisso igitur sicuti iura decernunt, cleri-
158 co ad suum Iudicem Ecclesiasticum,pariter
omnes Laici, qui simul cum eo deliquerunt,
secum remitti debent ad eundem Iudicem
Ecclesiasticum,*ad text.in l.si communem.ff quē
seru.amitt.*ne continentia causæ diuidatur, &
159 ne sequatur absurdum, si in eadem causa
variæ sententiæ ferantur,& fortè contrariæ,&
propter hanc causam regulariter prohibita
est eiusdem causæ diuisio, *vt tot. titul.ff. quib.
reb.ad eumdem iud. eat l. nulli.C. de Iudic.l.1.
§.vltim.ff.de assert. tollend. cap 1. & 2.de caus.
possess. & propriet.*Dec.*in cap.Sicut Romana
num.41.de rescript.*Ias.*in d.l.nulli. in 11.notab.*
vbi hoc ponit id pro regula, cū sex limitatio-
nibus necessarijs, & septem ponit *Menoch. in
tractat.de arbitr.Iudic. lib.2. centur.4. cas.371.
num.4.*& explicat, quæ dicatur continentia
160 ipsa causæ. *Bart.in d.l.nulli.& ibi Card. Al-
banus* Paris.*Schardius,Vuessenbec. in addit. To-
lemann.de Benig. in obseruat.Imper.Camer. pē-
tecost.2.obseruat.50.*Cassan *in consuetud. Bur-
gen.rub.de censib.§ 1.glos.1.num.11.Augustin.*
Berous.*consil.75.num.3.lib.3.*Gratian. *discept.
forens.cap.569. num.21* Cuiac. *lib.9. obseruat.
cap.10.*Camill.Borell.*in pragm.odia. §.2. glos.1.
sub.n.244.& seq.*& respōdit Audientia Baten.
*apud Francisc.V in.decis.136.nu 1. vers. causa
continentia diuidi non debet coram diuersis iudi-
cibus &c* et in Consilio Neapolitan,*secundum
Matth.de Afflict.decis.354.sub nu.4. vers. con-
tinentia causæ non debet diuidi, & si diuida-
tur &c.*vbi etiam *nu.5.* habes quot modis di-
161 catur continentia id quoque solidè tractat
Matth.Stephan. Pomeranus. *de Iurisdiction.
lib 1.cap.32.titul.De quinto modo sortiend. for-
ration caus.continent.per tot.*

Ita pariter resolutum pluries habetur in
Rota Romana, et præsertim *coram bon mem.
Card.* Sacrato *in causa Romana attentatorum.
12.Iunij.1609. §.1.vers.& magnam connexita-
tem huius causæ cum alijs, ex qua sit multum
verisimile,quod Signatura noluerit illas diuidere
contra text &c.*nec non antea fuit dictum *co-
ram bon.mem.*Penia. *in causa* Romana *Reddi-
tionis rationis. 23. Martij 1590. est inter eius
impress decis.76. num.17. vers. ne continentia
causarum diuidatur &c. & deinde coram bon.
mem.* Card. Vbald *in causa Cæsaraugustana
Cathedralitatis.4.Februar.1632. est decisio 91.
num.21.vers.ne continentiæ causarum diuidan-
tur &c.part.6.recent. & coram bon. me.* Bocca-
bell.*in causa* Romana,*seu Ianuen. locorū Mō-
tium.4.Iulij 1635. & corā R.P.D.* Terracinen.
*in Bononien. Prædij 5. Decembris 1636. sunt in
7.part recent decis.70 sub.nu.6. & 179.num.7.*

Propter hanc ergo rationem, ne continen-
tia causæ diuidatur,omnes laici,qui vna cum
162 Clerico deliquerunt debent remitti à Iudi-
ce laico, ad Iudicem Ecclesiasticum, tamquā
eo maiorem,& digniorē,*iuxta notat. in auth.
quomod oportet Episcop. & in l. omni nouatione
C de sacrosanct.Eccles.*et probatur *in cap. soli-
tæ.extra de maior. & obed.* non enim contro-
163 uertitur maximè in fauorabilibus,quia po-
tentius,et dignius trahat ad se minus dignū,
vt in l.per minorem.ff.de iudic.& in cap.quanto
de

Digitized by Google

de indic. cum simil. & sic priuilegiatus adiuuat, et qualificat socium non priuilegiatum, vt in terminis nostris concludunt Maraat. de ordin. Iudic. part. 4. distinct. 11. num. 22. Paris. in consil. 154. nu. 1. lib. 4. Card. Alban. in consil. 13. n. 6.

Auctor verò dictæ opinionis, de remittendis hoc casu laicos ad Iudicem Ecclesiasticum fuit, Anton. de Prat Veter. in l. 1. in fin. ff. quæ sentent. sin appellat. rescind. & faciunt notata per Bald. in l. præcipimus. C. de appellat. & ibi expressius voluit Bart. in §. eodem obseruando,
164 vbi dicit, quod laicus ratione Clerici socij conuenitur coram Episcopo. Ad id comprobandum est etiã bonus textus in cap. per tuas de arbitr. et in cap. constitutus. de restit. in integ. prout scitè declarat Marian. Socin. in repetit. cap. prudentiam, 2. sub. num. 30. de mut. petit. vbi etiam prædictam opinionem maximis præ-
164 conijs extollit, & ingenuè admonet, tale dictum esse singularissimum, & memoriæ commendandum, & quotidie potest contingere, & honorem quam maximum, & vtilia etiam afferre, vide pariter eundem Socin. in l. cum senatus in fin. ff. de reb. dub. vbi inquit ita de facto obtinuisse, & allegat. Felin. in cap. 1. n. 6. vers. & dixit de præscript. Crot. in l. 1. num. 6. in 2. notab. ff. de verb. obligat. Stephan. Aufre. in clem. 1. de for. competent. 2. regul. fallen. 15. Ferrat. caut. 10. Seapp. de iure non scripr. lib. 1. cap. 11. numer. 24. & seqq. Duard. in Bulla Cœn. DOMINI. can. 15. quæst. 11. nu. 48. Menoch. de arbitrar. Iud. cas. 371. n. 13. Decian. in tract. criminal part. 1 lib. 4. cap. 9. num. 44. Vbert. Zuccard. in l. posthumo. nu. 36. C. de bon. possess. contra tabul.

Vbi etiam ait prædictam conclusionem esse
166 adeo veram, vt quoque non petente clerico, talem remissionem, laici eam petere possunt &c. Supradictam opinionem etiam consulendo amplexi sunt, Paris. in consil. 154. nu. 1. vers. nedum ipse clericus est remittendus, sed etiã laici complices. &c. lib. 4. Natta in consil. 591. n. 18. vers. si plures simul sunt capti, quorum vnus est clericus &c. Hyppolit. Riminald. in consil. 592. num. 42. vers. si delictum fuerit à pluribus commissum, inter quos adsit vnus clericus &c. Surd. in consil. 396. num. 18. vers. si eodem facinore interuenerint laici, & clericus, omnes erunt remittendi ad Iudicem Ecclesiasticum &c. monetque hoc esse singulare, & summè notandũ
167 et post Decian. id ampliat, etiam si laici omnes taceant, quia nihilominus vnus ex laicis petens pro se, erunt omnes remittẽdi ad Iudicem Ecclesiasticum.

168 Sic pariter fuit decisum in Senatu Pedemõtano apud Osasch. decis. 103. vers. si delictum vnum fuisset commissum à pluribus, inter quos esset vnus Clericus competens iudex est Ecclesiasticus &c. Subditque ita vidisse obtentum. Et idem fuit animaduersum in Senatu Burdegal. teste Boer. decis. 300. num. 2. vers. quod dicitur de Clerico, & Laico delinquentibus, vt remitti debeant ad Iudicem Ecclesiasticum &c.
169 Quod enim id obseruetur in statu Mediolanensi affirmat. Bartolom. Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. in verb. s'il n'à grace, Tandem vide Scacc. de iudic. caus. ciuil. & criminal lib. 1 cap. 11. n. 14. vbi inquit quod ita vidit seruari ex decreto Sacræ consultæ, quæ de anno 1519. die decima Decembris. rescripsit D. Pompeo de Amatis Commissario Ciuitatis
170 Tusculanæ, vt tàm clericum, quàm laicos inquisitos de violentia illata cuidam mulieri, remitteret ad Iudicem Ecclesiasticum, & ita cum eo testatur Farinac. in prax. quæst. 8. num. 151. in fin. et nuper id retulit. Io. Baptist. Carlin. controuers. forens. cap. 24. n. 17. qui etiam refert Marebes. de commiss. tom. 2. fol. 249. nu. 1. 2. & seq. & late Farinac. in prax. d. quæst. 8. nu. 151. Marc. Anton. Maceraten lib. 3. resolut. 48. num. 4. & seq. Petr. Calefact. consil. 101. num. 2. seqq. tom. 1. consil. criminal. diuers. Alex. Trentacinq. consil. 12. nu. 12 vol. 2, Sebastian. Guazzin. in tractat. ad Defens. reorum tom. 1. defens. 1 in defect. iurisdiction. cap. 1. num. 19. vers. Laicus delinquens vna cum clerico ratione connexitatis punitur per Iudicem Ecclesiasticũ &c. Sed heu, vt inquit Menoch. de arbitrar. Iudic. d. cas. 371. n. 13. in fin. Iudices Laici vix obseruant supra relatam communem, opinionem licet esset obseruanda, ne continentia causæ diuidatur.

Inter alios DD. qui prædictam opinionem mirificè extollunt est, Hippolit. de Marsil. in singul. 180. incip. Plura, et plura iam dedi. per tot. vbi inquit, hanc conclusionem semper te-
172 nendam esse in scrinio pectoris, subditque hunc esse mirabilem effectum communionis, & societatis, in fine verò sic concludit. Tene menti prædictam cõclusionem, vt possis adiuuare amicum, seu clientulum tuum captum, et carceratum, quia ex hac doctrina poteris liberare
173 quamplures à faucibus mortis, quia cum sint in manibus Iudicis Ecclesiastici sunt tuti à mortis pœna, licet non ab aliqua pœna inducta de iure canonico. & ex hoc poteris lucrari multas pecunias. & tunc eris memor mei &c. Vide pariter sub n. 3. vbi ait, se vidisse consultum per Excellent. Doctorem, Ludouic. de Ludouisijs Bononien. quod immunis ab oneribus ob numerũ 12. liberorum, hanc immunitatem prodesse
174 etiam aliis fratribus sociis in communione bonorum existentibus, & simul habitantibus, & hoc propter personam fratris sui, quale cõsultum, vt ipse Marsil. subdit bonis rationibus, & iuribus fuisse redditum, illique plures Doctores se subscripsisse, & adde Natt. in consil. 590. num. 19. vers. immunis ab oneribus ob numerum 12. filiorum &c. Et consule. Couar. variar. quæst. 34. num. 2. Nec à prædicta opinione dissentire videtur Rota, vt apparet ex decisione in causa Romana Altinis non tollendi 3 Decembris. 1618 coram bon. mem. Pitouano, & Buratt, vbi post glos. Ias. Marsil & Bald. in addit. ad specul. in titul. de Magist. in fin. inquit, nota,

175 nota, quod frater Doctoris gaudet priuilegijs illius, et frater habitans cum fratre immuni ab oneribus, eadem immunitate gaudet, & allegantur supradicta consilia Nattæ.

Et facit vulgata illa regula, quod exempta
176 domo alicuius censetur exempta tota eius familia, *ex allegatis per* Nouat. *in tractat. de electiõn. & var. for. sect. 2. quæst. 35. nu. 6. part. 1.* et post eum asserit D. *Petr. Francisc.* Tondut. *in tractat. de præuent. iudiciali part. 1. cap. 29. n. 6. vers. & exempta domo alicuius censetur etiam exempta tota familia &c.* Hinc etiam est, quod famuli, et familiares, seu inseruentes Episcopo, gaudent priuilegio fori. *ad tradita in cap. cum non ab homine, de iudic. & in cap. final. de offic. Archidiac. & latè* Barbos. *in tractat. de Iure Eccles. vniuers. lib. 1. cap. 39. §. 4. num. 34. & in tractat. de Episcop. part. 3. allegat. 107. nu. 11. & seq.* quod procedit tam in Ciuilibus,
178 quàm in Criminalibus, vnde si delinquerint, non à seculari, sed ab Ecclesiastico Iudice sunt puniendi, vt scriptum reliquerunt Abb. *in cap. fin. num. 5. per illum textum, & ibi etiam* Io Andr. *n. 2.* Ant. de Butr. *n. 22* Petr. de Anchar. *n. 4.* et Bellam. *post n. 1. Idem* Abb. *in cap. 2. post num. 6. vers. in familia vero Episcopi, & ibi quoque* Ant. de Butr. *num. 4.* Imol. *nu. 2.* et Felin. *num. 2. de for. compet,* Calcan. *consil. 70* Io. de Monte Sperell. *inter consil. Calcan. cons. 71.* vbi asseuerat, ita communiter teneri. *Benedict.* de Baptizat. *inter eadem consil.* Calcan. *consil 52.* Ausfcer. *in tractat. de potestat. secular. in Ecclesiast. person. regul. 2. nu. 36.* Farinac. *prax. crimin. titul. de inquisit. quæst. 8. n. 46.* vbi asserit hanc esse communem opinionem. *Decian. in tractat. criminal. lib. 4. cap 9. num. 47 56. et 58.* Marc Anton. Genuen. *in prax. Cur. Archiepisc. Neapolit cap. 8. n. 6.*

Vbi inquit, quod ita omnes communiter
179 tenent, & testatur Curiam Archiepiscopalē Neapolis esse in quasi hac possessione, remissumque fuisse de anno 1594. ad Curiam Archiepiscopalem Iosephum Vinacciam laicum eiusdem Curiæ familiarem, inquisitum in magna Curia Vicariæ de delictis commissis in ea ciuitate ex officio, quod gerebat in Curia Archiepiscopali, vide etiam *Guazz. in tractat. ad defens. reorum lib. 1. defens. 20. cap. 3. numer 23 & seqq & id pluribus modis ampliat* Barbos. *de potest. Episcop. d. allegat. 107. n. 3. p. 3.* Doctor Marta *in tract. de iurisdiction. part. 4. cas. 111. num. 3. & seqq. vbi de commun. Marc.* Burg. *in tractat. de mod. procedent. ex abrupt. quæst. 65. num. 77 & seqq.* Io. Franc. Leo *in thesaur. for. Ecclesiast. part. 2. cap. 11. de priuileg. clericor. num. 17.* Iul. Carthar. *in tractat. de Immunit. Ecclesiast. à num. 105.* vbi abundè. *Mar.* Giurb. *consil. Criminal. 88. num. 1. & per tot.* in quo loquitur de Magistro actorum Curiæ Episcopalis, et probat eum gaudere debere
180 priuilegio fori, idque ampliat *nu. 13.* et seq. sue familiaris deliquerit in officio, seu extra officium in fine attestatur fuisse resolutum in Sacro Regio Consilio, Domino Protege præ-
181 sēte, fori Ecclesiastici priuilegio magistrum notarium Episcopi gaudere pro delicto etiam extra officium commisso *Capyc. decis. 12. nu. 1. vbi de communi* Thesaur. *decis. Pedemont. 22. num. 6* Viu. *decis. 116. num. 1. lib. 1.* Thor. *in cõpend decis. Neapolit in littera F. vers. familia* Capel Tholos. *decis. 378.*

An autem ad hoc requiratur mens, & dens
182 videatur *Gratian. discept. forens. cap. 340. à nu. 17.* cū alijs allegatis *per D. Tondut de præuent. iudicial. d. part. 1. cap. 23. vers. non requiri, quod Episcopo seruiat mente, & dente &c.* Addo ad hoc generale illud Iuris axioma, quod quādo aliquod priuilegium competit alicui, competere etiam debet omnibus, sine quibus ille
183 suo priuilegio cōmode vti nō potest, *vt firmat* Felin. *in cap. 2. mem. 2. vers. tene istam conclusionem &c. de for. competent* Io. Ant. Nigr. *in extrauag. vnic. n. 21. de vit. & honest. Cleric. post* Bart. *de represal. part. 7. quæst. 7. princip. num. 8.* Bald. *in l. friniarios. C. de milit. testam.* Luc. de Pen. *in rubric. ad titul. C. de apparit. Præfect. Verb. circa fin. vers. cuius ratio est &c.* Gratian. *decis. March. 233 numer. 7. vers. prout conceditur regulariter illis, sine quibus priuilegiatus &c.* Oldrad. *consil. 112. incip. Thema tale est &c.* vbi respondit, quod priuilegium concessum hospitali vt de eius prouentibus, & redditibus, quod in vsus pauperum cōuertuntur decima non soluatur, illud etiam extendatur ad pro-
184 uentus, et redditus eorum bonorum, quæ hospitalarijs, seu infirmis inseruientibus, et ratio est, quia sine ipsis hospitale non posset consistere, *vt in l. 1. & 2. C. de vxor. milit. & arg. leg. vnic ff de bonor. poss. cont. tabul & l. quæsitum ff. de fund. instruc.* Nam & verè in vsum
185 pauperum infirmorum videtur conuerti, quod in necessarium vsum deseruentium infirmis conuertitur, sicuti videtur ad armandam nauem esse conuersum, quod expensum
186 est, in alimenta nautarum *vt in l. 1. §. non autem ex omni. ibi, vel nautas exibendo. ff. de exerc.* Hinc est si Testator leget vxori eius causa parata, cedunt in legatū, etiam ea, quæ
187 parata erāt ad vsum ancillæ seruientis vxori, quasi per quoddam medium videantur vxoris causa parata, *iuxta l. vxori, ff. de aur. & arg legat. & ibi not. & l. cæterum. ff. de vsu, & l. veteris. habitat. l. penult ff. de precar. l. si stipulatum fuero ff. de verb. obligat. & l. veteris. ff. de itin. actuq. priuat.* et videatur Marsil. *in singul. 175.* vbi illud iubet notari, quod habens licē-
188 tiam aliquid faciendi, vt puta hominem occidendi potest quoque amicos congregare, vt ipsum addiuuent & refert *Cepoll.* asserentē *in consil. 4.* se ita in facto obtinuisse Veronæ, vbi adest statutum, quod fratri reperienti aliquem cum sorore sua turpiter conuersantem liceat eum occidere, & hoc propter illam Iuris regulam, quod concesso vno, omnia videntur con-

cõcessa per quã deuenitur ad illud. l. 1. ff. de iurisdict. omn. iud. l. 3. §. qui habet. ff. de seruit. rust.
prad. l. si venditor. ff. de reliq. & sumpt. fun. dicta
l. vxori. ff. de aur. arg. leg. & propter dictam Iu-
ris regulam consuluit Angel. in cons. 290. nu. 6.
versicul. defendamus igitur &c. quod ex quo
DD. Veneti permiserunt Ianuẽsibus posse na-
uigare in gulfo Venetorum, non possunt pro-
hibere applicationem Nauigantium ad por-
tus proprios, quia aliàs nauigatio esset inuti-
lis, & latius vt ibi. Tandem omnes qui inser-
uiunt exercitui pro rebus necessarijs ad il-
189 lud spectantibus, habent priuilegia mili-
tum, & exceptionem hosticam, cum laborent,
inseruiendo militibus. l. administrãtes. §. 1. ff. de
excusat. tut. & curat. l. inter eos. §. vltim. ff. ex
quibus caus. maior. & l. fin. C. de militar. testam.
190 & quid requiratur, vt gaudeant priuilegio
testandi iure militari, optimè deduxit Rota
coram bo. me. Merlino decis. 862. à num. 1. versic.
inseruientes militibus &c. Et nunc præsistendo
in terminis de quibus supra nu. 151.

Vnde, quod dixi de laicis delinquentibus cũ
clerico, vt tũc sint cõdemnãdi à Iudice Eccle-
191 siastico, idẽ quoq; intellige, quando sunt cõ-
sortes plures in lite, vel correi debendi, quia si
inter eos adsit vnus clericus, omnes debẽt tra-
hi ad Iudicem Ecclesiasticũ. glos. in l. iustissimè.
ff. de ædilit. edict. Bart in l. iuris peritis. § cum
oriundus ff de excusat. tut. & in l hæres absens.
ff de iudic. & facit text. notabilis in l. is qui duos
ff de liberat. legat. & in l. nulli. C. de iudic. Steph.
Ausret. in tractat. de potest. Eccles. super laic. &
reb. eor. cap. 1 nu. 49. vers. laicus, & clericus cor-
rei debendi debet coram Iudice Ecclesiastico con-
ueniri &c. Surd. in consil. 122 sub num. 2. Mar.
Anto. in variar. resolut. lib. 1. resol. 42. numer. 4.
& resolut. 98. num. 1. Alex. in cons. 122. sub nu-
mer. 16. in fin. vers. si in eadem causa concurrit
clericus, & laicus, ratione clerici, laicus coram
Episcopo conuenitur &c. lib. 4. ibique Addentes
plures alias auctoritates ad id comprobandũ
expendunt. adde Boss in sua pran. titul. de for.
competent. num. 146. Gratian. discept forens cap.
641. num. 1. & 2. vbi pluribus relatis affirmat
192 hanc conclusionem ab omnibus esse appro-
batam, sic quoque fuit iudicatum in Camera
Imperiali teste Gaill. obseru. Imp. lib. 1. cap. 37.
sub num. 2. vers. laici ratione connexitatis gau-
193 dent priuilegio clericorum &c. ita etiam ser-
uat Rota vt bene patet ex decis. 957. coram bo.
mem Card. Seraph. quæ loquitur de fratribus
Aldobrandinis, qui omnes fuerunt remissi ad
iudicem Ecclesiasticum, quamuis essent laici,
194 cum vnus ex eis esset clericus, & Auditor
Rotę, licet etiam ageretur de bonis patrimo-
nialibus, cum respectu fori, nulla sit facienda
distinctio. cap. si diligenti, & cap. significati de
for. cõpetent. l. nulli. C. de iudic. D. Regens Capyc.
Latr. decis. Neapolit. 196. num. 37. vers. priuile-
giatus trahit etiam causam nonpriuilegiatorum,
ne continentia causa diuidatur &c.

Nec obstat iurisdictiones esse distinctas, &
195 sic vna non tollat alteram, siue in ciuilibus,
siue in criminalibus. cap. solitæ. de maiorit. &
obedient. cap. nouit. de iudic. cap per venerabilem,
qui filij sint legit. can. duo sunt. cau. ad verum,
& can. bene quidem. 96. distinct. & propterea
196 dicere solent Iudices laici, remittimus cle-
ricum, & retinemus laicum, vt probari vide-
tur per text. in l. si quis vxori in princip. ff de
furt. Capic decis. 173. Osasch. decis. 103. num. 9.
& 10. cum alijs allegatis per Foller. in prax. cri-
minal vers. audiantur excusatores. numer. 157.
vers. quid si clericus, et laicus &c. et per D. Re-
gentem Hector. Capyc Latr. d. decis. 196 nu. 40.
vers quando Clericus, & Laicus sunt inquisiti
de eodem delicto &c. lib. 2. & per And. Fachin.
controuers. iur. lib. 9. cap. 31.

Quia prima nostra opinio procedit in ne-
197 gotijs, & causis indiuiduis, & connexis, &
inseparabilibus, & quæ habent commixtionẽ
huiusmodi, vt negotij vnitate res videatur
198 eadem. & tunc clericus trahit secum laicum
litis consortem, vel delicti socium ad Curiam
Ecclesiasticam. Ita vt Iudex Ecclesiasticus
possit iudicare simul clericum, & laicum reos
199 conuentos, vel accusatos, etiã si plures sint
laici, quàm clerici, quidquid, & male aduertit
Apostilla ad Alex. in cons. 122. sub num. 16. in
litera M lib 4. Vbi sẽtire videtur, quod si plu-
200 res sint laici, & vnus clericus, præualet nu-
merus, & ideo Iudex laicus adeundus sit &c.
quia non attenditur numerus, sed quis sit di-
gnior, vt sæpe dixi. Non enim ex numero,
201 seu quantitate personarũ dignoscitur, quid
sit dignius, et magis priuilegiatum, nam di-
gnitas maius & priuilegium, respectu maio-
ris rationis, et causæ perpenditur, quàm enim
præcellat dignitas Clericalis, quoad Laicos sa-
tis notum est, ac luce ipsa est clarius.

Altera verò opinio procedit. quando ma-
202 teria est diuidua, & separabilis ex sui natu-
ra ita, vt vterque Iudex possit commodè cau-
sam cognoscere absque eo, quod tangat sub-
ditum alterius, tunc enim laicus erit conue-
niendus, vel accusandus apud suum Iudicem
203 laicum, et Iudex Ecclesiasticus cognoscet
causã clerici, vt latè per Ciarliu. cõtrou. forens.
cap. 34. n. 30. par. 1. Et licet ista distinctio à mul-
tis prætendatur vera, communis, & practica-
ta, tamen nonnulli alij eam refutant, simpli-
citer, & indistinctè tenendo, quando est com-
204 munis cum clerico causa aliqua, siuè simus
in indiuiduis, siue in diuiduis, remittenda est
ad Iudicem Ecclesiasticum.

Qualitercumque sit, sat mihi fuit, primam
partem distinctionis satis apparenter defen-
205 disse, quæ facit ad propositum nostrum, vt
quis multoties ratione societatis, & commu-
nionis consequatur id, quod per se ipsũ aliàs
non assequeretur. Altera verò conclusio, cum
non agatur de societate, sed de separabilibus,
& diuiduis, quæ non facit ad casum nostrum,

Ggg 2 ideo-

206 ideoque alibi discutiendum relinquo. Vnde
modo ex his diuerticulis in viam redeundo
principalem, nempe licet legata relicta sine
debitis à iure solemnitatibus in testamento-
rum ordinatione requisitis, nullatenus subsi-
stant, nec peti possint. Tamen si fuerint reli-
cta in testamento cōdito ad pias causas, quod
207 liberum, immuneque reperitur à solemni-
tatibus iuris positiui, tunc ratione subsisten-
tiæ institutionis validæ, dicta legata aliàs in-
ualida, & quæ per se, vt dixi, non subsisterent,
208 ratione adiuncti, societatis, & communio-
nis, consequuntur subsistentiam, cum testa-
mentum sit indiuiduum, & vt Philosophi li-
teris consignarunt. *Indiuidualiter vnita com-
municant sibi idiomata*, idest proprietates. At
institutio valida non est dubium, tamquam
209 potentior, & dignior, vt communicet eius
proprietatem legatis, tamquam membris, &
accessorijs, reliqua vide in seq. cap.

ARGVMENTVM.

Testamētum cum sit indiuiduum, ideoque quatenus etiam in eo instituta sit hæres pia causa, vel Ecclesia, & reperiatur cōditum iuxta priuilegia dictis locis concessa, non est æquum, vt in partibus sibi fauorabilibus pro se acceptetur, et in partibus, quæ non faciunt pro se, veluti si sint relicta legata ad prophana laicis, non accepetur.

Instrumentum, seu aliam scripturam producens, censetur omnia, & singula in eo contenta acceptare, quod procedit etiam, quo ad ea, quę enunciatiuè, & incidenter in illis deducuntur, & ampliatur quoque quamuis ampla sit facta protestatio, quod producens in his, quæ contra eum sunt, non intendit sibi præiudicare, & sic in parte, & partibus sibi fauorabilibus eas producit, & non alias &c.

Quia opinio, quod talis protestatio deseruiat de vento, est verior, cum non sit in potestate partis adimere, seu restringere vim probatiuam scripturarum, cum et in eis, quæ non dependent à voluntate protestantis, non iuuat protestatio voluntatis declaratoria.

Legata etiam non pia, debentur constito de clara mente testantis, in foro conscientiæ, quoq; relicta in testamento minus solemni, & eò magis si in eo sit instituta pia causa, seu Ecclesia, & quate.

SVMMARIVM.

211 *Actum illum, quis non potest impugnare, ex quo, ille commodum reportat.*

212 *Fructum, quis ex eo non debet consequi, quod nititur impugnare.*

213 *Testamentum, in quo, quis ad sui fauorem se fundat, iustum est, quod illud in totum debita executioni mittat.*

214 *Testamenti validitatem ille, non potest impugnare, ex quo tamquam valido, se tuetur.*

215 *Pia causa, quatenus debet acceptare hæreditatem sibi relictam in testamento minus solemni.*

216 *Hæres debet acceptare hæreditatem cum onere soluendi legata, cum tota dispositio testamentaria, sit vnica voluntas.*

217 *Dispositio vna, & eadem non debet diuerso iure censeri.*

218 *Instrumentum, seu scripturam producens fatetur omnia in ea contenta esse vera, & approbat omnia in eo contenta.*

219 *Quod procedit, etiam, quoad ea, quæ contra producentem faciunt.*

220 *ex Scripturarum productione oritur confessio præiudicialis contra producentem.*

221 *Scriptura producta contra producentē probant, etiam quo ad ea quæ incidenter, et enunciatiuè sunt in eis prolata.*

222 *Quæ conclusio licet habeat suos contradictores non est tamen ab ea recedendum in iudicando.*

223 *Scriptura in actis producta probat etiam contra producentem, non obstante protestatione. Quod in partibus præiudicialibus, non intelligit sibi præiudicare.*

224 *Verba protestantis non debent operari effectū contrarium intentioni eius.*

225 *Protestatio in productione scripturarū, quod producens non intelligit, sibi præiudicare, ad nihil deseruit.*

226 *Scriptura producta efficitur communis.*

227 *Scripturam aliquam, licet producens possit eam non producere, tamen non potest post productionem à se factam operari, vt ea non probet contra se.*
Alex. in consil. 136. num. 33. lib. 2. reprobatur ab eius Addent.
Protestatio, quæ non pendet à voluntate protestantis non releuat.

228 *Productio, quando fuit facta cum protestatione, quod in parte, et partibus &c. quando releuet, talis protestatio, & quando non. et num. 229, & 230.*

231 *Scripturas antequam quis in actis producat, sedulò perpendat, an ea, quæ contra eum in illa sunt possint sibi graue præiudiciū inferre.*

232 *Periculo manifesto, quis nō debet se exponere.*

233 *Agens in omnibus cautè, in nihilo damnificatur.*

234 *Initium cui est sine prudentia, finis esse solet cum pœnitentia.*
Consilij moderatione quidquid perficitur, non consueuit, pœnitudinis rubore perfundi.

235 *Confessiones, quæ oriūtur ex productione scripturarum, sunt adeo irrefragabiles, vt probent contra producentes, licet sint nullæ.*

236 *Productio dat robur scripturis, et auctoritatē. Instrumentum etiam falsum probat contra producentem, quod procedit etiamsi vti tale à parte aduersa habuerit illud.*

237 Te-

237 Testamentum producens, censetur omnia, & singula in eo contenta approbare.

238 Quod procedit etiam si talis productio sit facta per procuratorem.

Procurator producens testamentum censetur illud habuisse à parte, & postea præsumitur, quod ipse procurator certiorauerit Dominum super productione.

239 Ecclesia, seu locus pius, dum vult vti testamento in quo est instituta hæres, debet cum omnibus suis partibus acceptare.

240 Testamentum est indiuiduum, & ideo in totum est adimplendum.

241 Factum acceptans, debet illud cum omnibus suis annexis, et connexis acceptare.

242 Ciuilitatem acceptans, censetur acceptare onera et annexa quoque.

243 Beneficium statuti, vel legis, quis non potest acceptare, nisi cum suis qualitatibus.

244 Dispositionis vnica partem, quis non debet acceptare pro se facientem, et in reliquis reprobare.

245 Legata etiam prophana, constito de clara mente relinquentis debentur, etiam si relicta in testamento minus solemni, in foro conscientia. & numer. 246.

247 Voluntas defuncti, vt obseruetur ratio naturalis id suadet.

248 Conscientia nihil aliud est, nisi bonus vir, qui intra nos loquitur in corde nostro. & vide numer. 249.

Certus non est amplius certiorandus.

250 Conscientia est speculum, & lucerna rerum agendarum.

251 Veritate nuda contentatur conscientia.

252 Hæres, si soluat fideicommissum in testamento minus solemni relicto, illud non repetit.

253 Voluntas defuncti circa conscientiam læsam non potest sperni.

254 Soluti repetitionem impedit obligatio naturalis.

255 ex Testamento minus solemni oritur obligatio naturalis.

256 Naturaliter, quod debetur soluendum est.

257 ex Testamento etiam ad prophana, minus solemni, non solum impeditur repetitio, sed etiã habet effectum exceptionis.

Et id oritur ex obligatione naturali.

258 Lex Ciuilis iuxta, et honesta, etiã in foro conscientiæ debet seruari, & obligat in codẽ foro.

259 Lex Ciuilis introduxit tot solemnitates in testamentis, vt omnem suspicionem fraudis euacuet.

260 Testamentum, quando est verum, & sincerũ satisfactum est menti iuris Ciuilis, requirendo tot solemnitates.

261 Lex Ciuilis, quatenus est iusta, & rationabilis admittitur etiam in foro conscientiæ, sed secus, si repugnet veritati, & legi diuinæ.

CAPVT LVIII.

PRo validitate legati prophani Laicis relicti in testamento pio minus solemni,
quod sit respondendum, iam satis id deduxi
in præcedentibus capitibus, at nunc antequã
celebrem hanc controuersiam concludã, corroborare vlterius eam intendo alijs rationibus. Vnde quoque insistit non parum ad amplectendam prædictam principalem conclusionem, famigerata illa, ac satis decantata
211 iuris regula, Neminem posse impugnare id
in quo se fundat, commodumque reportat
l. post legatum. ff. de his quib. vt indign. &c. & est
satis vulgata regula illa Iuris Canonici de
qua *in cap. 38. de regul. iur. in 6.* ibi, *ex eo, quis*
212 *nõ debet fructum consequi, quod nisus est impugnare.* Vnde pia causa, testamentum, in quo
se fundat, & ex quo commodum sensit, iustũ
213 est, vt non impugnet, sed volũtatem defuncti in eo scriptam integraliter debito fini mãdet, *vt in puncto ratiocinati sunt* Alexand. *in cons. 105 num. 14. vers. Nec poterit Ecclesia inualidare testamentum &c. lib. 4. et* Salyc. *in d. auth. cassa sub num. 7. C. de sacrosanct. Eccles.*
214 vbi inquit piam causam non posse allegare
inualiditatem testamenti, ex quo tamquam
valido se iuuat.

Nam & vlterius est considerandum, quod
pia causa, seu Ecclesia non posset accipere hæreditatem, nisi quatenus voluntas testatoris,
215 quamuis minus solemniter testantis, sit, vt
eam habeat, sed cum onere illo soluendi legata in prædicto testamento ab eodem reli-
216 cta, & sic cum sit vnica voluntas, in totum
est seruanda tamquam valida, aut in totum
iudicanda inualida, & faciunt ea, quæ dixi su-
217 pra, nempe monstruosum, et ridiculum esse,
vnam eandemque dispositionem diuerso iure
censeri. Hinc etiam est, quod producens instrumentum, seu scripturam aliquam fatetur
esse vera, quæcumque continentur in ea, et
218 approbat omnia in eo contenta, *iuxta cap. cum olim. ibi, absonum erat præterea de censibus l. eum præcum. C. de liber. caus. l. Publia. §. fin.*
219 *ff. deposit.* quod procedit etiam in his, quæ
contra ipsum producentem faciunt. *d. cap. cũ olim. de censib. & cap. venerabilis. vt Innocent. Abb. & cæteri Scribẽtes. de except. & in cap. imputari. de fid. instrument. Bart. in l. post legatum. in princip. ff. de iis, quib. vt indign. late Socin. cõsil. 97. nu. 19. lib. 4.*

Hinc dixit *Rota coram bon. mem.* Pirouano
decis. 637. num. 16. part. 4. recent. tom. 2. quod ex
productione scripturarum oritur præiudicia-
220 lis confessio contra producentem, et ex ea
oritur acceptatio, *cum ibi allegatis.* Quæ conclusio ampliatur etiã, quoad ea, quæ in scrip-
221 tura producta enunciatiuè, aut incidenter
exprimantur. *Abb. in cons. 52. in quæst. 3. dub. lib. 2. Iason in l. si cui §. si à filio in fin. ff. de legat. 1.*

Rum.

Ruin. cons.141.num.13.vers.quinimo dici potest
& seq.lib 5. Francisc.Becc.cons.3.sub num.38.
vers.procedit etiam, quæ enunciatiuè, vel inci-
denter exprimuntur &c. Rota apud Mohed.
decis.3.in fin.vers.cum instrumenta sint produ-
cta &c. de regul. et coram bon. me. Manzaned.
decis.249.num.4.vers.censetur ab eodem appro-
bata, etiam quoad enunciatiuè, & incidenter
in ea expressa &c. part.1.recent.et coram bo me.
Gypsiu Romana Fideicõmissi de Gorijs 16.No-
uemb.1598. et coram Card. Caualer. decis.26.
num.4.vers.talis acceptatio etiam se extendit ad
ea, quæ propter aliud prolata sunt &c. cũ alijs
relatis corã bo me. Coccino, in causa Nonarien.
Bonorum 18. Decemb. 1640. §. Secundò vt fuit
ponderatum vers.quæ conclusio ampliatur, vt
procedat etiam quoad enunciata &c vbi quoq;
afferitur, quod licet ampliatio ista habeat
222 multos contradictores, non est tamen in iu-
dicando ab illa recedendum &c. et affirma-
tur Rotam sic sæpius firmasse.

Et in tantum est vera supradicta opinio,
quod scriptura producta probet etiam quo
223 ad ea, quæ faciunt contra producentem, vt
procedat etiam si quis in parte, et partibus
pro se fauorabilibus tantum faceret talẽ pro-
ductionem, et sic non animo præiudicandi
sibi, et licet aliqui senserint, ne verba operẽ-
224 tur effectum contrarium, intentioni produ-
centis, vulg l.non omnis ff.si cert.petat. quod
talis protestatio iuuet, sicuti affirmarunt Ol-
drad in cons.292. An negatio numer.6. versic.
præterea Sarayn. ad Matthesil.singul. 40. circa
finem.vers in instrumentorum autem productio-
ne &c. Alex.in cons.136.num,25. vers omnia
iura et instrumenta producta fuerunt cum pro-
testatione, quod in parte, et partibus tantum
fauorabilibus producebat, quæ protestatio opera-
tur, quo ad ea, quæ non sunt in fauorem produ-
centis, non dicantur instrumenta producta &c.
lib.2.et consil 181.num.7.vers.libri producantur
in parte, et partibus facientibus in fauorem dum-
taxat producentis &c. eodem lib 2. vbi etiam
ait, hanc esse cautelam Bald. in l.1. col.2. C.de
confess.& adde Bart.in l.Aurelius. §.idem quæ-
siuit.vers.quare dic latius.ff.de liberat legat.quẽ
sequitur, & dicit communiter approbatum
Ias.in §.item si quis.à num 21. Instit. de act. &
de communi etiam testatur Osasch. decis. Pe-
demont.17.num.7.cum alijs allegatis per Gabr.
de confess.conclus.5.num 31. & sanè opinio ista
est satis controuersa teste Natta in consil.365.
num.4.lib.2.

Opinio tamen contraria, quod talis prote-
225 statio ad hoc nihil releuet, quin etiam pro-
ducens contra se teneretur stare, firmant om-
nes in d cap.cum venerabilis.de fid instrum. cum
alijs allegatis per Decian.in consil 20 numer.8.
vers. licet produxisset cum protestatione, quod
producebat tantum in parte & partibus pro se
facientibus, tamen non releuaretur &c. lib.2.
Aym.consil.80.num.8.vers.liber productus in
iudicio dicitur communis vtrique parti, ideo pro-
bat contra producentem, licet in parte, & parti-
bus &c. Castr in consil.332. In causa Syluestri.
num.2 vers.nec potest dicere &c.lib.1. vbi affir-
matur, quod scriptura producta efficitur cõ-
226 munis, & licet possit pars producens non
producere, tamen non potest post productio-
nem à se factam, facere, quod non probet
contra se &c. Mart. Anton. Rouescal. in addi-
tion ad d.consil. Alex.136.in litera ll. & mm. vbi
ait, quod nõ releuat talis protestatio, sitq; ve-
rior opinio, quidquid ibi in d.consil.136. Alex.
227 firmet, cum id male firmet, quia non est in
potestate partium restringere vim probatiuã
scripturarum. opti è Osasc.decis.Pedemont.17.
num.28.et seqq. vbi ait, quod protestatio volũ-
tatis declaratoria nullum habet effectum, in
his quæ à potestate protestantis non depen-
dent, cum ibi allegatis. Magna quidem, vt dixi
in hac conclusione est discrepantia inter DD.

Verum æqua distinctione credo posse inter
228 eos, certa pax constitui, nempe vt prima
opinio procedat, quando productio facta fuit
ab aduersario cum protestatione, quod pro-
ducit in parte, & partibus pro se facientibus,
& non aliter &c. & tunc ea releuet si tali pro-
testationi non contradicat contraria pars, nã
tunc productio inducit probationem solum,
229 quo ad ea, quæ sunt in fauorem producen-
tis, sed quando pars contradixit tali protesta-
tioni, & tunc procedit altera opinio, & super
hoc videatur Ias.in l.non solum.§.morte nu.16.
ff.de nou.oper.nunc. Dec. in d.cap. venerabilis
nu.22. de fid instr. Rip.in cap. M. Ferrariensis.
num.75.de constit. Menoch de præsumpt.lib.2.
præsumpt.45.nu.21.vers cui quidem protestatio-
ni si non contradicat aduersarius &c. Scio mul-
tos DD renuere talem admittere distinctio-
nem, indistinctè tenendo, quod producens
230 sibi præiudicet, quacumque non obstante
protestatione in contrarium, Video in hac cõ-
trouersia magnam tempestatem, cõsulo vt ea
euitetur, quod quis antequam aliquid in actis
231 producit, sedulo perpendat ac cogitet, & re-
cogitet an graue damnũ, sint ei allatura, quę
in scriptura producenda, sunt contra eum, &
232 sic manifesto periculo, se non exponat, quia
post productionem non est locus amplius pœ-
nitentiæ, ideòque antea prudenter super hoc
233 consulat, nam agens in omnibus cautè in
nihilo damnificatur, vt aduertit Rota coram
bo.mem.Coccin.decis.4. numer.16. vers.agens in
omnibus cautè &c. part.5.recent. et supra tetigi
alia occasione cap.26.à nu 258. Aliàs vero cui
234 est initium sine prudentia, finis esse solet
cum pœnitentia, sicut è contra, Quidquid cõ-
silij moderatione perficitur, non consueuit
pœnitudinis rubore perfundi, & de his ha-
ctenus.

Et proprius accedendo ad terminos no-
235 stros, tam irrefragabilis est confessio, quæ
oritur ex productione instrumentorum, &
aliarum

Digitized by Google

aliarum scripturarum, vt contra producentē
probent, etiamsi non essent solemnes, siue
236 nullæ, quia productio dat illi fidem, & au-
ctoritatem secundum Bald. in l. alia. numer. 3.
C. de his, quib. vt indign. Angel. in cons. 132. Qui-
dam Nicalaus. num. 3. vers. secundo quia. Alex.
in consil. 184. num. 2. vol. 7. Felin. in d. cap. vene-
rabilis num. 7. in 2. limitation. vbi etiam Dec.
num. 27. vers. quinta conclusio &c. Decian. dict.
consil. 20. num. 9. vers. imò talis confessio, quæ
resultat ex productione, locum habet, etiamsi
scriptura, producta esset nulla &c. Surd. in con-
sil. 151. num. 16. vers. etiamsi esset scriptura pri-
uata & carens solemnitate, quia producendo cē-
setur eam approbare &c. Idem decis. Mantuan.
267. num. 2. vers. etiamsi scriptura producta non
sit solemnis &c. videatur etiā Aymon. de antiq.
tempor. 1 par. section. titul. de verbis enunciat. nu-
mer. 37. vbi de communi Paul. Granut. in suis
Theorem part. 1. theorem. 20. nu. 18. vers produ-
cens instrumentum etiam falsum, vel minus so-
lemne, tenetur ei stare &c. et num. 16. amplia-
tur etiamsi instrumentum illud esset exad-
uerso vti falsum, & nullum reprobatum, &
adducit Suarez. allegat. Iur. cap. 27. numer. 4.
vers. nec obstat &c. & in puncto testamenti, vt
quis per eius productionem censeatur omnia,
237 et singula in eo contenta approbare, & sic
vti validum habere. consultus respondit Alex.
in consil. 163. num. 4. lib. 2. Afflict. decis. 25. nu. 5.
vers ratione productionis videtur fateri vera esse
quæ continentur in testamento &c. cum alijs al-
legatis per Rotam corā bo. me. Butatt. decis. 611.
num. 11. vers qui propterea censetur approbasse
omnia in dicto testamento contenta &c. vbi etiā
numer. 12. id ampliat etiamsi talis productio
238 testamenti facta esset per procuratorem, cū
præsumatur tale testamentū sibi per principa-
lē transmissum, & ipsū à procuratore de pro-
ductione certioratum. Roman. consil. 481. nu-
mer. 7. cum multis decisionibus ibi adductis, & in
terminis productionis testamenti, quod per
eam censeatur omnia contenta in eo appro-
bare adde Card. Canaler. decis. 665. nu. 5. vers.
hoc secundum testamentum fuit productum, &
regula est contra producentem scripturam fate-
ri omnia contenta in ea &c. Quare sic concludi
239 potest in casu nostro, dum pia causa, seu Ec-
clesia vult vti testamento in quo ipsa instituta
fuit hæres, debet illud in totum approbare,
240 Et sic adimplere etiam legata prophana ex-
traneis relicta cum sit indiuiduum vt supra
dixi, nam, & acceptans factum debet illud cū
241 omnibus suis annexis, & cōnexis qualitati-
bus acceptare l. cū ab vno. ff. de legat. 2. cap. of-
ficij. de testam. l. qui tutelā. ff de testam. tut. Dec.
consil. 299. num. 13. Alciat. consil. 545. numer. 3.
Bellon. consil. 9. numer 9. Crauett. consil. 174.
num. 9. et in cons. 245. num. 4. Cagnol. in l. qui
cum alio. num. 8. ff. de regul. iur. vbi vult, quod
242 acceptans ciuilitatem censetur acceptare
omnia onera annexa. Facit etiam quod di-
cimus, non posse aliquem acceptare beneficiū
243 statuti, vel legis, nisi cum suis qualitatibus
iunctis. Bart. in l. 1. §. quod autem. ff. ne quid in
flum. publ. latè Bec. consil. 53. num. 9. Non enim
licet vnam partem alicuius dispositionis, quæ
244 ad sui fauorem facit approbare; et aliā quæ
contra se facit reprobare, ad l. cum quæritur.
ff. de administr. tutel. cum infinitis relatis per
Tiraquell. de retract. conuent. in fin. nu. 8. & seq.
quæ conclusio benè etiam facit ad propositū
nostrum.

Fortireretiam stringere non desinit, alia
potens ratio, nempe talia legata, licet non
245 relicta in piam causam, esse omnino persol-
uenda, quando constat de mente clara dis-
246 ponentis, quo casu illa debentur in foro cō-
scientiæ. & ita firmarunt Abb. in cap. quia ple-
rique à nu. 42. de immunit. Eccles. Idem Abb. in
cap. vltim. de restit. in integr. Anchar. in regul.
possessor. quæst. 1. de regul. iur. & tenet Barr. in
tractat. Maioric. lib. 1. cap. 3. quē sequitur Butr.
in d. cap quia plerique. num. 9. vers. ex his patet.
de immunit. Eccles. et in cap. cum esses. num. 10.
de testam. vbi Couar. num. 4. dicens hanc opi-
nionem communem esse. Corn. in consil 119.
num. 34. vol. 2. vbi pariter eam appellat com-
munem. Orosctius in l. omnes populi. nu. 65. ff de
iustit. & iur. et communem dicit, Menchaca
(ex voto Theologorum) in tractat de success.
creat. §. 1. num. 23. Padilla. in l. cum quis. num. 8.
C. de iur. & fact. ignorant. Ias. in l. si non speciali.
C. de testam. vbi eam quoque communem ap-
pellat. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 80.
Medina de restitut. quæst. 23. Burg. de Paz. in
l. 3. Tauri. numer. 1480. Gomez. ad eandem l. 3.
num. 123. Spin. in specul. testament. glos. 31. nu-
mer. 25. & glos. 8. num. 69. Mich. Grass. de success.
cap. 4. quæst. 1. vers. et prædicta. et quæst. 2. Card.
Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 14.
num. 9. et seq. vers. relictum in testamenta non
solemni in foro conscientia debetur &c. et præ-
ter ibi allegatos addo Merend. controuers. Iur.
tom. 1 lib. 3. cap. 37. et Fachin. pariter contro-
uers. iur. lib 4. cap. 5. vbi abundè, et hanc con-
trouersiam satis celebrem nūcupat. Atque ex
Theologis sic sensit. S. Thomas 1. 2. quæst. 96.
art. 4. Sot. de Iust. & iur. quæst. 5. art. 3. & q. 6.
art. 4. lib. 4. Syluestr. in sua summa in verb. Hæ-
reditas. 3. quæst. 7. Adrian. quodlib. 6. art. 1. q. 2.
Tabien. in verb. alienatio. §. 15. Angel. in verb.
Testamentum. §. 5. et in verb. Alienatio. §. 14.
Armilla in verb. Legatum. §. 51. et in verb. Hæ-
reditas. num. 14. Angles Floribus 2. part. in ma-
teria de dominio. Less. de iustit. lib. 2. cap. 19.
dub. 3. Lopez. in 1. part. instruct. cap. 14. Filiuc.
tom. 2. tractat. Gomitol. lib. 7. quæst. 1. à num. 5.
Ioan. de Medina de restitut. quæst. 23. in fin.
Molin. de iustit. tom. 1. tractat. 2. disputat. 81.
Fagundez. de Iustit. lib. 6. cap 7. num. 6. et seq.
Sanctarell. variar. resolut. part. 1. quæst. 66. per
tot. Gordan. Theol. moral. lib. 4. quæst. 4. num. 5.
Turilench in decalog. lib. 7. cap. 17. dub. 3 num. 7.

Villabos

Digitized by Google

Villalobos. in 2. part. summ. tract. 3. different 8. num. 5. Sayrus *in clau. Reg. lib. 3. cap. 7. num. 8. vers. & imo* Steph. Bauny *in sua Theolog. moral. part. 2. tractat. 1. quæst. 3. conclus. vltim. cũ alijs allegatis per* Sanchez. *in consil. moral. lib. 4. cap. 1 dub. 14. num. 2.* et à Basil. Pone *in tractat. de Matrim. lib. 5. cap. 5. num. 13. & à R. P. Anton.* Dian. *in suis resolut. moral. part. 5. tract. 3. nu. 9. & à R. P. Io. Angel.* Boss. *in suis vár. moral. tom. 2. titul. 14. sub n. 5.*

Nam in foro conscientiæ ratio naturalis
247 suggerit talem defuncti voluntatem, quamnis non solemnem esse seruandam, cum, & cõscientia nil aliud sit, quam bonus vir, qui intra nos loquitur in corde nostro. *Bald. in cap. cum causam. num. 61. de testib.* et qui certus est de volũtate defuncti, non eget alio te-
248 stimonio, vt obligetur, cum satis vulgatum sit, certum non esse amplius certificandum *ex allegatis à Rota in causa Pisauren. Societatis Officij 30. Maij. 1639. coram Reuerendiss.* Terraconen. estque satis notum.

Vel dicere possumus secundum eundem *Bald. in cap. ne innitaris, in princip. de constitut.* conscientiam nihil aliud esse, quàm legem
249 internam procedentem à Patre luminum, et eam esse semitam magis arctam, et viã, quæ ducit ad salutem. Illa quoque est speculum,
250 et lucerna rerum agendarum, et qui ea relicta aliud agit, enormiter peccat, nam *vt inquit glos. in can. inter hæc. 33. quæst. 2.* Quicumque, etiam lege permittente facit contra cõ-
251 scientiam ædificat ad gehennam.

Nuda veritate, conscientia dicitur contenta satis remanere. Sed quia materia ista non est præsentis speculationis, ideoque alibi reseruo, vt iam dixi, solum hic asserendo in terminis nostris supradicta probari *per textum satis apertum in l. 2. C. de fideicomm.* vbi determinatur, si hæres soluat fideicommissum reli-
252 ctum in testamento minus solemni frustra reperit illud, tamquam indebitè solutum cum ex conscientia relicti, voluntati defuncti satisfactum esse videatur, et ita probat tale fideicommissum deberi in foro conscientiæ *facit etiam text. in l. militis. C. de religios. et sumpt. fun.* vbi dicitur citra conscientiam læsam, voluntas defuncti negligi non posse. Vlterius, aper-
253 tum est, illud, quod naturaliter debetur venit in compensationem *iuxta text. in l. etiam id ff. de compen.* hinc est quoque obligationem naturalem impedire soluti repetitionem. *l. naturaliter. vbi DD. ff. de cond. indebit.*

At ex minus solemni testamento nascitur
254 obligatio naturalis (quidquid multi minus verè senserunt) nam id probatur *per textum in l. fin. vbi Bald. C. ad leg. Falcid. & in l. testamento. ff. de fideicommiss. libert. DD. in l. cum quis ff. de iur. & facti ignor. Imol. in cap. fin. ff. de solut.* Ergo talia legata veniunt soluẽda, quia
255 illudquod debetur naturaliter est soluendũ in foro animæ. *ita Innocent. in cap. quod sient,* *num. 18. de elect.* Felin. *in cap. quoniam contra num. 11. de probat. quos sequitur* Padilla *in d. l. cum quis num. 9.* Ioan. Garcia *in tractat. de nobilit. glos. 6. §. 1. num. 10.* Hinc est communem esse sententiam ex testamento etiam ad pro-
256 phana minus solemni oriri obligationem naturalem veram, et propriam ex legis naturalis vinculo procedentem, quæ in foro iudiciali non solum impedit repetitionem, sed ha-
257 bet etiam effectũ exceptionis, et retentionis. *ita Glos. in l. 1. ff. de condit. indebit. & in l. cũ quis in verb. obtinens. C. de iur. et fact. ignorant. et ibidẽ* Bald. *et in l. 1. ff. de condit. indebit.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 13. nu. 5. et latius titul. 14. per tot.* Rip. *in l. nemo potest num. 96. ff. de legat. 1. et ibidem* Gutierez. *pluribus comprobans à num. 457.*

Fateor quidem, quod quãdo lex Ciuilis iusta, et honesta est, debeat in foro conscientiæ
258 obseruari, ac in eodem foro obligare, *iuxta glos. communiter receptam in cap. quæ in Ecclesiarum de constitut. Abb. Felin. et Dec. in cap. 1. eodem titul. can. quo iure. 8. distinct.* S. Thom. *1. 2. quæst. 69. art. 4.* Henric. *quodlib. 8. quæst. 22.* Bald *in d. l. cum quis. C. de iur. et fact. ignor.* & videatur *Couarr. in cap. cum esses. num. 67. et 8. de testam.* Gomez. *ad leg. Taur. 3. num. 123.* Cauall. *commun. contra comm. quæst. 71. nu. 99. et seq* Spin *in specul. testam. glos. 8. princ. nu. 61,* Grass. *in §. Testamentum quæst. 54. nu. 4.* Mat. *de success. part. 4. quæst. 1. art. 8. nu. 6. vsq. ad 7.* Clar. *in §. Testamentum quæst 90. nu. 4 et 5.* & cõprobauit Rota *decis. 11. et sep. part. 5. recent.*

Sed in casu nostro cum lex introduxerit
259 tot solemnitates, vt fraudis suspicionem in testamentis condendis euacuet, quamobrẽ supposito testamentum esse verum, et sincerum, satisfactum est menti legis, quæ alium non habet finem, nisi alter non appareat vo-
260 luntas testatoris, quàm est, sicq cessante tali timore, cessat dispositio ob talem timorem inducta. Insuper lex Ciuilis, quatenus est iusta
261 et rationabilis admittitur in foro conscientiæ, sed quatenus repugnat veritati, et legi diuinæ, non est admittenda, vt satis est apertũ

ARGVMENTVM.

Testamentum conditum sine debitis solemnitatibus à Iure Ciuili requisitis, si Iudex pronunciet illud esse inualidum, & propterea hæreditatẽ esse adiudicandã venientibus ab intestato, iustè, id dicitur iudicare, & an id procedat etiam in foro Poli. Leges ciuiles, quæ fundãtur in præsumptione non habent locum in animæ iudicio, seu in foro conscientiæ, Et quid sit conscientia.

Relicta in testamento pio minus solemni, dum certò constat talem esse voluntatem testantis, tunc hæres institutus in eo veluti pia causa, Ecclesia &c. eò magis tenetur adimple-

re

Digitized by Google

re eius voluntatem etiam si legata sint ad prophana laicis relicta, quia Ecclesiastici prædicant æquitatem, & contemptum rerum mundanarum, facta ad aliquid persuadendum longè sunt potiora, quàm verba, quod validè probatur.

Priuilegia concessa pijs causis, quantumuis non extendantur ad alias personas non priuilegiatas, tamen id est intelligendum principaliter, secus si accessoriè, propter regulam iuris, quod accessorium sequitur naturam sui principalis, quæ regula cum procedat in odiosis, ergo magis in fauorabilibus. Ex societate bona, vel mala quid præsumatur.

SVMMARIVM.

262 *Iudex iustè iudicat, testamentum esse nullum si careat solemnitatibus debitis.*

263 *Testamentum, quando est nullum ex defectu solemnitatis, Iudex iustè adiudicat legitimis hæredibus.*

264 *Forum iudiciale distinguitur à foro pœnitentiali.*

265 *Validum sæpè aliquod iudicatur secundum forum externum, quod secundum forum internum respuitur.*

266 *Iudex iustè pronunciat, venditionis contractum est validum. & tamen ille, ad cuius fauorem pronunciatur, non potest esse tutus in conscientia.*

267 *Præscriptionis materia non admittitur in foro conscientiæ.*

268 *Substitutio pupillaris excludit matrem à legitima, & quid in foro conscientiæ.*

269 *in Via conscientiæ cauendum est, ne erretur perniciosè sub ratione iuris Ciuilis.*

270 *Conscientia, est via arcta, quæ ducit ad Cœlū.*

271 *Lex, quæ fundatur in præsumptione non habet locum in animæ iudicium.*

272 *Veritas facit præsumptionem omnem cessare.*

273 *in Foro conscientiæ, perpetuum est, vt attendatur veritas iuris naturalis.*

274 *contra Rationem naturalem vix aliquid fit, quod conscientiam non remordeat,*

275 *Testamentum est validum in foro conscientiæ ex sola simplici voluntate, certa tamen.*

276 *in Testamento minus solemni relicta, persoluenda sunt, & maximè dum pius locus, vel Ecclesia in eo instituta est hæres.*

277 *Ecclesia est pietatis, & iustitiæ magnum Luminar.*
Ecclesia quotidie excitat Christifideles ad Cælestem gloriam, & contemptum humanarum rerum prædicat.

278 *Ecclesia omnibus prodest, & neminem lædit.*

279 *Ecclesiastici iniquum esset, si vnum docerent, & postea ipsi aliud facerent, & vide nu. 280. 281.*

280 *Ecclesiastici verbo, & exemplo debent docere.*

282 *Prædicationis continuum genus est, vitam exemplarem ducere.*

283 *Exempla validiora sunt, quam verba.*

284 *Demonstene tantum loquente tota Græcia bella suscepit, & suscepta deposuit.*

285 *Sicilia fere tota concurrit post linguam cuiusdam vocati Cuni, & parum defuit ne subiecta remaneret proprijs seruis.*

286 *Populo Hebreo tempore Theodosij Imperatoris, quid acciderit, allucinato à loquacitate cuiusdam falsi Prophetæ.*

288 *Corda humana magis capiuntur exemplis, quàm verbis.*

289 *in Actibus humanis magis creditur factis, quàm verbis.*

290. *Exempla, sunt tamquam silices, quæ percussa ab ignerio memoriæ, vel conside ratione, quid operentur. et n. 291.*

292 *ad Factum vbi deuenitur, tunc ampla fides verbis adhibetur.*

293 *Alexander Magnus, dum tantum dixit militibus se velle eorum æs alienū persoluere nullus accessit ad eum, & quo facto, omnes accesserunt, et n. 294. et 295.*
Facta sunt demonstrationes mathematicæ.

296 *Iob plus vrget nos, ad tolleranda aduersa quā tota sapientia Salamonis planè exagerantis magnitudinem patientiæ. & vide n 297.*

298 *Velleius Paterculus Rom. quid respondit Fabro murario, volente domum suam accomodare, ne oculis vicinorum esset subiecta. & nu. 300. 299. & seq.*

302 *Testamentum pium minus solemne valet, & tenet etiam quoad legata in eodem testamento laicis relicta, quoad prophana.*

303 *Quæ opinio palmam reportat, vt testantur grauissimi DD. de quibus multi recensentur num. 304. 305. itaq. tutum non sit ab ea recedere. n 306.*

307 *Et sic tenent plures Theologi, & decisum reperitur in aliquibus Tribunalibus. n. 308.*

310 *Priuilegium concessum piæ causæ, non debet excedere eius limites.*

311 *Intelligesi id principaliter prætendatur secus si accessoriè.*

313 *Accessorium sequitur naturam sui principalis etiam si illud sit dignius, & pratiosius.*

314 *Accessoriū, quod sequatur naturam sui principalis id non solum procedit in fauoralibus, sed etiam in materia pœnali, & correctoria. num. 317.*

315 *Elogia suprema, ne euanescant, capienda est omnis possibilis interpretatio.*

317 *Prohibitio pœnalis, ne pecunia publica possit expendi in alios vsus, quàm in emptione frumenti, in tempore necessitatis.*
Ea extenditur etiam ad lucrum proueniens ex dicta pecunia.

318 *Priuilegia, quod in correctorijs, & exorbitantibus non extendantur ad accessoria est opinio improbata.*

310 *Bald. Nouell. in tract. de dote in 8. part. priuileg. 6. non benè loquitur.*

320 *Præscriptio est materia odiosa, & stricto in-*

estis, vt aliorum corrigatis errores &c.
139 Quamobrem ad incudinem disputationis
prædictam *decisionem 46. de præbend. in antiq.*
Rota reuocauit, et agnoscendo conclusionem
140 firmatam in ea, non esse solidam, sed vacil-
lare, ideoque eam spreuit, et reuocauit,
vt videre est in causa Fauentina Parochialis
13. *Octobris* 1548. *coram Achille de Grass.* est
inter eius impress. *decis* 316. *alias* 3. *de iurepa-*
tronat. relata est etiam *apud Put. decis.* 157.
lib. 3. vbi habetur, omnes Auditores nemine
141 excepto statuisse non esse faciendum, (tam-
quam veritatis amatores) aliquod fundamẽ-
tum *in d. decis. 46. de præbend.* quia veritas sta-
bat pro contraria opinione, nec esse curandũ
de Ænea de Falcon. et Staphil. in locis, de qui-
bus dixi supra num. 114. quia simpliciter fun-
142 dantur *in d. decis.* 46. quæ substinere nõpo-
terat ex rationibus ibi adductis *à num.* 6. et
præsertim propter illam, in mixtis, nempe, at-
143 tendendam esse qualitatem magis fauora-
bilem, et non magis odiosam, quod certè nõ
sequeretur, si iuspatronatus haberetur pro
clericali, et sic subiectum reseruationibus,
144 quod redũdaret in præiudicium laicorum,
quibus iura liberam nominationem indulxe-
runt ex rationibus supra adductis, ad quod
non aduertit *d. decis. 46. de præbend.* vt sedulò
perpendit Rota *coram Achill d. decis.* 316. *vers.*
nõ aduertit, quod loquitur in fauorabilibus &c.
Prædicta *decisio* 46 *de præbend. in antiq.* fuit
deinde etiam reiecta *coram bo. me. Card.* Man-
tic. *decis.* 292 *num.* 4 *vers. Nec obstat. Rota de-*
cis. 46. *&c* ibique *num.* 3. optimè firmatur cõ-
145 clusio nostra, nempe iuspatronatus mixtum,
reputari laicale, ne comprehendatur sub de-
rogationibus, & plura allegantur.

Ade decisionem *in causa Valentina Benefi-*
cij 6. *Octobris* 1576. *coram bo. mem. Robuster. est*
decis. 574 *numer.* 10 *vers. cum Iuspatronatus sit*
mixtum, attenditur qualitas laicalis &c. necnon
in causa Firmana Beneficij 13. *Maij* 1596. *co-*
ram clar. mem. Card. Pamphil, *& in causa Au-*
ximana Iurispatronatus coram bon. mem. Card.
Seraph. *inter eius impress. decis.* 719. *num* 4. *vers.*
in casu mixturæ præualet qualitas laicalis, &
requiritur derogatio &c. idemque fuit decisũ
in causa Firmana Iurispatronat. 5. *Maij* 1614.
& 5. Decembris eiusdem coram bon. me. Andrea.
est inter eius impress. decis. 22. *sub num.* 6. *vers.*
quia obiectum procedit in iurepatronatus simpli-
ci Ecclesiastico, secus in mixto &c. ibique aliæ
decisiones allegantur,: postea etiam sic quo-
que fuit responsum *in causa Dertusen. Benefi-*
cij 27. *Aprilis* 1626. *coram re. mem.* Merlino *est*
decisio 655. *num.* 2 *vers. agitur de iurepatrona-*
tus mixto, quod non cadit sub regula reserua-
toria mensium &c. part. 4. *recent. tom.* 3. *inter*
eius impress. est decisio. 293. *numer.* 2. & annecti
etiam potest *decisio in causa Viterbien. Iurispa-*
tronatus 4. *Maij* 1610. *coram bo. mem.* Cardin.
Sacrato, *est decisio* 273. *num.* 4. *part.* 3. *recent.*
146 vbi deciditur, si Iuspatronatus ab Episcopo
sit fundatum mixtim de redditibus patrimo-
nij, et de redditibus Ecclesiasticis, non cadit
sub reseruationibus Apostolicis, ea de ratio-
ne quia ad effectum euitandæ reseruationis,
pars laicalis præualet Ecclesiasticæ.

Nec relinquenda est decisio *in causa Roma-*
na Beneficiatus 22. *Maij* 1623. *coram bo. mem.*
Coccino *d. me relata in part.* 4. *recent. tom.* 2. *de-*
cis. 482. *num.* 26. vbi dicitur, Iuspatronatus, si
147 competat alicui confraternitati laicorum,
licet ea confraternitas sit annexa loco pio, seu
Ecclesiæ, nihilominus tale iuspatronatus iudi-
candum est laicale, quæ opinio prætenditur
148 æquior ad effectum excludendi reseruatio-
nes &c. *In eadem causa habetur altera decisio*
sub die 7 *Februarij* 1618. *coram Reuerendissi-*
mo Vrgellen. est inter eius impressas decis. 130.
et in part. 5. *recent decis.* 144. & in supradictis
decisionibus allegantur multi Doctores, tàm
antiqui, quàm moderni, qui adductas con-
clusiones defendunt. Aliud non refero circa
hoc incidens, quale adduxi ad effectum pro-
149 bandi, sæpe sæpius ratione societatis asse-
quimur nonnulla, quæ per nos penitus asse-
qui non valeremus, Ideoque ne iterum latè
vagari cogar tantum aliud simile adducam
in seq. capite, & postea ad conclusionem prin-
cipalem redeam, scilicet legata prophana va-
lere si reperiantur relicta in testamento pio
150 minus solemni, quia dum illud valet, vale-
re etiam debent legata in eo relicta, et dein-
de in capite separato respondebo obiectio-
nibus.

ARGVMENTVM.

In præsenti capite adducitur aliud celebre exẽplum, circa famigeratam conclusionem, de qua in præcedent. cap. quod multoties priuilegium, quis consequitur per alium, quale nullatenus per se consequi valeret, et est, quãdo plures fuerunt socij ad committendum aliquod delictum, inter quos interfuit aliquis clericus, et omnes capti fuerunt per Iudicem Laicum.

Tunc enim indubitatè dictus Iudex non solum remittere debet Clericum ad Iudicem suum Ecclesiasticum, et hoc quidem statim, cũ funditus nullam habeat in eo iurisdictionem, sed etiam simul cum clerico omnes alij, qui simul cum eo delinquerunt, remittendi sunt ad eũdem Iudicem, et hoc quidem, quia cum ille clericus, sit dignior omnibus laicis, et ne continentiæ causarum diuidantur, et sic ne sequatur aliquod absurdum, Vnde ille clericus omnes illos socios trahit ad suum Iudicem, et quale bonum ex hoc posset sequi vide hic à num. 172.

Socius alicuius priuilegiati gaudet, et ipse eodem priuilegio, Hinc famuli, et inseruientes Episcopo

Episcopo gaudent priuilegio fori, Et aliqua deducuntur, circa illud iuris axioma, quod concesso vno, omnia videntur esse concessa, per quæ deuenitur ad illud.

SVMMARIVM.

151 *Delinquentes plures, si simul sint capti inter quos vnus clericus reperiatur, et capti sint omnes à Iudice Laico, omnes debent remitti ad Iudicem Ecclesiasticum.*

152 *Clericus per Iudicem secularem captus, quãdo constat esse talem,*

153 *Statim absque causa cognitione debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum. & num. 155.*

154 *Iudex Laicus capiendo clericum, de facto reuocare debet, quod de facto fecit.*
Quod procedit etiamsi Clericus fuerit citatus, & condemnatus, in contumaciam, vel si consenserit in iurisdictionem Laicalem. & numer. 157.

158 *Laici delinquentes cum clerico, & simul capti remitti debent ad Iudicem Ecclesiasticum tamquam digniorem,*
Et hoc ne continentia causæ diuidatur, & quis fuerit auctor dictæ opinionis. num. 162.

159 *Causarum continentiæ ideo non debent diuidi, ne sequatur absurdum, si in eadem causa variæ sententiæ ferantur.*

160 *Causarum continentia, quæ dicantur. & numer. 161.*

162 *Potentius, & dignius trahit ad se minus potentem, & dignum.*

163 *Laicus ratione Clerici socij conueniendus est coram Episcopo.*

165 *Laicus, si sit captus cum clerico socio criminis, à Iudice Laico, debẽt ambo remitti ad Iudicem Ecclesiasticum,*

166 *Imò talem remissionem non petendo Clericus, potest id petere Laicus.*

167 *Et iterum amplia etiamsi omnes Laici taceant, et nihilominus vnus ex Laicis petente pro se, omnes debent remitti.*

168 *Laicus captus cũ clerico socio criminis à Iudice Laico, quod ambo debeant remitti ad Iudicem Ecclesiasticum.*

169 *Fuit decisum in Senatu Pedemontano, in Senatu Burdegal, & id etiam seruatur in Statu Mediolanensi, et corroboratur ex decreto Sacra Consulta. num. 170.*

171 *Nonnulli tamen Iudices prædictam opinionẽ, non seruant, & hoc quidem male.*

172 *Et supradicta opinio semper in scrinio pectoris est tenenda, cum per eam quis possit tolli ex faucibus mortis. et nu. 173.*

174 *Immunis ab oneribus ob numerum 12. filiorũ, an ea iuuet etiam alijs fratribus socijs in communione viuentibus.*

175 *Frater Doctoris gaudet priuilegijs eius.*
Frater habitans cum fratre immuni ab oneribus, eadem immunitate gaudet.

176 *Familia tota censetur exempta, si alicui domui sit concessa exemptio.*

177 *Famuli, & interuenientes Episcopo gaudent priuilegio fori. & nu. 178. 179 et 180.*

181 *Quod procedit tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus. Et an ad hoc requiratur mens, & dens.*

182 *Priuilegium, si alicui competat, competere etiã debet omnibus, sine quibus illud priuilegium illi non suffragaretur.*

183 *Priuilegium concessum, quoad bona Hospitalis, intelligitur etiam cõcessa quoad illa bona, quæ deseruiunt Ministris.*

184 *Hospitale sine Ministris inseruientibus infirmis, non potest consistere.*

185 *in Vsum pauperum infirmorum verè dicitur cõuerti, quod in necessarium vsum deseruientium ipsis impenditur.*

186 *ad Nauem armandam videtur esse conuersũ id, quod impensum est in alimenta nautarũ.*

187 *Vxori, si maritus relinquat, quod eius causa parata sunt, Cedunt in legatum etiam ea, quæ parata erant ad vsum ancillæ, vxori, inseruientis.*

188 *Occidendi aliquem à Iure habens licentiam potest etiam conuocare amicos, vel socios ad id peragendum.*
Concesso vno, censetur concessũ omne id, quod ad illud est necessarium.
Veneti, ex eo, quod permiserunt Ianuensibus, vt possent nauigare in gulfo Venetorum, quid dicatur etiam eis permissum.

189 *Militum priuilegio omnes gaudent, qui inseruiunt exercitibus pro rebus necessarijs.*

191 *inter Litigantes plures, seu correi debendi, si adsit Clericus, omnes debent trahi ad Iudicẽ Ecclesiasticum.*

192 *Quæ conclusio ab omnibus est approbata, & sic fuit decisum in Camera Imperiali, & in Rota Romana, nu. 193.*

194 *Quod procedit etiamsi ageretur de bonis patrimonialibus.*

195 *Iurisdictiones distinctæ sunt, & hoc tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus.*
Iudices Laici, dũ plures delinquentes capere fecerunt, si inter eas adsint clerici, solent dicere remittimus clericos, et retinemus laicos. declara vt nu. 197. 198. & 199.

199 *Delinquentes plures si sint capti, dum adsunt clerici, et laici, omnes sunt iudicandi per Iudicem Ecclesiasticum, etiamsi sint plures Laici, quàm Clerici.*

200 *Apostilla ad Alexand. cons. 122. numer. 16. in litera M. lib. 4. refutatur.*

201 *Dignior, vel magis priuilegiatus, quis sit id nõ dignoscitur ex numero maiori.*

202 *Iudex Laicus, quãdo possit iudicare laicos, qui simul deliquerunt cum clerico. et numer. 203. & seq.*

CAPVT LVII.

LEgata prophana relicta in testamento
pro minus solemni, quod valeant pro-
barum iam est supra, & præsertim id ratione
communionis quia si valet institutio, valent
etiam legata in eo relicta, et præter alia exẽ-
pla supra relata aliud addam, & erit, quod si
plures simul delinquant, inter quos vnus cle-
151 ricus reperiatur, et simul capti sint à iudice
seculari, tunc ipse clericus potest, et debet pe-
tere se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum,
iuxta cap si Iudex. de sentent excommun. in 6.
vbi deciditur Clericum, quando notoriè con-
152 stat per Iudicem secularem deprehensum
esse beneficiatum, seu in sacris ordinibus con-
stitutum, statim remitti debere ad Iudicem
153 Ecclesiasticum absque alia causæ cognitio-
ne, & id docent, et defendũt Ægid. Boss. in sua
prax criminal. titul. de for. competent. num. 153.
vers si communiter. Couarr pract. quæstion. cap.
33 n. 3. vers. fortassis in hac materia Decian. in
tractat. criminal. tom 1. lib. 4. cap. 9. n. 25. & 99.
Fulu. Pacian. de probat cap 34. nu. 21. Farin. in
prax. crimin quæst 8. num. 36. Quare Iudex lai-
154 cus de facto reuocare debet, quod de facto
fecit, ita Specul de citat §. 1. n 20 par 2. Archid.
in can placita. 15. quæst. 4. Io. Andr. in cap. fost-
ti. in mercur. de regul. iur. Cyn. in l generaliter. C.
de Episcop. & Cleric. cũ alijs citatis per Alexan.
in consil. 149. n 13. lib. 6. et ex modenis adde
Alex Ambrof de immunit. Eccles. cap. 17. nu. 17.
Maur. Burg. de mod. procedend. ex abrupt. quæst
65. num 8. & seq.

Vbi plus dicit, quod statim, & absque mora
155 debeant remitti ad Iudicem Ecclesiasticũ,
prout sancitum fuit in illo Regno per cap. Regn.
Regis Ferdinandi 37. & in cap. 125. & per Ca.
rol. V. cap. 48. Caualcan. de Brach. Reg. part. 2
num. 130. & latissimè id tractat. Petr. Caball. in
quæst crimin. centur. 3. cas. 224. per totum. vbi
infinitos cumulat, et cas. 225. numer. 1. & seqq.
156 et numer. 31. Vbi etiam dicit id procedere,
etiam si Clericus fuerit citatus, & condem-
natus in contumaciam, & numer. 40. etiam si
157 consenserit in laicalem iurisdictionem &c.
Vide etiam Sebastian. Guazzin. ad defens. reor.
defens. 20. cap. 9 à n. 5 vers. statim & absq. mora
debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum &c.
atque ita fuit decisum in Sacro Consilio Nea-
politano, apud D. Regentem Hectorem Capyc.
Latr. decis. 73. num. 41. vers. statim enim, quod
constat Clericum esse beneficiatum, vel in sacris
ordinibus esse constitutum debet remitti ad Iu-
dicem Ecclesiasticum &c.

Remisso igitur sicuti iura decernunt, cleri-
158 co ad suum Iudicem Ecclesiasticum, pariter
omnes Laici, qui simul cum eo deliquerunt,
secum remitti debent ad eundem Iudicem
Ecclesiasticum, ad text. in l. si communem. ff. quẽ
seru. amitt. ne continentia causæ diuidatur, &
159 ne sequatur absurdum, si in eadem causa
variæ sententiæ ferantur, & fortè contrariæ, &
propter hanc causam regulariter prohibita
est eiusdem causæ diuisio, vt tot. titul. ff. quib.
reb. ad eumdem iud. eat l. nulli. C. de Iudic. l. 1.
§. vltim ff. de assert. tollend. cap 1. & 2. de caus.
possess. & propriet. Dec. in cap. Sicut Romana
num. 42. de rescript. Ias. in d. l. nulli. in 21. notab.
vbi hoc ponit id pro regula, cũ sex limitatio-
nibus necessarijs, & septem ponit Menoch. in
tractat. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 4. cas. 371.
num. 4. & explicat, quæ dicatur continentia
160 ipsa causæ. Bart. in d. l. nulli. & ibi Card. Al-
banus Paris. Sebardius, Vuessenbec. in addit. Ti-
lemann. de Benig. in obseruat. Imper. Camer. pẽ-
tecost. 2. obseruat. 50. Cassan in consuetud. Bur-
gen. rub. de censib. § 1 glos. 1. num. 11. Augustin.
Berous. consil. 75. num. 3. lib. 3. Gratian. discept.
forens. cap. 569. num. 21 Cuiac. lib. 9. obseruat.
cap. 10 Camill. Borell in pragm. odia. §. 2. glos. 1.
sub. n. 244. & seq. & respõdit Audientia Baren.
apud Franeisc. Viu. decis. 136. nu 1. vers. causa
continentia diuidi non debet coram diuersis iudi-
cibus &c et in Consilio Neapolitan. secundum
Matth. de Afflict. decis. 354. sub nu. 4. vers. con-
tinentia causæ non debet diuidi, & si diuida-
tur &c. vbi etiam nu. 5. habes quot modis di-
161 catur continentia id quoque solidè tractat
Matth. Stephan. Pomeranus. de Iurisdiction.
lib 1. cap. 32. titul. De quinto modo sortiend. for.
ration caus. continent per tot.

Ita pariter resolutum pluries habetur in
Rota Romana, et præsertim coram bon. mem.
Card. Sacrato in causa Romana attentatorum.
12. Iunij. 1609. §. 1. vers. & magnam connexita-
tem huius causæ cum alijs, ex qua fit multum
verisimile, quod Signatura noluerit illas diuidere
contra text &c. nec non antea fuit dictum co-
ram bon mem. Penia. in causa Romana Reddi-
tionis rationis. 23. Martij 1590. est inter eius
impress decis. 76. num. 17. vers. ne continentia
causarum diuidatur &c. & deinde coram bon.
mem. Card. Vbald in causa Cæsaraugustana
Cathedralitatis. 4. Februar. 1632. est decisio 91.
num. 21. vers. ne continentia causarum diuidan-
tur &c. part. 6. recent. & coram bon. me. Bocca-
bell. in causa Romana, seu Ianuen. locorũ Mõ-
tium. 4. Iulij 1635. & corã R. P. D. Tertacinen.
in Bononien Prædij 5. Decembris 1636. sunt in
7. part recent decis. 70 sub. nu. 6. & 179. num. 7.

Propter hanc ergo rationem, ne continen-
tia causæ diuidatur, omnes laici, qui vna cum
162 Clerico deliquerunt debent remitti à Iudi-
ce laico, ad Iudicem Ecclesiasticum, tamquã
eo maiorem, & digniorẽ, iuxta notat. in auth.
quomod oportet Episcop. & in l. omni nouatione
C de sacrosanct. Eccles. et probatur in cap. soli-
ta. extra de maior. & obed. non enim contro-
163 uertitur maximè in fauorabilibus, quia po-
tentius, et dignius trahat ad se minus dignũ,
vt in l. per minorem. ff. de iudic. & in cap. quanto
de

Digitized by Google

de iudic. cum simil. & sic priuilegiatus adiuuat,
et qualificat socium non priuilegiatum, vt in
terminis nostris concludunt Marant. de ordin.
Iudic. part. 4. distinct. 11. num. 22. Paris. in consil.
154. nu. 1. lib. 4. Card. Alban. in consil. 13. n. 6.
Auctor verò dictæ opinionis, de remittendis hoc casu laicos ad Iudicem Ecclesiasticum
fuit, Anton. de Prat Veter. in l. 1. in fin. ff. quæ
sentent. sin appellat. rescind. & faciunt notata
per Bald. in l. præcipimus. C. de appellat. & ibi
expressius voluit Bart. in § eodem obseruando,
164 vbi dicit, quod laicus ratione Clerici socij
conuenitur coram Episcopo. Ad id comprobandum est etiã bonus textus in cap per tuas
de arbitr. et in cap. constitutus. de restit. in integ.
prout scitè declarat Marian. Socin. in repetit.
cap. prudentiam, 2. sub. num 30. de mut. petit. vbi
etiam prædictam opinionem maximis præ-
164 conijs extollit, & ingenuè admonet, tale dictum esse singularissimum, & memoriæ commendandum, & quotidie potest contingere,
& honorem quam maximum, & vtilia etiam
afferre. vide pariter eundem Socin. in l. cum
senatus in fin ff. de reb. dub. vbi inquit ita de
facto obtinuisse, & allegat. Felin. in cap. 1. n. 6.
vers. & dixit. de præscript. Crot. in l. 1. num. 6.
in 2. notab ff. de verb. obligat. Stephan. Aufre. in
clem. 1. de for. competent. 2. regul. fallen 15. Ferrat. caut. 10. Seapp. de iure non script. lib. 1. cap.
11. numer. 24. & seqq. Duard. in Bulla Cœn.
DOMINI. can. 15. quæst. 11. nu 48. Menoch.
de arbitrar. Iud. cas. 371. n. 13. Decian. in tract. criminal part. 1 lib. 4. cap. 9. num. 44. Vbert.
Zuccard. in l. posthumo. nu. 36. C. de bon. possess.
contra tabul.
Vbi etiam ait prædictam conclusionem esse
166 adeo veram, vt quoque non petente clerico, talem remissionem, laici eam petere possunt &c. Supradictam opinionem etiam consulendo amplexi sunt. Paris. in consil. 154. nu. 1.
vers. nedum ipse clericus est remittendus, sed etiã
laici complices. &c. lib. 4. Natta in consil. 591. n.
18. vers. si plures simul sunt capti, quorum vnus
est clericus &c. Hyppolit. Rimiuald. in consil.
592. num. 42. vers. si delictum fuerit à pluribus
commissum, inter quos adsit vnus clericus &c.
Surd. in consil. 396. num. 18. vers. si eodem facinore interuenerint laici, & clericus, omnes erunt
remittendi ad Iudicem Ecclesiasticum &c. monetque hoc esse singulare, & summè notandũ
167 et post Decian. id ampliat, etiam si laici omnes taceant, quia nihilominus vnus ex laicis
petens pro se, erunt omnes remittẽdi ad Iudicem Ecclesiasticum.
168 Sic pariter fuit decisum in Senatu Pedemõtano apud Osasch decis. 103. vers. si delictum
vnum fuisset commissum à pluribus, inter quos
esset vnus Clericus competens iudex est Ecclesiasticus &c. Subditque ita vidisse obtentum.
Et idem fuit animaduersum in Senatu Burdegal. teste Boer. decis. 300. num. 2. vers. quod dicitur de Clerico, & Laico delinquentibus, vt remitti debeant ad Iudicem Ecclesiasticum &c.
169 Quod enim id obseruetur in statu Mediolanensi affirmat. Bartolom. Cassan. in consuetud.
Burgund. rub. 1. § 5. in verb. s'il n'à grace, Tandem vide Scacc. de iudic. caus. ciuil. & criminal lib. 1 cap 11. n. 14. vbi inquit quod ita vidit seruari ex decreto Sacræ consultæ, quæ de
anno 1519. die decima Decembris. rescripsit
D. Pompeo de Amatis Commissario Ciuitatis
170 Tusculanæ, vt tàm clericum, quàm laicos
inquisitos de violentia illata cuidam mulieri, remitteret ad Iudicem Ecclesiasticum, &
ita cum eo testatur Farinac. in prax. quæst 8.
num. 151. in fin. et nuper id retulit. Io Baptist.
Carliu. controuers. forens. cap. 24 n. 17. qui etiam
refert Marches. de commiss. tom. 2. fol. 249. nu. 1.
2. & seq. & late Farinac. in prax. d. quæst. 8. nu.
151. Marc. Anton. Maceraten lib. 3. resolut. 48.
num. 4. & seq Petr. Calesact consil. 101. num. 2.
seqq. tom. 1. consil. criminal. diuers. Alex. Trentacinq. consil. 12. nu. 12 vol. 2. Sebastian. Guazzin.
in tractat. ad Defens. reorum tom. 1. defens. 1 ex
defect. iurisdiction. cap. 1 . num. 10. vers. Laicus
delinquens vna cum clerico ratione connexitatis
punitur per Iudicem Ecclesiasticũ &c. Sed heu.
vt inquit Menoch. de arbitrar. Iudic. d. cas. 371. n.
13. in fin. Iudices Laici vix obseruant supra relatam communem, opinionem licet esset obseruanda, ne continentia causæ diuidatur,
Inter alios DD qui prædictam opinionem
mirificè extollunt est, Hippolit. de Marsil. in
singul. 180. incip. Plura, et plura iam dedi. per
tot. vbi inquit, hanc conclusionem semper te-
172 nendam esse in scrinio pectoris, subditque
hunc esse mirabilem effectum communionis,
& societatis, in fine verò sic concludit. Tene
menti prædictam cõclusionem, vt possis adiuuare amicum, seu clientulum tuum captum, et carceratum, quia ex hac doctrina poteris liberare
173 quamplures à faucibus mortis, quia cum sint
in manibus Iudicis Ecclesiastici sunt tuti à mortis pœna, licet non ab aliqua pœna inducta de iure canonico. & ex hoc poteris lucrari multas pecunias. & tunc eris memor mei &c. Vide pariter
sub n. 3. vbi ait, se vidisse consultum per Excellent. Doctorem, Ludouic. de Ludouisijs Bononien. quod immunis ab oneribus ob numerũ
12. liberorum, hanc immunitatem prodesse
174 etiam aliis fratribus socijs in communione
bonorum existentibus, & simul habitantibus,
& hoc propter personam fratris sui, quale cõsultum, vt ipse Marsil. subdit bonis rationibus, & iuribus fuisse redditum, illique plures
Doctores se subscripsisse, & adde Natt. in consil. 590. num. 19. vers. immunis ab oneribus ob
numerum 12. filiorum &c. Et consule. Couar.
variar. quæst. 34. num. 2. Nec à prædicta opinione dissentire videtur Rota, vt apparet ex
decisione in causa Romana Altius non tollendi
3 Decembris. 1618 coram. bon. mem. Pirouano,
& Buratt, vbi post glos. Ias. Marsil & Bald. in
addit. ad specul. in titul. de Magist. in fin. inquit,

cõceſſa per quã deuenitur ad illud. l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud. l. 3. §. qui habet. ff. de ſeruit. ruſt.
præd. l. ſi venditor. ff. de relig. & ſumpt. fun. dicta
l. vxori. ff. de aur. arg. leg. & propter dictam Iuris regulam conſuluit Angel. in conſ. 290. nu. 6.
verſicul. deſcendamus igitur &c. quod ex quo
DD. Veneti permiſerunt Ianuẽſibus poſſe nauigare in gulfo Venetorum, non poſſunt prohibere applicationem Nauigantium ad portus proprios, quia aliàs nauigario eſſet inutilis, & latius vt ibi. Tandem omnes qui inſeruiunt exercitui pro rebus neceſſarijs ad il-
189 lud ſpectantibus, habent priuilegia militum, & exceptionem hoſticam, cum laborent, inſeruiendo militibus. l. adminiſtrãtes. §. 1. ff. de excuſat. tut. & curat. l. inter eos. §. vltim. ff. ex quibus cauſ. maior. & l. fin. C. de militar. teſtam.
190 & quid requiratur, vt gaudeant priuilegio teſtandi iure militari, optimè deduxit Rota coram bo. me. Merlino decis. 862. à num. 2. verſic. inſeruientes militibus &c. Et nunc præſiteudo in terminis de quibus ſupra nu. 151.

Vnde, quod dixi de laicis delinquentibus cũ clerico, vt tũc ſint cõdemnãdi à Iudice Eccle-
191 ſiaſtico, idẽ quoq; intellige, quando ſunt cõſortes plures in lite, vel correi debendi, quia ſi inter eos adſit vnus clericus, omnes debẽt trahi ad Iudicem Eccleſiaſticũ. gloſ. in l. iuſtiſſimè. ff. de ædilit. edict. Bart. in l. iuris peritis. § cum oriundus ff. de excuſat. tut. & in l. hæres abſens. ff. de iudic. & facit text. notabilis in l. is qui duos ff. de liberat. legat. & in l. nulli. C. de iudic. Steph. Aufrer. in tractat. de poteſt. Eccleſ. ſuper laic. & reb. eor. cap. 1 nu. 49. verſ. laicus, & clericus correi debendi debet coram Iudice Eccleſiaſtico conueniri &c. Surd. in conſil. 222 ſub num. 2. Mar. Anto. in variar. reſolut. lib. 1. reſol. 42. numer. 4. & reſolut 98. num. 1. Alex. in conſ. 122. ſub numer. 16. in fin. verſ. ſi in eadem cauſa concurrit clericus, & laicus, ratione clerici, laicus coram Epiſcopo conuenitur &c. lib. 4. ibique Addentes plures alias auctoritates ad id comprobandũ expendunt. adde Boſſ. in ſua prax. titul. de for. competent. num. 146. Gratian. diſcept. forenſ cap. 641. num. 1. & 2. vbi pluribus relatis affirmat
192 hanc concluſionem ab omnibus eſſe approbatam, ſic quoque fuit iudicatum in Camera Imperiali teſte Gaill. obſeru. Imp. lib. 1. cap. 37. ſub num. 2. verſ. laici ratione connexitatis gau-
193 dent priuilegio clericorum &c. ita etiam ſeruat Rota vt bene patet ex decis. 957. coram bonæ mem. Card. Seraph. quæ loquitur de fratribus Aldobrandinis, qui omnes fuerunt remiſſi ad iudicem Eccleſiaſticum, quamuis eſſent laici,
194 cum vnus ex eis eſſet clericus, & Auditor Rotę, licet etiam ageretur de bonis patrimonialibus, cum reſpectu fori, nulla ſit facienda diſtinctio. cap. ſi diligenti, & cap. ſignificati de for. cõpetent. l. nulli. C. de iudic. D. Regens Capyc. Latr. decis. Neapolit. 196. num. 37. verſ. priuilegiatus trahit etiam cauſam non priuilegiatorum, ne continentia cauſa diuidatur &c.

Nec obſtat iuriſdictiones eſſe diſtinctas, &
195 ſic vna non tollat alteram, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus. cap. ſolitæ. de maiorit. & obedient. cap. nouit. de iudic. cap. per venerabilem, qui filij ſint legit. can. duo ſunt. can. ad verum, & can. bene quidem. 96. diſtinct. & propterea
196 dicere ſolent Iudices laici, remittimus clericum, & retinemus laicum, vt probari videtur per text. in l. ſi quis vxori in princip. ff. de furt. Capic decis. 173. Oſaſch. decis. 103. num. 9. & 10. cum alijs allegatis per Foller. in prax. criminal verſ. audiantur excuſatores. numer. 157. verſ. quid ſi clericus, et laicus &c. et per D. Regentem Hector. Capyc Latr. d. decis. 196 nu. 40. verſ quando Clericus, & Laicus ſunt inquiſiti de eodem delicto &c. lib. 2. & per And. Fachin. controuerſ. iur. lib. 9. cap. 31.

Quia prima noſtra opinio procedit in ne-
197 gotijs, & cauſis indiuiduis, & connexis, & inſeparabilibus, & quæ habent commixtionẽ huiuſmodi, vt negotij vnitate res videatur
198 eadem. & tunc clericus trahit ſecum laicum litis conſortem, vel delicti ſocium ad Curiam Eccleſiaſticam. Ita vt Iudex Eccleſiaſticus poſſit iudicare ſimul clericum, & laicum reos
199 conuentos, vel accuſatos, etiã ſi plures ſint laici, quàm clerici, quidquid, & male aduertit Apoſtilla ad Alex. in conſ. 122. ſub num. 36. in litera M lib 4. Vbi ſẽtire videtur, quod ſi plu-
200 res ſint laici, & vnus clericus, præualet numerus, & ideo Iudex laicus adeundus ſit &c. quia non attenditur numerus, ſed quis ſit dignior, vt ſæpe dixi. Non enim ex numero,
201 ſeu quantitate perſonarũ dignoſcitur, quid ſit dignius, et magis priuilegiatum, nam dignitas maius & priuilegium, reſpectu maioris rationis, et cauſæ perpenditur, quàm enim præcellat dignitas Clericalis, quoad Laicos ſatis notum eſt, ac luce ipſa eſt clarius.

Altera verò opinio procedit. quando ma-
202 teria eſt diuidua, & ſeparabilis ex ſui natura ita, vt vterque Iudex poſſit commodè cauſam cognoſcere abſque eo, quod tangat ſubditum alterius, tunc enim laicus erit conueniendus, vel accuſandus apud ſuum Iudicem
203 laicum, et Iudex Eccleſiaſticus cognoſcet cauſã clerici, vt latè per Ciarlin. cõtrou. forenſ. cap. 34. n. 30. par. 1. Et licet iſta diſtinctio à multis prætendatur vera, communis, & practicata, tamen nonnulli alij eam refutant, ſimpliciter, & indiſtinctè tenendo, quando eſt com-
204 munis cum clerico cauſa aliqua, ſiuè ſimus in indiuiduis, ſiue in diuiduis, remittenda eſt ad Iudicem Eccleſiaſticum.

Qualitercumque ſit, ſat mihi fuit, primam partem diſtinctionis ſatis apparenter defen-
205 diſſe, quæ facit ad propoſitum noſtrum, vt quis multoties ratione ſocietatis, & communionis conſequatur id, quod per ſe ipsũ aliàs non aſſequeretur. Altera verò concluſio, cum non agatur de ſocietate, ſed de ſeparabilibus, & diuiduis, quæ non facit ad caſum noſtrum,

206 ideoque alibi discutiendum relinquo. Vnde
modo ex his diuerticulis in viam redeundo
principalem, nempe licet legata relicta fine
debitis à iure solemnitatibus in testamentorum
ordinatione requisitis, nullatenus subsistant,
nec peti possint. Tamen si fuerint relicta
in testamento cōdito ad pias causas, quod
207 liberum, immuneque reperitur à solemnitatibus
iuris positiui, tunc ratione subsistentiæ
institutionis validæ, dicta legata aliás inualida,
& quæ per se, vt dixi, non subsisterent,
208 ratione adiuncti, societatis, & communionis,
consequuntur subsistentiam, cum testamentum
sit indiuiduum, & vt Philosophi litteris
consignarunt. *Indiuidualiter vnita communicant sibi idiomata*, idest proprietates, At
institutio valida non est dubium, tamquam
209 potentior, & dignior, vt communicet eius
proprietatem legatis, tamquam membris, &
accessorijs, reliqua vide in seq. cap.

ARGVMENTVM.

Testamētum cum sit indiuiduum, ideoque quatenus etiam in eo instituta sit hæres pia causa, vel Ecclesia, & reperiatur cōditum iuxta priuilegia dictis locis concessa, non est æquum, vt in partibus sibi fauorabilibus pro se acceptetur, et in partibus, quæ non faciunt pro se, veluti si sint relicta legata ad prophana laicis, non acceptetur.

Instrumentum, seu aliam scripturam producens, censetur omnia, & singula in eo contenta acceptare, quod procedit etiam, quo ad ea, quę enunciatiuè, & incidenter in illis deducuntur, & ampliatur quoque quamuis ampla sit facta protestatio, quod producens in his, quæ contra eum sunt, non intendit sibi præiudicare, & sic in parte, & partibus sibi fauorabilibus eas producit, & non alias &c.

Quia opinio, quod talis protestatio deseruiat de vento, est verior, cum non sit in potestate partis adimere, seu restingere vim probatiuam scripturarum, cum et in eis, quæ non dependent à voluntate protestantis, non iuuat protestatio voluntatis declaratoria.

Legata etiam non pia, debentur constito de clara mente testantis, in foro conscientiæ, quoq; relicta in testamento minus solemni, & eò magis si in eo sit instituta pia causa, seu Ecclesia, & quare.

SVMMARIVM.

211 *Actum illum, quit non potest impugnare, ex quo, ille commodum reportat.*

212 *Fructum, quis ex eo. non debet consequi, quod nititur impugnare.*

213 *Testamentum, in quo, quis ad sui fauorem se fundat, iustum est, quod illud in totum debita executioni mittat.*

214 *Testamenti validitatem ille, non potest impugnare. ex quo tamquam valido, se tuetur.*

215 *Pia causa, quatenus debet acceptare hæreditatem sibi relictam in testamento minus solemni.*

216 *Hæres debet acceptare hæreditatem cum onere soluende legata, cum tota dispositio testamentaria, sit vnica voluntas.*

217 *Dispositio vna, & eadem non debet diuerso iure censeri.*

218 *Instrumentum, seu scripturam producens fatetur omnia in ea contenta esse vera, & approbat omnia in eo contenta.*

219 *Quod procedit, etiam, quoad ea, quæ contra producentem faciunt.*

220 *ex Scripturarum productione oritur confessio præiudicialis contra producentem.*

221 *Scriptura produa contra producentē probant, etiam quo ad ea quæ incidenter. et enunciatiuè sunt in eis prolata.*

222 *Quæ conclusio licet habeat suos contradictores non est tamen ab ea recedendum in iudicando.*

223 *Scriptura in actis producta probat etiam contra producentem, non obstante protestatione.*
Quod in partibus præiudicialibus, non intelligit sibi præiudicare.

224 *Verba protestantis non debent operari effectū contrarium intentioni eius.*

225 ***Protestatio in productione scripturarū, quod producens non intelligit, sibi præiudicare, ad nihil deseruit.***

226 ***Scriptura producta efficitur communis.***

227 ***Scripturam aliquam, licet producene possit eam non producere, tamen non potest post productionem à se factam operari, vt ea non probet contra se.***
Alex. in consil. 136. num. 33. lib. 2. reprobatur ab eius Addent.
Protestatio, quæ non pendet à voluntate protestantis non releuat.

228 *Productio, quando fuit facta cum protestatione, quod in parte, et partibus &c. quando releuet, talis protestatio, & quando non. et num. 229. & 230.*

231 *Scripturas antequam quis in actis producat, sedulò perpendat, an ea, quæ contra eum in illa sunt possint sibi graue præiudiciū inferre.*

232 *Periculo manifesto, quis nō debet se exponere.*

233 *Agens in omnibus cautè, in nihilo damnificatur.*

234 *Initium cui est sine prudentia, finis esse solet cum pœnitentia.*
Consilij moderatione quidquid perficitur, non consueuit, pœnitudinis rubore perfundi.

235 *Confessiones, quæ oritur ex productione scripturarum, sunt adeo irrefragabiles, vt probent contra producentes, licet sint nulla.*

236 *Productio dat robur scripturis, et auctoritatē. Instrumentum etiam falsum probat contra producentem, quod procedit etiamsi vti tale pars aduersa habuerit illud.*

237 Te-

237 *Testamentum producens, censetur omnia, & singula in eo contenta approbare.*

238 *Quod procedit etiamsi talis productio sit facta per procuratorem.*

Procurator producens testamentum censetur illud habuisse à parte, & postea præsumitur, quod ipse procurator certiorauerit Dominum super productione.

239 *Ecclesia, seu locus piae, dum vult uti testamento in quo est instituta hæres, debet eum omnibus suis partibus acceptare.*

240 *Testamentum est indiuiduum, & ideo in totum est adimplendum.*

241 *Factum acceptans, debet illud cum omnibus suis annexis, et connexis acceptare.*

242 *Ciuilitatem acceptans, censetur acceptare onera et annexa quoque.*

243 *Beneficium statuti, vel legis, quis non potest acceptare, nisi cum suis qualitatibus.*

244 *Dispositionis unica partem, quis non debet acceptare pro se facientem, et in reliquis reprobare.*

245 *Legata etiam prophana, constito de clara mente relinquentis debentur, etiam si relicta in testamento minus solemni, in foro consciẽtia. & numer. 246.*

247 *Voluntas defuncti, vt obseruetur ratio naturalis id suadet.*

248 *Conscientia nihil aliud est, nisi bonus vir, qui intra nos loquitur in corde nostro. & vide numer. 249.*

Certus non est amplius certiorandus.

250 *Conscientia est speculum, & lucerna rerum agendarum.*

251 *Veritate nuda contentatur conscientia.*

252 *Hæres, si soluat fideicommissum in testamento minus solemni relicto, illud non repetit.*

253 *Voluntas defuncti circa conscientiam læsam non potest sperni.*

254 *Soluti repetitionem impedit obligatio naturalis.*

255 *ex Testamento minus solemni oritur obligatio naturalis.*

256 *Naturaliter, quod debetur soluendum est.*

257 *ex Testamento etiam ad prophana, minus solemni, non solum impeditur repetitio, sed etiã habet effectum exceptionis.*

Et id oritur ex obligatione naturali.

258 *Lex Ciuilis iuxta, et honesta, etiã in foro conscientia debet seruari, & obligat in eodẽ foro.*

259 *Lex Ciuilis introduxit tot solemnitates in testamentis, vt omnem suspicionem fraudis euacuet.*

260 *Testamentum, quando est verum, & sincerũ satisfactum est menti iuris Ciuilis, requirendo tot solemnitates.*

261 *Lex Ciuilis, quatenus est iusta, & rationabilis admittitur etiam in foro conscientia, sed secus, si repugnet veritati, & legi diuina.*

CAPVT LVIII.

PRo validitate legati prophani Laicis relicti in testamento pio minus solemni, quod sit respondendum, iam satis id deduxi in præcedentibus capitibus, at nunc antequã celebrem hanc controuersiam concludã, corroborare vlterius eam intendo alijs rationibus. Vnde quoque insistit non parum ad amplectendam prædictam principalem conclusionem, famigerata illa, ac satis decantata
211 iuris regula, Neminem posse impugnare id
in quo se fundat, commodumque reportat
l. post legatum. ff. de his quib. vt indign. &c. & est
satis vulgata regula illa Iuris Canonici de
qua *in cap. 38. de regul. iur. in 6.* ibi, *ex eo, quis*
212 *nõ debet fructum consequi, quod nisus est impugnare.* Vnde pia causa, testamentum, in quo
se fundat, & ex quo commodum sensit, iustũ
213 est, vt non impugnet, sed volũtatem defuncti in eo scriptam integraliter debito fini mãdet, *vt in puncto ratiocinati sunt* Alexand. *in
cons. 105 num. 14. vers. Nec poterit Ecclesia inualidare testamentum &c. lib. 4. et* Salyc. *in
d. auth. cassa sub num. 7. C. de sacrosanct. Eccles*
214 vbi inquit piam causam non posse allegare
inualiditatem testamenti, ex quo tamquam
valido se iuuat.

Nam & vlterius est considerandum, quod
pia causa, seu Ecclesia non posset accipere hæreditatem, nisi quatenus voluntas testatoris,
215 quamuis minus solemniter testantis, sit, vt
eam habeat, sed cum onere illo soluendi legata in prædicto testamento ab eodem reli-
216 cta, & sic cum sit vnica voluntas, in totum
est seruanda tamquam valida, aut in totum
iudicanda inualida, & faciunt ea, quæ dixi su-
217 pra, nempe monstruosum, et ridiculum esse,
vnam eandemque dispositionem diuerso iure
censeri. Hinc etiam est, quod producens instrumentum, seu scripturam aliquam fatetur
esse vera, quæcumque continentur in ea, et
218 approbat omnia in eo contenta, *iuxta cap.
cum olim. ibi, absonum erat præterea de censibus
l. cum præcum. C. de liber. caus. l. Publia. § fin.*
219 *ff. deposit.* quod procedit etiam in his, quæ
contra ipsum producentem faciunt. *d. cap. cũ
olim. de censib. & cap. venerabilis. vt Innocent.
Abb. & cæteri Scribẽtes. de except. & in cap. imputari. de fid. instrument. Bart. in l. post legatum.
in princip. ff. de iis, quib. vt indign. late Socin. cõsil. 97. nu. 19. lib. 4.*

Hinc dixit *Rota coram bon. mem.* Pitouano
decis. 637. num. 6. part. 4. recent. tom. 2. quod ex
productione scripturarum oritur præiudicia-
220 lis confessio contra producentem, et ex ea
oritur acceptatio, *cum ibi allegatis.* Quæ conclusio ampliatur etiã, quoad ea, quæ in scrip-
221 tura producta enunciatiuè, aut incidenter
exprimantur. *Abb. in cons. 52. in quæst. 3. dub.
lib. 2. Ias. in l. si cui § si à filio. in fin. ff. de legat. 1.*

Ruin.

Digitized by Google

Ruin *conſ.141.num.13.verſ.quinimo dici poteſt*
& ſeq.lib.5. Franciſc.Becc.*conſ.3.ſub num.38.*
verſ.procedit etiam, quæ enunciatiuè, vel inci-
denter exprimuntur &c. Rota apud Mohed.
deciſ.3.in fin.verſ.cum inſtrumenta ſint produ-
cta &c. de regul. et coram bon. me, Manzaned.
deciſ.249.num.4.verſ.cenſetur ab eodem appro-
bata, etiam quoad enunciatiuè, & incidenter
in ea expreſſa &c. part.1.recent.et coram bo me.
Gypſ.*in Romana Fideicõmiſſi de Gorijs 16.No-*
uemb.1598. et coram Card. Caualer. *deciſ.26.*
num.4.verſ.talis acceptatio etiam ſe extendit ad
ea, quæ propter aliud prolata ſunt &c. cũ alijs
relatis corã bo me. Coecino, *in cauſa Nouarien.*
Bonorum 18. Decemb. 1640. *§.Secundò vt fuit*
ponderatum verſ.quæ concluſio ampliatur, vt
procedat etiam quoad enunciata &c vbi quoq;
afferitur, quod licet ampliatio iſta habeat
222 multos contradictores, non eſt tamen in iu-
dicando ab illa recedendum &c. et affirma-
tur Rotam ſic ſæpius firmaſſe.

Et in tantum eſt vera ſupradicta opinio,
quod ſcriptura prodncta probet etiam quo
223 ad ea, quæ faciunt contra prodncentem, vt
procedat etiam ſi quis in parte, et partibns
pro ſe fauorabilibus tantum faceret talẽ pro-
ductionem, et ſic non animo præiudicandĩ
ſibi, et licet aliqui ſenſerint, ne verba operẽ-
224 tur effectum contrarium, intentioni produ-
centis, *vulg. l.non omnis ff.ſi cert. petat.* quod
talis proteſtatio inuet, ſicuti affirmarunt *Ol-*
drad.in conſ.292. An negatio. numer.6. verſic.
præterea Sarayn. *ad Matheſil.ſingul. 40. circa*
finem.verſ.in inſtrumentorum autem productio-
ne &c. Alex.*in conſ.136.num.25. verſ.omnia*
iura et inſtrumenta producta fuerunt cum pro-
teſtatione, quod in parte, et partibus tantum
fauorabilibus producebat, quæ proteſtatio opera-
tur, quo ad ea, quæ non ſunt in fauorem produ-
centis, non dicantur inſtrumenta producta &c.
lib.2.et conſil 181.num.7.verſ.libri producantur
in parte, et partibus facientibus in fauorem dum-
taxat producentis &c. eodem lib 2. vbi etiam
ait, hanc eſſe cautelam *Bald. in l.1. col.2.* C.*de*
confeſſ.& adde Bart.*in l. Aurelius. §.idem quæ-*
ſiuit.verſ.quare dic latius.ff.de liberat. legat. quẽ
ſequitur, & dicit communiter approbatum
Iaſ.in §.item ſi quis.à num 21. Inſtit. de act. &
de communi etiam teſtatur *Oſaſch. deciſ. Pe-*
demont.17.num.7.cum alijs allegatis per Gabr.
de confeſſ.concluſ.5.num 31. & ſanè opinio iſta
eſt ſatis controuerſa *teſte* Natta *in conſil.365.*
num.4.lib.2.

Opinio tamen contraria, quod talis prote-
225 ſtatio ad hoc nihil releuet, quin etiam pro-
ducens contra ſe teneretur ſtare, *firmant om-*
nes in d cap.cum venerabilis.de fid inſtrum. cum
alijs allegatis per Decian.*in conſil 20 numer.8.*
verſ. licet produxiſſet cum proteſtatione, quod
producebat tantum in parte & partibus pro ſe
facientibus, tamen non releuaretur &c. lib.2.
Aym.*conſil.80.num,8.verſ.liber productus in*
iudicio dicitur communis vtrique parti, ideo pro-
bat contra producentem, licet in parte, & parti-
bus &c. Caſtr *in conſil.332.In cauſa Syluestri.*
num.2.verſ.nec poteſt dicere &c.lib.1. vbi affir-
matur, quod ſcriptura producta efficitnr cõ-
226 munis, & licet poſſit pars producens non
producere, tamen nnn poteſt poſt productio-
nem à ſe factam, facere, quod non probet
contra ſe &c. *Marc. Anton. Roueſcal. in addi-*
tion.ad d.conſil.Alex.136.in litera ll.& mm.vbi
ait, quod nõ releuat talis proteſtatio, ſitq; ve-
rior opinio, quidquid ibi *in d.conſil.136.Alex.*
227 firmet, cnm id male firmet, quia non eſt in
poteſtate partium reſtringere vim probatiuã
ſcripturarum. *optimè Oſaſc.deciſ.Pedemont.17.*
num.28.et ſeqq. vbi ait, quod proteſtatio volũ-
tatis declaratoria nullum habet effectum, in
his quæ à poteſtate proteſtantis non depen-
dent, cum ibi allegatis. Magna quidem, vt dixi
in hac concluſione eſt diſcrepantia inter DD.

Verum æqua diſtinctione credo poſſe inter
228 eos, certa pax conſtitui, nempe vt prima
opinio procedat, quando productio facta fuit
ab aduerſario cum prnteſtatione, quod pro-
ducit in parte, & partibus pro ſe facientibns,
& non aliter &c. & tunc ea releuet ſi tali pro-
teſtationi non contradicat contraria pars, nã
tunc productio inducit probationem ſolum,
229 quo ad ea, quæ ſunt in fauotem producen-
tis, ſed quando pars contradixit tali proteſta-
tioni, & tunc procedit altera opinio, *& ſuper*
hoc videatur Iaſ.in l.non ſolum.§.morte nu.26.
ff.de nou.oper.nunc. Dec. *in d.cap. venerabilis.*
nu.22. de fid.inſtr. Rip.*in cap. M. Ferrarienſis.*
num.75.de conſtit. Menoch *de præſumpt.lib.2.*
præſumpt.45.nu.21.verſ cui quidem proteſtatio-
ni ſi non contradicat aduerſarius &c. Scio mul-
tos DD renuere talem admittere diſtinctio-
nem, indiſtincte tenendo, quod producens
230 ſibi præiudicet, qnacnmquè non obſtante
proteſtatione in contrarium, Video in hac cõ-
trouerſia magnam tempeſtatem, cõſulo vt ea
euitetur, quod quis antequam aliquid in actis
231 producit, ſedulo perpendat ac cogitet, & re-
cogitet an graue damnũ, ſint ei allatnrua, quę
in ſcriptura producenda, ſunt contra enm, &
232 ſic manifeſto periculo, ſe non exponat, quia
poſt productionem non eſt locus amplius pœ-
nitentiæ, ideòque antea prndenter ſuper hoc
233 conſulat, nam agens in omnibus cautè in
nihilo damnificarur, *vt aduertit Rota coràm*
bo.mem.Coccin.deciſ.4.numer.16. verſ.agens in
omnibus cautè &c. part.5.recent. et ſupra tetigi
alia occaſione cap.26.à nu 258. Aliàs vero cui
234 eſt initium ſine prudentia, finis eſſe ſolet
cum pœnitentia, ſicut è contra, Quidquid cõ-
ſilij moderatinne perficitur, non conſueuit
pœnitudinis rnbore perfundi, & de his ha-
ctenus.

Et proprius accedendo ad terminos no-
235 ſtros, tam irrefragabilis eſt confeſſio, quæ
oritur ex productione inſtrumentorum, &
aliarum

aliarum scripturarum, vt contra producentē
probent, etiamsi non essent solemnes, siue
236 nullæ, quia productio dat illi fidem, & au-
ctoritatem secundum Bald. in l. alia. numer. 3.
C. de his, quib. vt indign. Angel. in cons. 132. Qui-
dam Nicolaus. num. 3. vers. secundo quia. Alex.
in consil. 184. num. 2. vol. 7. Felin. in d. cap. vene-
rabilis num. 7. in 2. limitation. vbi etiam Dec.
num. 27. vers. quinta conclusio &c. Decian. dict.
consil. 20. num. 9. vers. imò talis confessio, quæ
resultat ex productione, locum habet, etiamsi
scriptura, producta esset nulla &c. Surd. in con-
sil. 151. num. 16. vers. etiamsi esset scriptura pri-
uata & carens solemnitate, quia producendo cē-
setur eam approbare &c. Idem decis. Mantuan.
267. num. 2. vers. etiamsi scriptura producta non
sit solemnis &c. videatur etiā Aymon. de antiq.
tempor. 1 par. section. titul. de verbis ennunciat. nu-
mer. 57. vbi de communi. Paul. Granut. in suis
Theorem part. 1. theorem. 20. nu. 18. vers produ-
cens instrumentum etiam falsum, vel minus so-
lemne, tenetur ei stare &c. et num. 16. amplia-
tur etiamsi instrumentum illud esset exad-
uerso vti falsum, & nullum reprobatum, &
adducit Suarez. allegat. Iur. cap. 27. numer. 4.
vers. nec obstat &c. & in puncto testamenti, vt
quis per eius productionem censeatur omnia,
237 et singula in eo contenta approbare, & sic
vti validum habere. consultus respondit Alex.
in consil. 163. num. 4. lib. 2. Afflict. decis. 25. nu. 5.
vers. ratione productionis videtur fateri vera esse
quæ continentur in testamento &c. cum alijs al-
legatis per Rotam corā bo. me. Buratt. decis. 621.
num. 11. vers qui propterea censetur approbasse
omnia in dicto testamento contenta &c. vbi etiā
numer. 12. id ampliat etiamsi talis productio
238 testamenti facta esset per procuratorem, cū
præsumatur tale testamentū sibi per principa-
lē transmissum, & ipsū à procuratore de pro-
ductione certioratum. Roman. consil. 481. nu-
mer. 7. cum multis decisionibus ibi adductis, & in
terminis productionis testamenti, quod per
eam censeatur omnia contenta in eo appro-
bare adde Card. Caualer. decis. 665. nu. 5. vers.
hoc secundum testamentum fuit productum, &
regula est contra producentem scripturam fate-
ri omnia contenta in ea &c. Quare sic concludi
239 potest in casu nostro, dum pia causa, seu Ec-
clesia vult vti testamento in quo ipsa instituta
fuit hæres, debet illud in totum approbare,
240 Et sic adimplere etiam legata prophana ex-
traneis relicta cum sit Indiuiduum vt supra
dixi, nam, & acceptans factum debet illud cū
241 omnibus suis annexis, & cōnexis qualitati-
bus acceptare l. cū ab uno. ff. de legat. 2. cap. of-
ficij. de testam. l. qui tutelā. ff de testam. tut. Dec.
consil. 299. num. 13. Alciat. consil. 545. numer. 3.
Bellon. consil. 9. numer 9. Crauett. consil. 174.
num. 9. et in cons. 245. num. 4. Cagnol. in l. qui
cum alio. num. 8. ff. de regul. iur. vbi vult, quod
242 acceptans ciuilitatem censetur acceptare
omnia onera annexa. Facit etiam quod di-
cimus, non posse aliquem acceptare beneficiū
243 statuti, vel legis, nisi cum suis qualitatibus
iunctis. Bart. in l. 1. §. quod autem. ff. ne quid in
loco publ. latè Bec. consil. 53. num. 9. Non enim
licet vnam partem alicuius dispositionis, quæ
244 ad sui fauorem facit approbare; et aliā quæ
contra se facit reprobare, ad l. cum quæritur.
ff. de administr. tutel. cum infinitis relatis per
Tiraquell. de retract. conuent. in fin. nu. 8. & seq.
quæ conclusio benè etiam facit ad propositū
nostrum.

Fortiter etiam stringere non desinit, alia
potens ratio, nempe talia legata, licet non
245 relicta in piam causam, esse omnino persol-
uenda, quando constat de mente clara dis-
246 ponentis, quo casu illa debentur in foro cō-
scientiæ. & ita firmarunt Abb. in cap. quia ple-
rique à nu. 42. de immunit. Eccles. Idem Abb. in
cap. vltim. de restit. in integr. Anchar. in regul.
possessor. quæst. 1. de regul. iur. & tenet Bart. in
tractat. Maioric. lib. 1. cap. 3. quē sequitur Butr.
in d. cap quia plerique. num. 9. vers. ex his patet.
de immunit. Eccles. et in cap. cum esses. num. 10.
de testam. vbi Couar. num. 4. dicens hanc opi-
nionem communem esse. Corn. in consil 119.
num. 34. vol. 2. vbi pariter eam appellat com-
munem. Orosc ius in l. omnes populi. nu. 65. ff de
iustit & iur. et communem dicit, Menchaca
(ex voto Theologorum) in tractat de success.
creat. §. 1. num. 23. Padilla. in l. cum quis. num. 8.
C. de iur. & fact. ignorant. Ias. in l si non speciali.
C. de testam. vbi eam quoque communem ap-
pellat. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 80.
Medina de restitut. quæst. 23. Burg. de Paz. in
l. 3. Tauri. numer. 1480. Gomez. ad eandem l. 3.
num. 123. Spin. in specul. testament. glos. 31. nu-
mer. 25. & glos. 8. num. 69. Mich. Grass. de success.
cap. 4. quæst. 1. vers. et prædicta. et quæst. 2. Card.
Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 14.
num. 9. et seq. vers. relictum in testamento non
solemni in foro conscientia debetur &c. et præ-
ter ibi allegatos addo Merend. controuers. Iur.
tom. 1 lib. 3. cap. 37. et Fachin. pariter contro-
uers. iur. lib 4. cap. 5. vbi abundè, et hanc con-
trouersiam satis celebrem nūcupat. Atque ex
Theologis sic sensit. S. Thomas 1. 2. quæst. 96.
art. 4. Sot. de Iust & iur. quæst. 5. art. 3. & q. 6.
art. 4. lib. 4. Syluestr. in sua summa in verb. Hæ-
reditas. 3. quæst. 7. Adrian. quolib. 6. art. 1. q. 2.
Tabien. in verb. alienatio. §. 15. Angel. in verb.
Testamentum. §. 5. et in verb. Alienatio. §. 14.
Armilla in verb. Legatum. §. 51. et in verb. Hæ-
reditas. num. 14. Angles Floribus 2. part. in ma-
teria de dominio. Less. de iustit. lib. 2. cap. 19.
dub. 3. Lopez. in 2. part. instruct. cap. 14. Filiuc.
tom. 2. tractat. Gomitol. lib. 7. quæst. 1. à num. 5.
Ioan. de Medina de restitut. quæst. 23. in fin.
Molin. de iustit. tom. 1. tractat. 2. disputat. 81.
Fagundez. de Iustit. lib. 6. cap 7. num. 6. et seq.
Sanctatell. variar. resolut. part. 1. quæst. 66. per
tot. Gordan. Theol. moral. lib. 4. quæst. 4. num. 5.
Turllench in decalog. lib. 7. cap. 17. dub. 3 num. 7.

Villabos

Digitized by Google

re eius voluntatem etiam si legara sint ad prophana laicis relicta, quia Ecclesiastici prædicant æquitatem, & contemptum rerum mundanarum, facta ad aliquid persuadendum longè sunt potiora, quàm verba, quod validè probatur.

Priuilegia concessa pijs causis, quantumuls non extendantur ad alias personas non priuilegiatas, tamen id est intelligendum principaliter, secus si accessoriè, propter regulam iuris, quod accessorium sequitur naturam sui principalis, quæ regula cum procedat in odiosis, ergo magis in fauorabilibus. Ex societate bona, vel mala quid præsumatur.

SVMMARIVM.

262 *Iudex iustè iudicat, testamentum esse nullum si careat solemnitatibus debitis.*
263 *Testamentum, quando est nullum ex defectu solemnitatis, Iudex iustè adiudicat legitimis hæredibus.*
264 *Forum iudiciale distinguitur à foro pœnitentiali.*
265 *Validum sæpè aliquod iudicatur secundum forum externum, quod secundum forum internum respuitur.*
266 *Iudex iustè pronunciat, venditionis contractum est validum. & tamen ille, ad cuius fauorem pronunciatur, non potest esse tutus in conscientia.*
267 *Præscriptionis materia non admittitur in foro conscientiæ.*
268 *Substitutio pupillaris excludit matrem à legitima, & quid in foro conscientiæ.*
269 *in Via conscientiæ cauendum est, ne erretur perniciosè sub ratione iuris Ciuilis.*
270 *Conscientia, est via arcta, quæ ducit ad Cœlū.*
271 *Lex, quæ fundatur in præsumptione non habet locum in animæ iudicium.*
272 *Veritas facit præsumptionem omnem cessare.*
273 *in Foro conscientiæ, perpetuum est, vt attendatur veritas iuris naturalis.*
274 *contra Rationem naturalem vix aliquid fit, quod conscientiam non remordeat,*
275 *Testamentum est validum in foro conscientiæ ex sola simplici voluntate, certa tamen.*
276 *in Testamento minus solemni relicta, persoluenda sunt, & maximè dum pius locus, vel Ecclesia in eo instituta est hæres.*
277 *Ecclesia est pietatis, & iustitiæ magnum Luminar.*
Ecclesia quotidie excitat Christifideles ad Cælestem gloriam, & contemptum humanarum rerum prædicat.
278 *Ecclesia omnibus prodest, & neminem lædit.*
279 *Ecclesiastici iniquum esset, si vnum docerent, & postea ipsi aliud facerent, & vide nu. 280. 281.*
280 *Ecclesiastici verbo, & exemplo debent docere.*
282 *Prædicationis continuum genus est, vitam exemplarem ducere.*
283 *Exempla validiora sunt, quàm verba.*
284 *Demonstene tantum loquente tota Græcia bella suscepit, & suscepta deposuit.*
285 *Sicilia fere tota concurrit post linguam cuiusdam vocati Cuni, & parum defuit ne subiecta remaneret proprijs seruis.*
286 *Populo Hebreo tempore Theodosij Imperatoris, quid acciderit, allucinato à loquacitate cuiusdam falsi Prophetæ.*
288 *Corda humana magis capiuntur exemplis, quàm verbis.*
289 *in Actibus humanis magis creditur factis, quàm verbis.*
290 *Exempla, sunt tamquam silices, quæ percussa ab ignerio memoriæ, vel considerationе, quid operentur. et n. 291.*
292 *ad Factum vbi deuenitur, tunc ampla fides verbis adhibetur.*
293 *Alexander Magnus, dum tantum dixit militibus se velle eorum æs alienū persoluere nullus accessit ad eum, & quo facto, omnes accesserunt, et n. 294. et 295.*
Facta sunt demonstrationes mathematicæ.
296 *Iob plus vrget nos, ad tolleranda aduersa quā tota sapientia Salamonis planè exagerantis magnitudinem patientiæ. & vide n 297.*
298 *Velleius Paterculus Rom. quid respondit Fabro murario, volenti domum suam accomodare, ne oculis vicinorum esset subiecta. & nu. 300. 299. & seq.*
302 *Testamentum pium minus solemne valet, & tenet etiam quoad legata in eodem testamento laicis relicta, quoad prophana.*
303 *Quæ opinio palmam reportat, vt testantur grauissimi DD. de quibus multi recensentur num. 304. 305. itaq. tutum non sit ab ea recedere. n 306.*
307 *Et sic tenent plures Theologi, & decisum reperitur in aliquibus Tribunalibus. n. 308.*
310 *Priuilegium concessum piæ causæ, non debet excedere eius limites.*
311 *Intellige si id principaliter prætendatur secus si accessoriè.*
313 *Accessorium sequitur naturam sui principalis etiam si illud sit dignius, & pratiosius.*
314 *Accessoriū, quod sequatur naturam sui principalis id non solum procedit in fauoralibus, sed etiam in materia pœnali, & correctoria. num. 317.*
315 *Elogia suprema, ne euanescant, capienda est omnis possibilis interpretatio.*
317 *Prohibitio pœnalis, ne pecunia publica possit expendi in alios vsus, quàm in emptione frumenti, in tempore necessitatis,*
Ea extenditur etiam ad lucrum proueniens ex dicta pecunia.
318 *Priuilegia, quod in correctorijs, & exorbitantibus non extendantur ad accessoria est opinio improbata.*
310 *Bald. Nouell. in tract. de dote in 8. part. priuileg. 6. non benè loquitur.*
320 *Præscriptio est materia odiosa, & stricto in-*

 ter-

terpratationis, quasi frano, inter expressorum metas, est coercendus.

321 *Præscriptum tantum dicitur, quantum possessum, estque materia iniqua præscriptio.*

322 *in Præscriptionibus etiam intrat regula, quod accessorium sequitur naturam principalis.*

323 *Præscribens fundum, censetur etiam præscribere seruitutem fundo inhærentem.*

324 *Iura præscripta habent suas tacitas accessiones.*

325 *Consuetudinis materia mordicè, & strictè interpretatur, & tamen trahitur ad accessoria.*

326 *Societas finita reperiatur super aliqua re principaliter, extenditur etiam ad omnia eius accessoria.*

327 *Accessorium si sequitur naturam sui principalis in odiosis, ideo que multò magis procedit in fauorabilibus*

328 *Societatis bona, ea est natura, vt communicet naturam suæ bonitatis.*

329 *Societatis bona ratione, quis præsumitur bonus.*

Vxor bona facit bonum virum.

330 *Societatis mala ratione, quis præsumitur malus, & hoc est prouerbium Florentinum.*

331 *ex Socio cognoscitur, qui non cognoscitur ex se antiquum prouerbium.*

332 *Institutio ad pias causas facta in testamento minus solemni, cum valeat, hanc validitatem communicat etiam relictis in eo ad non pia.*

333 *cum Sapientibus, qui graditur, sapiens erit, amicus stultorum similis eis efficietur, secundū Salamonem.*

334 *cum Bonis ambulandum est secundum Catonem.*

335 *Conuersandum est cum illis, qui meliores nos reddere possunt.*

336 *Conuersatione bonorū virorum nihil est potentius ad declinandum malos mores.*

337 *Cum quo, quis edat, prius circumspiciendum est, quàm quod edat, vel bibat.*

338 *Sodalem nimis nulli quis se facere debet, nam gaudebit minus, sed minus dolebit.*

339 *Legata relicta extraneis in testamento inter liberos minus solemni, non tenent, & n. 340.*

341 *L. hac consultissima. §. ex imperfecto C. de testament. in parte fuit correcta.*

342 *Legatum relictum vxori in testamento minus solemni inter liberos valet.*

343 *Testamentum patris inter liberos conditum non solemne licet valeat, tamen à iure habetur pro imperfecto.*

344 *Testamentum ad pias causas secundum cap. relatum di testament. conditum, à iure reputatur solemne.*

346 *Argumentum de testamento inter liberos ad pias causas quatenus de iure procedat.*

347 *Testamentum inter libiros, & ad piam causas non per omnia à pari procedunt.*

348 *Argumentum æquiparatorum de vno ad aliud non intrat, quando militant diuersæ rationis*

CAPVT LIX.

IVdex secundum Iuris tramitem, nemo est,
qui inficiat, quin iustè iudicet, dum pro-
262 nunciat testamentum illud esse nullum, si
non habeat legitimam Iuris Ciuilis solemni-
tatem, et rectè adiudicat legitimis hæredibus
263 hæreditatem. *l. si post diuisionem. C. de iur. et
facti ignor. l. ex imperfecto. C. de testam.* Nam ta-
lis sententia obtinet etiam locum, in foro cō-
scientiæ, *cap. 2. de maior. et obedit. cap omnis ani-
ma. de censib.* et absurdum esset velle asserere
iustas leges in foro animæ locum non obti-
nere, et sic persistendo in terminis, de qui-
bus supra scilicet legata prophana relicta in
testamento pio minus solemni, deberi, quod
non videtur id procedere propter supradicta.
264 Quia respōdetur quod forū iudiciale, distin-
guitur à foro pœnitentiali, *vt secundū Theolo-
gos tradit* Bald. *in cap pastoralis. §. quia verò.
num. 5 in fin. de offic. delegat. et in consil. 464 n. 4.
et 6. vol. 1.*

Nam non rarò aliquid secundum forum
265 externum iudicatur validum, quod in foro
conscientiæ respuitur, *can. vlum. 17. quæst. 4.*
ibi, *iure fori. et non iure poli.* Iustè Iudex pronū-
ciabit venditionis contractum nō esse rescin-
266 dendum, nec iustum prætium esse supplen-
dum, nec post tempus constitutum à Lege de
dolo dari posse, & tamen is secundum quem
pronunciabit, quo ad animæ iudicium, & con-
scientiam tutus non erit, sicuti latè probat.
Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 4. Sotus *de Iust.
& Iur. lib. 6 quæst. 3. art,* 1. Arias Pinell. *ad l. 2.*
C. *de rescind. vendit. in 2. part. à nu.* 35. et circa
materiam præscriptionis, quæ nō admittitur
267 in foro poli, vide quæ dixi *in annotat. ad decis.
3. à nu. 35. vers omnibus Christifidelibus quibus
est spes salutis æterna &c part. 3. recent.* Vi-
268 demus etiam, quod substitutio pupillaris
excludit matrem etiam à legitima *l. Papinia-
nus, §. sed neque impuberis ff. de inoffic. testam. l.
precibus. ff. de impub. & alijs substitutionibus,* &
tamen in foro cōscientiæ aliud seruatur iuxta
adducta *per Archidiac. in cap. si pater. de testam.
lib. 6.* Dec. *in consil. 211. in fin. Alciat. in consil.
50. num. 15. lib. 9.* circa quam materiam alibi
dicam plura, & perquiram de subsistentia hu-
ius opinionis.

Cauendum est enim ne sub ratione iuris
269 ciuilis perniciosè erretur in via conscientiæ
vt inquit idem Bald. *in auth. ad hæc num. 13. in
fin. de vsur.* Cum apices iuris in foro consciē-
270 tiæ non excusent, nam conscientia est via
arcta, quæ ducit ad salutem, vt dixi iam supra
Rursus lex quæ fundatur in præsumptione,
271 prout est casus noster, non habet locum in
animæ iudicio *ita* Innocent. *in cap. quia plerique.
de immunit. Eccles.* Angel. *in summ. in verb. Lex
nu. 4.* Syluestr. *in eodem verb. Lex. quæst. 9. vers.
secun.*

secundo. Suarez. *de Legib. lib. 3. cap. 23. n. 1.* Salas
de Legib. disput. 10. sect. 4. n. 18. cum alijs abun-
de relatis *per Sayr. in Clau. reg. lib 3 cap. 7. n. 8.*
& ex nostris vide *Menoch. de præsumpt. lib. 1.*
quæst. 80. *n.* 1. quia veritas facit cessare præsū-
ptionem. *l. filium quem. ff. de lib. & posth. cap.*
tua nos & cap. is qui fidem. de sponsal. Et hoc
est perpetuum in foro conscientiæ sempet es-
273 se attendendam veritatem Iuris naturalis,
& illi innititur, & adaptatur, quare vt probe
dixit *glos. in l. in hac. in verb. mora. circa med.*
ff. de condit. tritic. vix reperiatur aliquid con-
274 tra rationem naturalem, quod conscientiam
non remordeat.

Persistēdo modo strictè in terminis nostris,
dum generaliter verum est, testamentum esse
validum, & ideo obseruādum in foro consciē-
275 tiæ ex sola simplici voluntate testatoris, de
qua quis est certus (veluti dum scripta repe-
ritur manu ipsius testatoris, vel alio certo, vel
probabili modo) licet in ea sit prætermissa
omnis solemnitas iuris positiui, quanto ma-
gis id habebit locum, prout est casus noster
276 quando id spectabit ad locum pium, et ad
Ecclesiam, quæ & pietatis, et iustitiæ magnum
luminar est, & quotidie Christifideles ad
277 Cœlestem gloriam excitat, ac contemptum
rerum humanarum, prædicat, & ipsa omnibus
prodesse intendit. *cap. 1. ad med. vers. Ecclesia,*
cum sit cultrix, & nutrix iustitiæ de alien. feud.
in vsib. feud. vbi glos. notabil. dicit Ecclesiā om-
278 nibus prodesse, et neminem ledere debere,
nam supposita validitate institutionis piæ cau-
sæ, si illa legata non pia in eo testamento mi-
nus solemni relicto futura essent inualida, ac-
crescere deberent piæ causæ in hæredem re-
lictæ non autem hæredibus ab intestato, vt
dixi supra *d. n.* 40. ratio autem postulat vt, quæ
solemnitas, & fides, seu probatio in commo-
dum hæredis sufficit, vt testamentum substi-
neatur, sufficiat quoque vt conseruentur le-
gata in eo instituta, quando agitur de com-
modo solius hæredis. *videatur* Molin. *de iust.*
tom. 1. tractat. 2. disput. 134. vers. *in primo aut.*

Iniquum enim esset, si Ecclesiastici vnum
docerent, & contrarium facto comprobarent,
279 aberrando à præclara illa via conscientiæ,
quæ fortunatè ducit ad Cœlum, vt dictum est.
Idque paterno affectu admonet Ecclesiasti-
cos Magnus Gregorius Papa *in can. oportet*
Sacerdotes 89. distinct. vbi, vt ipse inquit graui
animi tristitia, & amaritudine plenus admo-
280 net eosdem his verbis. *Vnde omnino cauen-*
dum est fratres, ne fallamus populum, & illud
propheta dictum impleatur in nobis. Sacerdotes
DEI contaminant sancta, & reprobant legem,
quos, & alius propheta increpauit, dicens. O vos
281 *Sacerdotes, qui fallitis nomen meum.* cum alijs
in d. can. relatis, circa quam materiam exorā-
do Ecclesiasticos omnes, vt verbis, & multò
282 magis operibus, quod est continuum genus
prædicationis, *vt inquit Sacri Concil. Trident.*
sess. 25. cap. 1. de reformat. dent bonum suaui-
tatis odorem, multus fui in annotat. *ad decis.*
28. à num. 187. part. 3. recent. & in annotat. ad
decis. 144. nu. 27. part. 4. tom. 1.

Et postquam hic occasio se offert aliquid
generaliter deducam, ad probandum vali-
283 diora esse exempla, quàm verba. Non igno-
ro, magnam esse potentiam verborum ad ali-
quid persuadendum, quare *Sabellicus, de sent.*
lib. 1. cap. 6. in æternam Demostenis memo-
riam testarum sic reliquit. *Eo loquente tota*
284 *Grecia bella suscepit, suscepta deposuit fœdera*
cum Regibus iunxit iuncta dissoluit &c.

Vidit Sicilia, (*vt referunt Flor. lib. 3. cap.*
19. & Diod. in fragment) post linguam cuius-
dam vocati Euni currere sexaginta millia, et
285 plus hominū armatorū, & parum defuit, ne
florentissima illa pars Italiæ subiecta remane-
ret proprijs seruis. Populo Hebreo, tempore
Theodosij Imperatoris, *prout habetur in histo-*
ria Ecclesiastica apud Socrat. lib. 7 cap. 37. sub-
mersa remansit magna eorum quantitas in
286 Mari allucinata tātum à loquacitate fallaci
vnius talis noui, sed somniati Moysis, qui di-
cto populo promittebat, tutò eum ducere ad
promissionis terram, etiam siccis pedibus &c.

Mirabilia sunt ista exempla, ex quibus di-
287 gnoscitur, quam magna sit energia verbo-
rum, sed rara sunt, et non omnes in hoc for-
tunati sunt. Nam vt monuit Macrob. *Magis*
humana ingenia, exemplis, quàm oratione ca-
288 *piuntur,* quia homines magis credūt oculis,
quàm auribus, et sicuti scripsit edoctus ab ex-
perientia Aristoteles, *In actibus humanis mi-*
289 *nus creditur sermonibus, quàm factis.*

Exemplum est tamquam silex, quæ percus-
sa ab ingenio memoriæ, et cōsiderationis eius,
290 qui videt, aut sentit, vel legit, emittit ardē-
tes scintillas, vultum inflamat, excitatque
291 in animo præstanti, magnoque ignem inex-
tinguibilem, aut ruboris, aut pudoris, aut imi-
tationis. *Exempla enim, dormientes animas ad*
virtutem capessendam exsuscitant, et ignauas, et
socordes excitatiores efficiunt, et vitijs indul-
gentes, erubescere docent, atque ad pœniten-
292 tiam agendam inducunt. dixit egregius ille
Isidorus Pelusiota in suis Epistolis, *Vbi ad fa-*
ctū deuenitur, tūc verbis ampla fides adhibetur.

Referunt Historiæ de Alexandro Magno,
qui cum audiuisset, milites suos valdè ære
alieno oppressos esse, publico edicto vulgari
293 fecit, vt quotquot essent creditores, chiro-
grapho ostenso, de proprio eius ærario solu-
tionem acciperent, Verùm tàm creditores,
quàm debitores, paruam fidem verbis Regis
294 adhibentes, nullus pro solutione pecuniam
postulauit, quod Alexander animaduertens,
et vnde malum eueniebat cauens, statim in
foro publico ante fores Palatij mensas præ-
295 cepit parari, quibus decem millia talentorū
posita fuere, tuncq. confestim omnes certatim
adiuerunt, vt Regia libertate fruerentur.

Verissimum est enim Factum esse demon-
strationem Mathematicam, plus vrget nos ad
296 tollerantiam aduersæ fortunæ, vnus Iob sua
gloriosa patientia, quàm tota sapientia Regis
Salomonis planè exagerantis illius magnitu-
297 dinem, Plus creditum fuit Marco Tullio, dũ
vitam reliquit. pro tuitione libertatis Roma-
næ, quam quando eloquentissima eius lingua
in Senatu illius conseruationem mirifico mo-
do suadebat.

Quã enim valent exempla eorũ, qui alijs
298 præsunt, & veritatis semitam eis ostendere
tenentur. Hinc Liuium Drusum Romanum
summis laudibus celebrauit antiquitas (*vt refert Velleius Paterculus Roman. Histor. lib. vltim.*) Is enim cum palatium haberet ob fe-
nestrarum multitudinem oculis vicinorum
299 nimis patẽtem, fabro cuidam murario pro-
mittenti quinque talentorum mercede huic
incommodo occurrere, respondit, et quidem
sapienter Drusus, decem potius dabo tibi, si
totam domum meam conspicuam effeceris,
300 vt Ciues omnes quemadmodum vitam in-
stituo cernere queant.

301 Voluit quippè vir ille egregius innuere, eũ,
qui cœteris præest, illud sibi viuendi institutũ
sibi præscribere debere, vt sit omnibus tam-
quam exemplar, à quo cœteri discãt, & spe-
culum quoddam lucidissimum in quod popu-
li inspicientes vias virtutis assequantur. Et
hæc summo digito tetigisse sufficiant, quo ad
digressionẽ istam, homines magis credere fa-
ctis, quam verbis. Vnde modo redeo in viã.

Plures alias rationes possem adducere pro
tuenda veritate supra relatæ opinionis, vt te-
stamentum minus solemne conditum ad fa-
302 uorem piæ causæ substineatur, etiam quoad
legata in eo extraneis relicta ad prophana
Sed sat erit asserere in hoc controuerso pun-
ctu prædictam opinionem palmam reportas-
se, vt grauissimi Doctores fidem faciunt pro-
pter supra relatas, & similes rationes ab eis
303 scitè expensas, & quia sitienti sufficit fontẽ
monstrare, ideo vide latè *apud Salicet in auth. cassa. & irrita. quæst. 9. n. 7. C. de sacros. Eccles.* *Anton de* Butr. *in cap. quod Clericos. de foro cõpetent.* Abbas. *in cap. Ecclesia sancta MARIÆ, sub. num. 40. de constit.* & hanc esse opinionem
communiter approbatam, scribit *Gros in l re- coniuncti. num. 160. ff. de legat. 3. inter repetentes, vol. 4.* vbi, quod est verior sententia, & ideo in
iudicando, & in consulendo ab ea aduertit nõ
304 esse recedendum Idem sensit. *Couarr. in cap. relatum. num. 2. de testam.* Costa *in cap. si pater. part. 1. in verb. in suo testament. num. 8. de testam.* ita etiam consulti responderũt. *Cephal. in consil 78. num. 16. lib. 1.* Alex *in consil. 41. Viso tenore, num. 5. ad med. lib. 1. & in consil. 105. Viso, ac diligenter considerato nu. 14. lib. 4.* Corn. *consil. 178. num. 6 lib. 1.* Ruin. *consil. 1. num. 12. lib. 1.* & præter repetentes, & consulentes, ita
etiam senserunt *Io. Dilect. Durant. in tractat. de art. testand. titul. de testam. cautel. 5. sub. n. 4. vers. & ita reliqua substinentur &c. Michael.* Crass *in tract. de success. in §. Testamẽtum quæst. 18. num. 7.* vbi ait hanc opinionem obtinuisse,
& in fine post multos ibi relatos, commonefa-
305 cit, vt ab hac affirmatiua opinione in pra-
ctica non recedatur. nam sicut principalis in-
stitutio ad pias causas substinetur, ita etiã ac-
cidentia, & sic legata extraneis relicta. *cap. accessorium. de reg. iur. in 6 l. cum principalis. ff. eodem. cum simil.* ita quoq. sensit. *Stephan.* Gra-
tian. *discept. forens. cap. 605. num. 24. tom. 4.* vbi
306 ait contrariam opinionem non esse tutam,
et istam pro validitate relictorum, tam titulo
institutionis, quàm legati esse veriorẽ, & ideo
ab ea non recedendum, nec in iudicando, nec
in consulendo, *sic quoque pluribus relatis recẽtius sensit Io. Bapt.* Ciarlin. *controuers. forens. iudic. cap. 21. nu. 8. versic. talis dispositio substinetur non solum quoad piam causam. sed etiam quoad extraneos honoratos &c.* Barbos. *in tract. de Iure Eccles. lib. 3. cap. 23. num. 96.*

Et ex Theologis multi sunt, qui hanc com-
307 munem Iuristarum sententiam tutati sunt,
& præsertim *Dicastil de iustit lib. 2. tract. 3. disputat. 1. dub. 8. n 150.* Fagundez. *eodẽ tract. de Iustit. lib. 6. cap. 3. n. 21.* Trullench. *in Decal. tom. 2. lib 7. cap 18. dub. 4. nu. 2.* Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 7. numer. 2.* Lessius *lib. 2. cap. 19. dub. 2 numer. 9.* Molin. *de Iustit. tom. 1. tract. 2. disput. 134.* Villalobos. *in summa tom. 2. tract. 30. difficul. 4. n. 7.* et nu-
per hanc opinionem tamquam probabiliorẽ
tenent. R. P. *Antonius Diana in suis resolut. moral. part 7. tract. 6. resolut. 4. vers. At his, & R. P.* Ioan. *Angel.* Boss *in suis varijs moralibus tom. 1. titul 12. §. 11. n. 107. vers. altera sententia opposita &c.* & testatur de veriori. & in praxi obser-
308 uãda opinione, Ita quoq. reperio decisũ in
Senatu Burdegal. *apud Boer. decis. 93 sub n. 7. vers in testamento minus solemni ad pias causas cõdito debẽtur etiã legata nõ pia alijs relicta &c.* nec nõ in Senatu Sabaudiæ *test. Ant. Fab. in suo Codic. lib. 6. titul. quint. de testamen. definit. 5. sub. num. 2. vers. Boque casu valent etiam legata laicis relicta &c.*

Sed quia tempus est attingere metam præ-
sentis quæstionis, ideoq; fini properãdo, restat
solùm respondere ad aliqua motiua à me su-
309 pra adducta pro opinione illa, nempe lega-
ta facta extraneis in testamẽto minus solem-
ni ad pias causas principaliter condito, nulla-
tenus substineri, de qua supra diximus Et pri-
mum, cum dictum priuilegium sit concessum
310 intuitu piæ causæ, nõ debet excedere illius
limites, quia id verum est, quatenus princi-
paliter, & de per se prætenderetur talis ex-
tensio, secus verò si accessoriè, nam satis in
311 iure decantatum est, accessorium sequi na-
turam sui principalis, *vulg. text. in cap. accessorium. 42. de regul. iur. in 6. & in l. principalis. 139. ff. eodem.* sicque cum principale caput testa-

menti-

Digitized by Google

menti, sit hæredis institutio, eaque in casu
312 id prædicto substinetur, quãuis minus solem-
niter sit facta, vnde idem est iudicandum de
suis accessorijs, vt tetigi supra, & id intrat,
313 etiamsi accessorium sit pretiosius, et dignius
principali suo, *vt in l. & si non sunt. §. pecuniã. ff. de aur. & arg. legat. Bart. in l. 1. & 2. ff. de pecul. legat. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 116. numer. 2.*

Prædictaque regula non solum procedit in
314 fauorabilibus, prout est casus iste, nempe
ne suprema mortuorum elogia euanescant,
quæ materia est adeo fauorabilis, vt lex eius
intuitu omnem possibilem interpretationem
315 admittat, sicuti egregiè ratiocinatur *Innocent. in cap. cum Ioannes. num. 6. de testament. Grammat. decis. 73. nu. 32. cum alijs allegatis per* Surd. *consil. 414. n. 101. vol. 3.* vbi etiã *post Ias. et Zas.* asserit, singularem opinionem admitti ad
substinenda testamenta, et sæpius supradixi
316 Sed etiam intrat in materia pœnali, corre-
ctoria, et exorbitanti, *vt benè declarat* Villa-
gut. *in tractat. de extension. leg rub. de extension leg. correctior. num. 17. in 9. fallent. & rub. de extens. legis correctior. & pœnal. simul. numer. 266. cum seq.* et ad hoc expendo textum notabilẽ
in l. fin. C. *de frum. Vrb.* *Constantinop. lib. 11.*
in qua prohibitio pœnalis de non minuendo,
317 aut non conuertendo in alios vsus pecuniã
publicam deputatam ad emptionem frumẽti
de tempore necessitatis, extenditur ad lucrũ
318 proueniens ex illa pecunia. Ex quo textu
benè colligitur lapsum esse *Nouell. Bald. in tractat. de dote in 8. part. priuileg. 6. post med. vers. nec obstat. quod priuilegium*, vbi voluit
priuilegia non extendi ad accessoria in cor-
319 rectorijs, et exorbitantibus, vnde de inad-
uertẽtia in hoc notatur *d. Nouell. Bald.* à Cra-
uett. *in tractat. de antiquit. tempor. part. 4. §. videamus modo. num. 36. versic. infertur non bene locutum Bald. Nouell. &c.*

Apertum est pariter, præscriptionem esse
materiam satis odiosam, itaut stricto inter-
320 pretationis quasi freno inter expressorum
meras cohibeatur, hinc regula illa vulgaris
de qua *in l. 1. §. Iulianus ait ff. de itin. actuq. priuat.* nempe tantum præscriptum, quantum
321 possessum, prædictaq; materia odiosissima,
et iniqua appellatur *in auth. vt Eccles. Roman. centen. præscript. gaudeat. §. Habeat itaque se.*
Vnde iniquissimo vtitur remedio, qui præ-
scriptionis præsidio tuetur, *cum alijs* abundè
à me cumulat. in annotat. ad decis. 20. in littera B. à num. 9. vsque ad num. 24. part. 3. recent.

Et tamen non obstante tanta iniquitate, et
322 odio, nihilominus etiam in præscriptione
vsurpat sibi locum regula illa, accessorium se-
qui naturam sui principalis, et sic ea exten-
ditur ad accessoria, vnde præscribens fundũ,
323 censetur etiam præscribere seruitutem fun-
do competentem, vt per textum *in l. si alienas §. 1 ff. de vsucap. tradit Bart. in l. de quibus. col. 2. ff. de legib. sensit* Bald. *in consil. 439 num. 8. vers. cum præscripserit in principali, præscripserit etiã*
324 *in accessorio &c. lib. 3.* vbi etiam inquit iura
præscripta habere suas tacitas accessiones.
l. refectionis. §. fin ff. com. præd.

Idque quoque amplia in terminis consue-
tudinis, quæ prout dictum est de præscriptio-
325 ne mordicè, strictèque interpretatur, quip-
pe consuetudo introducta in aliquo casu tra-
hitur ad accessoria, vt benè consuluit *Ias. in consil. 165. num. 11. vers. tamen licet sic strictè procedatur &c. lib. 2.* ibique pariter asserit
sub numer. 8. Si principaliter, et expressè sub
aliqua re fuerit inita societas, tamen exten-
326 ditur ad omnia eius accessoria, et super eis
etiam censetur inita societas, cum accessoriũ
sequatur suum principale; et non separetur
ab eo. *l. fin. et ibi notat Bald ff. per quas person. nob. acquir. cum similibus iuribus.*

Ergo si prædicta regula intrat in materia
327 odiosa, et strictè interpretanda minime est
mirum, dum in fauorabili casu, prout est no-
ster, aditum habet, vt supra præmisi. Hic
328 quoque notandum puto, hanc esse naturam
bonæ societatis, vt communicet eius bonita-
tem socijs. Vnde *secundum Bald. in l. cum qui,*
329 *19 num. 1. C. de Episcop. et Cleric.* ratione
bonæ societatis præsumitur quis bonus, *et num. 3. inquit,* quod Vxor bona, facit bonum
330 virũ, Quemadmodũ e contra ratione malæ
societatis quis præsumitur malus, hocque es-
se prouerbium Florentinum, affirmat *Hect. Fel. in tractat. de societ. in præm. num. 3. versic. et iuxta prouerbium Florentinum &c.* con-
gruitque illud vulgatum

331 *Qui nõ cognoscitur ex se, cognoscitur ex socio.*

Sed loquendo in terminis nostris, nam eo
quia valida, et bona, licet de iure speciali iu-
dicetur institutio ad pias causas, in qua fuit
tantum seruatum ius naturale, eaque enim
332 communicatur cœteris membris testamen-
tarijs, quæ sunt legata, et si alias non subsi-
sterent, quia solemnitates iuris ciuilis in eis
non fuerunt seruatæ, tamen ratione societa-
tis valida sunt.

Congruit hic illud oraculũ Diuini in pro-
333 uerb. cap. 11. ibi, *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, amicus stultorum similis efficietur.* Vnde egregiè monuit prudens Cato,
334 dum dixit, *Cum bonis ambula*, Hinc etiam
asserebat Magnus Stoicus Romanus, nempe
335 Seneca, *Cum his conuersare, qui possunt te meliorem facere.* Quia vt idem calamo quidẽ
Christiano scripsit in Epistol. 9. *Nulla res magis animos induit honestos, & in prauum incli-*
336 *nabiles reuocat ad rectum quàm bonorum virorum conuersatio, paulatim enim descendit in pectora, & vim præceptorum obtinet frequenter aspici, frequenter audiri.* Quare idem Philo-
sophus solitus erat admonere dilectum eius
Lucillum, *vt antea circumspiceret, cũ quo ederet,*

337 *vet, quã quid ederet, & biberet*, & in epist. 10.
ad eundem ait, *Fuge multitudinem, fuge pau-
citatem, fuge etiam vnum*, præclarè aduertit
Poeta ille Hispanus.

338 *Nulli te facias nimis sodalem*
Gaudebis minus, & minus dolebis.

Respondeo modo ad aliam obiectionem
de qua supra *numer.* 9. scilicet ideo in testa-
339 mento minus solemni facto ad pias causas,
si sint relicta legata extra piam causam, non
sunt valida, quia in simili idem expresè de-
terminatum reperitur in testamento inter li-
beros, quod valet licet minus solemniter fue-
340 rit conditum, & tamen dum legata in eo
extraneis fuerunt relicta, non tenent, *vt cau-
tat textus rotundus in l. hac consultissima. §. ex
imperfecto.* C. *de testament.* At prius relicto,
341 *d. § ex imperfecto* in parte fuisse correctum,
sicuti apparet ex textu *in §. Nos igitur. vers. si
tamen aut vxori. Auth. de testament. imperfect.*
meminitque Rota *in causa Melcuitana Hæ-
reditatis* 22. *Aprilis* 1641. *coram re. me.* Merlino
*§. Cæterum quidquid sit, est inter eius impress.
decis.* 862. *numer.* 11. vbi dicitur legatum reli-
342 ctum vxori in testamento sine integra so-
lemnitate inter liberos condito debetur.

Vera tamen responsio supradictæ obiectio-
ni ea est, ni fallor, quia testamentum minus
343 solemne conditum inter liberos, licet vali-
dum sit, à iure tamen habetur pro imperfe-
cto, vt constat *in d. §. ex imperfecto*, vnde non
mirum si extra illius terminos non substineã-
344 tur relicta, secus verò est in casu nostro, in
quo illud habetur pro solemni, *sicuti deponit
text. in cap. relatum de testament.* quare cum
345 iudicet testamentum illud tamquam so-
lemne, sic omnia in eo relicta, valida iudican-
da sunt, vide *Saliect. in auth. cassa. sub num.* 8.
vers. vbi testamentum imperfectum &c. C. *de
sacrosanct. Eccles.* & Alex *in consil.* 105. *sub nu-
mer.* 14. *versic. quia in testamenti solemnitate à
iure communi habet hoc locum, secus vbi valet
vti testamentum solemne lib.* 4.

Nec releuat dũ asseritur, valere argumen-
tum de testamẽto inter liberos, ad piam cau-
346 sam, quoniam id procedit quoad validita-
tem testamenti sine solemnitatibus, nam quo
ad reliqua, id nullo iure cauetur, vt ratiocina-
ta est *Rota in causa Romana Hæreditatis corã
bo. me. Pirouano, est decisio* 721. *sub num.* 8. *par.* 2.
recent. & quod testamentum inter liberos, &
347 ad piam causam non, per omnia à pari pro-
cedant. *post Castren. in consil.* 450. *in fin. versic.
item non obstat. lib.* 2. aduertit *Rota coram bon.
mem.* Cantucc. *decis.* 74. *nu.* 4. *vers. non per om-
nia à pari procedere testamentum, inter liberos, et
ad piam causam &c part* 2. *diuers.* immo da-
to generaliter valere tale argumentũ, tamen
aperti iuris est, tunc æquiparatorum argu-
348 mentum de vno, ad aliud, non intrare, quã-
do militant diuersæ circumstantiæ, diuersæq;
causæ, & diuersæ rationes, vt paulo superius
dixi, *et facit textus in l. coharedi. §. qui discretas.
ff. de vulgar. et pupillar. cum similibus.* Ad reli-
quas obiectiones satisfaciam in seq. capite.

ARGVMENTVM.

Legata prophana Laicis relicta in testamento pio minus solemni, si valerent posset aperiri via fraudibus, & quomodo, Quæ opinio reijcitur, cum mera præsumptio fraudis non sit valens opprimere plures solidas regulas in hoc puncto firmatas. Plura etiam deducuntur, quod si in his terminis probaretur aliqua fraus, vel dolus, tunc sanè nullatenus deberentur.

Imo si in ipsis dispositionibus ad pias causas ordinatis probaretur aliquid fraudolenter, vel dolosè interuenisse, quod in dubio nullatenus præsumitur, & ideo solemnitates testamentariæ in eis non requiruntur, sed probata fraude, ita ut testator illa de sua libera, & absoluta voluntate non fecerit, tunc nec illa, quamuis relicta ad pias causas valerent cum fraus sit tamquã venenum, quod inficit omne compositum.

Legata ad pias causas relicta in testamento inualido ad prophana facto, valent, et tenent, non obstante inualiditate testamenti. Voluntas tacita resultans ex aliquo actu, non extẽditur vltra limites dicti actus.

SVMMARIVM.

349 *Legata prophana in testamento pio minus solemni relicta, si valerent, posset aperiri via fraudibus.*

350 *Fraudis mera præsumptio, non est potens ad labefactandas plures solidas iuris regulas.*

351 *Fraus aliqua in quocumque negotio si probaretur interfuisse, illud annullat.*

352 *Fraus inficit omnem dispositionem quemadmodum venenum omne compositum.*

353 *Fraudibus, et malitijs hominum, omnia Iura tam Canonica, quàm Ciuilia resistere conantur.*

354 *Constitutiones exorbitantes à Iure communi, vt euitentur, licitum est indirectè, quod directè non liceret.*

355 *in Fraudem ea, quæ fierent ad euitandas etiam Constitutiones exorbitantes, illa probata agendum est ad resessionem.*

356 *Testator, si probetur fraude, vel alio illicito modo fuisse inductum ad aliquid relinquendũ alicui, id corrueret.*

357 *Dolus, vel fraus, si interueniret etiam in relictis ad pias causas, tamquam venenata opus esset, vt irreparabiliter deficerent.*
Voluntas libera, & absoluta vbi deficit etiã in relictis ad pias causas, actum est.

358 *Ve-*

358 *Voluntas libera, et absoluta, si in aliquo casu opus est, ea requiritur in relictis ad pias causas, & quare.*

359 *DEVS volũtaria tantum sacrificia respicit, et spernit coacta.*

360 *in Dispositis ad pias causas, Ius nullatenus assistit, si probaretur in eis interuenisse aliqua fraus.*

361 *in Dolo, nec fauendum est piæ causæ, quæ indigna suis priuilegijs, delinquendo, abutendoque se facit.*

Priuilegia dignitatem decorare in maleficijs non conuenit.

362 *Testator, si fraudulenter, et dolosè inducatur ad relinquendum locis pijs id non tenet. et vide num. 363. et 364.*

365 *Testator tempore testamenti circumdatus à religiosis, et ad eorum fauorem testando, quid sit præsumendum.*

366 *Testamentum conditum à filiofamilias de consensu patris ad pias causas valet, si tamen relinquantur in eo legata extraneis non valent.*

367 *Disponere, quod quis possit liberè de suis bonis, absque vllo freno, aliud est, et aliud si de consensu alicuius.*

368 *de Consensu alienius aliquid disponens, tunc non sunt transcendi confines talis consensus.*

369 *Pater permittendo, vt de bonis aduentitijs filius possit disponere ad pias causas, agitur de eius præiudicio.*

370 *Et ideo talis permissio non est trahenda ad casum diuersum, scilicet, vt etiam extraneis possit legare & nu. 383.*

371 *Consensus præstitus, vltra suos cancellos non admittitur.*

372 *Consensus nullatenus extenditur vltra expressa, & sic omnem alium casum excludit.*

372 *Actus voluntarij non vlterius extenduntur, quàm geruntur.*

373 *Iuramentum non operatur vltra voluntatẽ, & consensum iurantis.*

374 *Superfluitas est potius tolleranda quàm extensio in præiudicialibus.*

375 *Consensus tacitus præsumitur fauore piæ causæ.*

376 *Creditor, licet sit præsens venditioni pignoris sui, & non contradicat non dicitur consentire extinctioni sui iuris.*

377 *Creditor præsens venditioni sui pignoris si nihil dicat, sibi non præiudicat, cum sciat ius suum durare.*

379 *Taciturnitas non habetur pro consensu quãdo agitur de præiudicio tacentis, nisi expressè consentiat.*

380 *Seruus pignori obligatus, si à debitore sciente, & patiente creditore fuerit manumissus, tacitè pignus videtur remissus.*

381 *Libertatis fauore præsumitur cõsẽsus tacitus.*

382 *Pignori res obligata, si sciente, & patiente creditore fuerit alienata in piam causam, dicitur resoluta hypoteca. & nu. 383.*

384 *Consensus tacitus in vno actu, nullatenus potest extendi ad alium.*

385 *Societas tacitè contracta inter fratres in alio actu, non extenditur ad alios. & num. 386.*

387 *inter Societatem tacitam, & expressam, quæ sit differentia.*

388 *Voluntas tacita non extenditur vltra quam ex ipso actu deducitur.*

389 *Canonici, si habeant statutum de certo numero Canonicorum, si aliquem vltra recipiãt de ordine Papæ, qualiter præsumantur eum admisisse.*

390 *de Superioris mandato, si quis aliquid faciat, si sit contrarium id suis priuilegijs,*

Censetur id fecisse, vt suo Superiori obtemperaret, non vt sibi præiudicaret.

392 *Testamentum, si non sit solemne, & sit factũ ad prophana, & in eo fuerunt relicta legata ad pias causas, ea debentur.*

393 *Testamentum, si non valeat, nec ex eo legata debentur.*

394 *Radice amputata, necesse est, ramos deficere.*

395 *Testamenta etiam pia corruunt, si testamentum sit nullum ex defectu solemnitatum. & numer. 396.*

397 *Legata pia debentur, quamuis relicta in testamento prophano minus solemni.*

398 *Quæ opinio est verior, & omnino sequenda, tàm in consulendo, quàm in iudicando.*

399 *Cap. relatum de testament. loquitur generaliter de relictis ad pias causas.*

400 *Verbum, relinquo, importat sine dubio quoq; legata particularia.*

Verbum, relinquo, si adijciatur vniuersitati bonorum, importat institutionem.

401 *Quod procedit etiam quando adest necessitas instituendi, prout habet pater instituendi filiũ in legitima.*

402 *Verbum, relinquo, est commune, & potest importare tàm legata, quàm institutionem. & numer. 405.*

403 *Barbos. de iure Ecclesiæ lib. 3. cap. 27. nu. 95. reijcitur, dum sensit, nullo iure caueri, Legata pia deberi si testamentum sit nullum.*

404 *Regulis generalibus est standum, etiam in materia pia, vbi non reperitur specialiter priuilegiata.*

405 *Textum vbi habemus non est curandum de Doctorum altercationibus.*

406 *Legata omnia pia persoluenda sunt, non obstante inualiditate testamenti, & sic sensit Senatus Lusitan. Rota Rom. &c.*

407 *Butr. Salices. Ias. et alij refutantur dum sentiunt, legata pia relicta in testamento inualido prophano non deberi.*

CAPVT LX.

PRo complemento amplæ resolutionis de qua latè disseruimus in præcedentibus capitibus, quod legata prophana in testamẽto pio

to pio, minus solemni relicta valida sunt, &
debentur, quodq; viuis rationibus iam pro-
batum extitit, reliquum nunc est, vt perga-
mus respondere alijs oppositionibus Docto-
rum, qui contrariam partem tutati sunt. Vn-
de nunc sequitur respondere oppositioni de
qua supra *à num. 17.* nempe legata facta ex-
traneis in testamento minus solemni ad pias
causas principaliter condito, si viribus sub-
sisterent, aperiretur via fraudibus, quibus ob-
349 uiare summopere insudat lex, & hoc maxi-
mè quando cernit adesse maius periculum,
prout est in morientium dispositionibus.

Quia respondetur meram præsumptionem,
& nudam suspicionem fraudis, nullatenus es-
350 se potentem ad labefactandas tot iuris so-
lidas regulas, in hac materia supra adductas
à nu. 51. & sequent. Verum tamen est, si pro-
351 baretur aliqua fraus, tunc sine dubio talia
legata non subsisterent, cum notum sit, frau-
dem interficere omne negotium, omnemque
352 dispositionem quemadmodum venenum
omne compositum, vt benè considerat *Rota
Lucen. apud Monach. decis. 37 num. 48.* & me-
minit *Rota Romana in causa Firmana Pen-
sionis 11. Februarij 1636 coram re. me* Merlino
*est inter eius impress. decis. 701 n. 8. vers. fraus
inficit omne negotium.* Omnia enim Iura tàm
353 Canonica, quàm Ciuilia fraudibus, & mali-
tijs hominum resistere conantur. *cap. porro de
diuort. l. in fundo cum ibi not. ff. de rei vindic. cũ
simil.* & facit decisio *in causa Romana Prala-
tionis 16. Februarij 1618. coram bo. mem. Card.
Sacrato. §. Non obstat,* vbi dicitur, quamuis
354 ad euitandas Constitutiones exorbitantes,
prout est illa fel. rec. Gregorij XIII. super iure
congrui, liceat indirectè illud, quod aliàs nõ
liceret directè, & deducit *Decian. in consil. 23.
num. 19. vers. si fecisses permutationem, vt exclu-
deres vicinum &c. lib. 2. et latè* Tiraquell. *de
retract. lignag. in præfat nu. 78.* & admisit Rota
*in causa Tarentina Retractus 21. Aprilis 1613.
coram bo. me.* Manzanedo *et in causa Macera-
ten. Retractus 4. Iulij 1612. corã bo. me. V bald.*
super qua materia, vt iam alibi promisi in
terminis Bullæ Iuris congrui fel. rec. Grego-
rij XIII latissimus ero &c. Tamen si id fieret
355 in fraudem, & illa probaretur, tunc potest
agi ad rescissionem contractus. *per ea, quæ ha-
bentur in l. altius ff. si seruit. vindic. et ratiocina-
tur* Tiraquell. *d. tractat. de retract. lignager. §. 1.
glos. 7. num. 74.* & dixit Rota *in d. Romana Re-
tractus, coram Card.* Sacrato *§. Non obstat.
versic forte probata fraude, poterit agere ad re-
scissionem &c.*

Quæ conclusio procederet etiam in casu
356 nostro, nam si probaretur fraudibus, vel
alio non licito modo inductum esse testatorẽ
ad aliquid relinquendum in testamento pio,
quoad legata prophana laicis procul dubio
357 ea tamquam inualida non subsisterent, Imo
etsi probaretur aliquam fraudem, vel dolum
causam dedisse relictis ad pias causas, nam
tunc quoque tamquam venenata à viperino
toxico fraudis, & doli, aut alio illicito modo,
358 necesse est, vt irreparabiliter deficerẽt, nam
vbi deficit libera, & absoluta voluntas actum
est, quæ maximè attendi debet in dispositis
ad pias causas, cum DEVS tantum volun-
359 taria sacrificia respiciat, & spernat coacta,
vt sæpius ratiocinatus sum, & præsertim supra
cap. 5. à num. 32.

Quare tunc non obstantibus magnis eius
360 priuilegijs, ius nullatenus assistit. Non
enim in dolo fauere, nec piæ causæ debemus,
quæ indignam priuilegio delinquendo, abu-
361 tendoq. se fecit, *l. qui sine. ff. de negot. gest.*
neque priuilegio dignitatem decorare in ma-
leficijs conuenit. *cap. vt fama. de sentent. ex-
362 comm* & in puncto, quod testamentum con-
ditum ad suggestionem falsam, etiamsi factũ
reperiatur ad pias causas, probat *Ias. in con-
sil 141 incip. Visa. num. 3. vers. item enim dictus
D. Thomas. vol. 4.* vbi consuluit contra Hospi-
363 tale Misericordiæ Genuæ, ad cuius sauorẽ
fuerat conditum testamentum per q. Thomã
de Sauignonis ex seductione tamen, & dolosa
suggestione cuiusdam presbyteri Hilarij, alia-
que, vt ibi.

Idem pariter respondit *Io. Baptist. Plot. in
consil. 17. num. 54. vers. eo quia testator fraudo-
lenter, & dolosè inductus fuit per dolosas instiga-
364 tiones per domesticos testatoris, vel agentes pro
ipsis locis pijs &c.* idemq; confirmat *in cons. 90.
num. 1.* eumque sequitur *Ioseph. Ludouic. in
suis cõmun. conclus. titul. de testament. conclus. 2.
vers. fallit vndecimò, latè* Ripa *in tractat. de act.
in articul. mort. cap. 61. num. 15. & seq. Io. Bap-
tist. de* Thor. *in singular. piarum causar. singu-
lar. 24. vers procedit etiam si fauore piæ causæ
ad falsam suggestionem sit factum testamen-
tum &c. & adde* Menoch. *in consil. 45. nu. 19.
lib. 1. & Io. Baptista* Hodiern. *controuers. forẽs.
lib. 1. cap. 35. num 54.* vbi asserit, quod si testa-
tor tempore dispositionis testamentariæ, cir-
365 cumdatus sit, à religiosis, & ad beneficium
illorum disponens censetur potius timore, ne
ab illis desereretur, vel aliud deterius senti-
ret, ita disposuisse, quàm quod ita voluisset
internè.

Tandem restat respondere vltimæ opposi-
tioni, de qua supra *num. 17.* quæ est doctrina
Ias. in d. §. ex imperfecto sub num. 20. volentis
testamentum conditum à filiofamilias de cõ-
366 sensu patris valere ad pias causas, si tamen
in eo relinquantur legata extraneis nullate-
nus subsistant &c. Facili enim negotio huic
obiectioni respondetur, nam aliud est, vt quis
prout est casus noster, liber ab omni freno
367 possit disponere de rebus suis, & aliud si cũ
consensu alterius, quia tunc limites illius
consensus transeundi non sunt, & hoc sub pœ-
368 na frustratoriæ dispositionis *ad text in l. dili-
genter. 5. in princip. & §. si ita mandauero, & l. si*

quis

Digitized by Google

quis pro eo 46. ibi quoties certum mandatum est
recedi à forma non debet. ff. mandat.
369 Agitur enim in hoc casu de præiudicio pa-
tris, qui dum permittit filio, vt disponat ad
pias causas de bonis aduentitijs sibi præiudi-
cat, ideo prædictus consensus non est æquum,
vt trahatur ad diuersum casum, scilicet quoad
370 legata extraneis facta. Et si generaliter id
verum est, vt extensio non admittatur, & vltra
371 suos cancellos consensus præstitus nihil ope-
retur l. in agris. ff. de acq. rer. dom. l. cancellaue-
rat. ff. de his quæ in testam. delen. l. cum seruus in
princip. vbi Bald. ff. de contrahend. empt. & con-
sensus non extenditur vltra expressa, et sic
omnem alium casum excludit. Bart. in l. 1. n. 1.
C. si quis ius dicent non obtemper. Paris. cons. 85.
num 45. lib. 2. Rip. in l. fin. nu. 136. C. de reu. donat.
Actus enim nostri voluntarij, non vlterius ex-
372 tenduntur, quàm geruntur. l. voluntaria. C.
de excess. tut. l. ob maritorum. C. ne vxor. pro ma-
rit. cum simil. quod procedit etiamsi sit inter-
positum in tali actu iuramentum, quia non
operatur vltra voluntatem, & consensum di-
sponentis cap. quinta vallis de Iureiur. & l. fin.
C. de non numerat pecun. Rip. in l qui Romæ. §.
duo fratres. n. 73. in fin ff de verb obligat. Rimi-
nald. Iun. consil. 54. n. 18. Menoch. consil. 355. n.
11. Fusat. consil. 39. num. 60. D, Regens Capyc.
Latr. decis. 2. n. 44. part. 1. cum alijs pluribus al-
legatis à Rota in causa Romana donationis 16.
Martij 1643. coram R. P. D. Bicho. §. Nam sem
per deficit consensus vers. non obstante iuramen-
to apposito, quia non operatur vltra voluntatem,
& consensum &c. & in causa Cæsenaten bono-
rum 13 Iunij 1647. coram R. P. D. Peutingero.
§. Obiecto verò. vers. non obstante etiam iuramē-
to apposito, quia non operatur vltra voluntatem,
& consensum &c.

Id multò magis sibi vsurpabit locum, quā-
do, prout est casus noster, agitur de materia
præiudiciali, in quo casu nulla est spes exten-
373 tionis, immo tunc potius admittitur super-
fluitas, quàm extensio, vt ratiocinatur Rota
in causa Romana fideicommissi de Gallis. 16.
Nouembr. 1575. corā clar. me. Hieronym. Pam-
phil. & recentius in causa Tyburtina fideicom-
missi 27. Iunij 1640. coram bon. me. Card. Pan-
zirolo. §. Nec dicatur. vers vltra quod potius to-
leratur superfluitas, quam extensio, de casu ad
casum &c.
374 Amplia supradicta multò magis procede-
re, si dictus consensus patris fuisset tacitus, cū
ille præsumatur fauore piæ causæ, nam et
talis sufficit fauore libertatis, l. 1. ff. de remiss.
pignor. Infertur quippè licet creditor præsens
375 sit venditioni pignoris, & non contradicat,
non tamen ex hoc videtur consentire extin-
ctioni sui iuris, ex eo, quia passus fuit illud vē-
376 dere cum sciebat vbique pignus, seu hypo-
tecam sibi durare l. sicut. §. non videtur ff. quib.
mod. pig. solu. glos. in cap. 1. in verb. promissione
de prohib. feud. alienat. per Lothar. in vsib. feud.

376 Opus est enim, creditorem expressè cōsen-
tire venditioni pignoris factæ à suo debitore,
ad hoc, vt amittat suum ius. l. si consensit 7. in
princip ff. quib. mod. pign. & hypot. solu. l. credi-
tor. 118 ff. de regul. iur. l. 1. & l. cum te à debitore
4. C de remiss pign. Alexan. consil. 12. sub nu. 9
vers. non obstat secundum argumentum. lib. 2
Natt. consil. 474. nu. 29. vers. si creditor dedit li-
centiam debitori alienandi, seu etiam consensis-
set alienationi, ex hoc censetur hypoteca sublata
&c. lib. 2. Rota coram fe. re. Gregor. XV. dec. 67.
vers. consensum præstitum alienationi &c. eam-
377 que postea secuta est coram bon. me. Manza-
nedo in Romana Saluiani Interdicti 1. Iulij
1609. impress. est apud Marches. de Commiss.
part. 2. fol. 468. num. 6. vers. ex qua alienatione,
& Laura consensu &c. & recentius fuit dictum
coram Reuerendiss. D. Dunozetto Decano in
causa Romana Saluiani 23. Ianu. 1643. §. Defe-
ctus vero. vers. cum creditor consentiens expres-
sè venditioni pignoris facta à suo debitore illud
amittat &c. itaque nisi adsit consensus, taci-
tus nihil operatur. Tritumque est taciturni-
tatem non haberi pro consensu, quando agi-
379 tur de præiudicio tacentis, nisi expresse cō-
sentiat. l. qui vas. 49. §. vetare. ff. de furt. l filius
familias. §. inuitus ff. de procurat. l. Caius. ff. de
pignor. l. 3. C. si res aliena. l si filius familias. ff ad
Maced. l. in eo. 45. vers. inuitum. ff. de rit. nupt. l.
inuitum. ff. de seruit. vrban. præd. Clemen. 1. vbi
glos. vltim. de procur. Innocent in cap. in Genesi
de elect. in 6. Guidopap. singul. 1008. n. 1.

Tamen vt dixi prædicta conclusio cessat
fauore libertatis vnde si seruus pignori obli-
380 gatus à debitore, fuerit manumissus, sciēte
creditore tacite pignus videtur remissus. l. 1.
ff. de remiss pignor. Bart. in l. vltim. nu. 2. eodem
titul. sicq. fauore libertatis receptum est, vt
381 tacitus præsumatur consensus, vnde quoq.
fauore piæ causæ, vtique, si res pignori obli-
gata sciente, et patiente creditore, ad pias
causas fuerit alienata, pignus similiter præsu-
382 mitur remissū, nā quod dicitur de libertate,
extenditur ad causam pietatis. Bart. in l. proxi-
mè, in fin ff. de his quæ in testam. delen. Bald. per
illum textum in l. vnic. in fin. ibi, ad hanc ratio-
nē pietatis conuenit. ff. de comm. seru. manumiss.
& in l. 1. ff. de remiss. pign. Paul. de Castr. in l eā
quam num. 6. vers idem debet. ff. de fideicommiss.
Roman. in consil. 428. n. 2. vbi inquit clarum
esse argumentum de dispositis circa libertatē,
ad piam causam. Soc. Sen. in l. 1. num. 5. ff. solut.
matrim. & in l. Mutiana num. 2. ff. de condit. &
demonstr. & consil. 116. numer. 24 in fin. lib. 1.
Et in puncto de pignore alienato ad pias cau-
383 sas, sciente, & patiente creditore, vt censea-
tur illud remissum, plures Doctores id asseue-
rantes propter rationem superius adductā cō-
gerit Tiraq. de priuileg. pia causa priuil. 131. qui-
bus addo, Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent.
lib. 11. titul. 31. num. 40. vers. ex hoc autem &c.
Genuens. in tractat. de Eccles. seu practicabil.

Eccles. Tritensr. 8. quæst. 236. vers. si res pignori
obligata sciente, & patiente creditore fuerit in
Ecclesiam, vel in aliam piam causam aliena-
ta pignus censetur remissum &c.

Quamobrem vt loquat in casu nostro, & sic
extra terminos libertatis, & fauore piæ causæ
384 si pater tacitè præstaret consensum, vt filius
testaretur ad pias causas, tunc multò minus
admitteretur illa extensio, vt disposita per eũ
valerent etiam quoad extraneos. quia tacitus
consensus in vno actu, non est aliquo modo
cogitandum, vt extendatur ad alium. *in text.*
glos. notab. in clement. sapè. in verb. partibus. de
verb. signific. Abb. *in cap. si quis contra Clericum*
col. 13. de for. competent. & in cap. quoniam con-
tra col. fin. de probat. & in cap. præsentium col. 4.
de testib. Tiraquell. *de iur. marit glos. 7. num. 50.*
Barbos *in collectan. Iuris Canonici ad Clement.*
lib. 5. titul. 11. cap. 1. n. 30. Seraph. *de priuileg. iur*
priuileg. 49. nu. 28. & latè per Decian. *in consil.*
49. à nu. 50. lib. 2.

Patet quidem hoc in societate tacitè con-
tracta inter fratres, quæ de vno actu sociali nõ
385 extenditur ad alium actum, sed eatenus,
quatenus ex ipso tacito actu sociali consensus
extenditur, *secundum Bart. & Baldum in l. si*
patruus. C. commun. vtriusq. iudicij. quos refert
& sequitur *Corn. in consil. 212. nu. 1. et 2. vol. 2.*
et hæc est differentia inter tacitam, & expres-
386 sam societatem maximè omnium bonorũ,
vt in expressa omnia communicentur, in ta-
cita verò non veniunt nisi ea, quæ acquirun-
387 tur ex ipsis actibus quæstuarijs, non quæ
obueniunt ex prospera fortuna puta ex lega-
to, vel hæreditate *ad textum in l. coiri. cum*
quatuor legibus seq. ff. pro soc. Alex. *consil. 49. n. 2.*
lib. 1. Dec. *consil. 190. nu. 13. lib. 1.* Anchar. *consil.*
149. n. 3. Bero *consil. 190. n. 13 lib. 1.* Menoch. *de*
præsumpt lib. 3. præsumpt. 56. num. 37. Roland.
consil. 91. nu. 28. lib. 1. Peregr. *consil. 95. per tot.*
lib. 3. Ciarlin. *Controuers. forens. cap. 16. num. 6.*
& sensit *Rota coram bon. mem.* Coccino *in causa*
Imolen. Diuisionis 16. Iunij 1608. *est inter eius*
impress. decis. 421. num. 6.

Nec est nouum asserere, vt dum voluntas
388 deducitur ex actu, et sic tacitè non exten-
ditur vltra quam ex actu de necessitate infe-
ratur *l. 1. §. hoc interdicto, & ibi Bart ff. de itin.*
actuq. priuat & in Auth. qui rem circa finem.
C. de sacrosanct. Eccles. Dec. *in consil. 72. col. 3.*
& 651. n. 2. Aym. *consil. 317. num. 5.* Paris. *cons.*
79. n. 12. vol. 5. Socin. *Iun. consil. 122. n. 14. vol. 1.*
Natta *consil. 77. num. 14.* Surd. *consil. 32 nu. 73.*
Idem Surd. *decis. Senat. Mantuan. 267. num. 5.*
vers. non extenditur vltra &c. Franc. Merlin.
decis. Rota Lucen. 36. numer. 8. versic. consensus
enim &c.

Vlterius pro hac conclusione facit, quod
scribit. *Ant. Butr in cap. accedentibus col. 2. vers.*
& per prædicta de priuileg. dicens, Si Canonici
habentes Statutum de certo, & determinato
389 numero Canonicorum, recipiant aliquem
vltra numerum de mandato Summi Pontifi-
cis, non videntur hoc fecisse animo tollendi
Statutum, sed vt mandato Pontificis obtem-
perarent, & parerent, *quam opinionem secutus*
est Alex. in consil. 33. num. 10. lib. 5. vbi ait, si
quis mandato superioris fecerit actum dire-
390 ctè contrarium, priuilegio sibi concesso, non
videtur renunciasse priuilegio, cum præsuma-
tur id fecisse, ne contradiceret Superiori *Butr.*
pariter in supracit. loc. approbatus fuit à Dec. *in*
consil. 452. n. 24. et 25. & à Francisc. Becc. *in*
consil. 107. num 46. & adde Nattam *in consil.*
77. num. 14. lib. 1. Vbi inquit si immunis soluat
collectas præiudicat sibi in eo, quod particu-
lariter fuit solutum, non autem in alijs, *l. 2. et*
ibi glos. et Bart. ff. de priuileg. veteran.

Vnde abundè satisfactum remanet obie-
ctioni de qua supra *à n. 28.* nempe sicuti filius
familias testando ad pias causas de consensu
391 patris validè disponat, tamen si aliquid re-
linquat ad fauorem aliarum personarum per-
peram id facit, Et sic etiam videbatur dicen-
dum in testamento pio minus solemni, vt va-
leat quidem, quoad pias causas, non autem,
quoad relicta ad prophanos vsus Laicis, cum
opinio contraria sit verior, vt satis iam dixi, &
sic concludo talia legata omninò esse persol-
uenda, & adimplenda.

Cui resolutioni connecti quoque potest il-
la non longe dissimilis conclusio quam etiam
tetigi supra cap. *54. n. 243.* scilicet si testamen-
392 tum minus solemne principaliter conditum
sit ad prophana & sic cum sit inualidum tam-
quam sine debitis solemnitatibus conditum,
an substineatur quoad legata in eo relicta ad
fauorem piæ causæ, dubia est quæstio, & Do-
ctores more solito in diuersas feruntur sentẽ-
tias, vt ibi dixi.

Aliqui enim negatiuam opinionem virili-
ter defendunt, ea ducti ratione, quia cum non
valeat caput, et fundamentum testamenti cõ-
393 sistens in hæredis institutione, nullatenus
valere posse accessoria respectu eius, qualia
sunt legata, quantumuis pia, expendendo re-
gulas illas Iuris, nempe accessorium sequitur
394 naturam sui principalis, & amputata radice,
ramos decidere necesse est, & vtile per inutile
vitiatur prout, ex his, & similibus rationibus,
asserũt plures DD. quos adduxi *supra d. cap. 54*
n. 244. et adde Ias. *in l. hac consultissima. § ex im-*
perfecto. ante numer. 11. vers. in casu autem con-
trario. C. de testament. post Salicet. & Ant. de
Butr. ibi per eum relatos. Idem Ias. *in l. 1. lectur.*
num. 24. C. de sacrosanct. Eccles. Alex. *in consil.*
177. num. 6. vers. sed vbi laicus est institutus hæ-
res minus solemniter, & legata sunt ad pias cau-
sas, non sufficit etiam quoad legata piæ causæ
&c. lib. 2. & in consil. 209. sub num. 15. vers. ta-
le legatum relictum hospitali peti non potest, at-
tento, quod testamentũ est nullius momenti &c.
eodem. lib. 2. alios adducit *Nicol. Boer. decis* Se-
natus Burdegal. *93. num. 6. & adde* Socin. *in*
consil.

Digitized by Google

consil.5.in fin.lib.3.& consil.49.sub num.12.lib.
4. Tiraquell. *de privileg. piæ causæ privileg* 80.
vers. sed è diverso &c. & deinde scripserunt
Menebac. de success. §.22 *num.*12.vbi de recep-
tiori Guglielm. *de Benedict. in repetit cap.* Ray-
nutius. part. 1.*in vers. testamentum il primo n.*20
de testament. Grass. *de success.* §. *Testamentum.*
*quæst.*18 *num.*6.vbi etiam affirmat receptio-
rem esse sententiam, vt talia legata euanescãt,
395 etiã si pia sint, sicut euanescit institutio hę-
redis non priuilegiati, si testamẽtum corruat
ex defectu solemnitatum. *& nuper ita sensit*
Augustinus Barbos. *in tractat. de iur. Eccles. lib.*
3.cap.27.num.95. vbi fatetur hanc opinionem
396 ei probabiliorem videri, ibique reddit plu-
res rationes, quare ipse huic sententiæ ne-
gatiuæ adhæruit.

Nihilominus, salua pace supradictorum,
opinio contraria, & sic affirmatiua, talia lega-
397 ta pia deberi, validaq. esse, verissima, et ma-
gis communiter recepta est, vtique talis con-
clusio audaciter sequenda venit, tàm in
398 consulendo, quàm in iudicando, & id qui-
dem auctoritate *textus expressi* in sui gene-
ralitate *in cap relatum de testament* qui tex-
399 tus loquitur generaliter de relictis Ecclesiæ
ibi, *super relictis Ecclesia.* quod verbum *relictis*
sine controuersia importat etiam legata par-
400 ticularia, & licet possit importare institutio-
nem, quando adijcitur vniuersaliati bonorũ,
& importat institutionem, *vt voluit* Bart. *in l.*
*his verbis. num.*1 *ff. de hered. instit.* Butr. *in cap.*
R*aynutius nu* 6. *de testam.* Alex. *consil* 618 *n.*7.
*lib.*5. Surd. *consil.*258. *num.*13. *Ioseph.* Ludouic.
*decis. lucens.*53. *num.*4. *D.* Capyc. Galeott. *con-*
*trouers.*31.*n.*6.*lib.*2. Rota *decis.*1060. *numer.*2.
*part.*3.*diuers.* quod procedit etiam, quando
401 adest necessitas instituendi prout habet pa-
ter instituendi proprium filium in legitim.
ex relatis à Rota. *in causa Casenaten. Laudi.*
20. *Decembris.*1632. *coram Eminentiss. D. Card.*
Hieronym. Verospio. §. *Etenim ea sola vers. ver-*
bum relinquo &c. & latius dixi in annotat. ad
*decis.*25 *in litera* B. *à num.*16. *part.* 3. *recent.*

Sed reiecta quæstione hac verbali, ne nos
vlterius progredi impediat, illud enim pacifi-
402 cè transit, quod verbum, relinquo, commu-
ne reputatur, & ideo potest adaptari, et ad le-
gata, et ad institutionem, vt probare videtur
textus *in l. is cui sub conditione ff. de condit. &*
demonstr. & in auth. *de hered. et falcid. in* §. *si*
quis autem non implens. vers. & hæc. quidem
iuncta glos. in verb. relictis ibique Bart. *numer.*1,
latè Bald. *in l. his verbis. ff. de hered. instituend.*
Alex. in l. cogi. §. *generaliter ff ad Trebellian.*

Ex quo patet nimis festinanter locutum
esse *Barbos. de Iure Eccles. lib.*3.*d. cap.*27.*nu.*95
vbi inquit, ideo relicta ad pias causas in mi-
403 nus solemni testamento, in quo causa pro-
phána fuerit hæres instituta, non valere, quia
nullibi id in iure cautum reperitur, ideoque
404 standum sit regulis generalibus *arg. l. pla-*
cuit 8. *ibi, æquitatis scripta C. de iudic.* Nam si
Barbos. perscrutatus esset textum *in d. cap. re-*
latum. de testament. certè dictam rationem nõ
adduxisset contra seipsum, quia, vt dictum
est, verbum illud, *relictis*, tàm institutionem,
405 quàm legata potest importare, & sic benè
quoad legata pia, etiam in iure habetur deci-
sio. Vnde cum teneamus textum, non est cu-
406 randum de Doctorum altercationibus. Et
propterea tamquam sententiam à iure defi-
nitam amplexi sunt *Couar. in cap. relatum,* 1 r.
*num.*3. *de testam* & præter alios Doctores, et
Theologos à me abundè relatos in *d. cap.* 54.
*nu.*253. & 254. adde ex nostris Thomam Man-
lium *in tractat. de vltim. voluntat. lib.*1. *titul.*12.
*n.*4. Capiser. *de num. test. in testament. requisit.*
*part.*2. *cap.*7. *num.*34. Euerard. *Iun. consil.*27 *n.*
58. *Io. Baptist* Ciarlin. *in controuers. forens. iudic*
*cap.*21. *num.*9. Peregr. *de fideicommiss. artic.* 2.
*num.*33. sic pariter fuit conclusum in Senatu
Lusitaniæ *apud Gamm. decis.* 380 in qua deci-
sione licet contrarium firmetur, tamen in fine
407 prudentes illi Senatores firmarunt, et iusse-
runt legata omnia pia persoluenda esse, non
obstante inualiditate testamenti spreta con-
traria opinione, Idemque fuit animaduersũm
per Rotam Roman. *in causa Casanaten. Nul-*
litatis testamenti. 9. *Martij.* 1580. *coram bon. me.*
Marcell. Bubalo. vbi reprobantur *Bal. Salicet.*
Ias. & alij, tenentes tunc debitas solemnita-
408 tes non esse necessarias in relictis ad pias
causas, quando ipsa pia causa fuit instituta, se-
cus verò si priuatus sit institutus hæres, et piæ
causæ aliquid relictum fuit, quia contraria
opinio verior est.

ARGVMENTVM. 1

Legata, cum ad sui perfectionem requirant adi-
tionem hæreditatis, ideoque dum interim
hæres nõ adit eam, propetam agit Legatarius
ad illorum consecutionem, quæ conclusio est
adeo vera, vt procedat, etiam in legatis causa
libertatis relicta, & secundum plures DD. id
etiam procedit in legatis relictis ad pias cau-
sas, cum in hoc non appareat eas esse priuile-
giatas specialiter.

Quæ tamen opinio communiter est improbata,
cum veritas sit, quod ea debeantur etiam non
adita hæreditate, cum ea non dependeant à
testamento, cum & ista sit subtilitas iuris Ci-
uilis, quæ in relictis ad pias causas non atten-
ditur, sed tantum ius Diuinum. Et semper
præsumendum est, mentem testatoris fuisse,
vt legata pia omnino subsisterent, quamuis
subsistentiam non haberet testamentum, et
sic nolle, vt cum fortuna testamenti, etiam
irent legata pia, quidquid sit de aliis relictis
ad prophana.

SVMMARIVM.

1 *Legata pia an debeantur, non adita hæreditate. & num. 2*

3 *Et ista quæstio est satis ardua, & indecisam reliquit Tiraquel.*

4 *Legata peti non possunt, hæreditate nō adita.*

5 *Hæreditas si non adeatur, omne ius testam̃ti resoluitur.*

6 *Hæreditas non adita personam defuncti, & non hæredis repræsentat.*

7 *Hæres, quando adit hæreditatem, quasi contrahit cum legatarijs.*

8 *Iudicium omne requirit tres personas, actoris, Iudicis, & rei.*

9 *Hæres, nisi adeat hæreditatem non potest conueniri.*

10 *Testator præsumitur voluisse, legata sequi fortunam testamenti, vt si illud pereat, omnia pereant.*

11 *Legata libertatis, nec debentur, quantumuis sint fauorabilia, non adita hæreditate.*

12 *Legata pia non debentur, si hæreditas non sit adita, & sic seruatur in praxi.*

13 *Et est communis opinio tàm Canonistarum, quàm Legistarum. vide infra à num. 30.*

14 *Iura multa priuilegia contulerũt causis pijs, sed non illud, quod legata pia deberentur, nõ adita hæreditate. & num. 15.*

16 *Legata pia speciale est, vt debeantur, etiam hæreditate non adita.*

17 *Hæreditatem, si nemo adeat, totum ius testamenti corruit.*

18 *Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi.*

19 *Testator si dicat, quod legatum præstetur intra mẽsem à die sua mortis, debet tamen subintelligi à tempore aditæ hæreditatis.*

20 *Hæreditas antequam adeatur, legata peti non possunt.*

21 *in Relictis ad pias causas tantum attenditur ius diuinum.*

22 *in Testamento militum nulla solemnitas iuris Ciuilis attenditur.*

23 *in Testamento militis valent relicta in eo, quamuis hæreditas non sit adita.*

24 *Argumentum à milite ad piam causam valet.*

25 *ex Testamento, quod iure non valet, nihil valet, nisi aliud testator exprimat.*

26 *Testator non præsumitur velle defraudare animam suam de suffragijs relictis.*

27 *Testator præsumitur omni firmiori modo voluisse substineri legata pia.*

28 *Legata pia, quod debeantur etiam non adita hæreditate est opinio verior, & æquior.*

29 *Legata pia, quod non debeantur, dum non aditur hæreditas, est opinio, quæ procedit de rigore Iuris Ciuilis.*

30 *Legata pia non habent dependentiam ab institutione hæredis.*

31 *Legata pia non subijciuntur subtilitatibus Iuris Ciuilis, sicuti est subtilitas aditionis hæreditatis.*

32 *Legata pia, non adita hæreditate, nõ vadunt ad hæredes ab intestato.*

33 *Siue hæreditas non possit adiri, siue hæredes repudient.*

34 *Legata pia, si non sit adita hæreditas non tãtum actione, quàm officio iuris, possunt peti.*

35 *Hæres si nolit adire hæreditatem, quomodo legata pia sint soluenda.*

36 *Legata pia, quod debeantur etiam non adita hæreditate, est opinio omnino rationabilis.*

37 *Legata pietatis fauore relicta, non requirunt aditionem hæreditatis.*

38 *Legata pia non adita hæreditate, petuntur officio Iudicis.*

39 *Legata pia sola morte testantis confirmantur & sic non est opus aditione. & nu. 40. & 41.*

42 *Legata pia, quod debeantur non adita hæreditate, est opinio, à qua non est recedendum.*

43 *Et quod sit communior fatentur etiam DD. contrarium sentientes.*

44 *Legata etiam relinqui possunt ab eo, qui ab intestato decedit.*

46 *Legata pia, quod debeantur non adita hæreditate, id magis procedit, si sint relicta pro male ablatis incertis.*

47 *Vel si legata non reciperent dilationem.*

48 *Legata pia debẽtur quamuis relicta sint in testamento minus solemni, in quo sint instituti extranei.*

50 *Legata pia, per non aditionem hæreditatis nõ inualidentur, cum possint stare absque hæredis institutione. & nu. 51.*

52 *Vtile per inutile, quando non vitietur, & quàm latè pateat d. regula. & nu. 53.*

CAPVT LXI.

LEGATA ad pias causas relicta, quod
valeant, & teneant, quantumuis testa-
mentum ad prophana, in quo fuerunt ea or-
dinata viribus nõ subsistat ex defectu solem-
nitatum in illo à Iure requisitarum, & hoc ex
causis in præcedenti capite relatis, & nunc
videamus, si testamentum reperiatur condi-
1 tum ritè, & rectè cum omnibus solemnitati-
bus à iure requisitis, si eueniret, quod hæres
institutus recusaret hæreditatem adire, an
2 nihilominus legata pia valida existerent, &
soluenda venirent, sanè quæstio ista satis ar-
dua est, *vt inquit Crass. in §. Legatū. quæst. 68. num. 4.* & ob id multis allegatis agnoscendo
3 difficultatem cautè indecisam reliquit *Tiraquell. de priuileg. piæ caus. priuileg. 33.* & in hoc
duas communes contrarias refert *Hieronym. Ceuall. in suo Specul. comm. contra commun. quæst. 107. tom. 1.* Cum hoc casu regulariter
4 loquendo non possint peti legata relicta, nam
antea necesse est, vt hæreditas adeatur. *l. si nemo. ff. de testam. tut. l. si hæreditas eodem titul. l. 2. §. adeo.*

§.adeo.ff.de vulgar.& pupillar.l.1.§.1.ff.de legat.2. l.1.§.ante aditam.ff.si quis testam. liber. esse iuss.fue. l.filium §.exhæredatio.ff.de bon.possess.contra tabul.l.proximè.ff.de his quæ delen.in testam l.3.§.si patronus ff.de bon. libert. l.eam quam.C.de fideicomm. et l.si nemo. ff.de reg.iur.
vbi pro iuris regula firmatur, quando nemo
5 subijt hæreditatem, omne ius testamenti soluitur, ibi, si nemo hæreditatem adiuerit, nihil valet ex his, quæ in testamento scripta sunt.

Huiusque regulæ causa ea assignari potest, quia hæreditas iacens repræsentat personam
6 defuncti, non autem hæredis, & per consequens non tenetur ad legata, sicuti nec ipse defunctus. argument. text. in l.legatum est ff de legat. 1.& ibi glos.ordinar.& DD. Quãdo enim
7 hæres adit hæreditatem, videtur quasi contrahere cũ legatarijs, & se obligare, & astringere solutioni, vt in l.apud Iulianum.§.hæres. ff.quib.ex caus.in possess.ea. & in §.hæres. Instit. de obligat. quæ ex quas. contract. nascun. ergo alias non tenetur. Insuper in iure satis
8 vulgatum est omnem iudiciũ requirere personam actoris, rei, & personam Iudicis, vt in l.tribus ff.de iudic.cũ simil. Sed in casu nostro, si non detur aditio, persona rei non reperi-
9 tur, in qua resideat, & fundetur actio passiua, qua possit conueniri ergo &c. facit etiam regula illa, quod testator præsumitur voluisse
10 legata sequi formam illius testamenti, in quo ea scripsit l.fin.§.1.C.de codicill.cum simil.

Amplia etiam, vt in tantum non debeãtur
11 legata non adita hæreditate, quod nec fauorabilia legata illa libertatis possunt consequi suum effectum. l.2.C.de testament. manumiss. Bart.in l.1.circa fin. vers.quartò quæro. C de sacrosãct. Eccles. Dec.in l.si nemo.42.in princip. vers.ampliatur etiam in libertate &c ff. de regul.iur.glos.in l.qui filia.§.1.ff.de instit hæred. et in l.4 ff.de fideicomm. libert. & in l.vltim.C. de manumiss.testam.

Sunt pariter nonnulli Doctores, qui id ampliant quoque in legatis relictis ad pias
12 causas, & de communi testatur Ias.in l.1.in prima, & 2.lectura. C.de sacrosanct. Eccles.& in l.eam quam.num.39.C.de fideicomm.& hanc dixit communem Bernard. Diaz. de Luco regul.313. & assentire videtur Tiraquell. de privileg.piæ causæ. priuileg.34. Alex. in consil.209. num.16.vers.legata etiam ad pias causas relicta non debentur hæreditate non adita &c. lib 2. vbi ad hoc allegat Salicet. in auth. cassa in 9. quæst.C.de sacrosanct. Eccles. & Alex. secutus fuit à Ripa in l.1.num.66.ff de legat.1.& quod ista opinio negatiua seruetur in praxi affirmat Florianus in l.eam quam. C. de fideicomm. quem refert Ias.ibi num.16. vbi concludit hãc
13 esse veram, & communem Legistarum. & Canonistarum sententiam, & id etiam indubitatè firmat And. Fachin. controuers. Iur. lib.6. cap.82.in fin. vbi ait, licet Summi Pontifices, Imperatores, causis pijs maxima priuilegia
14 contulerunt, & singularia multa earum fauore contra iuris regulas constituerunt, tamen nullum prorsus Canonem nullam legem san-
15 xerunt, ex qua eneruetur regula iuris, si nemo ex testamento adiuerit hæreditatem, nihil valet, quod in eo relictum &c. sic etiam sensit Franc. Viu.decis. Audientiæ Baren.301.num.3. vbi inquit istam fore omnium in iure scribentium communem opinionem, ibique multos adducit, aliosque refert Giurb decis. Siciliæ 97. num.13.vers.hæreditate non adita legatum pium non debetur &c. Gamm.decis Lusitan.248.numer.4. versic.solum à die aditæ hæreditatis &c. & attestatur in hoc communiter reprobari Bart.in d.l.1.num.166.C.de sacrosanct. Eccles.
16 dum sentit speciale esse, vt legata pia debeãtur non expectata aditione hæreditatis.

Qui Doctores ferè omnes mouentur ea ra-
17 tione à me superius adducta, nempe si nemo adeat hæreditatem, totum ius testamenti corruit. d.l.si nemo. ff. de regul. iur. & cum lex
18 generaliter loquatur, generaliter venit intelligenda l.1.§.generaliter.ff.de legat.præstãd. l.de pretio.ff.de public.in rem action.& prædicta conclusio est adeo vera, quod quamuis testa-
19 tor exprimat legatum præstandum esse intra mensem à tempore mortis suæ, debet tamen subintelligi, & à tempore aditæ hæreditatis, vt declarat Alex.in l.si mihi.& tibi.§.si quis seruos col.1.nu.5.vers.extra glos.&c.ff.de legat.1. & hoc firmat per text.in l. statu liber.§.si quis hæredi.ff. de statu liber. cum antea quam hære-
20 ditas adeatur peti legatum non possit. l.hæredis aditio.ff.quãd dies legat.ced.& firmat Gamm. d.decis.248.num.4. vers.licet testator exprimat legatum esse præstandum intra mensem à die mortis suæ &c.

Sed his, & similibus non obstantibus, cum omnia iura positiua limitentur, & pro scriptis
21 non habeantur, quando militat magnus fauor piæ causæ, ideo dicimus, in relictis ad pias causas, tantundem attẽdi ius Diuinum, & naturale, sicut in testamento Militis, non autem
22 aliqua solemnitas Iuris ciuilis, vt per omnes in cap.relatum.il 1.de testament. vers.non secũdum leges &c. et sensit Rota in causa Gallien. Hæreditatis 1.Iulij 1636.coram Reuerendissimo D. Terracinen. §.1.vers. in dispositione ad pias causas attenditur tantum ius naturale, & Diuinum sicut in testamento Militis &c. cũ multis ibi allegatis, & superius sæpe dixi, & præsertim cap.1 per tot.

At in testamento militis valent, & deben-
23 tur in eo relicta, quamuis non sit hæreditas adita. l.miles ita hæredem. in fin ff.de Milit. testam. valet enim argumentum à milite ad
24 piam causam, vt latè per Euerar in suis locis legalib centur.27. Ergo &c. videndus est quoque Abb. Panormit. in repetit in d.cap relatum num 6.in fin. de testament. vbi sic præcisè ait, Et per prædicta possunt decidi infinitæ quæstiones, & maximè illa quotidiana, numquid legata

ad

ad pias causas debeantur, non adita hæreditate,
& maximè si hæres repudiet, vel renunciet hæreditati. & dicendum, quod sit, quia hæc legata nō
subiacēt solemnitati Iuris ciuilis, vt dixi, & huic
opinioni Abbatis quoque se subscripserunt
multi celebres I. C. & Tribunalia, vt infra
ex infra dicendis apparebit.

25 Ad corroborationem insuper prædictæ cō-
clusionis addi etiam potest text. *in l. ex testa-*
mento 29. C. de fideicommiss. dum sancitur ibi,
Ex testamento, quod iure non valet, nec legatum
quidē, si non ab intestato succedentes rogati pro-
bentur, peti potest. Non perimitur ergo legatū
26 testamento pereunte, quando testator voluit
ea præstari, etiamsi suum perierit testamentū,
Quid enim est verisimilius, quam testatorem
noluisse animæ suæ suffragia tollere, & in hoc
anxius insistere. *iuxta l. cum pater. 79. §. filius.*
vers. nam obnixa. ff. de legat. 2. nō potest enim
27 dubitari, quod voluerit valere legata pia, eo
firmiori modo, quo fieri poterat, et sic noluis-
se committere fortunæ testamenti legata pia.

Vnde apparet hanc opinionem affirmatiuā
pro subsistentia legatorum piorum, vt debeā-
28 tur, quamuis non sit adita hæreditas, habere
pro se fundamentum veritatis, et æquitatis,
quidquid esset dicendum, de rigore iuris, in
29 quibus terminis DD. illi loquuntur, qui con-
trariam tuentur opinionem. Nam cum le-
gata pia non habeant dependentiam à testa-
mento, et possint subsistere, etiamsi nullus in
30 eo sit institutus hæres; vel ex alio capite so-
lemnitatum sit nullum, seu inualidum, *vt di-*
ximus in præcedentibus cap. ergo idem erit di-
cendum, si testamentum remaneat nullum,
31 ex quo hæres non adeat hæreditatem. Non
enim legata pia subijciuntur subtilitatibus
Legum Ciuilium, cum et aditio hæreditatis
sit solemnitas dicti Iuris Ciuilis, *vt patet ex*
d. l. si nemo. ff. de regul. iur. cum simil. supra alle-
gatis, ideoque quo ad legata pia non est attē-
denda, quare statim mortuo testatore, non
32 obstante quod hæreditas non sit adita, legata
pia debentur, ei, quæ fuerūt piè relicta, et nul-
lo modo accrescunt hæredibus ab intestato,
33 siue hæreditas ab intestato non possit adiri,
siue hæres scriptus hæreditatem repudiet. *&*
vide Couarr. *in cap. Raynaldus. §. 3. numer. 11.*
vers. octauus casus &c. de testam. vbi etiam
addit, quod legata pia non adita hæreditate,
34 non tantum actione, sed vel officio Iudicis
posset exigi, *vt l. hæreditas 73. ff. de petit. hæred.*

Quid autem sit operandum, quando nullus
est, qui adeat, vel adire velit hæreditatem, cō-
35 tra quem legatarius cui piè aliquid est reli-
ctum debet experiri actionem, vel an bona
sint ei addicanda, vide *Bart. in l. eam quam.*
num. 2. C. de fideicom. et in l. 1. C. de bon. vacant.
lib. 10. et in d. l. 1. nu. 67. C. de sacrosanct. Eccles.
Couar. *in d. cap. Raynutius. num. 11. vers. secun-*
dus casus. Quamobrem absque vllo scrupulo
hanc nostram opinionem affirmatiuam, quod
dicta legata non periclitentur tamquam piæ
36 causæ fauorabiliorem, æquiorem, circuitus
resecantem, et simplicitati, ac æquitati Iuris
Diuini, et Canonici magis conuenientem, es-
se omnino, et intrepidè sequendam, nihil du-
bito affirmare, nam et illam amplexus est
Bart. in l. 1. numer. 66. C. de sacrosanct. Eccles.
vbi plures adducit rationes, adest pariter au-
ctoritas *glos. unic. & singular. in l. eam quam.*
in verb. tradi. in 10. fallent. C. de fideicomm. vbi
37 limitat illum textum requirentem aditionē,
vt legata possint peti fauore pietatis, quam
glos. *Bart. ibi col. 1. in fin. vers. diximus fauore*
pietatis Bald. *sub nu. 10.* et cœteri sequuntur,

Eamq; valdè notat idem *Bald.* et amplecti-
38 tur saltem; vt debeantur legata pia officio
Iudicis non adita hæreditate, *in repetit. d. l. 1.*
sub num. 52. vers. primo dico, et idem Bald. *ibidē*
lectur. 2. sub num 7. in vers. iuxta hoc quæro, ibi,
veritas est &c. ac de communi multum no-
tanter attestatur *in l. 1. in fin.* ibi, *fallit in lega-*
tis ad pias causas, quæ secundum opinionem com-
39 *munem non desiderant aditionem hæreditatis,*
sed sola morte testatoris confirmantur, & secum
trahunt executionem &c. ff. de legat. 1. et de
communi etiā restatur idem *Bald. in cons. 452.*
vers. & quia relicta pro anima lib. 2. latè mate-
riam hanc tractat Couarr. *in repetit. d. cap. Ray-*
naldus. §. 3. à nu. 11. de testament. vbi per octo
casus hunc articulum declarat, et in vno quo-
que casu firmat talia legata pia deberi, et cō-
40 seruari, etiam non adita hæreditate, et præ-
sertim in octauo casu, qualis est noster, vbi
attestatur, quod ista opinio communiter ser-
uatur, et subiungit viros vndequaque doctis-
simos huic conclusioni se subscripsisse, *sequen-*
do Bart. in d. l. 1. nu. 66. C. de sacrosanct. Eccles.

Et hāc opinionem pariter secutus est *Lap.*
allegat 91. sub nu. 4. vers. non requiritur aditio
hæreditatis, et ita seruatur in practica &c. vbi
Quintilianus Mandos. *in addit. in litera i, infini-*
tos DD. pro, et contra congerit, tandem his
verbis concludit. *Ergo in tāta varietate sequor*
opinionem Lap. hic. & Philipp. Dec. *in l. si nemo.*
num. 3. vers. quarto addo, quod regula non habet
locum in legatis ad pias causas &c. ff. de reg. iur.
expendit etiam pulchram, et notabilem *Apo-*
still. ad consil. Alexand. 209. in verb. non adita
lib. 2. quæ non solum hæc comprobat in lega-
41 tis ad pias causas, sed etiam in alijs, idem in
praxi seruari testatur.

Supradictam conclusionem tamquam no-
tabilem posuit etiam in suis singularibus
Matth. de Matthesil. in singul. 162. incip. Nota
singulare. numer. 4. vers. Præterea omnia fallunt
fauore piæ causæ ex testamento, vel ab intestato,
nam illa non confirmantur morte testatoris, nec
requiritur solemnitas aditionis hæreditatis &c.
Inuicte pariter hanc opinionem defendit *Ca-*
piferr. in tractat. de num. test. in testament. requi-
sit. part. 2. cap. 3. à num. 29. vbi plures DD. ad
hoc adducit, & addo, *Ceuall. commun. contra*

comm.

*cam nun.tom.1.quaſt.*107 vbi refert negatiuã,
et affirmatiuam opinionem, et hanc affirma-
tiuam ſequitur, vt legata pia debeantur etiã
non adita hæreditate, et idem tenet *in quaſt.*
390.*verſ. Sed contrariam partem &c.* Inſuper
de communi opinione profitetur *Menchaca*
in tractat.de ſucceſſ.creator. §.22.*num.*2. Surd.
*in tractat.de aliment.titul.*8.*priuileg.*12.*num* 2.
verſ fauore piæ cauſæ introductum eſt, vt præ-
ſtentur legata pia etiam ante aditam hæredita-
tem &c. Craſſ *de ſucceſſ. in* §.*Legatum. q.*68.
*num.*8. vbi inquit quæſtionem hanc arduam
eſſe, et refert DD. pro vtraque opinione, atq;
in fin. concludit, fauore piæ cauſæ ab opinio-
42 ne affirmatiua, vt debeantur talia legata, non
adita hæreditate, ipſe non recederet &c. vide
*Carroce.decif.*85.*ſub numer.*2.*& ſingul.*245.*in*
verb Legata. Pellic. *in conſuetud. Auerſ. cap.*3.
*num.*391. *Simon. de Præt. de interpretat. vltim.*
*volunt.lib.*2.*interpretat.*1.*dub.*1.*ſolut.*4.*n.*68.
Et ex modernis, qui hanc opinionem am-
plexi ſunt reperio. *Io. Aloyſ.*Ricc.*in ſuis colle-*
*ctan.part.*1.*collect.*215.*verſ.debentur legata pia,*
etiam hæreditate non adita &c. Idem *in addit.*
*ad Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ, priuileg.*33.
verſ.ex quo fauore piæ cauſæ introductum eſt,
vt legata debeantur etiam hæreditate non adi-
*ta &c. Andr.*Fachin.*controuerſ.Iuris lib.*6.*dict.*
*cap.*84. qui licet videatur ſequi opinionem
contrariam tamen opus fuit, vt fateretur, hãc
43 noſtram opinionem affirmatiuam, eſſe com-
muniorem Doctorum ſententiam. Et hanc
pariter ſecuta fuit *Anton.*Merend. *controuerſ.*
*lib.*14 *cap.*38. vbi ait abſque aliquo ſcrupulo,
opinionem *Bart.in d.l.*1.*nu.*66.*C.de ſacroſanct.*
*Eccleſ.*eſſe receptiorem, et veriorem cum, et
legata conſiſtere poſſint abſque teſtamento,
44 relinqui enim poſſunt ab eo, qui ab inteſta-
to decedit *l.*1. §.*hac diſponimus.* C.*comm. de*
legat. quod multo magis eſt dicendum in le-
gatis ad pias cauſas ex ſupra relatis. Et quod
non ſit tutum, nec in conſulendo, nec in iudi-
cando recedere ab opinione noſtra hac affir-
matiua, quod legata pia debeantur, etiam nõ
adita hæreditate, dixit *Gaſp. Anton. Theſaur.*
*quaſt forenſ.lib.*4.*quaſt.*38.*à num.*15. *verſ.ego*
teneo cũ Bart.quod non ſit neceſſaria aditio &c.
Molſeſ. *in ſumma tractat.*13. *de vltim. volunt.*
*cap.*5.*num.*176.*Io. Maria* Nouar.*in tractat.de*
*priuileg.miſerabil perſon.priuileg.*26. *numer.*3.
verſic.fauore piæ cauſæ introductum eſt, vt le-
gata debeantur etiam non adita hæreditate &c.
Ita quoque animaduerto *fuiſſe deciſum* in
Tribunali Capellæ Tholoſanæ *decis.*89.*num.*1.
verſic ſi mortuo teſtatore nõ adeatur hæreditas,
an debeantur dicta legata pia, concluſum fuit,
quod ſic &c. et reddit rationem ibi in addi-
tione *Stephanus Aufrer.in litera A.* quia lega-
ta ad pias cauſas non ſubijciuntur ſolemnita-
45 tibus Iuris Ciuilis, quàm rationem iam ſupra
adduxi. Et id ampliat idem *Aufrer.* ſiuè hæres
noluerit adire, ſiue repudiauerit hæreditatem,

Idemque habetur *deciſum in* Senatu Burde-
gal. *apud Boer.decis.*93.*num.*11. *verſ quamuis*
hæreditas non ſit adita, tamen legata debentur
ad pias cauſas, Ita pariter reſpondit Audientia
Baren. *teſte Franciſc. Viu decis* 419. *ſub nu-*
*mer.*3. *verſ.hæreditate non adita fideicommiſſa,*
vel legata ad pias cauſas debentur &c Senatus
Luſitaniæ *penes Gamm.decis.*248 *ſub numer.*3.
verſ.ſpeciale eſt, vt legata pia non expectata
aditione hæreditatis ſtatim præſtentur &c. nec
non Senatus Siciliæ *ſecundum Mar. Mut.*
*decis.*41.*ſub num.*7.*verſ.legata pia valent etiam*
non adita hæreditate &c. ſic quoque ſenſit Se-
natus Grationopolitanus *apud* Guidopap. *de-*
*cis.*604.*nu.*1.*verſic.hæreditas dum non eſt adita*
legata non debentur, limita niſi eſſent legata ad
pias cauſas &c.
Facitq; *deciſio* Rotæ Romanæ 115. *alias* 5.
de teſtament coram bon.me.Caſar.de Graſſ.nu-
*mer.*13.*verſ.legata pia valent etiam hæreditate*
non adita per extraneum inſtitutum &c. nec
non in cauſa Caſenaten. nullitatis teſtamenti 9.
Martij 1580.*coram bo.mem Marcello* Bubalo.
§.*Nec obſtat.quod ita.verſ.legata ad pias cau-*
ſas etiam hæreditate non adita debentur, & re-
gulantur iure poli, non autem iure fori &c.
Quæ opinio maximè ſine pugna tranſit, ſi
relicta ad pias cauſas, eſſent talia, quorum
46 dilatio afferre poſſet præiudicium animæ, tũc
enim modis omnibus apices Iuris deuorandę
ſunt, veluti, quando teſtator mandauit ſordi-
da, & male quæſita, & male ablata Domino
reſtituere; vel relicta non reciperent dilatio-
47 nem, vt puta eſſet relictum pro ſepultura, vel
pro ſubſtentatione infirmorum, vel pauperi-
bus eſſent relicta alimenta, & ſimilia *ex alle-*
*gatis per Aufrer. in addit. ad d.decis.*89. *Capell.*
Tholoſ.verſ.limita niſi eſſet tale relictum &c. cũ
alijs adductis per *Gratian.diſcept forenſ cap.*61.
*nu.*23 rationem verò, huius accelerationis
dicam infra.
Ex ſupradicta tam famigerata conclusione,
concludi poteſt, quoad caſum, de quo dixi
ſupra in præcedenti capit. nempe relicta ad
pias cauſas in teſtamento minus ſolemni, in
48 quo ſunt inſtituti extranei, valere, licet teſta-
mentum, quoad extraneos inſtitutos, ſit nul-
lum, nam dato, hæredem extraneum fuiſſe ſo-
lemniter inſtitutum, & nollet, ſeu non poſſet
adire hæreditatem, nihilominus, ſi legata pia
tali teſtamento relicta reperiantur, parum
refragante defectu aditionis à Iure ciuili om-
49 nino requiſitæ, nihilominus dicta legata
non caducantur, cum & peti poſſint ante
aditam hæreditatem, *vt ſuperius abundè pro-*
baui.
Sicque dilucidè patet legata pia poſſe per
ſe ſtare abſque hæredis inſtitutione, ſiue ea
50 nullatenus ſit facta, ſiue perperam ſine ſolem-
nitatibus ſit ſcripta, ſiue hæres recuſauerit
adire hæreditatem. Quare cum legata pia
non habeant neceſſariam dependentiam ab
inſti-

Digitized by Google

institutione hæredis, sintque dispositiones se-
parabiles, per consequens motiua de quibus
51 supra, videlicet accessorium sequi naturam
sui principalis, & amputata radice, ramos de-
cidere necesse est, et vtile per inutile vitiatur,
& similia, non intrant, quando cessat depen-
52 dentia, prout est casus noster, quia tunc lo-
quitur regula illa iuris, Vtile per inutile non
vitiatur. *cap. vtile, non debet. 37. de regul. iur. in 6. l. 3. ff. de peeul. legat. l. 1. §. sed mihi. ff. de verb. oblig.* quæ regula procedit in diuiduis, & se-
53 parabilibus, eaque intrat, & diffunditur per
omnes humanas actiones, etiam in rebus
spiritualibus, vt aduertit *Petr. Peck. in expositione eiusdem cap. vtile de regul. iur. in 6. ex* Innocent. *in cap. ex officij. de præscript. aduertitque* Rota *in causa Tullen. Reformationis 2. Maij 1633. coram recol. mem. Cardin. Hieronymo Verosp. est decis. 510. num. 11. vers. quam regulam &c. part. 5. tom. 2. recent.*

Constat ergò quod legata pia non pendēt
à testamentorum validitate, videmus, namq;
fauore piæ causæ valida esse legata pia, absq;
54 alio testamento cum hæredis institutione,
quia illa debentur, quantumuis sint relicta
in testamento carente penitus hæredis insti-
tutione, vt dixi supra, & adde *Bart in l. 1. numer.* 60. C *de sacrosanct. Eccles.* Castrēs. *cons. 96. super primo dubio. num. 1. part. 1.* Barbat. *cons. 8. num. 15. vol. 1.* Angel. *in summ. in verb. Legatum. 2. nu. 7.* Berthacin. *de Episcop. lib. 4. par. 4. num. 89.* Tiraquell. *de priuileg. piæ caus. priuileg. 15. vers. valet testamentum ad pias causas sine institutione hæredis &c.* Io Baptist. Thor. *in summ. priuileg. piar. caus. priuileg. 167. circa fin. vers. legatum pium debetur sine hæredis institutione &c.* Sebastian. Medic. *opuscul. 4. num. 60. vers. Nono.* Peregr. *de fideicomm. artic. 2. nu. 33. vers. in relictis ad pias causas substinetur testamentū etiam sine hæredis institutione &c.* Thesaur. Iun *quæst. forens. lib. 4. quæst. 38. num. 15. vers. sed in iudicando &c.* Insuper ad probandum legata pia non habere dependentiam ab institutione hæredis, alia adducam infra in seqq. capp.

ARGVMENTVM.

Hæres quamuis intra trimestre ei à iure indultū ad conficiendum inuentarium, nullatenus à legatarijs, aut creditoribus defuncti possit conueniri, & hoc licet iam fuerit lata sententia contra ipsum defunctum, vel agatur de instrumento habente executionem paratam. Et dictum tempus, quando incipiat currere, vel à die scientiæ delatæ hæreditatis, vel ipsius aditionis.

Tamen supradicta regula inter alios casus cessat, quando sumus in actione reali, & quare. Item silet, quando sumus in relictis ad pias causas, & præsertim dum sunt relicta pro restitutione male ablatorum incertorū, & perscrutatur ratio quare dicta relicta pia pro male ablatis subitaneè veniant exequenda.

Et improbatur illa vana vulgi opinio, quod si testator iusserit hæredi, vt quædam male ablata restituat, quod donec per hæredem id non fuerit adimpletum, anima defuncti non liberatur à pœnis purgatorij, cum nō remittatur peccatum, nisi restituatur ablatum.

Quæ opinio quanta absurditate sit plena demōstratur, cum DEVS non curet de mala intentione, seu actione hæredis ad condemnandū defunctum, dum ipse fecit, quod facere potuit, sicuti è contra, si hæres absque præcepto testatoris restituat male ablata, non ideo liberabit eum à pœnis inferni.

SVMMARIVM.

55 *Legata pia, peti possunt à Legatarijs inuentario etiam non confecto. & nu. 81.*
56 *Hæres non potest conueniri existens intra tēpus conficiendi inuentarium. & nu. 57.*
58 *Inuentarium dum est in fieri dilatoria duplex oritur hæredi.*
59 *Lis cum hærede non potest contestari, si adhuc pendeat tempus conficiendi inuentarium.*
60 *contra Hæredem, pendente termino ad conficiendum inuentarium nō potest fieri executio ex sententia lata contra defunctum.*
Nec exequi instrumēta habentia executionē paratam à statuto, & sic quotidie practicatur.
62 *Hæres pendente termino ad conficiendum inuentarium non potest inquietari ad soluendū. & numer. 66.*
63 *Quod procedit etiamsi euidenter constaret talē hæreditatem esse opulentam.*
64 *Hæres pendente termino ad conficiendum inuentarium, quare non sit inquietandus.*
67 *Iudex sine iurisdictione dicitur procedere dum contra hæredem durante termino ad cōficiendum inuentarium, procedit.*
68 *Hæredibus tempus datum ad conficiendum inuentarium, quale sit.*
69 *ad Inuentarium conficiendum terminus datus, incipit currere secundum aliquos à die delatæ hæreditatis.*
70 *Sed vera opinio est, quod à tempore aditionis hæreditatis incipiat currere.*
71 *Hæreditas prius aditur, & postea inuentariū conficitur.*
72 *pro Inuentarij confectionis validitate inter alia requisita numeratur aditio hæreditatis.*
73 *Hæres, si malitiosè differret hæreditatis aditionem, vt ei non curreret tempus ad inuentarium conficiendum.*
74 *Tunc tempus inciperet de tempore delatæ hæreditatis, & vide cautelam. nu. 75.*
76 *Actione reali, quando agitur, tunc conueniri potest hæres etiam de tempore quo pendet terminus ad conficiendum inuentarium.*

77 Quia

Digitized by Google

77 *Quia tunc non conuenitur, uti hæres, sed uti possessor.*

78 *Hæres intra tempus datum ad conficiendum inuentarium potest conueniri, si antea illud lapsum, illud perfecerit.*

79 *Et ideo cautela est, ut ante illud tempus non finiatur,*

80 *Inuentarium, nisi fuerit completum intra tempus à iure præfixum, non releuat.*

82 *de Vita hominum, dum tractatur res dilationem non recipit.*

Principijs est obstandum, cum medicina sero paretur.

83 *Malum omne nascens facilè opprimitur, inueteratum plerumque robustius efficitur.*

84 *de Salute animæ ubi tractatur subitaneè est operandum.*

85 *Hæres tunc multò magis intra tempus inuentarij conueniri debet pro legatis pijs soluendis si sint relicta pro male ablatis.*

86 *Opinio, quæ fauet animæ, tamquam fauorabilior omnino est retinenda.*

87 *Legata pia pro male ablatis, quare statim sint adimplenda, non expectata aditione, nec confectione inuentarij.*

88 *Restitutio male ablatorum, in testamento relictorum dum non fit, an anima testatoris detineatur in Purgatorio.*

89 *Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum, & qualiter procedat id. num. 90.*

91 *Restituere, quamuis aliquid quis teneatur; tamen contingere potest, quod statim mortuo in Cœlum euolet.*

92 *Testator, si iubeat hæredi, ut restituat male ablata, dato quod non restituat, id non est imputandum defuncto, quia sufficienter prouidit. & numer. 93.*

94 *Anima defuncti, quod detineatur in Purgatorio, donec restituantur male ablata, iuxta eius præceptum, ab hærede, est opinio falsa, & risu digna, seu commiseratione. nu. 102.*

95 *Culpa, & negligentia unius, alteri pœna esse non debet.*

96 *Animæ in Purgatorio existentes, nihil omninò possunt in termino, & non in via existentes.*

Animæ in Purgatorio existentes, nec mereri, nec demereri possunt.

97 *Animæ defunctorum ingratiam decedentis, si in Purgatorio detinerētur ex culpabili culpa hæredum, quale absurdum sequeretur.*

98 *Animæ defunctorum, quod plus prodesset factum extrinsecum hæredis, quàm factum proprium, hoc nullatenus asserere debemus.*

99 *Purgatorium animæ defuncti, quod possit conuerti in Infernum, vanitas est id cogitare, cum veritas sit in contrarium.*

100 *inter Infernum, & Purgatorium, quæ sit præcipua differentia.*

104 *Defunctus, si prætermiserit, quod hæres restitueret male ablata, dato quod hæres illa restituat, an liberabit eum à pœnis Inferni.*

105 *per Alium, qui facit, per se ipsum facere videtur.*

106 *DEVS non curat de mala, vel bona mente hæredis, eiusque actionibus ad condemnandū defunctum,*

107 *Sed tantum quid ipse defunctus viuendo fecerit, vel ordinauerit.*

108 *Antigonus Rex, quid respondit iuueni petenti ab eo stipendium in gratiam sui patris senis, et in militia satis gloria clari.*

109 *Legata pia, maximè relicta pro restitutione malè ablatorum, statim sunt persoluenda etiā ante aditam, vel inuentariatam hæreditatem. & quare. & num. 110.*

110 *Legata pia pro male ablatis, statim sūt adimplenda, & id iuuat defuncto, non principaliter, sed per accidens.*

111 *Vsurarius manifestus, quamuis iubeat, ut usuræ restituantur, nihilominus in loco sacro non est sepeliendus, quousque fiat talis restitutio.*

112 *Vsurarius manifestus, quando quis dicatur. Vsurarius manifestus an possit dici, qui corā Sacerdote, & testibus publicè fassus est, se fuisse usurarium, & usuras restitui mādauit.*

113 *Vsurarum restitutio iussa à testatore, ideo est celeranda, ne careat sepultura,*

114 *Et sic medio illo tempore, suffragijs illis in funere fieri solitis priuaretur. & nu. 115. & 116.*

117 *Incendiarius Ecclesiæ in morte pœnitens, & absolutus, ut tradatur sepulturæ Ecclesiasticæ, quid requiratur.*

118 *Verbum, valeat, positum in cap. in literis. de sepultur. legi debet, valeant.*

120 *Et sic legitur in antiquioribus Codicibus, & qualiter possit saluari, si legatur cum verbo, valeat. nu. 121. & 122.*

123 *Legata pia, quamuis non sint pro male ablatis, celeriter quoque persoluenda veniunt. & quare num. 124.*

124 *Sacrificia possunt esse causa, ut citius defunctus à Purgatorij pœnis liberetur. & numer. 127.*

125 *Testator an sentiat aliquod detrimentum ex eo, quod Eleemosynæ, quas mandauit dari, retardantur.*

126 *Meritum relictæ eleemosynæ, pendet ex voluntate, & intentione ordinantis.*

127 *Executores testamentarij qui pias testantium voluntates non exequuntur grauissimè peccant.*

130 *Executores testamentarij, si malè faciunt, dum citò non exequuntur piam mentem testantis, & quid erit de eis, qui numquam eam adimpleuerunt. nu. 129. & 130.*

131 *DEI iudicium nemo putet, se posse effugere.*

CAPVT LXII.

DEpendentiam necessariam, quod non
habeant legata ad pias causas relicta,
ab institutione hæredis, vt fortius vltra supra
55 relata magis, magisq; clarescat, vlterius illud
digna animaduersione notãdum venit, nem-
pe talia legata peti posse à legatarijs, inuen-
tario etiam non dum confecto; Non nego,
56 hæredem existentem intra tempus à iure cõ-
cessum conficiendi inuentarium, (quale est
trimestre l. fin. §. sin autem dubius C. de iure de-
liber.) tutum esse, ita vt à legatarijs, & fidei-
57 commissarijs non possit cõueniri, iuxta text.
in l. vltima §. donec C. eodem tit. de iur. deliber. et
ibi Bart. Bald. Ias. cœterique Scribentes. Angel.
Aretin. in suo solemni tractat. de testament. glos.
112. numer 9. vers. durante. Fachin. controuers.
iuris. lib. 6. cap. 27. Salust. in sua prax. lib. 1. cap.
52. nu. 7. Vitalin. in tractat. clausular. in verb.
Nihil innouari inuentar. confect. pend. per tot.
Guidopap. decis. 571. numer. 5. vers. hac exceptio
ego sum intra tempus inuẽtarij &c. & dixit Ro-
ta coram bo. mem. Card. Plato in causa Vrbeue-
tana Legati 15. Iunij 1588. §. 1. vers. si quidem
certũ est non posse cõueniri hæredem à legatarijs,
alijsq; creditoribus hæreditarijs intra tempus da-
tum ad conficiendum inuentarium &c. cũ alijs
infra allegandis. & vt inquit Bald. in d. §. donec.
58 Inuentarium dum est in fieri duplex dilato-
ria competit hæredi contra legatarios, fidei-
commissarios, creditores &c. scilicet iudicij,
vt non possit contra eum contestari lis, itaque
59 hæres non tenetur respõdere libello, si exci-
piat, se esse intra tempus conficiendi Inuen-
tarium; Imò pendente dicto termino non
60 potest contra hęredem fieri executio senten-
tiæ latæ contra defunctum, nec exequi instru-
menta habentia executionem paratam à sta-
tuto, quam opinionem sequuntur Alex. Ias.
Corn. cæterique Scribentes in §. donec per illum
textum. Alex. in l. vir bonus. in addit. ad Bart.
ff. iudic. soluen. Angel. in §. æque Institut. de act.
post princip. Philipp. Franc. in cap. 1. fallent. 19. de
lit. contestat. & de communi opinione affirmat
Franc. Viu. in Sylu. comm. opinion. cap. 257. nu-
61 mer. 1. vbi etiam inquit, ita quotidie practi-
cari &c. Idemque tradit Roland. à Valle in
tractat. de confection. inuentar. part. 4. vtilit. 4.
vers. quod si statutum extaret, quod instrumen-
ta publica &c.
Altera dilatoria est circa solutionis dila-
62 tionem, vnde intra tale tempus hæres non
poterit inquietari ex dicta causa, quæ sanè
opinio adeo vera est secundum Bald. in d. l. fin.
§. cum igitur C. de iur. deliber. vt habeat locũ,
63 etiamsi euidenter constaret hæreditatẽ esse
opulentam, prout in eandem sententiam cõ-
descendunt Castren. ibidem num. 2. & Iacobin.
in d. §. donec. et rationem assignat numer. 4.
quia hæres durante tempore confectionis in-
64 uentarij est impeditus circa ipsius confectio-
nem, et ignorat qualitatem, et quantitatem
bonorum defuncti, et quomodo sit obligatus,
65 et quas habeat exceptiones, et defensiones,
hacque de causa interim molestari nõ debet,
quamuis hæreditas sit soluendo. Generaliter
66 enim hæredem existentem infra tempus cõ-
ficiendi Inuentarium non esse molestandum
diuersa Orbis Tribunalia animaduerterunt, vt
in Capella Tholos. decis. 258. numer. 1. vers. illa
exceptio ego sum intra tempus conficiendi inuẽ-
tarium, & sic me non potes conuenire, possit oppo-
ni processui, & impediat litis contestationem,
conclusum fuit quod sic &c. Et in Senatu Bur-
degal. apud Boer. decis. 10. num. 3. vers. hæres in-
tra tempus trium mensium ad inuentarium con-
ficiendum datum conueniri non potest.
Et in Senatu Grationopolitano teste Gui-
dopap. decis. 571. sub num. 7. vbi ad hoc notatur
text. in d. l. fin. §. donec. ibi, inquietare, et ibi, ad
iudicandum vocare &c. Admisitque Rota Ro-
mana in causa Romana Dotis 21. Octobr. 1639.
coram bo. me. Pirouano. §. Neque etiam. Vbi di-
67 citur, Iudicem sine iurisdictione procedere,
dum contra hæredem durante termino ad
conficiendum inuentarium procedit. per text.
in d. l. fin. §. donec. C. de iur. deliber.
Et illud aduertendum venit, quod dictus
tempus trium mensium cõcessum hæredibus
68 in rebus præsentibus, et anni in absentibus
ad inuentarium perficiendum, nõ incipit cur-
rere, nisi à die aditæ hæreditatis, et quamuis
in l. fin. §. sin autem dubius C. de iur. deliber. vi-
deatur disponi, quod ad hunc effectum ter-
69 minus debeat incipere à die, qua hæres no-
uit aperturam tabularum, vel in casu succes-
sionis ab intestato, à die, qua sciuit hęreditatẽ
ad se delatam, et ita tenuit Speculat. de in-
strum. edit. §. fin. vbi Adden. vers. huius autem.
Salicet. in d. l. fin. §. sin autem Papien. in form.
libell. quo petit. hæred. ex testamento in verb. pu-
re. num. 9. et de communi testatur Grat. cons. 25.
num. 116. lib. 2. Vasq. de success. lib. 2. §. 18. nu-
mer. 48. Fachin. controuers. Iur. lib. 4. cap. 35.
Bard. de tempor. vtil. et contin. cap. 3. num. 8.
Tamen secundum magis communem sen-
70 tentiam opinio contraria est verior, et magis
communis, nam ille text. in d. l. fin. §. sin aut.
suppletur per alium text. in d. l. fin. §. sin vero
postquam, vbi requiritur, quod sit adita hære-
ditas, anteaquam inuentarium fiat, et sic di-
ctum tẽpus inciperet currere non à die scien-
tiæ delatæ hęreditatis, sed à die aditionis, quia
71 prius aditur, et postea inuentarium confici-
tur, ergo post aditionem hæreditatis incipit
currere tempus conficiendi inuentarium, vt
firmant glos. in d. §. sin autem dubius. in verb. de-
latam in princ. quam ibi probant Bart. Bald. An-
gel. Alex. & alij communiter idem Bart. in §. si
enim. nu. 5. auth. de hæred. & falcid. et in l. 3. §. si
quis hæres. ff. de statu lib. Dec. qui de magis cõ-
muni, & æquissima sententia, & obseruantia
testatur

testatur in cōsil.633. Consului superioribus.numer.2. vbi Mandos. in verb. adita in fin. testatur de magis communi opinione. & Gul. de Benedict. in cap. Raynutius in verb. mortuo itaque num. 398. & seq. de testam. latè Bellon. consil. 68 ferè per tot. cū alijs abūdè relatis per Bursat. in consil. 96. num. 2. vers. nisi à die adita hæreditatis &c. & testatur de communiori opinione. & adde alios relatos per Baldass. Tomasium tractat. 6. titul. 8. de inuentar. cap. 2. nu. 5. vers. tempus non incipit currere, nisi à die adita hæreditatis &c. & de veriori opinione etiam testatur Gratian. discept. forens. cap. 563. nu. 27. vers. dies incipient currere non à die sctentia delatæ hæreditatis, sed à die aditionis &c. & protestatur quod non sit accipienda opinio eorum, qui contrarium sentiunt, & ita sensit Guidopap. decis. 571. num 5. vers. tempus conficiendi inuentarium non à tempore delata hæreditatis, sed à tempore adita hæreditatis &c. Valasc. decis. Lusitan 52. numer. 5. vers. cæterum cōtrariam opinionem, imo quod isti triginta dies non incipiāt currere, nisi postquam hæres adiuerit hæreditatem puto veriorem &c. Hinc Rota coram bo. me. Pirouano decis. 2. nu. 1. part. 6. rec.
72 intra alia necessaria requisita pro validitate
confectionis inuentarij numerat quoque
quod hæreditas adita sit, ibi aditio hæreditatis &c. cum ibi allegatis.

Supradicta tamen conclusio, tunc tamen
73 sileret, quando hæres malitiosè differret hæreditatis aditionem in aliorum detrimētum,
quia tunc currit tempus illud conficiendi,
etiam ante aditam hæreditatem ad conficiē-
74 dum inuentarium, et hoc ne ob dolum, & malitiam suam, alteri detrimentum fiat. cap. 1. ad fin. ext. de dol. & contum. & sic noluit Cin. in l vltim. in princip. num. 1. vers. sed potest dici, quod huic machinationi. C. de iure delib. Vital. Gamb de Claus. claus. nil nouari invent. cōfect. pend num. 5 per text. in l. si quis institutatur ff. de hæred instit. & ita cōsuluit Roman. in cons 84. num. 2. vers aut hæres malitiosè, & dolosè in aliorum detrimētum deffert ipsam aditionē &c. & sequitur Roland. à Valle consil. 73. num. 34. vers. quando hæres malitiosè distulit adire &c. lib. 2. Cautela tamen est, vt creditores, lega-
75 tarij &c. faciant à Iudice assignare hæredi tēpus adeundi, ne diutius aditio differatur, vt aduertunt suprarelati DD. & admisit Gratian. discept forens. d. cap. 563. nu. 29. vers. quare etiā datur cautela &c.

Limitatur suprarelata conclusio, vt non
76 procedat quando fuit actum reali actione,
quia tunc non denegatur creditorem experiri posse contra hæredem, saltem vti bonorū controuersorum possessorem, etiam penden-
77 te tempore ad conficiendum inuentarium,
secundum veriorem, quam probarunt Bald. in d. §. donec num. 3. dicens, licere, quia illum non conuenit vti hæredem, sed vti possessorē, & Bald. secuti sunt Angel. Castr. et Alex. in eodem. §. donec. Suarez. in l. post rem iudic. tam. ampliation. 1. num. 7 ff. de re iudic. Merlin. de legitim. titul. 3. quæst. 5. numer. 2. Crass. de success. §. Inuentarium. quæst. 16. nu. 1. Franc decis. 352. num. 2. & 3. cum allegatis per Giurb. in Consuetud. Messan. cap. 9. glos. 5. part. 1. num. 20. & dixit Rota in d. causa Romana Dotis 21. Octobris 1639. coram bo. me. Pirouano. §. Quia vbi. vers. fuit actum actione reali non denegatur creditori experiri etiam pendente tempore ad conficiendum inuentarium &c.

Insuper obseruandum est, hæredem infra
tempus datum ad conficiendum inuētarium
78 posse conueniri, si intra illud tempus compleuerit dictum inuentarium, non expectato fine illius trimestris, Bartholom Cepoll cautel. 224. incip. Institutus hæres, & in fin. monet
79 hæredes, vt sint cauti ad non complendum inuentarium, nisi in fine trimestris, vel anni, quādo bona absunt, quia si complerent prius, possent conueniri statim illo finito ante lapsū dicti temporis, & hoc probatur in l fin. §. donec. C. de iur. deliber. videatur Phanut. in tractat. de inuentar part. 4 à numer. 16. & Monticell. eodem tractat. n. 6. addo Roderic. de execut. part. 4. nu. 6. Rouit. in pragm. 26. nu. 18. de feud. Aduerte etiam, nisi inuentarium fuerit per
hæredem completum, intra tempus à iure
80 statutum, inualidum, & nullum erit, & sic nihil proderit hęredi, sicuti benè probat Cyriac. controuers. 127. per tot lib. 1. vbi etiam in fine annuit in hoc non haberi rationem rusticitati, vel sexui, & cadentem à syllaba cadere à toto. cum ibi allegatis, & dixit Rota decis. 72. sub num. 10. & seq. part. 2. diuers.

Vnde persistendo in terminis, multæ aliæ
limitationes possent adduci ad illam iuris cō-
clusionem, quod pendente termino à lege
81 dato hæredi ad perficiendum inuentarium,
interim non possit molestari à legatarijs, illa tamen magis communiter recepta est, nempe in casu de quo agimus, & sic, quando sumus in legatis ad pias causas relictis, vt voluerūt Riccard. Cyn. & post eos Bald. in d. §. donec, & idem Bald. in l. 1. in. 9. quæst. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. nulli. col. 3. vers. deinde nota hic. C. de Episcop. & Cleric. Angel. & Imol. in l hac stipulatio ff. vt leg no. caus. Ias. in l. eam quam. vers. notabiliter limita. C. de fideicommiss. Couar. in cap. Raynald. §. 3. n. 23. et seq. de testam. Carol. Marant. in controuers. Iur. part. 1. respons. 15. nu. 12. plures refert Intrigliol. singul. 98. n. 34.

Huius verò limitationis causa est, quia cum
82 de vita hominum tractatur, res dilationem
non recipit, l fin. ff. de appellat. recipien. hinc ille dixit. Principijs obsta, nam serò medicina paratur, et secundùm patrem Romanæ eloquē-
83 tiæ omne malum nascens facilè opprimitur, inueteratum fit plerumq. robustius, cum aliis à me relatis in annotat. ad decis. 533. à num. 33. vers præstat ab initio malis occurrere &c. par. 3. recent. tom. 3.

Ideo multò magis subitaneæ est operan-
84 dum, cum de salute animæ tractatur *per l. Sācimus. C. de sacrosanct. Eccles.* & hanc rationem expendit *Bald. in d. l. 1. in 9. quæst. C. de sacrosanct. Eccles.* quam & multi secuti sunt & præsertim *Tiraquell. de priuileg. piæ causæ. priuileg. 24 vers. quia res dilationem non recipit, cum de salute corporis &c.* Surd. *in tractat. de aliment. titul. 8. priuileg. 12. num. 4 vers. quia cum de vita hominū tractatur, res dilationē non recipit &c. Francisc.* Viu. *in Sylu. commun. opin. in verb. exceptio. opin. 257. §. sed interpretatur. versic. non debet differri.* Roland. à Valle *in tractat. de confection. Inuentar part. 4. vtilit. 4. num. 7. vers. in relictis pro anima non recipiunt moram restitutionis &c.* idemq. admittunt *Medic. in opuscul. 4. num. 30.* Regen. Valenz. *consil. 10 n. 12. Aloys.* Ricc. *in addit. ad Tiraquell. d. priuileg. 24. versic. fauore piæ causæ limitatur supradicta conclusio &c. ubi alios refert* sicuti etiam facit. *Io. Baptist. de Thor. pariter in addit. ad Tiraquell. d. priuileg. 24.* vide Gizarell. *decis.* Regni *Neapolit. 79 num. 9. & Iafred.* Bald. *decis. diuers. 402. sensitq.* Rota *in recent. decis. 773. sub nu. 7. vers. ideo propter hanc rationem celeritatis, hæres conuenitur etiam pendente tempore inuentarij &c. part. 2.*

Quæ conclusio de plano procedit, sicuti etiā in præcedenti capite dixi, si agatur de resti-
85 tutione malè acquisitorum, aut malè ablatorum, quia tunc sine dubio hæres non gaudet priuilegio temporis confectionis inuentarij, vt determinarunt *Bald. & Castr. in d. l. fin. §. donec. C. de iur. deliber.* Corn. *in l. eam quam. C. de fideicomm.* Porcell. *in tractat. de Inuentar. cap. 4. num. 7.* Gutt. *de iurament. confirmat. cap. 4. numer. 18. part. 2. cum alijs copiosè relatis per Hierony m.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 608. & latius quæst. 814. nu. 4. vers. sed contraria opinio est verior, in casibus in quibus agitur de periculo animæ &c.* et adde Gratian. *discept. forens. cap. 62. numer. 26. versic. quasi non sit differendum &c* ac nuper. *Io. Maria.* Nouat. *in tractat. de mal. ablat. priuileg. 4t. sub num 2. vers tamen quando testator &c. & sub n. 4.* admonet, licet multi contrarium senserint, tamen ne à veritate, et pietate digrediatur, sequenda venit prima opinio propter animæ periculum, quæ cæteris præponenda est. *cap. infinitas. de pœnit.* vbi enim agitur de periculo animæ, ei semper debemus summè
86 fauere, & pro ea fauorabiliorem interpretationem capere, benignioremque, & tutiorem opinionē sequi, *vt in puncto asserit Maynard. decis. 51. lib. 3. Io. Baptista* Nouar. *d. tractat. d. malè ablat. priuileg. 3. n. 3. vers. legatum pro anima largè est interpretandum, cum ibi allegatis.*

Specialiter vnum adnotare intendo, quod à supradictis DD. non fuit benè animaduersum imò salua eorum pace nonnulli ex eis allucinati fuerunt à falsa opinione vulgi, dum reddunt rationem quarè pro malè quæsitis, et in-
87 iustè habitis, statim non expectata aditione, aut tempore conficiendi inuentarium sit faciendà restitutio à testatore ordinata, eo quia interim dum retardaretur talis restitutio, anima defuncti cruciaretur in alio sæculo, & sic animæ damnum irreparabile, & malum in-
88 tolerabile inferretur illo medio tempore, vnde æquum iudicatum fuit vt propter hanc causam à regulis iuris cōmunis recederetur. *l. 2. ff. de appellat recipien. l. tutor. qui repertorium ff. de administr. tut.*

Concedo verissimam esse illam Iuris Pontificijs regulam, de qua *in cap. peccatum. 4. de regul. iur. in 6.* clarè insinuantem, quod *non*
89 *dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum,* facit etiam. *text in cap cum tu 5. de vsur. et cap. sicut dignum. 6. §. eos. vbi glos. in verb restituere. de homicid.* S. Thom. *2. 2. quæst. 62. art. 2.* S. Antonin. *in summ part. 1. tit 20. de regul. iur. et ind. cap. peccatum cum simil.* quia quoad restitu-
90 tionem intelligitur, quoad seculum istud, non quoad aliud, contingere enim potest, vt is, qui aliquid tenebatur restituere moriatur martyr
91 vel statim post baptismum, quem recta via ire in Cœlum, vt dicitur *can. baptismi vicem, de consecrat. distinct. 4. cap. cum Marthæ de celebrat. Miss. cap. dibitum. de baptism.*

Vnde, prout est casus noster, si defunctus restitutionem ab hæredibus faciendam reliquerit,
92 interim, quod hæredes non restituunt nō detinetur ob hanc causam in Purgatorio, quī enim è viuis discedens, sufficienter prouidit restitutionem, præcipiendo hæredibus, vt ablata restituant, & soluant, tunc quamuis hæredes omittant, aut negligant restituere, libe-
93 rabitur è Purgatorio, nec amplius ibi detinebitur, quam exigunt pœnę debitæ ex alijs culpis, & negligentia sua in non restituendo.

Et ita tenent *Thomas Sanctus in quodlibet. 6. art. 13.* vbi inquit, solutionem debiti parum prodesse. *Syluest. in summa in verb. Testamentum el. 2. quæst. 9. vers similiter non patitur detrimentum anima defuncti si differatur restitutio quam fieri mandauit, licet tardè, idest in morte id fecit. quod potuit &c.* Sot. *lib. 4. de Iustit. quæst. 6. artic. 1.* vbi plura adducit ad conuincendam ineptam vulgi opinionem, contrarium sentiētis, *et vide Card. Bellarmin. de* Purgator, *lib. 2. cap. 16.* estq. vulgaris Theologorum traditio, in *4. distinct. quæst. 16.* adde Homobonum *in examin. Eccles. tom. 1. tractat. 3. quæst. 63.* Molin. *de* Iustit. *& Iur. tractat. 2. tom. 1. disput. 251. §. Dubium item est.* Henriq. *tom. 1. de Pœniten. cap. 6 §. 1. in comment. litera* A. *in finalib. verbis.* Sanchez *consil moral. part. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 53. n. 2. in conclus.* Ex nostris id tenet C*ardinal. in can. oblationes el. 2. 13. quæst. 2. & post eum Didac.* Spin. *in specul testam. glos. 28. titul. de executor. testament. n. 8.*

Vbi refutata opinione eorum tenentium
94 ex mora, negligentia, aut socordia hæredis in restituendo iuxta mandatum defuncti malè acquisita, pericliteretur illius anima, & in pur-

gato-

Digitized by Google

gatorio detineatur. subiungit eam opinionẽ
esse falsam, nam si defunctus bona fide confis-
sus de hærede, vel executore, iussit eius resti-
tutionem facere, ad quam tenebatur, per hoc
liberatur à peccato, nec detinebitur in purga-
torio propter culpam, vel negligentiã hære-
95 dum, quia culpa, & negligentia vnius alte-
rius pœna esse non debet. *cap. non debet 22. de
regul. iur. in 6.* vlterius facit, quod restitutio
facienda est, ab eo, qui potest. *S. Thom 2. 2. qu.
62. art fin.*

Animæ verò in Purgatorio degentes, nihil
96 omninò possunt in termino, & non in via exi-
stentes, itaque neque mereri, neque demereri
possunt. *Card. de* Turrecremat *in can. qualis
benè quisque. num. 4. in 3. conclus.* Card Bellar-
minus. *controuers. tom. 2. lib. 2. de Purgator. cap.
2. & 3 Petr* Binfeld *receptar. Theologie. sentent.
sect. 5. memb. 2. conclus. 10. et 11.* Ægid. Conink.
*disputat. 11. de Purgator. dub. 6 conclus. 2. nu. 6.
et seq.* Porrecta *in addit. ad Beatum* Albertum
Magnum in compen. Theolog. veritat. lib. 7. cap. 2.

Addo illud magnum inconueniens, & pla-
nè absurdum, ad quod oculum non habuerũt
sectatores contrariæ opinionis, quia si eorum
97 conclusio vera esset, sequeretur, quod lex Di-
uina de iniquitate redargui posset, dum sta-
tueret animam defuncti in gratiam deceden-
tis ex culpabili mora hæredum in non resti-
tuendo, sicuti ipsa disposuit, detineretur in
Purgatorio, patiendo atrocissimas illas pœ-
nas, & sic plus prodesset animæ hæredis factũ
98 extrinsecum, quam ipsius contritio, & dolor
peccatorum, atq. feruens erga DEVM amor,
vt inquit Nouar. *in tractat. de priuileg. male ab-
lat. in prælud. 6. num. 1. vers. quæ opinio omni-
no amplectenda venit, aliàs iniqua esset lex di-
uina &c.* Insuper posset esse (& vtinam mul-
toties non eueniret) quod hæres spretis testa-
toris præceptis, numquam illa exequeretur,
et sic pœna Purgatorij temporalis, ex eadem
99 mora culpabili hæredis, fieret contra propriã
naturam æternam, & consequenter purgato-
rium eidem, ex culpa aliena, redderetur infer-
nus, cum præcipua inter vtrumq, differẽtia ex
perpetua, vel temporali tẽporis diuturnitate,
100 quod ad pœnalitatem, desumatur, vt est de
fide, & colligitur *ex Concil. Trident. sess 6. can.
30. et tradit* S. *Bonauentura in 4. distinct. 20. n.
34. vbi Ouand. proposit. 4. & distin 44. prop. 18.*
Et vt inquit *S. Antonin. in summ. part. 1. titul.
20. cap. vnic.*

Pœna æterna numquam punietur vnus, pro
alio, vtique sic intelligitur illud *Ezechiel.* 18.
Filius non portabit iniquitatem patris, & Pa-
ter non portabit iniquitatem filij. *vide* Barbos.
assiom. 159 num. 2. & assiom. 181. nu. 4. Sanchez
consil. moral. part. 2. lib. 4. cap. 1. dub 53. Viden-
dus est pariter *Nouar. in manual cap. 17. circa
septimum præceptum* Decalogi. *Non furtum fa-
cies. num. 68. vers. quæsitum est*, vbi in casu no-
101 stro indubiè negatiuè respondit, vt scilicet
anima defuncti ob moram hæredis non deti-
neatur in Purgatorio, et in fine his verbis cõ-
102 cludit, *Quare risu, aut potius commiseratione
digni sunt filij. aut alij hæredes, qui miserentes
plurimum defunctis, quod propter debita tenean-
tur in purgatorio et non miserentur sibi, quod te-
103 nentur in statu infernali notabiliter eorum
solutionem negligentes, aut differentes, atque de
his satis.*

Plura circa hanc notabilem quæstionem
adducere valerem, sed ne longior sim vallabo
tantum eam potenti illo argumento contra-
rij casus, Nam dum defunctus culpabiliter
omisit malè ablata restituere, & non prouidit
104 vt ea hæredes restituerent, cum haberet
vnde solueret, dato, quod hæredes ea resti-
tuerent, non ex hoc ille liberabitur à pœnis
inferni, nec ad hos terminos potest adaptari
105 illa iuris regula, *cap. qui per aliũ, & reg. potest
quis per alium. de regul. iur. in 6.* prædicta con-
clusio colligitur ex magna Theologorum ca-
terua, simul coaceruata *ab Augustin Barbos. in
106 collectan.* Iuris Canonici *ad lib. 5. Decretal. tit.
17. cap. 5. n. 4.* Quarè modo benè argui potest è
contra, ad casum nostrum, DEVS enim parũ
curat de mala, vel bona mente, seu actionibus
hæredis ad condemnandum, vel liberandum
107 defunctum, sed tantum quid ipsemet defun-
ctus viuendo fecerit, vel ordinauerit.

Refert P*lutarch. in suis Apothec.* de Antigo-
no Rege Macedonum, cui cum quidam ado-
108 lescentulus petiisset stipendium loco sui pa-
tris senis, et satis in militia factorum gloria
claro, et sic illud ei debebatur, cui petitioni
respondit Antigonus, *At ego adolescentulus,
107 non ob patris, sed ob proprias virtutes, merce-
dem, et munera dare soleo &c.* Vide quæ dixi, *in
discurs. part 4. recent. tom. 2. à num. 350.* vbi ha-
bes DEVM tantum proprias vniuscuiusque
aspicere virtutes, et non virtutes, vel vitia
progenitorum &c.

Sed iam tempus est, vt præscrutemur verã
rationem quare legata pia, et præsertim si de
restitutione malè acquisitorum tractetur, sta-
108 tim talis testatoris voluntas sit adimplenda,
parum refragante hæredi, si opponat hæredi-
tatem non adiuisse, vel esse intra tempus con-
ficiendi inuentarium, relicta quippe ratione
generali, quia ista introducta sunt de iure po-
109 sitiuo, ideo non sunt attendenda in relictis
ad pias causas, *iuxta textum in cap. relatum de
testam. et sæpius dixi supra præsertim cap.* 1 Spe-
culando tamen rationem specialem, et exem-
plificando, quando testator iussit hæredi, vt
vsuras persolueret, seu restitueret, tunc enim
absque alia dilatione debet illas restituere
110 non quia principaliter id possit prodesse
animæ defuncti, sed per accidens, seu per in-
directum.

Aperti quidem iuris est, vsuratium manifestũ,
quamuis in testamento mandet restitutionẽ
certæ, vel incertæ quantitatis, non esse in loco

sacro

Digitized by Google

111 sacro sepeliendum, quousque fiat restitutio
tex est in cap quamquam,et vltim,ibi,*Ecclesia-*
stica sepultura denegetur donec &c.de vsur in 6
et vide *ibi glos.in verb.manifesti.*vbi inquit ad
casum nostrum satis posse etiam dici manife-
112 stum vsurarium,qui coram sacerdote, et te-
stibus publicè fatetur,se vsurarium, et vsuras
restitui mandet. *prout etiam senserunt* Couar.
lib.3.variar.cap.3.num.4.vers. tertiò.cum alijs
*allegatis per Mascard de probat.conclus.*1418.*n.*
11.*cum sequent.*adde *Didac.Spin.in specul. te-*
*stament.glos.2.principal.num*18..vbi ait quinq.
modis probari quem esse vsurarium manife-
stum,*ibique plura allegat.*

Stante ergo,vt dicebam, interim dum non
113 fit restitutio carere debere sepultura Eccle-
siastica vsurarius, ideo ea restitutio est cele-
randa.quia medio tempore priuaretur præci-
114 bus.suffragiis,et oblationibus,in funere fieri
solitis *clem.1. de sepultur.* meritò recepta est
dicta expeditio , non quod ille opus hæredis
per se directè ad satisfaciendum pro defun-
cto,tendat. est tamen in causa, vt corpus se-
115 pulturæ tradatur, et consequenter anima
defuncti suffragiis, et oblationibus iuuetur,
quæ continent rationem satisfactionis natura
sua, atque ita prosunt,vt citius à reatu pœnæ
116 temporalis liberetur *iuxta text. in cap. in*
literis.5.de raptor.& ibi glos.in verb. liberari.

Vbi incendarius Ecclesiæ in morte pœnitẽs
et absolutus in cœmeterio sepelietur, coactis
117 tamen hæredibus ad satisfaciendum iuxta
facultates defuncti,et sic à peccato valeat li-
berari,qualiter vero textus iste intelligendus
118 veniat *infinitos ad hoc cõgerit Petrus* Cened.
in collectan.ad Decretal. *par. 2.collectan.*40.et
præsertim *sub num.*6.ait,verbum illud,*valeat.*
119 positum in fine d. textus , quod refertur ad
defunctum,debet legi,*valeant*,vt referatur ad
hæredes,ita quod significet per restitutionem
120 debitorum defuncti,hæredes liberari à pec-
cato suæ negligentiæ ex ibi allegatis. In anti-
quioribus etiam Codicibus , *vt aduertit Abb.*
in d.cap. in literis, habetur in plurali d. ver-
bum,*valeant*.Ex quo enim errore fortè ema-
nauit somnium illud imperiti vulgi, de quo
dixi supra *n.*88.dum arbitratur animam de-
121 functi in purgatorio detineri, donec suorũ
debitorum fiat restitutio per hæredes, quod
falsum est, *vt demonstraui*, et vide *Vuald in*
suo candelabro aur.part.1.titul. de purgator. n.
16 Quatenus vero prędictus *text. in d.cap.li-*
teris,legendus veniat,cum d.verbo,*valeat*, et
122 sic referatur ad defunctum, qualiter veniat
intelligendus, ne cõtrarietur opinioni mox
relatæ,videatur Augustinus Barbos. *in colle-*
ctan.sext lib.5.de regul.Iur.cap. non dimittitur
peccatum.4.n.8.& seq.

Quando verò sumus in aliis legatis piis,
tunc etiam absque alia dilatione etiam sunt
123 adimplenda,non quod eorum executio de-
functorum merita augeat.Sed quia hæres dã-
do eleemosynam,à testatore relictam , vel cu-
rando vt celebentur sacrificia, aliaque suffra-
gia, tunc ista possunt esse in causa,vt citius de-
124 functus à purgatorii pœnis liberetur , diui-
noque fruatur consortio , cum habeat suffra-
gia vnde subleuetur,*& hæc colligũtur ex Petr.*
Nauarr.*de restitut.lib.3.cap.4 à n. 167. & lib.*
4.cap.4.num.75.Fr.Emman in summ. cap.133.
num.8.Iacob.de Graff.in aur.decis.lib.1.cap.26.
*num 15,in fin. Martin.*Carillo *in explicat.Bul-*
la defunctorum part.2.cap.15. Molin. *de instit.*
tractat.2.disputat.251.nu.11. Martin. Nauarr.
in manual.cap.17. num.68. vers. accidentaliter
per preces creditorum. vel pauperum bene satis-
factorum &c. Atque ex nostris vide *Cardin.*
Ioann.de Turrecremat.super can.qui oblationes
13.quæst.2. vbi sub. nu.2. quærit. An mortuus
sentiat aliquod detrimentũ, ex eo quod elee-
mosynæ, quas mandauit dari retardãtur, aut
125 non soluuntur et sic distinguit, quod ex par
te eleemosynæ duo possunt considerari,meri-
tum scilicet ipsius eleemosynę, et eleemosynæ
effectus, quantum ad meritum eleemosynæ,
est conclusio,defunctum ex dicta tarditate
126 nullum pati detrimentum, quia meritum
principaliter ex voluntate, et institutione fa-
cientis,vel ordinantis dependet, si verò con-
sideretur eleemosyna, quantum ad effectum,
est conclusio , defunctum pati detrimentum
127 ex dicta tarditate,non quidem,vt ob huius-
modi tarditatem,sed quia remedium ei non
128 adhibetur,dum suffragia differuntur,ex qui
bus plurimum iuuaretur . Ex quibus patet,
quam inhumanius peccent,& quidem grauis-
129 simè executores testamenti qui pias execu-
tiones retardant , et citius quàm possunt op-
portunitate competenti , executioni eas non
committunt et si isti malè faciunt,qui citò nõ
exequuntur,crudelius tamen faciunt,qui bo-
130 na legata tollunt,aut retinent , aut in alios
vsus conuertunt, contra piam mentem testa-
toris, sed isti efficaciter credere non videntur
iudicium DEI,quia si sic , timerent quidem
131 contra quos inquit Paul.Apostol.ad Rom.2
An existimas tu,quod effugies iudiciũ DEI &c.
Atque de his satis. In seq.capite deducã alios
casus ex quibus pariter parebit legata pia
esse independentia ab institutione hęredis.

ARGVMENTVM.

Legatarius propria auctoritate ius sibi dicere non debet in capienda re sibi legata, et aliàs illa capiens cadit à legato , et hoc quamuis legatarius putauerit id sibi licere,ex eo, quia rei legatæ dominium ipso iure transit in legatarium,quæ conclusio etiam procedit licet sit capta siue vi impulsiua siue expulsiua.

Interdictum bonorum,quamuis aliqui putauerint fuisse introductum ad coercendam audaciam Legatariorum , tamen principaliter fuit

fuit inuentum ob quartam Falcidiæ detrahẽdam, et quare. Vnde cessante ratione detractionis Falcidię non est prohibitum capere legata propria auctoritate.

Legata ad pias causas relicta capi possunt propria auctoritate, quia in eis cessat ratio detrahendi Falcidia, et latè comprobatur, quod Legata pia sunt exempta à detractione Falcidiæ quæ opinio tamquam verissima, et satis in iure aperta, non obnubilatur, quantumuis validè nonnulli Doctores recalcitrent, tenendo contrarium, quia contra stimulum id faciunt.

SVMMARIVM.

132 *Legata pia, quod dependeant ab institutione hæredis, ex quo constet*

133 *Legata pia cum non dependeant ab hæredis institutione, ideo capi possint propria auctoritate*

134 *Legatarius non potest legata, propria auctoritate capere.*

135 *Legata ad sui perfectionem, requirunt aditionem hæreditatis.*

136 *Aditio hæreditatis confirmat omnia gesta à defuncto, et ipse hæres obligatur.*

137 *ante Hæreditatis aditionem, nec hæres dicitur, nec vlla iura ad eũ, nec cõtra, nec pro trãseunt.*

138 *Legatarius è manibus hæredis debet capere legata, et n. 139.*

140 *Emens aliquid, non potest eius possessionem capere propria auctoritate.*

141 *Possessionem rei emptæ, si quis capiat propria auctoritate, dicitur prædo. & iniustus detẽtor*

142 *Creditor vim facere dicitur debitori, qui sua et non Iudicis auctoritate ex re debitoris sibi soluit.*

145 *Legatarius capiens legatum propria auctoritate non excusatur, quamuis putauerit id sibi licere.*

144 *Nam nihilominus ipso iure eo priuatur, quod etiam procedit quamuis occupauerit illud siue vi impulsiua, siue expulsiua, et num. 146. et 147. 149.*

148 *Rem propriam, qui occupat, vel sibi obligatam non cadit à iure suo, nisi interuenerit violẽtia.*

150 *Legatarius capiens rem legatam propria auctoritate, quem offendat.*

152 *Legata pia propria auctoritate possunt capi. & quare n. 153. et 154.*

154 *Et sic tenuerunt multi celebres Doctores de quibus hic. et n. 155.*

156 *in Interdicti, quorum bonorum, constitutione, Prætor, etsi habuerit oculum ad reprimendam audaciam Legatariorum,*

157 *Tamen creditur id etiam fecisse, ob quartam falcidiæ detrahendam ab hærede.*

158 *Legatarius non debet sibi ius dicere.*

159 *Interdictum, quorum bonorum, quare detur legatarijs, et n. 160.*

161 *Interdictum, quorum bonorum, rationem, qui dicit tolli esse, vt reprimatur audacia, errat, et n. 162.*

163 *Audaciæ reprimendi causa in legatario capiente rem propria auctoritate cessat quando nõ est locus detractionis falcidiæ.*

165 *Falcidia cessante, cessat etiam probibitio legatis capiendi legata ex se.*

166 *Falcidiæ ratione cessante, non est probibitũ capere legata propria auctoritate*

167 *Legata pia. cum non sint subiecta falcidiæ, ideo capi possunt propria auctoritate.*

167 *Romani antiqui, dum persistebant in caliginosa nocte gentilitatis de merito futuræ gloriæ in alia vita non cogitabant.*

169 *Falcidia quod detraheretur etiam de Legatis pijs, quare antiqui constituerunt.*

170 *Iustinianus Imp. fuit fide catholicus, in operibus rectus, et in iudicijs iustus.*

171 *ad Hæreditatem defuncti adeundam, quis ob pietatẽ, et meritũ vitæ æternæ, potest induci.*

173 *Falcidia, quod possit detrahi, etiam de legatis pijs, nonnulli DD. tenent, sed improbantur.*

174 *Legata pia, et non pia, si sint relicta, dum falcidia est detrahenda, an tota sit detrahenda à legatis non pijs.*

174 *Falcidia, quæ non detrahitur de legato pio nõ debet grauare alia legata non pia.*
Onere suo satis est, aliquem grauare.

175 *Falcidia, quæ ex legis dispositione non detrahitur à legatis, puta ad pias causas, illa pars non debet detrahi ab alijs legatis.*

176 *Et talis diminutio cedit in damnum hæredis*

176 *Exempla rem manifestius declarant.*
Exempla rem ipsam facto demonstrant, sicuti speculum monstrat faciem.

178 *Falcidia, quæ ex legis dispositione non deducitur, vt id cedat in damnum non legatariorũ sed hæredis, exemplo demonstratur, et n. 179.*

180 *Falcidia tota, quod sit detrahenda ex legatis non priuilegiatis, id multi DD tenent.*

181 *Quæ opinio tamen non est vera, nec recepta.*

182 *Petr. Francisc. Tondut laudatur.*

183 *Falcidia quando ex legatis non detrahitur ex mente Testatoris, tunc id cedit in damnum Legatariorum, et non hæredis.*

184 *Quæ opinio est perpetuo menti tenenda, cum aliàs quis prima fronte teneret contrarium.*

185 *Falcidia, quod ex legatis pijs nõ detrahitur id à pluribus DD. probatur, et ita tenet cõmunis schola Doctorum. n. 186.*

187 *Falcidia etiam detrahitur de legatis relictis ad fauorem Reipublicæ.*

188 *Falcidia non detrahitur de legatis pijs siue mediatè, siue immediatè fuerint relicta, et nu. 189. & declara vt nu. 190 & 192.*

193 *de Trebellianica, quod dicitur, habetur etiam locum in falcidia.*

194 *Legata pia si immediatè sint relicta, an hæres detrahit falcidiam ex eo. an in casu restitutionis faciendæ piæ causæ, illã debeat reddere ei.*

195 *Et an hoc casu, hæres teneatur dare cautionẽ super tali restitutione facienda.*

CAPVT LXIII.

COntrouertendum amplius sanè non vi-
detur, an legata pia nullam habeant
dependentiam ab institutione hæredis, cum
et illa peti, & obtineri possint ante aditã hæ-
reditatem, & currente tẽpore hæredi cõcesso,
ad conficiendum inuentariũ, vt iam satis con-
tra Iuris regulas demonstraui supra, sed vt
132 magis id corroboretur, deducam modo ali-
qua ad comprobandum dicta legata pia sic
independentia esse ab hærede, vt ea propria
auctoritate capi possint.

Nec puto in controuersiam deducere re-
gulariter loquendo legatarium non tantum
133 prohibitum esse capere legata propria au-
ctoritate, imo si id faciat, perdit rem, & lega-
rum, et cadit à iure suo, textus est singularis,
in l. non est dubium ibi, *denegari actionẽ legato-
rum ei pro his rebus quas subtraxisse eum, de
hæreditate apparuerit &c. C. de legat.* atque de
hoc ita notant, et explicant d. textum scribẽ-
tes ibi. & præsertim *glos. ordin. Odef. Petr. Cyn.
Iacob. Butr. Bald. Alberic. Angel. Paul. Salicet
Alex. Ias. alijq. infiniti.*

Ratio verò ea assignari potest, quia legata
135 ad sui perfectionem requirunt aditionem
hæredis vt constat, ex iã supra relatis cap. 53.
nam hæres adeundo hæreditatem confirmat
136 omnia à defuncto gesta, et ipse obligatur, *l.
si adulta. 6. ibi, adeundo hæreditatem etiam ipse
se obligauit. C. de hæred. action. l. more. 8. ff. de ac-
quir. hæred. l. veteris ff. de contrah. et committ.
stipulat. l. 1. et 2. ff. de bon. poss. l. apud Iulianũ.
3. § fin. ff. ex quib. caus. in possess. &c. l. si quis. 5.
§. hæres. ff. de obligat. et act. §. hæres. Instit. quib.
ex caus. contract. nos.*

Nam ante hæreditatis aditionem, nec hæ-
137 res dicitur, nec vlla iura ad eum, nec con-
tra eum transeunt, nec testamentum quidquã
sanè valet, non adita hæreditate. *l. unic. §. in
nouissimo. C. de caduc. toll. l. testamentum 25. ff.
de manumiss. & l. cũ hæredis, 13. ff. de bon. possess.*
& pluries considerauit Rota, & præsertim, *in
causa Ariminen. Pecuniaria* 22. Iunij 1646. *co-
ram bon. mem.* Arguelles *§. Qua iura vers. nam
ante aditionem, nec hæredes dicuntur, nec te-
stamentum quidquam valet &c.*

Sed secus est, adita hæreditate, et tunc le-
138 gata, vt dixi accipiunt suam perfectionem
per aditionem hæredis cuius è manibus, tã-
quam à persona iuris fictione defunctum re-
præsentante, ea bona accipienda veniunt, &
sic sola mors testatoris non est sufficiens, vt
139 legatarius ex se possit capere legatum, et ius
sibi dicat, sed ipsa traditio requiritur, *l. eam
quam, C. de fideicommiss. cap. Raynaldus, et ibi
glos. in verb. petendo. extr. de testament. Rip* qui
communem dicit *in l. sciendum, num. 18. ff. de
legat. 1.* Adam Keler. *in tractat. de iur. succed.
ab intestato titul. 35. sub nu. 9. versic. Si lega-
rius conaretur propria auctoritate accipere le-
gatum amitteret &c. cum alijs allegatis à Rota
in causa Romana legati, 26. Iunij 1641. coram
R.P.D.* Carolo Cerro *§. secundo quia legatum
versic. è manibus hæredum sunt accipienda lega-
ta, et latè etiam dixi supra cap. 53. à n. 202.*

Sicuti in simili videmus in contractibus in-
ter viuos. is enim, qui aliquid emit, non potest
140 possessionem eius ingredi, propria auctori-
tate, sed ex empto agere debet, vt in eam per
venditorem deducatur *vulg. l. ex empto, ff. de
action. empt.* quod si ante occupauerit predo,
141 est, et iniustus detentor *text. est in l. nec ex
vera, C. de acquir. possess. l. si ex stipulatione l.
fundi. ff. eodem l. eum qui §. adeo. ff. de furt.* ad
quod faciunt etiam textus *in l. extat ff. de eo,
quod met. caus. l. dotis ff. solut. matrim.* quod de-
clara, vt per *Petr. Augustin. Morl. in Empor.
Iur. part. 1. titul. 9 de contrahend. emption. &
vendit. quæst. 2. à num. 3. D. Hect. Capyc. Latr.
decis. 108. n. 24.* congruit etiam textus *in l. cre-
ditores. ff. ad l. Iul. de vi priuat.* vbi dicitur cre-
142 ditorem vim facere debitori, qui sua, & non
Iudicis auctoritate ex re debitori, sibi soluit.

Intellige adeo certum esse, quod legata-
rius non potest propria auctoritate rem lega-
143 tam occupare, vt nec excusetur, licet credi-
derit sibi licere, ex eo quia rei legata domi-
nium ipso iure in legatarium transeat, vt in-
144 fra dicam, vel ex alia causa, nam nihilomi-
nus iure suo priuatur, vt videtur esse de mẽte
*glos. in l. non est dubium, in verb. dubium, in ter-
tia solutione, vers. vel distinguo, et versic. media
magis placet. C. de legat. et ibidem Sicar. num. 3.
vers. deinde glos. vbi refert. dicta per glos.* idque
pariter verum existimatur, quamuis legata-
145 rius occupauerit legatum sine vi *secundum
Corn. in d. l. non est dubium, num. 2. et ante eum
Alex. in 1. notab. ibidem.* vbi asserit, quod lega-
tarius isto casu priuatur iure legati, etiam nõ
interueniente vi expulsiua, vel compulsiua,
146 idemque sensit, *Paul. de Castr. in d. l. non est
dubium, num 3. vers. vltimò extra glos.* vbi pa-
riter loquitur etiamsi non interueniat vio-
147 lentia ablatiua, vel impulsiua, et de cõmuni
testatur *Dilect. in tractat. de art. testand. rub. de
legat. cautbel. 12. in princip.* ibique alios citat.
Et licet verum sit, qui occupat rem propriam,
vel sibi debitam non cadat à iure suo, nisi in-
148 terueniat violentia expulsiua, *vt in l. si quis
in testam. C. vnde vi. et in l. extat. ff. quod met.
caus.*

Tamen ille, qui occupat propria auctori-
149 tate rem sibi debitam ex testamento, vel
vltima voluntate, etiam sine aliqua violentia,
amittit rem sibi legatam, & cadit à iure suo,
quia prætẽdit causam lucratiuam, et offendit
libertatem testatoris, vt notabiliter tenet, et
150 notat *Castr. in d. l. nõ dubium. C. de legat.* et
cum eo transeunt cœteri Doctores *teste An-
ton. Gomez. variar. resolut. tom. 1. cap. 12. titul. de
legat.*

legat. num. 10. in fin. vers. Ex quibus etiam de-
ducitur &c.

Multis aliis modis, regula ista generalis
151 posset ampliari, et limitari, tamen eam li-
mitationem adducam, quæ causa erit, vt in
proposita materia persistam, scilicet, quando
152 testator aliquid legauit fauore piæ causæ,
quia tunc legatarius spreta dicta Iuris regula
poterit propria auctoritate capere talia lega-
ta, cum ista nullam depēdentiam habeant ab
153 hærede, & sic sensere Corn. in consil. 140. Cir-
ca hāc consultationē sub n. 5. lib. 1. Bened. Capta
in consil. 3. Circa hoc plura sunt videnda in fin. et
cons. 302. Punctus est in quarto dubio et post
istos ita sensit Tiraq. de priuil. pia caus. priuil.
45. vers. fallit tamē in legatis ad pias causas &c.
154 deinde verò plurimi alij Doctores prædictā
sententiam amplexi sunt, & præsertim Iacob.
Menoch. de adipiscend. remed. 2. n. 86. vers. Pia
causa legatum sibi factum propria manu occu-
pat &c. Polidor. Rip. obseruat. 322. Riminald.
Institut. de donat. numer. 149. & seqq. Iacob.
Nouell. in regul. 71 in verb. legata in 2. fallent.
Io Aloys. Ricc. in addit. ad Tiraquell. in d. priui-
leg. 45. & in suis Collectan. par. 1. collectan. 215.
vers. legatum pium potest propria auctoritate
capi, quod est notandum &c. Io. Petr Surd. in
tractat. de aliment. titul. 8. priuileg. 16. numer. 8.
vers. legatum pium potest capi propria auctorita-
te &c. Medic. in opuscul. 4. sub num. 34. vers. Se-
cūdò legatum &c. Moises. in summa tractat. 13 de
vltim. volunt. cap. 5. nu. 119. Io. Maria Nouarr.
in tractatu de priuileg. miserabil. person. priuileg.
45. vers. legatum ad pias causas potest propria
auctoritate capi &c. Io. Baptista de Thoro in
summ. priuileg piar. causar. priuileg. 245. §. Qua
quidem vers. cernitur in legatis ad pias causas,
qua auctoritate propria legatarij capere possunt,
et rem vindicare &c Sic pariter fuit iudicatum
155 in Senatu Sabaudiæ pro pauperibus Hospi-
talis de Machj Camberiēsis, 3. Augusti 1612.
test. Anton. Fabr. in suo Codic. de sacrosanct. Ec-
cles. diffinit. 39. n. 3. vers. est aliud priuileg. piæ
causæ, vt possit occupare legatū propria auctor.

Huius conclusionis alia ratio præter supra-
156 dictam (nempe, ideo legatum pium posse
auctoritate capi; quia illud non habet depen-
dentiam ab hærede) assignari potest, eaque
est, quia etsi Prætor in constitutione interdi-
cti, Quorum legatorūde quo in l. 1 ff. eod. ocu-
lum habuerit ad reprimendam audaciam le-
gatorum, creditur tamen id factum fuisse ob
157 quartam falcidiæ detrahendam ab hærede.
Nam ius, quod in legatis hæres habet, ratio-
ne falcidiæ habere dicitur, et ob id non licet
158 legatario legatum illud occupare, atque ita
sua manu sibi ius dicere. Inde fit quod vbi
cessat falcidiæ detractio, cessat etiam interdi-
159 ctum Quorum legatorum, quale datur hære-
di pro recuperatione legatorum à legatariis
per se ipsos captorum. Et quamuis tunc etiā
à legatario audacia committatur, tunc tamē
160 illa non est considerabilis, nec damnabilis,
vt scitè inquit Cynus in d. l. 1. ff. quorum legat.
Quo circa qui dixerunt, vnam solam esse in-
161 terdicti, quorum bonorum, rationem, nēpè
reprimendæ audaciæ, errasse creditur.

Siquidem audaciam Prætor considerauit,
sed causa, ob quam audacia comprimitur est
162 ipsius falcidiæ detractio, itaq; rectè dicere
possumus, falcidiæ detractionem esse causam
præcipuam, qua legatum reuocatur, et causæ
163 causans, vt illa legatarii audacia reprima-
tur, si itaque cessat causa principalis, hoc est
falcidia, vtique illa ratio reprimēdæ audaciæ
164 corruit, vt ritè considerat Iacob. Menoch.
de adipiscend. remed. 2. à nu. 6. et nu. 7. & repro-
bat Ripam contrarium defendentem Menoc.
secutus est. Surd. de aliment. d. titul. 8. priuileg.
16. num. 7. versic. quando verò non est locus fal-
cidiæ &c. Quamobrem cessante falcidia, cesset
165 etiā prohibitio legalis capiendi legata ex se,
Cyn in l. 1. C. quorū leg. Corn in cons. 40. col fin.
vol. 1. Surd. de alimēt. tit. 8. priuil. 16. n. 6. 7. et seq.
et ex Modern. comprobant. Gratian. discept. fo-
rens. 771. n. 49. Vbi inquit, cessante ratione
166 falcidiæ, non esse prohibitum legatario cape-
re legatum propria auctoritate, ibique plures
allegat. et adde Mart. vot. 20. nu. 12. & Io. Bap-
tist. Ciarlin. controuers. forens. lib. 1. cap. 28. n 8.
vers. ideo si cessat ratio falcidiæ &c. part. 1. Ant.
Leoncil. in tract. de priuil pauperū par. 2. priuil.
211 in verb. Legatū. 14. n. 4. vers. quādo de legato
Falcidia non detrahitur legatum potest capi pro-
pria auctoritate &c.

Viua modo ex his apparet causa, quare
legata pia propria auctoritate à legatariis
167 capi possunt, scilicet quia indubitati iuris
est, ex legatis piis nullatenus posse detrahi
falcidia textus habetur rotundus in auth. simi-
liter, ibi. falcidia cessat in his, quæ ad pias causas
relicta sunt &c. C. ad leg. falcid. et in §. fin autem
hæres. in auth. de Ecclesiast. titul. col. 9. licet
olim de Iure Digestorum detraheretur. l 1. §.
ad municipium. ff. ad l falcid rationem adducit
Bart. in d. auth. similiter, quia olim Romanū
168 Imperium in caliginosa gentilitatis nocte
persistebat, et sic non cogitabat de merito fu-
turæ gloriæ in alia vita, credens. quod nullus
169 adiret hæreditatem sine aliquo lucro, &
ideo mandauit etiam de legatis piis detrahi
falcidiam posse.

Sacratissimus verò noster Imperator Iusti-
nianus, qui fuit fide catholicus, in operibus
170 rectus, & in iudiciis iustus, vt inquit Paulus
Diaconus, lib. 18. histor. cum alijs multis in eius
honorem relatis à me in discurs. part. 4. retent.
tom. 3. à nu. 159. vbi etiam defendi eum à morsi-
bus nonnullorum Græcorum. Dictus, inquam
171 Iustinianus cogitauit, quod potuit, quis in-
duci ob pietatem, et meritum vitę æternæ ad
adeundū hæreditatē defuncti, et ideo māda-
172 tum in d. auth. similiter. de legatis piis nō de-
trahi falcidiā quidquid sēserint, Cuiac. ad No-
uell. 131. Robert. Foruet. et cum his And. Fa-
chineus lib. 5. controuers. Iuris cap. 17. cum su-

per hoc passim improbentur circa quam im-
probationem non insisto, cum per se pateat,
dum et ipse Fachin. fatetur contrariam opi-
nionem videri communiter receptam.

Sed dubium est, si in testamento relicta sint
173 legata pia, an falcidia tota detrahenda sit
de legatis non piis, etiam pro legatis piis *glos.*
in d. auth similiter in verb. causas, concludit
174 falcidiam, quæ non detrahitur de legato
pio, non aggrauare alia legata, quia satis est,
vt quilibet suo onere grauetur, super qua ma-
teria videri possunt *Speculat. de testament. §. in*
primis. vers. quod si unum & ibi Ioan. Andr.
tractant hunc passum latè *Roman. in d. auth.*
similiter, vbi tripliciter distinguit, & nuper
Marc. Anton. Genuens. *in suis practicabil Ec-*
clesiast. tricenar. 14. quæst. 401. nu 2. vbi refert
distinctionem Roman. quam esse regulariter
notandam aduertit, et addo *decisionem* Rotæ
Parauinæ *apud* Peregr. 85. *sub. n. 3. vbi pluribus*
relatis, et etiam Rotæ Romanæ sanctionem re-
fertur, et asseritur falcidiam, quæ ex legis pri-
175 uilegio piæ causæ non deducitur de legatis
ad pias causas, detrahi non posse de legatis
prophanis, et diminutionem hanc cedere ad
onus hæredis, non ad onus legatariorum, nam
176 satis onerantur, quia falcidia proportiona-
biliter detrahitur de suis legatis.

Et vt clarius id percipiatur, exemplo id de-
177 clarabo *iuxta tex in l Prætor. §. quoties*, ibi,
quod dico, exẽplo manifestius fiat. *ff. de collat.*
bon. Nam, et exẽpla facto ipso rẽ demõstrant,
sicuti speculũ faciẽ. Fingamus ergo, quod Tẽ-
stator habeat quadringenta in bonis, & centũ
178 piæ causæ legauerit, et trecenta causæ non
piæ, centum legatum erit integrè præstandũ
causæ piæ, de legato verò trecentum, quod
piæ non causæ relictum est, non detrahetur
cẽtum, quæ est quarta pars debita hæredi pro
Falcidia, sed tantum septuaginta quinque, &
sic ea tantum quantitas, quæ de legatis ad
causas non pias relictis detraheretur, si centũ
179 legatum esset, & ipsum defalcabile, quia re-
missio falcidiæ, et sic viginti quinque facta
piæ causæ, non grauat alios legatarios, vt dixi
maiori detractione, sed nocet hæredi, qui non
habet centum, et sic integram Falcidiam, sed
tantum septuaginta quinque, et ita scripserũt
glos. in d. auth similiter. in verb. sed numquid C.
ad l falcid. Bart. *in l. ex asse. 52 n. 1. & ibi.* Imol.
vers. sed contrarium. Alex. *n. 3.* vbi ait ita com-
muniter seruari. *ff. eodem* Specul. *in titul. de te-*
stam. §. 1. n. 19. Ang. *in l. in ratione. 11. §. quod*
vulgo. n. 3. & ibi Imol. *num. 12. ff. ad l. Falcid.*
Castr. *in l. si post missionem. 17. §. 1. & ibi.* Imol.
num. 2. Alex. *n. 2 vers. sed iuxta hoc. ff. eodem.*
Castren. *in l. qui quadringenta. 87. in princ. n. 3.*
& ibi Alex. *nu. 6. vers. sed quando ff. eodẽ.* Pic. *in*
l. in quartã. 90. n. 62. ff. ad l falcid. & de veriori
opinione *testatur* Gratian. *discept. forens. cap.*
59. n. 6. vers. veriorẽ tamen dixi distinctionẽ &c.

Et quamuis alij contrarium senserint, nem-
180 pe falcidiam integram esse detrahendam de
alijs legatis non pijs, *vt per* Roland *consil. 9.*
15. vol. 4 vel debere trahi tamquam es alienũ.
l. eius serui 37. l. æris alieni 39. ff ad l falcid. in
qua sententia fuerunt *Bart in d. Auth. simili-*
ter. num. 2. & ibi Castr. *vers. sed quia. C ad L.*
falcid. Alciat. *consil. 139. n. 2. lib. 9.* Tamen ger-
181 mana, & vera opinio est ea, de qua dixi supra
vt probat loculenter *Bellon. in tractat. de Iure*
accrescend. cap. 6. quæst. 4. sub num. 10. & addo
D. Petr. Francisc. Tondut. Sanliger I. C. Auenio-
182 nen. intima Legum scientia præclarus, &
vir equè pius, ac eruditus *in suis Quæstion. &*
resolut. ciuil. quæst. 83. à nu. 1. vsque ad num. 14.
vbi multis comprobat, et inespugnabilem red-
dit dictam opinionem.

Quando verò falcidia non detrahitur ex
183 legatis, quia sic iussit Testator, & tunc id ce-
dit ad onus legatariorum, & non hæredis, ita
enim *per l si in testamento. 64 & l. qui quadra-*
ginta 87. in princip ff. ad l. falcid. censerũt Bart.
in l. ex asse. 52. n. 1. vers. & prædicta vera sunt,
& ibi Alex. *n. 3. in fin.* Bart. *in d. l. qui quadra-*
genta. in princip. n 2. vbi Castr. *n. 3.* subijcit, hoc
184 esse perpetuò menti tenendum, quia si in
hoc nõ haberemus dictum *Bart.* quilibet pri-
ma facie contrarium diceret, sequuntur etiã
Bart. *ibi Imol. n. 2. vers ultim.* Alex. *nu. 6. in fin.*
Castr. *in l. 2. n. 9. ff ad Trebell.* Ruin, *consil. 146.*
n. 5. vol. 3. & cons. 125. nu. 3. vol 4 Card. Mantic.
de coniect. vltim. vol. lib. 6. titul. 13. n. 24. Peregr.
de fideicom. art. 4. n. 31. cũ alijs, vt per Gratian.
discept. forens. d. cap. 59 n 7. vers. in illis verò, quæ
sunt defalcabilia ex voluntate testatoris &c.

Sed hæc materia hic non congruit, cum ad
nostrum propositum tantum faciat, falcidiam
185 ex legatis pijs non esse detrahendam ex iu-
ribus supra allegatis, & quod ita seruetur, &
practicetur, testatur *Alex. in d. l. 1. §. ad Muni-*
cipium. ff. ad leg. Falcid. & post eum Michael.
Crass. *de success. §. Falcidia. quæst. 3. sub. nu. 5.*
vers. & ita seruatur, & approbatur &c. nec non
de cõmuni asserit *Benedict.* Capra *in tractat.*
regular. regul. 110. num. 5. latè Surd. *de aliment.*
titul. 8. priuileg 18 n. 3. vers. in legatis pijs non est
locus falcidiæ &c. & inter alios adducit Tiraqu.
de priuileg. piæ causæ priuileg. 26. vbi fuse mul-
tos congerit, quibus addo Anton. Merend. *con-*
trouers. iuris, lib. 2. cap. 32. per tot. Card. Mantic.
de coniect. vltim. vol. lib. 4. tit. 9 vers. nec ad-
uersus pauperes locus est detractioni falcidiæ &c.
Peregr. *de fideicommiss. art. 3. nu. 69.* vbi inquit
186 ita se habere communem omnium tradi-
tionem, tam in scholis, quam in Palatijs. *latè*
Moneta de commut. vltim. volunt. cap. 9. quæst.
3. n. 334. Gratian. *discept. forens. cap. 542. n. 40.*
vers. ex quibus non debetur falcidia &c. Barbos.
in collectan. ad Sext. lib. 3. titul. 15. cap. 1. nu. 13.
vers. notatur ad hoc, quod quarta Falcidia non
potest deduci ex legatis ad pias causas &c. Surd.
de aliment titul. 8 priuileg. 18. à nu. 2. Io. Aloys.
Ricc. *in addit. ad Tiraquell. dict. priuileg. 26. &*
ibi etiam Io. *Baptist. de* Thor, *Idem.* Ricc. *in suis*
collectan. part. 2. collect. 329. vers. in rebus ad

pias

pias causas falcidia non detrabitur &c. & post
eos Io. Maria Nouar. *in tractat. de priuileg. mi-*
strabil. person. priuileg. 46. num. 5. vers. de legatis
pijs non detrabitur falcidia &c. vbi plures prę-
ter supra relatos congerit, & addo *Cuiac. in l.*
regula. ff. de iur. & fact. ignorant. circa med. vbi
ait, licet lex falcidia etiam habeat locum in
187 legatis relictis Reipublicæ, non tamen in
his, quæ DEO relinquuntur, intrat. Balthax.
Thomas. *in suis var. tract. titul. de falcid. tract. 6.*
titul. 6. num. 92. vers. non deduci ex legatis pijs
falcidia, Mangil. *de imputat. quæst. 118. nu. 16.*
et seq. & quæst. 119. in princip. Ceuall. *comm.*
contra comm. quæst. 155. Anton. Leoncill. *in*
tractat. de priuileg. pauper. part. 2. priuileg 149.
in verb. Falcidia. num. 3. vers. ex legatis pijs fal-
cidia non detrahitur &c. Cæsar. Caren. *resolut.*
249 num. 1. vers. falcidia cessat in legatis ad pias
causas &c. & asseritur eam conclusionem ab
omnibus Doctotibus esse approbatam, & ex-
presse ab Impetatore resultam &c. sic quo-
que fuit decisum, per *Hieronym. Magon. decis.*
Rotæ Florentinæ 130. *sub num. 1. vers. est com-*
munis Doctorum opinio, quod de legatis ad pias
causas, piaque loca, Falcidia nō detrabitur &c.
Guidopap. dec. Senatus Grationopolitani 188.
vers. hodie indubitatū existit, quod de relictis ad
pias causas Falcidia nō detrabitur &c. vbi etiā
ait hunc esse communem intellectum *in auth.*
similiter. C. ad leg. falcid. sensitque Rota coram
bo me. Card. Seraph. *decis. 1202. num. 3.* vbi di-
citur quod legata pia regulariter solent ex-
cludere omnem diminutionem.

Quam conclusionem veram quoque existi-
ma, nedum, quando piæ causæ immediatè re-
188 lictum est legatum, sed etiam si mediatè,
vt exempli gratia dū Titio mille relinquo, vt
post eius mortem, ea restituat tali Hospitali,
179 nam tunc hæres detrahendo falcidiam Ti-
tio, id in damnum loci pij redundaret contra
prohibitionem *text. in d. auth. similiter. C. ad*
leg. Falcid. & de hoc est bonus textus *in simi-*
li, in l. eum dotem maritus, & ibi Paul. *de* Castr.
& in l. si seruus. cum seq. ff. ad leg. falcid. benè
etiam facit textus *in l. decem. ff. de fideicommiss.*
libert. & in l. vltim. §. vltim. C. de bon. quæ liber.
& in l. si patroni. §. 1. ff. ad Trebell. Tiraquell.
de priuileg. pia caus. priuileg. 26. atque ex nobili
cumulo Doctorum probat hanc esse commu-
nem opinionem *Ferdinād.* Vasquez. *de success.*
progress. lib. 3. §. 26. num. 24. Graß. de success. §.
Falcidia quæst. 3. num. 6. vers. quid autem, si le-
gauit Titio, & mandauit, vt Ecclesia restitue-
ret, responde, quod nec hoc casu Titio detrabitur
falcidia, ne ipse Ecclesia detrabat &c. ac nuper
id latè tractant *Nouar. in prax. election. et va-*
riar. for. quæst. 61. numer. 9. sect. 4. in nou. edit. &
Molfes. *in summ. Theolog. moral. tract. 13. cap. 14.*
de vltim. volunt. num. 90. part. 2.

Securius tamen vt procedamus in hoc pū-
190 cto, non ingratū censeo sic posse distingui,
aut enim pia causa est certè successura post
substitutum, vt supra exemplificaui, & tunc
sine pugna transit, falcidiam nullatenus esse
detrahendam. Aut verò probabiliter dubi-
tari potest, an sit successura pia causa, necne,
191 veluti si Titius teneatur restituere legatum
Ecclesiæ, sub conditione, si decesserit sine li-
beris, vel in defectum descendentium à Titio,
& hoc casu hæres detrahit Falcidiam, quam-
quidem detractionem legatarius tergiuersa-
192 sare non poterit, quia ipse nullo priuilegio
iuuatur, non etiam pia causa, quia incertum
est, an sit successura *ad text. in l. sufficit. ff. de*
condit. indebit. & quia res secundum statum
præsentem iudicanda est. *l. moueor. ff. de seru.*
exportand. & ita in puncto post *Bald.* Romani
Alex. Corn. *Socin.* Castr. *et alios tenet Tiraquell.*
de priuileg. pia causæ priuileg. 26. versic. Sed hoc
vltimum. Et post eum latius, & melius decla-
rat *M. Anton.* Peregr. *in tractat. de fideicomm.*
art. 3. nu. 65. ibique pleno calamo celebres Iu-
tisconsultos pro hac opinione conglomerat,
& licet loquatur in casu detractionis Trebel-
193 lianicæ, tamen idem dicendum est de falci-
dia, cum ea sub nomine falcidiæ contineatur,
vt infra dicam, & DD. loquentes in terminis
falcidiæ plures adducit *Balthass. Tomas. in*
suis var. tractat. titul. de falcid. tractat. 6. titul. 6.
num. 4. vers. limita, quando incertum foret an
legatum peruenturum sit in piam causam, velu-
ti si hæres sit grauatus restituere piæ causæ sub
conditione, si sine liberis decesserit &c.
194 Itaque falcidia prius per hæredem detra-
cta, eueniente postea per longa tempora ca-
sus restitutionis ad fauorem piæ causæ, hæres
teneatur eam restituere *Alex. in consil. 20. nu-*
mer. 14. in fin. lib. 3. Butsatt. *cons. 35. numer. 34.*
Honded. *cons. 64. num. 70. lib. 1.* Mangil. *de im-*
putat. quæst. 119. num. 16. & sic obstringi possit
195 ad præstandam cautionem, casu, quo veniat
dictus tempus restitutionis, affirmatiuè respō-
det *Alex. in l. 1. §. ad municipium. ff. ad l. falcid.*
& hoc per text. in l. in lege falcidia, iuncta l. 1. in
princip. ff. vt leg. no. ca. cumque secutus est *Be-*
nedict. Capra *sibi contrarius in consil. 61. Cum*
visis. & consideratis, colum. vltim. Alij verò dis-
196 sentiunt ab Alex. opinione, relati *per Tira-*
quell. de priuileg. pia caus. d. priuileg. 26. §. sed hoc
vltimum, in fin. vbi inter alios post *Panormit.*
197 scribit, quando hæres iam prius falcidiam
detraxit, non est amplius locus restitutioni,
videndus est Stephan. Bertrand. consil. 357. nu-
mer. 7. lib. 2. & consil. 250. num. 15. lib. 3.

ARGVMENTVM.

Trebellianica an possit detrahi de fideicommis-
so relicto ad pias causas, qualis quæstio est sic
inuoluta, sinuosa, ac perdifficilis, itaut nihil
supra, et sit alterum nodum Gordij, cui sol-
uendo non esset satis vnus Alexandri gladius.
Veritas tamen est, quod sicuti per auth. simi-
liter, C. ad Trebellian. est prohibita Falcidia

in relictis ad pias causas, ita etiam debet cē. seri prohibita Trebellianica.

Quæ conclusio procedit etiamsi grauati restituere sint filij, et quidem primi gradus, et hac occasione tangitur cum filij in Trebellianica non succedant iure filij, sed potius iure extranei, an pater possit eis prohibere Trebellianicæ detractionem necnè.

S V M M A R I V M.

1 *Falcidia detractio est probibita in relictis ad pias causas.*
2 *Trebellianica detractio, an sit facienda, quãdo fideicommissum pio loco venit restituendũ, qua controuersia est satis inuoluta,*
3 *Controuersia magna cum fuisset remissa ad Areopagum Athenæ, & cum non potuisset, id hic decidi quid fuerit responsum. & num. 4.*
4 *Trebellianica, an possit detrahi ex fideicommisso relicto ad pias causas, est alterum Gordij nodum & num. 6.*
7 *Castrens. dubitans, quid consulere, in terminis detractionis Trebellianicæ, dum agitur de fideicommisso pio, suasit parti concordiam.*
8 *Litigantibus potius est suadenda concordia, quàm iudicium.*
9 *Marianus Socinus, quid persuasit suis discipulis, quando fuissent Causidici.*
10 *Felicitatis culmen consistit, secundum Martialem, vt sit nox cum somno, & sine lite dies.*
11 *Litigantes diu, noctuque manent in perpetua animi tortura.*
12 *Contritio magna est litigantium, donec lis finiatur.*
14 *Falcidia sicuti non detrabitur de relictis ad pias causas, ita nec Trebellianica. & nu. 25.*
15 *Trebellianica venit sub lata significatione vocabuli falcidia. & num. 16.*
17 *in Relictis ad pias causas nulla intercedit falcidia.*
18 *Trebellianica sub nomine falcidia venit, quid quid sit in pœnalibus.*
19 *Lex capit tamquam sinonima, Falcidia, & Trebellianicam.*
20 *Omne, quod dicit, nihil excludit, estque verbum effrenatum.*
21 *Nigrum aliquando est magis generale, quàm rubrum.*
22 *in Trebellianica disposita procedunt etiam in Falcidia, & è contra.*
23 *Duo, quando æquiparantur à Iure, Lex superueniens, disponens in vno eorum, habet etiã locum in altero.*
25 *Trebellianica, quod non detrahatur ex fideicommisso pio, est verior opinio, & reprehenduntur, qui vacillant in ea admittenda. & num. 26. 27. & seq.*
28 *Falcidia vbi cessat fauore testatoris, cessare etiam debet Trebellianica. & vide numer. 29. 30. 31. & 33.*
32 *Qualis conclusio est adeo vera, vt temerarium sit ab eo recedere.*
33 *in Tribunalibus veritas acrius torquetur.*
35 *Trebellianica, quod non detrahatur de fideicommisso ad pias causas, sic fuit decisum in diuersis Orbis Tribunalibus, & præsertim.*
36 *in Rota Perusina.*
37 *in Rota Patauina.*
38 *in Capella Tholosana.*
39 *in Audientia Baren.*
40 *in Regio Consilio Neapolitano;*
41 *in Senatu Pedemontano.*
42 *in Senatu Cathalonia.*
43 *in Parlamento Grationopolitano:*
44 *in Regno Franciæ.*
45 *in Camera Imperiali.*
46 *in Supremo Orbis Areopago Rota Romana.*
47 *Trebellianica non detrahitur de fideicommisso pio, etiam si simus in filijs grauatis restituere.*
49 *Legitima non detrahitur de relictis ad pias causas, etiamsi grauati sint filij primi gradus & numer. 50.*
51 *Filius dum detrahit Trebellianicam non eam detrahit vti filius, sed vti extraneus. & numer. 53.*
52 *Filij sunt magis fauorabiles, quàm pia causa, id tamen intelligitur, quoad legitimam.*
Anima est cunctis rebus præferenda.
54 *Filius in legitima reputatur, veluti creditor, sed non in Trebellianica.*
55 *Filius in Trebellianicæ detractione reputatur magis priuilegiatus, quàm extraneus.*
Filius in Trebellianicam non computat fructus fideicommissi.
56 *Fructus bonorum fideicõmissariorum extraneus computat in Trebellianicam.*
57 *Trebellianica non potest filijs primi gradus prohiberi.*
58 *Quæ opinio inter modernissimos Doctores amplius non controuertitur. & nu. 60. 61.*
59 *Opiniones duæ quando sunt æquæ communes, quæ sit præferenda.*
64 *Trebellianicæ prohibitio fieri potest extraneis, quæ opinio est magis communis, & hodie canonizata. & num. 65.*
67 *Filius, quod in Trebellianica censeatur iure extranei, hodie est verior opinia. & nu. 68.*
69 *Trebellianica sicuti prohiberi potest extraneis, ita etiam filijs, & quare.*
70 *Pater non potest præiudicare filijs in legitima, cum ea illis iure naturæ sit debita.*
71 *Pater excepta legitima, ad libitum potest disponere de bonis suis, etiam ea proijciendo in Mare.*
72 *Nec filij de eo conqueri non possunt.*
73 *Text. in l. iubemus. C. ad Trebell. declaratur. & nu. 74. 75. 78. & 79.*
80 *Falcidia iure nouo potest prohiberi, etiam filijs primi gradus.*
81 *Falcidia sicuti potest prohiberi filijs primi gradus, ita & Trebellianica.*

Falci-

Falcidia est fauorabilior, & arctiori vinculo debetur, quàm Trebellianica.

81 *Pater, quod non possit probibere filijs primi gradus Trebellianicā, & ista optinio sit aguior retorquetur.*

83 *Trebellianica, quod pater possit probibere filijs primi gradus, hodie est coronata.*

85 *Eamque perpetua constantia secuta est Rota Romana, & propter eius auctoritatem venit omnino sequenda.*

87 *Trebellianica detractio, in fideicommisso relicto ad pias causas semper cessat.*

88 *Ratio, quæ pro religione facit, summa tempus in omne est.*

CAPVT LXIV.

OBseruatione dignum est illud quoque, quod sicuti in relictis ad pias causas Falcidiæ detractio prohibita reperitur, vt di-
1 ximus in præcedēti capite, ita pariter sit prohibita Trebellianica, quando hæreditas vigore fideicommissi alicui loco pio, vel aliàs ad pias causas, facienda venit restitutio, Quæstio alta, inuoluta, & antiqua est, & taliter, vt di-
2 ci solet, à tergo habet lupos, & à fronte præcipitium, estque inter malleum, & incudem. Figurat enim quæstionem illam præpositam coram Dolobella consulari Imperio Asiam obtinente, quam cum ipse decidere penitus nesciret, causam Athenas ad Areopagi cogni-
3 tionem delegauit, eamque prudentissimi illi, & grauissimi Iudices perscrutando responderunt litigatoribus, *vt post cētum annos pro causa resolutione ad eos redirent.* Vnde Valer. Max. *lib. 8. cap 1. & post eum Aul. Gell. cap. 7. lib. 12. noct. att.* his verbis concluserunt, *primus trāsferendo, ij vero differendo rem omnem indecisam*
4 *relinquerunt.* Et quod ad nostram inuolutam, de qua supra, controuersiam potest allegari, illud Virgilij Æneidos 5.

. . . . *ruit æthere toto,*
Turbidus imber aqua, densisque nigerrimus auster.

Quod enim supradicta quæstio obscura sit plures Doctores ingenuo ore fatentur, & præ-
5 sertim Tiraquell. & Crass. in locis infra citandis, vbi asserunt, hunc esse alterum Gordij nodum, cui soluendo nō satis esset vnus Alexandri gladius, adeo quippe latentes sunt, inexplicabilesque in ea recessus, & in vtramque partem quis se vertat, & quid diffiniendum
6 sit nesciat. Sapienter quidem famigeratus *I.C. Paul. de Castr.* Ne temere, super hoc controuerso articulo consultus suum iudicium interponeret, consuluit partibus, controuersiam potius concordia, quam iudicio finirent, vt apparet *ex eius consilio 57. incip. Viso dicto testamento in fin. lib. 1.* ibi, *super quo nil aliud pro nunc dico, sed propter opinionem tantorum consulerem partibus, quod super hoc concordarent. cap. 1. extr. de mut petition. &c.* qui textus cō-
7 muniter solet allegari, vt prius concordia, quàm iudicium litigantibus sit persuadendū, eiusq; textus auctoritate notabiliter *Marian. Socin. in repetition. cap. 2. in prima cōclus. nu. 96. de libell. oblat.* admonitos fecit eius discipulos his verbis; *Hoc ego in primis ex charitate vobis consulo, potissimum, cum eritis Doctores, vt non*
8 *solum persuadeatis, verum etiam impellatis, & constringatis partes ad compositionem, & cōcordiam &c.* O aurea verba, & Catholici Doctoris dignissima &c. Plura iam in exprobatio-
9 nem litium tamquam amoris vincula dirumpentium congessi *in discursu part. 7. recent. à num. 115. vsque ad num. 210. et supra in præludio huius libri à numer. 622. & in annotat. ad dec. 12. à n. 63. part. 3. recent. vers. lites habent sua sydera &c.* & solum hic addo, quod felicitatis culmen in eo collocauit celebris Poeta Hispa-
10 nus Martialis *lib. 2 epigram. 90. ad Quintilianū dum magnam et felicitatem inaugurādo, cecinit*

Sit nox cum somno, sit sine lite dies.

11 Nam litigantes diu, noctuque manent in cōtinua animi tortura, *& vt inquit glos. in § iudicent, in verb. cōtrictione autb. de iudic.* ibi, *ma-*
12 *gna contritio eorum est, qui litigant, donec lis finiatur &c.*

Accedo modo aliquid dicturus, super dicta controuersia, an Trebellianica deducatur ex fideicommisso ad pias causas relicto, Et mul-
13 tis relictis, ac Vulcano traditis opinio negatiua palmam (saluo meliori iudicio) obtinuit, ac inter plures rationes, quibus ea conclusio fulcitur, ea satis potens est, quia vbicumque
14 fauore honorati lex iubet in relictis nullam intercedere Falcidiam, aut omnem cessare falcidiam, Trebellianica quoque cessat, estque
15 causa, quia concurrente eadem rationis fauore, vniuersalis locutio, affirmatiuè, & multò magis negatiuè prolata, includit, & prohibet,
16 quę etiam sub lata significatione vocabuli cōtinentur, *vt omnium latius probat Roland. à Valle consil. 2. lib. 4.*

Vnde infertur, ex quo in relictis ad pias
17 causas nulla intercedit falcidia *vulgata autb. similiter C ad leg. falcid. & l. si quis ad declinandum,* ibi, *nulla falcidia. C de Episcop. & Cler. § fin autem bæres,* ibi, *omni falcidia cessante, Autb. de Ecclesiast. titul. cum alijs supra allegatis, in praeced. cap.* igitur in eisdem quoque relictis, dicta verba vniuersalia negatiua Trebellianicam pariter designant. Nam Trebellianica sub nomine falcidiæ continetur (quidquid esset dicendū in pœnalibus, & exorbitā-
18 tibus) *l. pater filiā l. filiusfamil. l. Titia ff. ad leg. Falcid. & l. iubemus. C. ad Trebell.* Azo. *in summa in autb. de bæred. & falcid.* lex enim abuti-
19 tur illis verbis, Falcidia, & Trebellianica, eaq; capit tamquam sinonima, *secundum glos. in l. si vt allegas, in verb. falcidia, C. ad leg. falcid. et in l. quam.*

l. quamquam. in verb. Legis. C. eodem titul. et in-
quit Fulgos. consil. 25. num. 3. Curt. Iun. cons. 54.
num. 10 Cenall. commun. cõtra commun. q. 101.
nu. 42. vers. quemadmodum falcidia sumitur pro
Trebellianica, et è conuerso &c. accedit etiam,
quod *text. in auth. unde est desumpta d. auth. si-*
20 *militer,* dicit omni falcidia cessante, qui enim
omne dicit, nihil excludit *cap. solitæ. de maiorit.*
et obed & ee verbum effrenatum, ita vt nullo
obice contineatur, quin omnia non compre-
hendat, & facit *Rubr. de hæred. et falcid.*

Licet fic tantum sit intitulata, attamen in
nigro pluribus in locis fit etiam mentio de
fideicommissis vniuersalibus, de quibus Fal-
cidia non detrahitur, sed Trebellianica, quo
fit, vt multoties nigrum sit generalius rubro.
iuncta glos. in auth. de incest. nupt. cum alijs, de
quibus per DD. in l. 1. ff. si cert. petat. et ita in ter-
minis considerat Curt. d. consil. 54. nu. 10. & me-
lius post eum *Octau.* Cancher. *decis. 147. n. 11.*
vbi neruosè hanc cõclusionem tuetur, *et facit*
decisio in causa Romana hæreditatis 19. Ianua-
rij 1633. coram bo. mem. Coccino *est decisio 171.*
num. 14 part 6. recent. vbi dicitur in Trebellia-
22 nica quod est dispositum, procedit etiam in
falcidia &c. ita è contra dicere possumus de
Falcidia, vt dispositum in ea, procedat etiam
in Trebellianica ex superius relatis, & est satis
nota illa iuris conclusio, quando duo æquipa-
23 rantur, lex etiam noua superueniens, loquẽs
de vno, habet etiam locũ in reliquo, per text.
in l. vt tantum. ff. de seru. corrupt. iunct. l. qui ser-
uo. cum ib. not. C. de furt. & in puncto de æqui-
paratione Falcidiæ, & Trebellianicę, vt dispo-
24 situm in vno censeatur etiam dispositum in
altero, *ratiocinatus est M. Anton. de Amat. decis.*
Marchiæ 11. *num. 31. vers. æquiparantis Trebel-*
lianicam. et Falcidiam &c.

Quod enim prædicta opinio, vt quia Iura
generaliter prohibuerũt omnem falcidiæ de-
25 tractionem ex legatis pijs, dicatur etiã, Tre-
bellianicæ detractio prohibita, sit verior, & à
communi obseruantia approbata, *testatur pa-*
ter veritatis Alex. in consil. 12. num. 33. lib. 3. vbi
26 de hoc amplam fidem facit, & ideo asserit, su-
per dicto puncto non esse opus multum insi-
stere, *ibique Addentes in litera y.* plures alios
Doctores coaceruant ad probandum Trebel-
lianicam sub Falcidiæ lege contineri, & in fine
reprehendunt vacillantes super hac opinione,
27 quia non aduertunt sese nedum legem ver-
bis imponere, sed etiam menti, verbisque le-
gis repugnare. Accedit etiam quod vbi ces-
28 sat falcidia fauore testatoris, cessat etiã Tre-
bellianica *l. Marcellus 3. §. quod autem. ff. ad*
Trebell. sed hic versatur fauore animæ testa-
toris. Ergo &c.

Si innumeros Doctores, et quidem magni
nominis, desideras in hanc communem opi-
29 nionem defendentes, recurre *ad Tiraquell.*
in tractat. de priuileg. piæ causæ priuileg. 27. qui
ferè omnes protestantur Trebellianicam nul-
lo modo ex relictis ad pias causas esse detra-
hendam, et hanc esse veram, et communem
30 opinionem eamque in consulendo, et iudi-
cando omnino sequendam ipseque *Tiraquell.*
post relatos alios Doctores, qui contrarium
tuentur, et quamuis ipsi quoq; sint clari no-
minis, tamen primam opinionem nempe ne-
31 gatiuam, tamquam communiorem, et ab ip-
sis etiam aduersarijs tamquam talem agnitã,
sequendam esse arbitratur, Et addo *Crass. de*
success. §. Trebellianica. sub numer. 1. vers. con-
trariam verò partem &c. vbi pariter plures
cumulat, qui de veriori, æquiori, et benignio-
32 ri sententia asserunt, et in fine inquit, teme-
rarium esse ab hac longo vsu recepta senten-
tia, recedere.

Ad nauseam vsque hanc communem opi-
nionem defendentes producit *Anton Gabr.*
in suis commun. conclus. lib. 4. titul. de Trebell.
conclus. 9. vbi istam sententiam, tamquam
33 magis communem ipse retinet, aliosque Do-
ctores à supradictis nõ relatos supplet *Marc.*
Anton. Peregr. in tractat. de fideicommiss. art. 3.
à num. 62. vbi hanc nostram opinionem miri-
ficè tuetur. *Addo Cardin.* Mantic. *de coniectur.*
vltim. volunt. lib. 8. titul. 3 num. 4. vbi de commu-
ni sententia Doctorũ testatur. et videatur Zanch.
in l. hæredes mei. § cum ita. num. 202. ff. ad Tre-
bell. et Cost. *ibi in verb.* Trebellianica. *num. 23.*
et seq Marzar. *cons. 38 num. 32.* Riminald. *Iun.*
cons. 567. num. 40. Honded *cons. 73. numer. 42.*
lib. 1. et consil. 59. in fin lib. 2. Caball. *consil. 100.*
num. 6. part. 1. Maiescott. *variar. resolut. lib. 2.*
cap. 72. Menoch. *cons. 737. num. 19.* Bellon. *con-*
sil. 84. nu. 36. et seq. Francisc. de Bary *de testam.*
lib. 11. titul. 7 nu. 8. Mart. *de success. legal. part. 4.*
quæst 28. artic. 4. num. 30. Barbos. *in tractat. de*
iure Eccles. lib. 3. cap. 13. num. 4. vers. ex legatis
ad pias causas nõ detrahitur Trebellianica &c.
Baldassar. Thomat. *in suis tractat. var. tract. 5.*
titul. 6 nu 189 vbi abundè, et addo Andr. Mol.
fesium *in suo promptuar. triplicis Iuris Diuini,*
Canonici, et Ciuilis part. 2. tractat. 13. cap. 4. nu-
mer. 70. & Io. Petr. Monet *de commutat. vltim.*
volunt. cap. 9. num. 305. & Ant. Merend. *contro-*
vers. Iuris lib. 2. cap. 33. à num 1. Camill. Borell.
in summ. decis. tom. 3. titul. 13. de Trebell. nu. 63.
& 64. Marc. Anton. Genuens. *in tractat. de Ec-*
cles. seu practicabil. Eccles. Triccnor. 20. *quæst.*
571. num. 3. vers. iuxta veriorem &c. Io. Maria
Nouar, *in tractat. miserabil. person. priuileg 46.*
numer. 8. vbi de æquiori, & veriori sententia,
Anton. Leoncill. *in tractat. de priuileg Pauper.*
part. 2. priuileg. 395. à num. 1. vers. hanc esse ve-
riorem, et communiorem &c. et optimè id firmat
Cæs. Caren. *in suis resolut. practic. resolut. 248.*
à nu. 1. vbi etiam de veriori, et communiori.
34 Sed relicta alia caterua istorum singulariũ
Doctorũ, quæso ne grauemus percurrere per
diuersa orbis Tribunalia, in quibus acrius,
35 insimul veritas torquetur, et sic ea perfectius
reuelatur, *iuxt. text. in l. quæstionum. §. sed sine*
ibi,

ibi *perfectissima veritas reuelctur &c. C. de fideicom.* & sciemus an dicta opinio apud ea prænaluerit.

36 Sic enim reperio decisum in Rota Perusina *apud Ioseph. Ludouic. decis. 30. sub numer. 10. vers pro relictis ad pias causas non potest detrahi Trebellianica &c.*

37 In Rota Patauina *secundum Marcum Ant. Peregr. decis 35. num. 10. vers. de relictis ad pias causas Trebellianica non detrabitur &c.*

38 In Capella Tholoiana *decis. 83. num. 1. in fin. vers. Conclusum fuit, quod de relictis ad pias causas Trebellianica non detrabatur.*

39 In Audientia Baren. *vt scribit Francisc. Viu decis. 419. num. 10. vers. cum bona per fideicommissum essent distribuenda in locum pium, non potest detrahi Trebellianica &c.*

40 In Regio Concilio Neapolitano, *referente Vincentio de Franchis decis. 156. num 7. vers. de hoc non debet dubitari, quia Trebellianica cessat in relictis ad pias causas, per text. in auth. similiter. C. ad l. falcid. qua procedit etiam Trebellianica &c.*

41 In Senatu Pedemõtano *teste Osasch. dec. 147. sub num. 11. vers. in fideicommisso, relicto ad pias causas cessat non modo falcidia, sed etiam Trebellianica &c.*

42 In Regio Senatu Cathaloniæ, *attestante Io. Petr. Fontanell. decis. 100. num. 15. vers. nullus ignorat quod hæres grauatus de hæreditate restituenda non detrahit Trebellianicam si causa pia sit substituta, vel alius locus pius &c.* et testatur quoque idem fuisse decisum in eodẽ Senatu Iacob. Cancer *variar. resolut. lib. 1. c. 2. titul de* Trebell. et Falcid. *num. 9. vers. prior tamẽ opinio dicitur recepta.*

43 In Parlamẽto Grationopolitano *apud Guidopap decis. 188 nu. 1. vers. non detrabitur Trebellianica de pijs legatis.*

44 In Regno Franciæ *vt constat ex Papon. Arestor. Franc. lib. 20. titul. 4. de detract.* quam hæres ex hæreditate fideicommissaria facere potest. *Arest. 2. vbi post Guidopapam allegat. May-nard. et* Carundam.

45 In Camera Imperiali, *teste Andrea Gaill. obseruat. Imperial lib. 2. obseruat. 119. numer. 7. vers. de fideicommisso vniuersali relicto ad pias causas non detrabitur Trebellianica, est communis opinio Doctorum &c.*

46 Tandẽ sic reperio decisum in supremo Orbis Tribunali, nempe in Rota Romana, *& præsertim in causa Romana Bonorum* 19 *Decẽbris* 1631. *coram bon. me.* Coccino. *est decisio* 83. *num. 5. vers. nec potest opponi de detractione Trebellianica, quia pia causa erat successura &c. part 6 recent.* ibique aliæ decisiones adducũtur, *et addi decis. in causa Romana Fideicõmissi 27. Ianuarij 1642. coram R. P. D.* Cerro. *§. Nec dicti hæredes. vers. non Trebellianica, quia sumus in fideicommisso relicto ad pias causas &c.*

47 Ampliatur quoque prædicta vera, et communis opinio, vt procedat etiam in filijs gra-
uatis restituere piæ causæ, qui licet de relictis
48 ad piam causam detrahere possint legitimã,
iuxta notata in l. si ad declinãdam. C. de Episcop. & Cleric. cum alijs allegatis per Ruin consil. 57. nu. 5. lib. 2. Tamen aduersus eandem causam
49 Trebellianicam non detrahunt, etiamsi filij
sint primi gradus, vt constat ex cõmuni schola Scribẽtium *in l Marcellus. ff. ad Trebellian.* Corn. *consil. 168. num. 9. lib. 5. et post alios Hieronym.* Gabr. *consil. 93. num. 14 lib 1.* Honded. *consil. 64 num. 66. et seq. et consil. 73. numer. 42. lib. 1. moturè Marc Anton.* Eugenius *consil. 6. num. 21. et seqq. et consil. 33. num. 88. et consil. 39 num. 32. et seq. vol. 1. Matth.* Brun. *consil. 6. numer. 14. et 21. vol. 1.* Franc. Viu. *d. decis. 419. sub num. 19. vers procedere etiam in filijs &c.* Marc. Anton. Peregr. *d decis. 85 numer. 10. vers. cuius decisio procedit etiam in filijs, grauatis restituere pio loco &c.*

Et de communi opinione, reprobatis con-
50 trarium sentientibus apposite protestatur
Hieronym. Cagnol. *in repetit l. Papinianus. §. meminisse. num. 18. vers. et male, quia communis, et vera opinio est ad oppositum &c ff. de inoffic. testam.* et post eum de communi *attestatus est* Crass. *de success. §. Trebellianica quæst. 6. num. 2. vers licet sint filij primi gradus, vt omnes communiter fatentur, Trebellianicam non detrahit de relictis ad pias causas.*

Ratio ea est, quia filius non detrahit Tre-
51 bellianicam, vti filius, sed vti extraneus, et li-
cet causa filij censeatur magis fauorabilis, quã
causa pia, tamen id secundum nonnullos Do-
52 ctores intelligitur, quoad legitimam, tamen
secus est, dum tractatur de rebus extra legiti-
mam, propterea quod anima cunctis rebus
sit præferenda. *l sancimus. 17. C. de sacrosanct.
Eccles.* quod enim filius non detrahat Tre-
53 bellianicam, vti filius, sed vti extraneus pro-
batur *ex text. in cap. Raynutius. 16. et cap.* Ray-
naldus. 18. de testam. et ideo Bart. *in l. si quis le-
gatum. § fin ff. de fals. per illum text.* dicit, quod
filius in legitima æquiparatur vero creditori,
54 at in Trebellianica secus est, quia illam de-
trahit non tamquam filius, sed tamquam ex-
traneus, *et sequitur Bald. in l. quamquam. C. ad
l. Falcid.* et sic etiam tenuit *post Alex. Curt. et
alios Decian. d. consil. 44 nu 93. vers. quia filius
Trebellianicam detrahit non tamquam filius,
sed tamquam extraneus &c. lib. 3.*

Non nego secundum veterum opinio-
55 nem etiam in Trebellianica censeatur filius
magis priuilegiatus, quàm extraneus, cum
in eam non imputet fructus bonorum fidei-
commisso subiectorum. *l. iubemus 6. in princip.
C. ad Trebell.* et maximè si non sint substituti
descendentes, vt latè *per Gasp. Ant. Thesaur.
lib. 1. quæst. 50. à num. 4. et adde* Fachin. *contro-
56 uers. Iur. lib. 5. cap. 10 per tot.* Quos fructus im-
putat tamen extraneus. *l. fideicommissaria. 18.
ff. eadem tit. ad Trebell. et l. cum pater. 78. § Ti-
tio. ff. de legat. 2.* latè *Merend. controuers. Iur.
lib. 17.*

lib. 17. cap. 6. titul. de fructibus in Trebellianicam imputandis à num. 1.

57 Videmus quoque, quod non potest pater prohibere, ne filij Trebellianicã detrahant, vt colligitur ex multis relatis per Gabr. *titul. de Trebellian. conclus. 1.* vbi cateruam DD. non paruam congerit eam opinionem cõprobantium, magnam quoque adducit *Molin. de primogenis Hispan. lib. 1. cap. 17. num. 12.* roboratur quoque illa opinio negatiua ex innumeris alijs relatis *per Peregr. de fideicom. art. 3. num. 107. vers. in filijs primi gradus Trebellianica prohiberi nequit &c.* vbi sæpius de communi, et magis communi, et abundè *per Petr. eodem tractat. de fideicommiss. quæst. 17. nu. 152.* vbi etiam ad nauseam congerit ad hoc DD. ad id probandum, et ex magis Modernis vide turbam adductam *per D. Andreol. in suis controuers. forens. part. 1. controuers. 1. à num. 1.* vbi firmat secundum communiorem sententiam Trebellianicam filijs primi gradus non posse prohiberi, et ita fuit indicatum Bergomi, Mõtis Ferrati, Veronæ, Paduæ, Senis, Bononiæ, Florentiæ, in Senatu Pedemontano, in Senatu Neapolitano, *vt testatur Sfor. Odd in celebri eius in hac materia cõsilio 63. incip. Magnifica Domina Catherina. num. 30.* vbi etiam *numer. 29.* apertè protestatur, non solum eam opinionem esse magis communem, sed etiam

58 profitetur, quod hodie inter modernissimos Doctores amplius non controuertatur, sicque transeat sine controuersia, et quod pro hac parte adsunt plures DD. numero, et auctoritate grauiores, et quod opinio ista est magis æqua, et fauorabilior liberis, idem quoque refert *M. Ant. de Amat. dec. Maceratén. dec. 11. à num. 1.* vbi quatuor integras Doctorum columnas ad hoc congerit, vbi etiam *num. 8.* inquit, quod quando sunt duæ communes opi-

59 niones æquè communes, vel aliqua magis cõmunis, quàm contraria, illa, quæ est æquior, etiam quod sit minus communis in iudicãdo sequenda est, ex ibi allegatis quare cũ æquitas sit pro parte liberorum ergo &c.

In eamdem opinionem inclinauit quoque *Hieronym. Gonalk. comm. contra commun. q. 30. vers. prima tamen* vbi ait opinionem negari-

60 nam, quod non possit prohiberi per patrem, Trebellianicæ detractionem filijs primi gradus esse magis communem, et in practica receptam, et refert plures DD. et præsertim *Decian. Bursat. Cephal. Turret.* qui non solum

61 de communi, sed etiam de communiori, et in practica recepta opinione restantur.

Et addo *Io. Baptista Barbobus in tractat. de filijsfamil. quæst. 35. per tot.* Vbi prius relata

62 contraria sententia cum omnibus suis fundamentis, tandem *num. 12.* sic inquit, *Conclusio est in hac quæstione, nõ posse filijs prohiberi Tre-*

63 *bellianicæ detractionem in fideicommisso per patrem relicto*, et pro confirmatione etiã ipsa nobilem Doctorum cohortem adducit, et dos inde fundamentis omnibus cõtrariæ opinionis respondet, et nuper eandem opinionem vti veriorem, et æquiorẽ *latè defendit* Calsán. *in tractat. de æquitat. part. 2. cap. 28. à numer. 6.* vbi latè, *& nu. 26* ait quod d. opinio est adeo æqua, vt vix credi possit, quod omnibus non placeat, et quatenus non placeret, more rusticorum esset diuidenda lis.

Quæ tamen prohibitio Trebellianicæ po-

64 test fieri extraneis, secundum receptiorem sententiam, de qua *per glos. in §. si verò expressim, in verb. substitutis. auth. de hæred. & falcid.* Bart. *in l. Marcellus. 3. num. 7. & ibi* Ias. *nu. 45. ff. ad Trebell.* Mantic. *de coniectur. vltim. volũt. lib. 7. titul. 11. num. 7.* Crass. *in §. Testamentum. quæst. 62. num. 4. vers. sed an Trebellianica possit prohiberi &c.* & restatur de cõmuni, & ma-

65 gis communi opinione, & quod sit sententia canonizata inter DD. vtriusque Iuris, et frequentiori calamo recepta, *cum alijs latè relatis per Menoch. consil. 164. num. 25. vers. regulariter testator potest prohibere detractionem quartæ Trebellianicæ &c. lib. 2. vbi abundè.*

Tamen hoc non officit supradictæ opinioni

66 quod Trebellianica non possit detrahi de fideicommisso relicto ad pias causas, quamuis tractetur de fideicommisso iniuncto filijs primi gradus, Nam hodie veterum sententia vi-

67 detur magis communiter improbata; quia quidquid olim esset, in quibus terminis sunt intelligendi DD. supra allegati. Hodie certè receptior est scribentium opinio, filium in

68 Trebellianicam omnimodo censeri iure extranei, dum detrahit duas quartas, scilicet legitimam, et Trebellianicam, et ideo debere fructus imputare in Trebellianicam, et ita sẽserunt *Castr. & Alex. in l. mulier. 22. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell.* Ias. *cons. 231. num. 2. vol. 2.* Dec. *cons. 480. nu. 13.* Paris. *cons. 27. nu. 15. vol. 3.* Natta *cons. 321. num. 8. cum alijs allegatis per* Menoch. *d. cons. 164. nu. 33. vers. fructus sũt in Trebellianicam imputãdi, cum hic duæ quartæ detrahi alias possunt &c.* et restatur de vera sententia, *et vide eumdem in consil. 277. nu. 67. & consil. 686. num. 25.*

Quemadmodum etiam extraneis prohibe-

69 ri potest Trebellianicæ detractio, secundum receptiorem sententiam, *vt dixi supra nu. 64.* ita etiam potest prohiberi filijs primi gradus (remota obseruantia regionis, in quibus terminis intelligenda venit supra relata contraria opinio) nam licet verum sit patrem non posse præiudicare filijs in legitima, de iure na-

70 tura eis debitæ, vt in confesso est apud omnes, tamen de reliquis bonis parer absque aliquo freno ad libitum suæ voluntatis potest

71 disponere, etiam ea omnia in Mare proijciẽdo, nam dum filij partem suam habuerunt, non habent quid conquerantur, nam aliàs posset eis per patrem responderi, sicut fuit respõ-

72 sum illis, qui accepta sibi debita portione, conquerebantur &c. *vt habetur apud Matth. cap. 20.*

Digitized by Google

*cap.*20.ibi, *Aut non licet mihi, quod volo face-*
re &c. Quod enim filii in portione Trebellia-
nicæ non ſuccedant, vt filij, ſed extranei, iam
73 dictum eſt ſupra Vnde non mirum, dum po-
teſt Teſtator prohibere, ne eam detrahant.
Nec eſt faciendam fundamentum *in d.l.iu-*
bemus.C.ad Trebell. in qua ſe fundant contra-
rium defendentes, quia de tempore Zenonis
Imperat. qui dictam legem tulit, tàm legiti-
74 ma, quàm Trehellianica erar quadrans, Hoc
autem priuilegium dedit Zeno liberis primi
gradus, vt quadrantem iſtum integrum ha-
berent ex ſubſtantia patris, nulla admiſſa cō-
75 penſatione fructuum, Quando igitur filij le-
gitimam ex rebus hæredirarijs ſemel conſe-
cuti ſunt, Zenonis intentioni eſt ſatisfactum,
qui voluit dodrantem de ipſis rebus hæredi-
tariis reſtitui, quod fieri poſſet quando legiti-
76 ma prius eſt detracta, & ſi adhuc ex iuris Pō-
tificiis diſpoſitione Trebellianica erit detrahē
da, *vt in c.Raynutius, & in cap.Raynald.ext.de*
teſtam. eam fructuum compēſatio imminuet,
77 & abſorbebit, vt hoc pluribus explicat *Ant.*
*Fabr.de error.Pragmat.decad.*12.*err.*5. *& poſt*
eum Ioannes Decherus *diſſert. Iuris lib* 1. *diſ-*
ſert 1.*n*.59.*& ſenſit Ioan.* à Sande *decis.* Curia
Friſica lib 4.*titul.*7 *de Legitim. & Trebell. &*
Falcid definit 5.*circa fin. verſ.non ſatis conue-*
nit, menti, & intentioni Zenonis Imp. &c.
Conſiderandam etiam venit, quod Zenonis
78 Imp. tempore non erar conſtiturum, legiti-
mam excipiendam eſſe de reſtitutione fidei-
commiſſi, id enim poſtea Iuſtinianus Imp. ſta-
tuit *in Nouell.de reſtitution.* Quarè meritò Ze-
no præſuppoſuit dodrantem reſtitui, cum
79 igitur poſtea conſtitutum fuerit, vt legitima
excipiatur de fideicommiſſo, ergo ceſſat ratio
d legis, vt benè conſiderat *Faebin controuerſ.*
Iuris lib.5.*cap.*9 *§.Non obſtat.* Vlterius iure
80 nouo falcidia poteſt prohiberi, etiā filiis pri-
mi gradus, *vt in auth.ſi verò expreſſim. Auth.*
de hæred. & Falcid.auth ſed cum teſtator.C.ad
leg.Falcid. & ſi hoc eſt verum in Falcidia, igi-
tur, & in Trabellianica, quia communiter Do-
ctores *per text.in d.§.ſi vero expreſſim* arguūt,
quod ſicuti falcidia prohiberi poteſt, ira &
81 Trebellianica, cum, & Falcidia fauorabilior
ſit, & arctiori vinculo debeatur, quā Trebel-
lianica, *ex relatis per Peregr. de fideicommiſſ.*
*art.*3.*num* 85.*verſ.item Falcidia eſt fauorabi-*
lior &c. & adde Ioan. à Sand.*d. decis Friſica*
*definit.*5.*circa med. verſ. maior enim ratio eſt*
quod liceat prohibere Trebellianicam, quam ve-
tare, ne heres detrahat Falcidiam &c.
Deinde adeo magnificatam æquitatem
conſideratam per DD. contrariæ opinionis
non valeo cernere, nā in terminis *d. l.iubemus*
82 ea non adeſt, quia ibi tam grauatus, quam
cui erat facienda reſtitutio, ambo erant filii,
& ſic ſumus in æqualiter priuilegiatis, quo
caſu non poteſt conſiderari aliqua æquitas,
Imo noſtra opinio affirmatiua eſt magis æqua
cum faueat libertati, quæ omnium eſt maior,
vt quis liberè, poſſit rebus ſuis imponere legē
quam vult, tunc enim non agitur de legiti-
ma, nam opinioni, quæ fauet voluntati teſta-
toris in dubio eſt recipienda, etiam contra
filium, vt ſupra ſæpius dixi. Quamobrem opi-
nio iſta affirmatiua, quod Pater poſſit filiis
83 etiam primi gradns Trebellianicam prohi-
bere hodie cum appareat coronata, non eſt
amplius de ea controuertendum, vt plures
DD. ingenuo ore farētur, & præſertim videa-
tur infinitis relictis, *Menoch in conſil* 1141. *à*
*num.*17. qui ad hoc 42. inſignes, & claſſicos
84 Doctores congerit. & ita ſæpè ſæpius perpe-
tua conſtantia inuictè tenuit, & tenet Rota
Romana vt ſatis notum eſt, & paſſim reperi-
mus in eiſdem deciſionibus, & præſertim vi-
deatur *in decis.*5.*num* 6. vbi de communi opi-
nione. & *decis.*171.*num.*3 *part.* 6 *recent. vbi*
alia habētur, & ex antiquioribus deciſionbus
congerit plures *clar.me, Theodoſius Rubeus pa-*
*ter meus in ſingular Rota Rom par.*2.*&* 2 *circa*
ſtylum & obſeruant Rotæ in verb. Trebellianica
*§.*2.*& ſic paſſim obſeruatur in Rota.*
Et bene conſiderat *Menoch.d conſil.*1141.
*num.*20. in conflictu tantæ opinionis, affirma-
85 tiua iſta deberet præualere propter auctori-
ratem Rotæ Romanæ, & aſſeritur, quod ea
eſt cōmunis opinio, quæ à Rota Roman a eſt
recepta, & ſuper hoc conſulatur etiā *Marc.*
*Ant.de Amat.decis.March.*11.*per tot* quē licet
allegaui ſupra pro cōtraria opinione tamen à
longe eam refutat, & hanc affirmatiuam ap-
probat quæ deciſio eſt apprimè magiſtralis in
hoc arriculo, & omnibus contrariis fundamē-
tis mirificè ſatisfacit, & *n.*23. conſiderat, quod
DD qui tenent hanc noſtram opinionem af-
firmatiuam ferè omnes id firmant in lecturis,
quod non modicè notandum iubet, quare
concludi poteſt, vt redeam in viam, de qua
86 ſupra diximus. Quod Trebellianica nō poteſt
detrahi de fideicommiſſo pio, quamuis grauati
ti reſtituere ſint filij, & quidem primi gradus.
Itaque quicumque ſint inſtituti, dum tra-
ctatur de pia cauſa, ceſſat detractio Trebel-
87 lianicæ, & Falcidiæ, potentiſſima eſt enim ra-
tio, quæ pro religione facit, *l.ſunt perſonæ.ff.de*
religios. & ſumpt.fun.cap.fin de re iudic. Quippe
cum orthodoxa fidei veritate credamus teſta-
88 toris animæ legata huiuſmodi prodeſſe in
ſcelerum, & malè ablatorum expurgationem
piè, & ſanctè detractionem omnem prohibuit
Imperator. *in § fin autem Auth.de Eccleſ.titul.*
cum ſimil. & conſiderant *DD.in d.l. Marcellus.*
ff.ad Trebell. & ſcitè conſiderauit *Petr. Matth.*
in annot.ad decis. 188. *Guidopap. circa finem*
verſ.Tamen, & nuper Gaſpar. Theſaur. *lib* 4.
*quæſt forenſ.quæſt.*46. vbi articulum penitus
examinat.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum relictum Hospitali, in quo exercentur opera pia, & charitatis, veluti infirmos curare, aut egenos coadiuuare, pauperes alimentare, captiuos redimere, orphanas maritare, vel alia similia &c. & tunc quamuis illud non sit erectum, vel approbatum à Sede Apostolica, vel ab Ordinario, & sic non possit computari inter loca Ecclesiastica, tamẽ cum sit pius locus, ex fideicommisso ei relicto, non detrahitur Trebellianica.

Locus aliud est, quod sit Ecclesiasticus, religiosus, vel sacer, et aliud quod sit pius, & quæ loca dicantur talia Fideicommissum relictum Confraternitati Laicorum, an dicatur pium, vt ex eo non possit detrahi Trebellianica. Fideicommissum dum est relictum ad pias causas, & sit incertum, an sit successura, et dũ pendet conditio, hæres grauatus illud restituendo vocato, detrahat Trebellianicam, an teneatur cauere, quod in casu euentus conditionis, quod pia causa succedat, teneatur illam restituere.

Bone extracta ex bonis fideicommisso subiectis vigore auth res quæ. C. comm. de legat. vt cõstituatur in subsidium dos descendentibus, an terminato matrimonio, eiusque reliquiis, dicta bona redeant ad fideicommissum, & quid si fideicommissum, sit relictum ad pias causas.

SVMMARIVM.

86 *Fideicommissum relictum Hospitali, quamtumuis non erecto auctoritate superioris Ecclesiastici, ex eo non detrahitur Falcidia. & num. 87. & 89.*

88 *Hospitale, vt dicatur pium, quæ opera ibi sint exercenda.*

90 *Fideicommissum, vt dicatur relictum ad pias causas, debet respici causa, & non locus.*

91 *Locus aliud est, quod sit Ecclesiasticus religiosus, aut sacer, & aliud, quod sit pius.*

92 *Locus non potest dici Ecclesiasticus, religiosus, aut sacer, nisi sit erectus, vel approbatus à Sede Apostolica, vel ab Ordinario loci.*

93 *Locus, vt dicatur pius, sufficit, vt ibi exerceatur opera pia.*

94 *Locus, licet si non appareat, fuisset fundatum auctoritate superioris Ecclesiastici, non dicitur Ecclesiasticus, tamen dum in eo exercentur opera pia, dicitur pius.*

95 *Hospitale si regatur à Ministris Laicis, censetur Laicale, & priuatum non autem Ecclesiasticum.*

96 *Hospitalis denominatio multum iuuat, ad præsumendam qualitatem Laicalitatis. Hospitale de iure præsumitur in dubio Laicale.*

97 *Hospitalia Laicalia possunt contrahere, & alienare bona absque beneplacito Apostolico. Cum in istis terminis non intret materia Extrauag. ambitiosæ. de reb. Eccles. non alien.*

98 *Hospitalia, quamuis Laicalia reddere debent rationem suæ administrationis Ordinarijs Locorum.*

99 *Episcopus licet non possit visitare Hospitalia Laicalia auctoritate Ordinaria, poterit tamen tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus.*

100 *Fideicõmissum relictum Confraternitati Laicorum, quæ solita est ei relicta ad vsum pium conuertere non detrahitur Trebellianica.*

101 *Trebellianica vt non detrahatur de fideicommisso Confraternitati alicuius loci, relicto, quid sufficiat.*

102 *Confraternitas Laicorum, quando non possit dici locus pius.*

103 *in Trebellianicam computantur alienata per grauatum, & quatenus id sit verum.*

104 *Trebellianica, quando non potest detrahi, tunc alienata bona per hæredem non imputantur in eam sed debent reuocari.*

105 *Trebellianica, vt censeatur prohibita ex fideicommisso pio, necesse est, quod pia causa sit substituta mediatè, vel immediatè.*

106 *Intellige tamen, si sit certa, quod sit successura, alias dum id est incertum, contrarium est dicendum, et quare. n. 107. 108. 109. & 110.*

111 *Ratio adducta per DD. quando est generalis, quid operetur.*

112 *Filios non habere, vel mortuos esse, paria sunt.*

113 *Fideicommissum dum est conditionale, detractio Trebellianica, quando sit facienda.*

114 *in Fideicommissis pijs, vt non detrahatur Trebellianica, sufficit certum esse piam causã esse successuram.*

115 *Pia causa, quãdo incertũ est, an sit successura si grauatus detrahat Trebellianicam, an teneatur præstare cautionem, in casu euenientis conditionis eam restituere loco pio, & nu. 117.*

117 *Trebellianica, si lege permittente, iam fuit detracta, et excepta à fideicommisso nõ reincidit amplius in fideicommissum, et n. 118.*

119 *Bona excepta à fideicommisso vigore auth. res quæ. C. commun. de legat. an finito matrimonio sine liberis, illa reddeant ad fideicommissũ*

120 *Et an id procedat saltem fauore piæ causæ.*

121 *Matrimonij causa, cum sit temporalis, donec manent reliquia matrimonij, ideoque temporalem effectum habere debet,*

122 *Bona omnia mulieris in dotem data trãseunt cum suo onere.*

123 *L. mulier. 22. §, cum proponeretur. ff. ad leg. Trebellian. quid disponat,*

124 *Mulier censetur rogata restituere fideicommissario quod superest, vltra dotem.*

125 *Bona semel extracta ex fideicommisso, nullo iure cauetur, quod postea ad illud debeant redire.*

126 *Bona extracta ex fideicommisso, ex iuris remedio,*

medio, semper remanent libera.

127 *de Priuatione ad habitum nō datur regressus.* *Bona data in dotem, si sint extracta à fideicommisso, dicitur actus consumptus.*

128 *Matrimonij causa dicitur semper durare licet ipsum matrimonium de medio tollatur.*

129 *Dos extracta ex fideicōmisso, quamuis essent reliquia matrimonij, illa non reddit ad fideicommissum, licet pia causa sit substituta.*

130 *Piæ causæ priuilegia non debent præualere dotibus descendentium fideicommittentium.*

131 *Bona ex fideicommisso semel extracta vigore auth. res quæ ad illud amplius non reddeunt, quamuis nulla supersint reliquia matrimonij.*

132 *Bona ex fideicommisso extracta vigore auth. res quæ, quod finito matrimonio sine filijs, reddeant ad fideicommissum est opinio damnata.*

133 *L. mulier bona. 37 ff. de iur. dot. qualiter intelligatur, et n. 134. 138. et 139.*

135 *ex Bonis datis in dotem dum alia non adsunt semper reijcitur fideicommissum.*

136 *Fideicommissum, quod pendet non dicitur purificatum.*

137 *Fideicommissum dum pendet, non potest dici æs alienum.*

140 *Maritus de tempore contractus matrimonij debet certiorari, quod in dote ad sit fideicommissum.*

CAPVT LXV.

TRebellianica, quod indubitanter detrahenda non veniat, ex fideicommisso
ad pias causas relicto, iam probauimus in
præcedenti capite, reliquum est vt prædictam
86 conclusionem extendamus vt procedat etiã
si illud relictum reperiatur Hospitali erecto,
siue constructo, sine auctoritate Romani Pōtificis,
vel Ordinarij, & sic fuerit fundatum
absque illis tribus requisitis necessariis ad effectum,
vt Hospitale possit connumerari inter
loca Ecclesiastica, de quibus requisitis. *post
alios* tradit *Paul* Fusc. *Episcop. Sarnens. in tract.
de visit. & regim. Eccles. lib. 2. cap. 14. num. 5.*

Quare si hęredi sit substitutum Hospitale
87 fundatum sine authoritate Episcopi, dūmodo
in eo exerceantur opera pietatis, et charitatis,
veluti infirmos curare, aut egenos coa-
88 diuuare, pauperes alimentare, captiuos redimere,
orphanas dotare, & alia similia opera
pietatis exercere, cum tunc gaudeant priuilegiis
piæ causæ, ex allegatis *per Tiraquell de
priuileg. piæ caus. in præfat. vers. item relictum
hospitali &c.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt.
115. num. 4.* Nauar. *de redditib.* Eccles.
quæst. 1. monit. 26. nu. 2. Monet. *de commut. vltim
volunt cap. 4 quæst. 2. n. 26. & 28.* Ricc. *in
prax. quotid. part. 2. resolut 353. & part. 4. resol.
318. & 411. & 413.* Barbos. *de iure vniuers. Eccles.
tom. 2. cap. 27. num. 12.* R. P. Diana *in suis resolut.
moral. part. 7. tractat. 6. resolut. 29.* Quare
vt dixi, si fideicommissum fuit relictum Hospitali,
quantumuis non fundato absque auctoritate
Ordinarii, dum venit casus restitutionis
fideicommissi, non detrahitur Trebellia-
89 nica, *ex adductis per Marc. Anton.* Genuens.
*Episcop. Isernen. in suis practicabil. Eccles. tricenar.
20 quæst. 571. n. 4. & per* Nouarr. *in prax.
electión fori quæst. 25. sect. 1. & quæst. 41. à n. 9.
cum cum alijs ibi allegatis.*

Et ratio est, quia sufficit fideicommissum
90 esse relictum ad pias causas, nam hoc priuilegium
conceditur causæ, et non loco, *vt Paul.
de Castr. respondit in consil. 167. vol. 2. num. 2.* &
sequitur Felin. *in cap. de quarta nu. 10 de præscript.*
Curt. Iun. *in consil. 120. num. 14. et Anton.*
Gabr. *qui alios concordantes refert conclus. 2. n.
15. titul. de pia caus. lib 6.* addo. Card. Mantic.
de coniectur. vltim. volunt. lib. 4. titul. 5. art. 6. n. 5
& Peregr. *de fideicommart. 3. n. 63. vers. & nota.*

Notandum enim hic venit, aliud esse locũ
91 esse Ecclesiasticũ, aut religiosum, aut sacrũ, et
aliud esse locũ pium, vt enim loca Ecclesiastica,
religiosa; vel sacra dici possint requiritur,
quod sint ædificata, vel approbata auctoritate
Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii, itaquod
92 vbi consensus Papæ, vel Ordinarii non apparet
in fundatione appellari non possunt loca
Ecclesiastica, & religiosa, nam talis consensus
seu auctoritas omninò requiritur, *vt sentiunt*
Abb. *in cap. ad hæc num. 2. de religios. dom.*
Bald. *in auth. hoc ius porrectum. nu. 11. C. de sacrosanct.
Eccles.* Zabarell. *consil 13. num. 2 vers.
contrarium est* Gabr. *de pia caus. conclus 2. n. 1.
cum seqq.* Barbos. *de iure Eccles lib. 2. cap. 11.
sub num. 38. & 80 & seq.* Mart. *de iurisdiction.
part. 4. cas. 113. à n. 11.* Gutierez. *canonic. quæst.
lib 2. quæst. 33.* Castill. *decis. 2. num. 2. lib. 1* Rota
in caus. Mediolanen. Bonorum 18. Martij 1648
§. Tandem non obstat. coram R. P. D Bichio. *&
in causa Leodien Censuarli. 27. Ianuarij* 1645.
coram R. P. D. Cerro. *et in causa* Meliunana *Bonorũ*
10. *Ianuarij* 1651. *et coram R. P. D.* Meltio
*§. Neque præsumpta. vers. quia ad hunc effectum
probandum esset, fuisse Hospitale auctoritate
Ordinarij &c.*

Vt verò loca dicantur pia, et causæ piæ pri-
93 uilegiis gaudeant, requiritur solum, & sufficit
quod ibi per locorũ Præfectos, vel ministros
exerceãtur opera pietatis, et charitatis, vt dixi
supra, et ita licet si in eorũ fundatione non
94 appareat de cōsensu Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii,
non possint dici Ecclesiastica, et religiosa,
dicuntur tamen pia, ac piæ causæ priuilegiis
gaudent, vt constat *ex allegatis supra n.*
88. Nec illud tacitus prętermittam, quod quã-
95 do Hospitale à Laicis regulatur, et administratur,
censetur Laicale, et priuatum non
autem Ecclesiasticum iuxta distinctionem
*Calder. consil. 4 vers. item institutio et restitutio,
de religios. dom.* Felin *in cap. de quarta num. 11.
vers. et commissio. de præscript.* Bald. *in auth. hoc*

Digitized by Google

ius porrectum.num.2.vers. sed huic quæro. C. de
sacrosanct. Eccles. Rom.consil.477 num.8. & se-
cuta est Rota decis.725.n.1.part.1.diuers.et de-
cis.268.num 2.part.3.recent. vbi fuit dictum
96 ad præsumendam qualitatem Laycalitatis
multum conferre denominationem Hospita-
lis,et talem etiam de Iure præsumi. dixit Ro-
ta coram Put.decis.255.nu.1.& 2. lib 1. Mohed.
decis.18.de caus. possess. & propriet. Rota decis.
106.num.6 part.2 diuers.
Indeque talia Hospitalia contrahere pos-
sunt et alienare bona absq. Beneplacito Apo-
97 stolico, et aliis solemnitatibus in Extrauag.
ambitiosæ, de Eccles. bon. non alien. requisitis,
quia in his non intrat materia d.Extrauag.vt
tradunt Bald in d.auth.hoc ius porrectum. n.11.
C. de Sacr. Eccles. Rebuff. in tractat. de alien.
rer. Eccles.n.57. Paris.consil.34.num.17. & 25.
lib 4.Barbos.de potest. Episcop.allegat.75.n.33.
Martin.Andr.decis.6.num.3.Gabr de caus. pia
conclus.1.n.1.7.et 12. et benè deduxit Rota
in d Melitutana Bonorum 10. Ianuarij 1651.
coram R.P.D.Meltio §.Non obstat. vers. proin
de potuit Hospitale contrahere,ac transigere ab-
sque beneplacito Apostolico &c.
Quod autem dicta Hospitalia quamuis non
sint loca Ecclesiastica reddere debeant ra-
98 tionem suæ administrationis per suos Mini-
stros Ordinariis locorum alibi latè dicam. et
in hoc est magistralis decisio in causa Calari-
tana Iuris Visitandi 21. May.1649.§. Propterea
tenentur Executores piarum dispositionum
rationem reddere Episcopo &c. coram Emi-
nentissimo D. Card. Corrado. Nam licet Epi-
scopus possit ordinaria potestate visitare Ho-
99 spitalia Laicalia potest tamen id facere tam-
quam Sedis Apostolicæ delegatus, ita dispo-
nente Sacro Concil.Trident sess.22.cap. 8. Sed
ad nos. Quod enim dictum est supra num. 87.
quod fideicommissum relictum Hospitali ex
eo non detrahatur Trebellianica.
Idemque erit si fideicommissum relinqua-
100 tur Confraternitati laicorum, quæ solita sit,
relicta conuertere in opera pia,& licet ea non
possit dici locus pius. Bald.in l.si quis ad decli-
nandum. §.in omnibus num.19.C.de Episcop.et
Cleric.Gabr.consil.162.lib 1. cum alijs allegatis
per Rotam in causa Esina Fideicommissi. 3.
Decembris 1604. coram bon. mem. Coccino. est
inter eius impressas.decisio 210. quæ loquitur in
puris terminis nostris,nempe ad effectum, vt
101 censeatur prohibita Trebellianica non est
necesse,quod sit locus pius, sed sufficit illum
exercere opera pietatis, fuerat enim ibi reli-
ctum fideicommissum Confraternitati Laico-
102 rum cum præsupposito,quod illa solita erat
conuertere relicta in opera pia, & negatiuè
fuit resolutum pro detractione Trebellianicæ
quamuis Confraternitas non sit locus pius,
quæ decisio deinde fuit confirmata coram eodem
sub die 17.Februarij 1606. est pariter inter eius
impressas decis. 271. Vbi etiam dicitur, licet
103 alienata per grauatum computentur in
Trebellianicam. iuxta text in l.Marcellus §.
res quæ.ff ad Senatus Consult.Trebellian.cum
similib. tamen id procedere asseritur in suis
terminis,scilicet quando potest detrahi,si ve-
104 rò non potest detrahi,prout erat in casu illo
tunc bona alienata possunt reuocari tamquã
fideicommisso subiecta.
Tandem in præsenti articulo subdam, vt
ad fauorem piæ causæ censeatur prohibita
105 Trebellianica;sat est, quod pia causa sit im-
mediatè substituta,vel mediatè. ex allegatis à
Rota in causa Romana Fideicommiss. 27. Ia-
nuarij 1642.coram R.P.D.Cerro. §. Nec dicti
hæredes,vers.sumus in fideicommisso fauore piæ
causæ,non detrahitur Trebellianica,& restitutio
est facienda mediatè, vel immediatè. intellige
si fideicommissarius sit purè,vel in diē certam
106 grauatus restituere,secus autem si sub con-
ditione si sine filijs,vel in defectum descendē-
tium quia,vt pariter dixi de detractione falci-
diæ,ea conditio potest adesse, & non adesse,
107 quamobrem substitutus primo hæredi non
potest prohibere detractionem, quia non est
priuilegiatus,& minus etiam pia causa, quia
108 est incertum an sit successura ad text in l suf
ficit. ff. de condict. indebit. & in specie propter
supradictam,& similes rationes senserunt Ro-
man.in consil.206.num.7. Ias. in d. l Marcellus
num.33.ff ad Trebellian. Alex.in l.cum dotem ff.
ad l.falcid. Bald.consil.407 vol.1. Castren,consil.
267. vol.2.Corn.in consil 95. col. vlt. vol.2. &
refert,quod aliás,ita consuluit Senis vna cum
109 Baldo de Bartolinis, quorum consilia vna
cum respõsis Socini, & Alex habentur in prim.
volum.consil.Socin.sen.consil.77 78. 79. & 80.
& consil. Corn. reperitur etiam in 2.volum con-
sil.186. & responsum Alex. in eius 7 vol consil.
26.& tradidit idem Alex.consil.20 num. 14.
vol.3.Ruin.consil.135.num.8. vol.3 & consil.
140.col fin vol.5 quos DD. refert Peregr de
fideicommiss art.3.num.65. adde Gaiet in mar-
gerit cas conscient.in verb legata ad pias causas
quem refert, & sequitur Barbos. in tractat. de
Iure Ecclesiastic.lib.3 titul. de legat ad pias cau-
sas cap.27.num.84 & 85 et dixit Rota decis.27
nu.14.vers data certitudine, quod succedat pia
causa non intrat distinctio an mediatè, vel im-
mediatè sit successura pia causa &c. par. 3.recen.
tom 1.& iterum idem sensit Rota coram bon.
mem. Coccino d. decis.210.n.3.
Vbi tamen in casu d.decisionis fuit dictum
non applicari dicta distinctio licet substitutio
110 piæ causæ fuerit facta sub conditione, si sine
filiis,hæres tamen non habuit filios, & ideo
pia illa causa fuit certa, quod erat successura.
111 Quare cum illa ratio Doctorum sit genera-
lis, & adaptabatur ad punctum certitudinis,
ideoque bene illud determinat glos. in l. mili-
tes agrum.ff de re milit.l.his solis. ff. de reuoc do-
nat.Ias.in l.Marcellus.num.46 ff ad Trebellian.
& in auth.non licet.C.de reuoc. donat. Rimenal.
Iun.

Iun.consil.4.num 8. & seq.lib. 1. Et licet in
propositione eiusdem causæ *coram eodem Coc-*
cino sub die 17. *Februarij* 1606. *est inter eius*
*impress decis.*271. fuerit probatum hæredem
habuisse filios,nihilominus Rota non recessit
112 à decisis,quia filii non superuixerunt de tē-
pore obitus hæredis.

Quare cum fideicommissum esset condi-
tionale, & propterea detractio Tribellianicæ
113 deberet fieri de tempore restitutionis, & sic
obitus hæredis ad text *in l. quemadmodum*
*ff.de iudic.cum allegatis per.*Peregr. *de fideicom.*
*d.art.3.n.24.*satis est quod de eo tempore erat
114 certum,piam causam esse successuram,vt nō
esset locus detractioni Trebellianicæ *Roman.*
consil 206.*num.7.cum aliis supra allegatis.*

Sed persistendo in terminis incertitudinis
successionis piæ causa, tunc esse locum de-
115 tractioni Trebellianicæ, vt superius dixi,
Quæro, his stantibus an hæres, qui detraxit
Trebellianicam,vtrum (prout quoque scripsi
de Falcidia) cauere debeat,de illam restituen-
116 do,eueniente casu,& conditione fideicom-
missi, et vigore, *textus in l. in lege Falcidia ha-*
betur ff ad leg. Falcid. affirmatiuè senserunt,
Alex.in d l.cum dotem ff ad l falcid. & in cons.
217.*ante fin.lib.6.cū aliis allegatis per* Decian.
in consil 44.*num.90.lib.*3 & Honded *consil*,64
num 70 *lib.*1.

Tamen hæc opinio, quibusdam non arri-
det,substinentes, quando lege permittente
117 detracta, et excepta fuit à fideicommisso,
Trebellianica,amplius non reincidat in cau-
sam fideicommissi, *arg.text.in l.solita prouiden-*
*tia.*C *de remiss pign.*per quem ita tenuit, *Bald.*
*in consil.*407.*sub.n.*2.*vers.Trebellianica à fidei-*
*commisso excepta &c.vol.*1.et ita etiam tenuit
*Paul.de Castr in consil.*321.*num.*2.*vers. Nec*
haredes poterint molestari à pauperibus,vel Epi-
scopo super Trebellianica detracta &c.part 2. &
scitè aduertit *Marc.Anton.Peregr. decis.* Pata-
uin.35 *sub num.*10. *vers. quorum opinio mihi*
*non placet &c.*ac subdit de facto ita alias ob-
118 tinuisse, nec non in casu dictæ decisionis
fuerit obtentum in Rota Patauina.

Non incongruè huic conclusioni annecti
potest alia non longè dissimilis,qualis est,licet
119 enim secundum aliquos, quando bona vi-
gore *auth res qua.*C*.comm.de legat* siuè in par-
te,siue in totum fuerint extracta ex fideicom-
misso, tunc finito matrimonio, nullisque su-
120 persistentibus reliquiis illius, dicta bona
extracta redeunt ad fideicommissum, saltem
fauore piæ causæ *iuxta doctrinam Bald in cons.*
77.*lib* 4.vbi assignat rationem,quia causa ma-
trimonii est temporalis donec manent reli-
quiæ matrimonii, ideoque temporalem effe-
121 ctum habere debet, quod habuit, *Bald.* se-
quitur *Cornetus allegatus à Rimin.ald Iun. cons.*
23.*num.*320. Peregr. *de fideicommiss.art.*42.*nu.*
25.*et* 28. Mangil *de imputat.quæst.*16.*num* 22.
fauet quoq. *textus in l.mulier bona* 37.*ff. de iur.*
dot. vbi quod bona omnia mulieris in dotem
122 data transeunt cum suo onere.

Tamen prædicta opinio non est absolutè
123 vera,quia in contrarium adest *textus* ad li-
teram *in l.mulier.*22.*§.cum proponeretur.ff ad*
Trebellian. vbi, quod mulier censetur rogata
124 restituere fideicommissario, quod superest
vltra dotem *et latè id pluribus relatis compro-*
*bat Mercurial.*Merlin. *in tractat.de legitim lib.*3
*titul.*1.*quæst* 9.*n.*45.*et seq.& præsertim nu.*48.
Fusar.*de substitut.quæst.*531.*n.*90. Odd Sforz.
de prohibit.alienat.quæst 45.*n.*36 *et seq. dixitq.*
Rota *in causa Romana de Cupis* 14. Decembris
1609.*coram bon.mem.*Card Marquemont *est*
*decis.*209.*num.*3.*part.*1.*recent*, vbi quod non
reperitur in iure cautum,bona semel extracta
125 ex fideicommisso,redeant postea ad idem
fideicommissum,nam vt fuit dictum *in Spole-*
tana Fideicommissi.coram re.me. Merlino, *est*
*decis.*312 *num.*46.*part.*6.*recent.* bona semel ex
126 fideicommisso distracta pro dotis constitu-
tione, ex iuris remedio semper remanent li-
bera.

Cum et indubitatum sit,de priuatione ad
127 habitum non dari regressum, quia effectus
extractionis à fideicommisso, consumatus ex
ipso actu dotationis: ob causam matrimonii
128 semper durat,licet ipsa causa matrimonii
de medio tollatur, *ex adductis per* Tiraquell.
in tractat. cessant. caus. cess. effect. limitat. 12.
num.prim. Et in puris terminis nostris quan-
do dos extracta est,ex bonis fideicōmissariis,
129 quamuis cessent reliquia matrimonii, bona
non redeant de fideicommissum,licet pia cau
sa sit substituta,nuper aduertit *Rota in causa*
Romana Casalis Aguzani. 27 *Iunij* 1640. *co-*
*ram R.P.D.*Royas.*§. At in præsenti*, quæ deci-
sio deinde post plures causæ propositiones
confirmata fuit *sub* 16 *Decem.*1641.*corā eodē.*

Non enim priuilegium piæ causæ præualere
debet dotibus descendentium fideicommit-
130 tētis, *vt habetur per* Padill. *in d.auth. res quæ.*
C.*cōmun.d legat.& post* Roman. *Decian Bur-*
sat. Peregr. Tiraquell. Menoch. Fusar. Marescot.
*Intrig.*sensit Rota *in d causa Romana Casalis*
27.*Iunij* 1640.quæ decisio generaliter deinde
fuit secuta *à Rota in causa* Romana *Dotis, seu*
fideicommissi de Angusllaria 28 Ianuarij.1641.
coram R.P.D Bichio *§. siue tādem.* vbi dicitur
131 quod bona ex fideicommisso semel extracta
vigore *auth.res quæ* ad illud amplius non re-
deunt,quamuis nullæ supersint reliquiæ ma-
trimonii.

Non obstant Doctores in cōtrarium supra
132 allegati,quia verior opinio est contra eos,
adest enim textus expressus *in d l.mulier.§.cū*
proponeretur ff ad Trebell. Nullatenus etiam
133 fauet textus *in d l.mulier bona.* 37. *ff. de iur.*
dot. vbi quod bona omnia mulieris in dotem
data transeant cum onere suo. Quia animad-
uertendum venit dictum textum loqui de
134 ære alieno,intrinseco, et necessario, quod
non

Digitized by Google

non potest facto mulieris auferri, non autem
de fideicommisso, quod semper reijcitur, si nō
135 adsint alia bona libera pro dotatione fœ-
minarum *ex dispositione auth. res quæ. & d. l.
mulier. §. cum proponeretur*, in quibus decisum
extat tali casu fideicommissū reiici, nec aliud
136 esse restituēdum, nisi quod superest ex præ-
dictis, fideicommissum enim, quod pendet, et
137 non dum est purificatū non dicitur æs alie-
num, cum adhuc non debeatur. *per text. in l.
legata. 41. ff. de condit. et demonstr. l. substitutio.
ff de acquir. rer. dom.*

Præterea textus *in d. l. mulier bona. 37.* lo-
138 cum sibi vindicare fortasse videtur quan-
do disponitur per viam vniuersitatis, et dan-
tur in dotem generaliter omnia bona, non
139 autem quando daretur casus, vt deueniretur
tur ad numerationem specierum, *vt conside-
rant Corn. in consil. 260 col. 3. lib. 1* Dec *consil.
237. num. 7. vers non obstat.* & hoc præsertim
140 dum maritus de tempore contracti matri-
monii non fuit certioratus de fideicommisso,
de quo tamen certiorari debuisset, ne alio-
quin remaneret deceptus *ad text. in l. qui li-
bertatis. §. sed et si quis ff. de eunct* Alex *consil* 14
num. 8. et 9. lib. 5. Ciriac. *controuers. 62. num, 15.
& considerauit* Rota *in d Romana fideicommis-
si de Anguillaria.* 28. *Ianuarij* 1641. *corā* R. P.
D. Bichio §. *Secundò, quod Flaminius, & dein-
de censuit in d. Romana Casalis.* 16. *Decembris.
eiusdem anni* 1641 *coram* *Reuerendiss.* Terraco-
nen. §. *Vltimò dictum fuit &c.*

ARGVMENTVM.

Legata ad pias causas relicta an patiantur di-
minutionem vna cum aliis legatis ad pro-
phanos vsus factis, quando reliquit testator
plus quam quod verè in patrimonio haberet,
& veritas est, hoc casu omnia legata indistin-
ctè tàm quantitatis, quàm specieitam cōsan-
guineis, quam extraneis relictis pro rata suā
pati diminutionem.

Et licet secundum plures DD. id etiam proce-
dat tam in legatis piis quàm non piis, conclu-
ditur tamen cum legata pia detrahantur tā-
quam æs alienum, ideo illa prius absque di-
minutione sunt adimplenda, & quod super-
est persoluenda sunt legata non pia.

Legata pia, quare detrahantur tamquam æs
alienum. Legatum dotis relictum filiæ à patre
non patitur diminutionem ob defectum pa-
trimonii, et qua de causa. Statutum exclu-
dens fœminas propter agnationem, quando
in terminis talis exclusionis dos succedat lo-
co legitimæ, ita vt retineat, vel exuatur natu-
ra legitimæ,

Legata pia, quando veniant in generali reuoca-
tione legatorum, et quando secus. Testator, si
minuat legata in Codicillis, an ea diminutio
capiat etiam legata pia.

SVMMARIVM.

141 *Legata pia, an patiantur diminutionem pro
rata si vires patrimonij testatoris non sufficiāt
pro omnibus legatis.*
142 *Legata, quando transcendunt vires hæredita-
rias, fit cuilibet legatario diminutio pro parte.*
Legata, *non debentur vltra vires hæreditarias*
143 *Legata, dum reperiuntur facta vltra vires pa-
trimonij debent minui pro rata, quod procedit
etiam si sint soluta, qui possunt repeti per alios
legatarios.*
144 *Legata pia detrahuntur tamquam æs alienū, i
intellige quoad Falcidiæ detractionem.*
145 *Legata pia diminuuntur, vbi non suppetunt
vires hæreditariæ.*
*in Testamento militari licet cesset Falcidia
nihilominus diminuuntur legata ob defectum
patrimonij.*
146 *Legata pia diminuuntur propter debitum
naturæ.*
147 *Defalcatio legatorum ob defectum patrimonij.
non solum fit in legatis non pijs, sed et tam pijs,*
148 *Legatorum defalcatio, quando fit ob defectum
patrimonij, indistinctè debet fieri siue legatum
sit quantitatis, siue speciei.*
146 *Siue sit relictum consanguineis siue extraneis
siue sit ad prophanos, vsus. siue ad pias causas.*
150 Legatum *speciei venit in contributionem ob de-
fectum patrimonij sicut cætera legata, & nu.
151. & 152.*
153 *Legata tam speciei, quàm generis cum debean-
tur ex eodem testamento omnia eamdem for-
tunam sortiri debent.*
154 *Legatarij specierum non est æquum, vt sint
melioris conditionis. quam legatarij quantita-
tum. & n. 155.*
156 *Legata pia quando hæreditas non est soluen-
do, patiuntur diminutionem sicuti cætera le-
gata, et n. 157.*
158 *Legatum non potest videri plus, quam sit in
legantis patrimonio.*
159 *Homines sæpe plus confidunt de suo patrimo-
nio, quàm verè est.*
160 *Patrimonium grande allicit homines, ad fa-
ciendas amplas dispositiones.*
161 *Patrimonio suo aliquando homines plus im-
perant, quàm ferre potest. secundum Senec.
Nihil eis daturis verba reddit.*
162 *Legata pia patiuntur defalcationem ob defe-
ctum patrimonij, etiamsi sint pro male ablatis
vel vsuris restituendis.*
163 *Legata pia, quando plura concurrunt & tūc
quod omnia sint diminuenda ex defectu pa-
trimonij, videtur opinio æqua.*
164 *Legata pia, quod patiantur diminutionem
ob defectum patrimonij in concursu aliorum
legatorum non piorum,*
165 *Est quæstio satis ardua, & Tiraquell. in
tract. de priuil. pia caus. priuileg. 7. agnoscēdo
difficultatē, cautè animum sui non aperuit.*

166 *Le-*

166 *Legatum dotis non patitur diminutionem ob defectum patrimonij*
Dos filiarum tamquam es alienum detrabitur.
167 *Argumentum de dote ad pias causas vales.*
168 *Dotis fauore mandatum morte mandantis non finitur.*
169 *Quidquid sit dicendum, quando in mandato adeßit clausula releuans.*
170 *Mandatum fauore pia causa, non expirat morte mandantis,*
171 L. *si ergo.* §. 1. *ff. de iur. dot. ad omnem causam piam extenditur.*
172 *Dotis fauore in contractu innominato nō admittitur pœnitentia re integra.*
173 *Pœnitentia admittitur in contractu innominato re integra.*
174 *Quidquid sit, quando interuenit iuramentum.*
175 *Pia causa fauore non admittitur pœnitentia in contractu innominato re integra, & n. 175.*
176 *Contractus fauore dotis sunt irreuocabiles ita quoque fauore pia causa.*
177 *Dos habet naturam pietatis.*
178 *Dos sicuti non patitur diminutionem ob defectum patrimonij testatoris, ita nec legata ad pias causas.*
179 *Legatum dotis relictum filia ideo non patitur diminutionem ob defectum patrimonij, quia dos succedit loco legitima.*
180 *Dos succedit loco legitima, & maximè, quando adest Statutum exclusiuum fœminarum, & num. 190.*
181 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 145. excludit parentes à successione parentum fauore solius agnationis.*
182 *Legitima tamquam portio successionis ab intestato. potest peti ab his, quibus sunt reseruata iura eiusdem successionis.*
183 *de Legitima non est disputandum in persona eius, qui exclusus est ab intestato.*
284 *Legitima illi negatur, cui praterito non permittitur impugnare testamentum.*
185 *Filia si sit exclusa à Statuto à successione parentum, propter agnationem, licet postea mandet eas dotari,*
186 *Tunc dos illa non potest dici, quod succedat in locum legitima, & quare.*
187 *Dos assignata filia à statuto eam excludente à successione parentum, quando illa dicatur causa proxima exclusionis, & quando remota.*
188 *Dos, quando non sortitur naturam legitima, qua à se reijcit omne onus, tunc dos potest fideicommisso grauari. & n. 189.*
190 *Subrogatus gaudet omnibus priuilegijs, & iuribus, eius in cuius loco fuit subrogatus.*
192 *Quod procedit etiam in materia correctoria, & declara, vt n. 193.*
194 *Dos, quando succedit loco legitima, tunc sine dubio legatum eius non patitur diminutionē ob defectum patrimonij.*
195 *Debitum non potest considerari in legatis relictis ad pias causas.*
196 *Testator non prasumitur voluisse, vt legata pia ab eo relicta diminuerētur ex defectu patrimonij.*
197 *Legata pia tamquam es alienum ante omnia sunt soluenda, & quod superest soluenda sunt legata non pia. si hareditas diminuatur ob defectum patrimonij. & n. 198.*
199 *pro Peccatis quilibet efficitur debitor DEO.*
200 *Legata pia aliquando tacitè fiunt pro restitutione, male ablatorum, quod testator noluit exprimere, ne se infamaret, quod fieri potest.*
201 *Restituere sufficit malè ablata, conseruando bonam famam.*
202 *Metus iusta causa dicitur, quando adest timor ammissionis omnium bonorum.*
203 *Metus iustus dicitur, quando agitur de ammisione honoris.*
204 *Legata pia non patiuntur diminutionem ob defectum patrimonij, quia vti as alienum detrahuntur.*
205 *Legata pia relicta, pro celebratione Missarum non patiuntur diminutionem ob defectum patrimonij.*
206 *Legata pia si generaliter non diminuuntur ob defectum patrimonij, multò magis procedit in relictis pro suffragijs animæ. et n. 207.*
208 *Testator si legata minuat in codicillis, talis diminutio non extenditur ad legata pia.*
209 *Legata non pia veniunt sub generali reuocatione legatorum facta à testatore.*
210 *Legata pia an veniant in generali renocatione legatorū, dubia est quastio, & in tenebris versatur.*
211 *in Opinionem conflictu adhærere bonum est opinionibus DD. distinguentium.*
212 *Legata dum generaliter tantum reuocantur, sub ea reuocatione non veniunt legata pia.*
213 *Legata pia non veniunt sub generalitate verborū, & quid si sint generaliter generalißima.*
214 *Testamentum totum, quando reuocatur tunc etiam censentur reuocata legata pia, amplia num. 216.*
215 *Voluntas hominum est ambulatoria vsq. ad supremum vita spiritum, quod procedit etiam de Iure Canonico.*
216 *Legatis pijs quantumuis Ius Canonicum faueat, tamen id procedit, quatenus constet eam esse vltimam voluntatem.*
217 *in Vltimis voluntatibus posteriora derogant prioribus.*
218 *ad Causas pias relicta, eatenus valent, quatenus habent voluntatem testatoris pro se, secus si appareat reuocata.*
219 *Clausula reuocatoria ampla an sufficiāt pro reuocatione relictorum ad pias causas.*
220 *Et conclusio est affirmatiua, reprobata contraria opinione.*
221 *Legatum deletum, cum consultò id prasumatur factum à Testatore, non debetur, limita in legato pio, cum non prasumatur in dubio consultò deletum. & n. 222. 223. & seq.*

CAPVT LXVI.

FAlcidiæ, necnon Trebellianicæ detractio,
quod nullatenus fieri possit in relictis
ad pias causas, cum suis ampliationibus
demonstratum iam est supra in superiori-
bus capitibus. At modo tempus est, vt percun-
141 ctemur, an talia legata patiantur diminutio-
nē pro rata, si vires patrimonii testatoris nul-
latenus sufficiant ad soluenda omnia legata
pia, & nō pia. In quo articulo præmittendum
puto quando legata transcendunt vires hæ-
142 reditarias fit cuilibet legatario diminutio
pro parte, & de eo, quod remanet, facta dimi-
nutione detrahitur falcidia *ad l. si quis testa-
mento §. apud Iulianum, & ibi Doctores. ff. de
legat. 1. l. si post missionem, et l. ratione. §. quod
vulgo. ff. ad leg. Falcid. l. si vera composita. §. 1. ff.
de milit. testam.* & quod ista opinio sit tenēda,
quidquid alij in contrarium senserint, *benè
monet Gomes. variar. resolut. tom. 1. cap. 12. de
legat. nu. 34. et pulchrè Gaspar.* Thesaur *quæst.
forens. lib 3. cap. 114* & ratio est, quia legata
non debentur vltra vires hæreditarias *l. 1. §. 1.
vbi Alex. numer. 3. et 4. ff. de condit. indebit. vbi
etiam Iason. cum alijs, vt per Franch. decis. 236.*
143 Immo si legata fuerunt per hæredem solu-
ta, possunt per alios legatarios repeti ad con-
tributionem, et restitutionem suæ partis ex-
pressè sic disponitur *in l. 2. §. 1 ff. de condit. in-
debit.* Boer. *decis. Senatus* Burdegal. 145. *num.* 5.
Gratian. *discept. forens. cap. 646. num. 15. vers.
adeout quamuis integraliter vni sit facta solutio
per hæredem &c. et vide alios allegatos per* Pe-
regr. *de fideicommiss. artic. 4. num. 62. vers. imo si
vni ex legatarijs solutum per hæredem fuisset,
posset collegatarius &c.*

Quod adeo verum quidam putant, *& præ-
sertim Bart. in auth. similiter. C. ad leg. falcid.* vt
144 quamuis legata pia detrahantur, sicuti æs
alienum. *per l. si quis seruus. ff. ad l. falcid* tamē
hoc procedere intelligunt, quantum ad falci-
diam, sed vbi non suppetunt vires patrimonij
145 certè diminuūtur, sicuti alia legata, quem-
admodum dicimus de testamento militis, in
quo benè cessat falcidia, nihilominus dimi-
nuuntur propter defectum patrimonij *per tex-
tum expressum in l. si post missionem. ff. eodem.*
146 Videmus etiam huiusmodi legata pia minui
propter debitum naturæ *per not. in l. si quis ad
declinandum. C. de Episcop. & Cleric. cū simil.
& dixi supra.*

Prædictamque sententiam, vt legata pia ob
patrimonij defectum minuantur *post Bartolū
tenuit Ias. in l. si quis testamento. §. apud Iulia-
num. ff. de legat prim. Marc. Anton.* Peregrin. *in
tractat. de fideicommiss. artic. 4. num. 63. in fine.
vers. in relictis ad pias causas in contributum ve-
niunt cum alijs particularibus &c.* Parlador.
*rer. quotid. lib. 1. cap. 18. numer. 3. vers. hanc verò
deductionem, et legata quoque pia patiuntur &c.*
Munnoz. *de Escobar. de ratiocin. computat.* 10.
nu. 8. vbi dicit, quod dicta defalcatio, & com-
147 putatio non solum habet locum in legatis
gratiosis, verum etiam, et in pijs facienda est,
vbicumque testator in legatis modum, & ta-
xam legis excessit, & licet legata pia detra-
hantur, vt æs alienum, tamen id procedere,
quoad detractionem Falcidiæ, sed non vbi nō
suppetunt vires patrimonij, cum alijs ratio-
nibus &c. Et alios plures, si videre desideras
consule *Castill lib. 4 controuers. cap. 51. num. 23.*
148 vbi tradit in tali defalcatione nullam esse
faciendam differentiam, an legatum sit quan-
titatis, vel speciei, & consanguineis, vel extra-
149 neis relinquatur, imo & generaliter etiam
in legatis pijs pro rata minui oportere, et plu-
res DD. ad hoc cumulat.

Et ita fuit responsum per Franc. *decis. Sena-
tus* Neapolitan. 236, *num. 2. vers. diminutio le-
gatorum pro rata fit etiam in legatis pijs &c.*
Ricc. *dec. Archiepiscop. Neapolit. part. 1. dec.* 221.
qui etiam testatur, quod sic practicatur in
tribunalibus Regni. *Mart. part. 4. de success. le-
gal. quæst. 18. artic. 9. num.* 11. *Regens.* Rouitus
decis. 87. num. 2. 3. & 4. & fuisse sic practicatum
in causa in qua scripsit *Molfes. in cons. 13. n. 16.*
testatur ipsemet, licet ipse contrarium con-
suluerit, et incidenter ita etiam decisum fuis-
se in Curia Archiepiscopali *refert idem* Ricc.
in d. decis. 221. nu. 4. in fine, et quamuis in casu
150 de quo agebatur erat legatum speciei, et nō
quantitatis, tamen legatum speciei venit in
contributionem sicuti cætera legata, quid-
quid dixerit *Cost. in tractat. de ration. rat. quæ-
stion. 107. num 5. & quæst. 140. num. 5.*

Quod enim verior sit opinio, vt tam legata
speciei, quàm quantitatis, quæ generis dicū-
151 tur, æqualiter minuantur propter defectum
patrimonii, non videtur dubitandum, quia id
probatur *arg. text. in l. quærebantur ff. ad leg.
Falcid.* vbi habetur, quod in hæreditate non
erat, nisi quoddam nomen debitoris, qui te-
nebatur in quatuor centis, et testator legauit
152 ei liberationem, alteri verò legauit quatuor
centum, vel aliam certam quantitatem, et di-
cit textus, quod debitor non est liberandus
in totum de debito, sed tantum pro dimidia,
eaque debet solui alteri legatario, et illum
textum ad hoc summè comendant ibi *Angel.
de Perus. in fine. Io de Imol. Raphael. Cuman. &
Alex.* ac reputat singulare, et vnicū ibi *Paul.
de Castr. idem* Castren. *in l. 1. C. commun. de le-
gatis col fin. & in l. procuratoris. §. si plures. ff. de
tribut. act. num.* 5. Idem *probat text. in l. si quis
testamēto. §. 1. ff. de legat. 1. & in l. 2. §. prim ff. de
condit. indebit.* cum alijs allegatis *per Peregr. de
fideicommiss. art. 4. num. 63. vers. sed contra &c.*
vbi etiam respondit cōtrarijs, et ad hoc plura
adducit Petr. *Ioann. Ancharan. Regiens. in suis
quæst. familiar. q. 4.* & monet quod ab ea opi-
nione non recedatur, cū sit verior, et æquior.

Quam

Digitized by Google

Quam conclusionem etiam comprobarunt
ex eo, quia ista legata tàm speciei, quàm ge-
153 neris debentur ex eodē testamento, et ideo
æquum videtur eandem fortunam sortiri.
*Negusan.de pignor.part.2.memb.4.num.160.ad
med.in 4. limitat. vers.istud tamen intelligi de-
bet &c. Anton.* Gomes. *variar. resolut. tom.1.
cap.12.num.34.* vbi inquit contrariam opinio-
nem non esse veram, nec tenēdam, quidquid
alij contrarium senserint *latè* Petr. *Ioann. An-
char. quæst. famil d.cap.4.lib.1.per totum.* vbi in-
quit veriorem opinionem esse, vt legatarij
154 specierum quando hæreditas non est soluē-
da non sint melioris conditionis, quàm lega-
tarij quantitatum, et recentius alijs relatis
de magis cōmuni, et vera, et æquiori opinio-
ne testatur *Gratian discept.forens.d.cap.646. d
num.12.tom.4.* et adde Parlador *lib.1.rer.quo-
tidian d.cap.18.num.2.* et optimè *per Escobar.
de ratiocin.comput.10.numer.9* vbi in fine *post
Bald.* concludit indistinctè, quod siue legata
155 sint in specie, siue in genere, cum ea omnia
debeantur ex eodem testamento æquum vi-
detur, vt eandem fortunam omnes legatarij
sequantur, et æqua lance, regulata voluntate
testatoris, quilibet suum legatum percipiat.
Ita quoq; maturè fuisse resolutum in Senatu
Neapolitano *apud Vincent.de Franch.d.decis.
236.à num.3.* vbi plura perpenduntur et nu-
per sic etiam sensit idem Tribunal *teste D.Re-
gent.Capyc.Latr.decis.22.nu.5.vers.legatū spe-
ciei venire in contributionē, sicuti et alia legata.*

Quæ decisio *num.4.* loquitur in puncto no-
stræ quæstionis, scilicet legata pia pati dimi-
nutionem quando hæreditas non est soluēdo,
156 sicut cœtera legata, et reijciuntur Doctores
contrarium sentientes. Fauere quoque re-
perio dictæ conclusioni *Anton. Fabr. in suo
Codic.decis.*Senatus Sabandiæ *lib.1.titul.2.de
sacrosanct.Eccles.definit.37.* vbi habetur, si hę-
157 reditariæ facultates soluendo æri alieno
non sufficiant legata ad pias causas relicta di-
minui oportebit, non quidem per legem fal-
cidiam, quæ in his locum non habet, sed quia
non potest videri plus legatum, quā fuerit in
158 legantis patrimonium &c. *ibique numer.6.*
adducit DD. pro hac opinione firmanda.

Sæpe enim contingit, quod nō rarò homi-
159 nes de facultatibus suis, magis, quod in ijs
est, sperent. *§. in fraudem Institut.quib.ex caus.
manumitt. non licet.* & ideo alliciuntur ad fa-
ciendū magna legata, vt perpendit *Rota corā
Card.*Sacrato *decis.5.num.20. vers. docet enim
160 experientia grande patrimonium allicere ho-
mines ad dispositiones &c. part.4. recent. tom.2.*
Hinc dixit Senec. in tractat. de anim. tranqui-
161 litat. ibi, *Alius patrimonio suo plus imperauit,
quàm ferre potuit,* & argutus Poeta Martialis
lib.2. epistol.79. sic cecinit

*Argenti libram Marius, tibi quinque reliquit.
Cui ipse nihil dabas, is tibi verba dedit.*

Insuper prædictam opinionem quod lega-
ta pia diminuuntur, si vires patrimonij Testa-
toris pro soluendis omnibus legatis, multi
etiam ampliant procedere, vbi legatum reli-
ctum esset ad pias causas pro male ablatis,
162 vel pro vsuris extortis, quia tunc quoque
patiuntur diminutionem, quando vires pa-
trimonij non sufficiunt pro omnibus legatis,
ita concluserunt *Bart.in l.qui vxori. numer.2.
ff.de aur.& argent.legat. Paul. de* Castr. *in d.l.si
quis testamento.§.apud Iulianum num.5.ff.de
legat.1.* Alex.*cons.45.num.11.vol.1.& cons.18.
vol.4.* & satis tritum est.

Verumenimuero animi pendeo circa veri-
tatem principalis conclusionis, quod legata
pia patiantur diminutionem ob defectum pa-
163 trimonij, si enim suprarelati DD. loquun-
tur in casu, quando concurrunt plura legata
pia, tunc esse seruandum ius commune inter
eos, cum interet conquassatio priuilegiorum,
& huic opinioni me subscribo, sicque nō erit
opus, vt vlterius progrediatur. Quatenus ve-
rò id generaliter intelligant, scilicet in con-
164 cursu legatorum non piorum, vt æqualiter
in omnibus fiat talis detractio, quo in puncto
intentius insistere volo. *Tiraquell.* enim cautè
agnoscendo perplexitatem quæstionis *in tra-
ctat.de priuileg.pia caus.priuileg.72.* simpliciter
165 refert DD pro vtraque opinione, sed quæ sit
vera, & communis nullum verbum facit.

Sed quæso sistamus in ruminando perple-
xam hanc quæstionem. Nonne verum est,
166 quod legatum dotis filiæ relictum non pati-
tur diminutionem ob defectum patrimonij,
iuxta l. 2. & ibi Bart. ff.de priuileg. credit. ac
167 tamquam æs alienum deducatur, Et validū
est argumentum de dote ad pias causas *cap.1.
§ donare.qualiter olim feud. poter. alienar. in
vsib.feudal.* & dos in se pietatem habet. *l.cum
it.§.si mulier.ff.de condit. indebit. & vult* Bald.
in l.sicut ab initio. in fine. C. de act. & obligat.
Bart.*in d.l.1.§.final.in princip.Speculat.in titul.
de dote post diuort.restituend. §.formatus.*

Hinc est sicuti fauore dotis mandatum re,
168 integra morte mandantis non finitur, vt est
textus singularis in l.si ergo. §.1 ff de iure dot.
licet mandatum regulariter finiatur morte
mandantis re integra, *l.mandatum 15. C.mā-
dati.§.rectè quoque vers.item si adhuc Instit.eod.*
Rota *in Romana fideicommissi de Incoronatis
16.Ianuarij 1643 coram Reuerendiss. D.Duno-
zetto Decano. § Nec refragatur.* Quidquid ve-
169 niat dicendum quando in mandato adesset
causa releuans. *l.sed & si pupillus in principio.
& l.si quis mancipijs. §.impubes. ff.de institut.
action.* Soccin. *Sen.consil.87.num.16 vers circa
quartum lib.1.et sensit* Rota *coram Aebill.decis.
14.num.3.titul.de procurat.& coram bon.mem.*
Buratt.*decis.440.sub num.2.vers.quod procedit
etiam &c. et recentius fuit dictum in Romana
Cambiorum 1.Iulij 1639.coram.bo.me.*Pitoua-
no.*§.Quoniam de validitate, et rursus in eadem*

causa 26. Martij 1640. coram R. P. D. Cerro.
§. Placuit DD. vers. qua operatur, vt procurato-
rit mandatum non expiret morte mãdantis &c.

Quare vt dicebam, sicuti mandatum fauo-
re dotis, non expirat morte mandantis etiam
170 re non integra, ita fauore piæ causæ pariter
dicendum venit, ita singulariter voluit Bald.
in l. mandatum. C. mandati, vbi inquit dictum
textum in l. si ego. §. 1. ff. de iur. dot. ad omnem
171 causam piam posse extendi, & notanter dicit
Hippolit. Marsil. in singular. 44. incip. mãdatum
re integra finitur morte mandantis &c. vers. in
causa pia mandatum finitur morte mandantis,
etiam re integra, & adducit textum in d. l. si ego.
§. 1. ibique plures DD. adducit, et addo Francisc.
Cremonens. in singul. 44. incip. Mandatũ regu-
lariter &c. & facit textus in cap. exijt. §. in eo
vero casu de verb. significat. in 6. quem ad hoc
singularem dicit Bald. in auth. si qua mulier.
col. vltim. vers. nota quarto. C. de sacrosanct. Ec-
cles. Tiraquell. de priuileg. pia caus. priuileg. 81.
vers. fallit tamen in mãdato ad pias causas &c.
idemque repetit forsitan inaduertenter. sed latius
aliquantũ in priuileg. 132. vers. fallit in manda-
to pia causa facto &c. Roman. in cons. 119. nu. 1.
versic. mandatum collatum ad pias causas &c.
ibique Horat. Mandos. in additione in litera B.
caterũam DD. id comprobãtium adducit, et post
eum Anton. Gabr. lib. 2. comm. opin. titul. de pro-
curat. conclus. 2. num. 32. vers. prædicta limita
fauore pia causa &c. Card. Mantic. de tacit. &
ambig. conuent. lib. 7. titul. 23. num. 54. vbi post
Couarr. testatur de communi opinione.

Insuper videmus quemadmodum fauore
172 dotis in contractu innominato non admit-
titur pœnitentia re integra, vt est textus sin-
gularis secũdum alium intellectum in d. l. si ego.
§. 1. ff. de iur. dot. licet aliàs regulariter in con-
173 tractu innominato re integra admittatur
pœnitentia. l. si pecunia. in principio. C. de cõdit.
caus. dat. ibi, sed cum liceat pœnitere &c. l. si fu-
174 dum. ff. de pact. quidquid sit quando inter-
uenit iuramentum, vt per Seraph. de priuileg.
iurament. priuileg. 74. num. 161. cum alijs abun-
dè relatu à Martin. Benekend. ibi in addition.
175 ad num. 161. Ita etiam fauore piæ causæ in
contractu innominato re integra, non admit-
titur pœnitentia, ita singulariter scripsit Bald.
in l. sicut ab initio in fine. C. de action. et obliga-
tion. quem sequitur Roman. in sua insigni re-
petit. in auth. similiter in 18. speciali fauore pia
causa, quoad contractus. vbi latè C. ad Leg. Fal-
cid. Salicet. & Alex. in l. qui Roma. §. Flauius. ff.
de verbor. oblig. Idem Alex. in l. si pecuniam. C.
de action. et obligat. vbi latè examinat, et cogi-
tandum reliquit, sicuti etiam fecit Tiraquell.
de priuileg. pia caus. priuileg. 133. & indubitan-
ter id firmauit Anton. Gomes. ad leg. 36. Taur.
vers. Nota. ibi, in cõtractibus gestis ad pias cau-
sas non habet locum pœnitentia &c. fusè id tra-
ctat Cardin. Mantic. de tacit. et ambig. conuent.
lib. 1. titul. 8. num. 23. vers. sed cõtrariam opinio-
nem &c. vbi primo eo vtitur argumento, quia
sicut receptum est fauore dotis, vt in contra-
176 ctibus innominatis non sit pœnitẽtiæ locus
re etiam integra, ergo idem dicendum est fa-
uore piæ causæ, quia dotis causa dicitur esse
pia. l. si quis pro redemptione. C. de donat. cum
simil. & post eum ita tenuit Io. Aloys. Ricc. in
addit. ad Tiraquell. d. priuileg. 133. vers. pro hac
opinione facit sicut fauore dotis &c.

At circa dictam æquiparationem de dote
ad pias causas plures similitudines adducit in
suis locis topic. Nicol. Euerar. de loco à dote ad
piam caus. argument. 60. Quod vero contractus
fauore dotis sint irreuocabiles probat Fonta-
nell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. par. 1. n. 34. secu-
tus à Rota in Romana Dotis 27. Iunij 1636.
coram Reuerendiss. D. Terracinen. est decis. 168.
num. 2. vers. dotis causa contractus fiunt irreuo-
cabiles &c. part. 7. recent. idem dicendum est
fauore piæ causæ, & nunc loquendo in termi-
nis nostris, si valet argumentum à dote ad piã
177 causam, ipsaque etiam dos habeat naturam
pietatis, vt dictum est, quare dum dos non
patitur diminutionem ob defectum patrimo-
nij, ita quoque eodem priuilegio non debent
178 frui legata ad pias causas relicta, & hanc
opinionem plures DD. amplexi sunt, quos re-
feram infra.

Sed iam vsurare sentio, ideo dotis legatum
filiæ factum non patitur diminutionem ob
179 defectum patrimonij testatoris, quia regu-
lariter loquẽdo dos succedit loco legitimæ de
iure naturæ debitæ, maxime quãdo extat sta-
180 tutũ excludens fœminas à successione pro-
pter masculos, vt post antiquiores tenuerunt
Bald. in l. 1. ff. de sust. et in l. sãcimus. C. de nupt.
Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. col. penult.
vbi etiam alij Scribentes. ff. de condit. et demon-
strat. Rip. in l. 1. num. 54. ff. solut. matrim. cum
alijs pleno calamo relatis per Decian. cons. 71. nu-
mer. 1. lib. 4. et Vincent. Honded. consil. 63. nu-
mer. 126. vol. 1. et latius per Molfes. ad consuetud.
Neapolit. part. 4. quæst. 17. numer. 3. D. Regent.
Sanfelic. decis. 27. numer 11. part. 1. D. Regent.
Capyc. Latr. decis. 109. num. 18. Francisc. Mi-
lanens. decis. 11. à num. 52. part. 2.

Quidquid esset dicendum in terminis Sta-
tuti Vrbis cap. 145. lib. 1. & similium, dum ex-
181 cludunt filias à successione parentum fauo-
re solius agnationis, prout sæpius dictum Sta-
tutum interpretata est Rota & præsertim in
causa Romana supplementi legitimæ 17. Apri-
lis 1581. coram bo. me. Cantucc. & in Romana
de Marescottis 14. Decembris 1615. coram bon.
mem. Card. Sacrato illa est decisio 143. num. 3.
part. 2. diuers. ista vero est decisio 270. numer. 4.
part. 2. recent. & idem fuit responsum in altera
Romana supplementi legitimæ 28. Iunij 1613.
coram eodem Sacrato, et in Tiburtina Hæredi-
tatis 13. Februarij 1634. coram bo. mem. Card.
Hieronym. Verosp. §. Et incipiendo.

Vnde nõ potest agi per filias pro consecu-
tione

tione legitimæ, quia tamquam portio succes-
182 sionis ab intestato peti potest ab his, quibus
sunt tantũ reseruata iura eiusdem successio-
nis. Quare dicebat *Angel. in cons.* 362. non esse
183 disputandum de legitima in persona eius,
qui ab intestato est exclusus, cuius dictum se-
quuta est Rota *apud Cæsarem de Grassis decis.*
159. num. 5. alias 9. de testament. prout etiam
negatur illi legitima, cui præterito non per-
184 mittitur impugnare testamentũ *l. cum quæ-*
ritur. l. omnimodo in fin. C. de inoffic. testament.
§. 1. in fin. in auth. de trient. et semiss.

Et licet eisdem filiabus, quas statutum mã-
185 dat excludi à successione parentum sit con-
stituenda dos ex dispositione eiusdem statuti,
non tamen dici potest, quod illa succedat in
locum legitimę, cum in exclusione fœminarũ,
non fuit habita ratio à statuentibus eius do-
186 tis, sed solum agnationis et fauoris filiorum
masculorum, quo casu tenent DD. nihil con-
ferre posse ad huiusmodi effectum, quod po-
stea fuerit eadem dos relicta quasi illa censeri
tunc debeat solum causa remota, non autem
187 proxima, et immediata ipsius exclusionis,
vt considerauit et distinxit *Castren. in l. Titio.*
§. Titio genero. num. 8. ff. de condit. et demonstrat.
quæ distinctio est communiter à Doctoribus
amplexa *teste Alber. Brun super statuto exclus.*
fœminar. art. 11. num. 33. in solution. tertia quæst.
eandemque secuta est Rota *in terminis diuer-*
sorum statutorum Italiæ, *vt in causa Perusina*
de Alphanis 15. Iunij 1612. coram sanct. mem.
Gregor. XV. *inter eius impress. decis. 565. nu. 4.*
et in eadem causa corã bo. me. Coccino 17. *Mar-*
tij 1621. et in Firmana Fideicommissi 30. Octo-
bris 1617. coram bo. me. Francisc. Vbald. *et in*
Gallicen. Dotis 15. Decembris 1598. et 24. Maij
1599. coram bo. me. Orano, *et in Albanen. Legi-*
timæ 22. Maij 1592. coram bon. me. Card. Blan-
chetto *est decisio 540 in prim. part. diuers. et co-*
ram bo. me. Card. Seraph. *decis. 959. num 5.* & in
terminis nostri Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 145.*
amplè fuit admissum in dicta Tiburtina Hære-
ditatis 13. Februarij 1634. coram Card. Verosp.

Ex qua conclusione infertur cum vigore
similium statutorum dos non sortiatur natu-
188 ram legitimæ, quæ à se omne onus reicit,
vt habetur *in l. omnimodo. et in l. quoniam in*
prioribus, C. de inoffic. testament. ideoque super
dicta dote potest constitui fideicommissum
189 cum obtineat minimè priuilegia legitimæ,
vt notant DD in supradictis ll. et in auth. nouis-
sima. C. eodem titul. de inofficios. testament Bart.
in d. l. Titio centum. §. Titio genero. num. 6. Ca-
stren. *num. 8. idem* Bart. *in l. Lucius. §. maritus.*
num. 2. ff. ad Senat. Consult. Trebellian. et tenuit
Rota *in causa Bononien. Successionis 11. Febr.*
1598. coram clar. mem. Card. Pamphilio, *et in Pe-*
rusina restitutionis Datis 10. Martij 1602. coram
bo. me, Card. Millino, & vide *in d. decis. 540. p. 1.*
diuers. & nuper *in d. Tiburtina hæreditatis co-*
ram Card. Verosp.

At persistendo in terminis nostris, quando
regulariter loquendo dos succedit loco legi-
190 timæ, & sumus in terminis illorum statuto-
rũ, quæ prius mandant dotari fœminas, & po-
stea illas excludunt, & tunc cum dos subroge-
tur loco legitimæ iura sunt aperta, vt subro-
191 gatus gaudeat omnibus iuribus, & priuile-
gijs eius in cuius loco fuit subrogatus. ad text.
in l. si cum. 10. §. iniuriarum. ff. si quis caut. l. item
si fundi. 10. §. seminarij autem. ff. de vsufruct. §.
fuerat. Instit. de action. cap. Ecclesia el primo.
extr. vt lit. pendent. l. si donata. §. si sponsus dedit.
ff. de legat. 2. l. si ita legatum vbi Bart. *numer 8.*
ff. de legat. 2. cum infinitis DD relatis per Ioan.
Baptist. Larrea *decis. Senatus Granaten 20 nu-*
mer. 20. & per Io. Baptist. Costam. *cons. 46. nu. 5.*
dixitque Rota *in causa Romana Donationis* 19.
Aprilis 1641. *coram* Reuerendiss. *D.* Dunozetto
Decano, vbi aliæ decisiones congeruntur

192 Atque amplia id procedere etiam in mate-
ria correctoria *§. reliquam. vers. vnde conse-*
quens in auth. de hæred. et falcid quem textũ
ad hoc citant *Aretin. in rubric. ff. de acquir. pos-*
sess. circa fin. Marc. Ant. Natta *consil. 346. nu. 3.*
Surd. *consil. 42. num. 11. versic etiam in materia*
correctoria &c. lib. 1. & vide *Gamar. in dialect.*
Legal. lib. 2. de loc. subrogat. 4. & Brunor. à Sole
in locis communib. verb. subrogatum cum alijs
pluribus citatis per eũ in libello de princip. vtri-
usque iuris litera S. num. 16. vbi id multiplici-
ter limitatur. Et qualiter dicta regula sit in-
193 telligenda, nempe ciuiliter, vt operetur cir-
ca qualitates, & conditiones non respectu
ipsius rei, *sedulo considerauit* Rota *in causa*
Mediolanen. Emphyteusis, seu Bonorum 17. Iu-
nij 1641. coram re. me. Merlino *§. Quoniam vir-*
tus subrogationis non stat circa corpora &c.

Et strictè nunc in viam redeundo principa-
lem, cum dos succedat loco legitimæ debitæ,
194 naturaliter in bonis patris filiæ, ideo non
est mirum, si iura statuerunt, vt illa tamquã
debitum non debeat minui ob defectum di-
minutionis hæreditatis, quamobrem cũ præ-
195 dictum debitum non possit considerari in
terminis legatorum ad pias causas, eum si id
intraret cessarent priuilegia piæ causæ, vt su-
pra iam satis deduxi.

Quia respondetur, quod licet talis necessi-
tas in eis non possit considerari, tamen ex ve-
risimili mente piè testantis præsumendum est
196 noluisse talia legata minui cum censendum
sit ea reliquisse pro suffragio animæ suæ, & sic
omnino absque diminutione, integra creden-
dum est, quod voluerit, vt præstarentur ista
legata, prout seruatur in ære alieno, ante om-
197 nia sunt soluenda, & de eo, quod superest
soluuntur legata non pia. Et ita tenuit *Bart.*
sibi contrarius in l. si quis seruum. §. fin. ff de le-
gat. 2. Federic. de Sen *consil. 250. in fin.* Castren.
in l. si quis testamento. §. apud Iulianum. in fin.
ff. de legat. 1. Barbat. *in tractat. de Episc. part. 4.*
lib. 4. num. 48. Oldrad. *consil. 200. incip. Proposita*

fuit. Et quod ista opinio sit verior, licet *Bart.*
in auth si mulier. C. *ad Leg* Falcid. videatur sē-
sisse contrarium, amplè testatur *Surd. in tra-*
ctat de Aliment. titul. 8. *priuileg.* 30. *numer.* 3.
& latè eamdem opinionem defendit *Molfes.*
in sua consil. 13. *post comment. ad cōsuetud. Nea-*
polit. & id etiam deduxit *Genuens. in tractat.*
de Eccles. seu practicabil Ecclesiast. Tricenar. 11.
quæst. 319. *sub num.* 1. *vers. in contrarium facit,*
198 vbi ait, quod legata pia, ideo non pa-
tiuntur diminutionem ob defectum patrimo-
nij, quia illa detrahuntur vti æs alienum, nam
199 omnes pro peccatis nostris efficimur debi-
tores DEO, *can. obeuntibus.* 12. *quæst.* 12. & for-
sitan legatum piæ causæ relictum sit pro resti-
tutione male ablatorum, quod testator noluit
200 exprimere, nec tenetur quia infamaret se
ipsum secundum omnes Theologos, & Cano-
201 nistas, sed sufficit restituere, conseruando
bonam famam, iuxta dictum Salamonis, *Cru-*
delis est, qui negligit famam suam.

Hinc est sicuti iusta causa metus iudicatur
202 timor amissionis omnium bonorum, in qua-
cumque persona ætatis, sexus, & gradus *cap.* 2.
de his quod met. caus. Dec. *consil* 690. *numer.* 8.
Crauett. *cons.* 49. *nu.* 7. Menoch. *de arbitr. lib.* 2.
cas 136 *in fin.* Medic. *de cas fortuit. part.* 1. *q.* 7.
Sanchez *de matrimon. lib* 4. *disputat.* 5 *num.* 20.
203 eodem modo iustus metus cadit, quando
agitur de amissione honoris, qui diuitijs qui-
buscumque præferendus est. *l. ego puto. l. isti*
quidem. § *penult. ff. quod met. caus. l. iuxta. ff. de*
manumiss. vindic. Sanchez. *de matrimon. d. lib.* 4.
disput. 5. *num.* 6. Menoch. *eodem lib de arbitrar.*
cas. 377. *num.* 19. & 396. *num* 7. & ratiocinata
est Rota *in causa Melenitana Antianitatis* 1.
Martij 1638 *coram bo. me.* Pirouano. § *Prima*
namque. vers sicuti iusta causa metus iudicatur
timor amissionis omnium bonorum, eodem modo
iustus metus cadit, quando agitur de amissione
honoris &c.

Et persistendo in terminis, quod legata pia
non patiuntur diminutionem, ob defectum
204 patrimonij, sed prius esse detrahenda, vti
æs alienum, nuper pluribus relatis tenuit *Io.*
Maria Nouar *in tractat de priuileg. miserabil.*
personar. priuileg. 22. *num.* 4. *vers. legata pia ante*
omnia soluenda sunt tamquam æs alienum, &
de eo, quod superest soluuntur legata non pia &c.
& adde Leoneill. *in tractat. de priuileg. pauper.*
part. 2. *priuileg.* 213. *in verb. Legatum.* 12. *nu.* 3.
vers. id tamen fallit in legata pauperi, vel aliàs
ad pias causas relicto, quia soluendum est inte-
grum ante omnia legata, & non patitur dimi-
nutionem &c. Ita quoque reperio decisum in
Senatu Granatēsi *apud Io. Baptist. Larr. par.* 2.
decis 61. *sub num.* 44. *vers. non deberi prorata*
minui, quantumuis reliqua legata quoties exce-
dunt assem minuenda &c. vbi etiam attestatur,
quod licet *Castill. lib.* 4. *controuers. cap.* 51. *nu-*
mer. 23. contrarium firmet; tamen contra id,
quod suis scriptis probauerat, dum esset con-
iudex cum ipso Larrea, in Aula in qua ipse
Castill. præsidebat, decreuerunt Legatū, quod
205 testator pro Missarum celebratione pro
suffragijs animæ suæ reliquit, non deberi pro
rata minui, quamuis reliqua quoties excedūt
assem minuenda sint, credendum enim non
est velle testantem in sui damnum minui le-
gatum, & deinde sic concludit, quod indistin-
206 ctè legata pia non sunt diminuēda, sed ante
omnia sunt deducēda tamquam æs alienum,
etiamsi alijs legatis non pijs bona non suffi-
ciant, quod quidem si generaliter id verum
est in quocumque legato relicto Ecclesijs, vel
207 pauperibus, tantò magis habet locum in le-
gatis relictis pro suffragio animæ propriæ, vt
sunt sacrificia Missarum, & similia, Eandemq;
opinionem secutus est *Io. Baptist Hodiern. in*
suis controuers forens. lib. 1. *cap.* 19. *num.* 29. *vers.*
talia legata diminutionem non pati, cum quis nō
præsumatur pro suffragijs animæ suæ relicta no-
luisse, vt præcipuè præstentur &c.

Supradicta sententia, quod legata pia non
diminuātur ex defectu patrimonij eò facilius,
& absque scrupulo admittenda videtur, quia
in difficiliori sane casu, quando ipse testator
208 minuit generaliter legata in codicillis, nunc
talis diminutio non extenditur ad legata pia,
& quæ pro disponentis animæ salute relicta
sunt. *arg. l. libertis.* § *posthumus. ff de aliment et*
cib legat. quæ loquitur in alimentis. *Roman. in*
auth similiter. in 4 special vltim. volunt. Socin.
Regul. 310 *cum alijs all gatis per* Tiraquell. *de*
priuileg piæ caus. priuileg 16. *& adde Card Mā-*
tic. de coniectur. vltim. volunt lib. 12. *titul.* 2 *nu-*
mer. 24. *&* 25. *et* Leoneill. *de priuileg. pauper.*
part. 2. *priuileg* 213. *in verb. Legatum.* 12. *nu.* 4.
vers. generalis diminutio legatorum in codicillis
facta, non trahitur ad legata pia &c.

Nonne scimus etiam, quod in generali
ademptione legatorum ab ipso testatore, fa-
209 cta, nullatenus comprehenduntur legata
ad pias causas relicta, *ita Nicol de Neapol. in*
d. l. libertis, § *posthumus. per illum text. ff. de ali-*
ment & cibar. legat. sequitur Roman. *in auth.*
similiter. C. *ad leg. Falcid.* Tiraquell. *de priuileg.*
pia caus. priuileg 19. vbi innumeros pro hac
opinione affert. addo *Caroc. decis.* 85. Ricc. *in*
prax. variar. resolut. part. resolut 380. *nu.* 1. cum
alijs allegatis *apud Ioann. Baptist.* de Thot. *in*
summ. priuileg. piæ caus. priuileg. 106. vbi latè,
& ita sensit *Ant. Fabr. in eius* Codic. *titul. de Sa-*
crosāct. Eccles definit. 30. Petr. Anton. *Syntag.*
iur. vniuers. lib. 44 *cap.* 1. *num.* 10. Francisc. de
Barr. *de testament. lib* 10. *tit.* 1. *sub num.* 6. & la-
tè id tractat, & multas rationes ad hoc addu-
cit *Mart de success. legal. part.* 4. *quæst.* 4 *art.* 6.
numer. 5. & abundè super hoc ita concludit
D. Regens Hector Capyc. Latr *consultat.* 71. *nu-*
mer. 54. *vers. legata pia non veniunt in generali*
reuocatione &c. tom. 1.

Verum prædicta conclusio, est admodum
controuersa inter Doctores, & quænam opi-
nio

210 nio tamquam verior sit canonizanda, id in
tenebris adhuc versatur, nam hinc inde sunt
celebres Doctores id defendentes rationibus
quidem non contendendis, cum ergo simus
211 in conflictu opinionum bonum erit adhæ-
rere opinioni eorum Doctorum, qui in hac
materia distinxerunt, vt benè ratiocinatur
Bellon. decis. Iannen. decis. 10. numer. 5. & dico
quod aut sumus in generali reuocatione le-
212 gatorum, & tunc quia pia legata non ve-
niunt sub huiusmodi generaliter, *iuxta decis.
Mohed. 245. aliàs decis. 10. de priuileg. et indult.
cum alijs allegatis latè per Achill.* Pedroch *con-
sil. 8. num. 117. Rota coram sanct.me* Greg. XV.
*decis. 237. num. 11. cum alijs à me adductis supra
cap. 29 à num. 444.*
Et in istis terminis legata pia non censen-
tur reuocata, *vt benè firmat* Guidopap. *in ma-
gistrali decis. 200. num. 5. & sequitur* Rice *col-
lectan. 215. et collect. 333. idem tenuit* Surd. *de
aliment. titul. 8. priuileg. 20. num. 7.* Ioseph. Lu-
douic. *cõclus. 24. vers. declara quinto.* Sebastian.
Medic. *de sepultur. quæst. 25 num 5. part. 1. latè*
Nouar. *de priuileg. miserabil. person. priuil. 34.
num. 2.* vbi etiam id limitat, quando verba es-
213 sent generaliter generalissima, facta per
verba prægnantia &c. *adde* Maur. *allegat. 41.
num. 3.* Afflict. *decis. 111 num. 11.* Franc. Purpu-
rat. *cons. 69 lib. 1. Achill.* Pedroc. *cons. 23. in fin.*
Aut verò sumus in reuocatione totius te-
214 stamenti, & tunc etiam legata pia censentur
reuocata, vt in his terminis resolutum fuisse,
& cõclusum refert *Ferrer. ad d. decis. 200.* Gui-
dopap. *qui alios allegat.* Carocc. *dict. decis. 85.*
quem sequitur, & adducit *Rice variar. resolut.
cap. 380.* Nouar. *in tractat. de incert. et mal. ab-
lat. priuileg. 56. num. 7.* Ias. *in consil. 124. nu. 4.
vers. dum dixi, quod testamentum primum con-
ditum ad pias causas, non tollitur per secundum,
quia illud est falsum &c. lib. 4.* Menoch. *consil.
1280. num. 5, vers. ampliatur etiam si primum
testamentum fuisset conditum ad pias causas
etiam solemniter, et secundum ad causas propha-
nas solemne inquam, & perfectum &c.* Paris. *in
consil. 34. num. 33. vers. per secundum testamen-
tu in omnia disposita in primo pro anima essent
reuocata &c. lib. 2.* Riminald. *Sen. consil. 110.
num. 14. vers. perirent legata facta in primo te-
stamento etiam facto in piam causam &c. par. 1.*
Mar. Mut. *decis. 41. num. 8. versic. talis dispositio
facta in testamento etiam ad pias causas &c.*
Camill. Borell. *in compend. decisionum tom. 3.
titul. 10. de testam. à nu. 268. et latè per* Rouit.
consil. 93 lib. 1.
Optima quidem est illa consideratio *Petr.
Peralta in l. si quis in principio testamenti. nu. 48.
ff. de legat. 3.* quod prætrita illa regula, ambu-
215 latoriam esse vltimam voluntatem vsque
ad supremum vitæ spiritum, procedit etiam
de Iure Canonico *can. vltima voluntas 13.
quæst. 2. et cap. cum Martha de celebr. miss.*
Quamuis, & idem Ius Canonicum faueat pijs
216 causis, sicuti etiam facit Ius Ciuile, tamen
fauores eisdem ab vtroque iure impensi non
intelliguntur concessi, nisi quando huiusmo-
di voluntates, quæ erga tales pias causas dis-
217 ponunt, sunt re vera vltimæ quia in vltimis
voluntatibus posteriora derogant prioribus,
Vnde benè perpẽdit *Rota corã bo. me.* Piroua-
no *decis. 721 num. 5. in fin part. 2. recent.* vbi fir-
matur, quod tunc piæ causæ fauendum est,
218 quando habet intentionem fundatam in
voluntate testatoris. & ideo secus quãdo ipsa
pia causa habet vltimam voluntatem testato-
ris contra se, nam tunc in vanum agitur de
priuilegijs piarum causarum, vt pluries dixi,
& præsertim supra *cap. 5. nu. 31.*
Illud etiam est notandum, quod quamuis
multi DD. voluerint, clausulas reuocatorias,
219 quamuis amplè conceptas in vltimo testa-
mento positas nõ esse sufficientes ad effectum
reuocationis legatorum piorum in priori te-
stamento factorum sub eo colore ad prædictũ
220 effectum requiri specialem, & expressam
eorum mentionem, quam non requiri, hac
opinione reprobata pluries respondit Rota,
& præsertim *in causa Romana prætensi Legati
28. Ianuarij 1647. coram* Reuerendiss. *Episcopo*
Terracinen. *§. Quia quidquid sit &c. versic. vel
quia dicta clausula, quamuis amplè concepta
non comprehendant legata ad pias causas, sub
prætextu, quod ad illarum reuocationem requi-
ritur specialis, et expressa reuocatio, quam non
requiri hac opinione reprobata &c.* ibique aliæ
decisiones allegantur.
Plura alia essem dicturus, circa prædictam
conclusionem, nisi incidenter eam induxerim
221 Primum enim caput distinctionis facit ad
propositum est, de quo supra diximus, quem-
admodum ergo, dum testator generaliter re-
uocet omnia legata à se facta, sub dicta ge-
nerali reuocatione nõ veniunt legata pia, ita
etiam in casu de quo agimus, dum ipse Testa-
tor fecit multa legata pia, & non pia, & illa
222 veniunt diminuenda ob defectum patri-
monij, cum testatus sit vltra eius vires, vnde
censendum est noluisse eã legata diminuere
pro rata, sed integra esse soluenda, tamquam
æs alienum, *vt satis supra probaui.*
Tandem illud aliud simile adducam pro
maiori corroboratione dictæ sententiæ, scili-
223 cet, legatum consultò deletum à Testatore
censetur reuocatum, secus si casu. *l. 1. ff. de ijs,
quæ in testament. delentur. l. si idem 14. ff. de leg. 1.*
224 Verũ in dubio censetur consultò, et non ca-
su deletum, *Bald.* Raph. *Cuman. Castr. in dict.
l. 1. ff. de ijs. qui in test. del.* Sed quando legatum
est ad piam causam in dubio censetur incon-
sultò deletum. *ad text. in l. proximè. 3. §. 1. et fin.
ff. de ijs, quæ in test. del.* & tradũt *ibi Bart. Bald,
& Imol. iterum Bart. in l. si vnus, vbi etiam*
Raphael. Ang. Franc. Corn. Ias. C. *de testament.*
Roman.

Digitized by Google

Roman. *in d. auth. similiter. in prim. special. vltim volunt.* C. *ad leg. Falcid.* Felin. *in cap. in literis num. 28. de fid. instrum.* Couar. *in rubr. de testam. in 3 part num. 9. cum alijs*, *vt per* Tiraquell. *de priuileg pia caus. priuileg.* 16. *adde* Mantic. *de coniectur. vltim volunt. lib. 2. titul. 2. num.* 25. Vasq. *de success. progress. lib.* 3. §. 26. *de substitut fideicommiss. & sequitur* Rendin. *in suo promptur. receptarum sentent. titul.* 65. *de legat. num* 31. Corset. *in singul. verb. Cancellatio* quos alios citando refert *Pellic. in consuetudo Auers. cap. 3 numer* 419. et respondit Rota *coram* Card. Caualer. *decis.* 49. *nu.* 3. *vers. legatū pijs censetur incōsultō deletū &c.* & notabiliter *Nouar. de priuileg. miserabil. person. priuileg.* 69. *num.* 1. vbi dicitur sicuti legatum libertatis,
225 si reperiatur cancellatum præsumitur casu deletum, & debetur, ita etiam præsumendū est in legatis pijs, ac miserabilibus personis factis. Vbi etiam asserit, quod cum fuisset factum legatum viginti aureorum soluendorū
226 miserabilibus personis in diebus festiuis, quod deinde fuit repertum cancellatum, cum ipse Nouarius super hoc fuisset requisitus de suo voto, dixit hæredem teneri ad illud soluendum, stante quod non constabat de mēte testatoris illud fuisse cancellatum, Et qui-
227 dem cum hæres esset homo timoratæ conscientiæ, statim, quod suam recepit sententiā, defūncti voluntatem adimplere cœpit, & hoc de anno 1621. de mense Augusti. Atque hæc sufficiant circa amplam quæstionem. an legata pia patiantur diminutionem ob defectum patrimonij.

ARGVMENTVM.

Incertitudinis materia, licet sit adeo malignæ naturæ, vt corrumpat robur, tàm contractuū, quàm vltimarum voluntatum, & quando ea apparet, rationes iacent, silet iudicium, & Iudex quid dicat, ignorat, tamen in casse quærit prosternere vires validas priuilegiorum piarum causarū, cum earum fauore relicta valeant, & debentur, quoquo modo incertè reperiantur disposita.

Legata ambigua debentur in dubio, ei; qui est magis dilectus testatori, & ex consanguineis, illi, qui est cum testatore plus amicitia coniūctus, & magis cum eo conuersatur, cum conuersatio augeat affectionem, etiam inter consanguineos, nā affectio ex continua conuersatione efficitur maxima.

Legatum relictum Ecclesię, vel pauperibus, nullis specificatis nominibus, cui debeatur, Legatum relictum alicui Sancto, non censetur relictum ipsi in re, cū Sancti non egeant bonis temporalibus, sed Ecclesiæ illius Sancti, & alia vt in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo, tàm contractus, quàm vltimas voluntates annullat.*

2 *Hæres quando est incertus, non valet testamentum.*

3 *Legatum vitiatur ob incertitudinem.*

4 *Testantis iudicium debet esse certum.*
in Testantibus nihil magis requiritur, quàm mentis integritas.

5 *Amentiæ species videtur esse, dum quis bona sua incertæ personæ relinquit.*
Persona planè incerta non potest hæres institui. num. 5.

6 *Testator, si aliquid reliquerit Titio, vbi duo sunt Titij. non valet tale legatum, licet vnus ex eis cedat ius suum alteri.*

7 *Itaque nec ad diuisionem deueniri potest. quia mens testatoris recalcitrat, dum vni tantum reliquit.*

8 *Legatum relictum vni ex duobus, qui maior est ætate, si ambo sint ætate pares nemini debetur & quare num. 9.*

10 *Equi duo, si ambo simul peruenerint ad metam, seu brauium, nemini debetur premium, sed iterum currendum est num 11.*

12 *Inutiliter factum non impedit vtiliter fieri.*

13 *Nullum, quod est, nullum producit effectum.*

14 *Non fieri penitus, vel non sortiri effectum paria sunt.*

15 *ad Brauium, si currentes duo simul peruenerīt cum iterum sit faciendus cursus, an omnes currere iterum debeant, vel illi duo tantum. et numer. 16.*

17 *Concursus ad obtinendum beneficium, quando fit, si omnes concurrentes admittantur ad primum scrutinium, & duo tantum reputētur idonei,*

18 *An in secundo scrutinio omnes sint admittendi, vel illi duo tantum.*

19 *in Incertitudinis materia, rationes iacent, silet iudicium, & quid dicatur ignoratur.*

20 *Villa quadam, cum fuisset legata mulieri nomine Dorothea, & cum in ea Ciuitate plures essent eo nomine, quid secutus fuerit ob talem factum incertitudinem. & num. 21. & 22.*

21 *Nomina, cognomina, pronomina, ideo fuerūt inuenta, vt omnis tolleretur obscuritas.*

22 *Lites sequuntur naturam ignis, qui omnia in cinerem vertit.*

23 *Ecclesia quotidie orat Saluatorem nostrum, vt ignis litium extinguatur.*

24 *Legata incerta pro bono pacis statutum fuit, vt nullitatis vitio subiacerentur.*

25 *Quod est verum etiamsi incertitudo sit respectu rerum legatarum.*

26 *Testator, si leget in genere, quod debet, legatum, dum nihil debet, corruit ob incertitudinem.*

27 *Legatum vitiatum, si in genere legetur, quod Titius debet testatori, si de debito non constet.*

29 *Lega-*

29 *Legatum relictum duobus consanguineis eiusdem nominis, nemini debetur, declaraui numer. 30. 31. & 32.*

33 *Affectio magna est potentior, quam consanguinitas gradus.*

34 *Legatum, quando est ambiguum cui debeatur semper est consideranda amicitia testatoris cum legatario.*

35 *Conuersatio continua etiam inter consanguineos auget affectionem.*

Legatum relictum consanguineis in dubio debetur, magis amico ex eis. et nu. 39.

36 *Affectio ex continua conuersatione efficitur maxima.*

Conuersatio continua, quod pariat fastidium, procedit inter rusticos.

37 *Amicitia continua, fideli tamen, & dulci, nihil est, quod magis delectet animum.*

38 *Amicorum fidelium, & dulcium conuersatio, solicitudinem lenit, hilaritatem inducit, & conspectum delectat.*

40 *Testamenta ad pias causas ordinata, quantumuis sint incerta debentur.*

41 *Ecclesia, vel pauperes, nullis specificatis nominibus si sint instituti heredes, valet tale testamentum.*

42 *Testator si dixerit simpliciter, quod bona distribuantur, nihil addito, quid hoc casu sit faciendum.*

43 *Testator, si heredem instituat Ecclesiam non addito nomine, de qua Ecclesia censeatur intellexisse.*

44 *Et secundum veriorem censetur instituta Ecclesia ipsius domicilij.*

45 *Testator, si aliquid reliquerit faciendum in foro, nec apparuerit de quo foro, quid sit dicendum.*

46 *Sancto alicui, puta S. Petro, quando aliquid relinquitur, intelligitur non ipsi Sancto relictum, sed ipsius Ecclesia.*

47 *Sanctorum conuersatio non est hic, sed in Cælis.*

48 *Sancti, quod egeant bonis temporalibus si quis id diceret, sanè deliraret. & n. 49.*

50 *Sancti sunt gloria circumamicti, & diuitijs pleni.*

51 *Sancti, dum erant in hoc Mundo bona temporalia, vti stercus existimabant.*

52 *Diuitia aterna, vt acquirantur spernenda sunt temporales.*

53 *Diues, si quis fuerit, non erit immunis à delicto*

54 *Diuitia omnes de iniquitate descendunt, & aliquando verificatur sententia illa, diues, aut iniquus, aut in qui heres.*

55 *Iustè viuens nullus continuò ditatus est.*

56 *Riuus, quod fluit, terram cauat, sic decursus bonorum temporalium conscientiam rodit.*

57 *Gentiles non putabant ad eorum sommatum Paradisum posse deuenire diuites.*

CAPVT LXVII.

INter alia priuilegia concessa testamentis
ad pias causas ordinatis, illud etiam inter
cætera satis elucescit, vt viribus subsistat,
quantumuis adsit defectus incertitudinis per
sonarum, quæ est adeo malignæ naturæ, vt re-
1 gulariter loquendo prosternat vires, non so-
lum contractuum, *l. triticum. 94 vbi etiam no-*
tat Bart. *ff. de verb. obligat cap. in nostra. 12. de*
arbitr. Afflict. *decis.* 371. *num.* 4. sed etiam quod
plus est testamentorum aliàs potentissimas,
2 vt de incertitudine personæ haredis est tex-
tus *in l. tempus § quoties. vbi Bart. & Bald ff.*
de hered. instituend. l. hac consultissima in prin-
cip. vbi Bald *numer.* 4. *C. qui testament. facer.*
poss. Bart. *in l. quidam rogatus, n.* 3 *ff. de reb. dub.*
Paris. *in cons.* 3. *num* 5. *vol.* 3 *Iul.* Clar *lib.* 3. *re-*
cept. sentent. quæst. 36. *in princip.* Card. Mantic.
de coniectur. vltim volunt lib. 4 *titul.* 6 *num.* 1.
Michael. Crass *lib.* 1 *recept. sentent §. Institu-*
tio quæst. 16. *num.* 1. & 2. Surd. *de aliment. titul.*
8 *priuileg.* 17. *num.* 3. & 4. Cened. *ad Decretal.*
collectan 91. *num.* 3. *Augustin.* Barbos. *de iure*
vniuers. Eccles part. 2. *cap.* 27 *n.* 70. & Molin. *de*
iustit. & iur. tom. 1. *tract.* 2. *disputat.* 157.
3 Et de incertitudine personæ legatarii, est text.
in l. Paulus, la 2. *ff. de reb. dub vbi glos & DD. &*
in l. sunt duo ff de testament. tutel. l. si quis in
duobus ff de adimend. legat. l. qui plures. in fin. ff.
de vsufruct. legat. l. si quis de pluribus. vbi glos.
allegat concordantes. ff de reb. dub. l. si quis seruū.
§. inter duos, & ibi optimè *glos. Bart. Bald. Paul.*
de Castr. & cæteri. ff de legat 2. *l. qui soluendo. ff.*
de hered instituend l. in tempus. §. quoties. ff. eodem
titul. l heredes palam. & l. iubemus C. de testa-
ment. l. cum ex pluribus ff. de manumiss. testam.
Cuius opinionis ratio assignatur *per Vlpianū*
in fragm. l nstitut. titul. 22. *§. incerta,* quoniam
4 certum esse debet iudicium testantis, & facit
text. *in §. sed nec huiusmodi* 27. *vers. tutor autem.*
Institut de legat. Cum enim nihil magis in te-
stamentis requiratur, quàm mentis integri-
tas *l.* 2. *ff qui testam fac. poss.* dementis sicque
testamentum nulla lege nullaq. ratione sub-
stineri potest, *vt sup. dixi cap.* 19. *à n.* 144. & spe-
cies amentiæ videtur, bona magno labore
5 quæsita incertæ planè personæ relinquere, vn-
de sequitur incertā planè personā institui, nec
ei legari posse. Ex talibus dispositionibus etiā
possunt oriri lites vix vmquam terminandæ.
Quæ conclusio in tantum est vera, vt si te-
stator reliquerit Titio, vbi duo sunt Titij,
6 nec quidem tale legatum vti incertum sub-
stinetur, etiam si vnus ex eis spōtè velit cede-
re alteri. *ità Bart. in d. l. si quis seruum. §. inter*
duos ff. de legat. 2. *secutus ab Alexand. in consil.*
47. *num.* 7. *lib.* 6 *& ab Ann. in singul.* 302. Nec
etiam deueniendum est ad diuisionem inter
7 eos, quia recalcitrat mens testatoris, qui vni
can-

tantum reliquit ad cuius conclusionis corroborationem expendo textum *in l. si quis fuerit in princip. ff. de reb. dub.* vbi si quid relinquatur maximus natu est, vel ei, qui primum
8 monumentum fecerit, si duo fint paris ætatis, vel si duo simul monumentum fecerint, tunc fanè caducatur tale legatum, vni enim ex eis
9 non poteſt deberi propter incertitudinem, æquè ambobus nec quoque, quia vni tantum Testator reliquit.

Ex quo textu Doctores decidunt arduam illam quæſtionem, de curſu plurium equorum, quorum duo ſimul peruenerunt ad metam,
10 ſeu brauium, vt nemini debeatur, quia interio ſtaturi, ſeu eorum, qui poſuerunt tale bra-
11 uium, fuit vt vnus ſolus, qui victor exiſteret haberet tale præmium, & hoc caſu iterum eſt faciendus curſus, ſtante trita illa iuris regula, nempe inutiliter factum, non impedit vtiliter
12 fieri, *l. qui per ſalutem ff. de condit. & demonſtrat. l. a §. data. & § fin. ff. de option. legat. cap. eũ Vitonienſis, de elec. et cap. nõ præſtat de regul. iur. in 6.* Vnde, & apud nos frequens eſt illud dictum, quod nullũ eſt, nullũ
13 producit effectũ. *l. 4. §. cõdemnat ff. de re iud. et l. nõ putauit. § nõ quæuis. ff. de bon. poſſeſſ. contra tabul. l. 2. ff. de auctorit. tut. l. ſi aut nullum. C. de legitim. hæred. l. non dubium. C. de legib. l. fin. C. de ſentent. ex brevib. recitand cap. illud. de temperat.* Nec non paria ſunt nõ fieri penitus,
14 vel non ſortiri effectum. *l. 1. §. nihil. ff. de inoff. teſtam l. ſi quis ſub conditione ff. de teſtament. tutel l. ex conſenſu § 1 ff de appellat.*

Sed difficultas ſtat, vtrũ omnes, vel illi duo
15 admittendi tantum veniant ad iterum currendum; aliqui DD. tenent omnes iterum eſſe admittendos, quia nullus fuit victor, ergo nullus victus. *l. nec vtile. ff. ex quibus cauſ. maior. reſtit. & ita tenet. Angel. de Peruſ. in l. eum qui nouiſſimus. ff. ad Trebellian.* vbi dicit ita de facto ſeruari, id etiam tractat. *Felin. in cap. capitulum num. 17. & seq. de reſcript.* Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſtat. lib. 4. cap. 8. num. 11. & ſeqq. & Stephan.* Nathen. *in tractat. de iuſtit. vulnerat. part. 1. titul. 3. cap. 14.* Vide tamen *Bald. in ſuo opere ſtatutorum in verb Brauium.* vbi refert *Iacob. de Aretio* credentem, quod curſus ſit reperendus per omnes, et nihilominus cõ-
16 ſuetudo ſeruat contrarium, & ipſe ſic concludit, quia alij videntur excluſi, nam præuenientes videntur præoccupaſſe, ſicuti in re, quæ habetur pro derelicta, *vt in l. ſeruum ff. de ſtipulat. ſeruor.* & hanc opinionem admittit. *Anton. Corſet in tractat. de Brau. quæſt. 1 num. 1. & ſeq. inter magnos tract. diuerſ tom 12. fol. mihi 324.* eamque quoq. recenſet Rota *in cauſa Toletana Canonicatus Pœnitentiaria 29. Maij. 1645. coram Eminentiſſ. Card.* Ottobono. *§. Neque per huiuſmodi verſ. exempla curſus plurium equorum, quorum duo, qui eodem tempore peruenerunt ad metam, admitti debent ad ſecundum curſum, excluſis ijs, qui ad primum fuerunt ad-miſſi, & ignauiter curreruut &c.*

Ibique Rota infert ad caſum illius deciſionis, vt ſcilicet, quando eſt faciendus concurſus ad obtinendum aliquod beneficium, & omnes concurrentes fuerunt admiſſi ad pri-
17 mum ſcrutinium, et tamquam minus idonei aliqui reiecti, & pro duobus fuerunt tantũm vota data; tunc enim Electores ad illos duos,
18 ritè poſſunt ſe coarctare, eoſque ſolum admittere ad ſecundum ſcrutinium, excluſis alijs qui in primo ignauiter ſe habuerunt. At relicta hac materia, redeo in viam circa punctum incertitudinis relictorum in teſtamentarijs diſpoſitionibus.

Hinc in nõ longe diſſimili articulo incertitudinis Seneſille Terentianus ferè deſperatus
19 decidere talem quæſtionem inter duos, tandem in hæc dubia verba prærupit.

Rationes iacent, ſilet iudicium, quid dicã neſcio.

Legitur in hiſtorijs de quodam Principe Macedoniæ, qui legauit vineam, ſeu villam ſuani Dorotheæ abſque alia adiectione, de quà intellexit, cum enim in ea Ciuitate mul-
20 tæ reperirentur eiuſdem nominis, mulieres, ex qua cauſa tot, tantæque funeſtæ lites inter eas ortæ fuerunt, et in dies flagabant, itaque Senatus deponendo omnem ſpem, poſſe æqua libra pro incertitudine materiæ, talem litem terminare minimè poſſe, et maximè inter mulieres, quæ medium habere non ſolent, decreuit, mandauitque, vt pulchra illa, celebriſq. villa, maximoque ſumptu ædificata, funditus
21 euerteretur, & ſic cum illa, ac ſuis ruinis penitus ſepulta remanſit tam ardua lis. Vigili igitur oculo cauendum eſt ab iſtis indefinitis et generalibus diſpoſitionibus. Ideo enim, *vt inquit text. in can. 15. autem 22. quæſt 2.* nomina ſpecialia inſtituta fuerunt, vt tolleretur
22 obſcuritas, et inde cognomina, prænomina, aliæque tot ſingulares demõſtrationes. Alias verò ſupradictæ incertitudines fugiendæ ſunt quia poſſunt accendere ſitr litiũ, vix deflagarum vnquam; Lites enim ſequuntur naturam
23 ignis, qui omnia in cinererem vertit, hinc Sanctam Mater Eccleſia quotidie exorat Saluatorem Noſtrum, vt talis ignis extinguatur, *ad Sextã ibi*, EXTINGVE LITIVM FLAMMAS, ſuper qua materia multos iam fui *in diſcurſ. part. 7. recent. à nu. 117.* et in alijs locis de quibus proximè dixi ſupra.

Quamobrem meritò, vt dixi, Iura Romanorum ad tollendos litium anfractus in his ter-
24 minis, & ignorando generaliter quid determinare, ſanxerunt pro bono pacis, vt inſtitutiones, legataque incerta ratione perſonarũ pro non ſcriptis haberentur, quod intellige
25 cum verum, ſtante incertitudine rerum relictarum, *per text. in l. eum poſt. §. gener ff de iur. dot l. Titia cum teſtamento. & l quidem in teſtamento.* & vbiq. *Bart. & Bald ff. de legat. 1. l. ſi chum ff. de legat. 3. l. penult. in fin ff. de adimend. legat.*

legat. l. si ita fuerit. post princ. & l. si quis ex pluribus. ff. de reb. dub. l. cum ex pluribus. ff. de manumiss. testamen. Hinc est, si testator in genere legauit, quod debet, legatum dam nihil debet
26 corruit ob incertitudinem, & non existentiā rei legatæ in rerū natura, *vt* probatur in *l. 3. C. de fals. caus. adiect. legat. & in §. si vxori. Instit. de legat.* ibiq; declarant Piccard. *n. 3.* Io. Harpp. *num. 5.* Io. Fabr. *in fin. litera A.* Io. Onoit *nu. 11. & 12.* Cost. *select. interpret. lib. 1. cap. 5.* Idem Piccard. *in §. huic proxima. num. 3. Instit. de legat.* Petr. Gregor. *in* Sintagm. *iur. lib. 42. cap. 32. num. 53. in fin. & 54.* Io. Fabr. *in tractat. de coniectur. lib. 5. cap. 2. sub n. 3* & respondit *Rota in causa Aueniamen. Legitima. 17. Nouem. 1653 coram* R. P. D. Peutingero *§. Et quamuis. vers. legatum corruit ob incertitudinem, & non existentiam rei legatæ &c.*

Vbi etiam dicitur, quod ob eandem rationem incertitudinis, et non existentiæ vitiatur
27 legatum, si in genere legetur, quod Titius debet testatori, vel quod eidem legatarius debet, nec de debito constet, *vt latè tradit Donel. in comment. Iur. cap. 14. col. 2 in princip. vers. vt si legetur &c. ibique Osuald. in addit.* Io. Harpp. *in d. §. huic proxima.* Crass *in §. Legatum quæst. 57. num. 4. & est text. literalis in l. si sic. §. si mihi ff. de legat. 1.*

Plures distinctiones, et subdistinctiones in
28 hac materia legati incerti, qui videre desiderat. *Paul.* Cristin. *decis. Belg. titul. 48 decis. 1. à nu. 3.* consulat, et adde *latius* Capra, *in suis cōclus. conclus. 113. per tot.* Et in terminis legati relicti duobus consanguineis testatoris eius-
29 dem nominis, vt nemini, debeatur, *decidit Senatus Lusitanus penes* Gamm. *decis. 378. num. 1. vers. extinguitur, & non debetur legatum propter incertitudinem &c.* et subditur id esse ve-
30 rum, dum ex coniecturata mente testatoris non apparet de quo senserit, et ideo secus erit dicendum si de ea appareat per indicia, &
31 præsumptiones, quia tunc legatum valeret,

Et is de quo testator sensit legatū habere debet, et inter alias coniecturas illa satis potēs
32 fuit, vt quamuis illi duo eiusdem nominis essent in æquali gradu consanguinei testatoris, tamen constabat erga vnū ex his testatorem maiorem affectionem habuisse, quàm erga
33 alium, quæ affectio potentior est, quàm consanguinitatis gradus. *l. cum allegat. C. de castrens. pecun. militar. lib. 12.* fuit etiam considerata amicitia testatoris cum legatario. *per l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de legat. 2. iuncta l. si quis seruum plurium. §. fin. ff. de legat. 1.* Et præsumitur, quod frequens, & continua conuersatio augeat affectionem etiam inter con-
34 sanguineos, vt magis amico consanguineo censeatur relictum, *ex allegatis per* Alciat. *in tractat. de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 30. per tot. & per Albert.* Brun. *in tractat. de reb. dub. part. 1. num. 27. & seqq.* cum amor ex continua
36 conuersatione efficiatur maximus. Inter rusticos enim procedit dictum illud vulgatum quod continua conuersatio pariat fastidium.

Nihil enim est, quod maximè delectet animū, nisi amicitia cōtinua, tamen fidelis, & dul-
37 cis, nā vt verè dixit *Stoicus* Romanus *Senec. de Tranquillit. anim. cap. 7.* Quantum bonum est inter fideles amicos, vbi sunt præparata pectora, in quæ tutò secretum omne descendat, quorum conscientiam minus quàm tuam timeas, quorum sermo sollicitudinem leniat, hi-
38 laritas tristitiam dissipet, conspectus ipse delectet. &c. At loquendo in terminis, quod legatum ambiguum, & incertum debeatur ex ve-
39 risimili mente testatoris, personæ magis dilectæ testatori, videatur *text. in l. si fuerit, vers. sed si legatum. ff. de reb. dub. & in d. l. si bis seruū §. si apud duos.* iuncta apostill. *Iacob de Arena in verb. amici. ff. de legat. 1.* cum aliis allegatis per *Roman. in consil. 408 num. 4. vers. quia cum ambigua sit testatoris intentio, circa ipsius legati dispositionem, semper ea interpretatio est facienda, per quam testator sensisse censeatur, de eo quod sibi maiori affectione erat coniunctus &c.* & idem respondit Rota *coram bon. mem.* Card. Panzirolo *in causa Maceraten. Fideicommissi 7. Februar. 1635. est decis. 574. nu. 18. vers. legatū ambiguū magis dilecto à testatore debetur &c. part. 5. recent. tom. 2.* et hæc sufficiant circa testamenta, & legata ambigua, & incerta, vt ea regulariter nullatenus, si simus in ambiguis non debeantur.

Supradicta tamen regula inter cœteros ca-
40 sus notabiliter limitatur, vt supra præmisi, speciali fauore piæ causæ; itaque ratione incertitudinis, testamentum ad pias causas ordinatum, nullatenus vitiatur, puta si in genere fuerit instituta Ecclesia, vel pauperes, vel relictū
41 pro redemptione captiuorum, nullis specificatis personis, *textus est in l. si ad declinandā, & in l. nulli licere. C. de Episcop. & Cleric. & in l. id quod pauperibus. C. eodem titul. glos. in l. quidam re legatus* & ibi Bart. *num. 1. in fin. &* Socin *nu. 13. ff. de reb. dub.* Archid. *in can. sunt nonnulli. 1. quæst. 1. & in cap. 1. vbi Io.* And. *& glos. in verb. pauperes. de testament. in 6. & glos. magna in cap. cum tibi. quam ibi notat. post alios.* Couar. *nu. 14. eodem titul. de testament* & tradunt *Bart. cœterique scribentes in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* Butr. & Abb. *in cap. ex parte. num. 5. de censib. Sebastian.* Sapia *in additione ad Abb. in cap. indicante num. 4. de testament.* Dec. *in l. fin. nu. 54. C. de edict. D. Adrian tollend* Rip. *in l. ita stipulatus. num. 23. & seq. ff. de verb. obligat.* Bald. *in l. executorem. nu. 8 ff de execut. rei iudic.* Alex. *in l. captatorias. num. 4. & ibi* Romanus *nu. 10. & 11. C. de testament. milit.*

Conclusionem istam, insuper in tantum amplia, vt si testator simpliciter dixerit, quod
42 bona distribuantur, nec addiderit cui, vel in quos, intelligitur voluisse, vt distribuerentur inter pauperes pro anima sua, & hoc valdè accuratè esse notandum monet *Bald. in d. l. exe-*

cu:o-cm.num.2.ff de execut.rei indic. & *in consf.*
169 *num* 1.*vol*.1.& *consil*.164.*nu*.3.*vol*.4 Dec.
consil 182.*num*.2.Paris.*consil*.38.*nu*.271 & 28.
vol.3.Alex.*in l.captatorias.n*.4.C. *de testament.*
militar.ibique Roman. *num*.11. Couar. *in cap.*
cum tibi.num.10.*de testament*.Rebuff *de priuil.*
scholar.priuileg.133 Cened. *in Collectan*. Iur.
Canonic·*collectan* 91.*nu*.3.Menoch.*consil*.292.
num.12,*Card*.Mantic.*de coniectur.vltim.volun.*
lib.4.*titul* 4.*num* 3.& 20 Tiraquell,*de priuileg.*
pia caus.priuileg.56.& *ibi in addition*. Ric. &
Thor.*aduertitque Cornel* Beninc. *in tractat.de*
pauper.& *eius priuileg.titul de tert.special.in*
vltim.volunt.nu.21.*vers.immo fortius*. Medic.
in opuscul.4.*sub nu*.34. *vers.vndecimo quamuis*
Fusc.*in littera* I *singul* 6.Crass *de success*. §.Le-
gatum.§.64 *nu*.1.Capifer.*in tractat de numer.*
test.part 2.*cap*.3.*num*.19 Garc. Girond. *in*
tractat de priuileg.seu exempt.explicat.nu.371.
& *num*.1503.Bucaron.*in tract de different,in-*
ter ius Canon.& *Ciuil.different*. 100. *num*. 18.
Anton.Gomes. *variar.resolut.lib*.2.*cap*.11.*n*.8.
vers incertitudo fauore pauperis non vitiat &c.
Illephõs de Lara *de Capellan lib*.1.*cap*.10.*n*.95.
Borell.*in summa decisionum tom*.3.*titul*. 22. *de*
legat.num.31.*et* 32.Gratian.*discept.forens.cap.*
288.*à nu*.34.*Carol*.Marant. *in suis controuers.*
part.1.*respons*.4.*num*.82.& *respons*.20.*num*.18.
vers.quia.Barbos.*de Iur.Eccles cap*. 27.*nu* 10.
Layman.*tom*.1.*Theolog.Moral.lib*.3.*tractat*.5.
cap.11.*num*.8. Vide quæ dixi *supra cap*. 50. *à*
num.12.

Quamobrem si testator simpliciter hæredẽ
43 instituat Ecclesiam, vel ei aliquod legatum
relinquat, non expresso nomine Ecclesiæ, tunc
secundùm veriorem opinionem, censetur in-
stituta Ecclesia, vel legatum relictũ Ecclesiæ
44 illius Ciuitatis, in quo testator habebat do-
micilium. *vt est casus in* §. *si quis in nomine*
Magni DEI. auth. de Ecclesiast.titul. & probat
text in l.cum conditio. §.*cum ita.ff.de condit.*&
demonstrat. vbi deciditur si testator aliquid
relinquerit faciendum in foro, nec apparuerit
45 de quo foro dixerit, tunc exaudiendum esse
de foro in quo testator habuit domicilium.
& *in terminis nostris id ibi notant* Bart. Bald
Alberic.& *cæteri omnes*.& Socin. *testatur de*
communi,idemque affirmat Roman.*in auth.si-*
militer.num.91.C.*ad leg.Falcid*.& *tradũt DD.*
in l.1. *C.de sacrosanct.Eccles*.& *Abb. in cap. in-*
dicante.num.4.*in fin. de testament*. & *in consil.*
99.*num*.5.*vol*.2.& Alex.*in consil*.213. *num*. 1.
vol.6.*cum alijs allegatis per Card*. Mantic.*de*
coniectur.vltim.volunt.lib.8.*titul*.6.*sub. num*.4.
vbi de veriori opinione testatur, sicuti etiam
sensit *Menoch de præsumpt.lib*.4.*præsump*.125
numer.6.*vers.intelligitur in dubio de propria te-*
statoris Ecclesia, nẽpe eius parochiali &c. Can-
cer.*lib*.1.*variar.cap*.2.*de legat.num*.122.*versic.*
legatum factum DEO, *vel* CHRISTO &c.
Bonacin tom.2.*de contractib.disputat*.3.*num*.17.
punct.8.§.4.*num*.1.*in fin.vers.item validum est*
legatum Carol.Marant.*in suis controuers.par*.1
d respons.4.*num*.89.*vers. Legatum quoq. DEO*
sanctissimo. &c. & dixit Rota *coram bon. mem.*
Card. Panzirolo *d. decis* 374.*num*.19. *vers. de*
legato facto Ecclesiæ, quod censeatur sensisse de
Ecclesia domicilij &c *part*.5. *recent. tom*. 2.

Aduertendum pariter puto, quãdo aliquid
46 est relictum alicui Sancto, puta Sancto Petro.
intelligitur esse relictum Ecclesiæ Sancti Pe-
tri. quoniam legata relinquuntur Ecclesiis
Sanctorum, non Sanctis quorum conuersatio
47 in Cœlis est. vt apertè est & ait *Bart in l*. 1. §.
ad municipalem.ff ad l.falcid. per textum in d. §.
si quis in nomine magni DEI, auth.de Eccles.
cõducit etiam in argumentum textus *in l*.2.
ff de reb. dub. Turpè enim deliraret ille, &
48 quidem, vt dicitur candido indigeret ellebo-
ro, qui cogitaret Sanctos in Cœlo accipere
velle bona temporalia. cum stent cũ CHRI-
STO Domino in Cœlo Regnantes, & Seden-
tes super thronos, edentes, & bibentes super
49 mensam eius, & in regno eius, iuxta infalli-
bilis veritatis verissimam promissionem *apud*
Luc cap.22 *ibi, vt edatis, & bibatis super mensã*
meam in regno meo. & qualiter id intelligatur,
id benè ibi explicat Dionysi. *Carthus.art*.48. Vn-
de nullam habent indigentiam bonorum no-
50 strorum, sunt enim gloria circumamicti, & di-
uitijs pleni in domo Patris *iuxta psalm*. 111.

Sed ad quid, obsecro, operam, & oleũ per-
do, cum conor probare Sanctos in Cœlo non
curare, seu egere bonis temporalibus, siqui-
51 etiam dum in hac Valle lacrijmarum erant,
sicut ac stercus extimabant, maximèque ab-
horruerunt ab illorum æmulatione, læta
fruendo paupertate, tamquam medium ac-
quisitæ iam gloriæ, iuxta monitum Saluato-
52 ris, apud Matth. cap. 9. ibi, *Vade vende quæ*
habes, & *da pauperibus & veni sequere me*. Sci-
tèque cecinit Poeta ille.

Diuitias fugito, pondus graue, celsa potentis
Impediunt animum, nec benè velle sinunt.

Vnde hic benè congruit sententia Oracul.
53 Diuini in Ecclesiast.cap.14. *Si diues fueris, nõ*
eris immunis à delicto. Hinc dixit S.Hieronym.
in epist.ad Helbidiam, & ex nostris refert *Ti-*
raquell.in tractat.de nobilit.cap.23.*n* 21. Om-
nes diuitiæ de iniquitate descendunt. vnde il-
54 la vulgata sententia mihi videtur aliquando
verificari diues, aut iniquus, aut iniqui hæres.
Nam vt *ex Meandro inquit Stob sermon*.8 &
ex nostris pariter aduertit Anton. Thesaur. in
55 *præm. Decisionum Senatus Pedemontani sub.n*.
29 Nullus iustè viuens continuo ditatus est.
Vnde mellifluus Doctor Bernardus San-
ctus id sedulò insinuabat Eugenio Summo
Pontifici, in lib 4. considerat ad eumdem, ibi,
Riuus quò fluuit terram cauat, sic decursus tẽ-
56 *poralium conscientiam radit, si potest torrens in*
agros excurrere sine læsione satorum, & *tu te pos-*
se ista sine mentis vulnere tractare confidis? Vi-

terius animaduerto, quod nec ipsi Gentiles
57 putabant dinites posse deuenire ad illorum somniatũ Paradisũ vnde Lucanus in 9. dixit

Non illuc auro positi, nec thure sepulti.
Perueniunt.——————————

Et latius dixi *in discurs. part. 4. recent tom. 3. à num.* 189. conferunt exempla adducta supra *in prælud. à num.* 181.

ARGVMENTVM.

Legatum relictum alicui Sancto. debetur Ecclesiæ illius Sancti, & quid si in diuersa Ecclesia, sed non dicto Sancto dedicata, reperiantur eius reliquiæ, & quid si adsint in eodem loco plures Ecclesiæ eiusdem Sancti cuinam debeatur, & conclusio est, vt debeatur, Ecclesiæ pauperiori.

Et quid sit dicendum, si vna ex dictis Ecclesiis sit parochialis Ecclesia Testatoris, cum in dubio præsumatur quis habere affectionem ad Ecclesiam Parochialem, cum in ea audiat Sacrificium Missæ, percipiat Sacramenta &c.

Et discutitur, cum quilibet in diebus festiuis teneatur audire Missam in propria Parochia, iuxta cap. vt dominicis 2. extr. de paroch. an quis satisfaciat audiendo alibi missam. & affirmatiuè respondetur, et hoc de generali cõsuetudine totius Orbis scita, & tolerata.

Legatum relictum alicui Sancto, si in eodem loco adsint plures Ecclesiæ eiusdem nominis, debetur illi Ecclesiæ, in qua testator magis frequenter conuersabatur, cum ex tali cõuersatione præsumatur affectio. Et quid si in vna ex dictis Ecclesiis testator iusseritse sepeliri &c

SVMMARIVM.

58 *Legatum factum alicui Sancto, debetur illius Ecclesiæ, & quid si in diuersa Ecclesia, adsint eius reliquiæ.*
59 *Et conclusio est, quod debetur Ecclesiæ d. Sancto dedicata.*
60 *Legatum simpliciter relictum alicui Sancto, si in eo loco adsunt plures Ecclesiæ nominis, cui debeatur.*
91 *Legatum relictum alicui Sancto, si in loco illo plures Ecclesiæ eiusdem Sancti, in dubio debetur pauperiori Ecclesiæ.*
62 *Legatum relictum alicui Sancto, si in loco Testatoris non adsit Ecclesia d. Sancti, si in territorio eius adsit, illi debetur.*
Et si in territorio non reperiatur Ecclesia talis Sancti, tunc tale legatum assignari debet Ecclesiæ Cathedrali.
63 *Legatum relictum alicui Sancto, et plures Ecclesiæ in eo loco reperiantur eiusdem Sancti, quando non debeatur pauperiori, num. 64.*
65 *Ecclesiæ parochiali testator in dubio præsumitur voluisse relinquere potius, quam pauperiori Ecclesiæ.*
66 *Testator præsumitur habuisse affectionem ad Ecclesiam parochialem, in qua diuina audiebat.*
67 *Parochi debent monere populum, vt frequenter ad suas parochias, saltem diebus Dominicis, accedant.*
68 *Parochiani, quod non audiant Missam in diebus festiuis in parochia est de generali consuetudine.*
69 *Consuetudo generalis, atque vniuersalis totius Orbis est scita, & tolerata, vt quilibet in diebus festiuis in qualibet Ecclesia satisfaciat audiendo sacrum.*
70 *Quæ consuetudo nisi esset rationabilis, & licita, à Romanis Pontificibus sublata fuisset. & num. 71.*
72 *Ecclesia Catholica iussit, vt in festiuitatibus de præcepto audiretur sacrum, et nullum verbum fecit de propria Parochia.*
73 *Episcopi an possint iubere, vt in diebus festiuis audiatur Missa, in propria Parochia.*
74 *Episcopi nec tollere, nec restringere possunt ius commune.*
Minor in maiorem non habet potestatem.
75 *Episcopus non potest tollere generalem consuetudinem, cum ea legis vim habeat.*
76 *Episcopus, si aliquid non potest ordinare et cõtra inobedientes ferat excommunicationem, esset nulla et n. 77.*
77 *Præcepto inualido non est obediendum.*
78 *Episcopus mortaliter peccat, si iubeat aliquid fieri sub pœna excommunicationis, si id non poterat ordinare.*
79 *Missa in qualibet Ecclesia in diebus festiuis potest audiri, et satisfit, dummodo id non fiat in contemptum proprij Parochi.*
80 *Missa in quocumque loco audiatur, etiam in domo priuata, satisfit præcepto Ecclesiæ, cã audiendi in diebus festiuis. et n. 81.*
82 *in Ecclesia Parochiali Sacramenta recipiũt Parochiani.*
83 *Ecclesiæ duæ eiusdem nominis, si in aliquo loco reperiantur, et legatum factum sit simpliciter dicto Sancto,*
84 *Tunc in dubio censetur relictum illi Ecclesiæ, in quo testator magis versabat, et frequentius orabat.*
85 *Prædilectio benè colligitur ex frequenti conuersatione.*
87 *Ecclesia vna, alicui potest esse minus dilecta, et tamen plus ab eo frequentata, puta quia est propinqua domui.*
88 *Coniecturæ debiles, debent ab alijs coniecturis fortioribus coadiuuari. et n. 89.*
90 *Ecclesiæ eiusdem nominis, si plures sint in eodẽ loco, et eidem Sancto simpliciter sit factum legatum,*
91 *Tunc si in vna ex eis Testator iubeat se sepeliri, illi debetur legatum in dubio.*
92 *Testator, si iubeat singulis annis celebrari tot*

missas, et non dicat vbi, in qua Ecclesia constatur velle illas celebrari. et n. 93.
94 *Anima defunctorum eodem modo iuuantur in sacrificijs Missarum quocumque in loco ea dicantur.*
Missarum iuuamen animabus defunctorum ex sacrificio Missæ non prouenit à loco, sed à sacrificio.
95 *Missæ, quod celebrentur in loco, vbi testator sepultus iacet, est honestius.*
96 *Quod intellige verum, nisi testator expresserit Ecclesiam, vel aliter non constet de mente, & num. 97.*

CAPVT LXVIII.

Legatum relictum simpliciter alicui Sancto, quod debeatur eius Ecclesiæ iam in præcedenti capite firmauimus. Difficultas tamen stat, quãdo est factum simile legatum,
58 an debeatur Ecclesiæ, in qua sunt reliquiæ dicti Sancti, vel Ecclesiæ illi dedicatæ, super ista controuersia est celebris *decisio Senatus Neapolitani apud Afflict. decis. 244.* vbi concluditur illud deberi Ecclesiæ dedicatæ dicto
59 Sancto, & non vbi sunt illius reliquiæ, & eamdem opinionem sequitur *Thor. in summ. priuileg. piæ caus. priuileg. 115. circa med. vers. deberi Ecclesia sub eius nomine ædificata, & in defectum alijs Ecclesijs, vbi sunt corpora Sanctorum &c. de prædict. decis. Afflict.* etiam facit mentionem idem *Thor. in compend. decis. Regni in verb. Legatum factum Sancto*, quam decis. est etiam sequutus *Molf. s. in 2. tom. decis. Theolog. tractat. 13. cap. 5 num. 165.*
Crescit tamen amaritudo difficultatis, quãdo in eadem Ciuitate adsunt plures Ecclesiæ
60 dedicatæ eidem Sancto, cuinam Ecclesiæ tale legatum debeatur, & secundùm magis cõmunem opinionẽ debetur Ecclesię pauperiori *per textum in d. §. si quis in nomine magni DEI Auth. de Eccles. titul.* & comprobatur argumento *l. si quis ad declinandam. §. vbi ante. vers. sin autem ampliores, C. de Episcop. & Cleric.* & ita tradit *glos. in cap. indicante in verb. Monasterio ext. de testament.* Speculat. *in titul. de testament. edit. §. nunc verò aliqua. num. 63.* Roman. *in auth. similiter. num. 91. vers. quid autem si reperiantur. C. de sacrosanct. Eccles.* necnon *in l. si ita sit scriptum. num. 36. ff. de legat. 1*, cum multis aliis adductis *per* Socin. *Sen. in l. qua cõditio §. cum ita num. 2. ff. de condit. & demonstr. & recentius per Card.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. titul. 6. num. 6* & addo *Marc. Anton.* Genuens. *in addit. ad praxim Archiepiscop. cap. 57. num. 14. & 15* Matth. Stephan. *in titul. C. de sacrosanct. Eccles. nu. 38 vers. aut si hoc non apparet relictum deferatur ad Ecclesiam maximè pauperem, & eleemosynis indigentem &c.* Leoncill. *in tractat. de priuileg. paupertat part. 2. priuileg. 181. in verb incertitudo. 1. num. 2. vers. inter plures pauperiori &c.*
Estque generale, vt in dubio fauendum sit pauperiori. *Nouell. 131. cap. 9. in fin. cum alijs allegatis per Troyl. Maluet. in tract. de oblation. dub. 3. num. 6.* qui etiam loquitur in terminis
61 nostris, vt in dubio tale legatum debeatur Ecclesiæ pauperiori, & insuper admonet, si in Ciuitate illa non reperiatur Ecclesia Sancti nominati, sed in territorio eius, relictum ei
62 debetur. Sed vlterius quæro, si nec in territorio Ecclesia dicata tali Sancto adest, quidnam sit faciendum, & tunc sanè tale legatum assignari debet Ecclesiæ Cathedrali, idque probatur *per text. in §. si quis in nomine vers. si quis autem vnum Sanctorum*, ibi, *Ecclesia Ciuitatis. auth. de Ecclesiast. titul. & hãc opinionem post Io. And.* sequitur *Lap. allegat. 87 sub num. 6. vers. debitur Ecclesia Cathedrali*, & vide ibi *Quintilian. Mandos. in addit. in litera O.* vbi adducit alios DD. in prædictam sententiã concurrentes &c.
Intellige tamen id, quod supra dixi de legato relicto alicui Sancto, vt si in eadem Ciuitate plures Ecclesiæ eiusdem Sancti reperiantur, illud debeatur Ecclesiæ pauperiori,
63 id demum procedere, nisi ex coniecturata mente testatoris sedulò penetretur de aliqua Ecclesia in specie dicti Sancti, senserit, veluti
64 si quis existat in Parochia Sancti Apollinaris, & simpliciter relinquat mille Ecclesiæ Sancti Apollinaris. Et in tali Ciuitate adsunt plures Ecclesiæ eiusdem Sancti; hoc enim casu, nullatenus est interpretandum tale legatum, vo-
65 luisse testatorem relinquere Ecclesiæ pauperiori, sed potius Ecclesiæ parochiali. quia in dubio testator censetur de ea sensisse. *arg. leg. nulli. C. de Episcop. & Cleric.* & declarat *Abb. in cap indicante num. 4 ext. de testament.*
Nam, nec in vanum præsumere possumus testatorem ad talem Ecclesiam habuisse ma-
66 iorem deuotionis affectum, in qua, & diuina audiebat, cum Parochianus in diebus festiuis audire consueuerit Missam in Ecclesia Parochiali, *text est clarus in cap. vt Dominicis 2. de paroch. estque Concil. Agat. cap. 47. et Concil. Trident. sess. 25. in decret. de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ circa fin.* ibi, Mo-
67 neant etiam eumdem Populum, vt frequenter ad suas parochias, saltem diebus Dominicis, et maioribus festis, accedant, et super hoc videatur *Ferdinand. Paez. in repetition. can. Missas. num. 133. de consecrat. destinct. 1. Gutier. Canon. quæst. lib. 1. cap. 30. à num. 7.* Henrique. *in summa lib 9. de Missa. cap. 26. nu. 14. Cened. ad Collectan. Iuris Canonic. collect. 104. num. 1. Frat.* Emanuel *in summ. tom. 1. cap. 249. nu 25. & quæst. regular. tom 1. quæst. 43 artic. 7.* Soar. *tom. 3. disputat. 87. sect. 2. in dub. circa secundam Missæ diuisionẽ.* Azor. *institut. moral part. 1. lib. 7. cap. 6. quæst. 4.* Valer. Reginald. *in prax. fori pœnitent. lib. 19 quæst. 3. nu. 21.* Ægid. *de Coninck.*

de

de Sacrament. tom. 1. quaest. 83. num. 312.
68 Quidquid tamen sit de generali consuetu-
dine, de qua mentionem facit Rota in causa
Aversana Funeralium 23. Iunij 1634. coram
bo. me. Coccino à me relata in part. 5. recent. de-
cis. 552. numer. 3 vers. licet hodie de generali con-
suetudine non servetur &c. Veritas quippe est,
quod consuetudo generalis, atque vniuersa-
69 lis totius Orbis scita, tolerata, rationabilis,
atque præscripta hoc introduxit, et obseruat,
vt quilibet in festiuis diebus possit licitè Mis-
sam audire in quacumque Ecclesia, et satisfa-
70 ciat præcepto Ecclesiæ audiendi missam in
prædictis diebus, vt cõmuniter fieri videmus,
Si enim hoc illicitum esset, cum hæc consue-
tudo sit antiquissima, et à Romanis Pontifici-
71 bus scita eam contrario edicto substulissent,
hoc minimè est factum, quinimo Sancta Ec-
clesia Catholica tantum obligat suos fideles
filios audire Missam diebus Dominicis, et
alijs diebus festiuis obseruari solitis, et nullũ
72 quidem verbum fecit de propria parochia,
Ergo vbi voluerint, poterunt dicti fideles eã
audire.

Quare nec Episcopus contrarium suis sub-
73 ditis posset præcipere, quia præfata consue-
tudo est generalis, et sicut Episcopus tollere,
nec restringere potest ius commune, cum mi-
74 nor in maiorem potestatem habere nõ debet
can. inferior. 21. distinct. et cap. cum inferior. 16.
de maior. & obedient. Ias. in l. omnes populi. nu-
mer. 11. ff. de iust. & iur. cum alijs allegatis per
Surd. consil. 58. nu. 6. vers. non potest Collegium
75 tollere ius superioris &c. Sic non potest gene-
ralem consuetudinem tollere, cum ea vim le-
gis habeat, vt in l. de quibus. cum simil. ff. de le-
gib. Crauett. consil. 238. num. 5. vers. qua ratione
iuri communi non potest derogare, eadem non
potest ius consuetudinis tollere &c. cum multis
ibi allegatis,

Quare si Episcopus contra inobedientes,
76 hoc casu, ferret excommunicationem, esset
nulla, argument. cap. prim. de sentent. & re iudic.
77 cũ proinde tali præcepto non sit necessariò
obediendum, vt probant Beatus Antonin. in
2. part. sua summa titul. 9 cap 10. §. 2. Syluestr.
in summa. in verb. Missa. num. 5. Nauar in ma-
nual. cap. 21. num. 5. Bartol. in sua instruc. con-
78 fess. lib. 1. §. 40. addens Episcopum peccare
mortaliter, qui aliud sub pœna excommuni-
cationis præciperit.

Quod enim necessarium non sit, vt Missa
audiatur in propria Parochia, vel alia Ecclesia
79 sed, quod vbicumque audiatur, satisfiat (se-
cluso tamen cõtemptu proprij Parochi) præ-
cepto Ecclesiæ audiendi missam in diebus fe-
stiuis, probant, et tenent Armil. aurea in sua
summa in verb. Missa num. 31. Tabien. pariter
in summa, eodem verb. Missa. nu. 52. et Syluest.
quoque in Summa, in simili verb. Missa num. 5.
vbi concludunt, quod vbicumque audiatur
80 missa etiam in domo priuata, est satisfactum
præcepto, quia iam est rationabilis, et præ-
scripta circa hoc consuetudo.

De eadem consuetudine generali mentio-
nem etiam fecit Rota coram bo. me. Coccino in
d. causa Aversana Funeralium 23. Iunij 1634.
est decis. 552. num. 3. vers. licet hodie de generali
consuetudine non servetur &c. part. 5. recent.
Fateor tamen honestum, ac rationi congruũ
81 esse, vt Parochiani in proprijs Parochijs in
prædictis diebus missam audiant, non tamen
de necessitate, Et de his hactenus, at redeũ-
do in viam, quod legatum in dubio cẽseatur
relictum Ecclesiæ Parochiali, quando in ge-
nere fuit relictum alicui Sancto, & in eo loco
plures Ecclesiæ eiusdem nominis reperiuntur,
& præsertim sic vocatur Ecclesia Parochialis
testatoris, vt num. 63. & 64.

Insuper in eadem Ecclesia Parochiali, reci-
82 pit diuina sacramenta Parochianus. can. Epis-
copus in Diœcesi 7. quaest. 1. cap. nullus. 3. de pa-
roch. Ioan. Gutierez. canonicar. quaest. lib. 1. cap.
30. nu. 2. vers. in exhibitione Sacramentorũ &c.
considerauitq; Rota coram Coccin. d. decis. 552.
num. 4. vers. Parochiani percipiunt Sacramenta
in Ecclesia Parochiali &c. Ideoque cadit quã-
dam affectionem, Hinc quoque dicunt Do-
83 ctores, si duæ sint Ecclesiæ eiusdem nominis,
& factum sit legatum simpliciter, vt supra. tũc
in dubio censetur relictum illi Ecclesiæ, siue
84 sit in parochia siue extra, in qua testator so-
litus erat frequenter orare, eò quia illa Ec-
clesia præsumitur prædilecta, quæ prædilectio
85 bene colligitur ex illa frequẽtatione diutur-
na, imo et ille verè dicitur amicus, qui assiduè
86 habitat cũ aliquo. cap. repellantur, & ibi DD.
de accusat. & notant Addent. ad Bald. in l. eos.
num. 1. in verb. amico. C. de testib. & dixit Rota
coram Card Mantic. decis. 372. num. 3. vers. ille
dicitur amicus, qui assiduè habitat cum aliquo.

Verumtamen, si super relata opinione meã
87 essem dicturus sententiam, assererem, satis
debilem videri mihi talem coniecturam ad
firmandam talem conclusionem; quia dari
potest, quod vna Ecclesia minus dilecta sit
88 propinqua domui, ideoque commoditatis
gratia magis frequentata, vt experientia veri
magistra demonstrat, cap quam sit. de elect. in 6.
altera verò Ecclesia remotior & minus fre-
quentata, & tamen magis dilecta. Vnde
dicta præsumptio prædilectionis expiscata, ex
89 frequentatione debilis ex se est; vnde aliæ
præsumptiones fortiores ad eam adiuuandam
concurrere debent.

Iterumque limita prædictam cõclusionem,
90 quod relictum alicui Sancto, vbi sunt plures
Ecclesiæ dicatæ eidem Sancto, vt tunc debea-
tur Ecclesiæ pauperiori, si in altera ex dictis
91 Ecclesijs testator iusserit, se sepeliri; tunc enim
non pauperiori, sed ei relictum rationabili-
ter debet intelligi. ita Cyn. in l. 1. num. 8. C. de
sacrosanct. Eccles. Roman. in auth. similiter. nu-
mer. 92 ff. ad leg. Falcid.

Sicuti

Sicuri etiam in similli videmus, si testator
mandauerit, vt certo die, vel singulis annis
92 centum missæ celebrentur pro eius anima, &
ob id aliquid legauit, et nun expressit in qua
93 Ecclesia illæ celebrarentur, intelligitur sen-
sisse de ea, in qua iussit se sepeliri, vt optimè
ratiocinatus est *Abb. Panorm. in consil. 99. nu-
mer. 4. vers. circa secundum dubium, & num. 5.
part. 2.* Ias *in l. non vtique. §. Insulam. in fin. ff de
eo, quod cert. loc pet.* Cuman. *cons.* 12. Caualcan.
dec. 57. part. 3. Melch. Phæbus *dec. Lusitan.* 100.
numer. 11. & 12. Cancer. *variar. resolut. lib.* 3.
cap. 20. *num.* 120. Barbos. *de iure Eccles. cap.* 27.
à numer. 90.

Sanè nullatenus negare intendo, animas
94 defunctorum eodem modo iuuari, si Missę in
alia Ecclesia celebrarentur, cum tale adiuua-
men non procedat ex loco. *Sot. in 4. distinct.
cap. 3. quæst. 2. art. 4.* Rota *coram bo. mem. Card.*
Seraph. *decis.* 1149. *num.* 11. *vers quod compro-
batur &c.*

Tamen solum assero, quod honestius cele-
95 brantur dictæ Missæ, in Ecclesia, vbi dispo-
nentis corpus humatum reperitur. *idque af-
firmante* Rota *coram bo. mem. Card.* Caualerio
*decis. 494. sub num. 4. vers satis esse, quod hone-
stius, vbi etiam num.* 3. firmatur quod de iure
regulariter Anniuersaria celebranda sunt in
96 Ecclesia, vbi corpora talium defunctorum,
qui insserunt illa celebrari, sepultura iacent.
Quod tamen intellige vt supra dixi, quando
sumus in dubio, veluti quia testator non ex-
97 pressit Ecclesiam, & ideo secus est, quando
constat de mente, in quibus terminis loqui-
tur supra relata decisio *coram Card. Seraphin.*
Et generaliter circa hanc materiam videatur
*Monald consil. 91. num. 3. & seq. vers. quidem
accedit vol.* 2. Francisc. Leon *in thesaur. for. Ec-
clesiast. part. 4. cap. 2. num.* 82. Medic. *in proem.
de sepultur. num. 4. & 5. & quæst. 5. nu. 3 Emi-
nentiss. Card.* Bellarm *lib. 2 de purgat. cap. vltim.
in col. penultim. in 4. vtibi.* Belardin. de Bust.
tom. 2. sermon. 1. part. 1. §. Tertio prodest. Mi-
chael. Phœb. *decis. Lusitan.* 100. *à num.* 10. Carol.
Marant. *in suis controuers. par. 1. respons. 4 à nu-
mer.* 48. & latius Iulius Lauor. *variar. elucu-
brat titul. 2. cap. 12. num. 1. cum seq. & cap. 14.
à numer.* 40.

ARGVMENTVM.

Testator, si legatum aliquod reliquerit Ecclesiæ non specificato nomine alicuius Sancti, cui Ecclesiæ illud debeatur anceps est quæstio, & opinio, quod illud debeatur Ecclesiæ Parochiali, propter affectionem, quam testator præsumitur ad illā habere, receptior videtur.

Et conclusio transit sine difficultate, si testator habuerit vnam tantum parochiam, sed maior difficultas stat, dum habuit plures Parochias, veluti si habitabat in domo, quæ erat in cō-finio duarum Parochialium, vel si post conditum testamentum mutauerit parochiam, & ibi mortuus sit.

Qualitas à testatore requisita, quando est necessè, vt ea adsit de tempore conditi testamenti, & quando de tempore successionis, seu mortis testatoris. Legatum pro sepultura alicui Ecclesiæ relictum, si contingat, quod testator deinde mutata voluntate, iusserit alibi se sepeliri, cuinam Ecclesiæ debeatur tale legatum.

SVMMARIVM.

97 *Legatum relictum Ecclesiæ, non adito nomine, cui debeatur.*
98 *Genus parit obscuritatem.*
99 *Ventis vela dare secundis, facile est.*
100 *Romana Ecclesia non ab Apostolis, vel ab alio Concilio generali, sed à DEO originem habet.*
101 *Ecclesiæ appellatione aliquando venit Ecclesia Cathedralis.*
102 *Legatum Ecclesiæ in genere relictum debetur Parochiali si toto tempore vitæ suæ habuit tātum vnam parochiam.*
103 *Si tamen habuit plures Parochias, tunc censetur illi reliquisse, quæ sibi magis grata erat.*
105 *Et si id non appareret, debetur Ecclesiæ pauperiori*
105 *Testator, si aliquid reliquit Parochiæ, & post conditum testamentum mutauit parochiā, an debeatur illi Parochiæ, vbi mortuus est.*
106 *Affectus erga personam, vel locum testatoris considerari debet de tempore conditi testamenti.*
107 *Qualitatem requisitam à testatore, quando reperitur, quod vnus tantum habet de tempore conditi testamenti, illud tantum tempus est attendendum. & num.* 108.
109 *Persona sufficit, quod semel fuerit demonstrata, licet illa qualitas cum qua fuit demonstrata non perdurauerit.*
110 *Qualitas quoties determinat verbum, quo significatur ipse actus, tunc attenditur tempus, quod illud conficitur.*
111 *in Declaranda mente testatoris, non tempus mortis, sed potius tempus conditi testamenti.*
112 *Liberatio debitoribus relicta à testatore intelligitur relicta illis, qui erant debitores non de tempore mortis, sed conditi testamenti.*
113 *in Fideicommissis conditionalibus, qui non est natus, vel conceptus de tempore conditionis, nō admittitur ad fideicommissum.*
114 *Legatum relictum cognatis, intelligitur de cognatis, de tempore conditi testamenti.*
115 *Qualitas requisita à testatore, quando requiratur, vt adsit de tempore successionis. & numer.* 116.
117 *Legatum relictum Parochiæ, debetur illi Parochiæ, in qua testator decessit. Et affectio*

prima

Digitized by Google

prima Parochia censetur translata in secundam.

118 *Qualitatem aliquam à testatore, si nullus habeat de tempore conditi testamenti, dum aliquis eam habeat de tempore mortis illius, tunc illud tempus attenditur.*

119 *Legatum relictum à testatore, liberto debetur ei, qui libertus effectus est de tempore cedentis legati.*

120 *Etiamsi de tempore conditi testamenti non erat libertus. et nu. 121.*

122 *Testamentum omnem suam perfectionem recipit à tempore mortis testatoris.*

124 *Testator mutasset testamentum, post illius confectionem superuiuendo, dum nollet in eo relicta valere. & nu. 125.*

126 *Testator, si vocauit agnatum, qui erat talis de tempore testamenti, qui deinde decessit, & alter superuenit de tempore mortis, an iste censeatur vocatus.*

127 *Habilitas, vel inhabilitas inspicitur de tempore, quo actus recepit suam perfectionem.*

128 *in Successionibus ab intestato capacitas requiritur de tempore delata hereditatis.*

129 *Itaut qualitas superueniens de tempore, quo ius est quasitum alteri, de illo medio tempore non retrotrahatur.*

130 *Legatum relictum Parochia, si postea testator mutet eam, illa prima dicitur quodammodo pramortua testatori.*

131 *Et ideo secunda, vel tertia successit in locum prima, et ei debetur legatum.*

132 *Quod eo magis habet locum, si legatum sit tenue, cum censeatur factum respectu sepultura. & num. 133. et 134.*

135 *Legatum pro sepultura alicui Ecclesia relictum si fuerit, an si testator alibi deinde elegerit sepulturam, cui debeatur illud legatum.*

136 *Legatorum piorum fundamentum, & finis alius non est, quàm ipsum DEVM, et salus anima.*

DEI solius consideratione habita, censetur quis tantum moueri ad piè disponendum.

138 *Legata pia, quare tot priuilegiorum cumulo gaudeant.*

139 *Legatum relictum pro sepultura alicui Ecclesia, debetur ei, quamuis alibi postea testator reliquerit vt sepeliretur.*

140 *Quia electio sepultura, censetur causa impulsiua, & non primaria.*

141 *Causa qualibet adiecta dispositioni pia, nisi expressè à disponente dictum sit, aliud, nunquam censetur causa finalis.*

142 *Dispositio in aliquem collata contemplatione alterius, primo deficiente, ea non caducatur, si remaneat persona, cuius contemplatione fuit facta. nu. 143. & 144.*

144 *Legatum relictum Ecclesia pro sepultura, si postea alibi ea eligatur, an dicta Ecclesia debeatur legatum, est valde dubia quastio.*

Facto plus est aliquid declarare, quam verbo.

145 *Legati onus, quando tollitur, an tollatur etiā legatum.*

146 *Facto etiam adimitur legatum.*

147 *Legatum factum Ecclesia pro sepultura an debeatur, si legans moriatur in Hospitali, & ibi sepeliatur.*

148 *Impeditus impedimento facti remanet illasus.*

149 *Impedito impedimento facti facile conceditur restitutio in integrum.*

150 *Legatum relictum Ecclesia pro sepultura, an debeatur, si legans excōmunicatus moriatur, itaut non possit in Ecclesia sepeliri, vel alia ex causa. & nu. 151. & 152.*

153 *Legatarius debet consequi legatum, dum per eum non stat, sed culpa legantis, quod onus adiectum non possit adimpleri.*

154 *Legatum relictum Ecclesia pro sepultura, si legans eius culpa non potest sepeliri in Ecclesia debetur.*

Etiam si ipse legans addiderit, quod tale legatum non valeat, nisi ibi sepeliatur.

155 *Conditio mixta, quando adimpleri non potest, vel non stat per legatarium quo minus non adimpleatur, tunc habetur pro adimpleta.*

CAPVT LXIX.

DOcuimus iā in præcedenti capite, quid-
nam sit operandum, necnon persuadē-
dum, quando testator aliquid reliquit Eccle-
siæ, specificato nomine Ecclesiæ, & contingat
in eo loco adesse plures Ecclesiæ eiusdem no-
minis, eidemque Sancto dicatæ. Nunc vi-
97 deamus quidnam dicendum veniat, si lega-
tum factum reperiatur Ecclesiæ, nullo addito
nomine Sanctorum, vel Sanctarum, nec ex
cōiecturis diuinari potest, vel alio modo per-
pendi, qualis sit mens testatoris. Dubia est
98 quæstio, & eò difficilior, quo generalior, ge-
nus enim parit obscuritatem, multum enim
DD. in resolutione prædictæ controuersiæ à
varijs, & contrarijs cōiecturarum ventis tur-
batis in diuersis partibus quatiuntur, & agi-
tantur, nam & aliàs

99 *Facile est ventis dare, vela secundis.*

Scio quidem appellatione Ecclesiæ, per anto-
nomasiam propter sui excellentiam venire
Ecclesiam Romanam, quæ primatum suum
100 agnoscit, non ab Apostolis, non ab alio Cō-
cilio generali, nec ab aliqua terrena potesta-
te, sed à voce illius, qui solo verbo, Cœlum,
& Terram, cœteraque elementa creauit, *vt
inquit text. in cap. quamuis distinct. 21. cum mul-
tis alijs à me allegatis in annot. ad decis. 2. in lite-*
101 *ra A. §. 40. part. 3. recent.* Aliquando etiam
appellatione Ecclesiæ venit Ecclesia Cathe-
dralis *cap. cum clerie. & ibi notāt DD de verb.
signif.* videatur *Felin. in cap. in nostra. corol 39.
& 40. de rescript.* Oldrad. *cons.* 183. *cum alijs
allegatis*

allegatis per Augustin. Barbos in d. cap. cum ì
clerici. num. 3.
Sed in hoc puncto saluo meliori iudicio, sic
potest distingui, nempe aut testator, vel legãs
102 toto tempore, vitæ suæ habuit vnam tantũ
parochialem Ecclesiam, & præsumitur illi re-
liquisse, & id probatur per text. in l. qua condi-
tio. §. cum ita ibi. cum ita in testamento scriptũ
erat, vt aliquid in foro fiat, Labeo ait, si non ap-
pareat quid mortuus senserit, in eius municipij
foro faciendum est, in quo is, qui testamentum
fecerit, domicilium habuerit &c. ff. de condit. &
demonstrat. nec ad hoc longè abest text. in d. §.
si quis in nomine ibi, si quis in nomine Magni
DEI, & Saluatoris nostri IESV Christi, hæ-
reditatem, aut legatum reliquerit. Iubemus Ec-
clesiam loci illius, in quo testator domicilium
habuerit, acceperit quod dimissum est &c. Auth.
de Ecclesiast. titul. est Nouell. 131. Et in indiui-
dualibus terminis nostris tenuerũt per supra-
dicta iura. Bart. in d. l. qua conditio. §. cum ita.
ff. de condit. et demonstrat. & ibi præsertim So-
cin. num. 1. testatur communem esse opinionẽ,
quàm probarunt Abb. in cons. 99. num. 5. lib. 2.
& in cap. indicante. numer. 4. in fin. de testam. &
ibidem Imol. et Barbat Ias. in l. non vt qua § si
quis in insulam. ff. de eo quod cert. loc. et in l. qui
insulam num. 2. ff. de verb. signif. & in l. 1. in pri-
ma lectur num. 2. & in secunda lectur. numer 4.
C. de sacrosanct. Eccles. & in §. ex maleficijs. nu-
mer. 45. Instit. de action. Felin. in cap. vltim. nu-
mer. 49 de for competent. Panorm. in cap. indi-
cante, & in cap requisiti de testament. Menoch.
de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 113. numer 2. & 3.
& respondit Rota coram bo. me. Card. Seraphin.
decis. 1159. num. 8. vers. quinimo si sine expres-
sione loci fiat aliquod legatum pium, debet imple-
ri in loco vbi testator habitabat. et coram bo. me.
Card Panzirolo in causa Maceraten. Fideicom-
missi 7. Februarij 1635. est decis 574. num. 19.
vers. de legato facto Ecclesiæ quod censeatur sen-
sisse de Ecclesia domicilij &c. part. 5. recentior.
tom. 2. et hoc est indubitatum.
Aut verò habet duas parochias, veluti quia
domus, in qua habitabat, duabus parochiali-
103 bus subijciebatur, vel quia duas habebat
domus, vel domicilia, & generaliter, vt dictum
est, aliquid reliquit Ecclesiæ, & tunc intelligi-
tur voluisse relinquere illi Ecclesię parochiali,
quæ sibi magis afficeretur, puta in qua magis
versabatur, argument l. si seruus plurium. §. fin.
ff. de legat. 1. & l. legatum § si vnus. ff. de legat. 3.
& l si fuerit ff de rebus dub ita concludunt Petr.
& Cin. in d l. 1. in 5. & 6. quæst C. de sacrosanct.
Eccles. & DD. in d l. qua cõditio. §. cum ita ff. de
condit. & demonstr. cum alijs plurimis allegatis
per Alex. in consil. 213. sub numer. 2. vers. si esset
Parochianus duarum Ecclesiarum &c. lib 6 &
ibi M. Anton. Natta in addit. in litera C. Sed si
cessarent omnia signa prædilectionis, & tunc
104 legatum debetur Ecclesiæ parochiali pau-
periori, vt sensit Tiraquell. de iure primogenit.
quæst. 17. num. 16. vel Episcopus eliget cui sit
dandum, vt dicam infra, vbi etiam habes,
quid sit dicendum, quando vna parochia
habet aditum, quoad portam principalem
domus.
Aut testator post conditum testamentum
mutauit parochiam, & in ea mortuus est, vn-
de dubitandum venit, cui debeatur tale lega-
105 tum, an parochiæ de tempore conditi te-
stamenti, vel alteri de tempore mortis, anceps
est huius dubij resolutio; Aliqui enim dicunt,
vt sunt Io. Andreas, & Geminian. in cap. cum
quis de sepulturis in 6 Roman. in auth. similiter.
num. 5. C. ad leg falcid. Socin. in d. l. qua condi-
tio. §. cum ita, tale legatũ deberi illi Parochiæ,
in cuius loco habuit domicilium tempore cõ-
106 diti testamenti, ea ducti ratione, quia consi-
deratur effectus erga personam, vel locum,
quem testator habebat tempore conditi te-
stamenti. Nam quando vnus tantùm repe-
ritur, qui tempore conditi testamenti habet
qualitatem à testatore requisitam, postea eam
107 habere desijt tempore mortis testatoris.
Sicuti, quãdo vocatus est cognatus, qui talis
reperiebatur eo vocationis tempore, deinde
tempore vocationis testatoris, atque ita suc-
cessionis desijt esse cognatus, huic debetur
108 legatum, vel successio, cum sufficiat quod ta-
lis fuerit tempore conditi testamenti, ita lo-
quitur textus in l. si cognatis in primo responso.
ff. de reb. dub. & ibi admittunt Bart. col. 2. vers.
venio ad secundum, & ibidem Socinus reddit
rationem, quia sufficit semel personam fuisse
109 demonstratam, licet illa qualitas, qua is de-
monstratus fuit, non perdurauerit. l. item Me-
la, vbi Bart. ff. de aliment. & cibar. leg. & probat
l. peto. §. fratre in fin. ff. de legat. 2. & quoties
qualitas determinat verbum, quo significatur
110 ipse actus disponendi, vt puta si testator di-
cat, Relinquo Dominico puero mille aureos, hæc
qualitas, puero, respicit, & determinatur à
verbo, relinquo, quo ipse actus disponendi de-
monstratur, & hoc casu sufficit, quod tempo-
re dispositionis qualitas hæc sit in eo, hoc est
in Dominico, vt is consequi possit legatum,
vt declarat Bart. in l. ex facto. col 2 ff. de vulg. et
pupill quam sententiam ibi probant Alex. nu. 7.
Ias. num. 13. Rip. num. 30. & cæteri omnes in
l. Mela in princ. ff. de aliment. & cib legat. Ias. in
cons. 97. num. 107 in fin. vers. primus casus lib. 2.
Estque regulare, in declaranda mente testa-
toris non tempus mortis, sed potius tempus
111 conditi testamenti considerandum esse,
vt in l. si ita legatum. ff. de aur. & arg. legat. &
tradit Bart. per text. ibi, in l. fin. §. 1. ff. de legat. 2.
& inde liberatio relicta debitoribus intelligi-
tur relicta illis, qui erant debitores testamen-
112 ti tempore, non autem illis, qui superuene-
runt, vt in l. Aurelius. §. 1. ff. de liberat. legat. &
consuluit latè Fulgos. in consil. 37. incip. Quidã
in suo testamento per tot. & respondet contra-
rijs. estque pariter elegans decisio in causa
Romana

Romana Legati Medaliarum 28. Aprilis 1589. coram R. P. Penia est inter eius à me impress. decisio 19. vbi firmatur ad effectum videndi, quid veniat in legatis, tempus conditi testamenti spectandum esse, et vide ibi casum,

Hinc etiam est, quod in fideicommissis cõditionalibus, qui non est natus, vel saltem con-
113 ceptus tempore aduentus conditionis, is ad fideicommissum non admittitur, sicuti natus post testatoris mortem dum de pure relictis agitur ad text. in dicta, l. cognatis. ff. de reb. dub. & in l. interuenit. ff. de legat. praestand. & in l. si ita & in l. scribis Quintus §. fin. ff. de aur. & argent. legat. & in l. annua ff. de ann legat. & in l. Stichum. qui mens erit. ff de legat. 1. & in l. intercedit. ff. de condition. & demonstr. & in l. fratres, ff. de pœn. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 13. n. 46. cum alijs copiosè allegatis per Peregr. de fideicõmiss artic. 22. num. 72. vers. in fideicommissis conditionibus, qui non est natus &c. & benè perpendit Rota coram Eminentiss. D. Card. Corrado in causa Bononien. Fideicommissi de Barberijs 5. Decemb. 1650. §. Praeterea vers. non sufficere, quod agens ex huiusmodi substitutione sit de liberis, sed necessarium est, quod tempore purificata conditionis extaret &c. ibique plures DD. plena manu congeruntur. Et in terminis. de quibus supra, vt relictum cognatis, intelliga-
114 tur de his, qui sunt tempore testamenti, videatur Alex. in consil. 171 num. 3 vers. si testator legat cognatis &c. lib. 2. cum ibi allegatis, & facit Casanat. consil. 26. à num. 16. vers. ad agnoscendum quo tempore debeat interuenire qualitas requisita &c.

115 Quidquid sit de ista opinione, quam tamen nonnulli minus rectè lacerant, negando sufficere vocatum dispositiuè, idest purè, habere qualitatem tempore testamenti, sed necesse est, vt eam habeat tempore successionis ex l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hared. instituend. §. extraneis Instit. de hared. qualit. & different. Sed cum casus iste non faciat ad propositum nostrum, quia cum illo vocato de tempore
116 mortis testatoris alius, qui habeat eandem qualitatem, non concurrat, quod secus est in isto, Vnde non insistam circa praedictam difficultatem plura adducere.

Quamobrem loquendo in puncto, alij DD. sentiunt praedictum legatum deberi illi Ecclesiae Parochiali, in cuius loco testator habitabat tempore mortis, ex eo enim, quia testator
117 transtulit domicilium, et primam Ecclesiam reliquit argumentatur mutatio affectionis, & censetur esse translatam in secundam Parochialem. Nam, & in iure satis apertum est, quando vnus tantùm repetitur, qui tempore conditi testamenti non habebat qualitatem
118 à testatore requisitam, sed eam habere, cœpit tempore mortis ipsius testatoris, & tunc sine dubio vocatus censetur, ita loquitur, & procedit l. interuenit illa. ff. de legat. praestand.
119 vbi deciditur, Legatum deberi liberto, qui libertus effectus est tempore cedentis legati, quod est mortis, vt ibi explicat glos. in verb. legati, etiam si tempore conditi testamenti in
120 libertorum numero non computaretur.

Ita etiam procedit text. in l. si cognitio, vers. cæterum si quis. ff. de reb. dub. cum ait Legatum cognatis factum ei deberi, qui cognatus extitit tempore mortis testatoris, etiam si talis nõ
121 fuerit tempore testamenti, cuius opinionis rationem eam esse arbitror, quia cum testamentum omnem suam perfectionem, & robur
122 à tempore mortis testatoris, suscipiat l. 1 ff. de testam. §. posteriore Instit. quib. mod. testament. infirmentur cum simili, ideoque tempus illud venit attendendum arg. l. plenè cum seqq. ff de liber. & posthum. & l. quidam ff. de vin. & tritic. legat. et l. si ita ff. de aur. & arg. legat.

Et sic testator eo tempore illum habeat in-
123 cognatorum, vel liberorum numero, eum demonstrasse, & vocasse verè dicitur. Potuisset enim mutare dispositionem si voluisset,
124 quod cum non fecerit, illa firma manente, decedere voluit iuxta text. in l. athleta. §. dat remissionem. ff. de excusat. tutor. & in l. tractabatur vbi glos. ff. de milit. testam. cum alijs relatis per Iasonem in auth. ex causa nu. 25. C. de liber.
125 praeter. & hunc casum sine controuersia interpretes omnes admittunt, in d. l. si cognatis vbi Soccin. in specie n 5. vers. & ideo. Menoch. consil. 106. num. 82. lib. 1. & consil. 413. numer. 32. lib. 5. vbi defendit si testator vocauerit agna-
126 tum, vnum tantùm primogenitum, et vnus aderat tempore testamenti, qui deinde decessit, & alter superuenit tempore mortis testatoris, atque ita quando venit casus successionis, his postremus censetur vocatus, et admitti debet. Nam habilitas, vel inhabilitas inspi-
127 citur de eo tempore, quo actus ad suum effectum deducitur. l. in delictis. §. si damnum. ff. de noxal. action. l. 2. §. in filijs. ff. de decur. Peregr. consil. 39. num. 22. post Albam. in consil. 60 n. 9. quem sequitur Roland. consil. 39. nu. 50. in fin. lib. 4. Olasc. plenè in consil. 71. per tot. & praesertim nu. 15. & 16. & post Cephal. in consil. 590. Riminald. Iun. in consil. 544. num. 225. & seqq. vbi consuluit contra Menoch in consil. 220. lib. 3. qui contrarium determinauit, latè Gaspar. Anton. Thesaur. quaestion. forens. lib. 1. quaest. 34. à num 23. vers. habilitas inspicitur de eo tempore, quo actus ad effectum deducitur &c. & adde Surd. in consil. 90. num. 18. versic. sufficit esse capacem tempore purificata conditionis &c. latè Cost. in tractat. de ration. rat. quaest. 30. numer. 3. vers. in hareditatibus requiritur capacitas successionis tribus temporibus, scilicet, testamenti, mortis, & aditionis hareditatis &c. cum multis ibi allegatis, & videatur distinctio Casanat. in d. consil. 26. num. 16. vers. quo tempore debeat interuenire qualitas ad successionẽ requisita &c.
128 Et supradicta conclusio maximè procedit in successionibus ab intestato, cum tunc sine dubio requiritur capacitas de tempore delatæ

hæreditatis, *d. l. si cognatis. ff. de reb. dub. et latè per* Menoch. *consil.* 828. *nu.* 33. Alba *consil.* 106. *num.* 12. Surd. *decis.* 20. *num.* 8. *cum aliis relatis per* Giurb. *de success. feud.* §. 2. *glos.* 4. *nu.* 3. *et seq.* Cyriac. *controuers.* 4. *n.* 14. *et* 15.

Ita vt capacitas postea superueniēs in præin-
129 dicium iuris alteri medio tempore quæsiti,
nullatenus retrotrahatur. *Casanat. d. consil.* 26,
num 13 benè *Bart. in tractat. Minoric. lib.* 4. *distinct.* 3. *cap.* 2. *num.* 9. *vers. contrarium. quem sequitur Syluest. in verb.* Religio. *num.* 10. cum aliis allegatis *à* Rota *coram* R. P. *D.* Bichio *in causa Romana successionis de Zanis* 17. *Maij* 1641. §. *Nec obstat. vers. in successionibus ab intestato requiritur capacitas de tempore delatæ hæreditatis, et vers. capacitas superueniens non potest retrotrahi in præiudicium &c. cum ibi allegatis*, & adde *Francisc.* Censal. in addit. ad *Peregr. de fideicommiss. ad artic.* 22. *nu.* 7. *vers. qualitatem, quæ aliquem successibilem, vel incapacē facit tempore successionis delatæ hæreditatis requiri &c.*

Ex supradictis ritè ad propositum nostrum
argui potest, nam cum tempore successionis,
nempè mortis testatoris, non extitit paro-
130 chialis illa prima, quia quodammodo præ-
mortua fuit ipsi testatori, & ideo secunda, vel
tertia, quæ reperitur Parochialis de tempore
mortis testatoris, iure meritò tale legatum
petere, & obtinere poterit, certè poterat te-
stator, si voluisset mutare talem voluntatem,
131 *ex iuribus supra adductis*, quod cū non fece-
rit censetur illam vocasse. Quæ conclusio eò
magis sibi vindicat locum, quando legatum
est tenue, quia præsumitur factum respectu se-
pulturæ, & ideo iudicandum est debitum Pa-
132 rochiali, in qua decedit, & hanc partem se-
quuntur *plures relati à Boer. dec.* Senatus Bur-
degal. 176. *num.* 2. et ibi etiam refutatur *Cuii. de Cug.* dùm contrarium sensit, et affirmatur
supradictam opinionem esse magis æquam, et
133 iuri consonam, quando aliud non apparet
de mēte testatoris *iuxt. text. in l. si seruus plurium* §. 1. *ff. de legat.* 1. & in puncto, quidē sic
quoque senserunt *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 14. *num.* 7. *vers. cæterum hic, & nuper*
134 *Illuminat.* Moron. *in suis respons. cap.* 69. *n.* 13
vers. legatum deberi Ecclesiæ Parochiali in qua testator decedit &c.

Quæstioni supra relatæ non longè dissimilis
135 est illa, nempe, *An legatum pro sepultura alicui Ecclesiæ relictum, debeatur eidem, illa postmodum alibi electa, vel euacuatum dicatur legatum*, et licèt multa pro euacuatione adduci
posset, tamen rationes pro subsistentia viden-
136 tur validiores, & potissimum, quia funda-
mentum, et finis legatorum piorum, alius nō
est, quàm amor DEI, et salus animæ, nam
solius DEI consideratione habita, quis ad piè
137 disponendum mouetur *l. quoniam in multis* 16. C. *de sacrosanct. Eccles.* vbi DD. id docēt, &
idcirco huiusmodi legata tot priuilegiorum
138 pondere perfruuntur, vt colligi potest *ex tot. titul.* C. *de sacrosanct. Eccles. & cap. relatū* 11. *et c. fin. de testam.* Quare cū in legatis piis,
vt dixi causa finalis sit DEVS, qui manet in
æternum, ideo & si alibi sepultura sit electa,
139 atque sequuta fuerit, hac de causa non cen-
setur adēptum dictum legatum, quia electio
sepulturæ censetur causa impulsiua, cuius de-
fectus non vitiat dispositionem, cum et causa
140 primaria seu finalis subsistat, quæ hic haud
peribit vmquam, Estque generale, quamcum-
que causam adiectam dispositioni piæ causæ,
nisi expressè à disponente dictum sit, eam esse
141 finalem, intelligi esse impulsiuam, *ita Abb. in cap. verum, nu.* 3 *ext. de condit. apposit.* Felin. *in c. verum* 7. *num.* 7. *de form. compesent.* Couar. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 14. *num* 6. Vlterius dispo-
sitio in aliquem collata contemplatione alte-
142 rius primo deficiente, ea non caducatur re-
manente eo, cuius contemplatione fuit facta
l. seruo legato 72. §. *mater filio. ff. de legat.* 2. Bart. *consil* 26. *num.* 3. *part.* 1. Crauett *consil.* 231. *nu.* 16. Gratian. *decis.* 60. *num.* 2. *& seq.* Rota *decis.* 391. *n.* 2. *et* 3 *part.* 1. *recent* Et ita in puncto fuis-
se iudicatum Neapoli in Tribunali Reuer.
Fabricæ S. Petri de Vrbe refert *Carol. Marant. respons.* 9. *in fin. part.* 1. Contingerat enim
quod quidam reliquerat se sepeliendum in
Ecclesia Domus Professæ Neapolitanę Socie-
tatis IESV, ideoque d. Domui reliquit lega-
143 tum 500. ducatorum, sed postea mutata sē-
tentia, alibi se sepeliri iussit. Vnde fuit dubita-
tum, et decisum vt supra.

Circa admissionem prædictæ conclusionis,
lupum teneo auribus, quia dum testator alibi
144 eligit sepulturam, declarat eius volūtatem,
magis facto, quàm verbis. *l. de quibus. ff. de legib.* et facta sunt potiora, verbis iuxta. *l. si tamē* §. *ei qui. ff. de adidit. edict. et dixi in annotat. ad decis.* 431. *num.* 93. *vers plus est aliquid declarare factis, quā verbis &c. part.* 4. *recent. to* 2. quo-
niā per talē aliam electionem sepulturæ testa-
145 tor declarauit se velle adimere legatum, ex
eo, quia tollit onus cuius contemplatione le-
gatum factum fuit, cum clari iuris sit, quod
146 etiam facto adimitur legatum. *l. cum tale.* §. *penul. l. cum ita datur, et l. si quis seruus. ff. de condit. et demonstrat.* Tunc sanè admittenda
venit prædicta opinio affirmatiua, quod de-
147 beatur tale legatum, quando legans mor-
tuus est in Hospitali, et per consequens ibi in
Hospitali sepeliatur, *pro vt sēsit* Nouar. *quæst. forens. part.* 1. *quæst.* 40. *num.* 10. *vers. quia mortuus est in Hospitali &c.* Nam dum per legata-
rium non stat, quod non adimpleatur condi-
148 tio legati, non releuat, quatenus non veri-
ficetur, nam impeditus impedimēto facti, re-
manet illæsus. *cap. significante de pignor. cap. imputari de regul. iur. in* 6. Rota *in antiq. dec.* 2. *de prabend.*

Hinc est, quod impedito, impedimēto facti,
149 datur facile restitutio in integrum *ex relatis*

à me

à me in annotat. ad decis. 3 num. 18. part. 3. recen.
Quare idem respondendum erit, quod legans
150 quid pro sepultura alicui Ecclesiæ, si infelici
sorte decedat excommunicatus, & proinde in
Ecclesia sepiliri non possit, *vt in cap. sacris. de sentent. excommun.* vel se ipsum occidat, *vt in*
151 *cap. ex parte. il 2. de sepultur.* vel impenitens
decedat, vel in peccato mortali, quibus omni-
152 bus deneganda venit sepultura Ecclesiastica, & tunc etiam Ecclesia illa debet consequi
prædictum legatum, quia non stat per ipsam,
153 sed facto legantis, et eius culpa accidit, vt
legatum non adimpleatur *Dynus, & Bart. in l. mulier §. ream. ff. de adulter.* Idem Bart. *in l. si quis ad declinandum. C. de episcop. & cleric. & in l. 1. C. de his, quæ pœn. nomin.* Guliel. de Benedict. *in cap. Raynntius in verb. mortuo itaque el. 2. num. 30. & 295. de testam* Spin. *de testament. glos. 2. de elect. sepultur. num. 34.* Menoch. *qui testatur de cõmuni de præsumption. lib. 4. præsũpt.* 183. Amescua *in tractat. de potestat. in se ipsum lib. 1. cap. 22. num. 33.* Angel. *in summa in verb. legatum num. 10.* Armill. *in eodem verb. num. 8.* Syluest. *pariter eodem verb. 1. quæst. 4. & 6.*
Quæ conclusio procedit, etiam si testator in
154 legato addidisset, quod aliàs non valeat legatum factum Ecclesiæ, nisi ibi sepeliatur. *Simon. de Prat. de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. interpretat. 3. dub. 1. num. 11.* Sebastian. Medic. *de sepultur. part. 1. quæst. 25.* Perez. *de anniuers. cap. 11. num. 33.* Ratio conclusionis est, quia ea conditio posita in legato de sepelliendo proprio cadauere in Ecclesia est conditio mixta,
155 quæ quando adimpleri non potest, vel non stat per legatarium quo minus adimpleatur
habetur pro adimpleta. *l. in testamento la 2. & l. vter ex fratribus, & l. Titius si statuas. ff. de condit. et demonstrat. & l. post dict. §. item si quis conditio ff. quand. dies leg. ced.* latè Perez. *cap. 11. nu. 36. qui refert, & sequitur Thom.* Pellicion. *illustr. quæst part. 1. quæst. 31. circa med. vers. & procedit dictum &c.*

ARGVMENTVM.

Testator, quando aliquid reliquit alicui Ecclesiæ, & hoc siue in specie, siue in genere fuerit nominata Ecclesia, sane illud non acquiritur Rectori illius, sed vadit in vtilitatem dictæ Ecclesiæ, sicque ea bona non potest alienare, nec transigere super is, sine Beneplacito Apostolico, & quid si ante aditam hæreditatem conuenerit, vt ea bona persistant penes hæredem.

Quæ conclusio procedit etiam si fuerit facta mẽtio Rectoris in ipso legato, eum id censeatur expressum causa demonstrationis, limitatur tamen id, quando talis Rector erat consanguineus ipsis Testatoris, quia censetur tunc relictum ipsi Rectori.

Filio relictum etiam sub commemoratione patris censetur non patris contemplatione, sed ipsius filij relictum, nam demonstratio non censetur causa dispositionis apposita. Patri, & non filio, quando quis aliquid voluisset relinquere, certe non filio, sed patri relinquisset, Donatum filio à consanguineis patris, quando patris contemplatione, & quando ipsius filij censeatur donatum &c.

SVMMARIVM.

156 *Testator, quando aliquid reliquit alicui, Ecclesiæ, id non censetur relictum ipsi Rectori, sed in vtilitatem ipsius Ecclesiæ. & n. 157.*

158 *in Legatis relictis Ecclesijs. si fiat mentio in eis de eorum rectore, tunc persona illa censetur nominata demonstratiuè. et amplia num. 163. et 164.*

159 *Disponentis mens, et affectio semper inspici debet, considerando in quem dirigat eius mentem et quid contempletur.*

160 *Actus ipsi non tantum sunt contemplandi simpliciter, sed in quo sit contemplatio.*

161 *Meum est, quod mea contemplatione alicui relinquitur.*

162 *in Legatis pijs ambiguis, quattuor veniunt meditanda.*

165 *Legati pij causa finalis dicitur amor DEI, & salus animæ, potius quàm aliud interesse.*

166 *Legatum ei debetur, cuius contemplatione factum est.*

167 *Donum ei quæsitum censetur, cuius contemplatione datum fuit.*

168 *Legatum præsumitur relictum alicui, propria eius contemplatione.*

169 *Munera per* Principem *Ambasciatoribus data, cuius contemplatione censeantur data.*

170 *Filio relictum quamuis in potestate patris existenti eius contemplatione non patris relictum videtur. et n. 174.*

175 *Filio relictum, eius contemplatione censetur relictum, quamuis mentio patris sit facta. Demonstratio non censetur causa dispositionis apposita.*

172 *Qualitas semper censetur adiecta dispositioni, et persona causa tantum demonstrationis.*

173 *Pater, si habeat plures filios, et vnum ex eis impuberem, & ita substituat, Filio meo impuberi, ista substitutio non est pupillaris, et quare.*

175 *Patri, et non filio, si quis voluisset aliquid relinquere, certè non filio, sed patri reliquisset.*

176 *Filio sine dubio censetur aliquid relictum, & non patri, quando id quod fuit datum conuenit ipsi filio.*

177 *Amplia. quando filij sunt nati, et proprio eorũ nomine sunt vocati.*

178 *Filijs, dum aliquid est donatum per eorum consanguineos, contemplatione patris censetur relictum, et quando id sit verum n. 179.*

180 *Actus quando ad vnum pertinet, tunc si duo gerant illum, videtur vnus nomine alterius gerere.*

181 *Pater, et mater, si simul promittunt dotem filia,*

lia, mater censetur promittere vi fideiussor mariti; et non animo donandi.

182 *Filio, quando est donatum aliquid ab eius cõ*
sanguineo. quod à patre non erat debitum, et
tunc contemplatione ipsius filij censetur re-
lictum.

183 *Filio relictum sub commemoratione patris, et*
patria potestatis. tunc censetur relictum con-
templatione ipsius patris.

184 *Et sic fuit decisum in Senatu Neapolitano.*

185 Relictum *Rectoribus alicuius Ecclesia, subin-*
tuitu, et contemplatione ipsius Ecclesia non
ipsis, sed ipsi Ecclesia censetur relictum.

186 *Quare non possunt dicta bona relicta sic Ec-*
clesia alienare.

187 *Rectori alicuius Ecclesia relictum, intuitu*
Ecclesia ipse nõ potest renunciare, nec aliquo
modo transigere, quantumuis Ecclesia non
fuerit adhuc tradita.

188 *Ecclesia, si aliquid sit relictum, et Rector illius*
conueniat, ut ea bona permaneant penes ha-
redem, ex hoc dicitur adita hareditas, & facta
alienatio, et n 189.

190 *Bona Ecclesia, quãdo alienantur, ad eius va-*
liditatem omnino requiritur beneplacitum
Apostolicum.

191 *Aliàs talis alienatio corruit ex defectu con-*
sensus.

102 *in Alienatione iuris quarendi Ecclesia an re-*
quiratur beneplacitum Apostolicum.

193 *Alienare. quod suum est, aliud est, et aliud non*
acquirere.

194 *Perdere, vel non accipere par non est ratio.*

196 *Rectori alicuius Ecclesia. si aliquid relinqua-*
tur, tũc censetur ipsi, et non Ecclesia, relictum
quando relinquens est consanguineus rectoris.

CAPVT LXX.

GEneraliter pariter prænotãdum venit in
quotidiana, illa materia de qua in præ-
cedenti capite, quando Testator aliquid lega-
uit Ecclesiæ, & hoc siue in specie, siue in gene-
156 re Ecclesia sit nominata, tunc illud nullate-
nus debetur Parocho, vel Rectori illius Eccle-
siæ, sed pro vtilitate ipsius Ecclesiæ est expen-
dendum, quia illud magis Ecclesiæ contem-
platione factum fuisse præsumitur, vt proba-
tur ex textibus *in can. pacificens 12. quæst 7. in*
cap. requisiuisti de testam. §. interdicimus Auth.
de Ecclesiastic. tit. et facit l. cinibus. ff. de reb dub.
& in l. annua. §. à Titio ff. de annu. legat. & latè
Bart, et Socin *cæteriq. Scribentes in d. l. ciuibus,*
quod procedit etiamsi legatum sit factum
Episcopo, Parocho, vel Rectori talis Ecclesiæ,
157 vt dixit Rota *coram bon. me. Card. Seraph de-*
cis. 1159. num. 7 vers. aut est factum legatum
Rectori habenti Ecclesiam, et tunc potius. Eccle-
sia, quàm persona censetur relictum &c. coram
bon. mem. Orano *in causa Valentina Bmolumẽ-*
torum 12. Februarij 1596. §. 1. vers. non dicitur
acquisita personis, seu Ministris Ecclesia &c. id-
que optimè fuit consideratum *in causa Gau-*
den. Iurisdictionis 24 Nouembris. 1634. coram
bon. mem. Card. Hieronym. Verospio. *est decisio,*
309. num. 1. part. 6. recent. vbi plura habes in
hac materia. Quæ decisio deinde *confirmata*
fuit coram re. me. Merlino *sub die 3. Decembris*
1635. est decisio 76. part. 7. recent. vbi sub nu 17.
apertè asseritur in legatis relictis alicui loco,
nempè Ecclesiis &c. si personæ, quæ eatum cu-
158 ram habẽt, exprimantur, præsumi stare de-
monstratiuè, *plures alias decisiones in eadem*
causa emanatas, qui, desiderat, videat decis. 32.
eadem part 7. recent. vbi in fine plures, vt dixi
decisiones congessi, *& videlatè Genuens. in suis*
practicabil. Ecclesiast. tricenar. 14. quæst. 399.
vbi de veriori opinione testatur, et melius id tra-
ctat Cened. *in suis quæstionib. Canonic. quæst.*
20. ferè per tot.

Semper enim insp-icienda est mens, et affe-
ctio disponentis, in quem dirigit suum finem,
159 cum dispositionis effectus dirigatur in per-
sonam contemplatam. *l. seruo legato. §. si testa-*
tor. ff. de legat. 1. l cum pater. §. donationis. ff. de
legat. 2. itaq. continuò inspicere debemus nõ
ipsum actum simpliciter, sed in quo fit con-
160 templatio. *l. si pater. §. qui duos. vbi Bald ff. de*
adoption, et sic non quo nomine actus geritur,
sed cuius contemplatione: *Bart in l. 1. § fin. n.*
2. ff. ad Trebell. & in l. seruo legato §. si testator.
num. 1 ff. de legat. 1. Bald. *in l. si pater. §. qui duos.*
num. 4. ff. de adopt. Menoch *in consil. 241. nu. 20*
ver. fuisse factam contemplatione D. Franciscbi-
na &c. lib 3. Surd *decis. 118. numer 2. vers. vel*
al ss contemplatione mea &c. vbi post Bald. as-
serit, meum esse, quod mea contemplatione
161 alicui conceditur. *Grasian. decis. 60 numer. 3.*
vers. quod aliquid contemplatione alterius &c.
Andreol. *controuers. 58 n. 8 vers. attendendũ nõ*
quo nomine, sed cuius contemplatione &c. Mar.
Giurb. *in suis decisiũs Obseruat. cap. 6. num. 4.*
vers. alterius contemplatione vnt datur, perinde
&c. & vt bene aduertit *Rota coram bon. mem.*
Card. Panzirolo *decis. 574. num. 8. part. 5. recent.*
tom. 2. quartuor in similibus legatis ambiguis
162 esse animaduertenda. *Primò* persona à qua,
et ad quam dispositio dirigitur. *Secundò* ma-
teria, *Tertiò* qualiter, & sub qua forma, *Quartò*
quæ fuerit finalis intentio, & latius, & ibi.

Amplia supradicta procedere etiã si nomẽ
proprium Prælati, vel Rectoris Ecclesiæ sit ex-
pressum, quia pariter tunc legatum Ecclesiæ
163 deberetur, vt verbi gratia, *si R. Bernardo*
Rectori Ecclesiæ Sanctæ MARIÆ legetur mil
le, quia tunc non ei, sed vt dixi, Ecclesiæ reli-
ctum censetur. *ita Bart, in l. 2. num. 2. ff. de reb.*
dub. & apertius *Castren. et Socin. ibidem n. 15.*
vers. 3. & vltim. Abb *in consil, 93. num. 2. lib. 2.*
& in cap. requisiuisti nu. 22. de testament. et ibi
Couar. *num. 8.* Quod iterum amplia etiam si
in legato sit dictum soli Prælato talis Ecclesiæ
164 quia adhuc censetur relictum ipsi Ecclesiæ,
et hoc

et hoc quidem, dum qualitas legati id suadet,
vt tradunt Canonistæ in d. c. requisiuisti. de te-
stam. Sociu. in d. l. cinibus num. 14. ff. de reb. dub,
& admisit Rota in causa Romana Anniuersa-
riorum. 22. Iunij 1635. coram Merlino est deci-
sio 59. nu. 33. part. 7. recent. inter eius impress. est
decis 685. num. 36 part. 1.

Nam censetur spectatus cultus, et fauor ip-
sius Ecclesiæ tamquam coniunctus cum salu-
165 te animę eius, qui tale legatum fecit, cum
causa finalis legati pii aliud non sit, quàm
amor DEI, & salus animæ, vt dixi supra, & ra-
tiocinata est Rota coram Card. Lancellott. dec.
233 num 4. vers. in legatis pijs semper causa fi-
nalis legati est amor DEI. & salus animæ &c.
cum ibi allegatis. part. 3. recen. Quare vt præmiti
potius salus animę, quàm particulare interes-
166 se Rectoris considerata censetur. Anchar. in
cap. officij num. 16. Imol. num. 27, Barbat. n. 35,
de testam. et per Abbat. in cap. requisiuisti nu. 27.
post glos. ibi in verb. secus autem eodem tit. de te-
stam. Petr. de Vbald. in tractat. de canonic. Epi-
scop. cap. 7. nu. 56. Lapus de portion. canon. cap.
12. nu. 1. & est regulare, vt legatum ei debea-
tur cuius contemplatione factum fuit iuxta
text. in l. annua. §. attia. ff. de ann. legat et in d. l.
ciuibus ff. de reb. dub. Durand, de art. testādi ti-
tul. 6. cautel. 7. Fachin. controuers. iur. lib. 5. cap.
41. sicuti etiam donum illi quæsitum cense-
167 tur, cuius contemplatione datum fuit. l. pro-
fectitia. §. 1. ff. de iur. dot. l. sed si plures. §. in ar-
rogato ff. de vulgar. & pupill. l. dotem dedit. ff. de
collat. bonor. l. aditio. §. 1. ff. de acquir. hered. leg.
fin cum ibi notat. C. de vsufruct.

Non nego regulariter loquendo, quando
aliquid legatur alicui, præsumitur relictum
propria eius contemplatione, et non alterius,
vt notat Bald. per illum text. in l. vltima num. 6.
ff. quib. ad liberę procla. non liceat cum alijs alle-
gatis à Rota coram re. mem. Merlino decis. 885.
num. 14. vbi asseritur quod munera data per
168 Principem Ambasciatoribus, ipsis, non au-
tem eorum Principibus à quibus missi sunt,
censentur acquisita. iuxta cum l. multa. C. de
bon. quæ liber Bart. in l. si vero. §. item quidquid,
sub num. 3. ff. solut. matrim. Brun. de Legation.
cap. 6. lib. 1. Menoch præsumpt. 26. num. 8. et 23.
lib. 3. Vnde pariter relictum filio in potestate
patris etiam existenti, eius contemplatione,
169 non patris, relictum videtur, vt probatur in l.
penult in fin. in verb. plerumque. C. de vsufruct.
et ibi notat glos. nam illa dictio, plerumque, re-
gulam ostendit. l. qui plures ff. de vulg. et pupil.
l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. l. non
dubitamus ff. de condit. & demonstrat. l. tertia
vers. plerumque. ff. de offic. præfect. vigil. et hanc
170 regulam in specie probarunt. Bart. in l. filius
familias la 2. nu. 1. ff. de donat. caus. mort. Bald.
Paul. Castren. et Alex. in l. etiā aliquis. C. de iure
deliber. Ruin. consil. 194. n. 2. vol. 2. Surd. decis.
Mantuan. 322. n. 46. vers. filio relictū, non patri,
sed sui ipsius cōtemplatione censetur relictū &c.

Quodque procedit etiam si patris menio
facta fuerit, quia persona patris intelligitur
171 fuisse adiecta gratia demonstrationis l. ibi
verbis in fin. ff. de hered. institut. et demon-
stratio non præsumitur causa dispositionis
apposita l. demonstratio. ff. de condit. et demon-
strat. & ita voluerunt Bart. Bald. et alij in
locis supra citatis idemque Bart. in l. vltima C.
de vsufruct. et in tractat. de duobus fratribus. n.
8 et Ruin. ind. consil. 194. nu. 3. vol. 2 et respō-
dit Rota in causa Romana Fideicōmissi de Co-
ronis 12. Iunij 1651. corā R. P. D Cerro §. Quo-
niam vers. regula est pro filijs, quod eis relictum
propria, non autem patris contemplatione relictū
censeatur, etiam si vocati fuerint adiecto nomine
patris &c. vtique hoc est perpetuum, vt in du-
172 bio qualitas præsumatur adiecta dispositio-
ni, et personæ causa tantùm demonstrationis,
vt probat. l. vltima. §. Titia in fin. ff. de liberat. le-
gat. Bart. in l. cum pater. §. mensa. ff. de legat. 2.
quem sequuti sunt Ias. in l. centurio numer. 51. et
ibidem Rip. nu. 140 ff. de vulgar. et pupillar. sub-
stitut. vbi definiunt, si testator habebat plures
filios, et vnum ex eis impuberem, & ita substi-
173 tuat, substituo filio meo impuberi, illa substi-
tutio non est pupillaris, etiam si dictum sit
impuberi, quia ista qualitas impuberis, posita
est demonstratiuè ad demonstrandū ex mul-
tis filijs, filium illum impuberem.

Confirmatur insuper ista opinio, vt dum
aliquid relinquitur filio familias, quamuis sit
facta mentio patris, censeatur quidem id reli-
174 ctum contemplatione ipsius filii, et non pa-
tris, nam quis est ita captus oculis, quin non
videat, si testator voluisset in totum patri ac-
175 quiri, ei verisimiliter legasset, et nō filio. quæ
enim difficultas erat ista. arg. l. vni. §. sin autem
ad deficientis ff. de cadu. tollend. et latè id tra-
ctat. Raph. Fulgos. in cons. 73. sub n. 4. vsque ad
finem, Et supradicta conclusio hic multò ma-
176 gis procedit, si agatur de relicto, quod filio
quæri possit. Imol. in l. filio familias. numer. 2.
ff. de condit. et demonstrat. Bero consil. 155. nu.
9. lib. 3. Ruin consil. 194. n. 3. lib. 2. Card. Mantic.
de coniectur. vltim. volunt. lib. 8, titul. 16. num. 4.
Simon de Præt de interpretat. vltim volun. vol.
2. lib. 1. solut. 6. num. 14 et 15. Cas. de Grass. decis.
2. num. 3. de donat, et præsertim, quando filij iā
177 nati sunt, et proprio ipsorum nomine voca-
ti reperiuntur, vt notat Afflict. in cap. 1. nu. 21.
de alienat. feud. patern.

Et licet præfata limitentur in relicto facto
per consanguineū, ex quo ratione consangui-
178 neitatis, ex quo disponens censeatur motus
ad donandum, vel disponendum filio cōtem-
platione patris, vt traditur alijs relatis per Si-
mon. de Pręt. d. solut. 6. n. 27. Huiusmodi tamen
limitatio recipitur, quando datur, vel relin-
quitur id, ad quod pater tenebatur, vel in
179 causam ad quam ipse erat obligatus, vt de-
clarant Surd. consil. 488. num. 10. vers. quando
id datur, ad quod pater erat obligatus, vel in
cau-

causam ad quam &c. ibiq. plures DD. congerit.
Et facit illa ratio, quia vbi actus ad vnum
180 pertinet, tunc, si duo illum gerant, videtur
vnus nomine illius gerere, ad quem negotiũ
illud pertinet. l. uxor. §. final. ff. ad Velleian. qua
ratione vtitur Natta in consil. 100. nu. 7. & me-
lius facit doctrina Bald. Nouell. in tractat. de
dot part. 6. priuileg. 3. vers. vidi etiam de facto.
vbi vult quod si pater, et mater simul promit-
181 tant dotem filiæ, mater videtur promittere
vti fideiussor intercedendo pro marito, quam
de suo donare &c. Quando vero illud, quod
donatum, vel relictum est filio à cõsanguineo,
à patre non erat debitum, et tunc relictum
182 censetur contemplatione filij, et non patris
ex adductis per Merlin. de legitim. lib. 2. titul. 2.
quæst. 16. num. 16. & per Hodiernam in annot.
ad Surd. decis. 322. num. 20. et 26. quos secuta
est Rota in Romana Fideicom. 12. Iunij 1651.
coram R. P. D. Cerro. §. Vltimo. vers. secus vbi
relictum fuit, quod à patre non erat debitũ &c.
Restringe tamen, et sic accedam ad propo-
situm nostrum, vt relictum filiofamilias sub
commemoratione patris, et patriæ potestatis,
183 tunc censetur testator reliquisse ei contẽ-
platione ipsius patris, vt loquitur textus in l.
filiusfamilias, et ibi Doctores. ff. de condit. et de-
monstrat. et ita restringit Bart. in d. l. filiofami-
lias la 2. num. 2. ff. de donat. caus. mort. et in d. l.
cum aliquis. num. 3. C. de iur. delib. et sequitur
Bald. et Castr. num. 2. et declarat Socin. Sen. in
cons. 72. num. 10. vers. sed prædictis non obstanti-
bus vol. 3. et melius Card Mantica de coniectur.
vltim. volunt. lib 8. titul. 16. nu. 5. et seq. et adde
Surd. decis. 322. num. 47. vers. fallit quando est
relictum sub commemoratione patris. et patriæ
potestatis &c. et nuper id probat D. Paulus
Staiban. Iun. in suis controuers. forens. decisiu.
184 resolut. 34 à num. 12. vbi etiam in fine testa-
tur, sic fuisse decretatum in sacro Consilio
Neapolitano, et admisit Rota in d. Romana
Fideicommissi coram R. P. D. Cerro. §. Quoniam
vers. quia cum non fuerit facta mentio patriæ po-
testatis &c.
Quare ita dici potest in terminis nostris,
nempè, quãdo aliquid relictum est Parochis,
185 Rectoribus &c. Ecclesiarum commemora-
tione, intuitu, et contemplatione Ecclesiæ,
ipsi Ecclesiæ, et non Rectori censetur relictũ
ex rationibus, et iuribus supra allegatis. Ex quo
sequitur Rectorem nullatenus dicta bona ei
186 contemplatione Ecclesiæ relicta alienare
posse. per text. in auth. licentiam. C. de sacrosãct.
Eccles. et est clara extrauag. Pauli. II. incip.
Ambitiosæ de rebus Eccles. non alien.
Item non poterit eis renũciare, nec aliquo
modo transigere, quantumuis Ecclesiæ adhuc
187 non fuerint tradita, sed existant penes lai-
cos, quia si fuerit conuentum, puta, vt ea bo-
na remaneant penes hæredes, perinde est, ac
188 si secuta fuisset illorum alienatio, vt notant
DD. in l. nulli ff. de transact. et ibi Bart. num. 2.
post glos. in verb. nulli. ff. eodem titul. Redoan.
in tractat. de reb. Eccles. non alien. cap. 1. num. 2.
et Abb. in cap. contingit. num. 3. vers. conclude-
rem eodem titul de transact. Feder. de Sen. con-
sil. 94. Aym. consil 323. numer. 1. vers. dico quod
Prælatus, et perpetuo sensit Rota, et præsertim
coram Verallo decis. 106. part. 1. et decis. 318.
part. 3. et fuit dictum in causa Auersana Ter-
minen. 27. Iunij 1583. coram bo. me. Io. Baptista
de Rubeis, et in Mediolanen. Rescissionis permu-
tationis 10. Ianuarij 1597. coram clar. me. Card.
Hieronym. Pamphil. et in causa Romana Turris
Vergata 19. Iunij 1606. coram bo. me. Coccino
est decis. 150. n. 1 inter eius impress. & nuper fuit
resolutum in causa Gallien. Hæreditatis 1. Fe-
bruarij 1638. coram Eminentiss. D. Card. Hie-
ronym. Verospio. §. ex his deduci poterat. vers.
quæ habent locum, quamuis bona super quibus
transactum fuit, non sint possessa ab Ecclesia.
Quæ decisio deinde amplè fuit confirmata co-
ram eodem in eadẽ causa sub die 21. Maij 1638.
in quibus decisionibus fuit declarata nulla, et
inualida transactio inita, super hæreditate re-
189 licta Ecclesię Patrum Congregationis Ora-
torij Ciuitatis Camerini, de cuius aditione
aliter non constabat, quam per pactum initũ,
vt bona remanerent penes hæredes, qua stan-
te, vt dixi, fuit nulla iudicata transactio, quia
in ea fuit omissa solemnitas Beneplaciti Apo-
190 stolici, quæ requiritur ad validitatem alie-
nationis rerum Ecclesiæ, & iurium ei delato-
rum, & hoc est absolutum in quacumque di-
stractione bonorum, vel iurium Ecclesiæ, vt
cum vtilitate adsit quoque copulatiuè dictum
191 Beneplacitum Apostolicum, alias dicta alie-
natio ex defectu consensus corruet, et sic etiã
attento iure naturali, ex latè, & subtiliter con-
gestis in causa Gerunden. Scribaniæ 26. Februa-
rij 1638. et 21. Maij eiusdem anni coram re. me.
Merlino sunt inter eius impress. decis. 764. et 775.
& suo loco id fusè explicabo.
Quidquid tamen esset dicendum si non es-
semus in iure quæsito, sed solũ in iure quærẽ-
192 do, cui potest per Ecclesiam sine solemnita-
tibus valido renunciari, vt tradidit Rebuffus
in tractat. de rer. Eccles. num. 30. & notat Bald.
in auth. si qua mulier. num. 41. C. de sacrosanct.
Eccles. Ias. in l. legati num. 21. & faciunt tradita
per Alex. in l. legatum. num. 2. & 3. ff. de legat. 1.
Quaranta in summa Bullar. in verb. Alienatio
num. 23. in fin. in 8. amplias. Lap. allegat. 25. nu-
mer. 4. versic. item solemnitas non exigitur in re-
bus nõ dũ in Ecclesia incorporatis &c. et ibi Quin-
tilian. Mandos. in addition. in litera R. alios ple-
na manu refert, et addo Vincent. de Franch.
eundem Mandos. allegando in decis. Neapolit.
14. num 28. versic. infert, quod legatum factum
Ecclesiæ, potest per Prælatum absque solemnita-
te repudiari &c. Zèrula in prax. Episcopali p. 1.
verb. legatum. §. 13. Riccius in prax. part. 1. reso-
lut. 82. et faciunt tradita per Gratian. discept.
forens. cap. 202. num. 37. et 40. et nuper Carol.
Marant.

Marant.*in suis controuers. Iur.par.1.respons.37. num.11.vers.quod facere potuerunt etiam absq; solemnitatibus Extrauagantis Pauli: II. &c. dixitque* Rota *coram bo.me.* Card. Seraph. *decis. 1198. vers.cum in quarendis possit Ecclesia sibi praiudicare &c.* atque recentius dictam conclusionem veram agnouit. *in allegata causa Gallien. Bonorum 1. Februarij 1635. et melius 21. Maij eiusdem anni coram bo. me. Card.* Verospio. *§. Et prima. vers. quasi non ageretur de amissione iuris, iam delati, sed solum iuris quarendi. cui potuit sine ijs solemnitatibus validè renunciari &c.*

Veritas est enim, diuersum censeri aliena-
193 re, quod suum est, & aliud non acquirere,
rationem adducit *text.in l.si sponsus.§.si maritus* ibi, *Neque pauperior fit, qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo disposuit &c. ff. de donat. inter vir & uxor.* ad idem facit *text. in l. Iulianus. ff. si quis omiss. caus. testam.* Et sic non eadē
194 parque est ratio non accipere, & perdere.
l. fin. C. de codicill. l. sancimus. §. licentia ff. de iur. deliber. l. qui autem. ff. de his qua in fraud. credit. & deinde *in causa Vicen. Camerarie 14. Martij 1640 coram Reuerendiss.* Terraconen. *§. Et nisi Papa. vers. non dicitur pauperior fieri ,] qui non acquirit &c.* Amplius in hac materia non immoror, quia ex professo alibi latissimus ero.

Stat ergò inconcussa dicta opinio, quando aliquid relinquitur Rectori Ecclesiæ, comme-
195 moratione, & intuitu ipsius Ecclesiæ, non
Rectori, sed Ecclesiæ censetur relictum, & illud postquam fuit ei acquisitum, non poterit alienari, sine debitis requisitis necessarijs in alienatione bonorum Ecclesiæ &c. Limita tamen prædicta, quando legatum esset factum Prælato, Parocho, vel Rectori alicuius Ecclesiæ ab eo, qui eis sanguine coniunctus est, hoc
196 sanè casu regulariter præsumitur legatum
contemplatione ipsius personæ; non autē Ecclesiæ relictū, & extenditur, vt procedat etiam dum testator legauit Prælato, vel Rectori talis Ecclesiæ, atque ita nomine appellatiuo, nō autem nomine proprio expresso, quia tunc ea verba stant demonstratiuè, non autem dispositiuè, in qua materia cum suis ampliationibus, & limitationibus multus ero *infra in cap. separato,* vbi adducam nonnullos casus in quibus testator dicitur disposuisse ad pias causas, & præsertim quando legatum reperitur factum Ecclesiæ, vel Monasterio.

ARGVMENTVM.

Testator si commiserit executori testamentario, vt bona sua distribuat inter pauperes, inter quos debeat facere talem distributionem. Et quid si eidem sit datus] liberum arbitrium, et absolutum, an possit tunc distribuere] pauperibus cui voluerit, et responsio est affirmatiua, dūmodo tamen illi sint pauperes,]& hoc casu, si pauperes non elegerit quid sit faciendum. Testatoris voluntas est ad vnguem obseruāda, & prout iacet; ita vt perperam agatur, si melius prout iusserit, fuerit adimpleta. Executores testamētarij, quid omnino debeant obseruare in pia testantium voluntate, & plura deducuntur, circa arbitrium eis liberum datum à testatoribus.

SVMMARIVM.

198 *Eleemosyna incertis pauperibus relicta, quibus sit distribuenda.*

199 *An pauperibus vicinis veniat distribuenda.*

200 *Cœna peracta, sicuti reliquia circumstantibus diuiduntur, sic peracta vita aliquid porrigēdum est, eis, qui nobiscum semper fuerunt.*

201 *Pauperibus in genere relictum, debet distribui inter pauperes domicilij testatoris. & nu. 202.*

203 *Testator executori testamentario, quando cōcessit facultatem eligendi pauperes, tunc non tenetur eligere pauperes domicilij testatoris.*

204 *Cum in sua potestate sit talis electio.*

205 *Testator, quando non declarauit suam voluntatem, tunc si ea reperiatur declarata à Iure, ea declaratio est amplectenda.*

206 *in Testatoris voluntate declarāda, verba eius sunt perscrutanda, quia per ea multa possunt apparere.*

207 *Testator, quando commisit executori testamentario distributionem bonorum in pauperes plenè, & liberè,*

208 *Et tunc cui vult potest gratificari, quia testator duo commisit, scilicet expresiè distributionem, et tacitè cui voluerit executor.*

209 *in Arbitrio alicuius libero quoties aliquid cōmittitur, tunc intelligitur de absoluto.*

210 *Arbitrium liberum concessum alicui, vt distribuat bona relicta in pauperes, non extenditur, vt possit eligere non pauperes. et nu. 212.*

211 *Executor testamentarius habens liberum arbitrium eligendi pauperes non tenetur eligere pauperiores.*

213 *contra Testatoris mentem, & voluntatem quidquid fit, nullum inuiolabiliter est.*

214 *Testator, si mandet, vt eius bona distribuantur pro maritādis puellis, non sunt assignanda ingredientibus Monasterium.*

215 *Executor testamentarius in exequenda mente testatoris, semper videre debet quid habet in mandatis.*

216 *Testator, si iubeat, vt vendantur bona mobilia, & immobilia, in his terminis non possunt vendi iura, & actiones.*

217 *Iura, & actiones non veniunt appellatione bonorum mobilium, & immobilium, sed tertiam speciem bonorum constituunt.*

218 *Testatorum voluntates prout iacent sunt seruanda.*

Testator, quod iussit non sufficit facere, nisi fiat, vt iubet.

219 *Testator, quod voluit attendendum est, et non quod melius est.*

220 con-

220 *contra Voluntatem testatoris facere pium nō est, sed potius impium, et inhumanum est, etiā si in magis pios vsus fiat.*
221 *in Testatoris voluntate adimplenda non habet locum regula illa, qui plus facit, idem facere videtur.*
222 *Executores vltimarum voluntatum debent ad vnguem, & formaliter obseruare præcepta testatoris. amplia num. 223.*
224 *Executores testamentarij, quando possint alterare mentem testantis. et nu. 225.*
226 *Testatoris voluntatem, si impium est peruertere, quantumuis in meliores vsus vertatur,*
227 *Quid erit dicendum, si sit clara ad pias causas, et conuertatur in prophanos vsus.*
228 *Testator si iusserit executori, vt distribuat ea bona in pauperes si det nullatenus in pauperes quid hoc casu sit faciendum. et n. 229. et 230.*
231 *Et quando talis executor teneatur de suo, si bona data in non pauperes, fuerunt per eos cōsumpta.*
233 *Facultate sibi concessa à testatore in distribuendis bonis ad pias causas, quando quis abutitur, Superior id reformare poterit.*
234 *in Culpa quando quis est, non debet dolere, si quid sinistri ei accidat.*
235 *Damnum, quod quis ex culpa sua sensit, illud sentire non videtur.*
236 *Qui facit, quod non debet, ei accidit quod non credit.*
237 *Damnificatur in nihilo, qui omnia cautè agit.*
238 *Cauens ne decipiatur, vix cauet, etiam cum cauet, nam sæpe cautor capitur.*
239 *Agens cautè, si etiam aliquando capitur, & quid erit si ineptè negotietur.*
240 *in Negotijs alicuius ponderis non est dormiendum.*
241 *Executor testamentarius facili negotio potest se informare, dum eligere tenetur pauperes, an illi, quibus assignat bona testatoris sint vere pauperes.*
243 *Actio omnis vacare debet quidem temeritate, & negligentia.*
Agendum non est aliquid, de quo non possit reddi ratio probabilis.
244 *Negotia aliena agentes, omnia rimari debent, quamuis omnia in eorū voluntate posita sint.*
245 *Arbitrium quantumuis liberum obligat ad præstanda illa, quæ quisque solet præstare in rebus suis, vel sibi fieri vellet.*
246 *Arbitrium non debet esse bestiale.*
247 *Executori habenti liberum, & absolutum arbitrium non potest dici, cur ita facis?*
in Arbitrio quouis libero, & absoluto semper censetur excepta temeritas agentis.
248 *Arbitrium liberum licet detur alicui semper intelligitur æquitate seruata.*
249 *Æquitati, quod repugnat, numquam censetur concessum in absoluto arbitrio.*
250 *Executori testamento, si sit commissum arbitrium, prout ei videbitur, & placebit, non potest abuti ea facultate.*
251 *Scriptum non censetur, quod facit contra scriptum.*
252 *Arbitrium, quantumuis absolutum, numquā extenditur ad indiscreta.*
253 *in Arbitrio absoluto etiam censetur exceptus dolus.*
254 *Executor testamentarius, quando potius peruersor est vocandus, quàm executor.*
256 *Viui si quid iusserint possunt ipsi exequi, vel exequi facere, sed non mortui.*
258 *Pauper, quis in dubio præsumitur:*
259 *Arbitrium liberum habēs, habet præsumptionem pro se. et num. 260.*
261 *Verbum, videtur, importat arbitriū boni viri.*

CAPVT LXXI.

COnclusum iam est in præcedentibus capitibus, quid sit respondendum quoad
institutionem, vel legatum incertæ Ecclesiæ
factum nullatenus caducari ex defectu incer-
titudinis, quamuis regula sit in contrarium,
et insuper qualiter talis incertitudo declare-
tur ex ipsa coniecturata mente Testatoris;
Vnde modo procedamus alia dubia elucida-
re in casu, quo testator aliquid reliquit pau-
peribus, et non expressit inter quos distribue-
198 retur, et breuiter potest responderi, talem
eleemosynam esse diuidendam inter paupe-
res illius loci, in quo testator domicilium ha-
bebat, nō autem inter alios, qui essent à præ-
dicto loco extranei, et hoc propter effectio-
nem, quam cēsetur habere ad dictum locum,
vt dixi supra etiam, in terminis Ecclesiarum
199 incertarum, et sic etiam personis ibi manē-
tibus, quæ sibi vicinæ fuerunt, à quibus fo-
mentum, consolationem, et seruitia multa re-
cepit, et facit dictum Moralis philosophi Se-
necæ in epistol. 77. ibi, *Non est inhumanum,*
quemadmodū cœna peracta si reliquia circum-
200 *stantibus diuidantur, sic peracta vita aliquid*
porrigi his, qui nobiscum fuerunt &c.

Quod enim talis eleemosyna incerta inter
pauperes illius loci, in quo testator domici-
201 lium habebat, sit distribuenda, ista fuit opi-
nio glos. communiter amplexæ. *in cap. si pa-*
ter 1. in verb. pauperes, vers. & de pauperibus lo-
ci proprij domicilij &c. extra de testam. in 6.
ita etiam censuit, *Speculator de instrument.*
edit. §. nunc verò aliqua. num. 64. vers. & idem
si pecuniam. Felin. *in cap. sicut. numer. 4 vers. &*
adde glosam singularem. de simon. et in cap. vlti-
mo. num. 49. de foro competent. Anchar. *cons. 214.*
num. 11. in fin. & 12. Paris. *consil. 38. num. 28.*
vol. 3. ubi alijs pleno calamo relatis per Tiraquell.
in tractat. de priuileg. piæ causæ priuileg. 56. Qui-
bus addo Surd. *in tractat. de aliment. titul. 1.*
quæst. 93. num. 13. vers. veniunt solum pauperes
sui domicilij &c. vbi tamquam egregiam, &
communem extollit *supradictam glos. in d. cap.*
si pater.

Huic

202 Huic opinioni quoque adhærent Cardin.
Mantica de coniectur ultim.volunt.lib 8 titul 5.
num.2. vbi etiam singularem vocat dictam
glos. Ludouic. Messia in pragmatic. tax. pan.
conclus.5.num.96. Gregor. Lopez. in l.10. in
verb. de aquel lugar.tit.5.par.6.Padilla in l.præ-
ses.nu.24.C.de seruit.& aq. Couar. in cap. cum
tibi.num.14. de testam. Menoch. de præsumpt.
lib.4.præsumpt.125.num.5 vers primum elige-
re debent &c. idemque refert Gonzal. ad re-
gul.8.Cancellar.glos.2.num.59.Aufrer.ad Cap-
pel.Tholos.quæst.57 num.4.Bonacin.tom.2.de
contractibus disput 3. quæst. 17. punct. 8. §. 4.
num.1.in fin.Borell.in summ.decis.Regn.tom.3.
titul.22.num.33.& seq.
Verum tamen est, quãdo testator exequu-
203 tori testamẽtario concessit facultatem pau-
peres eligendi; is enim non tenetur eligere
pauperes domicilij testatoris, cum in sua po-
204 testate sit talis electio, ita Ioan. Andr. Do-
min. Lap & Franch. in d.cap si pater de testam.
lib.6. Capell.Tholos. decis.118. num.2. Cardin.
Mantic de coniectur.ultim. volunt lib 8. cap.5;
num.2.vers nisi testator, & dixit Rota in causa
Romana Dotis de Matthæis 17.Decembr 1574.
coram bo.me. Marcello Bubalo, vers hinc vide-
mus &c. A qua tamẽ limitatione recedit Co-
uar.in d.cap. cum tibi,num.14. de testam. quia
205 mens testatoris videtur restragari,stante de-
claratione eius facta à Iure, quod ille testator
intellexerit de pauperibus domicilij, ergò
exequutor tenetur eam sequi. Veritas tamen
est in hoc regulam generalem non posse con-
206 stitui; nam verba prolata à testatore scru-
tanda veniunt, per quæ eius voluntas solet
apparere, vt satis notum est.
Quando enim in arbitrio exequutoris te-
207 stamentarij fuit commissa distributio bono-
rum in pauperes, & additum fuit plenè, & li-
berè, & tunc potest cui vult gratificari, Nam
in tali legato pio, duo ordinauit testator, vnũ
expressè, nempè vt certum quid distribuere-
208 tur in pauperes alterum verò tacitè, scilicet
quales esse debeant dicti pauperes, & id in li-
bero arbitrio exequutoris posuit; nam quo-
209 ties aliquid committitur in libero arbitrio
alicuius, tunc de libera voluntate intelligitur,
vt notat Bart.in l.si sic ff.de legat.1.& in l.alio.
col.3.vers ex prædictis ff.de aliment.et cib.legat.
& in l.fideicommissa. § si sic ff. de legat.3. Bald.
in l.1.ff.de milit.testam Roman.in l.filiusfami-
lias col.3.in 3.casu principal.ff.de donat et Dec.
in l in persona. § generaliter.nu.2.ff.de reg.iur.
Aduerte tamen licet quantumuis liberum,
210 & absolutum fuerit datum arbitrium,tamẽ
id semper venit intelligendum, & restringen-
dum quoad electionem pauperum, nõ autem
vt possit eligere illos, qui non sunt pauperes;
scio quidem stante dicto libero arbitrio, non
211 teneri eligere pauperiores, quia sufficit eos
esse pauperes, vt inquit Bald.in l.id quod pau-
peribus.nu.33.C.de Episcop.et Cleric. Benedict.
Capra cons.54.num.15. Card.Mantic. de con-
iectur.vltim.volunt.lib.8.titul.5.numer.4.& 6.
& post eos Illuminat Moron respons 4.num.48.
vers si data sit alicui facultas eligendi &c. mo-
neteque hoc esse maximè notandum,
Tamen nullo modo satisfacit menti testa-
212 toris, nec propriæ obligationi, si non eligat
pauperes, quia quidquid agitur contra men-
tem testatoris,& contra formam dispositionis
213 ab eo traditam nullum inuiolabiliter est.
Hinc notabiliter decidit Bald.in auth.nisi. nu-
mer.11.vers & ideo exequutores. C.ad Trebell.
214 in tantũ obstrictos esse exequutores ad ser-
uanda mandata Testatoris, vt si deputentur
ad distribuenda bona, pro maritandis puellis
virginibus, non possunt dare intrantibus Mo-
215 nasterium, quia hoc non habent in manda-
tis, id etiam comprobat Natta in consil.211.sub
numer.19.vers.executores deputati, ad virgines
maritandas, non possunt dare virgini intranti
Monasterium &c. Idque optimè confirmatur
ex sententia Angel. in cons 328. incip Anasta-
sius col.1.et seq. vbi tradit, si testator commit-
216 tat exequutoribus vt vendant bona mobi-
lia, et immobilia, non possunt vendere iura,
et actiones, ex natura mandati, strictè in-
terpretandi, et non extendendi, cum regula-
217 riter iura, et actiones non veniant appella-
tione mobilium, et immobilium, sed tertiam
speciem constituunt bonorum. l à Diuo Pio.
§.in venditione ff.de re iudic.l.quam Tuberonis.
§.fin ff.de pecul.l.mouentium,et ibi Bart. ff.de
verb.signific. Alex.cons.144.nu.1.lib.6. Rota co-
ram bo.me. Coccino decis.83. num.16.et coram
rame Merlino decis.116.num.13.part 5.recent.
Prout ergo iacent vltimæ voluntates ser-
218 uandæ sunt; non enim sufficit facere, quod
testator iubet, nisi fiat, vt iubet l sed si ante.
ff.ad Trebellian. attendendũ certè venit, quod
219 testator voluit, non quod voluisse melius
fuisset. l.extraneum C de hæred. instituend ne-
que pium est facere contra voluntatem testa-
220 toris, sed impium, et inhumanum, quamuis
fiat distributio in pios, vel magis pios vsus.
Angel.in cons.328.num.5 et sensit Rota in cau-
sa Patau. Collegij 1.Iulij 1639 coram Reueren-
diss.D.Tetraconen. § minus releuat. vers quod
melius esset bona relicta pro confirmando Colle-
gio implicare pro maritandis puellis pauperibus,
est contra textum in d.§.disponat auth.de nupt.
Nec in exequenda volũtate testatoris habet
221 locum regula illa, qui plus facit, idem face-
re videtur, vt concludit Card post Ioan. Andr.
& Lap. in Clem. qui contingit in 9 quæst.de re-
222 ligios.dom. quia exequutores vltimarum vo-
luntatum, debent ad vnguem, et formaliter
obseruare præcepta testatoris, quæ omnino,
& omnibus modis iura iubent, vt adamussim
seruentur. §.disponat auth. de nupt. cum simil.
223 etiam Principis rescripto non obstante ex
multis allegatis per Decian. cons.39. numer.2.
vers.Neque Imperator &c.lib.2. Quidquid es-

Digitized by Google

set dicendum, quando testator dedit faculta-
224 tem exequutoribus plenam, & sufficiêtem, et saltem, qualem ipsemet testator haberet si viueret circa executionem alicuius dispositionis, an tunc possint alterare relicta per testatorem, imponendo aliquod onus, et affirmatiuè, sensit, *post Bald. Alex. Ruin. & alios, Rota in causa Gerunden. Sacristia 15. Maij 1634. coram Reuerendiss. Dunozetto Decano. §. Non obstat, quod dicti executores non habe-*
225 *rent facultatem &c.* Sed loquendo, quando sumus in terminis præcisę ordinationis testatoris, et aliqua facultas non fuit cócessa exequutoribus, et tunc incongruum omninò esset recedere ab eius dispositione.

Quare si impium, et inhumanum est per-
226 uertere voluntatem defuncti, quamuis in meliores, et pios vsus verteretur, vt superius dixi, quid erit dicendum, dum voluntas clarè reperitur ordinata ad pias causas, prout est
227 casus noster, nempe quando aliquid inter pauperes relictum est, et exequutor illud nô pauperibus assignet, quod enim nulla, et inepta sit talis assignatio, nec leuiter quidem est dubitandum. *Bald in l. qui testamentum. C. de testam. et vide Calcan. cons.* 8. *Matthesil in singul.* 181. *incip. Nota quod si quis. vers. bona sunt auferenda &c.*

Qualiter ergo in hoc casu sit procedendum, et dic si legatum, non fuerit traditum, nô de-
228 bet amplius tradi, sed pauperes sunt eligēdi iuxta mentem testatoris, et si iam traditû fit, potest per Episcopum, dum nô est consum-
229 ptum reuocari, verum si consumptum sit, adhuc reuocandum venit, secundū id, in quo est factus locupletior, intellige, quando bo-
230 na fide accepit, et consumpsit, si verò interuenit malæ fides totum restituere tenetur, et in omni casu, vel totum, vel id, quod deest ad
231 totum, debet supplere is, qui oscitanter, vel dolosè distribuit, *vide summam Angelicam in verb executor. num.* 18 Et ex nostris *Paris. in cons.* 45. *num.* 19. *lib.* 3 vbi ait, si testator dederit
232 facultatem exequutori testamentario distribuendi bona inter pauperes; prout ei videbitur, et placebit, dato eum eligere nô pauperes, dicitur abuti facultate sibi concessa, et
233 pessimè agere, et à tali electione potest haberi recursus ad Superiorem, qui gesta per executorem retractabit, secundum regulas Iuris, et mentem testatoris. *Bart. in l. societatem. § arbitrorum ff. pro socio, latè Canonista in cap. Quintaualllis. de testament. et tractat Matthaeus de Afflict. decis.* 371. *à num.* 9. vbi etiam inquit quot modis dicatur iniquum arbitriū.
234 Quare dum fuit in culpa, non est mirum, si vt dixi, teneatur supplere, id quod consumptum fuit si non haberi possit.

Quare etsi damnum aliquod ex tali inepta
235 electione, distributori obueniat, illud sentire non videtur, *iuxta text. in l. quod quis culpa. ff. de regul. iur. & in cap. damnum eodem ti-*
236 *tul in* 6. satisq; in ore vulgi versatur prouerbium illud, Qui facit quod non debet, ei accidit, quod non credit. Nam et ille in nihilo
237 damnificatur, qui omnia cautè agit, *vt in- quit Imperator in §. si vero auth. de hared. et falcid. et retulit Rota coram bo. me. Coccino decis.* 4. *num.* 16. *vers. caute omnia agens &c. part.* 5. *rec.*
238 Si enim ille, qui oculatè, et cautè negotiatur, vix tutus est, sicut aduertit bonus ille senes Plautinus his versibus.

Qui cauet, ne decipiatur vix cauet, etiam cum cauet
Etiā cū cauisse ratus, sæpè is cautor captus est.

Quid ergo erit dicendum de illis, qui pigrè
239 negligenterque negotia peragunt. Nam in casu nostro exequutores testamentarij diligenter se gerere debent quia si erunt negligentes, talis negligêtia iudicaretur, vt dolus, vt expresse firmat *Gardin. in Clem.* 1. *in* 8. *notabil. de testam. et etiam Imol in princip. cum aliji relatis per Paris. consil.* 26. *num.* 20. *part.* 4.
240 In negotijs enim alicuius ponderis, non est dormiendum, vltra quod parno certo labore, et mediocri diligentia dictus executor potest informationem capere, an illi, in quos, facere
241 intendit distributionem, sint pauperes, nec ne. Vnde omittendo dictam diligentiam, et assignâdo bona relicta à testatore pauperibus,
242 nô pauperibus, dicitur in culpa, et quis est? qui in rebus suis saltem mediocrem non adhibeat diligentiam.

Congruitque aurea sententia Magni Oratoris Romani 1. de offic. lib. 1. ibi, *Omne actio*
243 *vacare debet temeritate, et negligentia, nec vir agere quicquam, cuius non possit causam probabilem reddere &c.* Quod præcipue obseruandū
244 venit in gerentibus aliena negotia, qui cūcta timari tenentur, quamuis omnia in eorū voluntatem posita sint, Nam, & arbitrium, quantumuis liberum obligat ad præstanda
245 illa, quę quisque solet præstare in rebus suis, vel sibi fieri vellet. *Bart. in l.* 1. *ff. de solut.* Dec. *in l in personam* 52. §. 1. *num.* 3. *ff. de regul. iur.* Seraph *de priuileg. iurament. priuileg* 132. *n.* 86.
246 vbi etiam *num.* 81. ait, arbitrium non debere esse bestiale, & sequitur *Rota in causa Bononien. Aggregationis ad Collegium* 13. *Nouembris* 1641. *coram re. me* Merlino *in fin. vers. Non debet esse arbitrium bestiale &c. est inter cetera impress. decis.* 894. *nu.* 22. *et adde Thom.* Gramat. *consil. criminal* 64. *num.* 2. *& seq.* Rota *decis.* 319. *num.* 4. *vers. de arbitrio ratione regulato, & non de irrationabili censetur sensisse &c. part.* 2. *recent. coram bo. me. Pirouano.*
247 Nec iuuat asserere, stante dicto libero, & absoluto arbitrio, de quo dixi supra *num.* 307. Executori non posse dici, *cur ita facit* nā hæc conclusio sic simpliciter sumpta, est manifestè falsa, quia in quantumuis absoluto arbitrio, &
248 libera facultate alicui concessa, semper censetur exclusa temeritas agentis. Nam vt asserit,

rit, in consil.177. num.4. vol.1. licet detur ali-
cui liberum arbitrium, semper tamen intelli-
gitur æquitate seruata, & in terminis cõcessio
nis liberæ facultatis, vt non censeatur conces-
sum, id quod repugnat æquitati, sensit Rota
in d. Bononien. Aggregationis sub die vero 2v.
Martij 1640. coram eodem Merlino est inter
eios impress. decis 832.

Et in puncto executoris testamentarii, cui
fuit commissum aliquid distribuendi prout ei
250 videbitur, & placebit, vt non possit abuti fa-
cultate sibi concessa facit text. in l. fideicõmissis
§. sic fideicommissum, vers. quamquam ff. de le-
gat. 3. l. Thais §. fratre. ff. de fideicommiss. hered.
Iason l. si sic. num 4 ff. de legat. 1. Barr. in consil.
194 .nu.3 in fin part.1 Paris. in consil. 45. n.16.
& seq. vol.3. & Card. Mantica de coniectur. vlt.
volunt. lib 8. titul.5. nu8. vers. non possunt abuti
potestate sibi concessa &c. Cancheran. decis. Pe-
demont. 111. sub num.9. vers. Verbum placere
præsefert arbitrio boni viri &c. Afflict. decis.
Neapolitan. 307. num.12. vers. semper intelligi
debet de arbitrio boni viri &c. Capyc decis. pari-
ter Neapolit. 161. nu.4. vers. hac verba relinquo
beneplacito suo. non important liberam volun-
tatem, sed potius arbitrium boni viri &c. Con-
gruitq. dictum Bald. l. præscriptione. C. si cont.
ius, vel vtilit. & in l. cum proponas la 2. C. de
251 pact. nempe, vt non censeatur scriptum id,
quod facit contra scriptum.

In iure est satis apertum, quando alicui tri-
buitur plenum arbitrium, nullatenus potest
252 ex tali plenitudine contra rationem aliquid
indiscretè facere l. creditor. §. Lucius Titius. ff.
mandat. & notatur in cap causam. de elect. Bart.
in l filius familias. ff de donat. & in extrauag ad
reprimend. in verb videtur, & notatur in Cle-
ment. sæpè de verb signific. Ioann. de Selu, in tra-
ctat. de benef c quæst. 1. part. 2. num. 26. vers. non
propterea ex tali plenitudine &c. Quare in quã-
tumuis libero, & pleno arbitrio, semper cen-
setur exceptus dolus illius, cui dicitur tale
253 arbitrium concessum, vt post Bart. Bald.
Alberic. & al. censit Rota in causa Bononien.
Legati 1. Iuly 1637. coram Eminentiss. D. Card.
Verospio est decis 239. num. 19 part. 7. recent.

At loquendo in terminis nostris, procul du-
bio intraret temeritas ac exulata turpiter re-
254 maneret æquitas, si executor indiscretè,
quantumuis esset absolutus, & liber, loco pau-
perum à testatore vocatorum, negligenter,
aut dolosè vocaret non pauperes, ligna. vt di-
citur in syluam ferendo; Vnde non exequutor
testamentarius, sed peruersor, seu violator
255 mentis testatoris vocari iure posset. Aristo-
teles, enim mortuorum mandata violare sa-
crilegium putauit, & vt animaduertit in suis
problem sect. 29. quæst. 9. Viui si quid iussetunt,
256 exequi, aut per se, aut per alios possunt, ac
defuncti, nec voces suas posthumas iterare,
neque post cineres mandata exequi valent.

Opus esset vt hic multa adducerem in ea
ampla materia, qualiter probetur paupertas
257 & sic executor testamentarius destinatus
ad pauperes eligendos, non aderraret, cum ad
dictum effectum, paupertas, non præsumatur,
sed probanda veniat, nam vt scitè inquit glos.
in l si verò. §. qui pro rei, & ibi DD. ff. qui satis
dar. cog. Cum quis se diuitem dicit, paupertas
præsumitur, cum autem pauperem se esse af-
firmet, vt aliquid consequatur, nequaquam
258 pauper existimatur, nisi id probationibus
prospicuum reddat. Sed cum materia ista, vt
dixi, ampla sit, ideoque in separato capite de
ea scribam, et iam aliqua dixi in annotat. ad de-
cis. 617, num. 36. vsque ad num. 89. part. 4. re-
cent. tom. 3.

Illud tantum mihi asserere restat, quoad
superius dicta, de libero, et absoluto arbitrio,
licet seclusa intelligatur temeritas agentis, &
259 alia, de quibus supra; Tamen aduertendum
venit præsumptionem pro validitate actus
gesti ab habente tale arbitrium militare, ita
vt nullum onus imponat probationis necessi-
tatem personæ, in quam directum est, et diri-
260 mat omnem quæstionem, quæ potest moue-
ri, donec ab impugnantibus contrarium pro-
betur, vt docuit Io Andr. in cap. 2. nu. 2 ad med.
vers malitia, extra de iurament. calumn. quem
sequitur Afflict decis. Neapolit. 91. num. 5. vers.
nõ potest quæstio referri, nec necessitatur aliquid
probare &c. Castill decis. Rote Siciliæ 8. nu. 3.
& seqq.

Et in debilioribus terminis, nempe arbitrii
261 concessi, per verbum, videtur, quamuis im-
portet arbitrium boni viri. Bart. in extrauag.
ad reprimendum, in verb. videtur. num. 1. Rota
coram bon. mem Coccino decis. 444 numer. 55.
part. 5 recent. tom. 2. nihilominus idem dicen-
dum veniat, et satis sit illi dicere, sibi commis-
262 sa tali modo adimpleuisse, quia ita ei vide-
batur &c. respondit Rota in causa Recanaten.
fideicõmissi 29. Aprilis 1630 coram re. me. Mer-
lino §. commoditas demum. vers. satis sit illi dice-
re alienans, quia ita sibi videbatur. Agebatur
enim ibi de licentia impetrita hæredi graua-
to à testatore, vt sicuti ei videretur bona fidei
263 commissaria in totum, vel in partem aliena-
ret, aut necessitate ducto, aut pro maiori com-
modo, et vtilitate, & concluditur, quotiescũ-
que alienatio bonorum fit ex permissione te-
264 statoris fideicommittentis, tunc statim in
bonis alienantis euanescit fideicommissum,
et perinde habetur, ac si non fuerit scriptum.
Ita docet Ruin. consil. 109 nu. 9. vers nec est ali-
qua repugnantia lib 2. Surd. consil. 357. num. 27.
Peregr consil. 62. num. 3. lib. 3. Menoch. consil.
1006. num. 30. & seq. Sed quia materia ista
longe distat à proposito nostro, ideo quæ su-
perius dixi sufficiant quod executores testa-
mentarios, quando in eorum absoluto, & li-
bero arbitrio commissa est distributio bono-
rum inter pauperes facienda.

ARGVMENTVM.

Testator. si simpliciter iusserit executori testamentario, vt eius bona inter pauperes distribuat, et sic simplex arbitrium ei commiserit, quod sanè importat arbitrium boni viri, Sicq; discutitur quidnam talis executor debeat animaduertere, vt iuxta arbitrium à Iure regulatum debeat procedere ad faciendam talem distributionem.

In cõcursu plurium pauperum, præferendæ veniunt mulieres, & hoc ob sexus fragilitatem, ex qua causa iura plura priuilegia eis indulxerunt, In mulieribus maior honestas requiritur, quàm in masculis, Ex mulieribus pauperibus illæ veniunt præferendæ, quæ in Monasteriorum claustris sunt inclusæ.

Pauperes ex propria culpa, an pietate sint digni. Per ea, per quæ quis peccat, punitur. Pauperibus in necessitate constitutis est subueniendum quomodocumq. eis obuenerit talis extrema paupertas.

SVMMARIVM.

1 *Testator si simpliciter iusserit executori testamentario, vt distribuat bona aliqua inter egenos, tunc debet procedere pro vt de Iure.*

2 *Arbitrium simpliciter concessum, intelligitur de arbitrio boni viri.*

3 *Leges, consultaq. maiorum qui seruat dicitur vir bonus.*

4 *Vir bonus est vbique sanctus, vbique castus, honesti cultor, pius, et integer.*

5 *Voluntatem testatoris fuisse debitam, & ordinatam, vir bonus, debet iudicare.*

6 *in Testatoribus prudens consilium iura animaduertunt.*

7 *Arbitrium, vt sit regulatum à iure in materia distributionis bonorum inter pauperes, stante super hoc arbitrio concesso à testatore executori, plura requirit.*

8 *Pauperes domicilij testatoris inprimis sunt eligendi quando ipse reliquit aliquid distribuendum inter pauperes.*

9 *Fœminæ pauperes in concursu pauperum debent præferri.*

10 *Fœminæ sunt magis dignæ pietate, quã homines, & hoc propter sexus fragilitatem. & n. 25.*

11 *Fœminis, propter earum fragilitatem, iura multa priuilegia indulxerunt contra iuris regulas.*

12 *Hypoteca dotalis est potior omnium aliarum hypotecarum etiam priorum.*

13 *Quod intellige, quo ad hypotecas tacitas, non autem expressas.*

14 *Fœminis iura compatiendo, spernit suprema mortuorum elogia, quamuis ipsa aliàs sint vigiles custodes dd. elegiorum.*

15 *Bona, quantumuis stricto, & inalienabili fideicommisso subiecta, licitè alienantur in subsidium, pro constitutione dotium descendentiũ*

16 *Bona fideicommissaria alienari pro constitutione dotium descendentium etiamsi testator id expressè prohibuerit.*

17 *Bona primogenituræ licitè alienãtur pro constitutione dotium descendentium.*

18 *Fœminis Populi Nicienses soliti sunt totam eorum substantiam tradere pro dote, nihil, aut parum masculis relicto.*

19 *Filij masculi possunt sua industria, et labore sibi prouidere quod sic non est in fœminis.*

20 *Filij aliquando corrumpuntur fiducia diuitiarum paternarum.*

21 *Homines conuenientius operari possunt quàm in masculis.*

22 *In fœminis maior honestas requiritur quàm in masculis.*

23 *Mulieres violentas manus in clericos injicientes, etiam subiacent formidali vinculo excõmunicationis.*

24 *Mulier clericum percutiens, non tenetur arripere iter Romanum, sed ab Ordinario cuiuscumq. status, et cõditionis sint possunt absolui*

25 *Fœminis periculosum est peregrè proficisci, & se virorum cœtibus immiscere.*

26 *Dona infanti data à Compatre, vel à Commatre, tẽpore quo eum ad Baptismum tenuerunt, an debeantur patri, vel matri, vel filio.*

27 *Matri debentur dona data infanti ab illis, qui tenuerunt eum ad baptismum, et quare num. 32.*

28 *Mulier, quæ peperit, est digna, vt cõpatiatur.*

29 *Signum lætitia est passi doloris merces.*

30 *Mulier vitæ periculum euadit, partu edito. Filius pars viscerum matris dicitur, quod dici non potest de patre.*

31 *Amor nullus est quod vincat maternum.*

33 *ex Fœminis pauperibus illæ prius debent eligi quæ in Monasteriorum claustris clausæ reperiuntur.*

34 *Monasterio in genere, si sit factum legatum non expresso nomine, potius Monasterio Monialium venit assignandum. & n. 36.*

35 *Monasteria Monialium sunt magis pia, quã Monasteria virorum.*

37 *Inopia monialium est periculosior, quàm eorum religiosorum.*

38 *Moniales pauperes, & egenæ, fodere nesciunt, & mendicare non possunt, cum debeant manere sub perpetua clausura.*

39 *Testator, dum statuit, vt bona distribuantur inter pauperes, præsumitur in dubio consulere casui magis necessario, voluisse.*

40 *Mulieres pauperes existentes in hospitali, vel in carcere, præferendæ sunt masculis.*

41 *Indigentibus melius est dare, cæteris paribus.*

42 *Mendicantes validi, ac nolentes laborare, miserabilibus personis auferunt panem.*

43 *Iniustè petentem, melius est, si quis correxerit, quàm quod ei indulxerit.*
Pauper debet esse rogans, non arrogans.

44 *in Mendicantibus validis aliud non est quam ficta*

fisti frons, ac perpetuum otium. et num. 45.
46 *Pauperes masculi, et fœminæ, si simul concurrant, et masculi sunt pauperiores, ipsi sunt præferendi.*
47 *Testator præsumitur eleemosinam reliquisse omni meliori modo & nu. 48. et 49.*
50 *Legatum relictum distribuendum inter pauperes, si sit modici valoris, tunc non est facienda tam rigida disquisitio in præferendo magis pauperem. & n. 51. et 52.*
53 *Aristoteles, cum fuisset reprehensus, quia dedit elemosinam homini iniquo, quid prudenter respondit.*
54 *à Paupere nullo est auertenda facies, ne à nobis auertatur facies Domini.*
55 *Pauper ex propria culpa vix est dignus pietate.*
56 *Malè meritus dignus est, vt egestate laboret.*
57 *Paupertas secundum naturam non est turpis illa verò, quæ ob turpem causam euenit infamiam inurit, & vide num. 58. & 59.*
60 *Punitur quis per ea, per quæ peccat, videatur exemplum. num. 61. 62. 63. & 63. & 64.*
65 *Pauperi in necessitate est subueniendum quomodocumque paupertas obuenerit. & nu. 66. & 67.*
Eleemosina omnibus est danda, secundū S. Augustin ne cui denegatur sic CHRISTVS
67 *Testator si sufferit, vt executor certum quid distribuat inter Hospitalia, sufficit, vt inter illa relictum distribuat.*
68 *Et non habet necesse inquirere, an sint erecta auctoritate Ordinarij, nec ne.*

CAPVT LXXII.

TEstator, quando simpliciter dedit arbitrium executori certū quid distribuendi inter pauperes, nam. & tunc nihil addito
1 scilicet absque clausula, liberè. vel pro vt sibi videbitur. vel his similibus, quo casu talis cōmissio extra pugnam importat arbitrium regulatum, raffrenatumque à iure, & vt dici solet arbitrium boni viri, & hic ad stipulatur ad
2 cognoscendum quis sit vir bonus *Venusini Poetæ sententia lib. 1. Epistol. ad Quintium.*

——————— *Vir bonus est quis.*
3 *Qui consulta patrum, qui leges, iuraq. seruat.*
Quo multa, magnaq. secantur Iudice lites.

Et secundum Alexandrum ab Alexandr. lib. 6. dier genial cap 1. Vir bonus est vbique sanctus,
4 vbiq. castus, honesti cultor, pius, & integer. Quodque dum cōfertur aliquid in arbitrium alicuius, vt intelligatur de arbitrio boni viri, *faciunt textus in l. hæc venditio. in princip ff. de contrahend. empt. & l. si in lege ff. locat. & l. si eā ea. C. de dot. promiss. & l. in personam §. generaliter. ff. de regul. iur. vbi glos.* Dec. & Cagnol, *vterque num. 1.* Bart. *in l. cum filius § pater num. 2. ff de legat. 2.* Alex. *consil. 228 num. 5. & seq. lib. 2.* Seraph. *de priuileg. iurament. priuileg. 132. n. 83 vers. Arbitrium debet esse arbitrium boni viri, quia bonus vir dicitur Iudex &c* ex ibi allegatis *& sensit* Rota *in causa Bononien.* Aggregationis ad Collegium 13. *Nouembris* 1641. *coram re. me.* Merlino *est inter eius impress. decis. 882. vers. arbitrium semper censetur commissum arbitrio boni viri &c.* Et in puncto executionis mentis testatoris fuit dictum *coram bon. mem. Card. Lancellotto. Sen. decis. 640. num. 4. part. 1. diuers.* vbi habetur, quod vir bonus debet ar-
5 bitrari voluntatem testatoris fuisse debitam, et ordinatam, secundum ordinem charitatis,
6 cum et iura etiam in testatoribus prudens cōsilium animaduertant. *L. Lutius la 2. ff. de hæred. instituend. cum similibus.*

Vt autem arbitrium sit regulatum, frenatumque à iure in materia electionis pauperū
7 & ritè dicatur facta talis electio plura sunt consideranda per eius executorem, Et primo
8 debent eligi pauperes domicilij testatoris, vt abundè Iam dixi supra.

Secūdò ex pauperibus dicti loci, sunt prius
9 eligendæ fœminæ, quàm masculi, *vt dicit Menoch. d. præsumpt. 125. num. 7.* maiori quidem pietate dignæ sunt fœminæ, quam masculi, et
10 hoc propter sexus fragilitatem, id enim considerauit *Imp. in l. assiduis, vers quis enim non misereatur mulieribus &c. C. qui potior. in pign.*
11 ibique illas compatiendo multa priuilegia eis concessit contra communes iuris regulas, & præsertim, vt eorum hypotheca dotalis, omni-
12 bus aliis hypothecis, quantumuis anterioribus, sit potior. Quod tamen intelligo (quidquid minus verè nonnulli senserunt) non quoad anteriores hypotecas, expressas, sed tātum quoad tacitas, & quod ista fuerit mens
13 Imper. Iustiniani latoris dictæ legis *iam viriliter defendi in annotatione ad decis. 666 à n. 36. vsque ad numer.* 100, *part. 4. recent. tom.* 3. vbi videri potest.

Hinc quoque est iura extremè compatien-
14 do mulieribus spernit præcepta, vltimaque elogia mortuorū, aliàs eorum vigiles defensores. Vnde vt habetur *in auth res quæ. C. comm. de legat.* bona quantumuis stricto. & inalienabili fideicommisso subiecta per ascendentes
15 licitè possunt alienari in subsidium pro constitutione dotium mulierum descendentium, quæ conclusio procedit etiam secundum magis communiter DD. receptam sententiam. &
16 in pluribus Tribunalibus canonizatā, quamuis adsit expressa, & specialis prohibitio testatoris, vt bona fideicommissaria non possint alienari ex causa dotis, *prout latè fuit resolutū in causa* Romana *Dotis* 29. *Nouembris* 1641. *coram re. me. Merlino,* vbi etiam asseritur idem procedere in bonis primogenituræ subiectis ibique pariter quæritur vtrum priuilegium

d. auth.

Digitized by Google

d. auth res qua possit cedi &c. Sed supradicta
alibi latissimè comprobabo,
Insuper quoad pietatem maiorem debita
fœminis quàm masculis benè facit laudanda
18 Nicentium consuetudo qui, *vt ex nostris refert
Anton. Thesaur decis Pedemont.* 192. *numer.* 10.
Solent debiliori sexui consulendo, totam eorum
substantiam filiabus, pro earum doti-
19 bus assignare, masculis verò parum, aut nihil
relinquere quia sua industria, & labore sibi
ipsis prouidere possunt, iuxta illud.

*Impiger extremos currit Mercator ad Indos
Per mare pauperiem fugiës per saxa, per ignes*

Multoties quidem diuitiarum paternarum
20 fiducia corrumpit filios, *vt aduertunt. Anton.
de* Gauarra *in Horolog. Princip. lib* 2. *cap* 37. *nu.*
377 Muscul. *de success anomal clas*, 1. *menb.* 2.
conclus. 7. *littera.* C *num.* 306. *Adam* Keller. *de
success ab intest. titul* 1. *nu.* 46.
Connenientius quippè homines, quàm fœ-
21 minæ operari possunt *l. quisquis §. ad filias
vers mitior enim circa eas debet esse sententia,
quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse
confidimus &c. C. ad leg. Iul. Maiestat.* & in
22 fœminis maior honestas requiritur *glos. in
l. pater §. qui adulteriû ff de rit. nupt.* Hinc est,
licet mulieres violentas manus in clericum,
vel monachum inijcientes formidabili ana-
thematis vinculo subiaceant *iuxta text. in
can. si quis suadente* Diabolo 17 *quæst* 4. cuius
textus dispositio comprehêdit tam masculos,
23 quàm fœminas, vt sensit *ibi glos. in verb. si quis*
communiter approbata, & scripserût. *Nauar.
in summ. cap.* 27. *num,* 76. *Sebastian.* Medic. *in
summa peccator. part* 2. *titul.* 9 *quæst.* 78 *nu* 39.
Auiles *ad cap.* 1. *Prætor in glos de Ninguna persona
num* 8. Io. Garc. *regul.* 209. *nu.* 4. Bellett.
disquit cleric titul. de fauor. Cleric Canon. §. 1. *n.*
23. & 24. *cum alijs allegatis per Carolum de*
Crass *in tractat. de effect clerical effect.* 9. *num.* 2.
& *ante eû per* Cened. *in Collectan. ad Ius Canon
collect.* 24. *num.* 2.
Tamen mulieres, non sicut homines tenen-
24 tur arripere iter Romanû, vt Apostolici con-
spectui se præsentent, eiusque absolutionem
recipiant, quia mulieres cuiuscumq. sint æta-
tis, & conditionis possunt ab Episcopo absolui
25 à tali excommunicatione cum illis periculo-
sum sit peregrè proficisci, et se virorum cœti-
bus immiscere *cap. mulieres* 6. *de sentent. excômunicat.*
Nauarar *in manual d. cap.* 7. *nu.* 88.
Sayr *de Censur. lib.* 3. *cap.* 28. *num* 18. *vers.* 3. *casus.
Tiraquell. ad ll. connubiales leg.* 10. *glos.* 1.
part. 10. *num* 33. *cum alijs allegatis per Carol. de*
Crass *de effect. cleric, d. effect.* 9. *num.* 159. & *per*
Barbosam *ad d. can. si quis suadente num.* 95. 17.
quæst. 4 sed his relictis.
Ad propositum nostrum facit textus clarus
in l. cum multa. 20. C. *de donat. ante nupt.* vbi
Iustinianus Imp. rescripsit Ioann. Præfect. Præ-
tor his verbis. *Huius rei differentia rationabi-
lis potest inueniri, cum melius erat mulieribus
propter fragilitatem sexus quam maribus sub-
uenire.* Nec penitus inconuenit hic satis illa
26 controuersa opinio, cuinam dona infanti data
à Compatre, vel Commatre tempore, quò eû
tenuerunt ad sacrum fontem Baptismatis,
debeantur, an scilicet Patri, vel Matri, aut ipsi
Infanti, qua in re, more non insolito variant
DD. et relictis alijs opinionibus, cum hæc de-
27 dueam, incidenter, illud tantùm facit ad pro-
positum nostrum, scilicet, vt tale donum de-
beatur matri.
Compatiuntur enim Compater, vel Com-
mater summum, quo ipsa mulier peperit, do-
28 lorê, quis enim ei non misereatur. *inquit text.
in l. assiduis.* C. *qui potior. in pign. hab.* propter
partus periculum, & ipsum liberorum pro-
creationem, lætitiæ ergo signum est, & passi
29 laboris merces, donum infanti datum, Matri
ergo deferendum, qua vitæ periculum euasit
30 partu edito, Filius pars viscerum matris di-
citur. *l.* 1. *§. ex hoc rescripto ff. de ventr inspiciêd.*
quod dici non potest de patre. *Rouit. consil.* 13.
num. 8. *vol.* 2. & non reperitur amor, quæ vin-
31 cat maternum. *glos. in cap. transmissa. qui fil. sint
legit. et in cap. per tuas de probat* Supradictamque
opinionem ad fauorê matris tenuit *Ant.
Gaspar. Thesaur. lib* 3. *quæstion forens.* 15. *nu.* 8.
32 quam tenuisse etiam testatur eius pater in
manuscripta *decis.* 19. *part.* 2. refert eamque
vti veriorem, reiectis contrarijs, secutus est
Mar. Giurb. in suis obseruat. decis. cap. 6. *à nu.* 13.
alibi tamen in hoc multus ero. Et sic ad nos.
Tertiò executores testamentarij ex fœmi-
33 nis pauperibus, illæ prius debêt eligere, quæ
in Monasterium claustris clausæ sunt; Vndè
receptum est, si testator faciat legatum Mo-
34 nasterio nô expresso nomine alicuius, potius
Monasterio Monialium assignandum venit,
35 quia est magis pium, quàm Monasterium vi-
rorum, & hæc fuit opinio *Bald. in l. in multis
circa finem. ff de stat homin.* quam sententiam
36 tamquam singularê sequitur *Hippol. Marsil.
in singulari* 248 *incip. Conditio. post med. versic.
nam si legatum est factum Monasterio, & non
apparet cui &c.* idemque voluit *Dec. in cap. in
præsentia. numer.* 194. *extra de probat et Cornel.*
Beninc. *in tractat. de paupertat & eius priuileg.
quæst.* 8. *circa tertium special. in vltim. volunt.
num.* 42. *vers si legatum sit factum Monasterio
non expresso nomine &c.* Necnon in terminis
nostris ratiocinatus est. *Menoch. de præsumpt.
lib.* 4 *præsumpt.* 125. *num.* 8. Rip *in tractat. de
pest. titul de remed. ad conseruand. vbertat. numer.*
158. optime *Petrus* à Peralt. *in l. si quis
seruum. §. si inter duos. num.* 9 *ff. de leg.* 2 subiun-
gens multos dies elapsos non esse, quod illû
casum habuit in côtingentia facti, sic quoque
sensit *nuper Illuminat* Moron. *in respons.* 58.
nu. 18. & addo *Francisc.* Prat. *practic obseruat.
obseruat.* 39 *per tot. Francisc. de* Barry *in tract.
de testam. lib.* 10. *titul.* 10. *sub num.* 37. *vers. Mo-
naste.*

Digitized by Google

nasterium Monialium præferri, quia est magis pium &c. & ex Theologis *Marc.* Vidal *in act. Theolog. moral. titul. de legat. inquisit 2. num. 30.* & more solito *optimè R.P. Antonin.* Diana *in suis var. resolut. tom. 10. tractat. 13. & 3. miscell. resolut. 5. per tot.*

Ratio vero si desideretur, quare ex religiosis pauperibus, potius eligendæ sint Moniales.
37 quam Monachi, est, quia paupertas, & inopia
Monialium est periculosior, quàm sit illa cœterorum Religiosorum, *vt inquit text. in cap. periculoso 1. de stat. regular. in 6.* & sic ratiocinatur Benincas. *in d. tract. de paupertat quæst. 8. circa tertium special. in vltim. volunt. num. 43. vers. Indigentia Monialium est magis periculosa &c.* & vt considerat *Auchar. in consil. 84. sub*
38 *numer. 4.* qui loquitur in puncto, ibi, *Moniales*
pauperes, & egenæ, fodere nesciunt, et mendicare non possunt. cum debeant sub perpetua clausura manere &c.

Quamobrem verisimiliter côiecturari po-
39 terit mentem testatoris fuisse, prius voluisse
prouidere casui magis necessario, & periculoso, sicuti consulti responderunt. *Bald. in cõsil. 35. Pater filio. col. 2. lib. 1.* Crauett. *consil. 149 num. 12.* & faciunt textus *in l. 1. §. quid ergo. ff. de ventr. inspiciend. et in l. labeo. ff. de* Carbonian. *edict.* Quod dictum est de monialibus paupe-
40 rioribus, idem intellige de mulieribus in Hospitali, vel in carcere existentibus, & ex istis debent eligi, illæ quæ sunt pauperiores, quia se-
41 cûdum *S. Thomam 2. 2. quæst. 32 art. 3.* melius
est dare indigenti, cœteris paribus, sicuti e contra dicimus, melius fieri, otio marcescêtibus, ac laborare recusantibus, dum possunt,
42 si non detur, contra quos validos laborare
polentes, ac se debiles fingentes, qui mendicando miserabilibus personis panem auferût, *inclamat textus in l. vnic. C. de mendicantib. valid. lib. 11.* eisque grauis pœna imponitur, *ibique Accurs. in verb. validis*, adducit glos. super Matth. dicentem, *Iniustus feceris, si iniustè potentem correxeris, quàm si ei dederis, atque indul-*
43 *seris*, in supradictorû odium, in quibus aliud
non repetitur *secundum Quintilian.* præter fi-
44 ctam frontem, perpetuumque otium, congessi
multa *in discurs. par. 4 recent. tom. 3. à n. 144.* plurimaque habui, côtra otium, quod est vehementissima pestis generis humani, & inter
45 arma antiqui serpentis ad captiuandas animas
potentissima *à nu. 184.* At modo iterum redeo in viam.

Quartò exequutores testamentarij, aduer-
46 tere debent, si magis pauperes, & inopes sint
masculi, quàm fœminæ, tunc prius, Religiosi, eodem ordine, vt dictum est de fœminis, eli-
47 gendi sunt, Nam in his locum habet ratio,
supra considerata, quod scilicet testator voluerit prouidere in casu magis necessario, &
48 facere eleemosynam omni meliori modo. &
ita intelligendus, & declarandus est *Archidiacon. in cap. si pater. num. 3. de testam. in 6. vt sensit Menoch. d. præsumpt. 125. num. 12.*

Adde tamen non negando, melius esse, vt
49 ex pauperibus, eligâtur pauperiores, digniores,
vel meliores, & in concursu pauperes Religiosos esse præferendos alijs pauperioribus, tamquam magis dignos, & maioribus virtutibus pollentes. *arg. l. 1. C. de annon ciuil.* & ita tenuit *Io. Andr. in cap. 1. de testament. in nouell.* Federic. *de Sen. in consil. 282. factum est tale.*

Tamen ista conclusio intelligenda, venit,
50 quando relictum consisteret in aliqua nota-
bili summa, vel quantitate, sed si consisteret in cibarijs, & in his, quæ pro corporis nutrimento sunt necessaria, isto casu, aut legatum
51 inter omnes distribuendum esset, aut si hoc
fieri non posset, pauperiores in arctissima paupertate constituti alijs præferri deberent, quoniam in huiusmodi legatis, non conside-
52 ratur, an bonus, vel merens pauper sit, sed an
necessè habeat. *can. quam pio*, vbi latius *glos. 1. quæst. 2.* & adde *text. in can. quiescamus, & ibi pariter glos. 42. distinct.* & vide alteram *glos. in can. quoniam 11. quæst. 3.* Aristoteles aliquãdo reprehensus fuit, quia homini iniquo de-
53 disset eleemosynam, respondit, naturæ, & nõ
malitiæ misertus sum, *& vt inquit S. Valer. Homil. 8. de misericord.* ibi, Quisquis est, qui
54 petit eleemosynam, CHRISTVS est, qui ac-
cipit. Vnde *Thob. 4. dicitur*, Noli auertere faciem tuam ab omni paupere, ne à te auertatur facies DOMINI.

Non nego pauperem ex propria culpa, ac
55 turpi causa vix dignum esse pietate. *arg. l. 2.*
& 3 C. si minor se maior. dix. & cap. cum olim. de offic. delegat. & cap. sedes de rescript & cap. 2. in fin. de cognat. spirit. & cap. ad nostram de emption. & vendit. et notat Alex. *in l. Marcellus. §. resqua col. 1. ff. ad Trebell Francisc.* Viu *decis. Baren. 222. num. 4. vers. pauperi in mala causa, nemo debet esse misericors &c. can. si vos. 14. quæst. vltim. & Deuter. 23.* Dignus est enim, vt
56 male meritus egestate laboret. *l. bona fides. ff.*
deposit. l. quisquis. C. ad leg. Iul Maiestat. Rip. in l. 1. col penult. ff. si cert. petat. Nam *secundum Appolladum Philosophum Lycum*, Paupertas
57 secundam naturam non est turpis. illa verò,
quæ propter turpem causam accidit, infamiã inurit, nec misericordia est digna.

Hinc legitur apud *Anton. Panorm. in eius appophtegmat.* quod cum Eques quidam, in-
58 gens patrimonium per luxum, et libidinem
absorbuisset, atque insuper magnum æs alienum contraxisset, quibusdam pro eo apud Alphonsum Aragoniæ Regem intercedentibus, ne saltem, quæ debebat, corpore luere cogeretur. *iuxta l. 1. ff. de pœn. l. quicumque. C. de seru. fugitiu. l. fin. ff. de in ius vocãd. cap. 1. §. homicidium. extr. de pac. tenend.* vtrique ei auctoritate Reali subueniret, quibus Rex ille pru-
59 dens, qui nihil, nisi regium dixit, et fecit, vt

sæpe

ſæpe alibi sũ atteſtatus ſic respondit. *Si Eques ille tantum pecunia, vel in ſui Regis obſequium, vel patriæ commodis, vel propinquis ſublevendis impendiſſet, audirem vtique, ſed quoniam tãtas opes, corpori impendit, par eſt, vt corpore luat.*

O iuſta, et generoſa reſponſio, Iuſtum eſt
60 enim, vt conſentiunt ipſæ ſacræ paginæ *Sap. cap.* 11. per quæ, quis peccat, per hæc et torqueatur, Referunt Illuſtres Auctores, et præſertim habetur apud *Nicephorum hiſtor. lib.* 1. *cap.* 20 de Herodiadis filia, quæ cum Sancti
61 Ioannis caput petijſſet ab Herode, ob ſaltationis prœmium, vt legitur *Marc. cap* 6. ea ipſa pœna punita fuit. Nam cum ei aliquando eſſet traijciendus fluuius, qui tempore
62 hyemali conſtrictus, congelatuſque erat, pedibus eum tranſibat, mox rupta glacie emergitur illa infelix, ſtatim capite tenus inferioribus verò partibus, in vndis ſaltare cœpit,
63 caput verò ſceleſtum, frigore, et glacie concretum, deinde etiam conuulneratum, et à reliquo corpore, non ferro, ſed glaciei cruſtis
64 ſelectum fuit, Vnde ſaltando expirauit, in memoriam eorum, quæ ſaltando fecerat. Sed relictis hiſtorijs ad nos.

Supradictæ tamen regulæ non procedunt quo ad alimenta pauperibus, in paupertatem
65 culpa propria lapſis præſtanda, quandoquidem in caſu neceſſitatis, quandocumque paupertas euenerit, et ſiue pauperes ſint mali, vel boni, ne fame pereant indifferenter adiuuare debemus, *can paſce 86. diſtinct. cum alijs ſupra allegatis*. Hinc ſuauiter inſtillabat *S. Auguſtinus*; Date omnibus, dilectiſſimi fratres, date omnibus, ne cui non dederitis, ipſe ſit CHRISTVS. Quamobrem executor electus à teſtatore ad diſtribuẽdum aliquid inter pauperes,
66 vt eligat digniores, vel meliores. non eſt neceſſè, ſed ſat adeſſe qualitatem paupertatis, *Bart. in l. cunm ex familia* §. 1. *ff. de legat.* 2. *&* *in l. quidam. col.* 1. *ff. eodem.* Sicuti in ſimili dicimus ſi teſtator committat hæredi, vt certum
67 quid diſtribuat inter Hoſpitalia, tunc hæres dicitur ſatisfeciſſe diſtribuens inter illa Hoſpitalia, in quibus exercentur opera pietatis, parum curando inueſtigare, an ille ritè, et cũ auctoritate Ordinarij fuerit erectum, quia ſiue Hoſpitale ſit inſtitutum auctoritate Or-
68 dinarij, ſiue non, eſt tamen, & dicitur locus pius, licet non Eccleſiaſticum, aut Religioſũ, vel ſacrum; quia in eo exercentur opera pietatis. *Bald. in conſil.* 464. *In Ciuitate Brixiæ lib.* 1. Abb. *in conſil.* 55. *in quaſtione, qua vertitur col.* 2. *verſ. & primò lib.* 1. cum alijs allegatis *per Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ in præfat. verſ. ſed alij indiſtinctè tenent &c. & adde* Nonar. *in ſua prax. election. & variat. fori quaſt.* 41. *à num.* 9. *cum ſeq. & quaſt.* 25. *à num.* 16. In ſequenti capite ſubnectam alia requiſita neceſ-
69 ſaria, ad effectum validitatis diſtributionis bonorum inter pauperes, faciendæ per executorem teſtamentarium, ſtante ſimili præcepto teſtatoris de diſtribuentibus eius bonis inter pauperes.

ARGVMENTVM.

Executori teſtamentario ſi teſtator iuſſerit, vt bona ſua inter pauperes diſtribuat, vt validè, & ſecundum arbitrium à Iure regularũ procedat, præter adducta in præcedenti capite procedat, inſuper etiam debet animaduertere, ſi inter pauperes adſint conſanguinei teſtatoris, illos abſque ſcrupulo debet præferre alijs, nam præſumitur voluiſſe, vt in tali diſtributione ſeruaretur ordo charitatis.

Cum eleemoſyna ſit magis meritoria, prout magis in ea ſeruatur ordo charitatis, & peccat contra ordinem charitatis, qui potius extraneis, quàm ſuis conſanguineis indigentibus ſubuenit, imo quis ſic faciendo fidem negat, ac infideliori peior efficitur. Teſtamentũ, qui ſecundum ordinẽ pietatis non facit à iure vocatur imprudens.

Item aduertendum venit, quod executor deſtinatus ad diſtribuendum bona, vt ſupra, ſi adſint inter pauperes, filij ſpurij teſtatoris, an debeat inter illos talem diſtributionem bonorum facere, & concluſio eſt affirmatiua, & aliqua adducuntur circa filios illegitimos, vt hoc non ſit vitium ipſorum, ſed patrum.

SVMMARIVM.

70 *Teſtator, ſi iuſſerit eius bona diſtribui inter pauperes, tunc ſi eius conſanguinei ſint pauperes iſti ſunt præferendi, alijs*
71 *Charitatis ordo incipit à ſe, & ſuis.*
72 *Conſãguineo pauperi, quis magis tenetur ſubuenire, quàm extraneo.*
73 *Conſanguineis egenis, qui ſubuenit, ſub liberalitatis nomine, debitum naturale perſoluit.*
74 *Liberalitas illa eſt probanda, vt proximi conſanguinei ne diſpiciantur.*
75 *Eleemoſyna eſt meritoria, prout etiam in ea ſeruatur ordo charitatis.*
76 *Peccat contra charitatis ordinem, qui ſuis cõſanguineis non ſubuenit.*
78 *Conſanguineis indigentibus, qui non ſubuenit, fidem negat, ac infideli deterior efficitur ſecund. Paul. Apoſtol.*
79 *Infideles naturali inſtinctu, & pietate ſuorũ curam habent.*
80 *Chriſtiani non debent eſſe ſine affectione deſpiciendo ſuos affines egenos.*
81 *Extraneos docere, & ſuos in errore relinquere, turpe eſt.*
82 *Pauperibus ſi quis deliberauit bona ſua diuidere, ſui conſanguinei egeni primum locum habere debent. & nu.* 83. *&* 84.

85 *Teſta-*

85 *Testator non dicitur prudenter testamentum ordinasse, qui minus coniunctum praefert magis coniuncto.*

86 *Testamentum ex officio pietatis, qui non facit, à iure vocatur imprudens.*

87 *Haeredes extraneos, qui instituit, omissis consanguineis indigentibus, facit contra officium pietatis.*

88 *Testator, si nihil relinquat consanguineis pauperibus, & extraneos diuites haeredes instituat, isti tuta conscientia, non possunt retinere talem haereditatem.*

89 *Charitas praefert suos extraneis.*

90 *Legatum incertum, efficitur caducum.*

91 *Legata incerta declarantur stante consanguinitate vnius ex legatarijs.*

92 *Consanguinitatis ratio est habenda.*

93 *Praesentati si sint duo aequè idonei, & alter ex eis est consanguineus fundatoris, iuris patronatus, iste est praeferendus.*

94 *Episcopus conferendo beneficium consanguineo, quando non dicatur cadere in eo, quod adsit acceptatio personarum. intellige vt nu. 96.*

95 *de Consanguineis plus, quis potest confidere.*

97 *Alienatio bonorum Ecclesiae facta in consanguineos Praelati, à iure habetur pro suspecta.*

98 *Executores testamentarij, si discordent in distribuendis bonis inter pauperes, & nec per Episcopum loci concordari possunt.*

99 *Tunc si aliqui ex eis sint, consanguinei testatoris, illorum opinio venit praeferenda alijs. & num. 100.*

101 *Arbitrium etiam à testatore habens executor distribuendi bona inter pauperes, tunc etiam poterit eligere pauperes consanguineos testatoris. & quare. nu. 102.*

102 *Testator, quod verisimiliter cogitauit, id exequendum venit, cum in eo praesumatur prudens consilium.*

103 *Executores testamentarij, si distribuere debent bona defuncti inter pauperes, laudandi sunt si ea distribuant inter pauperes consanguineos testatoris.*

104 *Executor testamentarius, an possit eligere filium spurium testatoris pauperem, si debet distribere eius bona in pauperes.*

105 *Spurij secundum ius 12. tabular. nec à patre erant alendi, & sic ius antiquum castitatem adamauit.*

106 *Filijs spurijs, & alijs qualitercumque natis debentur alimenta à patre.*

107 *Puniendus non est, qui peccatum nullatenus commisit.*

Innocens pro nocenti non est mulctandus.

108 *Auth. ex complexu. de incestuos. nupt. quare fuerit lata.*

109 *Filijs spurijs, quod pater nihil possit relinquere quamuis velint, & haec est poena.*

110 *Et quod reliquit vadit ad legitimos consanguineos, & quando interest Fiscus. nu. 111.*

111 *Filij, quod nascantur ex damnato coitu vitium est patris, non filij.*

113 *Filij illegitimi, secundum legem Solonis, non tenebantur alere eorum patres.*

114 *Poena digni non sunt, qui alieno potius quàm proprio laborant vitio.*

115 *Nocentem melius est dimittere, quàm innocentem condemnare.*

116 *Illegitimi dummodo honesti sint re, & vita ab officijs, & dignitatibus non arcentur.*

117 *Athenienses legem, quàm tulerunt auctore Pericle, quod illegitimi non admitterentur ad dignitates, viuo ipso Pericle, spreuerunt.*

118 *Imo ipso Pericle, postea instante, sublata fuit.*

119 *Filius illegitimus paternae incontinentiae labẽ satis abstergit proprijs virtutibus, ac morum candore.*

120 *Nobilitate vera ille gaudet, qui eam proprijs virtutibus, ac proprio Marte generosè adeptus est.*

121 *Sanguinis claritas, potentia, & diuitiae, & similia, dona sunt fortunae, quae vaga, fragilis, incerta, caeca, & perfida est.*

122 *Dispositio Iuris Canonici, quod spurijs à patre sint praestanda alimenta, vbique est seruanda. & nu. 123.*

124 *Alimenta negare est hominem occidere, & occidere hominem est peccatum mortale.*

CAPVT LXXIII.

EXecutores testamentarij, quibus testa-
tor simpliciter iussit, quod eius bona di-
stribuant inter pauperes ad hoc, vt validè di-
cantur, & iuxta regulatum à Iure arbitriũ,
ea distribuisse vltra quatuor requisita relata
in praecedenti capite, nunc prosequar referre
in praesenti capite, & alia requisita. Vnde &
Quintò requiritur, vt exequutores testamen-
tarij ex magis pauperibus, & inopibus eligere
70 debent illos, qui sunt ex familia testatoris, cũ
de his verisimiliter perpendi possit testatorẽ
sensisse, & sic prius voluisse prouidere istis,
71 quàm alijs, Charitatis enim ordo incipit à
se, & suis, *l. Praeses. ff. de seruit. & aqu.* Nam, &
eleemosyna potius consanguineis danda est,
quàm extraneis, & etiam tenetur quis dilige-
72 re magis consanguineum, eique potius sub-
uenire, quàm extraneo, *vt constat ex multis
relatis per Abb. in cap. 1. num 4. de cohab. cler. &
mulier. & in cap. vt super. nu. 9. de rebus Eccles.
non alien. Afflict. decis.* Neapolit. 190. *sub nu. 5.
vers. est ergo prius danda eleemosyna propinquis,
quàm extraneis &c.* Paris. *consil.* 29 *numer.* 31.
vers. primo nobis, & nostris &c. lib. 4. Menoch.
consil 321. *num.* 3. *vers. cum eleemosina est distribuenda alijs, prius eligendi sunt pauperes sanguinis &c. lib.* 4. Barbos. *de potestat. Episcop. titul. 2. glos. 9 numer.* 34. Nouar. *de priuileg. miserabil. person. priuileg.* 74 *nu.* 6. *&* 7. & facit *text.
in l. vnic.* ibi, *in tam necessarijs, coniunctisque
73 personis sub liberalitatis nomine, debitum naturaliter persoluitur.* C. *de imposit. lucrat. descript.*

lib.10. & addo auctoritatem *Angelici Doctoris S. Thomæ 2.2. quæst. 32. art. 9. & S. Ambrosij de offic. cap. 30.* Vbi inquiunt, quod illa est probā-
74 da liberalitas, vt proximos sanguinis tui non despicias, idque ratio ipsa pietatis, charitatis sanguinis, naturæque prorsus suadet, & dictat, Nam *secundum S. Thomam 2. 2. d. quæst. 32. art. 9. ad secundum.* Eleemosyna est meritoria, prout in ea etiam seruatur ordo charitatis,
75 secūdum quam propinquioribus magis prouidere debemus, cœteris paribus. Peccat
76 enim contra ordinem charitatis, qui contrarium facit. *l. Præses. C. de seruit. l. 1. C. de natural. lib.* Angel. de Vbald. *consil. 254 incip. Hæc quæstio multum mihi est dubia, num. 2.*

Quis non contremiscit, ponderando sentē-
77 tiam illam, non dico Bart. aut Bald. sed Tubæ Spiritus sancti, nempè Doctoris gentiū Pauli Apostoli *ad Thimot. 1. cap. 5.* relata à Rota *in causa Romana Alimentorum 30. Ianuar. 1637. coram Reuerendiss. P. D.* Dunozetto *Decano est in part. 7 recent. decis. 194. num. 39.* nempè,
78 *Ille, qui à sua familia nato, non subuenit, fidē negat, ac infideli deterior efficitur,* Et adde, non sanè verbis, sed operibus infideli efficitur de-
79 terior, quia infidelis naturali instinctu, & pietate suorum curam gerunt, *vide Cornel. à Lapid. super d. loc. Apost. ad Thimot. 1. cap. 5.* & ibidem exclamat *S. Ioann. Chrisost. Quam latè*
80 *patet, detractionis locus, dicentibus gentibus, Christianos sine affectione esse, quod despiciant*
81 *suos, quàm enim turpe est, te extraneos docere, & tuos in errore relinquere* facitque *textus in can. est probanda. vers. proximos sanguinis tui non despicias, si egere cognoscas &c. 86 distinct.* & vt
82 inquit S. Augustinus in epistol. ad Lætū *Si pauperibus instituisti distribuere bona tua, tui apud te primum locum obtinere debent,* quale dictum ex nostris refert eruditus vir *Lucas de Penna in l. centum. 2. C. de annon. titul. lib. 11. sub num. 3.*
83 *vers. tertio,* vbi etiam adducit auctoritatem Apostoli, de qua proximè dixi, *& adde Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 14. sub num. 6. vers. Tertiò,* vbi expendit aliam auctoritatem eiusdem Apostoli ad Galat. cap. 6. ibi, *Dum tempus ha-*
84 *bemus operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos &c.*

Optimè quidem asserit *Rota coram bon. me. Card. Lancellotta Sen. decis. 640. num. 4. part. 1. diuers.* Testatorem illum prudenter suum te-
85 stamentum non ordinare, qui extraneum, seu minus coniunctum præfert magis coniuncto,
86 cum, & Iura illum imprudentem vocent, qui ex officio pietatis non facit testamentum *l. 2. ff. de inofficios. testament. §. 1. Institut. eod. titul.* Quare insanus, & demens præsumitur ille, qui facit hæredem extraneū, exclusis sibi sanguine coniunctis de se non demeritis, vt censent *Alex. consil. 141. num. 8. vers. secunda coniectura, qua colligitur ex illo actu testandi &c. lib. 2. cū alijs allegatis per.* Roderic. Suarez. *allegat. 1. num. 11. vers. talis testator demens iudicari potest relinquendo bona sua extraneis &c.* & vide quæ latè dixi supra *cap. 14. à num. 169.*

Vnde non sine causa *Io. Faber in §. 1. in fin. Institut. de hæred. qui ab intest. defer.* allegādo textum *in can. si quis reliquerit 30. distinct.* in-
87 quit, quod, qui instituit hæredes extraneos omissis consanguineis indigentibus, facit cōtra officium pietatis, & mortaliter peccat, & sequitur Roias *de succiss. cap. 32. num. 4.* Feder. *in §. 1. num. 1. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer.* Didac. Perez. *in addit. ad Segur. in l. cum patronus. ff. de legat. 2 numer. 44. vers. ad vnum tantum attendendum &c.*

Quæ omnia adeo certa, nostris Doctoribus visa fuerūt, vt indubiè multi firmarunt, & præsertim *Anchar. in cap. possessor. quæst. 1. de regul. iur. in 6. num. 10* quod si moriens relinquat fratrem, vel cōsanguineos pauperes, & extra-
88 neum diuitem hæredem instituat, instituens iste bona conscientia, nō potest retinere eam hæreditatem, *& vide Ioan. Rojas, qui alios allegat in Epitom. successión. d. cap. 32. nu. 4. vers. instituens bona conscientia hæreditatem non retinet &c.* addo Montaluum *lib. 3. titul. 6. De las herencias in leg. 13. in glos. si el que muriere in fin.* vbi refert, & sequitur *Anchar. in d. cap. possessor,* et idē sensit Petr. Peralta *in rubric. ff. de hæred. instituend. num. 14.* et post eos ita quoque voluit *Aloys.* Ricc. *dec. Curiæ Archiepiscop. Neapolitan. decis. 213. num. 9. vers. qui hæres instituitur ab eo qui fratres, seu cōsanguineos pauperes habet, tenetur eis dictam hæreditatem restituere, nec eam in foro conscientiæ posse sibi retinere, quia aliàs in peccato mortali existeret &c. part. 2. cum alijs ibi allegatis.*

89 Charitas enim præfert suos extraneis *l. cum acutissimi, et ibi Bald. in 2. notab. C. de fideicommissis.* Vnde si lego Titio centum, et sunt duo Titij, tale legatum quidem pro incertitudi-
90 ne, dum ignoratur de quo intellexit testator, caducum inualidumque remanebit vt cōstat ex à me allegatis supra *in cap. 67. nu. 6.* Tamen quando vnus ex illis est consanguineus testa-
91 toris, præsumitur consanguineo relictū. *arg. à cōtrario sēsu in l. si fuerit ff. de reb. dub.* Matth. de Afflict. *in tractat. de Iure prothomis. in rubric. num. 20. versic. item si lego Titio centum, & duo sunt Titij &c.* Io. Maria Nouar. *quæst. forens. part. 1. quæst. 161. num. 9. versic. si lego Titio centum, et duo sunt Titij, quorum vnus est consanguineus &c.* Placuit quippe prudentibus
92 rationem consanguinitatis habendam esse *l. cum seruus. ff. mandati, & l. si seruus plurium. §. 1. ff. de legat. 1. l. Aurelius. §. Titius. ff. de liberat. legat. cum simil.*

Facit quoque illa alia conclusio, si duo præ-
93 sentati sint à Patrono æquè idonei, et alter ex eis sit de sanguine fundatoris, Episcopus debet illum præferre. *Rocchus de Curt. in tractat. de Iurepatr. in verb. honorificum quæst. 18.* Lambertin. *eodem tractat. lib. 2. part. 3. quæst. 5. artic. 4. cum alijs allegatis per* Viuian. *eodem*

tractat.

tract.it. de Iurepatr.lib.12.cap.9. num.13. adde
dicta per S.Thom.2-2.quæst.63.art.1.vbi quæ-
rit, si Prælatus conferat dignitatem Ecclesia-
sticam,seu beneficium alicui propter consan-
94 guinitatem dicatur acceptatio personarum,
in respons.ad primum inquit, quod si consan-
guinei Prælati sint æquè idonei,vt alij, & tūc
potest absque personarum acceptatione suos
consanguineos aliis præferre, quia saltem in
95 hoc præeminent,quia de ipsis magis confide-
re potest,vt vnanimiter secum negotia Eccle-
siæ tractent, subdit tamen notabiliter ibi, Es-
96 set tamen hoc propter scandalum dimittendum,
si ex hoc aliquid exemplum sumerent, etiam
præter dignitatem, bona Ecclesia consanguineis
dandi,cum seq. De qua materia, iam aliqua
tetigi in annotat.ad decis.12 à num. 18 part.3.
recent.vbi asserui, quod alienatio bonorum
97 Ecclesiæ facta in consanguineos Prælati, sus-
pecta à iure habetur,& in vers.caeci slit Epi-
scopi erga nepotes &c. Sed ad nos.

Nec illud longè à principali conclusione
98 abest.nempè si executores testamenti discor-
dent in modo distribuendi bona testatoris,
Episcopus Ciuitatis,dum potest debet eos cō-
cordare,sin autem non potest, tūc si aliqui ex
99 eis sint consanguinei testatoris, illi in eorum
opinione præferendi sunt. ita auctoritate text.
in l.Imperator. vers.rationem habendam prius
necessariarum personarum &c.ff.de pact. firma-
runt ibi Cyn.et Bald. quam opinionem vti no-
tabilem ponit Roman.in singul.539.incip.Exe-
cutores testamenti &c. quem sequitur Io. Lu-
pus in repetit.cap per tuas §.43. vers. quod autē
extra de donat.inter vir. & vxor. Simon. de
Præt. de interpret. vltim. volunt lib.1. dub.2. so-
lut.3.num.9. vers.in casu discordia.

Ex eadem quoque l.Imperator. secundum
aliam lecturam tradit idem Bald. ferè in pun-
100 cto, si testator relinquat duos executores
ad distribuenda sua bona inter pauperes,
vnus eorum vult eligere pauperes coniun-
ctos testatoris, alter extraneos, ille est huic
præferendus. idemque sensit Tiraquell.de re-
tract. lignagier. in præfat. sub. num.44.
vers. si testator reliquit duos executores &c.

In paris verò terminis nostris si exequutor
habeat arbitrium à testatore distribuēdi bo-
101 na inter pauperes, vt etiam eo non obstante
teneatur eligere consanguineos pauperes te-
statoris, post. Paris. tradit. Card. Mantica
de coniectur. volunt.lib.8.titul.5. sub. num.15.
vers.& hoc procedit tamen si testator dixerit, vt
possit eligere quos sibi videtur &c. & id gene-
raliter propter rationem illam, quia testator
102 verisimiliter de eis cogitauerit, eum, & in
eo præsumatur prudens consilium, affirma-
runt Bald.in l.instituta num.2. vers.iuxta hoc
gnaro.ff.de hæred.instituend. Imol.ibidem nu.4.
vers.intelligo.idemq. expressè sensit. Imol.in
l.captatorias num.8.eodem titul. Anchar, in cap.
cum tibi nu.10.de testam. Tiraquell. de priuileg.
pia caus.in præfat.vers. & facit pro prima parte
&c.Menoch.de præsumpt.lib.4.de præsumpt.25.
nu.14. Surd.in tractat.de aliment.titul.1. quæst.
93 num.5. Couarr. variar. resolut.lib. 3. cap.14.
num.6.vers.tertiò mihi probatissimum.vide etiā
Didac.Spin. de testam glos.6.num.16. Horatius
Viscontus in conclusionib. Iuris.verb. Eleemosy-
na magis. Petrus Binsfild. in Enchrid Theolog.
Pastoral part.3.de decem præcept.cap.3.§.1. in
fine Ferdinand.à Castro Palao, in opere morali
de charitate.disputat.1.punct.20. num. 1. & 2.
Card. Toletus lib.8.cap.39.in 4.conclus. Ioann.
Azor.institut.moral.par.2.lib.12.cap.4.quæst.5.
Petrus Gordon.in Theolog. moral. tom.2. lib.6.
quæst.15.cap.1.& seq. Syluestr. in summa in
verb.Eleemosyna.num.4.in 3 quæst. Armill eod.
verb nu.9. Tabien.eodem verb.in quæst 13. Pel-
bartus in Rosario Theolog. tom.3. vers. charitas
5.§.50 et seq optimeque ex nostris, Petrus Ce-
nedus Canonicar.quæst.quæst.17. nu.1. et seq.
Ioan. Baptist. de Thor. in summ. priuileg. pia
caus.priuileg.113.vers. postmodum. & deinde
post eum,abundè demonstrat. Carol. Marant in
suis controuers.part 1.respons.3. n 39. & seq.

Et esse commendandos executores illos,
qui bona relicta à testatore distribuenda in-
103 ter pauperes, potius consanguineis testa-
toris pauperibus assignant, quàm extraneis
admonet Anchar in consil. 434. nu 2.vers. com-
mendandi sunt dicti executores &c. Gulielm.
Redoan.in tractat.de reb. Eccles. non alien. cas.
30.quæst.1.§. Multa sunt in contrarium. sub.
num.12.vers.sunt laudandi executores testamē-
ti,qui propinquos pauperes testatoris eligūt &c.

Amplia exequutorem testamētarium pos-
se eligere filium spurium testatoris, si tamen
104 sit pauper, quamuis ipse ex bonis patris ni-
hil cōsequi possit auth. ex complexu C. de ince-
stuos.nupt.imò, nec ei, potest aliquid relinqui
etiam ab extraneo contemplatione patris.
Dec.consil.462.num.20. Clar.in §. Testamentū.
quæst.37.nu.2. Trentacinq.variar.resolut. lib.1.
tit.de not.et spur.resolut.1.num.2. Cyriac. con-
trouers.8. n.90. & dixit Rota in causa Regien.
Iurispatronatus 16. Nouemb.1640. corā Card.
Panzirolo § quod eo facilius versic.filio nato ex
damnato coitu aliquid per patrem relinqui non
potest. nec etiam ab extraneo contemplatione pa-
tris &c. Quod intellige, vt nec quoad alimē-
ta & hoc ex Iure 12.tabularū, quæ contra na-
105 turalem omnium animantium institutum,
alimenta eis denegarunt, sic enim castitatem
istud ius antiquū coluit, vt pietatem omnem
abiecerit. teste Bald.in consil.456.num.10.lib.5
& animaduertit Rota in causa Romana Dotis
14. Martij 1635. coram re. me. Merlino, est de-
cisio 30 num.30.vers sic enim castitatem part.7.
recent.est inter eius impress.decis.671 n.30.

Hodie verò lege Pontificia de qua in cap.cū
haberet,extra de eo q.dux. in vxor. quam poll.
106 cautum reperitur inhærendo vestigijs Iuris
Diuini, & Naturalis, vt quibuscumque & qua-

litercumque natis debeantur necessaria vitæ
subsidia, id enim charitatis, et naturæ ius
107 postulat, nam alias secundum ius ciuile pu-
niebatur ille, qui peccatum non commiserat,
& sic innocens pro nocenti mulctabatur, &
quam id alienum reperiatur ab omni iure, ra-
tione, & æquitate, quilibet iudicet. Concedo
ius Ciuile, prædictam legem *in d. auth. comple-*
108 *xu* tulisse, vt viuentes reuocaret ab istis ne-
farijs, & inhonestis concubitibus, Vnde puni-
tur pater in filios, vt in eis discata damnabili
coitu se abstinere, videndo se effectu, et fru-
ctibus carere.

109 Videtur enim esse aliquod signum concu-
piscentiæ, & quasi supplicium patri, videre
quod tales filij quidpiam habere non possūt
ex suis bonis, quamuis ipse illa eis assignaue-
rit. *vt not. in d. §. fin. auth. quib. mod. natural. ef-
fic. sui.* Nam et quatenus eis aliquid in testa-
mento reliquerit, id à lege, legitimis liberis,
110 vel cognatis proximioribus, defertur. *Bald.
et Salicet. in l. 1. C. de natural. liber. per text. ibi.
Bart. in l. fin. ff. de his quib. vt indign. hered. au-
fert* Ias. *in l. 2. C. de hered. instituend.* vbi com-
munem ait. Fiscus autem id vindicat, quando
111 consanguinei intra duos menses negligunt
relicta bona à spurio vindicare, aut petere,
item si pacto, vel renūciatione consanguinei
excludantur, text. est *in d. l. 1. C. de natural. li-
ber.* & quod regulariter succedant proximio-
res excluso Fisco, *plures DD. congerit Crass. in
§. Institutio quæst. 11.*

Sed istæ, & similes rationes concludūt qui-
dem contra patrem, sed non contra filium, nā
112 nasci ex damnato coitu, vitium est patris, et
non filii *can. nasci 50. distinct.* Vndè iustior
mihi videtur fuisse lex illa Solonis, qua cautū
113 fuit, filios illegitimos non teneri alimenta
præstare patri pauperi. Nam qui alieno po-
tius, quàm proprio laborant vitio, pœna di-
114 gni non possunt ipso iure Ciuili fatente *in
l. duodecim tabularum. C. de natural. lib* & pœ-
næ suos debent tenere authores *l. sancimus. C.
de pœn.* Hinc pulchra illa, & notabilis Vulpiani
115 sentētia *in l. absentem. ibi Satius enim est im-
punitum relinquere facinus nocentis, quàm in-
nocentem damnare &c. ff. de pœn.* et adde text.
in l. item Mella. §. si plures ff. ad leg. Aquil. Qua-
re loquendo in terminis nostris ipsi Romani
sanxerunt, si illegitimus honestus sit re, &
116 vita ab officijs, & dignitatibus nō reijciatur
l. generaliter §. spurij. ff. de decur. et euidenter
probat *Card. Paleott. in tractat. de not. & spur.
cap. 35.* Insuper Athenienses, vt meminit *Ari-
stotel polit. 3.* legem, quam contra spurios, Pe-
117 ricle auctore promulgarunt, ipso quidem
Pericle viuente, in Temistocle spreuerunt, in
E[illegible]pora non obseruarunt, vt de illo testatur
Plutarch in vita Periclis, et de hoc meminit,
Alex. ab Alex. dier genial. lib 4. cap. 10. Immo
eandem legem eodem Pericle legis auctore
118 postmodum instante, abrogarunt, *vt super
hoc optimè ratiocinata est Rota in causa Bono-
nien. Aggregationis ad Collegium 23. Martij
1640. coram re. me. Merlino est inter eius impres.
decis. 832. n. 19.* vbi etiam dicitur filium illegi-
timum paternæ incontinentię labem satis ab-
119 stergere proprijs virtutibus, ac morum can-
dore &c. de qua materia abundè iam scripsi. *in
discurs. par 4. rect. to. 2. n. 418.* Vbi inter alia pro
baui illum vera nobilitate gaudere, qui eam
120 proprijs virtutibus, ac proprio Marte gene-
rosè adeptus fuit, quia claritas sanguinis, di-
uitiæ, potentia, & similia, dona sunt fortunæ,
quæ vaga, fragilis, incerta, cœca, perfidaque
est, *ac præsertim vide à num 285.* Quando enim
121 filius propria virtute sidetescit, eius lux non
obscuratur vitijs parentum.

122 Hic tantum facit ad propositum nostrum
de benignitate Canonica, filios spurios alēdos
esse à parte, *per text. in d. cap. cum. haberet. vers.
necessaria subministret.* & fusè id tractat. *Surd.
de aliment. titul. 1. quæst. 10. n. 5.* cuius textus
123 dispositio habet etiam locum, generaliter,
& ita communiter concludunt DD. *& præ-
sertim ait Angel. Aretin. §. 1. Instit. de iure na-
tural in princ.* se ita consuluisse cum quibus-
dam amplissimis Doctoribus, & ita obtinuisse
124 quia negare alimēta est hominem necare *l.
necare. ff. de liber. agnoscend.* hominem autem
necare est peccatum, *iuxta illud Decalog. Non
occides.* Et vbi agitur de peccato, ius Canoni-
cum est vbique, tam in foro Ecclesiæ, quam
Cæsaris seruandum, *vt pluribus relatis in ter-
minis d. cap. cū haberet,* optimè substinet *Card.
Paleott. in d. tractat. de noth. & spur. cap. 47. per
125 tot.* & de veriori, & communiori sententia
post multos celebres I. C. affirmat. *Roland. à
Valle in consil. 54. à num. 59. vers. dispositio cap.
cum haberet de eo, qui duxit in vxor. &c. practi-
catur tam in foro Cæsaris, quàm Pontificio &c.
lib. 2.*

ARGVMENTVM.

Ius Ciuile non fuit, sed inciuile, dum in auth. ex complexu. C. de incestuos, et inutil. nupt. iussit, vt filij nati ex incesto, & damnato coitu nō alātur à patre, quod quantū à ratione, et quidem naturali, id abhorreat demonstratur, cum peccatum vnum maiori peccato quæratur occultari, Et melius hoc statuit Ius Canonicum, dum sanciuit æquitatem sequendo naturalem, vt omnibus, & quibuscumque filijs quomodolibet genitis alimenta subministrētur ab eorum patre.

Cap. cum haberet. ext. de eo, q. dux. in matr. q. poll. per adulter, seruandum est vbique etiam in Terris Imperij, dānata in hoc dispositione Iuris Ciuilis. Alimenta, quod non debeantur filiis, quomodolibet genitis, id nec Lege, nec pacto, nec consuetudine potest tolli, et in quātum patris bona sint obligata pro alimentis

filijs,

filijs, etiam spuriis debitis, & aliqua habes circa Bulla Pii V. contra illegitimos.

Laudantur Ciuitates, quæ habent particularia Hospitalia pro alendis infantibus expositis, & extolluntur, satis, nutritores puerorum expositorum cum in hoc verè pietatis opere, omnia simul opera pietatis exerceantur.

SVMMARIVM.

126 *Filij spurij, dum Ius Ciuile iussit, ne alantur à patre, id fuit alienum ab omni æquitate.*
Prolem spuriam Ius Ciuile non parum infestatur.

127 *Filij spurij ius Ciuile renuit vt vocarentur, nec etiam filij naturales, quod tolerari posset.*
Filios spurios ab hæreditate quod ius ciuile patris arcet ferri posset.

128 *Alimenta, quod Ius Ciuile deneget spurijs, hoc intollerabile est.*

129 *Alimenta denegare aliud est, quàm occidere aliquem.*

130 Peccatum vnum, quod alio peccato grauiori abstergi possit, hoc est absurdum asserere.

131 *Ius Ciuile denegando alimenta spurijs cum repugnet id iure naturali, in hoc fuit inciuile. Vnde in hoc æquitas Canonica, quæ contrarium statuit vbique locorum est seruanda.*

132 *Filij quomodolibet illegitimi quoad ius alimentorum æquiparantur legitimis.*

133 *Testator non potest in testamento prohibere, ne alimenta præstentur spurijs, & num. 34. et hæc est valde notandum, num 135.*

134 *Legum præcepta, quod in eius testamento non habeant locum, testator incasù disponit.*

136 *Filius spurius licet sit spurius, tamen est filius.*

137 Pater, quod quoscumque filios alere non teneatur, id nec pacto, nec lege, nec consuetudine, nec statuto induci potest.

138 *Ius naturale immutabile est, & inter omnia iura primatum obtinet.*

139 *Filij qualiter geniti sunt, non est perpendendum, sed indistinctè pascendi à patre.*
Filios spurios suscipiendo pater, licet male faciat tamen quando sunt geniti, non male operatur eos educando.

140 Pater peccat, si filio, quamuis spurio alimenta deneget, si paupertate non excusetur.

141 *Filius si panem petierit, pater certè ei, non dabit lapidem, aut si piscem petierit, non dabit serpentem.*

142 *Alimenta cum iure naturæ filijs etiam spurijs, debeantur, tolli ea, illis non possunt.*

143 *Alimenta etiam in terris Imperij filijs spurijs debentur.*

144 *Princeps non potest condere legem alimenta quibuscuis filijs negantem.*

145 Constitutio Ægidiana priuans alimentis prolem spuriam recessit ab Aula, imo nec ea inter alias Constitutiones Ægidianas repe- ritur.

146 *Bona patris sunt obligata spurijs pro alimentis ei debitis.*

147 Patris bona adeo sunt obnoxia pro alimentis debitis filijs, etiam spurijs, vt decedente eo, ad quoscumq. cum dicto onere illa transeant.

148 *Quod procedit etiam si ob aliquod delictum patris dicta bona transirent in fiscum.*
Et si fiscus illa, alicui cederet, ipse cessionarius tenetur ad tale onus.

149 *Bulla Pij V. contra illegitimos, non tollit alimenta, quæ iure naturali, & canonico quibuscumque filijs, etiam spurijs debentur.*

150 Pius V. non est vmquam cogitandum, cum fuerit adeo pius, vt voluerit tollere alimenta filijs illegitimis, per eius Bullam contra eosdẽ. & num. 155.

151 *Bulla Pij V. contra illegitimos, non iuri naturali, sed scandolis dumtaxat, & fraudibus obuiare, quæsiuit.*

152 *Bulla Paulj V. contra illegitimos tantum iura specialia illegitimis non autem beneficia iuris communis sustulit.*

153 *Et sic etiam sensit* Camera *Apostolica.*

154 *Illustriss. D. Odoardus Vecchiarellus Cameræ Apostolicæ Auditor Generalis, laudatur.*

156 *Ciuitates illæ tamquam piæ extollendæ sunt, quæ habent Hospitalia destinata ad educandos infantes expositos.*

157 Puerorum *expositorum nutritores exercent magnum pietatis opus, cum in tali pietate omnia opera pietatis exerceantur.*

158 Pietatis *opus educandi infantes expositos, quàm tum laudabile, et meritorij sit apud DEVM, remissiuè.*
Prætor *Iustus, & Supremus curat etiam de minimis, pro vt sunt paruuli expositi.*

159 Pater *Illephons Perez quàm laudabiliter se exercuerit in cura infantium expositorum, & nu. 160.*

161 *Bartolus Iuris Lucerna, cum fuisset expositus fuit educatus à* Petro Pietatis, *vt ipse testatur in l. quidam. num. 8. ff. de verb. obligat.*

162 *Eumque Petrum, tamquam virum nullius hypocrisis, sed mira sanctimonia clarum extollit.*

163 *Eique gratias agit, et asserit dum de tali amabili viro illa scribebat, cordis oculus lacrymabatur, et vide hic, quod Bart. non erubuit licet in magno in honore esset, asserere se fuisse expositum &c. et n. 164.*

165 *Filijs spurijs, tàm à patre viuo, quàm mortuo alimenta sunt præstanda.*

166 *Testator, si commisserit executori vt eius bona diuidat inter pauperes, & eiusdem testatoris filios spurios egent, potest eis aliquid assignare.*

CA-

CAPVT LXXIV.

ALimentorum spurijs debitorum materiã
prosequendo, nam, et si veritaris ama-
tores erimus abhorret ab omni æquitate, et
quidem naturali dispositio Iuris Ciuilis, de
qua *in d. auth. ex complexu*, Vehementer enim
dictam prolem spuriam insectatur, nam tales
filios, nec naturales vocari permittit, sed hoc
127 tolerari potest, Iubet hos ab hæreditate pa-
terna esse penitus alienos, et hoc ferendum
erit, Iubet alimenta, vt dixi, negari, at hoc est
128 immanissimum, quod nec humanus sensus
ferre potest, *Ex complexu nefario*, (inquit di-
ctus text.) *aut incesto, seu damnato, liberi, nec
naturales sunt nominandi, omnis substantia in-
digni beneficio, vt nec alantur à patre*, et hoc
nihil aliud significar, nisi occidantur à patre,
129 nam alimenta denegare idem est, quàm in-
terficere, vt etiam ipsi Etnici Iurisconsulti
agnonetunt *in l. necare. ff. de liber. agnoscend.*

Et sic proprijs visceribus arma inferat, Vbi
130 nam auditum? peccatum vnum, alio gra-
uiori peccato tolli, et certè ius Ciuile in hoc
Inciuile potest vocari. Sed relictis his expo-
131 stulationibus, stat inconcussa opinio, vt etiã
in terris Imperij seruanda æquitas *d. cap cum
haberet.* omninò sit. Filij enim quomodolibet
132 illegitimi, quoad ius alimentorum, nomen
filij retinent, et habentur, ac si essent prorsus
legitimi, et cum in hoc eisdem omninò æqui-
patentur. *Dec. in cap per tuas. num. 7 de probat.*
Card. Paleot. *de noth. & spur. cap. 46 numer. 7.*
Peregr *de Iur. fisc. lib. 3 titul. 18. sub numer. 63.*
Surd. *de aliment. d. titul. 1. quæst. 25. num. 31. in
fin. et titul. 7. quæst. 9. sub num. 1. & nu. 2.* Gra-
tian. *discept. forens. 567. num. 26.* Fontanell. *de
pact. nuptial claus 5 glos. 1 part. 1. nu. 120. vers.
reuoca quasi. tom. 2.*

Quæ conclusio procedit etiam si pater in
testamento expressè prohibuerit, ac ordina-
133 uerit, quod filius spurius non aleretur, nam
quis non potest contra legum præcepta dis-
ponere. *l. nemo potest. ff. de reg. iur.* et dixit *Ro-
ta in causa Fanen. Commenda* 27. *Iunij* 1639.
coram Reuerendiss. Terraconen. *§. nec dicta con-
stitutio. versic. non potest contra legum præcepta
disponere*, et in puncto id comprobat *Bald. in
l id quod pauperibus. numer. 38. ff de sacrosanct.*
134 *Eccles.* vbi generaliter loquitur de filijs na-
turalibus asserens, si pater mandet in testamẽ-
ro alimenta non præstari filio naturali, non
obstante tali prohibitione, ea præstanda ve-
niunt; Quale dictum multum extollit *Hippo-
lit. Marsil. in singul. 358. incip. Pater de iure ci-
135 uili non tenetur &c.* aduertitque hoc esse in
hac materia perpetuò menti tenendum, quia
profectò est singulare verbum, et fortè à pau-
cis notatum. Loquitur enim *Marsil.* in pro-
prijs terminis nostris, nempe de prohibitione
facta hæredibus, vt spurios non alerent, quia
136 filius spurius, licet sit spurius, tamen filius
est, in eisdem quoque terminis consulti re-
sponderunt *Iason. in consil. 26. num. 13. versic.
pater non potest expressim priuare spurios in te-
stamento alimentis, & non obstante tali prohi-
bitione, debent præstari &c.* Aym. *in consil. 219.
num. 7. versic. imo nõ potest pater priuare filium
spurium alimentis &c.*

Quamobrem nec prohibitione, nec pacto
137 partium, nec lege, nec consuetudine ea ob-
ligatio tolli nequit, vt pater quoscũque filios
alere non teneatur. *can. sunt quidam. 26. q. 2.*
Abb. *in cap. fin. num. 22. de consuetud.* Couarr.
lib. 4. Decretal. part. 3. cap. 8. §. 9. num. 4. Calcan.
*consil. 62. num. 16. vers. sed secundum educatio-
nem*, & optimè tradit *Petr.* Ćened *canonic. quæ-
stion. lib. 1. quæst. 13. num. 10.* cum id sit de iu-
138 re naturali, quod est immutabile. *can. ius
naturale dist. 1. §. 1. Instit. de iure natural. gent.
et ciuil.* interque omnia iura primatum tenet.
Et si quis male faciat, filios spurios suscipiẽdo,
139 ex quo tamen geniti sunt, despiciendi mini-
mè sunt, sed pascendi, illisque veluti pauperi-
bus succurrendum *ad. notat. per glos. in cap. 1.
in verbo subministrent. &* Abb. *ibi num. 4. de
cohabitat. cleric. & mul.* Mastrill. *decis. Sicilia
144. num. 17. & seq. part. 2.* Henrig. *in summa
lib. 11. de matr. cap. 19.* Alioquin peccat pater si
140 filio quamuis spurio alimenta deneget, mo-
dò illa præstare possit, & paupertatẽ non excu-
setur ex præcepto Diuino. *vt in Eccle. siast. 30.
Lacta filiũ, & pauẽtem te faciet* & Matth. 7. *Quis
141 ex vobis homo, quem si petierit filius panem, nũ-
quid lapidem porriget ei? aut si piscem petierit,
numquid serpentem dabit ei?*
142 Cum enim alimenta iure naturæ debean-
tur aliqua lege humana auferri non possunt.
Abb. in cap. fin. num. 22. de consuetud. Didac. *de
matrim. 2. part. cap. 8. §. 6 num 4.* Roias *in Epi-
tom. succession. cap. 2. numer. 37.* & omnes DD.
sentiunt, & dixi supra, etiam in Terris Impe-
rij alimenta illegitimis deberi, & est commu-
143 nis opinio, vt videri potest apud *Surd. de
aliment. titul. 1. quæst. 1. per tot. & titul. 8. priui-
leg. 56. nu. 22.* Pasqual. *de vir. patr. potest. part. 2.
cap. 3. nu. 4.* Mauson. *de caus. execut. ampliat. 31.
num. 17.* Rot *decis. 747. num. 15. part. 4. diuers.*
Et ideo Princeps non potest condere legem
144 alimentis filios priuantem, *vt dixit Bald. in
l. 1. sub num. 22. ff. de constitut.* Peregr. *de fidei-
comm. art. 36. num. 145.* Ceuall. *commun. contra
commun. quæst. 757. à numer. 1. & quæst. 757. à
num. 1. & quæst. 786. num. 207.* Sanctatell. *va-
riar. resolut. quæst. 45. sub num. 9.* Vnde recessit
145 ab aula Constitutio Ægidiana priuans ali-
mentis prolem spuriam, *vt meminit* Lup. *Hi-
span. in cap. per tuas. notab. 3. §. 23. nu. 13. in fin.
de donat. inter vir. & vx.* & Lupus *ital. de illa-
gitim. tom. 2. §. 1. num 10. post* Rot. *decis. 489. ad
fin. part. 1. diuers.* subdicitur tamen etiam, quod
prædicta Constitutio nõ reperitur inter alias
Ægidianas Constitutiones.

Quod

Digitized by Google

Quod enim bona patris etiam filijs spurijs
146 sint obligata pro alimẽtis *dixit Rota in cau-*
sa Bononien. Alimentorum 28. Martij 1594. *co-*
ram Penia *à me est inter eius impress. decis.* 281.
num. 28. *vers. Nec pacto nec lege.* Vbi etiam de-
ciditur bona patris esse adeo obnoxia præ-
147 stationi alimentorum filijs etiam naturali-
bus, spurijs &c. debitorũ, vt decedente patre,
ad quoscumque eius bona transeant, cum tali
onere vadant, itaque etiam in fiscum transeãt
si ob aliquod delictum patris bona paterna
148 veniant confiscanda, & dato fiscum ea bona
alicui cedere, ipse cessionarius tenetur ad tale
onus, *& à num* 19. respondetur Bullæ sa. me.
Pij V. editæ contra illegitimos, quia illa in
specie non tollit alimenta, quæ iure naturali,
149 & Canonico, quibuscumque filijs debentur,
neque fuisse verisimile tam Pium Pontificem
id cogitare voluisse: vnde pietatis, et æquita-
150 tis, et rationis naturalis tolleretur, idque
postea, *sensit coram re. me. Merlino in Romana*
Dotis est decisio 30. *à num.* 36 *part.* 7. *recent.*

Pius V, per dictam Bullã, non iuri naturali,
151 sed scandalis duntaxat, ac fraudibus obuia-
re quæsiuit. *Azor. Instit. moral. part.* 2. *lib.* 2.
cap 40. *quæst.* 7. *in fin. Regens* Rouit. *decis. Nea-*
politan. 25. *num* 17. *&* 18. et benè exaggera-
tur *à Rota in d. decis.* 281. *num.* 16. Nam dicta
Bulla aufert tantum iura specialia illegitimis,
152 non autem beneficia iuris communis, *vt sen-*
sit Nauar. glosator d. Bulla in tractat. de spol.
Cleric. § 19 *num.* 9. *& lib.* 3. *et in consil. titul. de*
testam. cons. 4. *per tot. & consil.* 5. *num.* 2. 3. *&* 4.
Burlatt *consil.* 215. *num.* 16 *lib.* 3. Surd. *cons.* 509.
per tot. Ricc. *in prax. Eccles. part.* 2. *resolut.* Cy-
riac. *controu.* 76. *num.* 3, *et controu.* 436. *nu.* 20.
et controu. 472. *numer* 13. *Reuerendiss. Episcop.*
Sperell *decis. for. Ecclesiast. decis.* 73. *numer.* 11.
vers. ea constitutio Pij V. duntaxat tollit, quæ
specialis priuilegio, et ex testamentaria, vel intes-
tata successione proueniunt, non ea quæ iuris cõ-
munis beneficio competit &c. ibique plures deci-
siones Rotales adducit, et eamdem opinionem,
quidquid olim senserit, indistinctè rigorem
Pianæ constitutionis obseruãdo, hodie quip-
pe ex solita benignitate recedendo ab ob-
153 seruantia, & rigidissimo stylo, amplectitur
Camera Apostolica, nam iuxta prædictam
distinctionem respõdit *in causa Romana fidei-*
commissi de Alicornis 1. *Februarij* 1647 po-
nente Illustrissimo D. Odoardo Vecchiarello,
nunc eiusdẽ Cameræ Apostolicæ amplissimo,
154 & dignissimo Auditore Generali, est Præsul
ingenio acerrimo, ac morum candore insigni,
cui innatæ benignitati non parum debeo.

Plura super d. Bulla Pij V. in his terminis,
qui videre desiderat nuper plura cumulauit
D. Ioan. Nicolaus Lucidor. *in tractat. de illegi-*
tim. cleric. & regul. cap. 26. *per tot. et sub num.* 1.
mentionem facit de dicta resolutione Came-
ræ Apostolicæ, *vide etiam in cap.* 27. *& seq.*
Quare vt dicebam nullatenus d. Bulla Pii in
nihilo innouauit quo ad illegitimos ius com-
155 mune, vnde absque dubio illis alimenta de-
bẽtur à patre, *iuxta d. cap. cum haberet.* Quare
male agunt, & peccant patres, qui prolẽ spu-
riam non educantes, illam ad Hospitalia,
vel ad alia loca publica exponunt, si ipsi pos-
sunt eam nutrire, & quare *latè tractat idem D.*
Lucidor, in d. tract. de illegit, cap. 15. *à n.* 15. *et seq.*

Tandem ego illud solum in hac materia
subdam, Ciuitates, cœteraque loca, vbi fun-
156 data manent Hospitalia ad effectum educã-
di pauperea infantes expositos, mirificè ex-
tollẽdo, magnum quidem pietatis opus exer-
157 cent nutritores expositorum, si quidem in
ea pietate omnia misericordiæ opera exercẽ-
tur, *vt benè ex nostris* ratiocinatur pius & do-
ctus Alphons. Perez *in tractat. de Anniuersar.*
lib. 1. *cap.* 21. *à num.* 61. vbi multa congerit ad
ostendendum, quàm carum, laudabile, et me-
ritorium sit apud Dominum DEVM nostrum
158 tale plenum pietatis opus. Nam et de his
nãq; minimis curat iustus & supremus PRÆ-
TOR, qui ait penes Zachar. cap. 13. *Et cõuer-*
tam manum meam ad paruulos, et apud Matt.
cap. 9. *Sinite paruulos, & nolite prohibere ad me*
venire, et apud eumdem cap. 12. *Qui susceperit*
vnum paruulũ talem in nomine meo, me suscepit.

Et videatur apud eumdem *Perez. d. cap.* 21.
num 62. vbi ait, quod dum ea scribebat, cor-
dis oculus lacrymabatur (non miseriæ, sed ex-
ultationis) memoria optimi sui Patris Fran-
159 cisci Perez. de Lara, qui per 40. annos quoti-
die accedere solebat ad S. Ecclesiam Tolera-
nam ante auroram, pro audienda Missa S. Ille-
phonsi, illius Ciuitatis Patroni, quæ illa hora
celebratur, qui eum frequẽter inueniret præ-
dictos infantes expositos ad ianuam Ecclesiæ
eos brachiis suscipiebat, et magna charitate
160 domui suæ portabat, vt clarescente die, per-
ferrerentur ad Hospitale Ciuitatis ad hoc de-
stinatum, et multos suis expensis nutriuit, et
quid acciderit eidem in eius funerali, vide ibi
ne hic longior sim. Similis persona etiam, et
161 verè inuidenda similiter extollitur *à Bart.*
in l. quidam cum filium. nu. 8. *ff. de verb. obligat.*
vocatus Petrus Pietatis, qui eumdem Barto-
lum nutriuit, et erudiuit, et ait, quod sic ap-
pellabatur, quia locum Venetiis erexit, qui
domus pietatis erexit, in quo dicti expositi
nutriuntur.

Et subdit dictum Petrum fuisse virum nul-
lius hypocrisis, sed miræ sanctitatis, et pro tali
162 reputatus apud se, et omnes, qui eum agno-
uerunt, et ibi Bart. ei gratias agit, et de eius
memoria tenere loquendo lacrymatur, ibi,
dum calamus hæc scribit, cordis oculus lacryma-
tur, ex multo amore, quem ad illius Petri boni-
tatem fero &c. Siste, et nota Bart. qui eo tem-
pore magno afficiebatur honore, nõ erubuisse
163 fateri se fuisse expositum, et ab illo exposi-
torum communi patre nutritum, eique gra-
tias agendo, quia dum ille eum rexit, custo-

diuit

diuit à lapsu, et subdit Bart. quod ipse vene-
164 rabilis Petrus dixit ei, quod plures ex dictis
pueris expositis aliis tradidisset hoc pacto,
quod eos non aliter, quàm filios obseruarêt,
et latius vt ibi habes.

Roboratum satis iam credo filios spurios,
165 tàm à patre viuo, quàm mortuo esse alen-
dos; quare vt redeam vnde digressus sum, si
testator commiserit exequutori testamētario,
vt bona sua distribuat in pauperes, et eius fi-
166 lii spurii paupertate laborent, poterit, et
quidem eos loco pauperum nominare. *l. cum hi. §. modum. ff. de transact.* Bald. *in l. eum quam num. 41. ff. de fideicommiss. idem. Bald in cons. 91. Videtur quod electio lib. 1. & consil. 162. Quidā Franciscus ad finem. lib. 5. & in l. id quod pauperibus. nu. 34. vers. quaeritur etiā. C. de Episcop. & Cleric. cum alijs allegatis per* Tiraquell. *de priuileg. piae caus. in praefat. §. Et facit. vers. procedit etiam in filio spurio testatoris paupere &c. & per* Card. Mantica *de coniectur. vltim. volūt. lib. 8. cap 5. sub num. 13. vers. filium spurium testatoris loco pauperis posse nominari, nihil prohibet &c.* et declara vt ibi, In seq. capite tangemus quintum requisitum, vt executor testamentarius secundū Iuris tramitem dicatur elegisse pauperes, quibus in genere à testatore fuit commissa bonorum eis in pauperes distributio.

ARGVMENTVM.

Executor testamentarius, qui ex praecepto testatoris tenetur distribuere eius bona inter pauperes in genere, si non adsint inter pauperes nulli ex familia testatoris, tunc ille debet animaduertere an adsint ex affinibus pauperibus eiusdem testatoris.

Quaeritur quoque an talis executor testamentarius possit eligere filium proprium in pauperem, et quid si sit filius spurius, nam licet spurius aliquid non possit consequi ex bonis patris, tamen ab alijs potest consequi, nec executor dando dicta bona, dicitur de suo dare, cum pauperes ea capiant à Testatore, licet de manu executoris. Et aliqua habentur contra illegitimos.

Executor testamentarius, si de ordine testatoris teneatur distribuere bona inter pauperes in genere an si ipse sit pauper, possit se ipsum eligere, & reiecta quorumdam distinctione concluditur stantibus tamen requisitis, quod possit id facere, & adducuntur non nullae rationes. Instillatur tamen auribus praedictorum executorum, vt vigili oculo stent, ne praecipitent in hac periculosa materia interesse.

SVMMARIVM.

165 *Executor, qui tenetur ex ordine testatoris distribuere bona in pauperes non existentibus de familia testatoris, quos possit eligere. & numer. 168.*

169 *Coniunctioribus melius est subuenire, quàm alijs.*

167 *Executor omnium piarum dispositionum est Episcopus.*

168 *Executor testamentarius in genere destinatus à testatore ad distribuenda bona in pauperes, potest eligere filium proprium in pauperem.*

170 *Executor grauatus distribuere haereditatem inter pauperes, potest etiam in filium suum spurium aliquid conferre, si verè sit pauper.*

171 *Spurius ex bonis patris, licet aliquid non possit consequi, tamen ab alijs potest consequi. & numer. 177.*

172 *ab Executore capiens, qui aliquid distribuit de mandato testatoris, non dicitur ab eo capere, sed à testatore.*

173 *Eligens aliquem de iussu alterius, nihil de suo conferre dicitur.*

174 *Et hoc procedit etiamsi in potestate eligentis sit, eligere, quem ipse voluerit.*

175 *Facultas, seu potestas, si pertineat ad executionem, necessitas imposita assumit illius naturam.*

176 *Itaque nullam cōtineat propriè donationem, itaut onus possit imponere.*

177 *Spurius est capax cuiuscumque relicti, et successionis praeterquam paternae.*

178 *Spurius quoties non capit ex iudicio patris testatoris, est capax cuiuscumque relicti.*

179 *Quod intellige nisi fiat in fraudem legis, quod bene colligitur ex reciproca donatione, et quomodo. limita vt nu. 180.*

181 *Praesumptio validitatis actus, superat omnes alias praesumptiones.*

182 *Actus, vt praesumatur validus, semper in dubio est capienda interpretatio. & nu. 183.*

184 *Haeres institutus à patre, potest instituere spurium testatoris praemortuus, etiam in bonis à defuncto habitis cessante fraude.*

185 *Spurij, vt plurimum sunt odiosi legibus, et hominibus, nisi morum candore abstergant talem maculam.*

186 *Spurij plerumque censentur imitatores paternae incontinentiae.*

187 *Patris ignoti abeunt cum foeminae more.*

188 *Illegitimi liberi nec in bello seculari sunt fortes, ne in fide constantes, nec honorabiles hominibus.*

189 *Corui mali malum ouum.*

190 *Executor destinatus à testatore ad distribuendum bona sua inter pauperes si verè sit pauper potest se ipsum eligere.*

191 *Quod procedit siue fuerit pauper de tempore testamenti, & sic fuerit nota testatori eius paupertas, siue postea inciderit in paupertatē & nu. 163. & 195.*

192 *Testator, quod non dixit, cum id erat in eius potestate non praesumitur voluisse.*

194 *Testator, si quia respondisset verisimiliter, si fuisset*

Digitized by Google

fuisset interrogatus, id pro lege debet haberi.

196 *Officium sibi impositum, nemini debet esse damnosum.*

197 *Executor testamentarius de executione legatorum piorum (nihil, nisi, aliud dixerit testator) potest pratendere.*

198 *Gratis, quæ geri oportet, gerenda sunt.*

199 *Hæredes fiduciarij totam hæreditatem vna cum fructibus restituere tenentur, nulla sibi relicta parte.*

200 *Hæres fiduciarius non detrahit quartam.*

201 *ad Officium aliquod electus, si nihil ex eo lucratur, non tamen id ei debet esse damnosum. & nu. 202. et 203.*

204 *Dispendium, quis non debet pati, ex quo meretur proemium.*

205 *Clericus compellitur seruare indemnem suum fideiussorem per assignationem redditaum suorum.*

206 *Fideiussor, qui soluit pro principali, debet ab eo seruari indemnis à suo principali, etiam si ab eo id expressè non fuerit promissum.*

206 *Fideiussor ex officio suo, & fide soluendo pro principali, damnum sentire non debet.*

207 *Testator fiduciam, quàm habuit in executore testamentario id non debet ei in damnũ verti. et numer. 209.*

209 *Executor testamentarius destinatus ad distribuendum bona inter pauperes, eligendo se, vti talem, in hoc valde cautè procedat.*

210 *Interesse scelerata illa bestia, mortales excæcat.*

211 *Mentem alienatam qui per insaniam habent non tam res ipsas vident, sed suæ passionis phantasias aspiciunt.*

212 *Fortuna, quidquid expectantibus dat, faciunt sicuti canes famelici, quando frustra panis eis proijcitur.*

213 *Cupiditates sunt insatiabiles, nam omnia per eam labefactantur.*

214 *Cupiditas est ignis insatiabilis, nec primo voto numquam quis fuit contentus.*

215 *Virorum interesse deditorum proprium est sua tenaciter possidere absque spe communicationis cum aliquo.*

216 *Auarus quærit, et inuentis miser abstinet.*

CAPVT LXXV.

REquisitum sextum, & vltimum necessarium, vt executores testamentarij in quorum arbitrio testator commisit distributionem bonorum in pauperes, vt regularè
165 procedant, non existentibus pauperibus de familia testatoris poterũt eligere magis pauperes, ex proprijs familijs. *ita Bald. in l. illa institutio. ff. de hæred. instit. & in l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de execut. tutor.* fauet auctoritas Sãcti *Thomæ 2. 2. quæst. 32. art 9.* nempe magis
166 subueniendum est coniunctioribus, quàm alijs. Hinc est, quod executor datus ad distribuẽda bona inter pauperes si ex familia testatoris nulli vtiq; supersint, quibus dandum sit,
167 Poterit iure, nec iniuria, siue etiam Episcopus legitimus piarum dispositionum omnium executor. *cap nos quidẽ 3. cap si hæredes 6. cap. tua nobis 17. cap Ioannes 19 de testament. Clement. quia contingit. de religios. dom.* Sacr. Concil. *Trident. sess. 22. de reformat. cap 8. & sess. 25 in decret. de purgator.* ea in pauperes familiæ suæ
168 ipsius executoris, & charitatis ordine, quo quis primò sibi, & suis, deinde alijs poterit dispertire. *ita Ancbar. consil. 436. In his dubijs decedendis. à num. 1.* Spin. *in specul testament. glos. 28. num. 28.* Nauar. *in can. quiescamus 42. distinct. num. 70.* Molin *de Iustit. & Iure. tom. 3. disputat. 747. nu. 1. vers verum autem.* Bonacin. *de contract. disputat. 3. quæst. 14 punct. 3. nu. 9. Ferdinand.* à Castro Palao *in opere moral. tractat. 6. de charit. disputat. 1. punct. 10. numer. 3. & seq.* Sanchez. *in suis consil. moral. tom. 2. lib 4. cap. 1. dub. 58. in secunda sententia*, quam probabiliorem dicit aduersus priorẽ. quãm simpliciter negabat. *Illuminat.* Moron. *in suis centum respons centum quæsitus cap. 58. numer. 20. vers non existentibus pauperibus de familia testatoris, poterunt executores eligere magis pauperes ex proprijs familijs &c*

Et in puncto, quod executor ordinatus à
169 testatore ad distribuenda bona inter pauperes, possit nominare suum filium in pauperem CHRISTI, dummodo filius re vera sit pauper; nam hoc non facit, vt persona domestica, sed vti executor, *defendit Bald. in l illud. num. 20. in princip. ff. quod cuiusq. vniuers. nom.* quem sequitur *Ias. in summa eiusdem tituli. numer. 21.* Angel. *in l. illa institutio. num. 3. ff. de hæred. instituend & post eos asserit* Card. Mantica *de coniectur. vltim. volunt d. lib. 8. cap. 5. numer. 10. vers. pater executor vltimæ voluntatis potest nominare filium &c*, quibus addo *Andr. Sicul in consil. 20. num. 13. vers. pater executor testamenti poterit eligere filium in pauperem, eti sustineat duplicem personam &c. lib 2.* vbi refert *Paul. de Eleazar.* dicere, & consuluisse, ita *Angel. de Amelia.* sic etiam, consuluit *Ias. in consil. 183. num. 4. vers. executor potest nominare filium in pauperem CHRISTI, hoc enim nõ facit vti persona domestica, sed vt executor &c. lib. 2. sensitque* Aufrer. *ad Cappell. Tholos. decis. 128. num. 2. vers. executor potest eligere filios suos in pauperes, dummodo verè sint tales &c.*
170 Ex qua conclusione infert, & notat *Paul. de Castr. in l. si quis la 1. num. 5 ff. de vulgar. & pupillar. substit.* quod executor grauatus distribuere hæreditatem inter pauperes, poterit etiam in filium suum spurium aliquid conferre, si verè sit pauper, quamuis ipse spurius ex
171 bonis patris nihil possit consequi. *auth. ex cõplexu. de incestuos. nupt. & iam supra diximus* ab alijs capere potest, *vt in eadem auth. probatur, & notat glos in §. vltim. auth quib. mod natur. effic sui.* Bart. *in l. vltim. nu. 9. ff. de his quib.*
172 *vt indign.* non enim intelligitur spurius ca-

pere à patre executore, sed ab ipso testatore,
vt probat. Alex ibidem.num.8 per l.vnum ex fa-
milia in princip & §.1. ff. de legat.2. & sequitur
Ias.*num.7 &* Zas.*num.12.*
173 Quoniam eligentes aliquem iussu alterius,
nihil de suo conferre videntur, & sic res habe-
tur ab eo, qui electionem fieri iussit *l.6. §.1. ff.*
quod cuiusque vniuers. nomin. l.etiam, 22. in fin.
ff. de manumiss. testamen. cap. litteris de rescript.
174 quæ conclusio procedit etiam prout est ca-
sus noster licet in potestate eligentis positum
sit, vt daret cui vellet, *l.vtrum. §. cum quidem,*
ff. de reb dub. Quæ facultas, seu potestas, cum
175 pertineat ad executionem, necessitas impo-
sita assumit illius naturam *arg. l principalis. ff.*
de regal iur itaque nullam propriam donatio-
nem continet, vt ex mente scribentium decla-
176 rat *Loazes in l.filius familias §. diuinum. 79.*
ff. de legat.1. et colligitur *ex Abb. in cap. relatū.*
num.4 de præbend. Dec. *consil.453, numer. 8.* &
tradit eleganter, *Petalta in d. l.vnū ex familia.*
§. sed et si fundum. ff. de legat. 2. latè vide. Frā-
cisc. Caldas *consil. 31. d num.2.* Quarè in ter-
177 minis nostris executor testamentarius eli-
gendo in pauperem suum filium spurium, ni-
hil ei de suo tribuit.

Spurius enim est capax cuiuscumque reli-
cti, et successionis præterquam paternæ, *prout*
firmauit Rota in causa Vrbeuetana Castrorum
4. Martij 1580 coram bo. mem. Card. Blanchet-
to, *est decisio 617. num.1. par.1. diuers.* vbi dici-
tur quoties spurius non capit ex iudicio pa-
178 tris testatoris, est capax cuiuscumque succes-
sionis, quod tamen procedit, nisi fiat in frau-
dem legis, quæ colligitur ex donatione reci-
179 proca, in qua donans censetur donasse
spuriis alterius, vt proprijs donetur. limita-
tamen vt habes ibi *d num. 2.* scilicet quando
potest considerari aliqua causa permissa, & li-
180 cita, puta prout erat in casu d. decisionis
conseruatio agnationis &c. quia tunc potius
censetur facta ex causa permissa, quàm ex alia
prohibita, cum & satis vulgata sit illa iuris
181 cōclusio, quod præsumptio validitatis actus,
superet omnes alias præsumptiones.

Ideoque in meliorem partem de iure sem-
182 per actus accipi debet, ita, vt præsumatur
validus *l.tū creditor ff. de furt. Corn. consil. 237.*
nu.3. vol.3. ipsaque iura talem præsumptionē
non parum coadiuuant, præsumendo omnia
183 necessaria pro validitate actus præcessisse *l.*
cum in testamento 37 §. hæc verba. ff. de hæred.
instit. l. Gallus §. quidem rectè ff. de liber. &
posthum. & arg. l. vniuersorum. ff. de pignorat.
action. et l. Titianus ff. quod cum eo &c. cum aliis
allegatis à Rota *in causa Florentina fideicom-*
missi 28. Iunij 1638 coram R.P.D. Carillo. *§.*
pro adminiculis verò, vers. emanasse præsumitur
cum omnibus solemnitatibus requisitis, vt actus
dicatur validus &c.

Accedit etiam in supradicta materia, hæ-
redem institutum à patre, posse instituere
184 spurium testatoris præmortui, etiam in bo-
nis defuncto habitis, cessante fraude *l qui Ti-*
tii testamentum. ff. quib vt indig. Bart. *in l. si is*
qui ex bonis ff. de vulgar. & sequitur Hieronym.
à Laurent, *dec. Rotæ Auenionens. 42. n. 3. vers. in*
stitutū à patre posse instituere spuriū testatoris
præmortui, etiā in bonis à defuncto habitis &c.
Prætermitto loqui de spuriis, tum quia hic
185 non est locus, tum quia sunt vt plurimum
odiosi, et legibus, et hominibus, nisi morum
candore, et proprijs virtutibus fulgeant, sed
rarò id contingit, cum regulariter præsuman-
186 tur imitatores paternæ incontinentiæ, *vt*
aduertit Rota *coram re. me* Merlino *decis. 30.*
sub num. 40. vers. creduntur imitatores paternæ
impuritatis &c. part. 7. recent. et adde illud sa-
187 tis tritum, *Et patris ignoti abeunt cum semi-*
ne mores. Egregiè quidem ratiocinatur *text. in*
c. in. sigens Angelorum. 56. distinct. vbi loquen-
do de sobole illegitima, quæ est imitatrix vi-
188 tiorum parentum, sic deinde ait, ibi. *ad de-*
teriora, & ignobiliora vergentem, nec in bello se-
tul tri fortem, nec in fide stabilem, & nec hono-
rabilem hominibus, nec DEO amabilem esse vē-
turam &c. congruitque antiquum illud ada-
gium, de quo mentionem facit *Petr. Gregor.*
189 *lib. 35. syntag. Iuris cap. 3. num. 23. part. 2.* nē-
pè, *Mali corui, malum ouum* At modo ad nos.

Poterit quoque executor testamentarius
non tantum eligere in paupetes, non so-
lum proprios consanguineos, sed etiam se-
190 ipsum, si alieni auxilii egens sit *secundum*
Paul. de Eleazar. in Clement. 1. de testam. Abb.
in cap. fin. de instit. Henric. Bott. *in tractat. de*
Synod. Episcop. conclus. 13. nu. 126. vers. obliga-
tus ad faciendam Eleemosynam nomine alterius
potest sibi facere eleemosynam, si est in necessita-
te euidenti &c. cum aliis à me allegatis. *in an-*
notat. ad decis. 460. num. 121. vers. quinimmò po-
test se ipsum &c. part. 4. recent. tom. 2. & facit
commune illud prouerbium. *Agris nostris si-*
tientibus, non debemus alienos irrigare.

Adde mihi nō arridere distinctionem illam
saluo meliori iudicio, quam, *post* Anchar. *in*
cons. 84. et sequitur Menoch. *de præsumpt. lib 4.*
præsumpt. 25. num. 18. vbi sic distinguit, Aut
191 necessitas, & inopia executorum ita extitit
tempore conditi testamenti, vt cognita fuerit
ipsi testatori, & hoc casu executores nihil pro
se, eorumque filijs retinere possunt, quia veri-
192 simile est, si testator voluisset eos aliquid
habere, iam eis legasset, nam, quod testator nō
dixit, cum id in sua esset potestate, nec voluisse
videtur, nam si voluisset, dixisset vtique. *ad*
text. in l. vnic. in fin. § sin autem ad deficientis
ibi. Nam si contrarium voluisset, nulla erat dif-
ficultas coniunctim disponere &c. C. *de caduc.*
tollend. text est etiam in cap. inter corporalia
2. §. vndè si circa. de translat. Episcop. cap ad au-
dientiam 13. de decim. l. si quis in prima testa-
mento. ff. de legat. 3. Mastrill. *decis. Siciliæ. 123. n.*
num 46. part. 2. Mar. Mut. decis. pariter Siciliæ
57. nu.

57.num.17. Rota corambo. me. Pirouano decis.
316.numer.5.part.2.recent.& coram bon.mem.
Card.Caual. decis.95. num.4.& decis.340. n.5.
& coram Reuerendiss.D.Tettacinen.decis.249.
num 14.part.6.recent.

Ant executores tempore conditi testamē-
ti non erant pauperes, sed deinde supetuenit
193 inopia,aut si existit de tempore conditi te-
stamenti,non tamen illa cognita suit testato-
ri,& hoc casu possunt executores pro se, &
filijs aliquid retinere,cum verisimile sit,si te-
stator sciuisset,vel cogitasset eorum inopiam,
194 facile eis aliquid reliquisset, cum pro lege
seruandum sit,quod respondisset Testator, si
interrogatus suisse dū, de eo cogitasset, ut no-
tatur in l.tale pactum 41.§.fin.ff de pact. l mu-
lier.22.§.decreuisse.ff.ad Trebell. l. Titius testa-
mento.25.§ Lucius Titius, vbi Bart.ff. de liber.
& posthum.& l.1.§.si enim testator.C.commun.
de legat.sensitque Rota Auenionien.apud Hie-
ronym.à Laurent.decis.214.num.8. vers.si de
isto casu fuisset interrogatus testator, ita respon-
disset &c. Subdens hanc esse de præcipuis cō-
iecturis vltimatum voluntatum, cum alijs à
me abundè relatis in annotat.ad decis.632.à nu.
num.87.tom.3.part.4 recent.

Arbitror tamen,vtcumque sit, tales execu-
195 tores pauperes, posse esse participes de tali
eleemosyna. Nonne si non fuisent electi
executores testamentarij, posent ese parti-
cipes talis distributionis; quarè æquum mihi
196 non videtur,ex eo,quia eligūtur ad officiū,
& onus debeant ese priuati tali subsidio,
Transeat,si meri executores legatorum pio℞
197 pro eis exeqnendis,nihil consequi debeant,
(nisi aliud disposuerit testator) sed gratis te-
neantur operari;nam gratis,quę geri oportet,
198 gerenda sunt per text. in l. nulli.§ post vnius
verò anni.C.de Episcop. & Cleric. & ibi. Ca-
strens.nu.6.Simon.de Pret.de interpretat.vltim.
volūt.lib.5.interpretat.2.dubitat.2.n.30 Sicuti
in simili dicimus de hæredibus fiduciariis,qui
totā hæreditatē restituere tenentur, vna cum
199 fructibus,nulla sibi retenta quarta in text.glos.
vltim l.in fideicōmissariā.§.vltim.ff ad Trebell.
Apostil.ad glos.in l. Seius saturninus.in verbo fi-
duciariā eodē titul.Bud.in annotat.ad Pādet.ad
l.2.§.sui titū ff.de origin.iur.Menoch.cons.1135.
num.16.Peregr.de fideicommiss.articul.3.n.16.
200 Quod enim Trebellianicam detrahere non
valeant,est indubitatum, & ita sentiunt Ho-
dierna in l.hac edictali quæst.28 num.28 ff. de
secund.nupt.cum ibi relatis, & addo Alex. in
l.seius col.3.sub.n.2.ff ad Trebellian. Riminald.
Iun.consil.379.num.90.Gabr. consil.138. nu.1.
Gratian. discept.cap 650.num.3.& seq. sentitq.
Rota coram bon.mem.Card.Cauaier.decis.284.
num.3.et decis.381.num 1.quarum prima babe-
tur etiam impressa in recent decis.557.num.3.in
fin.et deinde ita quoque fuit responsum in causa
Romana legati 17.Martij 1639.§. nec visum
fuit obstare vers. nihil ex dicto legato consequi
debet.tamquam nudus minister &c.coram bon.
mem.Card. Hieronym. Verospio, et in causa
Geruden sacristia 3. Iunij 1639. §. Minus ob-
stat.vers.non possunt prætendere lucrifecisse fru-
ctus,nam aliàs non executores,sed legatary dice-
rentur,& vide quæ dixi in annotat. ad decis.25.
à num.31.vsque ad n.39. part.3.recent.

Transeat ergo,vt dicebam meros executo-
res nihil lucrari ex iniuncto sibi onere distri-
201 buendi bona testatoris inter pauperes, non
tamen æquum est, vt peioris conditionis, ese
debeant,quam si non suisent vocati ad tale
onus, seu officium, nam vt iura clamant, offi-
cium suum nemini ese damnosum.cap.cum
non deceat.de elect.in 6.l. aduersus. §. tutoribus.
ff.de inoffic. testam.l.si quis ex signatoribus.ff.
quemad.testam.aperiantur l si seruus. §. si verò.
ff.de furt.l.videlicet ff ex quib.caus maior l.1. §.
2 ff.ad Trebell.l post legatum § Aduocatum.ff.
de his.quib.vt indig l.inter officium ff.de rei vin-
dic.facit cap. cum dilecto, & ib. glos.de renunc.
Ancbar.in consil.5 incip Pro parte nobis num.1.
vbi loquitur in terminis executoris testamē-
tarij dati,vt est casus noster ad distribuendum
bona pauperibus,qui si distribuerunt iuxta
202 mentem testatoris, non posunt conueniri
ab eo qui prætendit, quod pauperibus distri-
butio non debuiset fieri,quia officium suum
203 nemini debet ese damnosum, et ideo non
ipsi,sed pauperes conueniendi sunt, vt ibi latè
per eum. Et generaliter, quod officium suum
nomini debeat ese damnosū, tractāt Monet.
de distribut.quotidian.part.2.quæst.11. num. 8.
Canonista in d. cap. cum non deceat vers suum
officium esse damnosum.de elect.in.6.Sued.consil.
19.num.12. Escob de ratiocin.cap.7.num.57.&
comput.17.num 5.Camill.Borell. de compromis.
§.5.glos.2.num.1.& 2.

Admodum certè absurdum eset, vt quis
dispendium patiatur, vndè præmium meruis-
204 se videtur, vt inquit Romanus Pontifex Lu-
cius III. in cap.peruenit.2.§. me igitur dispen-
dium.extr.de fideiuss. vbi dicitur, quod Cleri-
205 cus compellitur seruare fideiusorem indē-
nem per assignationem redditnum suorum.
Generaliter enim fideiusor, qui soluit pro
principali, debet ab eo seruari indemnis etiā
206 si ab eo id expresè non fuerit promisum,
probat text. in d. cap. peruenit, quia fideius-
sor ex officio suo,& fide damnum sentire non
debet,in qua materia, est magistralis decisio
in causa Vrbeuetana Pecuniaria 22.Iun 1633
coram bon mem. Buccabella, quam retuli in
part.7.decis.122.à num 7.

Concludendo modo in casu nostro, si exe-
207 cutor,testamentarius pauper, vel eius con-
sanguinei,pot nisent asequi id quod testator
reliquit diuidendum inter pauperes,casu quo
ille non fuiset electus ad talem officium, non
video modo causam, quare sit facienda talis
exclusio,dum testator in eo habuit fiduciam,
208 cōmittendo eidem talem distributionem,

Digitized by Google

& ita ita ſſo Bald. in l. illud. in princ. num. 20 ff. quod cuiusq; vniuerſ. nom. & poſt eum Benedict. Caprà in *conſil. 39. num.* 18. vbi etiam ipſe ad hoc aliter argumentatur. *Calder conſil. 39. titul. de teſtament.* Card. Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. cap. 5. numer* 10 quibus addo *Simon. de Prat. in tractat. de interpretat. vltim. volunt. lib. 5. interpretat. 1. dub. 2. num. 89. verſ. dummodo ſint pauperes, diſtributio valet, & dicitur facta ad pias cauſas &c. cum ibi allegatis* atque ex Theologis *ita voluit Angel. Theolog. in ſua ſumma in verb. Eleemoſyna num. 3. & aſſentit Doctor Angelicus S.* Thomas 2. 2. *quæſt. 32. articul. 9. in fin. verſ. cum aliquis diſtributor ponitur eleemoſynarum poteſt, et ipſe ſibi accipere ſi indiget, eo tenore, quo et alijs miniſtrat &c, et ibi Card* Caietan. *in commentar verſ. ſtat ergo ſolida doctrina. quod diſtributor liberè inſtitutus, poteſt ſe ipſum in er pauperes computare ſi eſt, et abſque fraude tantum ſibi diſtribuit ſicuti ſibi ſimilibus diſtribuit &c.*

Illud quidem hic aduertere, & zelanter
209 inſtillare intendo, vt valde cautè iſti execu-
tores in hac materia procedant, & vigili ocu-
lo perſiſtant, ne ab illa ſcelerata beſtia, inte-
reſse, excæcati permaneant, nam ſicuti, qui
210 per inſaniam mente alienati ſunt, non iam
res ipſas, ſed ſuæ paſsionis phantaſias vident,
ita etiam mens capta ab intereſse, & auaritia,
211 ad aliud non attendit, niſi ad cumulandum,
parum curando iam acquiſita.

O quàm pulchra ſimilitudine ſupradicta
confirmat Moralis Philoſophus Seneca, ità
aſserendo in epiſtol. 12. *Vidiſti aliquando Ca-*
212 *nem, miſſa fruſta panis, aperto ore captantem:*
quidquid accipit protinus integrum deuorat, et
ſemper ad futuri ſpem inhiat. Idem euenit nobis,
quidquid expectantibus fortuna proiecit, id ſine
vlla voluntate ſuſcipimus, ſtatim ad rapinam
alterius erecti, et attoniti, in Epicureum illud
Chaos incidimus, inane ſine termino eſt. Nam &
teſte Romano Oratore lib. 2. de finib. *Cupi-*
ditates ſunt inſatiabiles, quæ non modo ſingulos
213 *homines, ſed vniuerſas familias euertunt, et to-*
tam ſæpe labefactant ſæpè republicam. O ignis
inextinguibilis cupiditas inſatiabilis, quis vn-
quam primo voto fuit contentus? enim adi-
214 piſcitur, quod optauerat, deſiderat ampliora
ſemper in habendis, et vnquam in habitis
finem conſtitit.

215 Proprium enim intereſse eſt, ſua tenaciter
poſſidere, abſque ſpe communicationis eorū
216 cum aliquo, et aliena auidè, ardenterq; con-
cupiſcere. pulchrè id cecinit venuſtiſſimus
Poeta.

Quærit, & inuentis miſer abſtinet.

In ſequenti capite ſupradictam materiam melius declarabimus, adducendo rationem, quare nōnulli DD. noluerūt admittere quod executor teſtamentarius in prædictis terminis non poſsit ſe eligere ſe in pauperem.

ARGVMENTVM.

Executores teſtamentarij, dum tenentur ex ordine teſtatoris diuidere bona in pauperes, quāuis poſſint, ſibi aliquid appropriare ſi ſint verè pauperes, vt habetur in præcedenti capite, tamen diſcutitur hic quod plures DD. cum agatur de materia ſatis periculoſa, nam interuenit intereſſe, abſolutè renuunt admittere talem opinionem.

Authoritatem ſuam in cauſa propria, quod quis ad ſui fauorem poſſit interponere, Iura omnino refutant id admittere. Statuta requirētia in contractibus minorum conſenſum proximiorum, intelligenda ſemper veniunt, quatenus dicti proximiores non habeant intereſſe primarium in dictis cōtractibus, quia aliàs non valeret talis conſenſus, & id ſanè exprimitur in Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151.

Patronus, quare non poſſit præſentare ſe ipſum ad beneficium ſui iurispatronatus, & an procurator conſtitutus à patrono ad præſtandum quem voluerit, poſſit ipſum patronum præſentare, & veritas eſt, quod non valet talis præſentatio, imo nec procurator poteſt ſe ipſum præſentare, & quatenus talis procurator conſtitueret ſubſtitutum ad præſentandum, tunc iſte, nec patronum, nec procuratorem, nec ſe ipſum poteſt præſentare. Patronus qualiter poſſet conſequi beneficium ſui iurispatronatus.

SVMMARIVM.

217 *Executores teſtamentarij, dum volunt ſibi appropriare bona teſtatoris vti pauperes, niſi ſint tales, caueant id facere.*

218 *Executores teſtamentarij, quod poſſint ſibi ipſis tamquam pauperibus eleemoſynam diſtribuendam in pauperes appropriare, id multi Doctores non admittunt.*

218 *Et hoc non obſtante, quod ſint verè pauperes, & num 220.*

221 *Pater ſi ſit executor teſtamentarius, & diſtribuat aliquid filijs vti pauperibus non poteſt in eo, quod dat prætendere aliquem vſumfructum.*

222 *Authorizari, vt quis poſſit ad ſui fauorem iura abſolutè refuſant id admittere.*

223 *Capituli conſenſus requiritur omninò, quando per Episcopum fit aliqua vnio.*

224 *Quod verius ſi, ſi vnio alteri fiat, quàm Capitulo, ſecus ſi fiat ipſi Capitulo.*

225 *Authoritas, & conſenſus in facto, & re propria non admittitur.*

226 *Episcopus ſi cum conſenſu Capituli poteſt diſtribuere bona certi Monaſterij, nō poteſt ſuæ menſæ vnire, vel applicare. amplia num. 227.*

228 *Statuta, ſi prohibeant filiosfamilias non poſſe ſe obligare ſine conſenſu patris.*

229 *Non*

Digitized by Google

229 Non intrant, quando contractus verteret in fauorem ipsius patris. & nu. 231.

230 Statutum requirens consensum alicuius in aliquo contractu, talis consensus, est loco auctoritatis.

232 Statutum Vrb. lib. 1, cap. 151. requirens consensum proximiorum in contractibus mulierum, vel minorum excipit eos consanguineos, qui habent interesse in contractu,

233 Quod tamen est intelligendum de interesse primario, non autem secundario. & nu. 234.

234 Patronus ad beneficium potest præsentare quemlibet ad sui libitum, dummodo habeat necessaria requisita.

235 Patronus se ipsum non potest præsentare quãuis habeat omnia requisita necessaria.

236 Procurator constitutus à patrono ad præsentandum, quem voluerit, non potest ipsum patronum constituentem præsentare.

237 per Alium, quod quis facit, per se ipsum facere videtur.

238 Patronus sicuti per se ipsum non potest se præsentare, ita nec per procuratorem.

239 Procurator quando constituitur à patrono ad præsentandum, & præsentat patroni tunc patronus acceptãdo talem præsentationem, quid faciat.

240 Io. Aloys. Rice in prax. for. Ecclesiast. circa ius patronat. decis. 197. num. 216. errauit, excusatur ab aliquibus, quod fuerit error Typographi num 242.

242 Error communis est potentissimus Tyrannus. Sagittarius nemo est tam peritus, qui aliquando non erret.

244 Patronus, vt possit obtinere beneficium, et sibi illud conferatur, debet per viam supplicationis petere ab Ordinario, vt illud sibi conferat.

245 Et quid sit faciendum, si adsint alij compatroni, qui alium præsentarunt, cum Ordinarius non possit derogare iuribus compatronorum.

247 Procurator constitutus ad præsentandum, vel ad resignandum non potest se ipsum præsentare, vel procurare sibi fieri resignationem. & num. 251.

248 Quamuis in eius arbitrio possit posita electio personæ nominandæ, vel cui sit facienda resignatio, & ista est verior opinio. nu. 249.

250 Procurator habens mandatum ad cambiandum cum quibusuis Mercatoribus, non potest ipsemet dare ad cambium pecuniam propriã. Mandati fines diligenter sunt custodiendi.

252 Procurator substitutus a procuratore habente mandatum nominandi ad beneficium, non potest, nec patronum, nec procuratorem, nec se ipsum præsentare.

253 Ambitionis vertigo non est pestis maior in Ciuitatibus.
Ambitio est omnium scelerum elementum.

254 Patroni, dum eligunt se ad beneficium, si digni sunt, et incidunt in peccatum superbiæ, se ipsum exaltando.

255 Lucifer ex solo cogitatione superbiæ, statim fuit præcipitatus.

256 Angelis superbientibus DEVS non pepercit, quanto magis hominibus, qui sunt vermines, & illi solum cogitarunt.

257 Icarus, dum ex nouo modo volandi fertur in Cœlum, in marinis fluctibus sepelitur.

258 Viri boni penitus abhorrent ab honorum gradibus.

259 Beatus Amonius cum ad regimen Populi, traheretur inuitus, sinistram aurem sibi secuit.

262 Et cum nihilominus ad id vrgeretur, minatus fuit proprijs dentibus linguam sibi amputare. & num. 260. 261. & 262.

263 Patronus præsentando se ad beneficium, si nõ habeat omnia requisita, & sic eo sit indignus, incidit in peccatum iniustitiæ.

264 Patronus præsentando se ad beneficium, dum eo non est dignus lædit iustitiam distributiuã, & commutatiuam.

265 Ambitio est causa, vt electio de propria persona non valeat.

266 ad Honores illi tantum sunt promouendi, qui inuiti ad eos trahuntur.

267 Regiminis locus desiderantibus est denegandus, fugientibus offerendus.
Virtutibus pollens coactus ad regimen venit.

268 Alexander Imperator optimus, tantum inuitos, & non ambientes in administrãda Republica admittebat.

269 in Tutores, & curatores Magistratus numquam debent eos eligere, qui se ipsos ingerunt vt creentur.

270 Eligendi aliquem, habens potestatem, tunc non potest eligere se ipsum, quando sumus in ambitiosis, et an id sit verum. nu. 271.

272 Pecuniam, si quis alicui tradiderit, vt det cui voluerit, non potest sibimet tradere.
Creditori, si detur potestas vendendi pignus non potest sibimet vendere.
Electioni de se factæ, quis validè consentit, & eius vox computatur, declara vt hic.

274 Executor si habeat facultatem à testatore distribuendi bona inter pauperes, potest se, vel suos eligere, si vere sint pauperes.

275 Iudex quod quis sit in causa propria, vel quod quis possit ad sui fauorem authorizari, regulariter est prohibitum.

276 in Executori eligente se in pauperem, vt sibi assignet bona, quæ tenetur distribuere in pauperes, licet non possit cõsiderari ambitio, tamen bene potest considerari, interesse,
Interesse non minus homines exerceat, quàm ambitio.

277 Executor testamentarius dum peruertit mentem testatoris, vno tempore tres offendit, scilicet Testatorem, Legem, & seipsum.

278 Executor testamentarius peruertens piam dispositionem, peccat, & se ipsum criminis reũ facit, ita vt potest excommunicari, & est etiã sacrilegus. & num. 279. & 280.

C A-

CAPVT LXXVI.

EXecutores testamentarij, prosequendo
loqui super relicta materia] præcedentis
capituli, rationis frenum adhibeant, dum in-
tendunt sibi ipsis assignare, tamquam pau-
217 peribus, vel suis consanguineis, bona,
quæ ex præcepto testatoris tenentur inter
pauperes distribuere, & nisi sint tales caueant
quid faciunt. Qua formidine non medioeri
218 capti multi celebres Doctores in prædictam
sententiam nullatenus volunt condescendere,
vt executor quãtumuis pauper, possit aliquid
pro se retinere de his, quæ ex mente testato-
ris tenetur diuidere inter pauperes, & hoc in-
distinctè, *vt post Odefred. Bald. & alios, tenet
Ioannes Bertachin. in tractat. de Episcop. par. 6.*
219 *num 31.* vbi quærit, vtrum executores te-
stamentarij, possint sibi applicare bona, quæ
tenẽtur distribuere inter pauperes, & ita præ-
cisè respondit, *Dic quod non, etiam si sint pau-
peres &c.*
220 Ita quoque auctoritate textus *in l. si man-
dauero. §. si tibi centum ff. mandat.* sensit *Silue-
ster in sua summa in verb. Eleemosyna. num. 3.
vers. executor deputatus ad distribuenda bona
pauperibus, sibi distribuere non potest &c.* & fa-
cit quoque dictum. *Bart. in l. tutor. §. 1. ff. de
221 excusat. tutor.* volentis, si pater executor te-
stamentarius distribuat aliquid filijs, vti pau-
peribus, non possit in eo, quod dat prætende-
re aliquem vsumfructum, ita etiã sensit *Capra
in tractat. de executor. in rub. 6 nemo sext. n. 173.
& 174.* necnon Guald. *in tractat. de art testand.
titul. 6. caut. in fin. & post eos* Simon. de Præt.
*de interpretat. vltim. volunt. lib. 5. interpret. 1.
dub. 2. num. 89. versic. non acquiri vsumfructum
patri eligenti filium pauperem &c.* Aufrer. *ad
Capel. Tholos. decis. 128. nu. 2. vers. et ipse pater
executor in illis bonis datis filijs tamquam pau-
peribus, vsumfructum non habeat &c.*
Insuper executor testamentarius eligendo
222 se, vel suos tamquam pauperes, authoriza-
tur ad sui fauorem, quæ res adeo iuribus est
exosa, vt absolutè teneant, et obstent, in re
propria neminem authorari posse. *l. 1. & l. pu-
pillus ff. de auctorit. tutor. l. Iulianus att. ff. de Iu-
dic. l. vnica. C. ne quis in propria causa,* vbi Bart.
*& in l. hoc Tiberius. nu. 1 ff. de hæred. instituend.
adde text. in l. nullus ff. de testib.*
Hinc est, licet alias consensus Capituli om-
223 nino requiratur, quando per Episcopum
fit aliqua vnio, vt traditur expresse *in Clem. 1.
ibi, suo consentiente Capitulo vniatur &c. de
reb. Eccles. non alienand. & ibi notat glos. in ver-
bo consentiẽte Rebuff. in prax. in regul. de vnion.
glos. 11. num. 12 Rota decis. 133. num 2. part. 2.
diuers. cum alijs copiosè relatis in causa Triuer-
tina Beneficij 28. Maij 1629. & 18. Februarij
1630 coram R. P. D. Cueipo, quas retuli in 5. p.
recent. decis. 265. & 350.* tamen id intelligitur,
quando fit vnio alteri, quàm Capitulo, secus
224 si in ea vnio fieret ipsi Capitulo, quia tunc
non sufficit auctoritas, et consensus Capituli
in re, et in facto proprio *arg. d. l. 1. & l. pupil-
lus. ff. de auctoritat. tutor.* et quod non valeat
225 talis vnio facta per Episcopum Capitulo,
*est text. in d. Clem. 2. §. quod si Episcopus de reb.
Eccles. non alienand* et in specie nostra cõsul-
uit *Oldrad. in consil. 262 sub num. 3. vers. vbi ta-
men fit vnio ipsimet Capitulo &c.* vbi etiã ha-
bes, quid hoc casu requiratur, *& adde* Gabr.
consil. 186. lib. 2. & Garz. *de benefic. part. 12. cap.
2. num. 168. & seq.*
Idem etiam videmus in Episcopo, qui cum
226 consensu Capituli potest distribuere bona
certi Monasterij, non potest suæ mensæ vnire,
vel applicare, quia sibi auctorari non potest,
vt consultus respondit *Dyn. in consil. 22. incip.
Monasterium quoddam. num. 3.* et quod dici-
227 tur de vnione, procedit in donatione, per-
mutatione, et alio contractu, *vt per Card. Za-
barell. in consil. 131. in princip. & per tot.* vbi
etiam declarat hanc materiam.
Pariter idem cernimus in statutis prohibẽ-
228 tibus filiosfamilias nequaquam posse se ob-
ligare sine consensu patris, vt tunc talis con-
sensus nihil operetur, quando contractus ver-
229 tit in fauorem ipsius patris, eadem clamante
ratione, neminem posse ad sui proprium
commodum authoritatem interponere, et
ita determinant *Bart. in l. 1. in princ. per illum
textum. ff. de authorit. tut. & in l. fratres à fratre
in 6. quæst ff. de condit. indebit.* Bald. *in l. honor. li.
C. qui admitt. & in l. vxorem. C. de condit. insert.
et in l. si furiosi. C. de nupt.* Imol. *in l. in adibus.
§. quod si filius. ff. de donat. et in l. 1. § fuit quæ-
situm. ff. ad Trebell. Ludouic.* Roman. *in l. 2. in
princ ff. de donat.* Tiraquell. *ad ll. connubial glos.*
8. et Ascan. Clement. *in tractat. de patria potest.
cap. 6. effect. 10 num. 6.* Carpan. *ad statut. Me-
diolan. cap. 328. num. 320.* Lambert. *in tractat.
de contract. eorum. glos. 10. num. 30. quæst. 13.*
Et consultus respondit. *Bald. in consil. 213.
in princip. lib. 2* vbi inquit, quod talis consen-
230 sus est loco auctoritatis, et nemo potest au-
thorizare ad sui commodum, et pariter in
terminis similis statuti requirentis cõsensum
231 patris in contractibus filiorũ, latè consuluit
*Ias. in consil. 66. numer. 6. vers. dato quod pariter
dicatur consensisse, tamen dico quod non potuit
in renunciatione sibi facta consentire &c. lib. 1.*
et insuper contrarium tenentes refutat, de-
terminatè asserendo hanc opinionem esse te-
nendam, et amplectendam in iudicando, quia
plurium Doctorum testimonio comprobatur,
idemque attestatur *Card. Petr. Paul Paris. in
consil. 97 num. 21. vers. iste consensus non suffra-
gatur patri &c. lib. 3.* vbi etiam ait, hanc esse
communem opinionem, et ab ea in iudican-
do non esse recedendum, *& videatur Fran-
cisc.* Cald. *in repetit. l. si curatorem habens. versic.*
contra.

Digitized by Google

*contractum fecisti. num. 44. & 45. in fin. vers. ex
quib. C. de restit. in integr. minor.* Præs. de Frãch.
*decis. 14. num. 2. & seq. Rota Lucen. decis. 77. nu-
mer. 10. et decis. 167. num. 3.*

Et in terminis statuti requirentis præsen-
231 tiam patris in contractu filii, vt illud non
intret, quando agitur de interesse patris, quia
tunc non potest ad sui commodũ authorizare
personam filii, fuit resolutum *in Rota in causa
Bononien. Census 17. Martij 1608. coram bo. me.
Card.* Marquemont. *est decisio 59. num. 9. versic.
adhuc non potuit ad sui commodum authoriza-
re &c. est apud* Pic. *ad Statut. Vrbis lib. 1. cap.
151. & vide ibi latè apud eundem* Pic. *glos. 15. à
numer. 1. et adde Gasp. Ant.* Thesaur. *quæst. fo-
rens. lib. 2. quæst. 37. num. 2. versic. quia pater nõ
potest sibi ipsi authorari &c. et nuper D. Paul.*
Staiban. *Iun. in suis resolut. decis. resolut. 70. nu-
mer. 6. vers. quis non potest authorari in negotio,
ex quo sibi principaliter acquiritur &c. D. Petr.
Frãcisc.* de Tond. *in suis quæst. & resolut. Ciuil.
cap. 63. nu. 18. vers. non potest pater sibi ipsi au-
ctoritatem præstare &c.*

Optimè quoque habetur determinatum
232 *in d. Statut. Vrb. lib. 1. cap.* 151. quod coniun-
cti proximiores, qui in contractibus mulierũ,
vel minorum ex forma eiusdem statuti, debẽt
interuenire, subditur, *quorum non intersit*, &
sic expressè disponit (è medio tollẽdo in hoc
puncto Doctorum anfractus) vt eorũ consan-
guineorũ consensus, qui cum muliere, vel mi-
233 nore contrahũt, vel habẽt interesse in con-
tractu, nullius sit roboris, quod tamen intelli-
ge de interesse primario, non autem secunda-
rio. *argument. l. 3. §. si meum. et l. penultim. ff. ad
exhibend. cum alijs relatis per Pic. ad d. Statutũ
Vrb. lib. 1. cap. 151. glos. 15. num. 5* & sic Rota
interpretata est dictum Statutũ, *in causa Ro-
mana Donationis de Grandis 16. Februar. 1601.
coram bo. me.* Penia. *est apud eundem. Pic. dec. 25.
a num. 1. & inter ì me à me imprimendas est de-
cisio 710. num. 2.* & deinde ita quoque fuit re-
spõsum *in causa Romana Dotis 27. Iunij 1636.
et 1. Iulij 1637. coram Reuerendiss.* Terracinen.
*quas decisiones retuli in 7. part. recent. in ordine
368. num. 3. et 241. num. 25.* vbi etiam, vt dixi,
deciditur, vt id intelligatur de interesse pri-
mario, & non secundario, ex allegatis in di-
ctis decisionibus.

Nec prædictis conclusionibus longè dissi-
234 milis est, illa de patrono præsentãte, qui licèt,
quemlibet habentem requisita ad sui libitum
possit præsentare, *vt toto tit. de iurepatr. & 16.
quæst. 17. per tot.* Tamen se ipsum, quamuis ha-
beat requisita, non valet præsentare, *vt decre-
uit Innocentius Tertius in cap. per vestras.* ibi,
*nullus se potest ad personatum alicuius Eccle-
siæ præsentare quantumcumque idoneus sit, &
quibuscumque studijs, & meritis adiuuetur &c.
de iurepatr.* idque comprobant. *Abb. in cap. cõ-
suluit. & ibi* Io. Andr. & Anchar. *eodem titul.
Idem* Abb. *in consil. 25. nu. 2. lib. 2.* Lambertin,
de Iurepatr. part. 3. lib. 2. quæst. 8. in princip. art. 2.
& habetur *in cap. vltim. de institut. & tractat*
Gonzal. *ad regul. 8 Cancellar. glos. 2. numer. 57.*
Viuian. *de Iurepatr. lib. 6. cap. 9. num. 1.* & præ-
ter ab eo relatos *addo Flamin.* Paris. *in tractat.
de resignat. lib. 9. quæst. 17. num. 112. vers.* Patro-
*nus non potest seipsum præsentare ad Ecclesiam
vacantem &c.* Campanil. *in diuers. Iur. Canon.
rubr. 11. cap. 13. num. 398.* Mari Antonin. *var.
resolut. lib. 1. resolut. 51. nu. 1. Augustin.* Barbos.
*de offic. & potestat. Episcop. part. 3. allegat. 72.
numer. 85.* & ita consultus respondit, *Bursatus
in consil. 380. num. 12.* vbi alios congerit, testa-
235 turq; de communi. *& adde Paul.* Fusc. *in
tractat. de regimin. et visitat. Eccles. lib. 2. cap. 10.
sub nu. 24. vers. non potest patronus, etiam si sit
idoneus, se ipsum præsentare &c. Matth. Steph.*
Pomeran. *in tract. de iurisdiction. lib. 1. cap. 34.
nu. 41. vers. nemo potest seipsum eligere, nec præ-
sentare, nec à se ipso prælaturam accipere &c.
& dixit* Rota *coram sanct. me. Clement. VIII.
decis. 185. num. 1. vers. Patronus non potest se ip-
sum præsentare &c. part. 2. diuers. & coram bon.
mem.* Orano. *in causa Papien.* Parochialis *13.
Maij 1598. circa finem. vers. compatronus non
potest se ipsum præsentare &c.* cũ multis alijs
relatis *in causa Terdonen. Iurispatronatus 22.
Iunij 1646. coram Reuerendiss. D* Terraconen.
§. 1. vers. Patronus *clericus non valet præsentare
seipsum &c.* & sic sæpius respondit.

Eademque ratione procurator constitutus
à patrono cum facultate præsentandi, quem
236 voluerit, non potest ipsum patronum con-
stituẽtem præsentare *Abb. in d. cap. per vestras,
& ibi Apostilla in litera D.* & ratio est, quia il-
le dicitur facere, cuius nomine fit. *l. 1. ff. de vi,
& vi armat. cap. cum quis de sentent. excom. in 6.*

Estque satis aperta illa iuris regula, qui
237 per alium facit, per se ipsum facere videtur.
*cap. qui facit per alium. de regul. iur. in 6. l. quod
iussu alterius. ff. eodem. l. si pater ex prouincia. ff. de
manumiss. l. quod meo. ff. de acquir. possess. l. qui
mandat. ff. de solution. l. solutã. ff. eodem. cap. mu-
lieres. de sentent. excomm.* Et plenè *not. in l. si non
solum. §. si mandato et l. sed si vnius. §. seruus
meus. ff. de iniur. facit etiam text. in l. non ideo. ff.
de accusat. & in l. ita. §. quod si quis. ff. de admini-
strat. tutel. cum alijs similibus.*

Quare cum patronus non possit se ipsum
238 præsentare, vt proximè dixi, ideo nec pote-
rit per eius procuratorem; nã vt insuper con-
siderauit *Rota d. decis. 186. sub num. 4.* quando
patronus constituit procuratorem ad præsen-
tandum, et procurator præsentat patronũ, qui
illum procuratorem cõstituit, hoc casu, si præ-
239 sentatus acceptat præsentationem de se fa-
ctã à procuratore, necessariò acceptat præsen-
tationẽ de se à suo procuratore factam, quod
est prohibitũ, *vt dixi, & vide* Paris. *de resignat.
d. q. 7. nu. 113.* Campanil. *in diuers. Iur. Canon.
lib. 21. cap. 13. nu. 399.* Barbos. *de offic. et potest.
Episcop. d. allegat. 72. num. 87. et seqq.*

Non

Non possum tamen non mirari de *Io. Aloys.*
Ricc. qui in prax. for. Ecclesiast. circa Iuspatron.
decis. 197. *num.* 216. apertè testatur hodie in
240 praxi seruari, patronum constiruere procu-
ratorem cum potestate præsentandi, et pro-
curator talis virtute præfati mandati, poterit
clericum patronum ad eiusdem beneficium
patronatum præsentare. Quomodo enim id
ausus fuerit firmare non video fundamẽtum,
241 nec DD. per eum ibi allegati, id probant, et
iuxta eã praxim, ait, quotidie seruari, *allegat*
Caputaquen dec. 138. *par.* 2. quæ decisio nec id
dicere aliquo modo somniatur. Diuersè scrip-
sisset, quidem si legisset aliam decisionem
apud eundem *Caputaquen* 397 *eadem part.* 2.
vbi sic præcisè habetur, *Procurator constitutus*
à patrono ad præsentandum, non potest eundem
patronum constituentem præsentare, & in fine
decisionis subditur ita fuisse decisum *in causa*
Salamantina Cappellania 14. *Octobris* 1552.
coram. D. Vestano.

Magna quidem fuit ista inanima duertẽtia
Riccii. Scio nonnullos voluisse eum à tanto
242 errore excusare, credendo potius ibi errore
lapsum fuisse Typographum, quam Authorẽ,
& inter alios id asserit *Viuian. de iurepatron.*
lib. 6. *cap* 9. *sub. n.* 21. *vers. itaque crediderim po-*
tius &c. Sed nolo super hoc insistere, cum nil
facilius sit, quàm errare, nam, & potentissimus
Tirannus est error communis, cum parum
243 iuuet scire quis errauerit, cum certum sit
dictam opinionem tamquam erroneam esse
damnandam, siue culpa proueniat ex Aucto-
re, siue ex Typographo. Nemo est tam peri-
tus sagittarius, qui aliquando non erret.

Placet hic referre veram praxim, qualiter
244 patronus possit obtinere, vt sibi conferatur
beneficium, et est, vt patronus per viam sup-
plicationis petat ab Ordinario. vt se ad bene-
ficium admittat, et in eo instituat, qua via
poterit illud obtinere, *iuxta theoricam Abbat.*
in cap. per nostras de iurepatron. Lambertin. *in*
tractat. de iurepatron part. 1. *lib.* 2. *quæst.* 8. *art.* 3.
num. 3. Sanchez *respons. moral. lib* 1. *dubit* 74.
numer. 5. *cum alijs relatis per D.* Ferentill. *nunc*
vtriusq. Signaturæ Referendar. in ann. ad bon.
mem Buratt. *decis.* 316. *num.* 16. & satis admi-
sit Rota. *in causa Cæsaraugustana Beneficij de*
Linares. 26. *Iunij* 1643. *corã* R. P. D. Bichio. *&*
recẽtius *in causa Terdonen. Beneficij* 22. *Iunij*
1646. *coram Reuerendiss.* Terraconen. §. 5. *vers.*
rectè tamen potuit per viam supplicationis pete-
re &c. Vbi etiam in dubio ponitur, quidquid
sit dicendum, quando concurrunt alii compa-
245 troni, qui alium præsentarunt, cum dubia sit
ista quæstio, non enim Ordinarius valet de-
rogare iuribus compatronorum, Idque inci-
denter sit dictum, ad docendum istam esse
canonicam praxim, vt patronus possit obti-
246 nere sibi conferri beneficium sui iurispa-
tronatus, et non illam adductam à Riccio lo-
co vbi supra. At redeundo ad propositã ma-
teriam.

Tandem illa iuris conclusio hic annecti po-
test, et magis accedit ad terminos nostros,
quæ est, si procurator constitutus sit ad præ-
247 sentandum, vel ad resignandum aliquod be-
neficium, non poterit se ipsum præsentare, nec
in sui fauorem procurare poterit resignatio-
nem, quamuis in eius arbitrio posita sit elec-
248 tio personæ nominandæ, vel cui sit facienda
resignatio. *ad text. in l. si tibi mandauero.* § *si ti-*
bi centum ff. mandat Ias. *in l. si filius familias.* §. 1
num. 19. *ff. de legat.* 1. Gonzalez. *ad regul.* 8. *Că-*
cell glos. 2. *num.* 58. *vers. procurator constitutus*
ad resignandum in personam ab ipso procuratore
eligendum nõ potest se ipsum eligere &c. Bursat.
in consil. 395. *sub. num.* 24 *vers. procurator con-*
stitutus ad resignandum, nõ potest se eligere &c.
Paris. *de resignat. lib.* 9. *cap.* 17. *num.* 103. vbi hãc
opinionem negatiuam, vt procurator non
possit se eligere, tamquam veram, & commu-
nem tuetur, & ait sic fuisse resolutum *in causa*
Burgen coram. Chiroga. 2. *et* 23. *Iunij.* 1559. *te-*
ste Card Paleotto *decis.* 249. *&* Io. Paulo. *decis.*
102. & fuit dictum *coram bon mem* Remboldo
in causa Romana Cambiorum. 19. *Iunij* 1626.
§ *Non obstat. vers. habens mandatum ad resi-*
gnandum non poterit sibi ipsi resignare &c. vbi
ex prædicta, & similibus cõclusionibus firma-
250 tur, quod procurator habens mandatum ad
cambiandum, cum quibusuis Mercatoribus,
non dicitur habere mandatum ad cambian-
dum cum seipso, quia fines mandati sint dili-
genter custodiendi, & aliàs, pro vt latius ha-
betur in prædict. decis.

Et in terminis præsentationis ad iuspatro-
251 natus, vt non possit se ipsum procurator no-
minare asserit. *Viuian. de iurepatr. lib.* 6. *cap.* 9.
num. 10. Gonzal. *ad regul.* 8 *Cancell. d. glos* 2. *n.*
57. Et eadem ratione procurator substitutus
à tali procuratore habente facultatem nomi-
252 nandi, quem voluerit, non poterit, nec pa-
tronum, nec suũ principalẽ, nec se ipsum præ-
sentare *Lambertin. de iure patr. part.* 1. *lib.* 2.
quæst. 8 *principal articul.* 9. *&* 10. Barbos. *de of-*
fic. & potest Episcop. d. allegat. 72. *num.* 88. *et* 89.

Nec me latent causæ, quare patronus non
possit se præsentare, nec procurator constitu-
tus ad præstandum, vel resignandum, in quem
voluerit, possit se ipsum eligere, multæ quidem
sunt, sed illa satis potens est, quia hoc casu in-
253 traret turpis illa vertigo ambitionis, quæ
pestis maior non est in ciuitatibus, estq. om-
nium scelerum elementa, quæ tot in diuersos,
& immanes errores proijcit, nam illi se eligen-
do, Aut digni sunt, & incidunt in peccatum
254 superbiæ, seipsum exaltando, ad instar alte-
rius Luciferi, qui seipsum etiam exaltare ia-
ctabat, & similem se facturum. ALTISSIMO,
vt habetur apud Esaiam. cap. 14. *vers. exaltabo*
solium &c. Ex qua sola cogitatione superbiæ
255 statim præcipitatus fuit. Quare conuersus
ad homines superbos inclamat. *S. Bernardus*
in serm. 1. *de aduent. Domini* his notandis ver-
bis.

256 bis. *Quid tu ſuperbis, terra, & cinis? ſi ſuper*
bientibus Angelis DEVS non pepercit, quantò
magis tibi, putredo, & vermis? Nihil enim fecit,
nihil operatus eſt, tantum cogitauit ſuperbiam,
& in momento præcipitatus eſt.
257 Fetunt Poetæ de temerario illo Icaro, qui
ex nouo modo volandi, dum elatus ferretur in
Cœlum, in fluctibus maris ſepelitur. Ad pro-
poſitum enim noſtrum, ponderatur textus *in*
can. illud 8. *quæſt.* 1. *& in canon. nos autem* 16.
quæſt. 1. vbi dicitur viros bonos, penitus ab-
258 horrere ab honorũ gradibus. Legitur *apud*
Ecclesiaſtica hiſtoria Scriptores, quod cũ Bea-
tus Amonius ad regimen populi traheretur
259 inuitus, aurem ſiniſtram radicitus ferè ſibi
ſecuit, dicens *Lex Diuina neminem ſibi præciſa*
aure permitti fieri ſacerdotem, quo viſo, ad Ti-
260 motheum tunc temporis Patriarcham, qui
iuſſit, Amonium non ſolum ſi auribus mutila-
tus, verum etiam ſi naribus truncatus eſſet,
propter ſanctitatem ipſius eſſe promouẽdum,
261 Vnde hoc ei renunciato vir DEI reſpondit
cogentibus eum aſſumere dignitatem, *linguã*
meam, propter quam vobis placeo, ſi me vlterius
cogitis, proprijs amputabo dentibus, & ſic tandẽ
262 in ſua humilitate relictus eſt. Infinita in hac
materia ſunt exempla, ſed nunc iſtud ſufficiat.
Et ſic ad nos.
263 Aut verò eligentes ſe ipſum ad beneficia,
officia, dignitates &c. indigni ſunt, & tunc inci-
dunt in peccatum iniuſtitiæ, ledendo iuſtitiã,
264 diſtributiuam, commutatiuamque, & hic
faciunt quæ dixi infra de eligentibus dignum,
omiſſo digniori, & indignum, omiſſo digno;
265 Vnde colligitur, ambitionem eſſe cauſam
(quia excæcat) vt electio de propria perſona
repellatur. *canon. ſcripturis verſ. nec quiſquam*
ſibi ſumat honorem. 8. *quæſt.* 1 *& can. ſicut is. ibi,*
ſic qui vltrò ambit, vel importunè ſe ingerit eſt
procul dubio repellendus. 1. *quæſt* 7. & facit tex-
tus. *in l ſi quemquam. verſ. tantum ab ambitu*
debet eſſe ſepoſitus, vt quæratur cogendus, rogatus
recedat, inuitatus effugiat &c. C. de Epiſcopis. &
Cleric. Vbi ſacratiſſimi Impp. Romani Leo, &
266 Anthemius, ſanctiſſimum putarunt, eos tan-
tum ad honores, dignitateſque eſſe ſubliman-
dos, qui penitus ad hoc inuiti traherentur.
Idque optimum iudicauit pariter, factoque
ipſo comprobanit, vt notum eſt, Gregorius
Magnus Romanus Pontifex, ſic enim ſcriptum
267 reliquit in ſuo paſtorali, ibi, *Locus regiminis,*
deſiderantibus denegandus eſt fugientibus offe-
rendus, virtutibus ergò pollens, coactus ad regi-
men veniat. Quod bene ſernabat Alexander
Seuerus inter Imperatores etnicos omnium
ferè optimus, qui (vt *poſt Lamprid.* ex noſtris
refert Regens Tapia in 2. *lib. de iur. Regn. in rubr.*
de official. in Regno Conſtitut. tantum inuitos,
268 & non ambientes in adminiſtranda Repu-
blica collocabat. Et in hoc habetur textus per
quam egregius *in l. ſine oportet* 2 1. *§. cos. ibi, Sæ-*
pe maximè hoc obſeruent Magiſtratus ne creent
eos, qui ſeipsos volunt ingerere, vt creentur, hoc
enim pœna obnoxios &c. ff. de tut. et curat. & vi-
de, quæ dixi *in annotat. ad deciſ.* 627. *num.* 230.
part. 4 *recent. tom.* 3.
Videmus enim, ipſaque experientia docet,
quam optimè ſe geſſerunt, & quam vtiles fue-
runt Reipublicæ, qui ad honorum culmen
trahuntur inuiti. prout alibi referam.
Verum accedendo ad materiam noſtram
370 quamquam multi ſentiant de propria per-
ſona prohibitam eſſe electionem, quando ſu-
mus in ambitioſis, veluti, vt ſupra dictum eſt,
quando patronus ſeipſum præſentat ad iuſpa-
tronatus, vel ſi procurator conſtitutus ad præ-
ſentandum, vel reſignandum aliquod benefi-
271 cium, in quo ipſe voluerit, ſe ipſum elegerit.
Tamen quando non ſumus in ambitioſis, lici-
ta videatur electio propriæ perſonæ, nam in
contrarium facit *textus in l. ſi mandauero. §. ſi*
tibi centum. ff mandati. vbi deciditur, ſi quis ali-
cui tradiderit pecuniam, vt det cui voluerit,
272 nõ poteſt ipſimet dare, & ſi id fecerit actio-
ne mandati poterit conueniri. Hinc etiam
tradit. *Bald. in l. ordo. col* 2. C *de execution. rei*
iudic Si detur poteſtas creditori vendendi pi-
gnus cui voluerit, non poterit vendere ſibĩ
met alium caſum. *vide ſupra n.* 250.
Et licet veritas ſit, quod nemo poteſt ſe ip-
ſum eligere, poterit tamen electioni de ſe fa-
273 ctæ cõſentire, & cõputatur in numerum eli-
gentium, *cap. cũ in iure peritus.* 23. *de elect.* Spin.
in ſpecul. teſtam. gloſ 27. *in princip nu.* 56. Meſſ.
in tract. taſſa panis. concluſ. 6. *num.* 49. *verſ. cui*
ad ſtipulatur, Azeued. *ad Curiam Piſanam. lib.*
2. *cap.* 11. *num.* 1. *cum ſeq.* Azor. *inſtitut. Moral.*
part. 2 *lib.* 10. *cap.* 4. *num.* 3. *verſ. quæres etiam*
Cened ad Decret. collect. 99. *numer.* 2 *Ludcuic.*
Mirand. *in manual. Prælat. tom.* 2. *quæſt.* 23. *art.*
40. *concluſ.* 1. vbi etiam reſpondet ad auctori-
tatem Apoſt. ad Hebr. 5. *quod nemo debet ſibi*
honorem aſſumere, id eſt dignitatem &c. Tamen
hanc concluſionem intellige, quando ſumus
in electione quæ fit per compromiſſum, ſecus
tamen dicendum in electione, ne quæ fit per
viam ſcrutinij, ſecreti, *vt in cap. Cumana.* 5.
de elect. Azeued. *d. cap.* 11. *num.* 7 Cened. *d. Col-*
lectan. 99, *num.* 2. Barboſ. *ad cap. cum in iure, n* 2.
verſ. procedit textus deciſio in electione dum fit
per compromiſſum &c.
Hæc nihilominus, & ſimilia nequaquam ad-
duxi ad infringendam concluſionem ſupra
274 firmatam, nempe executorem teſtamenta-
rium, cui commiſſa fuit per teſtatorem diſtri-
butio bonorum in pauperes, ſi verè ſit pauper
poſſe ſe, vel ſuos loco pauperum eligere, dum
verè egeant. Sed tantum ea præmiſi, vt cum
275 ſint iudices in propria cauſa, et ad eorũ fa-
uorem authorizent, quod eſt regulariter à Iu-
re prohibitum, *vt ſupra deduxi*, & licet hic non
poſſit conſiderari ambitio, intrat tamen in-
276 tereſſe, quod non minus, quàm illa oculos
excæcat mentis, ideo probè, prudenterque ſe

gerant, ne à laqueis propriis interesse, turpiter capti. et decepti remaneant, et sic Testatorem, de quo confixus est, & Legislatores, qui
277 verè pauperibus id permiserunt, eluderit, et tertiò seipsos, quia id bona conscientia facere nequeunt, cum clari iuris sit, distributorem electum ad distribuandum aliquid, si cō-
278 tra defuncti faciat voluntatem, peccat. & se ipsum criminis reum se facit. Itaque excommunicationis vinculo potest constringi, vt
279 pœna docente, discat quantum peccauerit iuxta verba Innocentij III. *in cap. nisi specialis. 3. ff. de offic. delegat.*

Quod infideles erga testatoré, cui ipse cōfi-
280 dit, turpi macula furti sacrilegi se conspurcet, facit *textus in can. clerici 11. 13. quæst. 2. & in can. oblationes. vbi* Turrecremat. *vers. tanquam egentium necatores, et vers. qui tam crudeles sunt. d. 13. quæst. 2.* Syluester *in verb. Testamentum 2. quæst. 9.* Nouarr. *in manual. cap. 17 num. 68. in fin. & numer. 117. et consil. 9. lib. 3. de empt. & vendit. num. 6. et consil. 32. n. 6. in fin lib. 5. de pœnit & remiss.* Sanchez. *in cons. moral. part. 2. lib. 4. cap. 1,* Molfes *in summ. tom. 2. tract. 13. cap. 11. num. 31, & 39. Paul.* Layman. *Theolog. moral. tom. 1. lib. 3. cap. 11. num. 12. et 13* Bonacin. *tom. 2. de contract. disputat. 3. quæst. 18. punct. 4. num. 1.* et ex nostris Spin. *in speul. testament. glos. 28. num. 7. 8 et n 63. et seq.* Barbos. *de offic. & potest Episcop. part. 3. allegat. 82. n. 15 & 16.* Et de his satis in seq. capite videbimus, an Executor testamentarius, qui debet eligere pauperes, inter quos ex ordine testatoris tenetur diuidere bona an satisfaciat eius obligationi, in foro conscientiæ, si relinquat pauperiores, & admittat tantum pauperes.

ARGVMENTVM.

Elegendi egenos habens potestatem à testatore, quantumuis non teneatur eligere pauperiores, & satisfaciat distribuendo inter pauperes, relictis pauperioribus, tamen id procedit in foro exteriori, non autem in foro conscientiæ. nam secundum eum tenetur eligere pauperiores,

Electio de digno, omisso digniori in beneficiis Ecclesiasticis, licet de Iure Canonico possit substineri, præterquam in Parochialibus, tamen id etiam procedit in foro exteriori, non autē secūdum forum interiorem, et quate Ius Canonicum permittat tales electiones.

Lites acerbæ, funestæ, odiosæ &c. passim oriren-tur, si semper digniores, et meliores in electionibus essent præferendi, cum quilibet melior, et dignior omnibus putet se esse, & qualiter sit intelligenda dispositio Iuris Canonici, dum permittit electionem de digno omisso digniori.

SVMMARIVM.

281 *Pauperes eligendi habens facultatem, in foro externo sat est, si eligat pauperes relictis pauperioribus.*
282 *Tamen secundum forum internum non est tutus in conscientia, secundum quam tenetur facere electionem de pauperioribus.*
283 *Electio de digno omisso digniore, extra casum concursus ad* Parochialem, *valet, et tenet, et n. 284 et de communiori n 284.*
285 *Quod procedit etiam si Electores, se astringerent ad eligendum digniorem, vel si electio alicui esset commissa vti bono viro. n. 287.*
287 *Iuramentum non immutat dispositionem iuris communis, quamuis violantes sint periurij.*
289 *Dignum, qui omisso digniori elegit, aut præsentat, vel beneficium confert peccat in foro poli, et quidem mortaliter. n. 290.*
291 *Dignum, qui elegit omisso digniori, intrat acceptatio personarum, quæ non fit sine peccato, & num. 293.*
292 *Electus quod sit bonus sat est in foro fori, sed non in foro conscientiæ. et n. 294.*
295 *Electio de digno omisso digniori, quando id fit, est contra iustitiam distributiuam.*
296 *Peccata contra iustitiam distributiuam sunt mortifera.*
297 *Electio de digno, omisso digniori, quod nō valeat in concursu ad* Parochiales *nemo est, qui hoc dubitet.*
298 *ad Beneficium simplex eligens dignum omisso digniori, id est contra præceptum diuinum, prohibens acceptationem personarum.*
299 *Peccat mortiferè, qui peccat in iustitiam distributiuam, & commutatiuam.*
300 *ad Beneficia simplicia promotio male facta, nō est damnosa, sicuti illa, quæ fit ad beneficia curata.*
302 *Peccatum factum contra iustitiam, vt sit mortiferum, sufficit per illud conferri damnum notabile.*
303 *Furtum vnius sceuti, non desinit esse peccatum mortiferum, ex eo, quod non sit tam grande sicut furtum mille scutorum.*
304 *Electio ad simplicia beneficia male facta, potest inferri magnum damnum Ecclesiæ, cui prouidet. et n 305.*
305 *Impedimenta duo, quando concurrunt æquè repellentia, quamuis vnum repellatur remanet aliud, et perinde est, ac si ambo adessent.*
306 *in Electione digni omisso digniori, vt quis non peccet mortiferè, non debet inferri præiudicium, nec iustitia distributiua, nec commutatiua.*
307 *Dignum eligens, vel et conferens beneficium, omisso digniori. tenetur ad restitutionem, quanti interest, isti digniori. et quando sit verum secundum aliquos. 308.*
308 *Iustitia distributiua violatio inducit obligationem restituendi.*
309 *Dignum eligens omisso digniori, quod teneatur*

Digitized by Google

tur ad interesst ei, est dubiam quæstio, et cui relinquitur cogitandum. num. 310.

311 Dignum eligens omisso digniori, an peccet mortiferè anceps quæstio est. quia Ius Canonicū admittit talem electionem. Intellige præter in parochialibus.

313 Peccatum nullatenus ille committit, qui aliquid auctoritate Iuris Canonici facit.

314 Iuris Canonici finis, et scopus est animarum saluti prospicere, et quantum in se est arcere peccata.

315 Medicinæ finis sicuti est corpus sanitas, ita finis iuris Canonici est mentes hominum conseruare sanas.

316 Ius Canonicum, quantum potest dirigit humanas actiones ad æternam beatitudinem.

317 Iura Canonica absurdum est velle asserere, assentire peccatis.
Peccatum non committit, qui iuris auctoritate, aliquid facit.

318 Ius Canonicum animabus vinculum iniiceret, et peccandi ansam electoribus traderet, dū permittit eis eligere dignum omisso digniori.

319 Dignum esse meliorem, et digniorem Iura canonica hoc nullatenus disponunt.

320 Dignum omisso digniori, quod eligi regulariter possit, Iura canonica permittunt conniuentibus oculis, et quare.

321 Iura canonica permittunt tamquam validas electiones de digno omisso digniori, tamquam bene, et sine peccato factas.

322 Mali vnius permisso aliquando, quare Iura permittant.

323 Respublica Christiana, tota maximis acerbissimis litibus arderet nisi permitteretur, vt electio de digno valeret omisso digniori.
Meliores, doctiores &c. omnes se putant.

324 Lites, illæ sunt acerbiores, et odiosores, quæ oriuntur per comparationem meritorum, et scientiorum.
in Meritis, et scientia nemo vult alteri cedere.

325 Aurum, et opes, et rura donabit amicus, qui velit ingenio cedere nemo erit et num 326. et 327.

328 Apostol. auctoritas, quod Lex non est posita iusto, qualiter intelligatur, et n. 329 et seq.

330 ad Legem obseruandam iusti non egent coactione.

331 in Electionibus, si semper melior, et dignior esset eligendus, certè in hoc nemo alteri cederet.

332 Ex quo orirentur atra iurgia, insana controuersia, ac rabiosa, funestaque lites, et n. 333.

333 Dignius, et melius quis sit, in foro exteriori, difficile cerni potest.

334 Electio nulla fieri posset, quæ litibus, et controuersijs vexaretur, si semper meliores, et digniores essent præferendi.

335 Nodum, qui in scirpo quærat, semper aliquis est.

336 Dignum, qui elegit omisso digniori quamuis Iura Canonica id permittant,

337 Tamen, quis id facit non minus est excusandus, quam qui exercet Lupanaria, vel alia peccata commiserit, à iure dissimulatiuè permissa. & num. 341.

338 Iura dum permittunt aliqua peccata, vt maiora mala euitentur, dicuntur Iura dissimulatiua, non autem approbatiua.

339 Leges non semper puniunt omnia peccata, nec punire tenentur.
Iura quare denegent actionem læsis intra dimidium.

340 Leges sufficit, vt ea prouideant, quæ ad ciuilem amicitiam, pacem, & tranquillitatem spectant.

342 Electores ad beneficia, officia, quid vigili oculo attendere debeant.

343 in Electionibus personarum, ad earum merita, & non ad ipsarum ambitionem venit respiciendum.

344 Electio facta de eo, qui ante electionem dedit mandatum ad consentiendum futuræ eius electioni non valet, & quare.

345 Dignitates, qui ambiunt, tument superbia, ac pestilentiali morbo laborant.

346 Ambitio est pestis diabolica. & n. 347.

347 in Electionibus ad beneficia deponendus est affectus carnalis. & n. 348.

349 Prælati non sunt domini, sed dispensatores beneficiorum Ecclesiasticorum.

CAPVT LXXVII.

AD distribuendum bona inter pauperes,
quando adhoc executor testamētarius
habet arbitrium à testatore, & tunc quamuis
281 valeat electio, eorum, qui pauperes sunt,
omisis pauperioribus, *ad text. in l. cum quidā.*
ff. de legat. 2. vbi Bart. *num. 3. Bald. in l. id quod*
pauperibus, quæst. 22. C. *de Episcop. & Cleric. &*
in l. cum quidam, ff. de legat. 2. Bart. *in l. vnum*
ex familia, §. 1. in fin ff de legat. etiam 2. Card.
Mantic. *de coniectur. vltim. volunt, lib. 9. titul. 5.*
num 6. Gonzal. *ad Regul. 8. Cancell. glos. 2. num*
56. vers. deputatus ad distribuendum certa bona
inter pauperes, potest etiam distribuere inter
eos &c. & tetigi supra. num. 208.
Tamen non per hoc excluditur, quin eorū
282 conscientia non sit onerata, secundum quā
debent facere distributionem in pauperiores.
Federic. de Sen. consil. 90. Super dubitationum
articulis. num. 1. & sequuntur *Anton. de Butr.*
& Abb. in cap. constitutis. de appellat. Sic pariter
consultus responsum reddidit. *Dec. in consil. 62.*
incip. Viso puncto sub. nu. 3. vers. debet distributionem
facere in pauperiores, et causas magis pias,
aliàs eorum conscientia grauata est in foro conscientiæ
&c. & idem post eos sensit. *Gratian.*
discept. forens. cap. 211. num. 27. vers. non per hoc

excluditur, quia eorum conscientia non sit gra-
uata, secundum quam debent eligere pauperiores
&c Surd. de aliment. titul. 1. quæst. 93. n. 21. vers.
administrator, qui potuit eligere pauperiorem re-
manet in conscientia grauatus &c. Valer. de dif
ferent. vtriusq For. in verb. electio. 2. nu. 4. in fin.
vbi quod saltem venialiter peccat, quem re-
fert, sed non sequitur R.P.D. Diana in suis reso-
lut moral part 2. tract. 16. Miscell. 2. resolut. 21.
cum ibi allegatis, & addo Paul. Lamar in tractat.
de Offic. Iudic. part. 3 quæst. 23. nu. 18. vers. ele-
ctum ad distribuendum eleemosynas faciendas,
teneri in conscientiam facere distributionem in
pauperiores, & in causas magis pias &c.

Nec huic opinioni inconuenit alia, & sanè
quidem curiosè notanda, & licet incidenter eã
inducam, tamen ignoscatur mihi, si tantisper
in ea insistam cum materia sit quotidiana.
Eaque est, quamuis secũdum magis receptam
283 sententiam extra casum concursus ad Paro-
chialem, valeat electio facta de idoneo, quam-
uis melior eligi potuisset, vt per plura iura, ait
glos. in cap. constitutis. in verb. vtilem. de appellat.
et in cap. 2. de offic. custod. Nauarr de restitut. lib.
2. cap 2. num, 172. et 182. Barbos. de iur. Ecclesiæ.
lib 1. cap. 19 n. 138. S. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 2
ad. 3 Couarr. in cap peccatum. part 2. §. 7. nu. 3.
Petr. de Ledesma in summ. part. 2. tract 7. cap. 1.
Gutierez. canon. qq. lib. 2 cap. 11. à n. 15. Molin.
de primogen. lib. 2. cap. 5. à nu. 49. Spin. de testam.
glos. 4. nu. 49. & respondit Rota in causa Bono-
nien. fideicommissi 15. Februarij 1636 coram
Reuerendiss. Terracinen. est decisio 93. num. 11.
part. 7 recent. vbi asseritur extra casum con-
284 cursus ad Parochialem sufficit eligere di-
gnum, omisso digniori, & præter ibi adducta,
adde textũ in cap. cũ nobis. 19. vers. illius quoq.
literatura, licet non eminentis &c. & ibi Scribẽ-
tes de elect. cum alijs relatis per P. Ludouic.
Mirand. in Manuali Prælat. tom. 2. quæst. 23.
art 13. conclus. 2. & latius per P. Sigismond. à
Bonon. de elect. & potest. Prælat. dub. 34. sub. n. 1.
Illuminat Moron. respons. 97 de concursu ad be-
nefic. num. 91. vbi post Couarr. & Gutierez.

Id ampliat etiam si electores iureiurando
285 se astringerent ad eligendum digniorem,
quia iuramentum non immutat dispositionẽ
Iuris communis, quamuis illud violantes sint
periurij, vide Nicol. Garc. in tractat. de benefic.
part. 7. cap. 16. num. 2. qui testatur de commu
286 niplacito in hac sententia Theologorum, &
Legistarum, ibique plures plena manu cumu-
lat, & adde Michaelem Ferr. in tractat. de præ-
cedent. & prælat. tit. 25. de præcedent. in election.
& de communiori sententia testatur Rota co-
ram R.P.D. Meltio in causa Calaguritana Be-
neficij de Lumberas 18. Martij 1652. vbi dici-
tur, dum agitur de simplicibus beneficijs, opi-
nio inter Doctores valde controuersa, est, an
287 eligi possit dignus omisso digniori, affirma-
tiua communior videtur, ex ibi allegatis.
Amplia quoque supradictam conclusionem,
etiam si commissa esset electio alicui tamquã
bono viro, vt inquit Bart. in l. cum pater. 79. §.
rogo, num. 6 ff. de leg. 2. vbi dicit id diligenter
esse notandum & sequitur Leoncill. in tractat.
de priuileg. paupert part. 2. priuileg. 109. in verb.
electio. 2. num. 3. vers. amplia etiam si commissa
esset electio, tamquam bono viro. &c.

Tamen ista conclusio, quæ admittit, valere
electionem, præsentationem, collationem &c.
288 de digno omisso digniori procedit in foro
fori, non autem in foro Poli. Vnde peccabit,
qui dignum eligit, aut præsentauit, aut ei be-
neficium contulit omisso digniori, & sic non
satisfacit, dignum eligendo, si magis dignum
289 eligere poterat. ad text. in cap. cõstitutis. vers.
et magis vtilem, & magis idoneũ reputarent &c.
de appellat, pluresque in hoc puncto adducit
Palat. Rub in solemn. repetit cap. per vestras no-
tab. 3. §. 26. à num. 22. de donat. inter vir. & vx.
et per Cæsarem Lambertin. de Iurepatr. lib. 2.
part. 1. quæst. 10 art. 3. & adde Couarr. in d. cap.
peccatum part. 2. §. 2. nu. 4. de regul. Iur. in 6. An-
ton de Padill. in l. cum quidam num. 19 ff. de le-
gat. 2. Ceuall. commun. contra commun. quæst.
659. nu. 2. vbi post Paris. de resignat. lib 4. quæst.
11. num. 39. asserit, eligentes dignos, omissis
290 dignioribus, mortaliter peccare. Garz. de
benefic. part. 7. cap. 16. nu. 3. vers. nam ille peccat
contra iustitiam distributiuam &c. idemq. scri-
bit Gratian. decis. Macerat. 97. n. 21. vers. tamen
peccat mortaliter, conferendo beneficium digno,
omisso digniori &c. Illeph. Perez. de Anniuers.
lib 2. cap. 2. nu. 6 vers. non eligens digniorem pec-
cat, quia est infidelis domino suo &c. Loter. de re
benefic. lib. 2. cap. 18. sub n. 10. vers in propria sa-
lutis discrimen, haud dubie attentant &c. Ad
de idẽ sentire Rotã. & præsertim fuit dictum
in causa Toletana Canonicatus 18. Maij 1584.
corã fa. me. Clemente VIII. est apud Marches.
de commiss. tom. 1. fol. 288. sub. num. 3. vers. eligẽs
dignum omisso digniori multoties peccat &c. ac
deinde in causa Valloletana Præeminentiarũ.
24. Nouembris 1603. coram clar. me. Hieronym.
Pamphil. est in recentior. decis. 65. sub. nu. 8. vers.
omnia iura clamant. quod meliores, & sanctiores
eligantur, et ideo peccant, qui omissa digniori eli-
gunt dignum &c. part. 1. & coram bon. mem.
Card. Seraph. decis. 942. nu. 4. vers. in omni ele-
ctione facienda, is præfertur, qui magis habilis, et
idoneus est &c. & in causa Toletana Canonica-
tus Pœnitentiariæ 19. Iunij 1643. coram R. P.
D Cerro §. Et ratio est. vers. ex debito iustitiæ
commutatiua, et distributiua, qui dignior reper-
tus fuerit, præferendus est cæteris, & eligen-
dus, sine dubio venit &c.

Ex Theologis, sic concludunt multi ex præ
cepto illo, de quo in lege Diuina Deuter. cap. 1
ibi Non accipietis cuiusquam personam, & sic
291 qui eligit dignum, omisso digniore, intrat
acceptio personarum, quæ non fit sine pecca-
to, vide S. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 1. vers. nihil
prohibetur in lege diuina, nisi sit peccatum, sed

perso-

personarum acceptio est peccatum &c. idemque
tractat Archiepiscopus Florentinus Antoninus
Sanctus in sua summ. part. 2 titul. 1. cap. 20. §. 1.
Io. Maior. in 4. sentent. distinct. 24. quæst. 8. et 9.
Card. Caietan. in summ. in verb. Acceptatio, et in
ientaculo 12. quæst. 4. et in. 2. 2. quæst. 62. art. 2.
Domin. Sor. lib. 3. de iustit. & iur quæst. 6. art. 1.
conclus. 9. Molin. de iust. et iur. tractat. 2. disput.
714. nu. 9. Rebell. de obligat. Iustit. part 1. lib. 1.
quæst. 3. n. 18. et lib. 3. quæst. 8. Siluest. in summ.
part. 1. in verb. electio quæst. 16. vbi inquit, sat
esse in foro contentioso, quod electus sit bo-
nus, sed in foro conscientiæ, requiritur, vt eli-
292 gatur melior inter omnes, scilicet, quē quis
potest habere, non quidem melior simpliciter,
scilicet, qui maioris est charitatis, sed melior,
quantum ad hoc, quod est regere, & guber-
nare, et aliter facere, est acceptio persona-
293 rum, quod sine peccato non fit. ita etiam an-
tea sensit S. Thom. d. 2. 2. quæst. 63. art. 2. ad ter-
tium. Vbi ait, licet in foro iudiciali sufficiat
eligere bonum, nec oporteat eligere melioré,
294 tamen quantum ad conscientiam eligentis,
necesse est eligere meliorem &c. idem confir-
mat in quæst. 185. artic. 3. et quolibet 6. quæst. 9
Quæ recepta sententia est communis tam
Theologorum, quàm Canonistarum teste Na-
uar. in tractat de Oration. miscellan 38. num. 1.
qui sentit talem promotionem de digno, omis
295 so digniori, esse contra iustitiam distributi-
uam, et n. 4 secundum Sot. subiungit non solum
esse contra iustitiam distributiuam, sed etiam
296 contra commutatiuam, at peccata contra
iustitiam, siue distributiuam, siue commutati-
uam, sunt mortifera, id docēte S. Thoma. 2. 2.
quæst 67. art. 4. Ergo eligens dignum, omisso
digniori peccat in vtramque iustitiam, & sic
sine dubio mortaliter et hic faciunt infiniti Do-
ctores relati per Petr. Cened in collectan. ad De-
cretal. ad cap. decorem. 5. in verb. idoneos. de in-
stitut. et per Augustin. Barbos. in eisdem Colle-
ctan lib 1. titul. 6. cap. 19. n. 4. vers. peccabit tamen
&c. et lib. 2. titul. 28. cap. 46. n. F. vers. nec satisfa-
cit dignum eligendo &c. et per Tamburin. in
tractat. de Iure Abb. tom. 1. disput. 5. quæst. 13.
vers. eligere dignum, omisso digniori est omnino
peccatum mortale &c.
Nec quis decipiat se, cogitando prædicta
297 procedere, quando quis tenetur eligere di-
gnioré, omisso digno, vt est in parochialibus,
quia hoc casu, nemo nec quidem leuiter du-
bitat, nam et supra relati Doctores genera-
liter loquuntur in qualibet electione. Nonne?
298 eligēs aliquem ad simplex beneficium post-
posito digniori, est contra præceptum diui-
num, prohibens acceptationem personarum,
de quo dixi supra, vnde & peccat in iustitiam,
299 distributiuam, & commutatiuam, et sic mor
tiferè, vt proximè ex S. Thoma 2. 2. quæst. 67.
art. 4. retuli, et efficaciter, et latè probat Sotus
d. Instit. et iur. lib. 3. quæst. 6. art. 2.
Parum etiam iuuat, quatenus replicetur;
300 quod promotio ad simplicia beneficia ma-
lè facta, non est adeo damnosa, sicut est illa,
quæ fit ad beneficia curata; nam respondetur,
301 vt peccatum factum contra iustitiā sit mor-
tiferum sufficit per illud conferri damnū no-
tabile, latè ostendit. Nauar. in manual. cap. 17. n.
3. licet non inferat maximum, non enim defi-
302 nit esse mortiferum furtum vnius scuti, eo
quod non sit tam grande, sicuti furtum mille
scutorum, et palam est per promotionem ad
simplicia beneficia posse inferri notabile dam
303 nū Ecclesiæ, cui prouidetur, imo et aliquan-
do multò maius, quam per promotionem ad
aliquod beneficium curatum. Ergò &c. Qua-
tenus verò parum damnum inferretur Eccle-
siæ, cui prouidetur per electionem digni, omis
304 so digniore, et sic parum violaretur Iustitia
commutatiua, tamen etiam cōcurrere debet,
vt quoque parum obsit digniori proposito,
violando parum iustitiam distributiuā, quo-
305 niam non sufficit tollere alterum impedi-
mentum, quando concurrunt duo, æquè re-
pellentia, nam quoties alterum supersit, illud
tantum repellit, ac si ambo subsisterent. cap. ex
tenore. 5. de auctorit. et vsu pall cap pastoralis de
priuileg. l. si domus. ff de seruit. vrban. præd. §. af-
finitatis Instit. de nupt. cum aliis allegatis per
Tiraquell. in tractat. cessant. caus. cessat effectus.
limitat. 22. num. 8. quibus adde Cephal. consil.
81. n. 13. Surd. consil. 361. num. 20. et consil 531.
num. 7. Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 20.
num. 8. Rota Bononien. apud Barz. decis. 25. nu.
86. et dixit. Rota Rom coram sa. me. Greg. XV.
decis. 87. num. 6 et ibi Beltramin. in addition. n.
16. et deinde fuit animaduersum in Romana,
Donationis 12. Februarij 1629. cora m re. me.
Merlino est decisio 161. n. 12. vers. vbi et pluri-
bus causis &c. part. 5. recent. et in causa Roma-
na assecurationis Nauis 26. Februarij 1631. co-
ram Reuerendiss. Terracinen. quæ habetur in 6.
part. recent. decis. 24. num. 7 vers. quando plura
obstant, si vnum remoueatur, attamen alia
remanent &c. et nuper in altera Romana suc-
cessionis 14. Martij 1649. coram R. P. D. Bichio.
§. Nec obstat vers. esto quod causa carcerationis
esset falsa, testamentum tamē substineretur pro-
cul dubio ex aliis causis &c.
Et in puncto electionis digni, omisso di-
306 gniore, vt euitetur mortiferum peccatum,
requiratur parum præiudicium inferri iusti-
tiæ distributiuæ, ac simul etiam iustitiæ com-
mutatiuæ, & è contra aliàs altero cessante, in-
tret peccatum mortale, propter supradictam
Iuris regulam, admonet Nauarr. in tractat de
orat. de Miscellan. 38 sub numer. 5. vers. sed con-
trarium videtur verius, & versic non enim suffi-
cit ad excusandum conferentem à peccato, vt pa-
rum obsit Ecclesia &c.
Vlterius eligens dignum, seu digno con-
307 ferens beneficium, prætermisso digniori, te-
netur ad restitutionem quanti interest ipsi di-
gniori prætermisso, & ita sentiunt Paludan.
in 4.

in 4 distinct.23.quaest.2. art.2. nu.12. & ibidem
Ricard.Caiet.2.2.quaest.62.art.2.ad 4.in 3.dub.
& in summ.in verb.acceptatio personarum Syl-
uester.in verb restitutio 3.quaest.ultim.versic.2.
B.Medina in summ.rubr.1. cap.14.§.32. Ludo-
uic Lopez.in instruct.conscient.tom.1. cap.125.
308 & 127. Violatio enim Iustitiæ distributiuæ
inducit obligationem restituendi S. Thomas
2.2.quaest.62.artic.1.ad 3. & ibi Caiet. P. Na-
uare.de restitut.lib.1. à num.10.Molin. de Iu-
stit. & iur. tractat.2. disputat.714. & quamuis
multi contradicant, & alij eam opinionem
309 veram intelligant in his beneficijs, quæ per
oppositionem,& concursum conferuntur. Ta-
men multi sunt, qui indistinctè in omnibus
electionibus eam habere locum tenent.
Dubia satis,& cõtrouersa est quæstio ista,&
310 quo me vertar ignoro, idque cogitandum
relinquã illis, qui dignos omissis dignioribus
eligunt, vt propriæ consulant saluti, & simul
agnoscant quot periculis temerariè se expo-
nunt,& dum super hoc cogitant, Ego,interim
respondebo sequenti dubio.
Dum ergò supra solidis fundamẽtis firmaui,
peccare, & quidem mortaliter illũ, qui omisso
311 digniori, dignum vult eligere; circa hoc
amaritudo non parua insurgit, & quidem ta-
lis, vt nonnulli reiecta prædicta opinione, cõ-
trariæ adhęreant,minus verè sentiendo,in his
terminis, nullum committi peccatum ea du-
cti ratione, quia iura canonica disponũt, præ-
312 terquam in casibus exceptuatis,electionem
de digno, omisso digniori validam esse,cap.cũ
nobis olim.de elect.cap.nisi cum pridem.§.pro de-
fectu,de renunciat.cap.fin.de præsumpt.cap.qua-
propter.de elect.cap.constitutis.de appell.can.mo-
nasterium 16.quæst.7.cum glosis, & DD.supra
allegatis, & alios refert Rota in causa Pampi-
lonen.Beneficij de lo Arcos.19.Decembris 1619.
coram bo.me.V bald.est decis.149.num.1,vers.de
iure substinetur electio de digno, omisso dignio-
ri &c. part.4.recent.tom.2.& antea fuit dictum
coram sanct.mem.Gregor.XV. decis.11.num 8.
vers.sufficere.quod eligatur idoneus, & dignus,
omisso etiam magis idoneo,& digniori &c. & vi-
de ibi Beltramin. in annot. cum alijs supra alle-
gatis numer. 291.
Vnde oritur firma conclusio, impossibile
313 esse peccare illũ, qui iuris Canonici aucto-
ritate aliquid fecerit,cuius finis, & scopus est
314 animarum saluti prospicere, & quantum in
se est arcere peccata. cap. ex administrationis.
cap.quanto,et cap.cum contingat.de iureiur.cap.
vt animarum periculis.de cõstitut.lib.6.Clem.1.
de sepultur.extrauag.1. de torneament. & sicuti
315 finis Medicinæ est corporis,sanitas, ita finis
iuris Canonici est mentes hominum efficere,
& conseruare sanas. can. vt constitueretur 50.
distinct. Vnde dirigit quantum potest huma-
316 nas actiones ad æternam felicitatem, & sa-
lutem. vt docet. S.Thom. in part.2. quæst. 90.
artic.2.& ex eo probat Suarez. in tractat. de le-
gib.lib 1.cap.7.num.5.& lib.3.cap.11. & ex no-
stris docet. Fortunat.Garc.in tractat de vltim.
fin.Iuris Canonic. & Ciuil.à nu.3. Bost. Epon.
in tractat.de iure Sacram lib.1.cap.21.num.21.
& 31. & ratiocinata est Rota in causa Barchi-
nonen.Statuti 3. Martij 1636. coram bon.mem.
Card.Hieronym. Verospio. est decis.107.nu.16.
vers.finis legis,aut constitutionis Ecclesiasticæ est
dirigere quantum in se potest humanas actiones
ad æternam felicitatem &c. part.7.recent.
Quare vt dicebam absurdum esset, velle
317 asserere iura Canonica assentire peccatis, &
sic peccare eum,qui eiusdem Iuris auctorita-
te aliquid operauerit, facit text.in can.qui pec-
cat 23.quæst.4. Certè alias ius Canonicũ ani-
mabus vinculum inijceret, peccandique ansã
electoribus dum permittit eis eligere dignũ,
318 omisso digniore,tribueret, quod nullo mo-
do est dicẽdum cum sit contra text. in can.erit
autem lex.4.distinct.
Quæ ratio, fortisque obiectio non difficili
negotio prosterni,ac in totum labefactari po-
test, respondendo Iura Canonica non dispo-
319 nere principaliter, dignum esse meliorem,
& digniorem. text.est in can.licet ergo,ibi, qui
præstantior est ex omni populo,qui doctior, qui
sanctior,qui in omni virtute eminentior: ille eli-
gitur &c.8.quæst.1.& sic auctoritate eiusdem
textus dixit Rota coram clar. me. Card.Pãphil.
decis.65.sub nu.8. vers.in omnibus electionibus,
præferatur ille,qui omnium est melior, ac moris,
& vitæ sanctitate est præstantior &c. part.1.re-
cent. & deinde animaduertit, in causa Bono-
nien.de Sambuca 6.Februarij 1634 coram reu.
me.Merlino est inter eius impress. decis.612.nu-
mer. 3. ibi, non sola scientia, & doctrina perpẽ-
di debet, sed etiam vitæ innocentia, morum ho-
nestas, prudentia zelus,sedulitas,spirituum dis-
cretio in rem Ecclesiasticam propensio &c. cum
multis alijs ibi adductis.
Permittũt tamen iura Canonica,vt dignus
320 eligi possit,etiamsi dignior prætermittatur,
& hoc conniuentibus oculis, vt euitẽtur ma-
iora inconuenientia, & sic defendunt dictas
321 electiones tamquam validas,non autem tã-
quam benè, & sine peccato factas,sicuti notat.
glos.in d can.licet,in verb.præstantior,& probat
text.in cap.quia propter. de election. & cap.con-
stitutis. de appellat. & ibi communiter notant
Scribentes.
Cum ergò hæc non sit præcisa Iuris Cano-
322 nici dispositio, sed vnius mali permissio, ne
scilicet Respublica Christiana tota ardeat
maximis, & acerbissimis litibus, quales sunt
illæ, in quibus de meritis hominum agitur;
323 quotidie enim merita, & demerita cuiusli-
bet essent in foro ventilanda, quis enim me-
liorem doctiorem,idoneorem &c. altero non
se reputat.
Quæ certè lis acerbior, et odiosior reperiri
324 potest, quàm illa,quæ fit per comparationẽ
meritorum, et scientiarum in quibus nemo
alteri

alteri cedere intendit hinc satis vulgata illa
carmina Martialis.

325 *Aurum, & opes, & rura tibi donabit amicus,*
Qui velit ingenio cedere, nullus erit.

Et valde ad propositum congruit hic, exem-
plum, quod aliàs adduxi de Spartanis, Nam
vt vetera annalia tradunt, cum ab eorum
326 Oraculo pro responso accepissent, eum de-
bere Rempublicam gubernare, *qui optimus*
esset, ex qua responsione ortæ fuerunt tot, tã-
teq; lites inter Ciues, vt Respublica illa adeo
florentissima, quasi radicitus euersa reman-
327 serit; nam quilibet eorum se omnium opti-
mum esse prætendebat. Et verè si auctoritas
illa *Pauli Apostoli, 1. Thimot. cap. 1.* ibi, *iusto nõ*
est posita lex, simpliciter sic intelligeretur,
actum esset de legibus, nam si iusti exempti
essent à iugo legum humanarum, sequeretur
328 quod omnes essent exempti, quilibet enim
dicere posset, se iustum esse, et sic emergeret
329 turbatio Reipublicæ et leges à nemine ser-
uarentur. Quia auctoritas illa intelligitur, nõ
quod iustus non subdatur legi, omnis enim
anima (*teste eodem Apostolo ad Rom. cap. 13.*)
potestatibus sublimioribs subdita est, sed
330 quia iusti non egent coactione ad obseruã-
dam legem, plus quippe spontè sua præstant,
quàm lege præscribatur, siquidem iustus non
metu legis, sed amore virtutis legem seruat,
et hoc incidenter dixisse sufficiat, et tetigi su-
331 pra *cap. 1. num 3* Quare si in electionibus
semper melior, dignior, &c. vt dicebam esset
eligendus, certè nemo in hac materia alteri
cederet. Ex quibus prætensionibus orirentur
atra iurgia, insanes controuersiæ, ac rabiosæ,
332 funestæque lites, quæ commercium huma-
num tam dirè lacerarent, prout verè sine hoc
lacerant. vt iam satis probaui *in discurs par. 7.*
recent. à num. 115. vsque ad 210. & in alijs locis,
de quibus dixi supra cap. 64. à numer. 9.

Et sic persistendo in terminis, dum iura
canonica permittunt valere electionem de
333 digno, omisso digniori, id transire faciunt,
ne totus Mundus litibus inuoluatur, et tolla-
tur materia calumniandi, *vt aduertit sublimis*
Doctor Thomas Sanctus 2. 2. quæst. 63. art. 2. in
respons. ad 3. ibi, *electio non potest impugnari in*
foro iudiciali, sufficit eligere bonum, nec oportet
eligere meliorem, quia sic omnis electio posset ha-
bere calumniam, et in puncto Iura Canonica
permittere, ne quamplurimis litibus, et con-
trouersijs aditus peteretur, cum perdifficile
sit cõstare in foro exteriori, quis bonus, quis-
que melius, aut optimus sit asserunt, *Panorm.*
in cap. constitutis. num. 7. vbi etiam *Franch nu-*
mer. 4. Imol. & Præposit. numer. 16. de appellat.
Philipp. Dec. in cap. in præsentia num. 193. de
probat. Et respondit *Rota in causa Toletana*
Canonicatus 18. Martij 1584. coram sanct. me.
Clement. V I I I. est apud Marches. de Commiss.
tom, 1. fol. 288. numer. 5. vers. consulendo quieti
Reipublicæ, ne maximis, & acerbissimis litibus
inuolueretur &c. et coram sanct. me Greg. XV.
decis. 11. num. 8. vers. aliàs omnes electiones, essent
litibus, et controuersijs inuolutæ &c. idemque
fuit perpensum *in causa Vallisoletana Præmi-*
nentiarum coram clar. mem. Card. Pamphil. *est*
decisio 65. sub num. 8. vers. ex omissione dignioris
non retractatur electio, vt litium occasiones am-
putentur &c. part. 1. recent. vide etiam deci-
sionem coram *bon. me. Rembold. 164. numer. 4.*
334 *part. 4. recent tom. 2.* vbi dicitur, aliàs nulla
electio fieri posset, quę litibus, et controuer-
sijs nõ verteretur in maximum præiudicium
Ecclesiarum, *et allegatur alia decisio coram bo.*
me. Buratto, quæ inter eius impressas est decis. 22.
335 Semper enim est aliquis (secundum Comi-
cum) qui nodum in schirpo quærit.
336 Supradictis ergò stantibus, cum Iura Ca-
nonica id permittant, vt maiora inconueniẽ-
tia euitentur, consequens est, vt is, qui eligit
337 idoneum, omisso digniori, ac meliori, non
minus à peccato liberari, quàm qui publica
Lupinaria exercuerit, vel alia peccata com-
miserit, quæ à iure etiam Canonico, vt ma-
338 iora mala euitentur, permissa sunt: nam
dicta Iura dissimulatiua dicuntur, non autem
approbatiua. Non enim semper leges puniũt
339 omnia peccata, nec punire tenẽtur, sufficit,
vt ea prouideant, quæ ad ciuilem amicitiam,
pacem, et tranquillitatem Reipublicę conser-
uandam, integrum, ac illæsum statum retinẽ-
dum spectat, *vt post Couarr. notat Felician. à*
Sol. in tractat. de censib. lib. 2. cap. 1. sub num. 11.
versic. Non semper leges puniunt omnia pecca-
340 *ta &c.* vbi etiam respondet ad illud simile,
quare iura læsis intra dimidium negãt actio-
nem, et tamen id peccatum est, nempe, vt
grauioribus occurrat malis, et ne Respubli-
ca litibus perturbetur, atque in puncto quæ-
341 stionis nostræ, vt eligens idoneum, omisso
digniori, non minus liberetur à peccato, quã
qui publica lupinaria exercet, *aduertit post*
Dec. *in cap. constitutis de appellat. Ludouic.* Mo-
lin. *in tractat. de primogenit. Hispan. lib. 2. cap. 5.*
num. 55. vers. cum hæc non sit præcisa Iuris Ca-
nonici dispositio &c.

Non progredior plura in hac digressione
afferre, quamuis maximè notanda, ne supe
tali diuerticulo breuitatis viã omnino amit-
tam: illud tantum ergo pro coronide subdã,
342 exorando omnes electores, vt vigili oculo,
et summa diligentia attendant, quid faciunt,
nam indebitæ electionis damnum, non est v-
num tantum, sed multiplex, damnum electo,
damnum officio, et damnum electori. Hinc
zelanter, et paternè monet, *Sacrosanctum*
Concilium Tridentinum sess. 24. de reformat.
cap. 1. ibi. *Omnes, quibus ius eligendi quocumque*
modo competit, vt in primis meminerit nihil se
ad gloriam, et populorum salutem vtilius facere
posse, quàm si digniores, & magis vtiles diligen-
ter eligi curauerint, et id iudicauerint, non præ-
cibus

cibus, vel humano affectu, vel ambientium sug-
gestionibus, sed eligentium exigentibus meritis.
Itaque Sacrum Concilium Tridentinum hoc
vnum tantum in electionibus sedulò vult, vt
343 aduertatur, scilicet ad merita; promouen-
dorum, et sic non ad eorum ambitionem.
Hinc electio eius non valet si penetretur,
344 ante factam electionem tradidisse mandatũ
ad consentiendum electioni de se faciendæ,
vel ad protestandum &c. eum sic inciderit in
ambitionis culpam, quæ sufficit, vt ipsius ele-
ctio attendi non debeat. *can. in scripturis* 8.
quæst. 1. *cap cum post, vbi glos. in verb. requisitũ,*
de elect. Fr. Sigismund. à Bonon. *dub.* 41. *nu.* 1.
& seq. alijque relati à Barbos. *de Iur. Eccles.*
vniuers. lib. 1. *cap.* 19. *nu.* 237. Castellin. *de elect.*
Canon. cap. 11. *numer.* 39. et admisit Rota *corã*
Eminentiss. D. Cardin. Ottobono *in causa Leo-*
dien. Præpositura *Tongron* 19. *Ianuarij* 1650.
§. Denique. versic. dum tradidit ante factam ele-
ctionem mandatum ad consentiendum electioni
de se faciendo, & ad præstandum, incidit in
ambitionis culpam &c. Ambitiosi enim tumẽt
superbia, ac pestilentiali morbo laborant; nã
345 secũdum S. Basil. de Institut. Monast. cap. 10.
Ambitio diabolica pestis est. & sine dubio qui in
huius vitij potestate est, eodem penè morbo, cum
diabolo laborat.
346 Et in terminis ambientium Sacerdotium,
audiamus elegantẽ sententiam S. Hieronym.
ad Eustach. *Quid dicam, ait, de his, qui ambiunt*
Sacerdotium, quibus cura est, vt vestes benè
oleant, vt pes laxa pelle non sordeat, quibus vt
crines calamistro rotentur, quibus vt digiti annu-
lis radient. & si via humidior fiat, vix in ea, vt
pedes vestigia, imprimant.
In electionibus pariter monet prædictum
Concilium, vt electores deponant carnalem
347 affectum, vnde Innocentius III. Romanus
Põtifex in *cap. vnico. §. omnibus ergo. vt benefic.*
Ecclesiastic. sine diminut. confer. reprehendens
quemdam Archiepiscopum Mediolanensem,
ait, in tribus illius electionem reperiisse cul-
348 pabilem, quorum vnum est, ibi, *quia non*
ex affectu carnali, sed ex discreto iudicio in per-
sona magis idonea, debuisset Ecclesiasticum offi-
cium, & beneficium dispensare. Prælati enim
349 non sunt domini, sed dispensatores benefi-
ciorum Ecclesiasticorum. *S. Thom.* 2. 2. *quæst.*
63. *art.* 2. *in respons. ad primum, propter auctori-*
tatem Pauli *Apostoli ad Corinth.* 1. *cap.* 4. *latè*
Nauarr super Commentar de Spol super cap. nõ
liceat 12. *quæst.* 2. *§.* 3. *à num.* 4.
Hactenus iam dicta sufficiãt quoad execu-
350 tores testamentarios, qui iuxtà præceptum
testatoris distribuere tenentur eius bona in-
ter pauperes, vel alios pios vsus, qui licet in
foro exteriori non molestẽtur se eligant pau-
peres, et pias causas, tamen in foro interiori,
eorum conscientia remanet grauata, secundũ
351 quam debent facere distributionem in pau-
periores, et magis pias causas. Qua occasione
cætera adduxi de electione digni omisso di-
gniore, vt licet substineatur in foro fori, tamẽ
in foro Poli id faciens mortiferè peccat, aliaq;
in hac materia electionis non contemnenda
habui.

ARGVMENTVM.

Dispositiones ad pias causas ordinatæ valent, et tenent, non solum si sint incertæ ratione personarum, sed etiam rerum, et summarum relictarum, imo et quatenus adesset duplex Incertitudo, scilicet respectu personæ, et rei, quę duplex incertitudo quantum regulariter prosternat viriliter dispositiones humanas notũ est, tamen militante fauore piæ causæ inualida est tanta incertitudo.

Alienari prohibita duplici prohibitione, tunc contra talem prohibitionem non admittitur præscriptio, sicuti indultum concessum conferendi beneficia reseruata, non capit ea beneficia, quæ duplici reseruatione sunt affecta.

Legatum libertatis incertis personis relictum; quare non valeat, et in his terminis ratio particularis cum adsit, ideo non valet argumentũ hoc casu de legato libertatis, ad pias causas etiamsi in legatis pijs adesset duplex incertitudo, et reiiciuntur Bart. Socin. et Ruin. qui contrarium senserunt.

SVMMARIVM.

352 *Incertitudo rei, vel summa legata, vitiat legatum.*
353 *Legatum pium incertum ratione rei, vel summa legata valet & num.* 466.
354 *Testator, si leget ad pias causas, & non exprimat quid, vel quantum, & tunc eius hæres, qualiter se gerere debeat.*
355 *Legatum pium relictum consanguineo pauperi absque expressione summa qualiter declararetur.*
356 *Arbitrium semper censetur annexum tacitè in relictis ad pias causas.*
357 *Testator licet simpliciter dixerit, lego pro anima, & non expresserit quid, vel quantum, valet tale legatum.*
358 *in Legato pio, quando adest duplex incertitudo, non videtur posse substineri.*
359 *Incertitudo tunc sine dubio annullat actum, quando non venit in futurum certificanda.*
360 *Incertitudo duplex magis impedit quã vna.*
361 *Alienari duplici prohibitione, quando aliquid est prohibitum, tunc talis prohibitio non præscribitur.*
362 *Adulterij crimen licet quinquennio præscribatur, id tamen cessat, si crimen incesti coniunctum habeat.*
363 *Indultum conferendi beneficia reseruata, nõ comprehendit beneficia duplici reseruatione reseruata.*

364 *Vene*

364 *Venena duo diuersa, si quis sumat, non nocent. & num. 365.*

367 *Argumentum à contrario sensu non est aequi admittere ad labefactandum supremum elogium pij testatoris.*

368 Pia elogia, *non debent improba mente violari, quod sanè absurdum esset.*

369 Omne, *qui dicit, nihil excludit.*

370 Omnia, *qui subiecit, nihil dimittit non subiectum.*

371 *Testator dum iussit vnum ex pluribus seruis manumitti, nec apparet de quo senserit, tunc libertas impeditur. & quare secundum Bart. numer. 372.*
Et hoc non obstante, quod legatum libertatis sit pium.

372 *Testator, si relinquat vni ex pluribus seruis libertatem, & non apparet de quo senserit, an hic adsit duplex incertitudo.*

373 *Libertas non est maior vnius, quàm alterius, cum vna omnium est libertas.*
Libertinorum differentia hodie sublata est.

374 Certitudo in legato, quando adest respectu rei, non potest in eo considerari d. rei incertitudo, & qualiter id intelligatur.

375 *Legatum libertatis incertum, quamuis sit pium, quare subiaceat vitio nullitatis. et nu. 379.*

376 *Testator, quando voluit vni tantum relinquere libertatem, & non declarauit cui,*

377 *Tunc nullus efficitur liber, ne forte, is quem voluit liberum esse, seruus remaneat.*

378 *Libertas seruo nominatim est relinquenda.*

380 *Legatum libertatis stante duplici incertitudine sicuti non valet, ita etiam non debet valere legatum pium.*

381 *Legatum libertatis dum corruit ex defectu incertitudinis personae, cui est relicta, id multò magis, quando, & quo casu debeat procedere. & numer. 382.*

382 *Argumentum incertitudinis à legato libertatis, ad legata pia, quando sit absurdum.*

383 *Legatum libertatis, cum secundum ius antiquum non valebat, si erat incertum, nec id per ius nouum est correctum, ideo illud est seruandum.*

384 *Legum dispositiones, quae mutatae non reperiuntur, seruandae sunt.*

385 *Legata pia, quod generaliter valeant, quantumuis sint incerta, ideo debent impleri, nec est recurrendum ad argumenta, vt ea corruant.*

386 *Testator, quando aliquid reliquit fauore piae causae, tunc fauore animae censetur reliquisse, & haec censetur causa finalis.*

387 *Testatoris intentio pia, aliquid incertè relinquentis pauperibus in genere, satis fit, cuicumque pauperi, detur.*

388 *Quod non sic est in legato libertatis incertae personae relicto.*

389 *Argumentum de libertate ad pias causas valet, si agatur de eius fauore, secus verò si de laesione, & euersione.*

390 *Ratio illa est summa, quae facit pro religione.*

391 *in Legatis pijs incertis, non potest considerari aliqua specialitas, ad hoc vt substineantur.*

392 Certitudo, *quando est in genere, licet incertitudo sit in specie, tunc ea potest facile reduci ad certitudinem.*

393 *Legatum relictum incertis personis, ex post facto certificandis valet, & substinetur.*

394 *Incertitudo, quae certificanda ex post facto, seu futuro euentu est, numquam vitiat dispositionem.*

395 *Legata, et fideicommissa incertis personis olim non poterant relinqui.*
Hodie tamen secus est, quando sunt relicta incertis personis de pluribus certis.

396 *Possessio non transfertur, per venditionem, vel assignationem rei incertae ratione loci, et quota simul.*

397 *Bonorum assignatio dicitur incerta si sit facta per verba numeralia viginti, vel triginta tornaturas.*

358 *Venditio dicitur incerta, si fuerit facta de tanta parte domus, quantum capiat summa numeralis centum, vel mille, contra vide num. 399*

400 *Rip. Ruin. Riminald. Rota Lucen. refutantur à Rota in casu hoc,*

401 *Vendens, si in assignatione partis rei venditae constituit, se nomine emptoris possidere, tunc transfertur possessio, quamuis pars rei vendita, non exprimatur.*

402 *Et sic dicitur acquisita generica possessio pro indiuiso ratae partis assignandae, cum semper illa pars dicatur inesse in qualibet parte.*

403 Possessio *partis rei incertè tradita, quando potens sit ad probandum primum extremum in iudicio spolij.*

404 *Assignatio partis rei non dicitur incerta ad effectum validitatis possessionis, quādo ea fuit facta per verba quotitatiua.*

405 *Intellige, quādo certa est ex parte rei, existentia bonorum.*

406 *Legatum vt non dicatur incertum, nihil interest an testator vsus fuerit, verbis numeralibus, vel quotitatiuis.*

CAPVT LXXVIII.

INcertitudo respectu personarum, quod in nihilo obnubilet validitatem legatorum, aliarumque dispositionum ad pias causas ordinatarum iam satis roboratum in praecedentibus capitibus. At modo transeamus videre, an idem respondendum veniat, stante incer-
352 titudine rerum, seu summarum legatarum, quae incertitudo licet sit valens infringere vires legatorum. *iuxta text. in l. Titia cum testamento 35. ff. de legat. 2. cum simil.* Card. Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. titul. 3. num. 36.* Surd. *de aliment. titul. 8. priuileg. 17. num. 1.* Tamen

men militante magno fauore piæ causæ sub-
353 stinetur quoque tale legatum. Itaque si te-
stator faciat aliquod legatum ad pias causas,
& non exprimat quid, vel quantum, & tunc
hæres, vel executor testamentarius potest dis-
354 ponere vsque ad summam concurrentem,
secundum dignitatẽ personæ testatoris, quan-
titatem patrimonij, & numerum liberorum.
argumento. *l. si filia. ff. de legat. 3. & l. cum post.
§. gener. ff. de iur. dot. & l. si quis. § sumptus. ff. de
religios. & sumpt. fun. cap. cum tibi extr. de te-
stam.* quæ iura in his terminis allegãtur à Se-
natu *Neapolitano apud Afflict. dec. 337. sub nu-
mer. 1. vers. in contrarium est summa ratio, quæ
facit pro religione.*

Vbi etiam asserit ita per Senatum fuisse vo-
355 tatum, & hæres fuit condemnatus ad dan-
dam certam summam &c. scilicet ad præstã-
dam dotem cuidam consanguineæ defuncti
pro eius anima, Ita quoque post *Card. Ant. de
Butr. Imol. Felin. Ias. Dec. & alios firmat* Cor-
*nel. Beninras. in tractat. de paupertat. & eius pri-
uileg. quæst. 8. special. 3. circa vltim. volunt. nu-
mer. 24. vers. quando diceret relinquo pro anima,
& non exprimeret quantum &c.* quam opinio-
nem etiam secutus *Aluarad. de coniecturat.
ment. testator. lib. 2. cap. 1. numer. 28.* vbi vltra
Zabarellam allegat textum *in l. penultim. ff. de
aliment. & cib. legat.* & hoc est generale, vt in
356 relictis ad pias causas arbitrium boni viri
semper tacitè connexum sit. *Bald. in l. 3. nu. 4.
C. de furt. Couarr. in cap. indicante. num. 4. de
testam.* estque generale per textum *in l. arbi-
trium. 1. ff. de legat.* Quare si testator simplici-
357 ter dixerit, lego pro anima, & non expres-
serit quantum, & tunc etiam valebit tale le-
gatum super qua dispositione supra aliquid
dixi, sed in terminis diuersis *in cap. 50. d. n. 1 a.*

Fateor in præsenti casu adesse duplicem in-
certitudinem, quia testator dicendo, *lego pro
358 anima*, non exprimit personam legatariam,
nec quantitatem rei legatæ, ideoque hîc est
maior, & duplex incertitudo, & sic non potest
substineri tale legatum, *vt arg. l. nulli. § fin. au-
tem. C. de Episcop. & Cleric. senserunt* Bart. *in
l. quidam relegatus. num. 1. vers. fallit si resultat.
ff. de reb. dub.* & ita colligit. *Socin. Sen. in l. si
quis ex pluribus. num. 2. ff. eodem.* vbi dicit. hæc
359 ab alijs non fuisse excogitata, *quem sequitur
Ruin.* quando talis incertitudo non venit in
futurum certificanda *in consil. 19 num. 1. & 8.
versic. non obstat. & in consil. 21. num. 7. vol. 2.*
360 Et quod magis impediat duplex incertitu-
do, quàm vnica *tradit Dyn. in cap. in obscuris.
num. 13. ff. de reg. iur. in 6.* sicuti etiam perspi-
cuum est duplex impedimentum, difficilius
tolli, quàm vnum. *l. raptores. 1. C. de rapt. virg.
l. penultim. §. si verò. C. de adoption.* Hinc etiam
dicimus si quid est prohibitũ alienari duplici
prohibitione, dicta prohibitio non præscri-
361 bitur ex cursu longissimi tẽporis, licet aliàs
præscriberetur, si vna tantum prohibitio cõ-
curreret, *vt consuluit* Ruin. *in consil. 4. num. 17.
lib. 1. cum alijs per Surd in consil. 137. numer 12.
& seq. dixitq.* Rota *in causa Rauennaten. Ca-
nonicatus 4. Iulij 1641. coram Reuerendissimo*
D Dunozetto. *§. nec obstat. vers. si quid est pro-
hibitum alienari duplici prohibitione nõ præscri-
bitur &c.* vbi etiam affirmatur, licet secundũ
textum *in l. cum passam 39 §. præscriptio ff. ad
l. Iul. de adulter.* crimen adulterij præscriba-
tur per quinquennium, *vt in l. miles. 11. § socer
in fin. ff. eodem.* non tamen præscribitur, si cri-
362 men incesti coniunctum habeat, quia diffi-
cilius hoc fuisset indultum à Principe. Et in
prædicta *decis. Rauennaten* magistraliter de-
363 ciditur, indultum conferendi beneficia re-
seruata, non compræhendere beneficia du-
plici reseruatione reseruata, *vt per* Mandos. *de
signat. grat. titul. Indultum conferend. benef. re-
seruat. versic. quidquid autem.* Gonzal *super re-
gul. 8. glos. 13. num. 101. versic. indultum conces-
sum ad conferenda beneficia reseruata non ex-
tenditur ad reseruata duplici reseruatione &c.*
Cochier. *in comment. ad glos. regul. Cancell. re-
gul. 8. glos. 11. in fin.* & latius comprobatur in
voto. *bo. me. Card. Veross. et Vbald. in causa
Catenaten. reseruationis. impress. apud* Gratian.
discept. forens. cap. 982. num. 13. in quo iste ar-
ticulus fuit maturè discussus, & tenuit postea
*Rota in causa Neocastren. Parochialis 25. Maij
1625. coram bo. me* Rembold. *& deinde coram*
Reuerendiss. Vrgellen. *decis. 68. in fin. et compro-
bauit* Beltramin. *in addit. ad sa. me. Gregor. XV.
decis. 291. nu. 10. versic. nec etiam comprehendit
beneficia duplici reseruatione affecta &c.* & pro
indubitato id etiam fuit suppositum *in causa
Ferrarien. Præbenda 13 Maij 1637. coram bo.
me. Pirouano*, & alibi latius in his terminis ero.

Nec deferam in hac materia duplicitatis
364 illud mirabile subnectere, nempe si quis duo
venena diuersæ speciei sumat, ei non nocere,
vt ex nostris comprobat Maur. Mut. *in cap. re-
gul. 71. Reg. Alphons. num. 25. tom. 4* vbi loqui-
tur de quodam, qui dedit duo venena, vt re-
365 cipiens citius moreretur, quæ tamen ei non
nocuerunt, et de hoc etiam mentionem facit
decis. Rota *Lucen. 1. sub num. 9. versic. dedit duo
venena, vt citius moreretur, nã non nocent &c.*
At modo ad nos.

Tamen quidquid sit generaliter loquendo,
in casu tamen piæ causæ, et si adsit incertitu-
do ratione personarum, et rerum adhuc in-
366 tuitu pietatis, et religionis, tale legatum
debet substineri *ad text. in l. id, quod pauperibus
24. et in l. nulli 28. C. de Episcop. et Cleric.* ita in
specie senserunt *Speculat. in titul. de instrum.
edit. §. nunc vero aliqua num. 25 et ibi* Io. Andr.
in addit. et Florian *de S. Petro in l. cum quidam.
§. vltim. ff. de vsur.* quos etiam refert, et loqui-
tur *Felin. in cap. 1. num. 6. et 7. ad fin. ff. de pact.*
sensitque Afflict. *d. decis. 317 num. 10. & 11.* Be-
nincas. *in d. special. 3. num. 24.* et post eos ita
quoque sensit Cardin. *Mantic. de coniectur. vl-
tim.*

tim. volunt. lib.6. titul.3. numer.37. versic. sed contra est considerandum &c.

Nec est curandum de Clypeo illo, quo vtuntur sectatores contrariæ opinionis, scilicet de argumento sumpto à *d. l.nulli. §.fin autem.C.de Episcop. & Cleric.* Quia æquum non
367 est sumere argumentum, maximè à contrario sensu, ad labefactandum supremum elogium pij testatoris, nec improba mente, licet
368 illud violare, vt in principio *d. l.* habetur.

Consideranda etiam sunt verba textus *in l.id quod pauperibus*, ibi, *id, quod pauperibus re-*
369 *linquitur, omnibus modis ratū, firmumq; existat. C.de Episc. & Cleric.* qui enim omne dicit, nihil excludit. *cap. solitæ. de maiorit. & obed. l. Iulianus. ff. de legat. 3. l. à procuratore. C. mandati. l. pedeuulti. §. labeo. ff. de aur. & argent. legat. l. omnes. C. fine cens. vel relig. l. liberorum. §. quod autem Cassius. ff. de legat. 3.* facit etiam optimus textus *Apostoli Pauli ad Hebreos 2.* vbi exponendo illud Dauid, psalm. 8. *Omnia subiecisti*
370 *sub pedibus eius &c.* In eo enim, *inquit*, quod omnia subiecit, nihil admisit nō subiectum ei. *ita quoque* Bald. *in rubr. C. de ijs, qui accus. non possunt num. 10. in fin. vers. item dictio &c.* optimeque Castren. *in consil. 28. In causa quæ vertitur sub numer. 2. vers. item verba illa. vol. 2.* Barbos. *axiomat. 168. & de diction. dict. 241.* Grammat. *decis. Neapolit. 4. nu. 2.* Osasch. *decis. Pedemont. 94. num. 10.* Monach. *decis. Lucen. 53. numer. 36.* Larrea *decis. Senatus Granatens. 39. nu. 12. par. 1.* Rota *coram bon. mem. Card. Seraph. decis. 384. num. 3. & coram fel. rec.* Gregor. XV. *decis. 315. num. 11. cum alijs allegatis in causa Valentina Præeminentiarum 7. Iunij 1641. coram bo. mem. Pirouano, & sic sæpius in alijs.*

Nec pariter aliquid vrgere debent ea quæ afferunt *Bart. in d. l. quidam relegatus numer 1.* & Socin. *in d. consil. 19. num. 2. & 8.* qui aucto-
371 ritate textus *in l. si quis de pluribus. ff. de reb. dub. & in l. cum ex pluribus. ff. de manumiss. libert. & in l. si ita fueris legatum. in princip. eodem titul. de reb. dub.* in quibus deciditur, dum testator voluit vnum de pluribus seruis manumitti, nec apparet de quo senserit, tunc libertas impeditur, (licet legatum libertatis pium dicatur, *l. 1. vbi Bald. C. de commun. ser. manumiss.*) ex quo inferunt, vt dixi, *Bart. & Socin. in dd. locis.* ad cæteros casus piæ causæ, et
372 reddūt rationem supradictorum textuum, quia in eis adest duplex incertitudo, scilicet rei, & personarum.

Sed salua pace tantorum I.C. credo allucinatos fuisse, & primò non video vbi adsit ta-
373 lis duplex incertitudo; nam si libertas relicta sit, sine dubio certa est, non enim est maior libertas vnius, quàm alterius, sed vna est omnium libertas, & æqualis, cum sublata fuerit vetus libertinorum differentia. *§. vltim. Instit. de libert. et l. vnic. ff. de latin. liber. tollend.*

Sed hoc solum videtur incertum cui ex seruis
374 libertas fuit relicta, & consequenter sola videtur esse incertitudo personæ, & sic cum duplex incertitudo non possit considerari in casu dd. ll. non potest operare caducitatem legati libertatis ex prædicta duplicitate.

Secundò diligentius perscrutemur, quam-
375 obrem legatum libertatis incertum, quamuis sit pium, subiaceat vitio nullitatis, nam, & ea ratio, ni fallor, potentissima, & vera mihi videtur, quia dum testator voluit vni tantùm relinquere libertatem, cum non appareat de
376 quo senserit, nullus efficitur liber, ne fortè is quem voluit liberū esse, seruus remaneat, & alius ad libertatem perducatur præter eius
377 voluntatem, et in his terminis certum est, quod ius antiquum non reperitur correctum, quo cautum fuit, libertatem incertæ personæ
378 dari non posse, quia placuit nominatim seruos liberari. *§. libertas quoque. Instit. de legat.* et ratiocinati sunt *Tiraquell. de priuileg. causæ pia priuileg. 56. Card.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. titul. 3. nu. 42. & post eos Ildephons.* Perez. *in tractat. de annivers. & cappell. lib. 1. cap. 10. num. 74.* Rota *coram R.P.D. meo* Cerro *in causa Cathacen. Hæreditatis 24. Nouembris 1649. §. Vnde prorsus eliditur. vers. libertas vni ex pluribus relicta ratione incertitudinis nullè debetur &c.*

Itaque ex supradictis apparet libertatis legatum, quamuis pium, non frui priuilegio,
379 vt substineatur stante incertitudine personarum, cui illud relictum fuit, vnde parum est curandum de opinione *Bart. et Socin.* supra
380 citati, dum senserunt legatum relictum pro anima non valere, stante duplici incertitudine, personarum scilicet, et rei, arguendo à legato libertatis ad cæteras alias pias causas.

Nam dato, et non concesso in ll. allegatis supra *num. 371.* adesse duplicem incertitudinem, vt putarunt *Bart. & Socin.* tamen non
381 corruit legatum libertatis propter illam duplicem incertitudinem, sed benè, quia, vt dixi, tale legatum incertis personis relictum, non tenet, vtique si dictum legatum euane-
382 scit, stante vnica incertitudine, nempe personarum, multò magis id procederet stantibus pluribus incertitudinibus.

Tamen absurdum est argumentum in his
483 terminis incertitudinis, à legato libertatis, ad legata pia, quamuis, vt sæpè dixi, etiā illud sit pium; nam ius antiquum quoad legatum
384 libertatis non reperitur correctum, vt etiā si incertum sit valeat, et quod non mutatur seruari debet. *l. præcipimus. in fin. C. de appellat. l. sancimus. C. de testam.* et vitanda est legum correctio. *l. 1. C. de inoffic. donat. cap. cum expediat. de electios. & elect. potest. lib. 6.*

Sedūn his, quæ relinquuntur intuitu pieta-
385 tis pro salute animæ, generaliter constitutum est, vt huiusmodi relicta, quamuis sint incerta, debeant impleri. *per textum in d. l. id, quod pauperibus. C. de Episcop. & Cleric. & in l. nulli. C. eod. et in cap. cum tibi, & ibi Scribētes*

extr. de testam. At dum testator aliquid reli-
quit fauore piæ causæ, intelligitur pro salute
386 animæ reliquisse, et hęc censetur causa fina-
lis. Soc in. Sen. in l. quibus diebus. §. vltim. nu. 18.
ff. de condit. & demõstrat. Abbas in cap. conque-
stus. num. 3. de foro compet. & in cap. iniunctum
num. 1. de rer. permutat. Rip in l. si vnquam. nu-
mer 117. C. de reuocand. donat. ideoq; intentio
testatoris impletur quidquid, et quibuscum-
387 que fuerit erogatum, quia, vt puta, relin-
quendo pauperibus indeterminatè, non cen-
setur cogitasse de certis (prout è contra dixi
supra in terminis legati libertatis incertis
388 seruis relictæ,) vnde nec interesse illis, vel
istis conferatur, cum in omnibus animæ sit
satisfactum, ad cuius fauorem relinquitur, vt
tradit Philippus Dec. in l. edicto fin. vers. non ob-
stat. quod dictum est. C. de edict. D. Adv. toll non
389 nego, imo concedo valere argumentum de
libertate ad piam causam, cum æquiparentur.
cap. vltim. de re iudic. nam id est intelligẽdum,
si eius fauorem respiciat, non autem læsionẽ,
vel subuersionem, Nam et causa religionis
390 fauorabilior est libertate, cum summa sit
ratio, quæ pro religione facit. l. sunt personæ
in fin. ff. de relig. & sumpt. fun. cap. infirmitas de
pœnitent. Iason. cons. 183. num. 8. versic. septimo
alias. lib. 2.

Imo amplia superius dicta de omnimoda
validitate legati incerti ad pias causas, vt in
391 hoc nulla possit considerari specialitas, sicuti
sensit Bald in d. l. id quod pauperibus. numer. 1.
C. de Episcop. & Cleric. vbi considerat ex quo
certitudo est in genere, licet sit incertitudo
in specie, tamen ea venit certificãda per exe-
392 cutorem relictum, vel per Episcopum, in
eius defectũ quemadmodum prouisum habe-
tur in l. nulli. C. de Episcop. & Cleric.

Et cum relictum in certis personis de cer-
393 tis ex post facto certificandis, valeat, et sub-
stineatur. l. vtrum. §. cum quidam. ff. de reb. dub.
& l. quidam. ff. de legat. 1. est enim generalis
conclusio, vt incertitudo, quæ venit certifi-
canda ex aliquo futuro euentu, numquam vi-
394 tiet dispositionem, nec in contractibus, neq
in vltimis voluntatibus text. est in l. vnum ex
fratribus. ff. de condit. et demonstrat. l. 2. §. si quis
ita. ff. de bon. possess. con. tab. l. quidam relegatus.
ff. de reb. dub. l. si quis ita scripserit. ff. eodem titul.
l. si seruus legatus. §. huiusmodi. ff. de legat. 1.
§. incertis Instit. de legat. quæ iura loquuntur,
in incertitudine personæ ex certis, et latè id
declarat Card Mantica de coniectur. vltim. vo-
lunt. lib. 8. titul. 4. num. 18. & 20. vbi nihil re
ipsa præterit circa verum intellectum d. §. in-
certis. Et in hoc reperitur correctum ius an-
tiquum, secundum quod legata, et fideicom-
395 missa in certis personis relinqui non pote-
rant, tamen hodie relinqui possunt, quando
sunt relicta incertis personis de pluribus cer-
tis personis de pluribus certis, vt declarat
Bart. in d. l. quidam relegatus in princip. & d. l. si
quis, in fin. ff. de reb. dub. vide etiam Christo-
phor Port. in d. §. incertis. Instit. de legat. Et de
vniformi voto DD. testatur Francisc. Viu. decis.
Audient Baren. 412. num. 14 lib. 3. et adde
alios relatos per Crass. de success. §. Institutio.
quæst 12. numer. 1. et 2. vbi de communi, et
quæst. 16. num. 8. vers. valet institutio hæredis,
non tantum, quando persona venit certificanda,
sed etiam quando persona incerta de certis insti-
tuitur &c. et in terminis legatorum. Idem
Crass. dixit post Bart. & Socin. in §. legatum.
quæst 64. num. 2.

Congruit quoque illa conclusio, quod quan-
do res vendita, vel insolutum data, vel assigna-
396 ta, est incerta ratione loci, & quotæ insimul,
numquam transfertur possessio secundum
Bart. doctrinam ab omnibus canonizatam
in l. 3. §. incertum. ff. de acquir. possess. Alex. in l.
locus. §. incerta. & l. si quis fundum. ff. eodem. ti-
tul. Dec. in l. contractus. num. 14. ff. de regul. iur.
& consil. 119. in fin. Grat. consil. 24. numer. 7.
lib. 1. Curt. Iun. cons. 120. n. 5. Paris. consil. 55. et
59. & 61. lib. 1. Bertrand. cons. 337. nu. 3. vol. 1.
Tiraquell. de Iure constitut. part. 2. ampl. 32. nu.
12. & limitat. 19. Berou. quæst. 106. & consil.
159. per tot. lib. 1. Riminald. Iun. cons. 295. n. 46.
vol. 2. Hieronym. Magon. Lucen. dec. 20. n. 1. vers.
ratione incertitudinis loci, et quotæ nullũ transla-
ta possessionis effectum parere &c. cũ multis ibi
allegatis, & sæpius respondit Rota, et præsertim
in causa Romana diuisionis 23. Maij 1625. §.
et in primo. vers. vt incertitudo, quæ contractũ
requiritur, vt adsit in certitudo ratione quotæ, et
loci simul &c. coram bon. mem. Pirouano.

Quod procedit, etiamsi assignatio esset fa-
cta per verba numeralia, viginti, vel triginta,
397 aut sexaginta tornaturas ex tali fundo, non
autem ex hoc potest constitui quota, habita
ratione ad vniuersas fundi tornaturas, vt inde
dicatur certa ad effectum acquisitionis posses-
sionis Bart. in consil. 74. vol. 1. & hanc senten-
tiam contra Ias. dicunt esse cõmunem Bero.
in d. cõs. 159. n. 9. vers. sed animaduertendũ. Paris.
d. cons. 55. & 59. vol. 1. Surd. consil. 168. num. 50.
Morat. consil 44. numer. 9. Cyriac. contrcu. 255.
nu. 55. declara vt infra num. 404.

Amplia quoq; supradicta, etiamsi venditio,
donatio &c. esset de tãta parte prædij, aut do-
398 mus, vel vineæ, quantum capiat summa nu-
meralis centũ, vel mille, pro vt firmant Rip. lib.
2. respons. cap. 1. n. 20. Ruin. consil 136. numer. 6.
vol. 1. loquens de assignatione dotis. de tanta
parte vnius possessionis, quæ ascendat ad sum-
mam librarum. 70. Hippolit. Riminald. d. consil.
295. n. 43. & seq. tom. 3. respondens contra do-
nationem de tanta parte pro indiuiso rem ad
donatarios spectantium, existentium in
Territorio Leonino, quantum capiunt ducã-
ti quattuor mille. Magon. d. decis. 20. Lucen.
vbi assignatio legebatur facta Monialibus
Villæ pro dote Sororis Vincentiæ de tanta
parte vnius petiæ Terræ pro indiuiso quantũ
capie-

399 capiebat valor scutorũ centũ &c. quidquid
sit de ista ampliatione, quam vti minus verã
reijcit *Rota in causa* Romana *Spolij 16. Iunij
1636 corã bo.me.* Pirouano *§. Vltima vero.* vbi
400 resistantur Rip. *Rain. Rimnal et* Rot. *Lucens.*
supra relat. cum loquantur secundum opinio-
nem *Dec.* communiter reprobatam.

Illud verò ad propositum nostrum, facit
quando venditor, donans &c. in assignatione
401 partis rei constituit se nomine emptoris,
donatarij &c. possidere tunc transfertur pos-
sessio, quamuis pars bonorum non exprima-
tur, *vt plenè discutit* Tiraquell. *de Iur. Consti-
tut. part. 2. amplia* 32. Vnde fuit acquisita ge-
nerica possessio pro indiuiso ratæ partis assi-
402 gnatæ, quamuis ex post certificandæ per se-
parationem, iudicio Peritorum faciendam, &
in his terminis sunt intelligendæ *decis. 58. &
59. part. 2. diuers.* constare scilicet de posses-
sione vniuersali pro indiuiso, respectu portio-
403 nis tangentis quandoquidem illa pars sem-
per est in qualibet parte vniuersæ rei indiuisæ,
qualis possessio sat est ad probandum primum
extremum in iudicio spolij, quemadmodũ ad-
misit *Rota in d. Romana* Spolij 16. *Iunij* 1636.
*§. in proposito autem. vers. si accedat constitutum
nomine emptoris. donatarij, vel creditoris, trans-
fertur possessio, quamuis corpora bonorũ non ex-
primãtur, et vers. dicitur acquisita generica pos-
sessio pro indiuiso rata partis assignata, quod suf
ficit ad tuitandam incertitudinem, & ad proba-
tionem primi extremi &c.* & insuper asseritur
quod sic intelligendæ sunt dd. decisiones. 58. *et
59. part. 2. diuers.*

Quod verò dictum est *supra nu.* 397. quod
per verba numeralia facta assignatio, non pos-
sit dici certa ad effectum acquisitionis posses-
404 sionis, limita nisi sit facta per verba quoti-
tatiua, quia tũc non est opus exprimere quan-
titatem numeraliter, sed satis est quotitatiue,
seu per aliquam demonstrationem, cum paria
sint, quod quantitas exprimatur per nomina
vniuersalia, vel per nomina quotitatiua, quã-
405 do certa est à parte rei existentia bonorum,
ita *Io. Harpp. in §. sed si vxori. n. 5. ibi, an certa
quantitate seu demonstratiuè adiecta &c. Instit.
de leg & ibidẽ* Io. Fabr. *n. 2. in fin. et n. 3.* Oinot.
num 12. Cost. *select. interpr. disput. cap. 5. sub
num. 8.* Paris. *consil. 61. num.* 6. Surd. *cons* 168.
n 50. post med. & respondit *Rota decis.* 130 *n* 8.
*& seq. part. 5. recen. & in causa Romana Fidei-
cõmissi de Spiritibus 14. Iunij 1645 §. fin. corã*
R. P. D. Cerro, *& latius in causa Auenionen. Le-
gitima 17. Nouemb. 1653. corã* R. P. D. Peutin-
gero. *§. Nos versamur. vers. quodq. non sit opus
exprimere quantitatem numeraliter, sed satis sit
quotitatiuè, seu per aliam demonstrationem &c.*
quæ decisio fuit deinde confimata *sub die* 30.
Ianuarij 1654. corã eodem. vbi asseritur, quod
406 ad effectum, vt legatum non dicatur incer-
tum, nihil penitus interest an testator vsus
fuerit verbis numeralibus; an vero quotita-
tiuis, dummodo substantia rei legatæ demon-
stretur. At redeundo in uiam.

Quare sicuti præmisi *sup. n.* 391. in casu no-
stro secundùm *Bald. in d. l. pauperibus. n.* 1. dum
relinquitur aliquid pauperibus, id est substi-
bendum iure communi, potius quàm specia-
li, & pro eius opinione etiam illud facit, vt nõ
407 dicatur incertum illud, quod venit per Iu-
dicem certificandum *l. certi conditio. in princip.
ff. si cert. pet. quem text.* ad hoc citat. *Anan in
consil. 19. num. 13. vers. certum est illud* quem
refert, & sequitur *Aym. in consil.* 162. *num. 6.*

Nec incerta potest dici dispositio ratione
408 generalitatis, quando in aliquibus, imo in
in vno potest verificari *l. fundus. qui locatus. ff.
de fund. instruct.* Ideoque si quis appellat ad
409 plures Iudices, quorum vnus tantum com-
petens est, tenet appellatio, ac si ad eum solũ
esset facta. *Angel. consil.* 336. *cum ibi relatis.* Sic
si Princeps confirmat concessiones, quas fecit,
410 & vna sola apparet, ea remanet confirmata,
nec dicitur incerta confirmatio. *Bart. consil.*
175. *num. 5. part. 1.* Sic si instituantur hæredes
habentes ius ad hæreditatem, & vna sola per-
411 sona reperitur habere ius, ipsa cẽsetur insti-
tuta, nec dicitur incerta institutio *Crauett. d.
consil. 162. num. 4. cum ibi allegatis.*

Et hoc intellige, nisi pluralitas adijciatur in
412 forma conditionis, vt dicit *Gozad. consil* 67.
num. 3. Vbi substitutionem factam de posthu-
mis, inquit, non habere locum, quando vnus
tantus posthumus nascitur, et sequitur *De-
cian. in consil. 1. nu. 39. & 40. vol. 1.* et optimus
413 est textus *in cap. cũ illus. §. si verò de prabend.
lib. 6.* latè de incertitudine relictorum dicam
infra eum de priuilegijs Venerabilis Fabricæ.
S. Petri de Vrbe circa legata pia incerta ali-
qua adducam.

Verum quidquid dicat Bald. in hoc pũcto,
vniuersa ferè Doctorum caterua conuenit,
414 quod tale relictum substineatur speciali fa-
uore piæ causæ, vt cõstat ex innumeris relatis
per Tiraquell. de priuileg. pia causa priuileg. 56.
cũ multis à me supra adductis & est indubitatũ
nam id, quod executor testamentarius, vel
Episcopus declarat in defectum personæ desi-
415 gnatæ, à testatore, priuilegium piæ causæ est,
& hanc opinionem quidem post multos per
eum relatos affirmat esse crebriorẽ, *Francisc.
Viu. decis. 412. nu 14. vers. ex speciali priuilegio
secũdum crebiorem DD. opinionem &c.*

ARGVMENTVM.

Legata pia incerta, siue valeant de iure cõmuni,
siue de Iure speciali, veritas est, quod valent,
& substinentur, cum parũ curemus de modo,
dum habemus effectum. Legatum Ecclesiæ
Parochiali, si ab aliquo fuerit relictum, & ac-
cidat, quod ille habeat duas Ecclesias Paro-
chiales, veluti si eius domus sit in confinio
dua-

duarum Ecclesiarum, dubitatur cuinam Ecclesiæ debeatur tale legatum.

Aliqui enim sentiunt, quod debeatur illi Ecclesiæ Parochiali, in cuius Parochia adest porta principalis. Cameræ censentur eius domus per cuius scalas habent accessum. Vineæ appellatione, quando veniat canetum, et quando non, item appellatione domus, quando veniat hortu, domunculas, & similia.

Aliqui verò putant, quoad prædictum legatum relictum Parochiæ, quod si porta principalis domus sit communis vtrique Parochiæ, & tūc diuidatur inter vtramque Parochiā. Premiū assignatū si sit primo arcē obsessam intrāti si plures ingrediātur, & ignoratur, quis fuerit primus, tunc omnes, qui ingressi fuerunt sanè, admittendi sunt ad preminm, dummodo sit diuisibile, aliàs secus, veluti si Dux promiserit filiam suam in vxorem primo intranti, & alias vt hic habes.

SVMMARIVM.

416 *Legata pia incerta siue substineantur de iure communi, siue de Iure speciali hoc parti innat, dum certum est, quod ea sunt valida.*

418 *Ecclesia* Parochiali *quis aliquid legans si accidat. quod duas habeat* Parochiales *nulibi debetur, contra n.425.*

418 *L. si quis seruum. § si inter duos. ff. de legat. 2. non procedit in legatis pijs.*

419 *Legatum factum Ecclesia parochiali, si eueniat, quod legans habeat duas ex dictis Ecclesijs, Episcopus declarabit, cui debeatur.*

420 *Legatum relictum parochiali Ecclesia, si legans habeat duas Parochiales, quia eius domus sit in confinio earum duarum.*
Tunc illi Parochiali debetur, in cuius Parochia est illa pars domus, per quam habetur aditus principalis, & frequentatus.

421 *Camera, seu mensiones sunt membra eius domus, per cuius scalas habent accessum.*
Vinea appellatione non venit canetum.
Vinea appellatione tunc non venit canetum, si est separatum. & distans à vinea, neque à vinea est transitus ad illud.

422 *Canetum tunc continetur sub appellatione vinea, quando est contiguum, et per eam habetur aditus ad canetum.*

423 *Domus appellatione venit domuncula, hortus, & similia, si ad ea pateat aditum ad illa.*

424 *Hortus positus inter duas domus est eius per quam intrinsecus est aditus.*

425 *Legatum, quando est factum Ecclesia Parochiali si legans habeat duas Parochias, quia est in confinio duarum Parochialium, si principalis aditus est communis quid sit faciendū num.426.*

327 *Premium, si sit assignatum primo instanti arcem obsessam, & duo, vel tres intrent, si non potest discerni, quis fuit primus, tunc præmiū inter omnes est diuidendum.*

428 *Quod verum est, si premium illud commodè potest diuidi, secus dum id non potest, veluti si Dux pollicetur filiam suam in vxorem primo occupanti* Castrum *& n 429 et n. 431.*

430 *Premium, si promittatur primò aliquid facienti, si plures id faciāt, diuiditur inter eos, quod verum in actu non reiterabili, se secus in reiterabili, et in currentibus ad brauium.*

432 *Scipio* Romanus. *dictus Africanus in omnibus prudentissimus fuit et vide n.433. & 434.*

435 *Libertas si relicta fuerit posthumo nascituro, et simul plures nascantur vno partu omnes liberi erunt.*

436 *Testator, dū legat centū, si qui sibi nata filia sit, & nascantur plures, vnicuique debentur illa centum.*

437 *Filij plures eodē partu, si* Principi *nascantur, et ignoratur, quis fuerit primus, ad effectum successionis in* Principatu *quid erit dicēdum.* Alij *dicunt, quod pulchrior erit eligendus. num.438.*

439 *Filij gemelli duo si nascantur alicui* Regi, *et ignoratur, quis primus fuit, tunc ambo debent admitti, et ista opinio est communior. nu.440. et 441.*

442 *Imperatores plures, vel Reges, quod simul imperarunt, vel regnarunt, plura habentur exempla.*

444 *Et in Hispaniarum Regnis plurie accidit, et Lud. Molin. et* Ioseph. *Vela.* DEV M *deprecantur, ne amplius casus iste eueniat.*

445 *Filij gemelli duo si nascantur alicui Regi, & ignoretur quis primus fuit, tunc id dirimendū est iudicio fortis, et est minus periculosum.*

446 *Malum minus in dubio est eligendum.*

447 *in Malis duobus, fugiendum est maius, et leuius eligendum.*

448 *Iudicio fortis, ea negotia sunt committenda, in quibus non valet ingenium humanum.*

449 Testator *si dixerit amico suo, Animam meam dimittam in manibus in tuis, nec aliud addiderit, quid sit faciendum et n.450.*

451 Incertitudo *sicuti à principio non vitiat legata pia, ita nec ex post facto.*

452 *Hospitale, si testator iusserit construi in certo loco, ibi fieri dum nō potuerit, vel si pecunia legata non erit sufficiens.*

453 Per *hoc nō extinguitur legatum, sed in aliam piam causam conuerti debet.*

454 *Legatum relictū Ecclesia, si interim destruatur ab inimicis* Catholicæ *veritatis, non extinguitur legatum, sed alijs pauperibus debetur.*

455 *Ecclesia* Romana *ipsum* DEV M *represētat.*

456 *Monasterium aliquod, si inuadatur ab hereticis, tunc illius bona transeunt in potestatem* Romana *Ecclesia sub administratione Romani* Pontificis.

457 *Ecclesia quiquid relinquitur, censetur ab initio cōcessum Romano* Pōtifici, *qui vices* DEI *retinet.*

CAPVT LXXIX.

CErtissimum sanè illud est, siue de iure
communi, siue iure speciali substineã-
416 tur dicta legata pia incerta, immunia esse à
vitio nullitatis, ita ut efficacia remaneat. Qua-
rè inconsideratè loquutus est. *Cyn. in l. 1. nu 8.
C. de sacrosanct. Eccles.* dum asserait legatum
relictum Ecclesiæ Parochiali, non valere, si nõ
417 constet de qua testator senserit, quando ac-
cidit testatorem habuisse duas Parochias, ve-
luti si illius domus in medio duarum Paro-
chiarum sita fuerit, & ad hoc expendit *textum
in l. si quis seruum §. si inter duos. ff. de legat. 2.*
418 quod falsum est, quia permissa lex non pro-
cedit in legatis pijs, vt constat apertè ex supe-
rius dictis; Nam, & adhuc valebit legatum,
419 et Episcopus eliget Ecclesiam, cui illud dan-
dum sit, *vt senserunt Hostiens. Io. Andr. Imola,*
& communiter Doctores, *in cap. indicante. de
testam* & de communi opinione testatur *Cras-
sus. in § Institutio quæst. 12. sub num. 3. versic. si
testator duas habeat Ecclesias, relinquitur po-
testas Episcopo eligendi vnam &c.* Alij ve-
rò putant, & præsertim *Salicet. in l. 1. numer 5.
C. de sacrosanct. Eccles.* illam Ecclesiam præ-
420 ferri, in cuius Parochia est illa pars domus,
per quam habebat aditum principalem, et
frequentatum, *arg l. quod conclaue ff de damn.
infect. et l si cui ades, et l. predijs. §. penult ff. de
legat. 3.* Gulielm. de Benedict. *in cap Raynutius
in verb. & hortum. numer. 9. vers. quod si aditus,
et pars anterior domus sit in vna Parochia, tam-
quã principale omnia ad se trahit &c. de testam.*
Et facit dictum *Ias. in l beneficium. nu. 14. ff. de
constitut. Princip.* Surd. *decis. 207. numer.* 4. Mi-
lanen. *decis. 13 incip. Allegabatur. numer. 46.
& seq. vers. et sic ad dignoscendum, quod vna sit
domus, et non duæ, cognoscitur, dum ex vna ipsa-
rum domorum exitum habet vtraq; domus &c.
lib. 1.* secuti à Rota *in causa Romana restitu-
tionis in integrum 17. Maij 1627. coram bo. me.
Card. Vbaldo. est decis. 69 num. 5. part 5 recent.*
nempe Cameras, seu mansiones esse membra
eius domus, per cuius scalas habẽt accessum,
aditumque principalem.

421 Congruit hic etiam illud, vt quamuis ap-
pellatione vineæ, non veniat canetum, ni-
hilominus id procedit, quando est separatum
422 et distans à vinea, neque à vinea est transi-
tus ad illud. Secus verò si sit cõtiguum, & per
eam hebeatur aditus ad arundinetum, seu
423 canetum, vt tenuit Rota *penes Caputaquen
decis. 593. num. 1. part. 3. quæ decisio secuta fuit
in causa Romana Stantiarum ad scalas Sanctas
9. Maij 1621 coram. re. me.* Merlino *est decisio
431. num. 4. eadem part. 5. recent. tom. 2.* Hinc in-
dubitanter receptum est, domus appellatione
venire domunculam, hortum, et similia, si ad
ea pateat aditus per domum, *vt est tetus in
l. predijs. §. balneas. vers. si per domum quoque. ff
de legat. 3. & ibi Nicol. de Neapol.* dicit quod
hortus positus inter duas domus, cedit illi
424 per quam intrinsicus erat aditus. *idem dicit
Castrens. in l. Olimpico. ff de seruit. vrb. pred.* &
hanc esse communem opinionẽ, *profitetur Ias.
in l. beneficium num. 14. ff. de constitut. Princip.*
Card. Mantica *de coniectur. vltim. volun lib. 9.
titul. 2. nu. 3. & Simon de Præt. de interpretat.
vltim. volunt lib. 4. interpretat 1. solut. 7. nu. 29.*
Gabr. *consil. 94 num. 9. lib. 2.* Surd. *consil. 207. n.
4 lib. 2.* Io. de Amic. *consil 30. n. 7. & 8.* Purpu-
rat. *consil. 341. num. 2. & respondit* Rota *in cau-
sa Bononien fideicommissi de Elephantucciis 14.
Iunij 1638. coram Reuerendiss.* Terracinen.
& iterum *in eadẽ causa sub die 16. Ianuar.* 1640
*coram. eodem. § nec obstat. vers ex constructione
portæ interioris, per quam patebat aditus ad nouã
domum colligitur præcipuum argumentum ad-
ditamenti ad domum legatam cum sufficiat so-
lus aditus de domo propria in domum legatam
&c.* (in qua decisione plura deducuntur, quã-
do in legato veniant etiam futura, veluti, si
fuerit legata habitatio ipsius testatoris, & de-
inde tali habitationi, testator aliam domum
addidit &c.) *idemque fuit dictum in causa Flo-
rentina Horti 4. Iulij 1642. corã* R. P. D. Bichio
§. Quia omne accessorium. subdit tamen *Sa-
lycet. in d. l. 1. vt supra nu.* 420. si principalis
aditus communis est inter vtramque Paro
425 chiam, tunc sanctius esse, vt tale legatum
inter vtramque Ecclesiam Parochialem diui-
datur. *arg. l illud. ff. de solut. & cap. cum quis. de
sepultur lib. 6.* Et generaliter, in casu, quo quis
habet duas Parochias, vt tale legatum diui-
426 dendum sit inter ambas Ecclesias tenet cõ-
tra communem *Couarr. in d cap. ind cante n. 2.
de testam.* vbi asserit de veriori, et addo textũ
in l si quis Titio. 17. § vltim ff. de legat. 2. & con-
ducit, quod tradit *Imol. in Clement. si princi-
palis. de rescript.* vbi asserit, si quis assignauerit
427 centum, pro præmio, primo intranti accem
obsessam, & duo, vel tres simul intrent, ita,
quod non posit discerni, quis eorum prius in-
trauerit, omnes diuident illa centum. *idem
tradit Bart. in l hoc articulo. num. 2. & 9. ff. de
hæred. instituend.* & ista est communis opinio
*secundum Ripam in l. si quis in fundi vocabulo
§. fin. in fin. ff. de legat. 1. Fehn. in cap capitulum
sanctæ crucis. num. 17. de rescript.* Alciat. *lib. 9.
parergon. cap. 10.* Menchac *lib 3. controuers.
illustr. cap. 92.* Alberic. *in l si fuerit ff de reb. dub.*
Roman. *in l. eum, qui nouissimus. ff ad Trebell.*
428 Intellige tamen eam opinionem veram,
quando præmium potest diuidi, secus verò si
non posset dari congruenter pluribus; vt quia
Rex pollicetur filiam suam in vxorem primo
429 occupanti Castrum, tunc enim nemini de-
beretur *arg. l. si quid ergo. ff de duob. reis. & l.
vter ex fratribus. ff cond. institut.* & hoc quã-
do præmium apponitur actui, non reiterabi-
430 li, secus si reiterabili, vt in currentibus ad-
bra-

brauium, quia si duo simul ad illud deueniāt,
iterum est currendum, vt dixi supra *num.*
ibique adducta procedunt in casu iterabili.
At hic loqui prosequendo in casu inreitera-
431 bili, vt tunc omnibus simul concurrentibus,
debeatur premium, dum sumus in re, quæ cō-
gruenter potest diuidi.

Id facto comprobauit magnus ille Scipio
432 Romanus, dictus Africanus, cuius iudicia
prudentissima, æquissimaque fuerunt, & in
hoc casu more solito etiam prudentissime iu-
dicauit; Nam cum ei dandum esset præcipuū
muralis coronæ præmiū, ei qui primus murū
433 Vrbis Carthaginis cōscendisset, incertumq;
esset ex duobus, qui hunc sibi honorem repe-
tebant, vterque prior in oppidum transcen-
434 disset: vtrumque prudens Scipio corona
murali donauit. *teste Tito Liuio lib. 2. belli Pu-
nic. & Plutarch. in vit. eiusdem Scipion* & è no-
stris referunt. *Alciat. in l. proximus. ff. de verbor.
signif.* Tiraquell. *in primogenit. cap.* 17. *quæst.* 4.
num. 13. & post eos *Ceuall. commun. contra
commun. quæst.* 248. *num.* 71. & facit text. *in
l. cum inter. C. de fideicommiss. libert.* vbi habe-
435 tur, quod si libertas relicta fuerit posthumo
nascituro, & simul plures nascantur, vno par-
tu omnes liberi erunt, adde text. *in l. qui filia-
bus. §. 1. ff. de legat.* 1. vbi si testator legat centū,
436 si qua sibi nata filia sit, & nascantur plures,
vnicuique debeatur illa centum.

Tandem si duo, vel plures filij successiuè
437 nascantur eodem partu, & non potest co-
gnosci quis eorum prius editus sit, quis eorū
succedat, & præferatur in Regno, vel maiora-
tu, & licet aliqui Doctores putarunt, quod
438 filius, qui est pulchrior, ex gemellis ille præ-
feratur in Regno, vel maioratu, præsertim sē-
sit *Bald. & alij a me relati in annotat. ad decis.
460. num.* 171 *part. 4. recent. tom.* 2. vbi etiam
plura habui circa pulchritudinem.

Vera tamen conclusio est in supradicto ca-
su propter maximum dubium, & incertitudi-
439 nem, vt vterque admittatur, et succedat in
Regno, vel maioratu, quātumuis indiuisibili,
et hoc quidem insolidum, Nesciūt certè Do-
ctores in hoc casu adeo obscuro, ambiguo, et
440 perplexo ad componendam tam magnam
discordiam inter duos fratres non temere
ortam, melius, et expeditius, citra belli, et tu-
multus periculum, quàm vt dixi ambos ad-
441 mittere propter supradictas rationes, et ista
opinio est communior, et humanior, et eam
secuti sunt *Anton. Gomez. in commentar. ad ll.
Tauri* 40. *num.* 68., *versic. sextò principalis &c.
Ceuall. commun. contra commun. quæst.* 248. *nu-
mer.* 71. vbi hanc opinionem approbat, asse-
ritque eam esse sequendam, tàm in iudican-
442 do, quàm in consulendo, et de communiori
sententia testatur; Cōfirmatur etiam id, quia
in Iure, et historijs reperitur duos, et plures
simul regnasse Imperatores, *vt in l. Diui fra-
tres. ff. de iure patr. & l. Diui fratres. ff. de pœn.
l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ff. ad
municipal. l. Imperatores. ff. eod. can. nunc autem
21. distinct. & in puncto tradunt* Lancellott. *in
templ. omn. Iudic. lib. 1. cap. 1. §. 1. quæst. 1. nu. 1.
& seqq.* et Matth. Stephan. Pomeran. *in tract.
de iurisdiction lib. 2. part. 1. cap. 1. num.* 105.

Et prædictus casus pluries in Hispaniarum
443 Regnis accidit, vt ex historijs antiquis, et
modernis constat, ita vt duo simul Reges re-
gnarunt, vt refert ex nostris. *Ludouic. Molin.
in tractat. de primogenit lib. 3. cap. 1. à num.* 20.
& num. 25. deprecatur DEVM Optimum
Maximum, ne amplius casus iste in Hispania-
444 rum regnis accidat, et nuper idem depre-
catus est *Ioseph* Vela. *in suis dissertat. Iuris con-
trouers. in Hispalen. Senatu cap. 4. num. 45. vers.
melius futurum esse, vt DEVM enixè deprece-
mur, ne casus iste in Hispaniarum Regnis con-
tingat &c.* ibique refert plures sententias di-
uersorum DD. in hac controuersa materia,
& sub num 50. *&* 38. putat, opinionem illam,
445 vt res sorti committatur, esse Iuris magis
consonam, longeque minus periculosam, quā
cæteras, et sic militat regula, quod in dubio
446 minus sit eligendum malum. *l. quoties nihil.*
200 *ff. de regul. iur. cum simil.* Vnde monuit tu-
ba Romani eloquij *in orat. ad Quintum fratrē.*
447 his verbis. *In duobus malis, fugiendum ma-
ius, leuius eligendum*, et secundum Plautum
in Stych. act. 1. *E malis multis, malū, quod mini-
mum est, id minimum est malum*, et sub *d. nu-
mer.* 78. multa ponit circa æquum iudicium
448 sortis, cui negotia sunt committenda, vbi
non valet ingenium, *& sub numer.* 19. *& seq.*
plura eruditè ponit, non esse bonum duos
Regnum capere Reges, et præter ab eo ad-
ducta, plura quidem alibi adducam.

Quarè modo concludendo ea, quæ dixi de
validitate legati ad pias causas, quantumuis
incerti, quod licet tàm incertè versatus fuerit
testator circa relicta pro anima, vt solum di-
449 xerit amico suo, *Animam meam dimittam
in manibus suis*, nec addiderit aliud verbum,
nec voluerit aliter disponere, hoc casu cense-
450 tur talis amicus grauatus restituere hære-
ditatem pijs locis. *ita senserunt Abb. post In-
nocent. in cap. cum tibi. de testam.* Bald. *in Mar-
garita in verbo, testator. in 1. notabil. & rectius
Ildephons.* Perez. *in tractat. de anniuers. & ca-
pell. cap.* 10. *numer.* 104. Genuens. *in practicabil.
Ecclesiast. tricentar.* 15. *quæst.* 446. *num.* 7. et vi-
de quæ dixi supra *cap.* 50 *à nu.* 19.

Quibus demum finitimum est, vt quemad-
451 modum incertitudo à principio non vitiat
relicta ad pias causas, ita nec, si ex post facto
incertitudo superueniat, puta si Testator mā-
452 dauerit cōstrui Hospitale in certo loco, vbi
ex aliqua iusta causa postea non potuit cōn-
strui, vel quia pecunia legata in certum pium
vsum, non sit ad illud sufficiens, per hoc le-
453 gatum non extinguitur, sed in aliquam aliā
piam causam, conuerti debet. *arg. l. legatum*

Ciui-

Digitized by Google

Ciuitati, vbi notat. *Bart. ff. de vsufruct legat.*
cap. nos quidem. & ibi Innocent. & Abb. nu 13.
& post alios Couarr. nu. 9. & seq. de testament.
Bald, *in l. cum alienam. num. 6. C. de condit. ex*
cauf. vbi latissimè Apostilla, et copiosè tractat
Angel. Aretin. in tractat. de testam. glos. 9. et 13.
454 Prout etiam si Ecclesia, vel Monasterium,
cui legatum est factum interim destruatur,
vel ab inimicis Catholicæ veritatis capiatur,
non extinguitur legatum, sed debetur alijs
pauperibus, et remanet apud Papam, Roma-
455 namque Ecclesiam, quæ repræsentat ipsum
DEVM immortalem, *Bald. in l. hæreditas la*
prima. in fin. ff. de hered. instit. lateque tractat
Felin. in cap. cum dilecta num. 21. & 22. de re-
script. sensitque Rota *in causa Treneren. Vnio-*
nis 19. Maij 1641. coram bo mem. Card. *Hiero-*
nym. Verospio, vbi dicitur, quando aliquod
456 Monasterium inuaditur ab hæreticis, tunc
illius bona transeunt in potestatem Romanæ
Ecclesiæ, et sub administratione Summi Pon-
tificis, qui dum DEI vices retinet censetur
illi à principio donata fuisse, omnia bona, quæ
aut ex munificentia Principum virorum, aut
457 aliorum pietate concessa fuerunt alicui Ec-
clesiæ, *vt notabiliter voluit* Geminian. *in cap.*
omnes §. confirmatos de religios. dom. lib. 9. in 5. no-
tabil. quem secutus est *Rip. in l. quo minus. nu-*
mer. 107. ff. de flumin. et alijs in d. decis. allega-
tis, et deinde in terminis nostris *post Bald.*
subditur, idem procedere etiã in legato, aut
458 fideicommisso relicto Ecclesiæ, quod tem-
pore conditionis extinctum sit &c.

ARGVMENTVM.

Legata pia incerta, quę relinquũtur DEO, eiusq; Sanctis, & eorum intuitu pauperibus, et alijs locis pijs in genere, et absque vlla speciali determinatione, & proprijs nominibus personarum non expressis, pure, in diem, vel sub cõditione etiam per viam substitutionis, vel translationis &c. debentur ex diuersorum Summorum Pontificum Constitutionibus, Venerabili Fabricæ Ecclesiæ Principis Apostolorum de Vrbe.

Leges, vel Statuta, si requirant specificam expressionem alicuius rei, eis non satis fit, per generalem expressionem, vel per relationem ad aliud, cum ad hoc, vt aliquid dicatur expressũ opus est, vt oculis prospici possit, quod scriptum est, cum ea non dicantur expressa, quæ intellectu tantum percipiuntur.

Obligatio Cameralis licet trahatur etiam ad enunciata, non intrat limites eorum, quæ ex iuris interpretatione veniunt. Sanè supradictæ conclusiones benè intrant in terminis cõtractuum, aliarumque dispositionum inter viuos, non autem in vltimis elogijs, in quibus quomodolibet admittitur incerti declaratio.

SVMMARIVM.

1 ***Legata pia incerta debentur Fabricæ S. Petri de Vrbe.***

2 *Legata pia, quæ relinquuntur, absq; vlla determinatione, et proprijs nominibus personarum non expressis, debentur Fabricæ S. Petri de Vrbe.*

3 *Legis verba, quando sunt clara, & absoluta est potestas Legislatoris, tunc aliud non est quærendum.*

4 *Incertè, ea, quæ relinquuntur* DEO, *Papa est vniuersalis dispensator, & administrator.*

5 *Romanus* Pontifex *quale officium gerat in Orbe Terrarum.*

6 *Papa est Oraculum Cœli, Dictator diuini Orbis lumen, Stella polaris nauigationis Orthodoxæ. & num. 7.*

8 *Legata pia dicuntur incerta, si sint relicta pauperibus, & executor debet eorum nomen specificare.*

9 *Expressionem specificam vbi Iura requirunt non sufficit aliquid exprimi per relationem ad aliud.*

10 *Expressum illud dicitur, quod nominatim fit.*

11 *Expressũ, vt aliquid dicatur, opus est, vt oculis prospici possit, quod scriptum est.*

12 *Expressa, ea propriè non dicuntur, sed impropriè, si intellectu tantum percipiantur. & numer. 13.*

14 *Statutum, si iubeat nomen, & cognomen contrahentium poni in instrumentis, non poterint per alia signa demonstrari. & nu. 19. 20. et 21.*

15 *Executionem paratam, si statutum det expressis in instrumentis, illam non dicitur dare, eis quæ ex coniecturis deducuntur.*

16 ***Coniectura non sufficiunt, quando lex requirit aliquid expressè.***

17 ***Obligationis Cameralis natura est, vt trahatur ad omnia etiam incidenter deducta in instrumento.***

18 *Obligatio Cameralis non competit pro his, quæ veniunt ex interpretatione iuris.*

22 *Census dominus, in emptione census, omnibus debet præferri, & ideo omnes conditiones ei debent denunciari, & per mensem debet expectari.*

23 *Denunciatio, vbi requiritur pro forma, omninò est facienda, & non sufficit, si aliunde habeatur talis scientia.*

24 *Emphyteusim alienans, debet præferre omnibus in emptione Dominum directum, & id ei est notificandum.*

25 *Itaque nisi constet de tali intimatione, scientia venditionis in genere non suffragatur.*

26 *in Vltimis voluntatibus speciale est, admitti expressionem per relationem, quamuis iura specificam expressionem requirant. & numer. 27.*

28 *Testamentorum iura firma esse oportet, et non ex alieno arbitrio pendere.*

29 *in Legatorum interpretatione non est recedendum à persona legantis.*
30 *Legatorum explicatio conferri potest in arbitrium extranei, tanquam boni viri.*
32 *in Vltimis voluntatibus, quod possit, vel ne aliquid pendere, declarandum ab extraneo est articulus satis intricatus.*
33 *Institutio haeredis est caput, & fundamentum totius testamenti.*
34 *Institutio haeredis debet esse certa, clara, et specialis, & non sufficit sola nominis expressio, sed etiam alia demonstratio requiritur.*
35 *Haeres non dicitur institutus per solam nominis expressionem.*
36 *Haeredis nomen, si per errorem in testamento fuerit omissum, talis error vitiaret. & nu. 38.*
37 *Solemnitas aliqua qualitercumque in testamento fuerit omissa, vitiat illud.*
39 *Notarius non potest corrigere errorem testamenti, circa omissionem nominis haeredis.*
40 *Qui aliud esset non corrigere, sed falsum fabricare, cum talis nominatio debeat fieri coram testibus, & nu. 41.*
42 *Institutio haeredis, quamuis Iura anxiè insistant, vt sit expressa, et clara, tamen fauore vltimae voluntatis admittit nominationem per aequipollens.*
44 *Institutio facta, per verba illa, hic mihi haeres esto, valet, licet nomen non exprimatur.*
45 *Institutio haeredis facta per responsionem interrogationis, an vellet talem haeredem instituere, valet, tantum respondendo quod sic.*
47 *Testamentum factum per relationem ad cedulam penes tertium existentem an valeat. & numer. 48.*
49 *in Testamentis, quando certum quid committitur declarandum arbitrio tertij, nihil id distat ab expresso, cum intelligatur arbitrio boni viri, quod est certum.*
50 *Arbitrium boni viri est certum.*
51 *Incertum non potest dici aliquid, si determinatum iam est.*
52 *Pater, si relinquat filijs illam quantitatem pecuniae, quae videbitur, et placebit eius haeredibus, valebit talis institutio.*
53 *Legatum valet, non designata quantitate, sed relicta in arbitrio tertij.*
54 *Arbitrium boni viri in vltimis maximè voluntatibus semper potest certificari iuxta diuersitates casuum, & quantitatem patrimonij.*
55 *Arbitrium, si alieni sit commissum in vltimis voluntatibus, si ille non arbitratur, receditur ab illius persona.*
56 *Quod speciale est in vltimis voluntatibus, et simile est in contractibus.*

CAPVT LXXX.

OPERAM, & oleum me perdidisse primo aspectu quis cogitabit, in vanum me laborasse putando, dum supra in praecedentibus capitibus adduxi tot distinctiones, nec non monita circa praestationem, distributionemque legatorum piorum incertorum, maximè dum fuit relictum pauperibus in genere, et sic personis incertis. Nam clarum,
1 determinatumque est, quādo legata sunt pia incerta, tunc ea spectant, seu intrant amplissima priuilegia Reuerendae Fabricae Basilicae S. Petri Principis Apostolorum de Vrbe, vt liquido constat ex Bulla fel. rec. Clement. VII. *est in nouo Bullario Romano inter Constitutiones d. Pōtificis in ordine 9. §. 8.* Audiamus quaeso verba ipsa concessionis, ibi, *Et similiter de*
2 *eis, quae DEO, eius sanctis, & eorum intuitu pauperibus & alijs pijs locis in genere relinquuntur, & absque vlla speciali determinatione, & proprijs nominibus personarum non expressis, purè, in diem, vel sub conditione &c.* cum his quae sequuntur:

Verba ergo videntur clarè disponere, & ca-
3 care atque de potestate legislatoris, maximè circa dispositionem legatorum piorum incertorum prorsus nefas erit disputare, cum Romani Pontificis omnimoda, et absoluta sit
4 potestas in haec omnia, quae CHRISTO Domino vti incerta debentur. Ipse est enim vniuersalis dispensator, atque administrator bonorum CHRISTI, cuius est Vicarius, vi-
5 cesque gerit in Orbe Terrarum, hic est ille magnus christifidelium Dux, Regum omniū Rex maximus, Honorificentia Militiae ortho-
6 doxae, Oraculum Coeli, Dictator Diuinus, Stella Polaris nauigationis Christianae, Orientalis fons Iustitiae, Orbis lumen, Moderator
7 populorum, Refugium oppressorum, Totum omnium efficiens, eique terreni simul, ac coelestis Imperij gubernacula ab Omnipotenti DEO credita sunt. *iuxta text. in can. omnes. vers. iura terreni, ac coelestis Imperij cōmisit &c. 22. distinct.* et alias prout iam pleno calamo, et diffusè differui *in annotat. ad decis. 2. in lit. A. per tot. part. 3. recent.*

Dum ergo executores testamentarij, vel in
8 eorum defectu Ordinarij debent specificare nomina pauperum, inter quos relicta per testatorem veniunt distribuenda, ex hoc necessariò cōuincitur, legata esse in genere, et proprijs nominibus personarum non specificatis,
9 et in iure sine controuersia transit, vbi lex requirit specificam expressionem, non sufficit aliquid exprimi per relationem ad aliud. *§. si verò expressim cum ibi notat. auth. de haered. & falcid. l. si quando. §. et generaliter. C. de inofficios. testament.* Nec etiam sat est generalis expressio *l. fin. C. de indict. viduit. tollend. Clem. constitutionem,*

tutionem, de election. glos. in cap. requisitores. in verb. expressè. de haeretic lib. 6 & in Clem. 1. in verb specialiter de iudic. et tenet Io. Andr. *in c. 1. de rescript. lib. 6.* Titaquell. *de iure marit. glos. 7. num.* 119.
10 Cum expressum illud sit, quod nominatim
fit. *l. si expressim. ff. de appellat. l. si seruus. ff. de assignat. libert.* et sic opus est, vt oculis prospi-
11 ci possint, quæ scripta sunt, *l. 1. ff. de eis qui in testam. delen.* Rota Genuens *decis.* 14. *numer.* 40.
et considerauit *Rota Romana in causa Anemionen. Fideicommissi* 19. *Ianuarij* 1637. *coram bo. me. Card.* Panzirolo. *est decis.* 189. *numer.* 16.
part 7. *recent.* Vbi dicitur ea, quæ ex mente, et
12 coniecturis deducuntur non propriè expressa
dici possunt, sed impropriè, ideo nō nisi tacitè
id dicitur expressū, quod oculis corporeis legi
13 non possunt, sed intellectu percipiuntur *l. 1. in princip. vers. legi autē. ff. de his quæ in testam. delen. & post Ias.* et alios declarat *Asin. in sua prax. titul. de execut. §. 6 cap. 71. num. 12. et seqq.*
Hinc dicit *Angel. in l. 1. ff. de liber. & posth.*
14 si statutum disponat, quod in instrumētis debeant describi specificè cognomina, et pronomina contrahentium, non sat esset personas
demonstrare per alia signa *argum. l. cum hi. §. si Prætor. ff. de transact. et sequitur* Alex. *in consil.* 141 *sub num.* 10 *lib.* 2 Afflict. *decis. Neapolitan.* 220. *num.* 16 *vers. vbi requiritur specifica expressio, non sufficit illud per relationem exprimi &c.* Giurb. *decis. Siciliæ* 45. *sub num.* 19.
vbi, *post Dec. Socin. Bologn. Purpurat. & alios,*
15 inquit, si statutum tribuat paratam executionem expressis in instrumentis, illam non
dicitur dedisse eis, quæ ex coniecturis colliguntur cum expressa propriè non sint, nam
16 coniecturæ non sufficiunt, quando lex requirit aliquid expressè. *glos. in l. qui patris. ff. de vulgar. et pupillar.*
Videmus etiam licet obligationis Cameralis natura sit, vt trahatur ad omnia etiam
17 incidenter deducta in instrumento *ex allegatis à Rota coram bon. me. Card.* Pamphilio *in causa Romana Palatij* 15. *Martij* 1604 *et corā bo. me.* Litta *in causa Ciuitatis Castelli Bonorū* 6. *Iunij* 1594 *impressa sunt apud Zacch. de obligat. Cameral. decis.* 5. *num.* 10. *et decis.* 96 *nu.* 4. *et antea fuit dictum in decis.* 246. *n.* 2 *et dec.* 741. *num.* 2. *et decis.* 797. *num.* 11. *part.* 1. *diuers. et deinde in decis.* 143. *num.* 10. *part.* 5. *recent. & decis.* 273. *num.* 2. *part.* 7. *recent. et coram Reuerēdiss.* D. Dunozetto *in causa* Romana *Fideicommissi de Guidis* 27. *Iunij* 1633. *cum alijs allegatis coram* R. P. D. Meltio *in causa* Romana *Fideicommissi de Mutis* 28. *Maij* 1649. *§. De acconcio. versic. ex obligatione Camerali opposita in fine instrumenti dotalis, quæ extenditur ad omnia præcedentia in eo enunciata &c.*
Nihilominus vltra expressa, et enunciata
18 numquam trahitur, et sic obligatio Cameralis nō competit pro his, quæ veniunt ex interpretatione iuris, dum requiritur, vt ea via
competat, expressio in instrumento, vnde sat
19 non erit interpretatio, sed ne in hac materia
insistam videatur *Galles. de obligat. Cameral. quæst.* 31. *nu.* 15. *et* 16. *et ibi latè Zacch. in addit. in litera B. nu.* 12. *et* 13. *& seq. et addo decis.* 30. *nu.* 11 *vers. obligatio Cameralis non extenditur, nisi iuxta expressa &c. part.* 5. *recent.* Concludi
20 ergo potest, quoties lex, vel statutum requirit aliquid expressè fieri, aut exprimi pro forma, vel prout videtur esse casus noster verborum tenorem exigit, et tunc satis non erit
21 aliquid fieri, vel exprimi per æquipollens, et
per viā intellectus, sed naturalis expressio requiritur, *vt post gl. Felin. Ias.* Curt. *et alios pōderat Gail. obseru. Imperial. lib.* 1. *obseru.* 2 *sub n.* 6.
Hinc est cum Dominus Census in emptione census omnibus alijs debeat præferri, eique
22 denunciari debeant conditiones, quibus res
vendenda est, et per mensem expectari, vt
ad verbum disponit Constitutio sa. me. Pij V.
in Bullar. in ordine 79. *num* 6. Ideo cum ea
denunciatio pro forma requiratur omnino
23 est præmittenda, nec sat erit, quod Domino
Census aliunde venditionis contractum innotuerit, *vt latè per Cene de Censib. quæst.* 64. *num.* 9. *& seq. et dixit* Rota *coram sanct. mem.* Gregor. XV. *decis.* 425. *num.* 7. *vers. non sufficit scientia cum Bulla pro forma requirat denunciationem &c. et ibi* Beltram. *in annotat. in litera A. dat decisiones concordantes*, et adde *Duran. decis.* 52. *num.* 2. *vers. non sufficit censuario simplex scientia venditionis, sed denunciatio pro forma desideratur &c. cū alijs allegatis corā* R. P. D. Verospio *in causa Fanen.* Retractus 19. *Ian. et* 4. *Iulij* 1646. *et recentius coram Eminentiss. D. Cardin.* Ottobono *in causa Verulana Molendini* 12. *Ianuarij* 1652. *§. Ideo. vers. nihil referunt epistola, aut testes adducti ad ostendēdum, quod Censuarius venditionis notitiam habuerit, quia semper obstat, omissio denunciationis pro forma requisita &c.*
Facit etiam illud simile, de emphyteuta
alienante emphyteusim, vt prius Domino di-
24 recto omnia pacta in venditione contenta
notificare teneatur, vt deliberare possit, an
velit, nec ne præferri, vt de Iure sancitum est
in l. fin. C. de iur. emphyt. Vnde si non constet de
tali intimatione, et sic forma ad vnguem ser-
25 uanda est, itaque scientia venditionis in genere non suffragetur, vt inquit *Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in titul. de procurat. §. vltim. num.* 13. *cum alijs copiosè relatis per* Gratian. *discept. forens.* 7. 2. *num.* 2. *versic. nec præsentia, nec notitia suffragaretur, imo semper est locus retractus &c.* et sæpius respondit Rota, vt videre est *coram Reuerendiss. D.* Tetraconen. *in causa* Rom. *Prælationis* 20. *Iunij* 1644. *§. Vnde remanet. versic. indubitanter tenebatur denunciare, ac intimare Domino directo ex causa emphyteusis omnia pacta &c.*

29 *in Legatorum interpretatione non est recedendum à persona legantis.*

30 *Legatorum explicatio conferri potest in arbitrium extranei, tamquam boni viri.*

32 *in Vltimis voluntatibus, quod passim, vel ne aliquid pendere, declarandum ab extraneo est articulus satis intricatus.*

33 *Institutio haredis est caput, & fundamentum totius testamenti.*

34 *Institutio haredis debet esse certa, clara, et specialis, & non sufficit sola nominis expressio, sed etiam alia demonstratio requiritur.*

35 *Hares non dicitur institutus per solam nominis expressionem.*

36 *Haredis nomen, si per errorem in testamento fuerit omissum, talis error vitiaret. & nu. 38.*

37 *Solemnitas aliqua qualitercumque in testamento fuerit omissa, vitiat illud.*

39 *Notarius non potest corrigere errorem testamenti, circa omissionem nominis haredis.*

40 *Quia id esset non corrigere, sed falsum fabricare, cum talis nominatio debeat fieri coram testibus, & nu. 41.*

42 *Institutio haredis, quamuis Iura anxiè insistant, vt sit expressa, et clara, tamen fauore vltima voluntatis admittit nominationem per aquipollens.*

44 *Institutio facta, per verba illa, hic mihi hares esto, valet, licet nomen non exprimatur.*

45 *Institutio haredis facta per responsionem interrogationis, an vellet talem haredem instituere, valet, tantum respondendo quod sic.*

47 *Testamentum factum per relationem ad cedulam penes tertium existentem an valeat. & numer. 48.*

49 *in Testamentis, quando certum quid committitur declarandum arbitrio tertij, nihil id distat ab expresso, cum intelligatur arbitrio boni viri, quod est certum.*

50 *Arbitrium boni viri est certum.*

51 *Incertum non potest dici aliquid, si determinatum iam est.*

52 *Pater, si relinquat filijs illam quantitatem pecunia, qua videbitur, et placebit eius haredibus, valebit talis institutio.*

53 *Legatum valet, non designata quantitate sed relicta in arbitrio tertij.*

54 *Arbitrium boni viri in vltimis maximè voluntatibus semper potest certificari iuxta diuersitates casuum, & quantitatem patrimonij.*

55 *Arbitrium, si alicui sit commissum in vltimis voluntatibus, si ille non arbitratur, receditur ab illius persona.*

56 *Quod speciale est in vltimis voluntatibus, et sicut est in contractibus.*

CAPVT LXXX.

OPERAM, & oleum me perdidisse primo aspectu quis cogitabit, in vanum me laborasse putando, dum supra in præcedentibus capitibus adduxi tot distinctiones, nec non monita circa præstationem, distributionemque legatorum piorum incertorum, maximè dum fuit relictum pauperibus in genere, et sic personis incertis. Nam clarum,
1 determinatumque est, quādo legata sunt pia incerta, tunc ea spectant, seu intrant amplissima priuilegia Reuerendæ Fabricæ Basilicæ S.Petri Principis Apostolorum de Vrbe, vt liquido constat ex Bulla fel. rec. Clement. VII. *est in nouo Bullario Romano inter Constitutiones d. Pōtificis in ordine 9. §. 8.* Audiamus quæso verba ipsa concessionis, ibi, *Et similiter de*
2 *eis, quæ DEO, eius sanctis, & eorum intuitu pauperibus & alijs pijs locis in genere relinquuntur, & absque vlla speciali determinatione, & proprijs nominibus personarum non expressis, purè, in diem, vel sub conditione &c.* cum his quæ sequuntur.

Verba ergo videntur clarè disponere, & ostare atque de potestate legislatoris, maximè
3 circa dispositionem legatorum piorum incertorum prorsus nefas erit disputare, cum Romani Pontificis omnimoda, et absoluta sit
4 potestas in hæc omnia, quæ CHRISTO Domino vti incerta debentur. Ipse est enim vniuersalis dispensator, atque administrator bonorum CHRISTI, cuius est Vicarius, vi-
5 cesque gerit in Orbe Terrarum, hic est ille magnus christifidelium Dux, Regum omniū Rex maximus, Honorificentia Militiæ ortho-
6 doxæ, Oraculum Cœli, Dictator Diuinus, Stella Polaris nauigationis Christianæ, Oriētalis fons Iustitiæ, Orbis lumen, Moderator
7 populorum, Refugium oppressorum, Totum omnium efficiens, eique terreni simul, ac cœlestis Imperij gubernacula ab Omnipotenti DEO credita sunt, *iuxta text. in can. omnes. vers. iura terreni, ac cœlestis Imperij cōmisit & c. 22. distinct.* et alias prout iam pleno calamo, et diffusè differui *in annotat. ad decis. 2. in lit. A. per tot. part. 3. recent.*

Dum ergo executores testamentarij, vel in
8 eorum defectu Ordinarij debent specificare nomina pauperum, inter quos relicta per testatorem veniunt distribuenda, ex hoc necessariò cōuincitur legata esse in genere, et proprijs nominibus personarum non specificatis,
9 et in iure sine controuersia transit, vbi lex requirit specificam expressionem, non sufficit aliquid exprimi per relationem ad aliud. *§. si verò expressim cum ibi notat. auth. de hæred. & falcid. l. si quando. §. et generaliter. C. de inofficios. testament.* Nec etiam sic est generalis expressio *l. fin. C. de indict. vidui. tollend. Clem. constitutionem,*

intionem, de election. glos. in cap. requisitores. in
verb. expressè de haeretic lib. 6 & in Clem. 1. in
verb specialiter. de iudic. et tenet Io-Andr. in c. 1.
de rescript. lib. 6. Tiraquell. de iure marit. glos. 7.
num. 119.
10 Cum expressum illud sit, quod nominatim
fit. l. si expressim. ff. de appellat. l. si seruus. ff. de
assignat. libert. et sic opus est, vt oculis prospi-
11 ci possint, quæ scripta sunt. l. 1. ff. de eis qui in
testam. delen. Rota Genuens decis. 14. numer. 40.
et considerauit Rota Romana in causa Auc-
nionen. Fideicommissi 19. Ianuarij 1637. coram
bo. me. Card. Panzirolo. est decis. 189. numer. 16.
part. 7. recent. Vbi dicitur ea, quæ ex mente, et
12 coniecturis deducuntur non propriè expressa
dici possunt, sed impropriè, ideo nō nisi tacitè
id dicitur expressū, quod oculis corporeis legi
13 non possunt, sed intellectu percipiuntur l. 1.
in princip. vers. legi autē. ff. de his quæ in testam.
delen. & post Ias. et alios declarat Asin. in sua
prax. titul. de execut. §. 6 cap. 71. num. 12. et seqq.
Hinc dicit Angel. in l. 1. ff. de liber. & posth.
14 si statutum disponat, quod in instrumētis de-
beant describi specificè cognomina, et prono-
mina contrahentium, non sat esset personas
demonstrare per alia signa argum. l. cum hi.
§. si Prætor. ff. de transact. et sequitur Alex. in
consil. 141 sub num. 10 lib. 2 Afflict. decis. Nea-
politan. 220. num. 16 vers. vbi requiritur specifi-
ca expressio, non sufficit illud per relationem ex-
primi &c. Giurb. decis. Sicilia 45. sub num. 19.
vbi, post Dec. Socin. Bologn. Purpurat. & alios,
15 inquit, si statutum tribuat paratam execu-
tionem expressis in instrumentis, illam non
dicitur dedisse eis, quæ ex coniecturis colli-
guntur eum expressa propriè non sint, nam
16 coniecturæ non sufficiunt, quando lex requi-
rit aliquid expressè, glos. in l. qui patris. ff. de
vulgar. et pupillar.
Videmus etiam licet obligationis Came-
ralis natura sit, vt trahatur ad omnia etiam
17 incidenter deducta in instrumento ex alle-
gatis à Rota coram bon. me. Card. Pamphilio in
causa Romana Palatij 13. Martij 1604 et corā
bo. me. Litta in causa Ciuitatis Castelli Bonorū
6. Iunij 1594 impressa sunt apud Zacch. de ob-
ligat. Cameral. decis. 5. num. 10. et decis. 96 nu. 4.
et antea fuit dictum in decis. 246. n. 2 et dec. 741.
num. 2. et decis. 797. num. 11. part. 1. diuers. et de-
inde in decis. 143. num. 10. part. 5. recent. & de-
cis. 273. num. 2. part. 7. recent. et coram Reuerē-
diss. D. Dunozetto in causa Romana Fideicom-
missi de Guidis 27. Iunij 1633. cum alijs allega-
tis coram R.P.D. Meltio in causa Romana Fi-
deicommissi de Mutu 28. Maij 1649. §. De ac-
concio. versic. ex obligatione Camerali opposita
in fine instrumenti dotalis, quæ extenditur ad
omnia præcedentia in eo enunciata &c.
Nihilominus vltra expressa, et enunciata
18 numquam trahitur, et sic obligatio Came-
ralis nō competit pro his, quæ veniunt ex in-
terpretatione iuris, dum requiritur, vt ea via
competat, expressio in instrumento, vnde sat
19 non erit interpretatio, sed ne in hac materia
insistam videatur Galles. de obligat. Cameral.
quæst. 31. nu. 15. et 16. et ibi latè Zacch. in addit.
in litera B. nu. 12. et 13. & seq. et addo decis. 30.
nu. 11 vers. obligatio Cameralis non extenditur,
nisi iuxta expressa &c. part. 5. recent. Concludi
20 ergo potest, quoties lex, vel statutum requi-
rit aliquid expressè fieri, aut exprimi pro for-
ma, vel prout videtur esse casus noster ver-
borum tenorem exigit, et tunc satis non erit
21 aliquid fieri, vel exprimi per æquipollens, et
per viā intellectus, sed naturalis expressio re-
quiritur, vt post gl. Felin. Ias. Curt. et alios pōde-
rat Gail. obseru. Imperial. lib. 1. obseru. 2 sub n. 6.
Hinc est enim Dominus Census in emptio-
ne census omnibus alijs debeat præferri, eique
22 denunciari debeant conditiones, quibus res
vendenda est, et per mensem expectari, vt
ad verbum disponit Constitutio sa. me. Pij V.
in Bullar. in ordine 79. num 6. Ideo cum ea
denunciatio pro forma requiratur omnino
23 est præmittenda, nec sat erit, quod Domino
Census aliunde venditionis contractum in-
notuerit, vt latè per Cenc. de Censib. quæst. 64.
num. 9. & seq. et dixit Rota coram sanct. mem.
Gregor. XV. decis. 425. num. 7. vers. non sufficit
scientia cum Bulla pro forma requirat denun-
ciationem &c. et ibi Beltram. in annotat. in li-
tera A. dat decisiones concordantes, et adde
Duran. decis. 52. num. 2. vers. non sufficit censua-
rio simplex scientia venditionis, sed denunciatio
pro forma desideratur &c. cū alijs allegatis corā
R.P.D. Verospio in causa Fanen. Retractus 19.
Ian. et 4. Iulij 1646. et recentius coram Eminen-
tiss. D. Cardin. Ottobono in causa Verulana
Molendini 12. Ianuarij 1652. § Ideo. vers. nihil
referunt epistola, aut testes adducti ad ostendē-
dum, quod Censuarius venditionis notitiam ha-
buerit, quia semper obstat, omissio denunciatio-
nis pro forma requisita &c.
Facit etiam illud simile, de emphyteuta
alienante emphyteusim, vt prius Domino di-
24 recto omnia pacta in venditione contenta
notificare teneatur, vt deliberare possit, an
velit, nec ne præferri, vt de Iure sancitum est
in l. fin. C. de iur. emphyt. Vnde si non constet de
tali intimatione, et sic forma ad vnguem ser-
25 uanda est, itaque scientia venditionis in ge-
nere non suffragetur, vt inquit Ioan. Andr. in
addit. ad Speculat. in titul. de procurat. §. vltim.
num. 13. cum alijs copiosè relatis per Gratian.
discept. forens. 712. num. 2. versic. nec præsentia,
nec notitia suffragaretur, imo semper est locus
retractui &c. et sæpiùs respondit Rota, vt vi-
dere est coram Reuerendiss. D. Terraconen. in
causa Rom. Prælationis 20. Iunij 1644. § Vnde
remanet. versic. indubitanter tenebatur denun-
ciare, ac intimare Dominis directis ex causa em-
phyteusis omnia pacta &c.

Tamen quidquid dicant supradicti DD.
prędicta eorum doctrina procedit in alijs ter-
26 minis, quàm vltimarum voluntatum, quarũ
fauore cõtrarium in Iure diffinitum reperio,
et sic disponitur *in l. arbitrium 1. et ibi commu-
niter DD. ff de legat. 2.* per quem textum re-
27 ceptum est fauore supremorum elogiorum
admitti expressionem per relationem, quam-
uis Iura specificam requirant expressionem,
& indiuiduam. Nec mihi est ignotus *text. in l.
illa institutio ff. de hæred instituend.* qui expres-
sè determinat, quod testamentorũ iura firma-
28 esse oportere, non ex alieno arbitrio pende-
re, et id satis constanter veteres decreuerũt,
et potest dici, Legem 12. Tabular ita ordinas-
se, *Vti quisque legasset, ita ius esto, vt in princip.
Institut de Leg. Falcid. & in l. verbis legis 12.
tabular ff. de verb. signif.* Ideo veteres Legum
obseruatores maximi, verba illa, quisque le-
gasset, ita ius esto &c. factum per se explican-
dam. non quod in voluntatem alterius con-
29 ferretur, significare, & ita à persona non esse
recedendum existimarunt, *vt in § sed cum fa-
ctum. Instit. de stipulat seru. & in l. inter artifi-
ces ff. de solut. & in l. vni. § ne autẽ. C. de caduc.
toll. & in l. fin. C. de his, qui ven. atat. impet* et
sic circa dispositã in testamẽto videtur neces-
saria expressio per ipsum testatores met.
30 Et tamen scimus, quod legatum potest cõ-
ferri in arbitrium extranei, tamquam boni
viri, *vt cõstat ex d. l. arbitrium, 1. ibi, in arbitrio
alterius conferri legatum, veluti conditio potest.
ff de legat 2.* idem determinatur in *l. fideicom-
missaria 46 ff de fideicommiss. libert* Contraria-
31 tur tamen *text. in l. non numquam. ibi, in alie-
nam voluntatem conferri legatum non potest. ff.
de condit. & demonstrat.* Sed vide declarationẽ
*Cuiaci lib. 2. Obseruat. cap. 6. quam etiam refert
Fachinen. controuers. Iur. lib. 5. cap. 58, in fin.*
Et quidem nodus est iste difficillimus, & adeo,
32 vt hanc esse antonomiam insolubilem dixe-
rit *Sarmient. post Emanuel. Cost. quem refert
lib 2. selecti. Interpretat. cap. 3. num 29. & seqq.
vbi vide.* Et nos hic persistendo in terminis,
satis clarum esse, quod in vltimis volũtatibus,
cũ tractetur de re fauorabili, admittitur ex-
pressio per æquipollens, seu per relationem
Idque clarè videmus in ipsa institutione
33 Testamentaria, quæ est caput, & fundamen-
tum testamentariæ dispositionis, quæ Iura
omnino requirunt, vt sit certa, & specialis,
itaque contenta non remanent de sola nomi-
nis expressione, sed etiam aliam demonstra-
34 tionem requirunt *ex adductis per Cæsarem
Manent consil. 7. num. 9.* vbi post alios ibi re-
latos tenet, quod per solam nominis expres-
35 sionem non dicatur hæres nominatus, idquẽ
declara, *vt per Rotam decis. 588. nu. 8. part. 5. re-
cent. tom. 2.* et plura congesti circa hanc mate-
riam, quod hæredis nuncupatio debet esse
clara manifesta dilucida, & aperta, explicitisq.
verbis per testes exaudita *supra in cap 50. à n.
1. et seq.* et amplia id procedere etiamsi per er-
rorem expressio nominis hæredis coram te-
stibus fuerit omissa, quia talis error vitiaret,
36 nam qualitercumque fuerit omissa solemni-
tas requisita in testamento, illa omissio vi-
tiat *l. iubemus. C. de testament.* Cui est dubiũ,
si rogitus testium, ex errore fuerit omissus,
vel numerus testiũ, vel alia solemnitas neces-
37 saria non valere testamentum *l cum antiqui-
tas. C. de testamen. d. l. hac consultissima. C. eod.
cum simil. lib.* quod procedit, quantumuis omis-
sio fuerit leuis *ex allegatis per Hippolit. Rimi-
nald. in consil 759. num. 67. vers. dato quod leuis
diceretur &c. lib. 7.*

Consequenter si de tempore conditi Testa-
menti non fuerit per errorem expressum no-
38 men hæredis, quantumuis ipse testator, &
Notarius in mente habuerit aliquem, puta
Titium hæredem instituere, tamen ex quo
coram testibus ille non fuit nominatus, de-
39 inde Notarius non poterit corrigere talem
errorem, addendo in instrumento nomen hæ-
redis, quia id esset non corrigere, sed falsum
fabricare, non enim agitur de errore in con-
40 ficiendo testamento, sed fuit error non expri-
mendo ore, quod exprimi omnino debebat
coram testibus. Vnde non potest Notarius in
instrumento testamenti apponere nomen hæ-
41 redis, quod non fuit dictum tempore testa-
menti, et testificari eam solemnitatem, scilicet
expressionem nominis hæredis, quæ non fuit
apposita tempore congruo. *& latius id setiè
declarat Philipp. Corn. in consil. 304. à n. 5. lib. 1,
cum ibi adductis.*

Firmum vtique manet hæredis nomen in
testamento omnino Iura decreuisse, vt sit cer-
tum, indubitatum, eiusque nuncupatio dilu-
42 cida, clarisque verbis proprio ore testatoris
facta, et idquidem testes audiuerint, et tamẽ
non obstante tanta inculcatione, quia agitur
de dispositione testamentaria, materia adeo
fauorabili, dicitur satisfactum huic sententiæ,
hæredisque institutio dicetur certa, dum no-
43 men hæredis aliquo modo potest, ex signo in-
dubitabili, & concludenti demonstratione
certificari, sicuti expressè annuit *text. in l. quo-
ties § si quis nomen ff. de hæred. instituend.* cu-
ius verba sunt. *Si quis nomen hæredis idem non
dixerit, sed indubitabili signo, eum demonstra-
uerit, quod penè nihil à nomine distet, valet in-
stitutio*, & ad hoc ibi notat *glos. ordinaria, &
vniuersa turba Scribentium*, est quoq. text. *in
l. nemo dubitet. ff. de hæred. instituend.* vbi si te-
stator dixit, *hic mihi hæres esto*, valet instiiutio
44 licet non sit expressum nomen, & de hac ma-
teria alibi dicam.

Hinc est etiam, quod sustinetur illa insti-
tutio, quamuis multi contra blaterant, quã-
do non ipse testator hæredem nominauit, aut
45 scripsit, sed interrogatus à Notario, vel quo-
piam

Digitized by Google

piam alio, num Titium hæredem ſuum eſſe
velit, reſpondit velle, aut aliter euidentet,
agnouit ſe velle, eum enim ſatis ſuperque in-
dubitabili ſigno hæredis nomen demonſtra-
46 uerit firma, atque rata erit talis inſtitutio, vt
diſertè cenſuit *gloſ. in l iubemus. in verb. quem-
admodum* C. *de teſtam.* cuius opinionem eſſe
coronatam demonſtrabo. Hinc quoque pro-
manat ſimilis illa, concluſio, quæ et etiam re-
cepta communiter à pluribus apparet, veluti
cum inſtituitur hæres, qui inſcriptus eſt in
ſchedula dimiſſa per Teſtatorẽ apud P. Guar-
dianum Conuentus S. Franciſci, nam tunc
47 erit idem, ac ſi Teſtator nominatim, et clarè
hæredis nomen coram teſtibus ſpecificè ex-
preſſiſſet, validumque erit tale teſtamentum
abſque eo, quod teſtes legerint, viderint, aut
48 alias certiores redditi fuerint de diſpoſitis in
in d. ſchedula, & ſic nec aliam expoſcit magis
explicitam hæredis inſtitutionem, quam ſcri-
ptura relata demonſtrat, vt latè firmauit Rota
*coram Emmentiſſ. D. Card. Corrado in cauſa
Senogallien. ſucceſſionis. 29 Ianuarij 1652. vbi
aliæ deciſiones allegat.*

Proprius modo accedẽdo caſui noſtro, quis
eſt, qui dubitet, quando in teſtamentis certũ
49 quid committitur arbitrio alicuius ſpecifi-
candum, id nihil diſtare ab expreſſo, et cum
eo pari paſſu ambulare, nam eo caſu intelligi-
50 tur de arbitrio boni viri, quod eſt certum
*textus habetur in l. 1, ibi, cum placeat in Teſta-
mentis legatum in alterius arbitrium collatum
pro boni viri arbitrio, quod intellectum legato, velut
certam quantitatem exprimis, pro viribus vide-
licet patrimonij &c. ff. de legat* 2. ideoque certũ
quid, & determinatum videtur expreſſum, &
51 ſic non poterit dici, id eſſe incertum Quare
conſuluit *Angel. de Vbald. in conſil 67. incip Vi-
uianus &c.* quod validum eſt teſtamentum il-
lud, in quo pater reliquit filijs illam quantita-
52 tem pecuniæ, vel illam quantitatem bonorũ,
quæ videbitur, & placebit hæredibus in teſta-
mento ſcriptis, nam valida eſt inſtitutio, nec
quantitas dicitur incerta, cum legari poſſit
53 quantitate non deſignata, arbitrio tertij, *vt
in d. l. 1. ff. de legat.* 2. inq. dicto caſu arbitrium
non poteſt eſſe minus legitima.

Arbitrium enim boni viri, ſemper poteſt
54 certificari iuxta diuerſitates caſuum, et quan-
titatem patrimonij, et quatenus perſona, cui
relictum tale arbitrium non arbitretur, rece-
ditur ab eius perſona, vt probant *Alberic. in d.
l. 1. à num. 2. alijque ſcribentes in eadem l.* & adde
Card Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4.
titul. 19. *num.* 40. vbi ait id procedere tantum
55 fauore vltimarum voluntatum, ideoque ſe-
cus eſſe in contractibus *per text. in l. ſi quis ar-
bitratu. ff. de verb. ſignific.* idque etiam optime
que ponderauit, ac rationem diuerſitatis ex-
pendit Rota *in cauſa Vrbeuetana reſciſſionis
contractus* 24. *Ianuarij* 1633. *coram bon. mem.*
Merlino, *eſt deciſ.* 172. *à num.* 83. *verſ. in vltimis
voluntatibus facilius receditur à perſona electa
&c. part.* 6. *recent. eſt inter eius impreſſ. deciſ.* 88.
reliqua vide in ſeq.

ARGVMENTVM.

Certum, quod aliquid ſit ab initio, vel ex poſt facto certificetur, aut de facili poſsit certificari paria ſunt. Immiſsio non ſolum conceditur hæredi ſcripto, ſed etiam virtualiter inſtituto ex veriſimili mente teſtatoris Certum an etiam dicatur, quod poſtea certificari poteſt. Expreſſum ab initio etiam illud dicitur, quod ex poſt facto certificatur ſi in ipſo actu fuerit reſeruata ſpecificatio rei incertæ.

Nominationem perſonarum incertarum, quando teſtator in teſtamento reſeruauit alicui, tunc ſecuta tali nominatione deuoratur omnis amaritudo circa talem incertitudinem et perinde eſt, ac ſi teſtator ipſe talem nominationem, vel declarationem feciſſet cũ ipſe id reſeruauerit in ipſo actu teſtandi, quo caſu admittitur retrotractio vſque ad initiũ actus.

Ex ſupradictis deciditur, quod ampliſsima priuilegia cõceſſa per diuerſos Summos Pontifices venerabili Fabricæ S. Petri de Vrbe circa legata pia incerta, non procedant, quando quantumuis ab initio ſint incerta, ſi per perſonas ab ipſo Teſtatore nominatas debent ad certitudinem reduci per eorum nominationem, & declarationem.

SVMMARIVM.

56 *Certum, quod aliquid ſit ab initio, vel ex poſt facto certificetur, aut de facili poſſit certificari, paria ſunt. et n. 62. et n. 77.*

57 *Hæres, ſi ſciat hæreditatem eſſe delatam ex teſtamento, ſi eamdem adire poterit, etiamſi ſit incertus ex qua parte, et quando id procedat. num. 58.*

Immiſſio conceditur non ſolum Hæredi *ſcripto, ſed etiam virtualiter inſtituto ex veriſimili mente teſtatoris.*

59 *Incertitudo non habetur in conſideratione quãdo facili negotio poteſt certificari,*

60 *Stipulatio, niſi ſit certa, & clara, non valet.*

61 *Stipulatio, licet ſit ab initio incerta, et non valeat, tamen ſi ex poſt facto certificari poterit valet, et tenet.*

63 *Certum, quod aliquod ſit per ſe ab initio, vel certificandum per alium paria ſunt.*

64 *Certum, et determinatum etiam illud dicitur quod poteſt poſtea certificari. et n. 66.*

65 *Certum, et determinatum etiam illud dicitur quod certificari poteſt.*

66 *Legata incerta nõ valẽt, ſed ſecus eſt ſi aliunde poteſt conſtare de mente teſtantis.*

67 *Teſtator, ſi aliquid in genere reliquit Eccleſiæ vel pauperibus diſtribuendi, ad electionem ali-*

aliquium, cum id possit verificari, non id dicitur incertum.

69 *Expressum ab initio, vel ex post facto paria sunt, quando in ipso actu fuit reseruata specificatio facienda.*

70 *à Testatore dicitur declaratum ab initio, dum ipse in testamento incerti declarationem alicui reseruauit:*

71 *Actus tribuitur non exequenti, sed ordinanti.*

72 *Personas nominandas testator censetur nominasse, dum ipse reseruauit nominationem rei incertæ alicui.*

73 *Nominationem personarum, incertarum dum testator alicui reseruauit, statim secuta nominatione deuoratur omnis incertitudo.*

74 *Declarationes in oppositum deducunt omnem incertitudinem.*

75 *Papa si alicui concedat legata pia incerta, non comprehendit ea legata incerta, quæ per personas à testatore electas, sunt declaranda, vt est casus Oldrad. cons. 61. & n. 76.*

78 *Fabricæ S. Petri de Vrbe, priuilegia circa legata pia, incerta non intrant, quantumuis legata sint incerta ab initio, dum ex post facto ex ordine testatoris per personam electam, possunt certificari. & n. 90.*

79 *Priuilegia Fabricæ S. Petri, circa legata, cum consistant super eorum incertitudine, ideo sublata incertitudine, silent talia priuilegia.*

80 *Legata declaranda ab aliquo, de ordine testatoris, licet ab initio videantur incerta, tamen per secutam declarationem cessat omnis incertitudo.*

82 *Legata tunc possunt dici incerta quando incertitudo non potest reduci ad certitudinem.*

83 *Legatum non potest dici incertum, quando certitudinariè constare potest de mente testatoris ad pias causas disponentis.*

84 *Quo casu cessant priuilegia Fabricæ S. Petri.*

85 *Declarationes Cõgregationis DD. Cardinaliũ interpretum sacri Concilij Tridentini seruanda sunt etiam in foro conscientiæ & n. 88.*

91 *Legata pia incerta relicta pauperibus puellis in genere, nominandis à quibusdam personis à testatore electis, non cadunt sub priuilegijs cõcessis Fabricæ S. Petri circa legata pia incerta.*

92 *Et hoc constat ex declarationibus eiusdem Sacræ Congregationis Eminentiss. Cardinalium, ex quibus arguitur ad alia legata incerta num. 93.*

94 *Legata tunc videntur incerta, quando non sunt designata proprijs nominibus legatariorũ.*

95 *Expressum etiam id videtur proprijs nominibus, quod deinde potest verificari.*

96 *Verba in dubio præsumuntur stare demonstratiuè, et non taxatiuè.*

CAPVT LXXXI.

AD corroborationem eorum, quæ diximus in præcedenti capite, quod legata
pia non possint dici incerta, dum Testator reliquit ea certificanda post eius obitum per
executorem testamentarium, vel per aliam personam ab eo designatam, & sic habeantur
pro certis, vt non intrent priuilegia Venerabilis Fabricæ S. Petri de Vrbe, benè congruũt
illæ Iuris conclusiones nempe paria esse, vel
56 quod aliquid certum sit ab initio, vel quod
ex post facto certificetur, aut de facili possit
certificari, *secundum glos. in l. locus. in verb. iuris. ff. de acquir. posses.* vbi vult, quod hæres, qui
scit hæreditatem sibi esse delatam ex testa-
57 mento, is eandem adire poterit, etiam si sit
incertus ex qua parte, vel qua occasione sit ad
eam hæreditatem institutus *iuxta textum in l. si quis extraneus. §. si quis. ff. de acquirend. hæreditat.* & ratio est quia talis de ea testamẽ-
58 taria hæreditate, per ipsum testamentum facilè fieri potest certior, vnde perinde certus
est habendus, ac si prius, de eo certus fuisset. *arg. l. quod meo. §. fin. ff. de acquir. possess. & ratiocinatur* Ruin. *in consil. 42. num. 22. lib. 1. vbi alios adducit.* Cum, & alias immissio concedi-
59 tur non solum hæredi, scripto verbis expressis, sed etiam hæredi, qui virtualiter institutus censetur ex verisimili mente testatoris, *per ea, quæ tradunt* Menoch *de adipiscend. remed. 4. num. 121. cum plurib. seqq.* Angel. *de acquir. possess. quæst. 13. art. 13. artic. 4. num. 58. & seqq. & n. 75. 76.* & quod ista opinio sit verior, et magis recepta testatur Rota *coram R. P. D.* Cer, o *in causa Cathacen. Hæreditatis 20. Maij 1649. §. fin. vers. verior, & magis recepta est opinio, quod immissio cõcedat non solum hæredi scripto, sed etiam virtualiter &c.*

Quando enim quid facili negotio potest
60 certificari, non habetur in consideratione incertitudo, sed perinde habendum est, ac si in certitudine versaretur *Marsil. in rubr. C. de probat. num. 426.* Alex. *in l. quandiu. sub num. 2. & ibi* Ias. *num. 7.* Dec. *in 1. lectura sub num. 2 & in 2 lectura num 12. & 13. & seq. C. qui admitt.* Zabarel. *in consil. 105. nu. 16. Hieronym.* Magon. *decis.* Rota *Lucen. 20. num. 2. vers. nam data incertitudine, cum tamen per communes amicos, facilè posset certificari, perinde est, ac si esset certus &c.* facitque textus *in l. Iulianus, vers. qui sciret, aut scire potuisset. ff. ad S. C.* Maced.

Sic etiam, qui stipulatur, certum quid, clarè
61 stipulari debet, alias stipulatio nulla est. *l. eum post. §. gener. ff. de iur. dot. l. si ex pluribus. ff. eodem.* et tamen licet id, quod à principio in stipulatione deducitur sit incertum si possit ex post facto certificari valet, nihilominus stipulatio, *vt in d. §. gener. et l. vbi autem. §. sed qui vnum. ff. de iure dot. l. Stichus. ff. de legat. 3. ad-*

uer-

uertitque Lùc. de Pen. *in l. hac sanctione. num* 8.
versic. fit etiam &c. C. de diuers. offic. lib. 12. mi-
61 litat enim continuò illa regula, de qua supra,
paria esse aliquid esse certum ab initio, vel
certificari ex post facto posse. *l. quidam relega-
tus ff. de reb. dub.* Bero *in consil.* 110. *nu.* 52. *vo-
lum.* 2. *Francisc. V iu. decis.* Audientiæ Baron.
34. *sub. nu.* 3 *vers. iisdem paria sunt aliquid cer-
tum esse à principio, vel certificari ex post fa-
cto poterit &c.*

Quamobrem intrepidè est dicendum pa-
ria, seu similia esse, vt aliquid sit certum per
63 se, vel certificandum ex alio. *l. sanctio. & ibi
Alex. aliique ff. de pæn. l. certum. & ibi notat. ff.
si cert. petat. Anchar. & Gemin. in cap. fin. de
elect. per ea, quæ habentur in auth. omnes pere-
grini. C. si minor ab hæred. se abstin.* Alex. *in con-
l.* 5. *num.* 3. *&* 4. *vol.* 2. *Matth.* Brun. *cons.* 126.
V iso. libello. n. 6. *lib.* 2. *Carol.* Ruin. *consil.* 131. *n.*
12. *lib.* 1. Caualcan. Borg. *in tractat. de tut. &
curat. cap.* 3. *num.* 267 *vers. à pari procedunt ali-
quid esse certum, vel certificandum ex alio &c.
& post Bald. Angel. Grass. Surd. & alios asserit*
Gratian. *discept. forens. cap.* 815. *num.* 52. *vers.
erit certa illa rata tamquam possit ex prædictis
verificari.*

Itaque determinatum, certumque etiam
65 illud dici valet, quod certificari potest. *Bar-
tol. in l. qui liberis. § hæc verba, num.* 8 *ff. de vul-
gar. & pupillar.* Carol. Ruin. *in consil.* 29. *nu.* 4.
lib. 2. Paris *consil.* 97. *num.* 96. *lib.* 1. sensitq. Ro-
ta *in causa Albanen. Confinium* 22. *Iunij* 1620
coram bo. me. Pironano *est decis.* 234. *n.* 18. *vers.
vel certificari poterat &c. in recent. par.* 4. *recen.
tom.* 1. Et licet incerta legata nõ valeant, vul-
gat. iur. & satis supra diximus tamẽ id nõ pro-
66 cedit, quando aliunde potest constare de
mente testantis, ex quo possit incertum veri-
ficari, vel declarari *l. in tempus §. quoties in fin.
vers. nisi ex alijs apertissimis probationibus fuerit
reuelatum pro qua persona testator senserit. ff. de
hæred. instit. & in l. duo sunt Titij.* 30. *ibi, is da-
tus est quem dare testator sensit. ff. de testament.
tutel. glos. in l. si ita fuerit in verb. sed si legatum
vers. item hoc verum est ff. de reb. dub. et in verb.
debere. vers. sed impediri, ibique* Bart. *num.* 1. *&*
2 *ff. de legat.* 2. & respondit Rota *in causa Ca-
thaceen. Hæreditatis* 24 *Nouemb.* 1649. *§. V nde
prorsus. vers. relicta ratione incertitudinis nulli
debentur, quia non procedit quando aliunde con-
stat. testatorem de aliquo specialiter sensisse &c.
coram R. P. D. Cerro.*

Etenim nunc sublata omni amaritudine
67 firmare possumus, in casu quo testator reli-
quit aliquid in genere Ecclesiæ, vel ad aliam
causam piam generaliter, puta certum quid
distribuendum inter pauperes ad electionẽ,
seu nominationem alicuius, tale relictum ne-
68 quaquam poterit dici incertum, militante
supradicta regula, paria esse aliquid certum
apparere, vel de facili, posse certificari, et eò
quia non differunt ista, vt aliquid sit expres-
69 sum ab initio, vel postea exprimi possit, quã-
do in ipso actu id fuit reseruatum. *l. Modesti-
nus et ibi Bart. num.* 2 *ff. de libert. et solut.* faciũt
*etiam textus in l. iurisgentium. §. sine autem ff. de
pact. l. si mihi. ff. de seruitut. rust. præd. l. fin. ff. rer.
amot. l. sed Iulianus. § proinde. ff. ad Macedon. l.
fin. C. eod. titul.* Anchar. *in cons.* 7. *incip. V iso the-
mate. sub num.* 3. *vers. illud dicitur fieri statim,
quo fit ex interuallo, si à principio fuerit reser-
uatum &c.* et in puncto, quod ea, quæ decla-
70 rantur per arbitratorem ad hoc per testato-
re in electum, videatur à testatore à principio
declaratũ, senserunt *Bald. in l. arbitriũ.* 1. *post
n.* 2. *ff. de legat.* 2. *Anton. Augustin. lib.* 4. *emend.
cap.* 15. *Emanuel à* Cost. *lib.* 1 *select. cap.* 12. Me-
noch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 76. *nu.* 4. cũ
aliis allegatis per *Sebastian.* Neu. *Lipsiens. in
collectan. ad d. l. arbitrii. n.* 2. *vers. quod postea
declaratur per arbitratorem videtur à principio
declaratum per testatorem &c. ff. de legat.* 2.

Nec aliquis erit qui dubitare non erubescet
71 actum tribui non exequenti, sed benè ordi-
nanti. vnde ipsemet testator videtur personas
nominandas expressisse, et quidem verè vt
72 infra dicam: secura ergo dicta certificatione,
scilicet nominatione pauperum in specie, vel
causæ piæ, secundum diuersitatem casuum,
73 mentemque testatoris, statim deuorata dici-
tur omnis incertitudo, et sicut ignis omnia
ad sui similitudinem reducit, sic illa certifica-
tio in oppositum ducit omnem incertitudinẽ,
74 omniaque certa, et clara apparere facit, de-
pulsis tenebris incertitudinis, & ita consuluit
ferè in terminis nostris *egregius* I. C. *Oldrad.
Rotæ Auditor in consil.* 61. *incip. cum Regi Frã-
ciæ*, vbi loquitur de simili priuilegio, seu gra-
75 tia concessa per Romanum Pontificem Regi
Christianissimo Francorum, vt de legatis pijs
incertis, ipse Rex posset disponere pro passa-
gio contra infideles.

Fuit enim responsum prædictum priuile-
76 gium nullatenus comprehendere ea legata
incerta quorum distributio, electio, vel di-
spensatio alicui est commissa, quia ista, vt di-
77 ctum est videntur æqualia, vel quod aliquid
sit certum ab initio, vel quod ex post facto pos-
sit certificari, *et Oldrad.* secutus fuit à *Card.
Petr. Paul.* Paris. *in cons.* 110. *et final. n.* 63. *vers.
vt omnia sileant. penitus &c. lib.* 3. *et* à *Card.
Francisc.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt.
lib.* 8. *cap.* 4. *numer.* 18. *vers. hæc enim paria sunt
aliquid esse certum &c. nec non à Stephan.*
Gratian. *discept. forens. cap.* 188. *num.* 34. *vers.
incertitudo quando potest aliquo modo certifica-
ri non consideratur &c.*

In puncto verò per superius relata contra
Venerabilem Fabricam S. Petri prætendentẽ
78 vigore suorum priuilegiorum ad se specta-
re legata pia incerta ab initio, quamuis ex
post facto certificanda de ordine testatoris
à persona ad hoc electa, resolutũ fuit in Rota
in causa Romana Fideicommissi de Porta 27.

Iunij

Iunij 1612. coram bon.mem.Card. Caualer. *est inter eius impress. decis 212. num.5.* vbi dicitur
79 cum ius Fabricæ fundatum sit in constitutionibus Summorum Pontificium loquentibus,
seu supponentibus incertitudinem; vnde ea de medio sublata, cessant dictæ Constitutiones, & per consequens omne ius Fabricę, cum legata prædicta licet videantur incerta ab initio, tamen postea cessat omnis incertitudo, quia reducuntur ad certitudinem ex nominatione, vel electione facienda per certas
80 personas. Congruit pariter decisio *in causa Sutrina Monasterij 29. Aprilis 1598. coram. bon. mem. Orano,* quæ similiter contra eandem Fabricam emanauit, eamque infra late deducam *à num. 153.* et in terminis institutionis hæredis personæ incertæ, quæ ex post
81 facto certificanda erat, vt tunc sileant priuilegia Fabricę Sancti Petri *consulens Carol.* Maranta *eiusdem Tribunalis Fabricæ Aduocatus, & nunc Episcopus Iuuenacen. &c. in eius respons. tom.1. respons.13. num 80. versic. sufficit autem si ex post facto instituta persona valeat certificari &c.* & quatenus ipse Maranta pluries in eius responsis generaliter asserat in
82 omnibus legatis pijs incertis intrare priuilegia Fabricæ, id intelligendum est; vt supra, scilicet quatenus incertitudo nō potest reduci ad certitudinem, itaque certitudinariè,
83 quando constare potest de mente testatoria ad pias causas aliquid relinquentis semper silent dicta priuilegia Fabricæ, *vt nuper respondit Rota* corā R. P.D. Cerro *in causa d. Cathacen. Hæreditatis 24. Nouemb. 1649 §. Hinc etiā non releuat,* vbi dicitur, quod nullum ius Reuerendæ Fabricæ Sancti Petri competit, quā-
84 do ex coniecturata, & verisimili mente testatoris certitudinariè constat de persona hæredis ab eo instituti, vt patet ex multiplicatis Summorum Pontificum Constitutionibus, ac Priuilegijs illi concessis.

Nec admodum difficile mihi erit suprarelatam opinionem patrocinate cum ipsismet declarationibus, decretis, seu relationibus eiusdem Eminentissimæ, & Amplissimæ Con-
85 gregationis Venerabilis Fabricæ Sancti Petri, satis enim apertum est, à Summis Pontificibus eam habere auctoritatem super interpretatione suorum priuilegiorum faciendi declarationes ad tollendas difficultates, quæ
86 sæpè in controuersijs iudiciorum coram eius Commissarijs, & Iudicibus oriuntur. Vnde vim legis habent, legemque in hac materia faciunt, dum publicatæ sunt, & vt seruentur latæ.
87 Sicut etiam faciunt legem Declarationes Eminentissimorum D.D. Cardinalium Sacri Tridentini Concilii Interpretum, eo quod auctoritate Summi Romanæ Ecclesiæ Præsulis fiant, ideoque in foro quoque conscientiæ
88 obligant, si illæ authenticæ sint, quamuis nōnulli contendant eas tantum haberi pro doctrinalibus resolutionibus, tamen quidquid sit, non hic est disputandi locus; Cum sat mihi sit, vt etiam *sensit Rota in causa Neapolitana Beneficij 27. Iunij 1635. coram bo.me. Buratto, est inter impressas decis. 883. num. 1.* Facultates
89 Fabricæ & eius Eminentissimæ Congregationis circa declarationes Priuilegiorū eiusdem in dubium non reuocari.

Quod enim eadem Congregatio, eius pri-
90 uilegia quoad legata pia incerta sentiat non intrare, quando licet incertitudo sit ab initio, tamen ex post facto certificari possunt, vigore nominationis, electionis &c. id planè colligitur, quia sæpè in ea fuit resolutum, legata pia
91 incerta de dote relicta pauperibus puellis in genere, nominandis à quibusdam personis electis à testatore, non intrare sub priuilegijs Fabricæ, & de tali obseruantia testatur *Cherubin. in compend. Bullar. ad Constitutionem*
92 *Nonam fel. rec. Clementis V I I. prim. schol. in fin. vers. & ita practicatur in ipsa curia Fabricæ* idemque affirmauit *Stephan.* Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap 388. numer. 38. vers. prout sæpè fuit resolutum in Congregatione Fabricæ* Sancti *Petri &c.* vbi ex hoc arguit, ad cœtera legata
93 pia incerta, cum idem sit casus, dum per executores certificantur per electionem &c. Nec obstant verba priuilegiorum dictæ Fabricæ, dum requirunt specialem determinationem,
94 & propria nomina personarū, quibus aliquid piè relinquitur, & præsertim in Bulla Clemētis VII. de qua supra *num. 2.* ibi, *absque vlla speciali determinatione, & proprijs nominibus personarum non expressis &c.* & quasi tunc dicantur relicta incerta, quando non sunt desi-
95 gnata proprijs nominibus. Quia respondetur, quod etiā potest dici facta expressio proprijs nominibus, quando in eo, quod certificatur dispositio, potest verificari. *l. 2. ff de lib. & posth. cum simil. & supra dixi*, vltra quod
96 dicta verba posita sunt demonstratiuè, & non taxatiuè prout, et in dubio præsumatur stare, *Paris. cons. 4. num. 36. lib. 4. cum alijs in puncto relatis per* Gratian, *d. cap. 288. nu. 36. & seq.*

ARGVMENTVM.

Executor testamentarius, dum ex mandato testatoris aliquid declarat, veluti, si eligat personas incertas, tunc iste actus electionis non tribuitur ipsi executori, cum ipse in hoc deseruiat tamquam merum instrumētum, & res inanimata, sed benè ipsi testatori, qui mediāte executore, dicitur eas elegisse.

à Causa prima denominatur effectus, & ideo sēper in omnibus negotijs, radix rerum, seu principium perscrutari debet, nam processio omnis ab initio eius, & multa exempla deducuntur, quod initia rerum sunt habenda semper præ oculis, ad dignoscendum earum naturam.

Decla-

Declarans nihil de nouo facit, sed solum res, quæ prius incerta, seu occulta erat deducit ad lucem, sicuti ille, qui excutit granum à spieis, nam iste nouam speciem non facit, sed solum granum, quod in spieis occultum est, detegit. Et hæc adducũtur ad effectum, quod amplissima priuilegia Venerabilis Fabricæ S. Petri de Vrbe circa legata pia incerta, non intrant quando testator aliquid reliquid distribuendum pauperibus, & alicui, nominationem illorum. vel declarationem reliquit.

SVMMARIVM.

97 *Executor, dum ex ordine testatoris eligit certas personas; iste actus non est tribuendus executori, sed testatori.*

98 *Executor testamentarius deseruit tamquam merum instrumentum ad exequendam mentem testantis.*

Actus attribuitur ordinanti, & executor deseruit tamquam res inanimata.

99 *in Dispositione qualibet, causa prima, & originalis est attendenda.*

100 *Principium, est de esse, & iure principiantis, sicut pars de esse totius, & fundamentum de esse adificati.*

101 *à Primordio tituli formatur posterior euentus.*

102 *à Causa prima denominatur effectus.*

103 *Venditor, si rem venditam redimat, ex pacto de retrouendendo, dicitur rem habere ex primo pacto de retrouendendo.*

104 *Rem, qui ab euentu iudicant, carere deberent successibus.*

105 *Coniunctus pro coniuncto, si suscipiat defensionem causa, absque speciali mandato. si lata sententia contra eum sit, quid sit dicendum.*

106 *Initium, & non exitus est attendendum.*

107 *Iniquius nihil est, quam iudicare ab euentu. contra Negantes principia non est arguendum.*

108 *Causa tota, & totum negotium est iudicandũ iuxta initium.*

109 *Qualitas illa, quæ semel cœpit rei inesse semper perdurat.*

110 *Emphyteusis concessio, si facta sit à Laico de bonis Laicalibus, includit etiam, & comprehendit extraneos, si concessa sit pro hæredibus, & successoribus.*

111 *Quod procedit, etiamsi postea dominium directum perueniret ad personam priuilegiatam, prout est Ecclesia.*

112 *in Feudo succedens, licet de facto illud suscipiat à patre, vel ab agnato, tamen vere dicitur illud habere ab illius fundatore.*

113 *Radix portat feudum ad posteros suos, velut ad palmites proprios, & sicuti fons ad riuulos.*

114 *Processio omnis ab initio eius.*

114 *Pater, si committat delictum, propter quod cõfiscentur feudalia, id intelligitur vita eius durante.*

116 *Et si eius filij nihil habeant, ex illis bonis in vita patris sunt alendi, cum post patris mortẽ, feuda libere transeunt in eos.*

117 *per Fideicommissum succedentibus, succedunt non grauato. sed fideicommittenti.*

Et hoc verè, & propriè, licet realiter recipiãt à grauato.

118 *Socin. in l. si cognatis ff. de reb dub. dum sensit, quod succedens per fideicommissum succedat grauato passim damnatur.*

119 *per Fideicommissum succedens, ideo non grauato, sed fideicommittenti, succedit, quia actus attribuitur ordinanti, & non exequenti.*

120 *in Fideicommissi successione attenditur proximitas grauantis, & non grauati.*

121 *Proximitas grauati, vel grauantis qualis in dubio sit attendenda, est opinio sic dubia, vt multi putent gladio esse decidendam.*

122 *Libertatem recipiens per fideicommissum ob ingratitudinem ab hæredibus non potest illa priuari.*

123 *Pater, si grauatus sit restituere aliquid filio, id non potest ei imputare in legitimam, quamuis id de facto habeat à patre.*

124 *Vxori, si per interpositam personam fuit ei restituta dos, nihilominus censetur eam præcipisse à marito, & quare.*

125 *Administratoris qualitas immediatè agentis non spectatur, sed agentis.*

126 *Rationem reddendi obligatio de exactis, comprehendit etiam exacta ab alio de eius ordine. Exigisse videtur, qui per alium exigit. & numer. 130.*

127 *Exigens per alium, quod ipse videatur exgisse, procedit etiamsi exigens sit propositus expressè, vel tacitè & nu. 128. 126. & 130.*

128 *Fideiussiones strictè debẽt intelligi, vt minus obligent, quàm fieri possit.*

131 *Executor testamentarius, dum de ordine testatoris declarat personas incertas, perinde est ac si ipse testator eas declararet. & num. 136. & 137.*

132 *Cum executor ipsius tantum voluntatẽ aperiat, & ad speciem deducat.*

133 *Declarãs nihil de nouo deducit, sed illud quod inest detegit.*

Declarans aliquid facit, sicut ille, qui granum ex spicis excutit, cum nouam speciem non faciat.

134 *Declarationem quando Papa super aliqua constitutione facit, non est opus derogare regula de iure quæsito.*

135 *Declarans, quod nihil de nouo addat, ista opinio est adeo vera, vt non admittat probationem in contrarium.*

138 *Executores testamentarij, dum aliquid declarant de ordine testatoris, nihil de nouo faciunt, sed tantum granum ex spicis excutiunt.*

139 *Quare detecta voluntate testatoris per eos nõ potest considerari aliqua incertitudo, & sic silent priuilegia Fabricæ S. Petri, circa legata incerta.*

CAPVT LXXXII.

PRæpotenter potest firmari, quod est dictũ
supra, quod legata pia non possint dici
incerta, quamuis proprijs nominibus nõ sint
specificata nomina legatariorũ, quando testa-
tor nominauit personas, quæ debẽt illas eorũ
arbitrio specificare, nam vt tetigi, hæres, vel
97 alius ad hoc deputatus, ex mandato testatoris
eligendo personas incertas, iste actus non est
tribuendus executori, sed benè ipsi testatori
mandanti, propterea verè testator dicitur
nominasse, dum tradidit talem facultatem.

Quod enim actus omnino tribuatur ordi-
98 nanti, non est, nec quidem leuiter dubitandũ,
cum executor adimplendo deseruiat tamquã
merum, & simplex instrumentum, & perinde
ac si res inanimata sit, & sic actus ordinanti
ascribitur *iuxta textum in l. tanta 2. §. omnia. C. de vet. iur. enucle. l. pater ex prouincia. in fin. ff. de manu vindi. l. item eorum 6. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vniuers. nom. l. vnum. 69. §. 1. ff. de legat. 2. § cumq. in prooem. Instit. cap super literis. extr. de rescript. l. si hæres ex testamento. ff. de action. empt cap. cum in aliquibus de rescript. can. si homicidas. 23. quæst. 2.* Rota corã Cantuc. *decis. 167. nu. 2. versic. cum actus non exequenti, sed mandati tribuatur &c. part 2. diuers.* cum alijs relatis *corã re. me.* Merlino *in causa Vlixbonen. Iuris conferendi 23. Iunij* 1636. *est decisio 598. num. 16. versic. principali mandati, non exequenti &c. part. 5. recent. tom. 2.* & deinde *in causa Rossanen. exemptionis 22. Iunij* 1640. *coram* R. P. D. Carillo. *§ Prout nec etiam. versic. ea præcipuè ratione, quia actus tribuitur ordinanti, non exequenti &c.*

99 Quæ conclusio cõfirmatur ex regula Iuris,
quod in qualibet dispositione, causa prima, et
originalis attenditur, cum principium sit de
100 esse, & iure principiantis sicut pars de esse
totius, & fundamentum de esse ædificati *l. si quis in totum. ff. de execut. rei iudic. l. si quis rei. § areas. ff. de solut. l. obligationem ferè. § placet. ff. de action. & obligat. l. si fundum sub conditione. § qui fundũ. ff. de legat. 1. l. 1. C. de imposit. lucrat. describt. lib. 10. l. si filiusfam. in princip. ff. de donat. l. tutor datus. ff. de fideiuss. l. si filiusfamil. in fin. C. ad Senat. Consult. Maced. l. qui id, quod ff. de donationibus. l. facturus. vers. certè cuiusque rei potissima pars principium est &c. ff. de origin. Iur.* facit text. *in l. 1. in princip. C. de impon. lucr.*
101 *describt. lib. 10.* vbi quod à primordio tituli
posterior formatur euentus. Et secundum
familiæ peripateticæ Principem, nempe *Aristot. quint. Metaphisic.* semper à prima causa
102 denominatur effectus, & tradit Bart. *in l. 1. ff. de aqu. pluu. arcend.* vbi si venditor rẽ redimat
103 ex pacto de retrouendendo, dicitur rem
habere nõ ex contractu retrouenditionis, sed
ex primo pacto de retrouendendo.

Congruitque vulgarum illud dictum, Ca-
tere successibus opto, qui rem ab euẽtu iudi-
104 cant, ex quo non exitus, sed initium debet
attendi. *vt post* Angel. *tradit* Alex. *in l sæpè. numer. 87. versic non obstat ratio. ff. de re iudic.* & sequitur *Rota in causa Bononien. Fideicõmissi 22. Iunij 1639 coram Reuerẽdiss.* Terraconen. *§ Nec obstare versic. non exitus, sed initium debet attendi &c.* vbi dicitur, si coniunctus pro
coniuncto suscipiat defensionẽ alicuius causæ
105 sine speciali illius mandato procuræ, stanti-
bus coniecturis de quibus ibi, valet sententia
lata contra eum ex præsumpto mãdato, quia
cum ei fuerit fauorabile ab initio, vt ille con-
106 iunctus susciperet talis causæ defensionem,
quamuis succumbuerit, ex quo non exitus,
sed initium debet attendi, *& aliàs, vt ibi habetur*, Quæ decisio fuit deinde confirmata *coram eodem die* 18. *Maij* 1640 *§. Quibus decisionibus. versic. vtilitas actus ab initio, non à futuro euentu iudicanda venit, & ex Marzar. cõsil. 22. nu 43.* asseritur, quod nihil est iniquius,
107 quàm iudicare ab euentu, idẽ etiam consi-
derauit Rota *coram bon. mem. Card.* Panzirolo. *in causa Bononien. Census 16. Decembris* 1639. *& coram* Reuerendiss D. Terracinen. *in causa* Regien. *Iurispatronatus 27. Aprilis* 1640. *§. Nõ primum. versic quia attenditur semper causa originalis ex qua processit &c.* Congruitque quod dicit Aristot. lib. 1. Phisic. nempe, Contra negantes principia non esse arguendum. Et obuiat, quod habetur *in cap.* Principatus 1. *quæst. 1. et in can miramur. distinc. 61. et in Auth. quomod. oport. &c.* Impossibile esse, vt bono peragantur exitu, quæ malo inchoata sunt principio, Quamuis non esset nouum asserere, & dixit Cæsar Imp. apud Salust. *Omnia mala exempla, à bonis initijs orta esse.* Sed ad nos.

Iuxta enim initium de tota causa, atque de
108 toto negotio iudicium faciendũ est. *l. Pomponius. 16. ff. de negot gest. l. 3. § scio ff. de minor. l. 1. § 1 dem* Pomponius. *ff. deposit. l. si procuratorem. 8. in princip ff. mandat. l. in ratione 11. § si filio ff. ad leg. Falcid. l. qui cum maior 14. § 1. ff. de bon. libert. l. sequitur 4. §. de illo. l. hominẽ. 19. l. iusto 44. §. etsi possessionis. ff de præscript. &*
109 *vsucap.* Et qualitas illa, quæ semel cœpit rei
inesse semper perdurat. *Bald in cap. 1. num. 1. de benefic. feud. in vsib. feud. Ias. in l. clam possidere. num. 15. ff. de acquirend. possess.*

110 Vtique si emphyteusis concessio facta sit à
laico de bonis laicalibus in fauorem laicorũ,
tunc stipulatio sola pro hæredibus, et succes-
soribus includit etiam, & comprehendit ex-
traneos, *Clar. in § Emphyteusis. quæst. 28. nu 6. cum alijs allegatis per Card. Mantic. de tacit. et ambig. conuent. lib. 22. titul. 19. num. 2.* vbi quod transit sine cõtrouersia, *alios refert* Marescott. *var. resolut. lib. 1. cap. 77 nu. 1. et seq.* Rota *coram bo. me. Card.* Seraph. *decis.* 188. *num. 3.* Nam, & semper origo est attendenda, quamuis domi-

nium

Digitized by Google

111 nium directum perueniat in personā, seu locum priuilegiatū, vt est Ecclesia, quia adhuc extranei comprehenduntur sub dicta stipulatione iuxta doctrinam Aucharan. in consil. 165. num. 2. Et si Florian de S. Petro dissentiat, opinionem tamen Aucharan. secuta est Rota, vt coram bo. me. Card. Caualer. decis. 316. num. 6. & recentius in causa Mediolanen. Emphyteusis, seu bonorum 17. Iunij 1641. coram re. me. Merlino est inter eius impress. decis. 872. num. 2. Quia semper origo est attendenda.

Hinc est, quod succedens in feudo, licet de
112 facto illud suscipiat à patre, vel ab agnato, tamen verè habere illud dicitur, etiāsi per mille manus ambulauerit, à primo acquisitore, tā
113 quam à radice. Cum radix portet feudum ad posteros suos, veluti ad palmites proprios, & sicuti fons ad riuulos. l. pronunciatio §. item appellatione. ibi, quasi à fronte quodam memo-
114 riae ff. de verb signif. Omnis namq; processio est à principio eius, vt ait Aristoteles prim. de Cœlo. & Galenus de crisi. cap. 8. et ex nostris in terminis feudalibus. Angel. de Vbald. in consil. 110. incip. Sanctissima, & Illustrissima Regina. sub num. 6. versic. nam omnis processio &c. Paris. in consil. 23. num. 131. versic. Et ideo par. 1. et tractant DD, et praesertim Bald. in cap. 1. § si verò. de grad. success. in vsib. feud. et in cap. 1. de eo, qui sib. et hared suis. Isern. in cap. 1. col. fin. an agnat. vel filij. & in cap. 1. Imperat. Lotar. col. 4. & ibid. Afflict. & in cap. 1. §. hoc quoque notab. quint. de success. feud. Mart. de Laud. & Praeposit. in cap. 1. de eo, qui fec. fin. Agna. de benefic. Hippolit. Riminald. consil. 246. numer. 63. versic. succedens in feudo nō dicitur habere causam à patre &c. lib. 3. Io. Cephal consil. 329. num. 69. vers. succedens in feudo itidem dicitur recipere à primo acquirente &c. Praeterea dixit Rota in causa Romana praetēsionis deuolutionis 18. Februarij 1636. coram Reuerendiss. Dunozett. Decano. §. Hinc sequitur mihi. num. 106.
115 Si pater committat delictū per quod bona feudalia transeant in Fiscum, intelligitur tantum durante vita patris, et si ipsi filij nihil habeant, ex illis bonis, in vita patris ali debent, nam post eius mortem liberè ad eos redeunt,
116 quoniā filij succedūt primo acquisitori feudi, & non patri, vt dictum est.

Quemadmodum quoque in simili dicimus
117 de succedentibus per fideicommissum, nam ipsi nequaquam succedunt grauato, licet ipse realiter, et de facto bona fideicommisso subiecta restituat, sed verè, & propriè ipsimet Testatori. l. coharedi. §. cum filia. ff. de vulg. & pupill. l. precibus. C. de impuber. et alijs substit. l. sācimus. §. cum autem. C. ad Trebell. l. vnum ex familia. §. si de falcidia. ff. de legat. 2. Et ista est cō-
118 munis opinio, quidquid minus verè sēserit Socin. in l. si cognatis. ff. de reb. dub. & in l. haredis mei. §. cum ita. ff. ad S. C. Trebell. ideoq; passim refutatur à DD. & praesertim à Ruin. in consil. 142. num. 16. versic. quāmuis. Socin. vol. 3. Rub. Alexand in l. Gallus. §. quidem rectè. ff. de liber. & posthum. & Fab. Accoramben. in d. l. haredes mei. §. cum ita, quos refert, & sequitur Roland. à Valle in consil. 70. numer. 78. vers. Socin. sententia reprobatur cōmuniter &c. vol. 3. Quod enim contra Socin. sit receptissima omnium sententia post Petr. Anton. Anguissol. consil 1. ad fin. lib. 3. ample testatur Hippolit. Riminald. consil. 246. num. 64. tom. 3. et consil. 759. num. 61. versic. secundum communem sententiam contra Socin. tom. 7. Vinct. de Franch. decis. Neapolit. 153. num. 19. vers. item est regula, dum succeditur per fideicommissum testatori, & non haredi succeditur &c.

Huius verò cōclusionis potissima ratio, quae
119 eā in tutissimo portu retinet, est suprarelata regula, quia actus non exequenti, sed quidem ordinanti ascribitur ex iuribus allegatis supra num. 97. Et in specie de succedente per fideicommissum, vt hoc casu bona non capiat ab haerede, sed à testatore, scitè expenderūt multi DD. & praesertim Marc. Anton. Natta in cōsil 675. numer. 24. versic. per fideicommissariam substitutionem succeditur testatori, non autem vltimo defuncto, & rectè hoc dicitur. quoniam actus attribuitur ordinanti, non exequenti &c. Vbi ex hoc infert, quod testatoris propinqui-
120 tas cōsideratur in successione fideicommissi, non propinquitas vltimo defuncti, vnde testator dicendo, si aliquis ex haeredibus decesserit, tunc substituo proximiorem superuiuen-
121 tem, nam intelligitur de proximiore ipsi testatori, quàm opinionem opportuniori loco reseruo dilucidādam, cum pulchra sit, & adeo difficilis, vt aliqui ditimendam esse gladio, more Longobardorum scripserint, & potissimū Mchael Paleaz. in tract. de maiorat. part. 2. quaest. 8. in princip. versic. necessè gladio dirimeretur, & Anton. Thesaur. decis. Pedemontan. 84. num. 1 vers. gladio dirimenda esse &c.

Adde in terminis de quibus supra Aymon. Crauett. consil. 144. num. 2. versic. dicitur minimè habere bona ab ipso grauato exequente, sed ab ipso primo testatore ordinante, quia attribuitur mandanti, & non exequenti &c. Hippolyt. Riminald. d. consil. 759. num. 61. versic. in fideicommisso succeditur testatori nō grauato, quia actus attribuitur ordinanti &c. Io. Petr. Surd. decis. Mantuan. 292. nu. 8. versic habere bona à grauante non à grauato, cum actus tribuatur ordinanti, non exequenti &c.

Hinc est qui recipit libertatem per fideicōmissum, ob ingratitudinem ab haeredibus, nō potest illa priuari, quoniam censetur à fideicommittente recepisse. Ioan. Cephal. in consil. 329. num. 67. versic qui recipit libertatem per fideicōmissum &c. Io. Francisc. Rip in l. in quartam num. 135. ff. ad leg. Falcid. Vbi ait, si pater
122 fuerit grauatus post mortem haereditatem, vel legatū restituere filijs, cum ipsi id capiant ex dispositione ordinantis, quamuis de facto
123 à patre, nō imputantur eis in legitimam de-

bitam de substantia patris. Facit etiam quod
habetur *in l cum dotem ff ad l.g. Falcid.* vbi si
124 vxor per interpositam personam dotē reci-
piat, nihilominus à marito eam recepisse cē-
setur, & illa persona, quæ immediatè soluit nō
spectatur, cum non soluerit ob causam obli-
125 gationis propriæ, sed mariti. Quemadmodū
qualitas administratoris immediatè agentis,
nō spectatur, sed Domini. *l. denique. § fin. ff. de
minor. l fin. C. si aduers rem iudic. cum simil.*

Hinc est obligatio reddendi rationem de
126 exactis, comprehendit etiam exacta ab alio
de eius ordine, cum exigisse videatur, qui
per alium exegit. *l. tres tutores. §. non solum
ff de administrat. tut. & l ita autem. §. gessisse.
ff. eodem. l. solutam. ff de solut. l. vero procuratori.
ff. eodem.* Escobar. *de ratiocin. cap. 3. numer. 20.
vers. non solum per se, verum etiam per aliū &c.*
Larrea *decis Granaten. 45. sub num. 19. versic.
nam gessisse quis videtur, quod per alium &c. cū
alijs allegatis per* Rotam *decis. 599 nu. 17. vers.
qui merus fuit executor &c. part. 5. tom. 1. & co-
ram Reuerendiss.* Carillo *in causa Rossanen. Ex-
emptionis 22. Iunij 1640. §. Prout nec etiā vers.
quoniam actus attribuitur ipsimet ordinanti, &
non exequenti &c.*

Prædictaque conclusio, quod dans ordinem
127 alicui ad exigendum, ipse videatur exigisse,
procedit etiam quando quis ad exigendum
fuit propositus expressè, siue tacitè. *glos. ma-
gna in l. 1. ff. de exercit. action. & in l. quicumque.
§. nos autem. in verb dumtaxat. ff. instit. action.*
Bart. *ibidem. in princip.* Gratian. *discept. 677. nu-
mer. 23. versic. regulariter dominus tenetur de
facto institoris, circa id ad quod propositus ex-
pressè, vel tacitè &c.* Rota Iannen. *decis. 14. nu-
mer. 2. & 3. vers. quando sciente, & patiente do-
mino aliquid geritur, tacitè præponi censetur &c.*
& in ipsis terminis quod fideiubēs pro aliquo
128 pro pecunijs ab eo exigendis, quantūuis fi-
deiussiones strictè debeant intelligi, & vt mi-
nus obligent, quàm fieri possit, nihilominus
129 fideiubēs, teneatur, etiamsi alius exigat no-
mine, & de ordine tacito, vel expresso illius,
pro quo fideiussit, *sedulò fuit resolutum in Ro-
ta coram R. P. D. Bichio in causa Romana Pecu-
niaria 15. Iunij 1643. §. Nec releuat* vbi dici-
tur verum esse fideiussiones non esse extendē-
130 das de persona ad personas, sed in casu isto
nulla fit extensio, quia qui exigit per alium,
per se ipsum videtur exigere,

Si ergo (vt redeam ad propositum nostrū)
actus omnino tribuitur ordinanti, & nō exe-
131 quenti, non est dubitandū asserere dū exe-
cutor testamentarius iuxta ordinem testato-
ris personam nominat incertā, nihil de nouo
132 facit, cum tantum ipsius testantis voluntatē
aperiat, & ad speciem deducat, seu declarat.
Ea enim est natura declarationis, vt nihil de
nouo inducat, sed potius illud, quod inest de-
133 tegat, sicuti ille qui excutit granū ex spicis
quia nouam non facit speciem, sed illam, quæ
inerat aperit. *ad notat. in l hæredes palam. § sed
si quid ff de hæred. institueñd. l. illa institutio ff. de
acquir. rer. dom. l. asse toto ff. de hæred. instituend.
l. illa institutio. ff. de condit. instit. l vnum ex fa-
milia. § 1. ff. de legat. 2. cap. nouit de appellat. l.
adeo. § cum quis. vers. videtur tamen mihi. ff. de
action. rer. dot. cap. literis de rescript. Clem 1. in
princip. de iurepatron.* Raphael Fulgos. *cons. 147.
sub numer. 2. incip. Visa quadam supplicatione.
vers. clarum est, quod qui declarat &c.* Anchar.
*consil. 65. incip. pro clariori. num. 3. vers qui de-
clarat nihil de nouo facit &c. Ferdinand.* Vasq.
illustr. controuers. lib. 1, cap. 44. nu. 2. Octauian.
Glorit. *consil. 7. numer. 25. & seq.* Barbos. *axio-
mat. 66, num. 5. & 6 Mar.* Mut *decis Sicilia 72.
num. 30. versic. sicut ille, qui excutit granum ex
spicis &c.* Surd. *decis. Mantuan. 69. num. primo,
vbi multos DD. adducit. versic. per declarationē
nihil de nouo fit &c.* Rota penes *Bellamer. de-
cis. 746. incip Licet obseruet* Romana *Curia. sub
num. 1. versic. declaratio nihil de nouo disponit,*
quæ decisio est replicata *in nouis decis 47. de
rescript.* idemque sensit *coram re me.* Merlino
*in causa Bononien. legati de Marescottis 15. Ia-
nuarij 1627. est decisio 28. num. 10 versic. decla-
rans nihil de nouo disponit &c. part 5. recent.
est inter eius impress. decis. 249. num. 10. et coram*
Card. Pāzirolo *in Romana Fructuum dotis 29.
April. 1641. §. Quia cum. versic. declaratio illa
patefacit veritatē rei &c. et coram bo. me.* Card.
Sacrato *in causa Lauretana Iurisdictionis 5.
Maij* 1618. vbi dicitur, cum declaratio nihil
134 de nouo addat, ideoque dum Papa aliquid
declarat, non est necessaria derogatio Iuris
quæsiti, *et tradit* Sarnens. *super dicta regula
quæst. 13. nu. 2. versic. et ideo pro resolutione &c.*
Mandos. *ibidem quæst. 7 num. 1. & 2.* & iterum
sensit Rota *coram eodem Cardin.* Panzirolo *in
causa Camerinen. pensionis 26. Iunij 1641. ver-
sic. Ex hac enim Papæ declaratione. versic. etiam
cum derogatione regulæ de* Iure *quæsito non tol-
lendo, licet non fuisset necessaria, cum ageretur
de voluntatis declaratione. quæ nihil de nouo,
sed solum voluntatem præcedentem declarat, &
patefacit &c.* Estque adeo indubitata dicta
opinio, vt declarās nihil de nouo addat, quod
135 non admittit probationem in contrarium,
vt post Bellam. *in consil. 33. num. 40. et seq.* & res-
pondit Rota *coram bo. me.* Coccino *in causa
Gerunden. Iurisdictionis 11. Decembr. 1630. est
decis. 414. sub num. 18. versic. non admittit pro-
bationem in contrarium &c. part. 5. recent.*

In ipsis verò terminis quando testator re-
136 liquit aliquod piè distribuendum per exe-
cutores testamentarios, tunc per eorum de-
clarationem nihil de nouo dicantur dispo-
137 suisse, sed perinde esse, ac si testator in suo
testamento id expressisset consultus respondit
*Anchar. in consil. 329. incip. Dubitationem facie-
bat sub numer. 2. versic. quia declaratio facta ab
executoribus, videtur facta ab ipso testatore, &
qui factum alterius exequitur, vel declarat, non*

dicitur

Digitized by Google

dicitur aliquid noui facere &c. Surd. *dec. Mantuan. 292. sub num. 10. vers. Reuerendi Fratres S. Francisci videntur hoc relictum habere potius à testatore, qui ordinauit, quod eius bona distribuerentur ad pios vsus, quàm ab harede, qui fecit talem distributionem &c.*

Vtique eum dicta declaratio facta ab exe-
138 eutoribus testamentarijs de mandato testatoris nihil de nouo faciat, sed tantum illi granum ex spieis exeutiant, non poterit conside-
139 rari aliqua incertitudo, in qua possint se fundare priuilegia Reuerendæ Fabricæ S Petri, quoad legata pia incerta. Declaratio
140 etenim ostendit, & detegit, quod in ipsa dispositione essentialiter cōprehēditur, *l. adeo. §. cum quis. in fin. ff. de acquir. rer. dom. cum alijs allegatis per Io. Baptist. Larr. dec.* Granaten. 42. *sub num. 32. versic. declaratio actum in præteritum ostendit &c. part. 1.* Rota *coram bon. mem. Buratt decis. 10. num. 17. vers. sed quid in præteritum actum sit declaratio ostendit &c.* multaque congerit *Io. Petr. Fontanella decis.* Cathaloniæ 172. *num 7. vers. declaratio iam factum aperit, & ostendit &c.* amplia supradicta, vt in sequenti capite.

ARGVMENTVM.

Declaratiuæ virtus, eum dicatur inesse ipsi dispositioni, nam retrotrahitur vsque ad initium ipsius actus declarati, vnde ea admittitur etiã in præiudicium eorum, quibus medio tempore fuit ius quæsitum.

Legarum pium incertum, quando ex ordine Testatoris potest ad certitudinem deduci per personam ab eo destinatam, statim secuta dicta declaratione, cum retrotrahatur vsque ab initio, tunc cum Fabrica S. Petri de Vrbe, nõ habeat, vnde fundet suam intentionem, circa sua priuilegia, quoad legata pia incerta, ideoque ea cessabunt.

Lex noua, licet non habeat oculos, nisi ante, & sic respiciat tantum futura, & non præterita, tamẽ aliam vim habet ipsius legis declaratio, quia ista respicit tàm futura, quàm præterita.

Declaratio dicitur statim fieri, licet fiat ex interuallo, si in ipso actu id fuit reseruatum. Incõtinenti, quæ fiunt videntur inesse ipsi actui, & exceptiones incontinenti probãdæ admittuntur etiam contra sententiã, quod est adeo verum, quod si Iudex eas non admittat, appellatur ab eo, & alia plura circa hanc materiam habes.

SVMMARIVM.

141 *Declaratio per retrotractionem videtur inesse ipsi actus declarato vsque ab initio. & nu. 142. & num. 146.*

143 *Cardinalem, si Papa suspendat, donec interpretentur quadam eius scripta, suspecta de hæresi, secuta declaratione, quod ea catholica sint, quid operetur talis declaratio. et nu. 144. & 145.*

147 *Terminum habens ad ponendum, vel articulandum potest declarare positionem, vel articulum post lapsum termini.*

148 *Declaratiua virtus, videtur inesse ipsi dispositioni.*

149 *Declaratio retrotrahitur ad tempus dispositionis.*

150 *Lex habet oculos ante, & non retro.*

151 *Princeps non præsumitur velle prædiudicare tertio.*

152 *Lex noua ad præterita, si traheretur, qualia absurda sequerentur.*

154 *Lex, si procedat per viam declarationis legis iam latæ, tunc talis declaratio extenditur etiã ad præterita.*

155 *Legis declaratio habet maiorem vim, quàm lex noua, quia ista respicit tantum futura, illa vero tàm futura, quàm præterita.*

156 *Executores testamentarij dum mandante testatore, post mortem declarant eius dispositionem dubiam, & incertam, perinde est, ac si testator ipse declarasset in testamento.*

157 *Fabrica S. Petri de Vrbe, secuta declaratione legati incerti facta per personam ad hoc electam à testatare, non habet vnde fundet eius intentionem circa legata incerta.*

158 *Declaratio post ius quæsitum alicui, non admittitur in eius præiudicium.*

159 *post Testatoris mortem stante incertitudine legatorum piorum, dicitur acquisitum ius Fabrica Sancti Petri de Vrbe, stantibus eius priuilegijs,*

160 *Itaque nullatenus possunt executores testamentarij talem incertitudinem declarare, licet super hoc habeant auctoritatẽ à testatore.*

161 *Declaratio super re dubia admittitur, etiam si ea redundet in præiudicium eius, cui fuit ius quæsitum.*

162 *Dispositio illa dicitur dubia, dum ignoratur de quo loquatur.*

163 *Declaratio dum versatur circa rem claram non tollit ius quæsitum.*

164 *Dispositio, quando est clara, non admittitur declaratio, quæ tollat ius quæsitum.*

165 *Declaratio non versatur circa rem claram, quia tunc nõ est declaratio, sed noua dispositio.*

166 *Declaratio Principis, dicentis sua intentioni non fuisse, non præiudicat, cui erat iam ius quæsitum.*

167 *Declaratio illa, quæ tollit ius alteri quæsitum est nulla.*

168 *Legem iterum statuere super re iam statuta nõ est æquitatem in medio proponere, sed præteritis calumniam inuenire.*

170 *Declarationes, quando dicantur iniquæ, et ipso iure nulla, & tribuendæ circumuentioni, et importunitati partium.*

171 *Feudi appellatione non venit emphyteusis, & nomen feudi nihil commune habet cum emphyteusi.*

172 *Lex, si lata reperiatur super materia feudali, si postea declaretur, legislatorem voluisse etiã comprehendere emphyteusim, ista non potest dici declaratio, sed noua dispositio.*

Quæ post ius quæsitum alteri, non potest ei præiudicare.

173 *Reseruatio declarationis facienda, in ipso actu facta, quid operetur.*

174 *Declaratio dicitur statim fieri, licet fiat ex interuallo, si à principio id fuerit reseruatum.*

175 *Testator videtur ipse declarasse suam voluntatem ab initio, dum de eius ordine ad lucem deducitur.*

176 *de Voluntate testatoris, quando constat, siue ea fuerit per eum declarata, siue ab alio, de eius ordine, seruanda est.*

177 *Dispositionum piarũ Fabrica S. Petri est executrix, & socordes hæredes excitat ad vigilãtiam, vt onus sibi impositum exequantur, & quid ex hoc infertur. & nu. 178.*

179 *Elogia suprema mortuorum, Iura strictè mãdant, vt seruentur.*

180 *Fabrica S. Petri non habet in facultatibus sibi per Summos Pontifices, concessis voluntates defunctorum violandi auctoritatem.*

181 *Testator si iusserit, vt nemo prorsus mortaliũ, possit quærere rationem ab eius executore testamentario, circa executionem legatorum piorum, tunc non valet se intromittere. et numer. 183.*

185 *pro Factis habentur, quæ mox factura sunt.*

186 *Interesse dicitur certum, et indubitatũ, quando de proximo constare potest, et nu. 187.*

188 *Sententia non liquida executio peti potest, vbicumque liquidatio fieri potest in executione.*

189 *Pupillus proximus pubertati habetur pro pubere, quantum ad hoc, vt suo tutori non præstet executionem, quoad suscipiendas alias tutelas.*

190 *Basilica non dum consacrata, proximè tamen consecranda, gaudet priuilegijs Ecclesiarum, amplia nu. 191.*

191 *Baptizatus, & mox baptizandus eodẽ vtuntur priuilegio.*

Priuilegium idem debetur rei, quæ est in fieri, & rei iam factæ.

193 *Vxores appellatione venit etiam sponsa post nuptialem benedictionem, quamuis carnalis copula non sit secuta.*

194 *Sponsa post nuptialem benedictionem, si antequam sequatur copula, moriatur, an sponsus acquirat lucrum dotale, ardua est quæstio, & num. 196.*

197 *Argumentum ab allusione vocabuli in iure est frequentissimum.*

198 *Vxor dicitur, quasi viri vsus, vnde nisi fuerit in vsu viri, non potest dici vxor, nec eius appellatione venit.*

199 *Vxor non dicitur ab vsu viri, sed ab vnguẽdo tale nomen deriuat.*

200 *Puellæ antiquitus vngebãt fores sponsi oleo, seu lupino adipe, vt inde malum omne arcerent, ipsaque vna cum viro faustè viuerent.*

201 *Sponsa etiamsi moriatur ante consummatum matrimonium, sponsus lucratur quantum dotale, & est vera opinio.*

202 *Compensatio non admittitur de liquido ad nõ liquidum.*

203 *Creditum, tunc dicitur liquidum, et certum quando nulla exceptione elidi potest.*

204 *Compensatio non est reijcienda de credito etiã non illiquido, quando de proximo potest liquidari, & intra quantum tempus.*

205 *Compensationis liquida exceptio, potest opponi contra sententiam.*

206 *Compensatio tunc dicitur liquida, quoties est incontinenti liquidum creditum, vel de proximo liquidandum.*

207 *Incontinenti, quæ fiunt, videntur inesse in ipso actu.*

208 *Debita esse liquida, vel breui tempore liquidanda, paria sunt in terminis compensationis.*

209 *Creditum illiquidum, vt de proximo, aut incontinenti dicatur probatum, ad hoc, vt intret compensatio, quando dicatur.*

210 *in Facto ea, quæ consistunt, non possunt certa lege definiri.*

211 *Probatio incontinenti facienda, quæ sit in religione iudicantis, positum est.*

Quis longius, vel breuius tempus ad hoc iudicabit esse habile, iuxta qualitates personarum, & exceptionum.

212 *Iudex si recuset admittere exceptiones incontinenti probandas aduersus sententiam, potest ab eo appellare.*

213 *Iudex reijciendo legitimas exceptiones dicitur excedere suas facultates.*

214 *in Factis incontinenti non admittitur, nec prius, nec posterius, quia simul facta, & inuicem inesse videntur.*

215 *Factum incontinenti post litem contestatam censetur factum ante litis contestationem.*

216 *Iuramentum paulò ante, vel paulò post sententiam præstitum, perinde est, ac si in ipsa sententia prolatione esset præstitum.*

217 *in Legatis pijs incertis Fabrica S. Petri de Vrbe habet intentionem fundatam.*

218 *Legata pia non possunt dici incerta, quando incontinenti possunt certiorari per executorem testamentarium de ordine testatoris et n. 219.*

220 *Illiquidum, vel incertum reputanda sunt liquida, & certa, quando facili negotio possunt liquidari, aut certiorari.*

221 *Rescripta Principum ad proprios intellectus debent semper extendi.*

222 *Principum gratia à iure communi recipere debent interpretationem.*

CAPVT LXXXIII.

DIspositiones ad pias causas ordinatæ,
quod non possint dici incertæ, ad effe-
ctum, vt nullatenus valeant intrare amplis-
sima priuilegia concessa Venerabili Fabricæ
S. Petri de Vrbe circa legata pia incerta, quã-
do illæ veniunt declarandæ per personas ad
hoc electas à testatore, cum actus iste tribua-
tur non exequenti, se ipsi testatori, nam exe-
cutor id declarando nihil de nouo faciat, cũ
ad lucem deducat ipsam testatoris voluntatẽ,
quasi excutiendo granum ex spicis, vt latè
dictum est in præcedenti capite. Quæ con-
clusio multò magis admittenda in his ter-
141 minis venit, quia in Iure absque controuer-
sia transit, quod declaratio per retrotractio-
nem videtur inesse ipsi actui declarato vsque
142 de tempore ipsius principalis dispositionis.
l. heredes palam. §. 1. ff. de testament. & notatur
in l. ab executore ff. de appellat. et l. si eis exceptio-
nes. §. quatenus. ff. quod met caus. & l. item ve-
niunt. §. & cum prædiximus. ff. de petit. hered.
& notant Paul de Castr. Io. de Imol. & Aretin.
in d. l. heredes palam. §. 1. & tradit Bald. in d. l. nõ
dubium in 3. not ab. C. de legib. Decian. in consil. 8.
nu. 211. versic. declaratio virtualiter dicitur cõ-
tineri in ipsa actu declarato &c. tom. 1. vbi plu-
res alios DD. adducit.

In quo consilio Decian. respondit, quod
nominatus à Summo Pontifice in Cardinalẽ,
143 & suspensus, donec interpretentur certa
eius scripta suspecta de hæresi, si per eum non
stet, vel dum legitimè, & catholicè est inter-
pretatus, potest habere vocem in Conclaui
144 actiuam, & passiuam, Et quatenus Cardi-
nalis scripta fuerint aliquantulum dubia, ta-
men si deinde per eum catholicè fuerint de-
clarata, perinde est ac si à principio in nihilo
fuerint suspecta, cum declaratio nihil de no-
uo inducat, & retrotrahitur vsque ad initiũ,
145 & aliàs prout latissimè habetur in dicto cõ-
silio, quale scriptum fuit à Marco Mantua, &
à Hieronymo Torniello &c.

Quod enim d. conclusio circa retrotractio-
nem declarationis, vt ea fiat vsque ad initium
sit verissima, non est dubitandum admittere,
cum sit iuribus, & rationibus roborata, et præ-
ter supra relatos DD. vide Brunor. à Sole in
suis loc. comm. in verb. Declaratio I. cum aliis
pleno calamo adductis per Lud. Schatder. in tra-
ctat. de feud part. 10. sect. 20. nu. 38. vers. certum
est, quod declaratio retrotrahitur ad tempus
actus &c. & addo Surd. decis. Mantuan 69. nu-
mer. 2. versic. retrotrahitur ad tempus factæ dis-
positionis &c. & allegat glos. & DD. in cap. cum
tu. de vsur. Bart. in l. omnes populi. num 44. vbi
Caccialup. num. 151. ff. de iustit. & iur. cum aliis
vt ibi habes, & addo Hippolit. Riminald. in cõ-
sil. 351. nu. 76. versic. mirifice notari debet, quod
declaratio retrotrahitur &c. nec non post. Ioan.
Andr. in addit. ad Specul. de test. §. nunc videndũ,
147 ait, quod terminum habens ad ponendum,
& articulãdum, potest declarare positionem,
& articulum post lapsum termini, cum virtus
148 declaratiua videatur ipsi dispositioni inesse.
Idemque sensit Ioach. Mysinger. obseruat. Im-
perial. centur. 1. obseruat. 34 num. 3. vers. intelli-
gitur verum, nisi positio esset obscura, quia potest
declarari, etiam effluxo termino probandi &c.
149 Ita etiam sæpius iudicauit Rota, & præser-
tim in recentior. decis. 502. sub num. 16. vers. de-
claratio retrotrahitur ad tẽpus dispositionis &c.
part. 1. & decis. 700. sub num. 16. versic. Declara-
tio retrotrahitur ad tempus cõtractus &c. par. 2.
coram bo. me. Buratto, quæ inter eius impress. est
decisio 113. nu. 24 & deinde fuit dictum coram
bo. me. Coccino in causa Gerunden. Iurisdictio-
nis 11. Decembris 1630. est decis. 414 sub nu. 17.
versic. declaratum retrotrahitur retro, et videtur
inesse à principio actui declarato &c par 5. recẽt.
& decis. 100. numer. 5. part. 6. & coram Cardin.
Panzirolo in causa Vicen. Prioratus de Mallen.
2. Iunij 1636. est decisio 140. num. 14. vers. decla-
ratio dicitur inesse actui, vsque à tempore princi-
palis dispositionis &c. part. 7. recent. & coram
R. P. D. Bichio in causa Romana Fructuũ Do-
tis 23. Iunij 1642. §. Addebant. vers. quia decla-
ratio retrotrahitur ad diem contractus, & inesse
videtur actui declarato &c.
150 Hinc quoque est, quamuis inuiolabile sit,
quod non retro, sed antea Leges respiciant.
l. cum Lex ff. de leg. & l. leges. 3. C. eod. titul. & l.
diuersus. C. mandat. auth. vt cum. de appell. co-
gnosc. in princ. coll. 8 & auth. de nupt. in princip.
cum aliis allegatis in causa Spoletana Successio-
nis 8. Martij 1638. coram bo. me. Card. Verospio.
§. Non etiam. versic natura legis est proui-
dere, & dare formam præteritis, & non futuris
negotiis &c. & in causa Viterbien. Census 18.
Februarij 1639 coram eodem Card. Verospio.
§. Neque poterat. versic. contra naturã legis, quæ
forma dare solet futuris, & non præteritis nego-
tiis &c. Et ratio est, quia Princeps sua lege
151 numquam præsumitur velle alteri præiudi-
cium inferre. l. 2. §. merito. & §. si quis à Princi-
pe. ff. ne quid in flumine fiat. cum simil. Si enim
Lex noua ad præterita traheretur, sæpe inno-
152 centes punirentur, contractus legitimi irri-
tarentur, & quamplurima alia incommoda
sequerentur, vt prudenter ratiocinatur text.
in cap. cognoscentes. 2. ibi, rem, quæ culpa caret
153 ad damnũ vocari non debet &c. de constit. Quæ
tamen cõclusio limitatur in casu nostro, quãdo
Lex procedit per viam declarationis legis iã
latæ, quia tunc talis declaratio extenditur
etiam ad præterita negotia, iuxta text. in §. 1.
auth. de fil. ant. dotal. instrum. nat. et in auth. de
raptor. mul. in fin. ibi tamquam si Lex nostra ab
initio, cum tali interpretatione promulgata fuis-
set &c. l. fin C. de pact. l. penult. C. de vsur. l. fin.
C. de transact. cap. quoniam de simon. et cap. 2. de
indic.

Digitized by Google

iudic. Hinc quasi admiratus inquit *Bald. in*
155 *l. non dubium. col. 2. C. de leg.* quod maioris
momenti est declaratio Legis, quàm ipsa lex
noua, quia declaratio comprehendit præte-
rita, & futura, Lex vrò noua, tantum futura,
& sæpius respondit Rota, & præsertim *coram*
Reuerendissimo D. Dunozetto *Decano in causa*
Melenitana Antianitatis 26. Martij 1640. §.
Nec obstat. vers. cum illa præcesserit per viam
declarationis visa fuerit comprehendere etiam
casus præteritos &c.

Nonne modo clarè patent, quæ dixi, scilicet,
156 cum ea sit natura declarationis, vt retrotra-
hatur, vsque ad initium, quare dum executo-
res testamentarij, mandante testatore post
mortem declarant eius dispositionem dubiã,
& incertam, perinde est, ac si ipse testator in
ipso testamento eam declarasset. Itaque Re-
157 uerenda Fabrica non habet vnde fundet in-
tentionem suam quoad exemtionem suorum
priuilegiorũ, quantum ad legata pia incerta;
Concedo, declarationem post eius quæsitum,
158 non admitti in eius præiudicium *Aretin. in*
l. si quis intentione ambigua in fin. ff. de pact. Pur-
purat. *in l. edita nu. 98. C. de edend.* Ægid. Bel-
lam. *consil. 19 col. 2. cũ alijs relatis per Hieronym.*
Magon. *decis. Rotæ Lucen. 61. num. 14. vers. est*
satis intempestiua declaratio post acceptationem,
& ius tertio quæsitum &c.

159 Vnde cum post mortem testatoris stante
incertitudine personarum, quibus erat faciẽ-
da solutio legati pij, fuerit ius quæsitum Re-
uerendæ Fabricæ, nullatenus possunt execu-
160 tores testamentarij per eorum declaratio-
nem ius Fabricæ introuertere. Quia respon-
161 deri potest, quando sumus super aliqua re
dubia, tunc admittitur declaratio, etiamsi ea
redundaret in præiudicium tertij, quod enim
versemur in re dubia non est controuerten-
162 dum, ignoratur quippe cui sit facienda so-
lutio legati relicti, & ita prædictam Iuris cõ-
clusionem limitauit *Magon. in annotat. ad d.*
decision. Lucens. 61. in litera D. vers. si autem de-
claratio esset, super aliqua re, seu super aliquo
verbo dubio, præiudicaret etiam tertio &c. & al-
legat *Hippolit. Riminald. consil. 399. numer. 16.*
163 Sicque quando declaratio versaret circa rẽ
claram, sicuti non est casus noster, & tunc ea
non tollit ius quæsitum ex actu declarato.
Paul. de Castr. consil. 338. ad fin. lib. 1. Dec. *con-*
sil. 114. post num 5. et dixit Rota *coram fel. mem.*
Gregor. XV. *decis. 375. num. 10. vers. non versa-*
tur circa rem dubiam, sed circa rem claram, quæ
non tollit ius quæsitum &c. Vnde quando dis-
164 positio est clara, non admittitur declaratio,
quæ tollat ius quæsitum, *vt benè pluribus re-*
latis demonstrat Surd. *consil. 192. num. 31. vers.*
quamuis declaratio soleat retrotrahi ad tempus
celebrati actus, tamen hoc procedit, quando actus
erat dubius, aliàs secus &c. Et subdit, quod tũc
165 non est propriè declaratio, sed noua dispo-
sitio, & non tollit ius quæsitum, nec præiudi-
cat. Imo *Ancharan. in consil. 398. Præmitto pro*
clariori. ad finem. probat quod declaratio
166 Principis dicentis suæ intentionis &c. non
præiudicat ei, cui erat iam ius quæsitum, quia
talis interpretatio est iniqua, contra ius, & per
consequens nulla, & allegat *text. in l. quoties.*
& in l. rescripta. C. de precib. Imperat. offerend.
167 & subdit, quod super statutis, legem iterum
statuere nõ est æquitatem in medium propo-
nere, sed præteritis calumniam inuenire. *l. 1.*
C. de decur. lib. 10. Rota penes Bellamer. *dec. 723.*
sub numer. 4. vers. tertia ratio. dicit, quod tales
168 declarationes sunt iniquæ, & ipso iure nul-
læ, & attribuendæ circumuentioni, importu-
nitati, aut errori, sequitur *Socin. consil. 260. In*
causa, num. 10. vol. 2. comprobat *Gabr. commun.*
opin. lib. 6. titul. de regul. iur. conclus. 3. numer. 62.
& seq. Videatur etiam *Dec. in cap. fin. num. 13.*
de Constitut. vbi ait, quod licet *Paul. Castren.*
& Dec. supra allegati, loquantur in rescripto,
vel in priuilegio, idem tamen videtur dicen-
169 dum in Lege, vel in Constitutione, vt non
trahatur ad præterita in alterius, cui fuit iam
ius quæsitum præiudicium, *& optimè id dedu-*
cit Francisc. Bec. consil. 3. à numer. 45. lib. primo,
170 vbi ait, si aliqua lex lata sit, in materia
feudali, cum certum sit, quod appellatione
feudi non continetur emphyteusis, & nomen
171 feudi nihil commune habet cum nomine
emphyteusis. Consequens est si postea decla-
retur, sub nomine feudi legislatorem voluis-
se comprehendere etiam emphyteusim, ista
172 non poterit dici declaratio, sed potius no-
ua dispositio, quæ post ius quæsitum alicui,
non potest ei præiudicare.

Sed in hac conclusione amplius recuso in-
sistere, quoniam omnis amaritudo deuorata
173 remanet in casu nostro, tum quia sumus
in re dubia, tum quia per reseruationem fa-
ctam à testatore in ipso testamento, vt execu-
tores, seu alij declarent personas incertas, qua
reseruatione stante in ipso actu, ea ponit fal-
174 cem ad radicẽ vt est casus *in l. Modestinus.*
ff. de solut. vbi illud dicitur fieri statim, licet
fiat ex interuallo, si à principio id fuit reser-
uatum fieri, idque tetigi *supra num. 70.* & ipse
testator videtur nominasse, seu declarasse
175 propriam voluntatem, dum de eius ordine
ad lucem deducitur, *vulgat. cap. qui per alium.*
de reg. iur. in 6. cum alijs supra à me allegatis
cap. 82. num. 98.

Quibus sic stantibus, cum constet de vo-
luntate testatoris, non est quidquam aliud
quærendum, sed illa, vt omnia iura strepitant
debitæ executioni demandanda venit. Non
enim venerabilis Fabricæ S. Petri, cuius pia
177 mens est vtile negotium agere pro defun-
ctis, dum eorum religiosas dispositiones exe-
qui curat, eum negligentes, & socordes exci-
tat hæredes, seu executores, vt vigilantes sint
178 circa onus eis impositum exequendi pias
defunctorum voluntates, neque diutius reli-

cta

cta differantur suffragia, putandum non est
velle se intromittere circa ea, quæ testator
mandauit diuidi inter pauperes CHRISTI
ad electionem executorum. Iura quippe stri-
ctè mandant, vt suprema elogia mortuorum
debitæ executioni, mandentur vt sæpius me-
mini, et infra latius dicam.

Neque d. venerabilis Fabrica habet in fa-
cultatibus, sibi per Summos Pôtifices largitis,
180 de sanctorum voluntates violandi auctori-
tatem, neque in hoc dd. facultates, seu Con-
stitutiones aliam actionem ipsi tribuunt, *vt*
considerauit Rota *in causa Romana Fabricæ*
26. Aprilis 1602. *coram bon. mem.* Corduba
§. Secundò quia idem. vers. facultatem Fabricæ
nô habent locũ contra testatoris voluntatẽ &c.
Vbi dicitur, quando testator disposuit, & vo-
181 luit neminem prorsus mortaliũ posse quæ-
rere rationem ab executore testamentario de
gestis ab eo, tunc Fabrica non potest eam pe-
tere, quoad executionem legatorum piorum,
182 tantoque magis, quando testator ipsi hære-
di, vel executori legauit id totu, in quo mole-
stari, vel condemnari contingerit.

Quod fortè puto sine difficultate transire,
183 quando testator ordinasset, ne Episcopus,
vel Reuerenda Fabrica manus imponeret, &
in casu impositionis, non sit legatum pium
& habeatur, ac si non esset relictum, *vt sense-*
runt Vasquez. *de succes. creat. quem sequẽdo re-*
fert. Molfes. *in 2. part. summ. moral. tract. 33. cap.*
5. num. 205. Reg. de Pont. *consil. 37. nu 6. vol 2.*
Io. Baptist. de Thoro *in sum. priuileg. piar. caus.*
priuileg. 239. in fin. vers. nisi testator dixerit, si
Episcopus. vel Reuerenda Fabrica imponat ma-
nus, non sit legatum pium &c. Cœterum alia
184 ad hanc materiam spectantia scilicet priui-
legia Fabricæ non intrare contra mentem te-
statoris, si in casu negligentiæ executorum,
ipse aliter prouidit dicam *infra*.

Nec silebo alijs rationibus inuincibilem
reddere supra firmatam conclusionem, nem-
pe Fabricæ priuilegia, quoad legata incerta
non intrare, quando testator aliquid reliquit
distri buendũ inter pauperes, vel ad alia ope-
ra pia ad electionem, vel nominationem ali-
cuius, & præsertim ex illo satis decantato
185 axiomate, videlicet, ea, quæ mox sunt factu-
ra, habentur pro factis *l. vestimentum ff. de*
aur. & argent. legat. & est solemnis & vulgatus
textus in l penultima ff. de milit. testamen. & in
l. item legato. ff de legat. 3. & in l si quis eum sci-
ret. ff. de vsucapion. Vnde satis certum, & indu-
186 bitatum interesse appellatur, quod de pro-
ximo constare potest *l. terminato. ff. de fructib.*
et lit. expens. §. curare Instit. de action. & facit
glos. in cap. sciscitata in verb. effectum. de restitut.
187 *spoliat.* Illud enim quod fieri debet de pro-
ximo, habetur ac si iam esset factum. *l. 1. §. sed*
in eo, quem. ff. ad S. Consul. Syllean.

Hinc *ex glos. in l. 1. ff. de edend. notant. com-*
muniter ibi DD. & præsertim Bart. num. 8. exe-
188 cutionem sententiæ non liquidæ peti posse
vbicumque liquidatio fieri intẽditur in exe-
cutione. Idem *Bart. in l. 1. in fin ff. de legat. 2. &*
in l. 2. C. de sentent. q. sine cert. quant. profes. & ibi
etiam Bald. nec non sequitur Roman. *in consil.*
76. num. 5. vers. secundo est prætermittendum
Socin. *Iun. consil. 136. n 3. vol. 2.* Cagnol. *in ru-*
bric. C. de sentent. qua pro eo quod, num. 5. Octa-
uian. Cacher. *decis. Senatus Pedemont. 129. n.*
14. vers. executio sententia non liquida peti po-
test, quando executio fieri intenditur in execu-
tione ipsius sententia &c.

Congruit etiam *textus in l non tantum in*
principio. ff. de excusat. tutor. vbi deciditur, pu-
189 pillum proximum pubertati haberi pro pu-
bere, quantum ad hoc, vt non præstet excusa-
tionem suo tutori quoad alias tutelas susci-
piendas. Vnde per illum eundem textum ait
Bart. in l si quis. §. vltim. ff quod met. caus paria
190 esse aliquid esse proximè futurum, & iã esse
productum in esse. Sic quoque Basilica non-
dum consecrata, proximè tamen consecrã-
da gaudet priuilegiis Ecclesiarum, ac si iam
191 esset consecrata, potissimum si ea auctorita-
te Romani Pontificis, ant Episcopi ædificata
iam esset *Felin. in cap. cum te. num. 16. vers. re-*
sultabit ergo. de rescript. Marsil. in l. vnic. sub
num. 72. C. de rapt virg. Ias. *in l. admonendi.*
lect. prim. num. 57 ff. de reg. iur. Vnde gaudebit
immunitate *cap. Ecclesia. extr. de immunit. Ec-*
cles. per quem textum notat *Panorm. ibi. in 3.*
notab. & incip. vltim de Iud. Quod baptiza-
192 tus, & mox baptizãdus eodem vtuntur pri-
uilegio, & sic idem priuilegium debetur rei,
quæ est in fieri, & rei iam factæ, *vt habetur in*
cap. Pisanis extr. de restit spoliat.

Hinc quoque est, appellatione vxoris, veni-
193 re etiam sponsam *l. lex Iulia. ff. de iure dot. l.*
item apud Labeonem. §. sponsum. ff de iniur. cap.
discretionem. extr. de eo, qui cogn. consang. vxor.
sua. l. si vxor. §. Diuus & §. si minor. ff. de adul-
ter. l. non fine. C. de bon. q liber. l. assiduis. 52. C.
qui potior. in pign. habeat. & l. 2. §. si spõsus. C. de
priuileg. credit. & huic conclusionis supradictã
rationem assignat *Hieronym.* à Laurent. *decis.*
Auenoniens. 145. sub num. 17. vers appellatione
vxoris, venit sponsa, quia quod de proximo futu-
rum est, habetur iam pro facto l. qui se dicit. ff.
de iudic. l. Fulcinius. ff. quib ad libert proclamar.
non he. cum alijs à me supra allegatis.

Ex qua conclusione, nempè appellatione
vxoris venire sponsam post nuptialem bene-
194 dictionem, quamuis carnalis copula non sit
secuta, astraunt Doctores communem illam
conclusionem, si ea interim moriatur, mari-
tus, seu sponsus acquirit lucrum dotale, stante
195 statuto, quod maritus illo lucretur præmo-
riente vxore, qualis quæstio valde intricata
est, satisque ardua, adeo vt ea Imperatoria
decisione egere & pragmatica sanctione te-
196 statur *Mynsig. Obseru. Imper. centur. 6. obser.*
78. in fin. et licet *Salycet.* ab innumeris secutus

in l. cum in te num. 4. vers. faciunt haec ad quae-
stionem &c. C. *de donat ante nupt.* negatiuam
197 opinionem protegat, inter alias rationes
arguendo ab allusione vocabuli, quod argu-
mentum in iure est frequentissimum. *l. 2. §. ap-*
pellatio ita. ff. de reb credit. l. tigurij ff. de verb. si-
gnif. cum simil.

Asserit enim Salycet, quod vxor dicitur,
198 quasi viri vsus, dato ergo eam non fuisse in
vsu viri non potest venire appellatione vxo-
ris. Sed fallitur *Salycet*, quia vxor non di-
citur ab vsu viri, sed ab vngendo tale nomen
199 deriuat, quia puellæ antiquitus (*vt Seruius.*
& Plinius referunt) vnguebant fores sponsi
oleo, seu, lupino adipe, vt inde malum omne
arcerent, ipseque vna cum viro faustè viueret.
200 vt aliunde ne longè à proposita materia di-
scendam ibique probabo contra *Salycet.* in
illo casu intrare supradictum statutum de lu-
201 cro dotis illamque esse veram opinionem,
eamque fouere *Bart. in l. nihil interest num. 1.*
vers. facit ad quaestionem, quod statutum loquës
ff. rer. amot. & Bald. alijque sibi contrarij, quos
suo loco referam. Quare modo ex hoc incidē-
ti ad principalem institutum redeundo, scili-
cet ad regulam quæ mox sunt futura haberi
pro factis cum similibus de quibus supra.

Faciunt etiam quæ notant Doctores *in*
l. fin. per illum textum. C. *de compensat*, quod li-
202 cet liquidi ad non liquidum compesatio nō
admittatur. *l. si constat. C. eodem. l. si ambo ff. eo-*
dem tit. de compensat. cum requiratur, vt om-
nino clarum, & indubitatum sit creditum
203 ita ut de eo non possit aliquo modo cōtro-
uerti, nā creditū tunc dicitur clarū, certumq.
quando quippe prorsus nulla exceptione elidi
potest et si vel interuenerit confessio partis,
vel res iudicata. Rot *dec. 306. n. 48. part. 6 recēt.*

Et tamen hoc non obstante quādo de pro-
204 ximo liquidatio fieri posset, non est reijciē-
do conpensatio. *Abb. in cap bona fides, extr.*
de deposit. qui sentit de liquido, ad non li-
quidum compensationem fieri, & admit-
ti, non quando liquidum liquidatur intra
205 tantum tempus, quantum daretur pro ip-
sius executione, si super eo, processisset con-
demnatio, *& in hoc Abb sequitur* d *Petr. de An-*
char. & Imol. in d. cap. bona fides. & tradit
Batt. *in l. aufertur. §. qui compensationem. ff. de*
iur. fisc. & refert, & sequitur *Felin. in cap. cum*
Ioannes Heremita. in fin. de fid instrum. Socin.
in cap. 2. col. 10. vers. & si opponeretur quod de-
bitum non sit liquidum &c. de mutu petit. &
consuluerunt *Paris. in consil. 122. num. 24. vers.*
de non liquido ad liquidum compensationem
admitti quando &c. part. 1. Alex. *in consil. 94.*
sub num. 3. lib. 4. Purpurat. *consil. 348. numer. 6.*
Socin. *sen. consil. 65 num. 3. lib. 4.* Curt. *Iun. cons.*
236. num. 23. et 24. lib 3 Ann. *allegat. 80. num. 4.*
lib. 2. Intrigliol. *consil 8. num. 3. Hector* Felic *al-*
legat. 26. sub num. 1. vers. compensatio non solum
admittitur de credito liquido, sed etiam de eo,
quod de proximo liquidari potest &c. Alex Trē-
tacinq. *var. resol. lib. 3. titul. de cōpensat. resolut.*
1. num. 22, vers. de credito liquido ad non liqui-
dum non admittitur compensatio, limita tamen
nisi in continenti offerantur probationes &c. Af-
flict. *decis. 121. nu. 5.* vbi ex communi DD scho-
la refert exceptionem compensationis liquide
206 posse opponi contra sententiam, et tunc
debitum dici liquidum quoties est in conti-
nenti liquidum, vel de proximo liquidan-
dum *cum alijs allegatis per Carol.* de Crass. *in*
tract. de exception. ad mater. statut. excludent.
omn. except. cap. 16. sub. num 56. vers. compensa-
tio potest opponi quando debitum est illiquidum,
si incōtinenti potest fieri liquidatio &c. & antea
per Sebastian. Medic. *in tractat. de compensat.*
part. 1. quæst. 13. num. 1. vers. aut liquidum non
est, & de proximo liquidare potest, et tunc intrat
compensatio &c. Ioachin. Scayn. *decis. Rotæ Bo-*
noniens. 79. sub num. 2 vers. admittitur ad com-
pensandum qui intra illud idem tempus quod da-
tur condemnatis ad soluendum potest creditum
liquidare, scilicet intra duos menses &c. Mar.
Mut *decis. Rotæ Lucen. 42, num. 20. vers. com-*
pensatio fit quando vterque est debitor, & credi-
tor, siue fuerit debitum liquidum, vel potuerit in
promptu liquidari &c. Hieronym. Magon. *decis.*
pariter Rotæ Sicilia. 1. numer. 34. vers poterat li-
quidari &c. et latè ibi idem Magon. in annotat.
in littera. B. vers. compensatio datur, quoties debi-
tū nō liquidū est de proximo liquidādum &c.

Cuius conclusionis ea est ratio, quia incō-
207 tinenti, quæ fiunt videntur in esse actui. *l.*
lecta vers dicebam. ff. si cert. petat. l. potens. C. de
pactis Bart. *in d. l lecta num. 21. vbi Addentes in*
littera, & alios DD. allegant. Ioann. *de Amic. cons.*
49. num. 3. Francisc. Viu *decis. Audient. Baren.*
107. num 12. vbi plura *habes. et latius per* Bel-
lon. *lib. 1 titul. de his q in continent. fiunt. cap. 17.*
num. 2 Brun. à Sole *in cōpend. resolut. proposit.*
iur. in verb. incontinenti. Marsil. *in tractat. de*
Bannit. in eodem verb. in continenti num. 6.
208 Et in terminis compensationis, vt paria
sint debita esse liquida, vel breui tempore li-
danda, *est text. in l. aufertur. § per compensa-*
tionem, et ibi Bart *ff. de iur fisc.* Felin, *in cap. sub*
orta, col. 2. de re iudic. Alex. *consil 94. sub num 3.*
lib. 4. Osasch. *decis. 92. numer. 35. vers. capitula*
concernentia compensationem sunt admittenda
intra breue tempus verificanda &c. D. Regens
Hector Capyc. Latr. *decis. Neapolitan. 25. n. 37.*
vers. admitti compensationem, nec dicitur illi-
quidum quod de breui est liquidandum &c.

Quando enim infra breue tempus, vel de
209 proximo, aut incontinenti dicatur probatū
creditum illiquidum, ad hoc vt intret com-
pensatio, vide *Sebastian.* Medic. *in d. tractat. de*
compensat part. 2. quæst 24. vbi refert quatuor
opiniones, & vltima opinio est receptior, vt id
remittatur in arbitrio Iudicis, quia ea, quæ
210 consistunt in facto, non possunt sub certa le-
ge definiri. *l. more. ff. de vsur.* & in puncto post
in

infinitos attestatur de veriori *Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 2. cas. 7 num. 13 et adde.* Riminald. *Iun. consil.* 404. *num.* 43. *vers. illud tempus incontinenti est totum in arbitrio Iudicis cõstitutum &c. lib.* 4. Cornazaan *decis.* 17. *nu* 22. Turrett. *consil.* 49. *num.* 47. *lib* 2. vbi de communi attestatur *Ioann.* Brezeler. *in tractat. Baldum nihil ignorasse.* §. 10 *num.* 44. *&* 50. vbi infert ad plura, *cum alijs relatis per Carol. de* Crass. *de exception. cap.* 7. *num.* 10. *vers. vt aliquid dicatur incontinenti probari remittitur arbitrio* Iudici, *& per Alex.* Trentacinq *var. resol. lib.* 3. *titul. de compensat. resolut.* 1. *sub. num.* 21. *vers. tempus hoc sit in Iudicis arbitrio &c.*

Quare Iudex longius, vel breuius tempus
211 assignabit excipienti aduersus sententias,
probationes promptuarias, seu continenti faciendas, iuxta qualitates excipientium, & negotij, de quo obijcitur exceptio. *Mysing. obseruat Imperial. obseruat. 4. centur. 6. num. 4. & 5.* Bellag. *in specul. Princ rub. 41. §. Leges. num. 17. circa med. vers. et de iure, late* Coler. *de process. execut part. 4. cap. 2. num. 1. & seqq.* Galles. *de obligat.* Cameral. *quaest* 3. *num.* 4. *in fin.* Anton. Niger *in tract. de except. aduers. rem iudic. cap.* 12 §. 2. *sub num.* 2. Quod enim facit ad propo-
212 situm nostrum, est, quod Iudex exceptiones,
quæ contra sententias, offeruntur incontinenti probari, debet admittere, alias si procederet ad vlteriora daretur appellatio ad vtrumque effectum, quia reijciendo legitimas exce-
213 ptiones Iudex, dicitur excedere suas facul-
tates *Contard. de moment. possess. limit.* 19. *n.* 6. *&* 23. Et vt sæpius dixi, quæ incontinẽti fiunt videntur in esse actui facto. *l. lecta. ff. si cert. pet.* & late tractat. *Paul. Bellon. in tract. de potestat. eorum, quæ fiunt in continenti. cap.* 113. *num.* 5. *et cap.* 188. *num.* 4. vbi etiam dicit, quod in fa-
214 ctis in continenti nõ datur, seu admittitur,
nec prius, nec posterius, quia simul facta, & inuicem inesse censetur, vnde factum in con-
215 tinenti post litem contestatam, censetur fa-
ctum ante litis contestationem. Sicuti etiam dicimus, quod iuramentum pauló post sentẽtiam præstitum, habeatur perinde, ac si in pro-
216 latione illius præstitum fuisset, *vt post glos. in*
l. generaliter. in verb. diffinitiua. C. *de reb. credit.* dixit *Rota in causa Romana Pecuniaria* 17. *Martij* 1645. *corã Eminentiss. D. Card.* Corrado §. *Quia vers. iuramẽtum pauló ante vel pauló post sententia &c.* & adducitur supradictum de cantatũ axioma, quod ea, quæ in cõtinenti fiunt videtur in esse. ipsi actui &c.

At modo supradicta applicando ad casum nostrum, est indubitatum, Venerabilem Fa-
217 bricam S. Petri, habere intentionem funda-
tam vigore suorum priuilegiorum, super omnibus legatis pijs incertis, sed quando testator reliquit aliquid distribuendum inter pauperes, vel inter loca pia ad electionem, vel arbitrio alicuius, cum mox personæ illæ incertæ,
218 vel loca illa pia per nominationem illius
possint ad specificã certitudinem reduci, vnde tunc cessabunt dicta priuilegia, cum iuxta mentem testatoris statim lucerit omnis incer-
219 titudo in oppositum, & sic intrant supradi-
ctæ Iuris regulæ, nẽpe, de proximo ac cingendũ haberi pro accincto, & quę mox sunt futura haberi pro factis. Illiquidumque reputari liquidum, quando facili negotio potest li-
220 quidari, alijsque de quibus dixi supra, & be-
nè similium gratiarum Apostolicarũ vigore, nempe cõcessionis legatorum piorum incertorum facta alicui, ratiocinatus est *Oldrad. in consil.* 61. *sub num.* 2. *vers. ista videntur æqualia &c.* cum semper Principum rescripta
221 ad proprios intellectus extendi debeant.
Clemen. circa. de elect. & in terminis similium gratiarum legatorum piorum incertorum. considerat Ludouic. Roman. *consil.* 164. *numer.* 3. *vers. certo certius est rescripta ad proprios intellectus &c.* Nam et gratiæ Principum à Iure
222 communi recipiunt interpretationem: *cap.*
Ecclesia nostra. 57 *ibi qui iura tuetur. de elect. cũ alijs allegatis à Rota in causa Lauden. Persionis.* 30. *Aprilis* 1635. *coram Reuerendiss.* Dunozetto *Decano et in causa Camerinen. Pẽsionis* 26. *Iun.* 1641. *coram bon. me. Card.* Panzirolo §. *Praterea, vers. huiusmodi motis declaratio per S. D. N. facta videtur consona iuri communi &c. et in causa Melenitana Antianitatis* 14. *Decem.* 1643 *coram R. P. D.* Verospio § *Sed ea sub-eptio. vers. inspecta dispositione Iuris, à qua gratia Apostolica recipere debet interpratationem &c.*

ARGVMENTVM.

Certa non tantùm ea dici valent, quæ in continenti possunt ad certitudinem deduci, sed etiam si negotium ita exposcat, dum ita non facilè, & incontinenti non possint certificari; dummodo tamen certum sit, illa esse verificãda. Cum pro certo etiam illud habeatur, quod licet incertum nunc sit, tamen dubium non est, quod certificetur. Nouitius religionem ingrediens an habeatur pro religioso, et cuius animo censeatur esse.

Legatum relictum pro construendo Monasterio, an dicatur incertum, ad hoc, vt intrent ampla priuilegia Fabricæ S. Petri de Vrbe circa legata pia incerta, & conclusio tamen est negatiua, cum potentia, quæ est facilè reducibilis ad actum habeatur pro ipso actu.

Incertitudo personæ, quando qualitas est certa, non impedit quod res certa non sit. In Facultatibus, et solicitudinibus Episcoporum, vt legata pia debita executioni mandentur, hodie successit Fabrica S. Petri de Vrbe, & intra quale tempus, itaque ea diligentia, & zelus requisitus per Sacros Canones in hoc negorió, in Episcopis, transfusus dicendùm est in Ministros d. Fabricæ, piè ergo, & sancto ducti zelo, se gerant.

CAPVT LXXXII.

PRæpotenter potest firmari, quod est dictũ
supra, quod legata pia non possint dici
incerta, quamuis proprijs nominibus nõ sint
specificata nomina legatariorũ, quando testa-
tor nominauit personas, quæ debēt illas eorũ
arbitrio specificare, nam vt tetigi, hæres, vel
97 alius ad hoc deputatus, ex mandato testatoris
eligendo personas incertas, iste actus non est
tribuendus executori, sed benè ipsi testatori
mandanti, propterea verè testator dicitur
nominasse, dum tradidit talem facultatem.
Quod enim actus omnino tribuatur ordi-
98 nanti, non est, nec quidem leuiter dubitandũ,
cum executor adimplendo deseruiat tamquã
merum, & simplex instrumentum, & perinde
ac si res inanimata sit, & sic actus ordinanti
ascribitur *iuxta textum in l. tanta 2. §. omnia.
C. de vet. iur. enucl. l. pater ex prouincia. in fin.
ff. de manu vindi. l. item eorum 6. §. si decuriones.
ff. quod cuiusque vniuers. nom. l. vnum 69. §. 1.
ff. de legat. 2. §. cumq. in prooem. Instit. cap super
literis. extr. de rescript. l. si hæres ex testamento ff.
de action. empt cap. cum in aliquibus de rescript.
can. si homicidas. 22. quæst. 2.* Rota corã Cantuc.
*decis. 167. nu. 2. versic. cum actus non exequenti,
sed mandati tribuatur &c. part 2. diuers.* cum
alijs relatis *corã re. me.* Merlino *in causa Vlix-
bonen. Iuris conferendi 23. Iunij* 1636. *est de-
cisio 598. num. 16. versic. principali mandati, non
exequenti &c. part. 5. recent. tom. 2.* & deinde
in causa Rossanen. exemptionis 22. Iunij 1640.
coram R.P.D. Carillo. *§ Prout nec etiam. versic.
ea præcipuè ratione, quia actus tribuitur ordi-
nanti, non exequenti &c.*
99 Quæ conclusio cõfirmatur ex regula Iuris,
quod in qualibet dispositione, causa prima, et
originalis attenditur, cum principium sit de
100 esse, & iure principiantis sicut pars de esse
torius, & fundamentum de esse ædificati *l. si
quis in totum. ff. de execut. rei iudic. l. si quis rei.
§. arras. ff. de solut. l. obligationem ferè. §. placet.
ff. de action. & obligat. l. si fundum sub conditio-
ne. §. qui fundũ. ff. de legat. 1. l. 1. C. de imposit. lu-
crat. descript. lib. 10. l. si filiusfam. in princip. ff. de
donat. l. tutor datus. ff. de fideiuss. l. si filiusfamil.
in fin. C. ad Senat. Consult. Maced. l. qui id, quod
ff. de donationibus. l. facturus. vers. certè cuiusque
rei potissima pars principium est &c. ff. de origin.
Iur. facit text. in l. 1. in princip. C. de impon. lucr.
101 descript. lib. 10.* vbi quod à primordio tituli
posterior formatur euentus. Et secundum
familiæ peripateticæ Principem, nempe *Ari-
stot. quint. Metaphisic.* semper à prima causa
102 denominatur effectus, & tradit Bart. *in l. 1. ff.
de aqu. pluu. arcend.* vbi, si venditor rẽ redimat
103 ex pacto de retrouendeodo, dicitur rem
habere nõ ex contractu retrouenditionis, sed
ex primo pacto de retrouendendo.

Congruitque vulgatum illud dictum, Ca-
rere successibus opto, qui rem ab euẽtu iudi-
104 cant, ex quo non exitus, sed initium debet
attendi, *vt post* Angel. *tradit* Alex. *in l sæpè. nu-
mer. 87. versic non obstat ratio. ff. de re iudic.* &
sequitur *Rota in causa Bononien. Fideicõmissi
22. Iunij 1639 coram Reuerẽdiss.* Terraconen.
*§. Nec obstare versic. non exitus, sed initium de-
bet attendi &c.* vbi dicitur, si coniunctus pro
coniuncto suscipiat defensionẽ alicuius causæ
105 sine speciali illius mandato procuræ, stanti-
bus coniecturis de quibus ibi, valet sententia
lata contra eum ex præsumpto mãdato, quia
cum ei fuerit fauorabile ab initio, vt ille con-
106 iunctus susciperet talis causæ defensionem,
quamuis succumbuerit, ex quo non exitus,
sed initium debet attendi, *& aliàs, vt ibi ha-
betur,* Quæ decisio fuit deinde confirmata
coram eodem die 18. *Maij* 1640. *§. Quibus deci-
sionibus. versic. vtilitas actus ab initio, non à fu-
turo euentu iudicanda venit, & ex Marzar. cõ-
sil. 22. nu 43.* asseritur, quod nihil est iniquius,
107 quàm iudicare ab euentu, idẽ etiam consi-
derauit Rota *coram bon. mem. Card.* Panzirolo.
*in causa Bononien. Census 16. Decembris 1639.
& coram Reuerendiss D.* Terracinen. *in causa
Regien. Iurispatronatus 27. Aprilis* 1640. *§. Nõ
primum. versic quia attenditur semper causa
originalis ex qua processit &c.* Congruitque
quod dicit Aristot. lib. 1. Phisic. nempe, Contra
negantes principia non esse arguendum. Et
obuiat, quod habetur *in cap. Principatus. 1.
quæst. 1. et in can miramur. distinc. 61. et in Auth.
quomod. oport. &c.* Impossibile esse, vt bono
peragantur exitu, quæ malo inchoata sunt
principio, Quamuis non esset nouum asserere,
& dixit Cæsar Imp. apud Salust. *Omnia mala
exempla, à bonis initijs orta esse.* Sed ad nos.
Iuxta enim initium de tota causa, atque de
108 toto negotio iudicium faciendũ est. *l. Pom-
ponius. 16. ff. de negot gest. l. 3. § scio ff. de minor.
l. 1. §. 1. Idem Pomponius. ff. deposit. l. si procurato-
rem. 8. in princip ff. mandat. l. in ratione 11. § si
filio ff. ad leg. Falcid. l. qui cum maior 14. §. 1. ff.
de bon. libert. l. sequitur 4. §. de illo. l. hominẽ. 19.
l. iusto 44. §. etsi possessionis. ff de præscript. &
109 vsucap.* Et qualitas illa, quæ semel cœpit rei
inesse semper perdurat. *Bald in cap. 1. num. 1.
de benefic. feud. in vsib. feud. Ias. in l. clam possi-
dere. num. 15. ff. de acquirend. possess.*
110 Vtique si emphyteusis concessio facta sit à
laico de bonis laicalibus in fauorem laicorũ,
tunc stipulatio sola pro hæredibus, et succes-
soribus includit etiam, & comprehendit ex-
traneos, *Clar. in § Emphyteusis. quæst. 28. nu 6.
cum alijs allegatis per Card. Mantic. de tacit. et
ambig. conuent. lib. 22. titul. 19. num. 2.* vbi quod
transit sine cõtrouersia, *alios refert* Marescott.
var. resolut. lib. 1. cap. 77 nu. 1. et seq. Rota *coram
bo. me. Card.* Seraph. *decis.* 188. *num. 3.* Nam, &
semper origo est attendenda, quamuis domi-

nium

Digitized by Google

111 nium directum perueniat in personã, seu lo-
cum priuilegiatũ, vt est Ecclesia, quia adhuc
extranei comprehenduntur sub dicta stipula-
tione *iuxta doctrinam Ancharan. in consil. 165.
num. 2.* Et si *Florian de* S. *Petro* dissentiat, opi-
nionem tamen *Ancharan.* secuta est *Rota, vt
coram bo. me.* *Card.* Caualer. *decis. 316. num. 6.
& recentius in causa Mediolanen. Emphyteusis,
seu bonorum 17. Iunij 1641. coram re. me. Mer-
lino est inter eius impress. decis. 872. num. 2.* Quia
semper origo est attendenda.

Hinc est, quod succedens in feudo, licet de
112 facto illud suscipiat à patre, vel ab agnato, ta-
men verè habere illud dicitur, etiãsi per mille
manus ambulauerit, à primo acquisitore, tã-
113 quam à radice. Cum radix portet feudum
ad posteros suos, veluti ad palmites proprios,
& sicuti fons ad riuulos. *l. pronunciatio §. item
appellatione.* ibi, *quasi à fronte quodam memo-*
114 *riæ ff. de verb signif.* Omnis namq; processio
est à principio eius, *vt ait Aristoteles prim. de
Cœlo. & Galenus de crisi. cap.* 8. et ex nostris in
terminis feudalibus. *Angel. de V bald in con-
sil. 110. incip. Sanctissima, & Illustrissima* Re-
gina. sub num. 6. versic. nam omnis processio &c.
Paris. *in consil. 23. num. 131. versic. Et ideo. par. 1.*
et tractant DD. et præsertim *Bald. in cap. 1.
§. si verò. de grad. successf. in vsib. feud. et in cap. 1.
de eo. qui sib. et hered suis.* Isern. *in cap. 1. col. fin.
an aguat. vel filij. & in cap. 1. Imperat. Lotar.
col. 4. & ibid.* Afflict. *& in cap. 1. §. hoc quoque
notab. quint. de successf. feud.* Mart. de Laud. &
Præposit. *in cap. 1. de eo, qui sec. fin. Agna. de be-
nefic. Hippolit.* Riminald. *consil. 246. numer. 63.
versic. succedens in feudo nõ dicitur habere cau-
sam à patre &c. lib.* 3. Io. Cephal *consil. 329.
num. 69. vers. succedens in feudo itidem dicitur
recipere à primo acquirente &c.* Præterea dixit
Rota *in causa* Romana *prætẽsionis deuolutionis
18. Februarij 1636. coram Reuerendiss.* Duno-
zett. *Decano. §. Hinc sequitur mihi. num. 106.*
115 Si pater committat delictũ per quod bona
feudalia transeant in Fiscum, intelligitur tan-
tum durante vita patris, et si ipsi filij nihil ha-
beant, ex illis bonis, in vita patris ali debent,
nam post eius mortem liberè ad eos redeunt,
116 quoniã filij succedũt primo acquisitori feu-
di, & non patri, vt dictum est.

Quemadmodum quoque in simili dicimus
117 de succedentibus per fideicommissum, nam
ipsi nequaquam succedunt grauato, licet ipse
realiter, et de facto bona fideicommisso sub-
iecta restituat, sed verè, & propriè ipsimet Te-
statori. *l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pu-
pill. l. precibus.* C. *de impuber. et alijs substit. l. sã-
cimus. §. cum autem.* C. *ad Trebell. l. vnum ex fa-
milia. §. si de falcidia. ff. de legat. 2.* Et ista est cõ-
118 munis opinio, quidquid minus verè sẽserit,
*Socin. in l. si cognatis. ff. de reb. dub. & in l. hæredes
mei. §. cum ita. ff. ad* S. C. *Trebell.* ideoq; passim
refutatur à DD. & præsertim à *Ruin. in consil.
342. num. 16. versic. quamuis. Socin. vol. 3.* Rub.
Alexand *in l. Gallus. §. quidem rectè. ff. de liber.
& posthum.* & Fab. Accorambon. *in d. l. hære-
des mei. §. cum ita, quos refert, & sequitur Ro-
land. à V alle in consil. 70. numer. 78. vers. Socin.
sententia reprobatur cõmuniter &c. vol. 3.* Quod
enim contra *Socin.* sit receptissima omnium
sententia *post Petr. Anton. Angussol. consil 1. ad
fin. lib. 3.* ample testatur *Hippolit.* Riminald.
*consil. 246. num. 64. tom. 3 et consil. 759. num. 61.
versic. secundum communem sententiam contra
Socin. tom. 7. V incent.* de Franch. *decis. Neapolit.
153. num. 19. vers. item est regula, dum succedi-
tur per fideicommissum testatori, & non hæredi
succeditur &c.*

Huius verò cõclusionis potissima ratio, quæ
119 eã in tutissimo portu retinet, est suprarelata
regula, quia actus non exequenti, sed quidem
ordinanti ascribitur *ex iuribus allegatis supra
num. 97.* Et in specie de succedente per fidei-
commissum, vt hoc casu bona non capiat ab
hærede, sed à testatore, *scitè expenderũt mul-
ti DD. & præsertim Marc. Anton. Natta in cõ-
sil 675. numer. 24. versic. per fideicommissariam
substitutionem succeditur testatori, non autem
vltimo defuncto, & rectè hoc dicitur, quoniam
actus attribuitur ordinanti, non exequenti &c.*
Vbi ex hoc infert, quod testatoris propinqui-
120 tas cõsideratur in successione fideicommissi,
non propinquitas vltimo defuncti, vnde testa-
tor dicendo, si aliquis ex hæredibus decesse-
rit, tunc substituo proximiorem superuiuen-
121 tem, nam intelligitur de proximiore ipsi te-
statori, quàm opinionem opportuniori loco
reseruo dilucidãdam, cum pulchra sit, & adeo
difficilis, vt aliqui dirimendam esse gladio,
more Longobardorum scripserint, *& potissi-
mũ Michael* Paleaz. *in tract. de maiorit. part. 2.
quæst. 8. in princip. versic. necesse gladio dirimere-
tur, & Anton.* Thesaur. *decis. Pedemontan. 84.
num. 1 vers. gladio dirimenda esse &c.*

Adde in terminis de quibus supra *Aymon.
Crauett. consil. 144. num. 2. versic. dicitur mini-
mè habere bona ab ipso grauato exequente, sed ab
ipso primo testatore ordinante, quia attribuitur
mandanti, & non exequenti &c. Hippolyt.* Ri-
minald. *d. consil. 759. num. 61. versic. in fideicom-
misso succeditur testatori nõ grauato, quia actus
attribuitur ordinanti &c. Io. Petr.* Surd. *decis.
Mantuan. 292. nu. 8. versic habere bona à gra-
uante non à grauato, cum actus tribuatur ordi-
nanti, non exequenti &c.*

Hinc est qui recipit libertatem per fideicõ-
missum, ob ingratitudinem ab hæredibus, nõ
potest illa priuari, quoniam censetur à fidei-
committente recepisse. *Ioan.* Cephal. *in consil.
329. num. 67. versic qui recipit libertatem per fi-
deicõmissum &c. Io. Francisc.* Rip *in l. in quar-
tam num. 135. ff. ad leg. Falcid.* Vbi ait, si pater
122 fuerit grauatus post mortem hæreditatem,
vel legatũ restituere filijs, cum ipsi id capiant
ex dispositione ordinantis, quamuis de facto
123 à patre, nõ imputantur eis in legitimam de-

bitam de substantia patris. Facit etiam quod
habetur in l cum dotem ff ad l·g. Falcid. vbi si
124 vxor per interpositam personam dotē reci-
piat, nihilominus à marito eam recepisse cē-
setur, & illa persona, quæ immediatè soluit nō
spectatur, eum non soluerit ob causam obli-
125 gationis propriæ, sed mariti. Quemadmodū
qualitas administratoris immediatè agentis,
nō spectatur, sed Domini. l. denique. § fin. ff. de
minor. l fin. C. si aduers rem iudic. cum simil.

Hinc est obligatio reddendi rationem de
126 exactis, comprehendit etiam exacta ab alio
de eius ordine, cum exigisse videatur, qui
per alium exegit. l. tres tutores. §. non solum,
ff de administrat. tut. & l ita autem. §. gessisse.
ff. eodem. l. solutam. ff de solut. l. vero procuratori.
ff eodem. Escobar. de ratiocin. cap. 3. numer. 20.
vers. non solum pro se, verum etiam per aliū &c.
Lartea decis Granaten. 45. sub num. 19. versic.
nam gessisse quis videtur, quod per alium &c. cū
alijs allegatis per Rotam decis. 599 nu. 17. vers.
qui meritis fuit executor &c. part. 5. tom. 1. & co-
ram Reuerendiss. Carillo in causa Rossanen. Ex-
emptionis 22. Iunij 1640. §. Prout nec etiā vers.
quoniam actus attribuitur ipsimet ordinanti, &
non exequenti &c.

Prędictaque conclusio, quod dans ordinem
127 alicui ad exigendum, ipse videatur exigisse,
procedit etiam quando quis ad exigendum
fuit propositus expresse, siue tacitè. glos. ma-
gna in l. 1. ff. de exercit. action. & in l. quicumque.
§. nos autem. in verb dumtaxat. ff. instit. action.
Batt. ibidem. in princip. Gratian. discept. 677. nu-
mer. 23. versic. regulariter dominus tenetur de
facto institoris, circa id ad quod propositus ex-
presse, vel tacitè &c. Rota Iannen. decis. 14. nu-
mer. 2. & 3. vers quando sciente, & patiente do-
mino aliquid geritur, tacitè praeponi censetur &c.
& in ipsis terminis quod fideiubēs pro aliquo
128 pro pecunijs ab eo exigendis, quantūuis fi-
deiussiones strictè debeant intelligi, & vt mi-
nus obligent, quàm fieri possit, nihilominus
129 fideiubēs, teneatur, etiamsi alius exigat no-
mine, & de ordine tacito, vel expresso illius,
pro quo fideiussit, sedulò fuit resolutum in Ro-
ta coram R. P. D. Bichio in causa Romana Pecu-
niaria 15. Iunij 1643. §. Nec releuat vbi dici-
tur vetum esse fideiussiones non esse extendē-
130 das de persona ad personas, sed in casu isto
nulla fit extensio, quia qui exigit per alium,
per se ipsum videtur exigere.

Si ergo (vt redeam ad propositum nostrū)
actus omnino tribuitur ordinanti, & nō exe-
131 quenti, non est dubitandū asserere dū exe-
cutor testamentarius iuxta ordinem testato-
ris personam nominat incertā, nihil de nouo
132 facit, cum tantum ipsius testantis voluntatē
aperiat, & ad speciem deducat, seu declarat.
Ea enim est natura declarationis, vt nihil de
nouo inducat, sed potius illud, quod inest de-
133 tegat, sicuti ille qui excutit granū ex spicis
quia nouam non facit speciem, sed illam, quæ
inerat aperit. ad notat. in l haeredes palam. § sed
si quid ff de hered. institutēd. l. illa institutio ff. de
acquir. rer. dom. l. asse toto ff. de hered. instituend.
l. illa institutio. ff. de condit. instit. l vnum ex fa-
milia. §. 1. ff. de legat. 2. cap. nouit de appellat. l.
adeo. § cum quis. vers. videtur tamen mihi. ff. de
action. rer. dot. cap. literis. de rescript. Clem 1. in
princip. de iurepatron. Raphael Fulgos. cons. 147.
sub numer. 2. incip. Visa quadam supplicatione.
vers. clarum est, quod qui declarat &c. Anchar.
consil. 63. incip. pro clariori. num. 3. vers qui de-
clarat nihil de nouo facit &c. Ferdinand. Vasq.
illustr. controuers. lib. 1. cap. 44. nu. 2. Octauian.
Glorit. consil. 7. numer. 25. & seq. Barbos axio-
mat. 66. num. 5 & 6 Mar. Mut decis Sicilia 72.
num. 30. versic. sicut ille, qui excutit granum ex
spicis &c. Surd. decis. Mantuan. 69. num. primo,
vbi multos DD. adducit. versic. per declarationē
nihil de nouo fit &c. Rota penes Bellamer. de-
cis. 746. incip. Licet obseruet Romana Curia. sub
num. 1. versic. declaratio nihil de nouo disponit,
quæ decisio est replicata in nouis decis 47. de
rescript. idemque sensit coram re. me. Merlino
in causa Bononien. legati de Marescottis 15. Ia-
nuarij 1627. est decisio 28. num. 10 versic. decla-
rans nihil de nouo disponit &c. part 5. recent.
est inter eius impress. decis. 249. num. 10. et coram
Card. Pāzirolo in Romana Fructuum dotis 29.
April. 1641. §. Quia cum. versic. declaratio illa
patefacit veritatē rei &c. et coram bo. me. Card.
Sacrato in causa Lauretana Iurisdictionis 5.
Maij 1618. vbi dicitur, cum declaratio nihil
134 de nouo addat, ideoque dum Papa aliquid
declarat, non est necessaria derogatio Iuris
quæsiti. et tradit Sarnens. super dicta regula
quæst. 13. nu. 2. versic. et ideo pro resolutione &c.
Mandos. ibidem quæst. 7 num. 1. & 2. & iterum
sensit Rota coram eodem Cardin. Panzirolo in
causa Camerinen. pensionis 26. Iunij 1641. ver-
sic. Ex hac enim Papa declaratione. versic. etiam
cum derogatione regula de Iure quæsito non tol-
lendo, licet non fuisset necessaria, cum ageretur
de voluntatis declaratione, quæ nihil de nouo,
sed solum volantatem praecedentem declarat, &
patefacit &c. Estque adeo indubitata dicta
opinio, vt declarās nihil de nouo addat, quod
135 non admittit probationem in contrarium,
vt post Bellam. in consil. 33. num. 40. et seq. & res-
pondit Rota coram bo. me. Coccino in causa
Gerunden. Iurisdictionis 11. Decembr. 1630. est
decis. 414. sub num. 18. versic. non admittit pro-
bationem in contrarium &c. part. 5. recent.

In ipsis verò terminis quando testator re-
136 liquit aliquod piè distribuendum per exe-
cutores testamentarios, tunc per eorum de-
clarationem nihil de nouo dicantur dispo-
137 suisse, sed perinde esse, ac si testator in suo
testamento id expressisset consultus respondit
Anchar. in consil. 329. incip. Dubitationem facie-
bat sub numer. 2. versic quia declaratio facta ab
executoribus, videtur facta ab ipso testatore, &
qui factum alterius exequitur, vel declarat, non
dicitur

dicitur aliquid noui facere &c. Surd. *dec. Mantuan. 292. sub num. 10. vers. Reuerendi Fratres S. Francisci videntur hoc relictum habere potius à testatore, qui ordinauit, quod eius bona distribuerentur ad pios vsus, quàm ab herede, qui fecit talem distributionem &c.*

Vtique cum dicta declaratio facta ab exe-
138 cutoribus testamentarijs de mandato testa-
toris nihil de nouo faciat, sed tantum illi gra-
num ex spicis excutiant, non poterit conside-
139 rari aliqua incertitudo, in qua possint se
fundare priuilegia Reuerendæ Fabricæ S Pe-
tri, quoad legata pia incerta. Declaratio
140 etenim ostendit, & detegit, quod in ipsa
dispositione essentialiter cōprehēditur. *l. adeo. §. cum quis. in fin. ff. de acquir. rer. dom. cum alijs allegatis per Io. Baptist. Larr. dec.* Granaten. 42. *sub num. 32. versic. declaratio actum in præteritum ostendit &c. part. 1.* Rota *coram bon. mem. Buratt decis. 10. num. 17. vers. sed quid in præteritum actum sit declaratio ostendit &c.* multaque congerit *Io. Petr. Fontanella decis.* Cathaloniæ 172. *num 7. vers. declaratio iam factum aperit, & ostendit &c.* amplia supradicta, vt in sequenti capite,

ARGVMENTVM.

Declaratiua virtus, cum dicatur inesse ipsi dispositioni, nam retrotrahitur vsque ad initium ipsius actus declarati, vnde ea admittitur etiã in præiudicium eorum, quibus medio tempore fuit ius quæsitum.

Legatum pium incertum, quando ex ordine Testatoris potest ad certitudinem deduci per personam ab eo destinatam, statim secuta dicta declaratione, cum retrotrahatur vsque ab initio, tunc cum Fabrica S. Petri de Vrbe, nō habeat, vnde fundet suam intentionem, circa sua priuilegia, quoad legata pia incerta, ideoque ea cessabunt.

Lex noua, licet non habeat oculos, nisi ante, & sic respiciat tantum futura, & non præterita, tamē aliam vim habet ipsius legis declaratio, quia ista respicit tàm futura, quàm præterita.

Declaratio dicitur statim fieri, licet fiat ex interuallo, si in ipso actu id fuit reseruatum. Incōtinenti, quæ fiunt videntur inesse ipsi actui, & exceptiones incontinenti probãdæ admittuntur etiam contra sententiã, quod est adeo verum, quod si Iudex eas non admittat, appellatur ab eo, & alia plura circa hanc materiam habes.

SVMMARIVM.

141 *Declaratio per retrotractionem videtur inesse ipsi actui declarato vsque ab initio. & nu. 142. & num. 146.*

143 *Cardinalem, si Papa suspendat, donec interpretentur quædam eius scripta, suspecta de heresi, secuta declaratione, quod ea catholica sint, quid operetur talis declaratio. et nu. 144. & 145.*

147 *Terminum habens ad ponendum, vel articulandum potest declarare positionem, vel articulum post lapsum termini.*

148 *Declaratiua virtus, videtur inesse ipsi dispositioni.*

149 *Declaratio retrotrahitur ad tempus dispositionis.*

150 *Lex habet oculos ante, & non retro.*

151 *Princeps non præsumitur velle prædiudicare tertio.*

152 *Lex noua ad præterita, si traheretur, qualia absurda sequerentur.*

154 *Lex, si procedat per viam declarationis legis iam latæ, tunc talis declaratio extenditur etiã ad præterita.*

155 *Legis declaratio habet maiorem vim, quàm lex noua, quia ista respicit tantum futura, illa vero tàm futura, quàm præterita.*

156 *Executores testamentarij dum mandante testatore, post mortem declarant eius dispositionem dubiam, & incertam, perinde est, ac si testator ipse declarasset in testamento.*

157 *Fabrica S. Petri de Vrbe, secuta declaratione legati incerti facta per personam ad hoc electam à testatore, non habet vnde fundet eius intentionem circa legata incerta.*

158 *Declaratio post ius quæsitum alteri, non admittitur in eius præiudicium.*

159 *post Testatoris mortem stante incertitudine legatorum piorum, dicitur acquisitum ius Fabricæ Sancti Petri de Vrbe, stantibus eius priuilegijs,*

160 *Itaque nullatenus possunt executores testamentarij talem incertitudinem declarare, licet super hoc habeant auctoritatē à testatore.*

161 *Declaratio super re dubia admittitur, etiam si ea redundet in præiudicium eius, cui fuit ius quæsitum.*

162 *Dispositio illa dicitur dubia, dum ignoratur de quo loquatur.*

163 *Declaratio dum versatur circa rem claram, non tollit ius quæsitum.*

164 *Dispositio, quando est clara, non admittitur declaratio, quæ tollat ius quæsitum.*

165 *Declaratio non versatur circa rem claram, quia tunc nō est declaratio, sed noua dispositio.*

166 *Declaratio Principis, dicentis sua intentioni non fuisse, non præiudicat, cui erat iam ius quæsitum.*

167 *Declaratio illa, quæ tollit ius alteri quæsitum est nulla.*

168 *Legem iterum statuere super re iam statuta nō est æquitatem in medio proponere, sed præteritis calumniam inuenire.*

170 *Declarationes, quando dicantur iniquæ, et ipso iure nullæ, & tribuendæ circumuentioni, et importunitati partium.*

171 Teudi

171 *Feudi appellatione non venit emphyteusis, & nomen feudi nihil commune habet cum emphyteusi.*

172 *Lex, si lata reperiatur super materia feudali, si postea declaretur, legislatorem voluisse etiã comprehendere emphyteusim, illa non potest dici declaratio, sed noua dispositio.*

Qua post ius quasitum alicui, non potest ei praiudicare.

173 *Reseruatio declarationis facienda, in ipso actu facta, quid operetur.*

174 *Declaratio dicitur statim fieri, licet fiat ex interuello, si à principio id fuerit reseruatum.*

175 *Testator videtur ipse declarasse suam voluntatem ab initio, dum de eius ordine ad lucem deducitur.*

176 *de Voluntate testatoris, quando constat, siue ea fuerit per eum declarata, siue ab alio, de eius ordine, seruanda est.*

177 *Dispositionum piarũ Fabrica S.* Petri *est executrix, & socordes haredes excitat ad vigilãtiam, vt onus sibi impositum exequantur, & quid ex hoc infertur. & nu. 178.*

179 *Elogia suprema mortuorum, Iura strictè mãdant, vt seruentur.*

180 *Fabrica S* Petri *non habet in facultatibus sibi per Summos* Pontifices*, concessis voluntatec defunctorum violandi auctoritatem.*

181 *Testator si iusserit, vt nemo prorsus mortaliũ, possit quarere rationem ab eius executore testamentario, circa executionem legatorum piorum, tunc non valet se intromittere. et numer. 183.*

185 *pro Factis habentur, qua mox factura sunt.*

186 *Interesse dicitur certum, et indubitatũ, quando de proximo constare potest. et nu. 187.*

188 *Sententia non liquida executio peti potest, vbicumque liquidatio fieri potest in executione.*

189 *Pupillus proximus pubertati habetur pro pubere, quantum ad hoc, vt suo tutori non prastet executionem, quoad suscipiendas alias tutelas.*

190 *Basilica non dum consacrata, proximè tamen consecranda, gaudet priuilegijs Ecclesiarum, amplia nu. 191.*

191 *Baptizatus, & mox baptizandus eodẽ vtuntur priuilegio.*

Priuilegium *idem debetur rei, qua est in fieri, & rei iam facta.*

193 *Vxoris appellatione venit etiam sponsa post nuptialem benedictionem, quamuis carnalis copula non sit secuta.*

194 *Sponsa post nuptialem benedictionem, si antequam sequatur copula, moriatur, an sponsus acquirat lucrum dotale, ardua est quastio, & num. 196.*

197 *Argumentum ab allusione vocabuli in iure est frequentissimum.*

198 *Vxor dicitur, quasi viri vsus, vnde nisi fuerit in vsu viri, non potest dici vxor, nec eius appellatione venit.*

199 *Vxor non dicitur ab vsu viri, sed ab vnguẽdo tale nomen deriuat.*

200 Puella *antiquitus vnguebãt fores sponsi oleo, seu lupino adipe, vt inde malum omne arcerent, ipsaque vna cum viro faustè viuerent.*

201 Sponsa *etiamsi moriatur ante consummatum matrimonium, sponsus lucratur quantum dotale, & est vera opinio.*

202 Compensatio *non admittitur de liquido ad nõ liquidum.*

203 Creditum, *tunc dicitur liquidum, et certum quando nulla exceptione elidi potest.*

204 Compensatio *non est reijcienda de credito etiã non illiquido, quando de proximo potest liquidari, & intra quantum tempus.*

205 Compensationis *liquida exceptio, potest opponi contra sententiam.*

206 Compensatio *tunc dicitur liquida, quoties est incontinenti liquidum creditum, vel de proximo liquidandum.*

207 Incontinenti, *qua fiunt, videntur inesse in ipso actu.*

208 *Debita esse liquida, vel breui tempore liquidanda, paria sunt in terminis compensationis.*

209 *Creditum illiquidum, vt de proximo, aut incontinenti dicatur probatum, ad hoc, vt interea compensatio, quando dicatur.*

210 *in Facto ea, qua consistunt, non possunt certa lege definiri.*

211 Probatio *incontinenti facienda, qua sit in religione iudicantis, positum est.*

Qui longius, vel breuius tempus ad hoc iudicabit esse habile, iuxta qualitates personarum, & exceptionum.

212 Iudex *si recuset admittere exceptiones incontinenti probandas aduersus sententiam, potest ab eo appellari.*

213 *Iudex reijciendo legitimas exceptiones dicitur excedere suas facultates.*

214 *in Factis incontinenti non admittitur, nec prius, nec posterius, quia simul facta, & inuicem inesse videntur.*

215 *Factum incontinenti post litem contestatam censetur factum ante litis contestationem.*

216 Iuramentum *pauló ante, vel pauló post sentẽtiam prastitum, perinde est, ac si in ipsa sentẽtia prolatione esset prastitum.*

217 *in Legatis pijs incertis* Fabrica S. Petri *de Vrbe habet intentionem fundatam.*

218 *Legata pia non possunt dici incerta, quando incontinenti possunt certiorari per executorem testamentarium de ordine testatoris et n. 219.*

220 *Illiquidum, vel incertum reputanda sunt liquida, & certa, quando facili negotio possunt liquidari, aut certiorari.*

221 *Rescripta Principum ad proprios intellectus debent semper extendi.*

222 *Principum gratia à iure communi recipere debent interpretationem.*

CAPVT LXXXIII.

DIspositiones ad pias causas ordinatæ,
quod non possint dici incertæ, ad effe-
ctum, vt nullatenus valeam intrare amplis-
sima priuilegia concessa Venerabili Fabricæ
S. Petri de Vrbe circa legata pia incerta, quã-
do illæ veniunt declarandæ per personas ad
hoc electas à testatore, cum actus ille tribua-
tur non exequenti, se ipsi testatori, nam exe-
cutor id declarando nihil de nouo faciat, cũ
ad lucem deducat ipsam testatoris voluntatẽ,
quasi excutiendo granum ex spicis, vt latè
dictum est in præcedenti capite. Quæ con-
clusio multò magis admittenda in his ter-
141 minis venit, quia in Iure absque controuer-
sia transit, quod declaratio per retrotractio-
nem videtur inesse ipsi actui declarato vsque
142 de tempore ipsius principalis dispositionis.
*l. haredes palam. §. 1. ff. de testament. & notatur
in l. ab executore ff. de appellat. et l. si cui exceptio-
nes. §. quatenus. ff. quod met caus. & litem ve-
niunt. §. & cum prædiximus. ff. de petit. hared.
& notant Paul de* Castr. *Io. de Imol. & Aretin.
in d. l. haredes palam. §. 1. & tradit* Bald. *in d. l. nõ
dubium in 3. notab. C. de legib.* Decian. *in consil. 8.
nu. 211. versic. declaratio virtualiter dicitur cõ-
tineri in ipso actu declarato &c. tom.* 1. vbi plu-
res alios DD. adducit.

In quo consilio Decian. respondit, quod
nominatus à Summo Pontifice in Cardinalẽ,
143 & suspensus, donec interpretentur certa
eius scripta suspecta de hæresi. si per eum non
stet, vel dum legitimè, & catholicè est inter-
pretatus, potest habere vocem in Conclaui
144 actiuam, & passiuam, Et quatenus Cardi-
nalis scripta fuerint aliquantulum dubia, ta-
men si deinde per eum catholicè fuerint de-
clarata, perinde est ac si à principio in nihilo
fuerint suspecta, cum declaratio nihil de no-
uo inducat, & retrotrahitur vsque ad initiũ,
145 & aliàs pront latissimè habetur in dicto cõ-
silio, quale scriptum fuit à Marco Mantua, &
à Hieronymo Torniello &c.

Quod enim d. conclusio circa retrotractio-
nem declarationis, vt ea fiat vsque ad initium
sit verissima, non est dubitandum admittere,
cum sit iuribus, & rationibus roborata, *et præ-
ter supra relatos DD. vide* Brunor. à Sole *in
suis loc. comm. in verb. Declaratio I. cum alijs
pleno calamo adductis per* Lud. Schatder. *in tra-
ctat. de feud part.* 10. *sect.* 20. *nu.* 38. *vers. certum
est, quod declaratio retrotrahitur ad tempus
actus &c.* & addo *Surd. decis.* Mantuan 69. *nu-
mer. 2. versic. retrotrahitur ad tempus facta dis-
positionis &c.* & allegat *glos. & DD. in cap. cum
tu. de vsur.* Bart. *in l omnes populi. num 44. vbi
Caccialup. num. 151. ff. de iustit. & iur. cum alijs
vt ibi habes,* & addo *Hippolit.* Riminald. *in cõ-
sil. 351. nu. 76. versic. mirificè notari debet, quod
declaratio retrotrahitur &c.* nec non post. *Ioan.*
Andr. *in addit. ad Specul. de test. §. nunc videndũ,*
147 ait, quod terminum habens ad ponendum,
& articulãdum, potest declarare positionem,
& articulum post lapsum termini, cum virtus
148 declaratiua videatur ipsi dispositioni inesse.
Idemque sensit *Ioach.* Mysinger. *obseruat. Im-
perial. centur. 1. obseruat. 34 num. 3. vers. intelli-
gitur verum, nisi positio esset obscura, quia potest
declarari, etiam effluxo termino probandi &c.*
149 Ita etiam sæpius iudicauit Rota, & præser-
tim *in recentior. decis. 502. sub num. 16. vers. de-
claratio retrotrahitur ad tẽpus dispositionis &c.
part. 1. & decis 700. sub num. 16. versic. Declara-
tio retrotrahitur ad tempus cõtractus &c. par. 2.
coram bo. me.* Buratto, *qua inter eius impress. est
decisio 113. nu. 24 & deinde fuit dictum coram
bo. me.* Coccino *in causa Gerunden. Iurisdictio-
nis 11. Decembris 1630. est decis. 414 sub nu. 17.
versic. declaratum retrotrahitur retro, et videtur
inesse à principio actui declarato &c par. 5. recẽt.
& decis. 100. numer. 5. part. 6. & coram Cardin.*
Panzirolo *in causa Vicen. Prioratus de Mallen.
2. Iunij 1636. est decisio 140. num. 14. vers. decla-
ratio dicitur inesse actui, vsque à tempore princi-
palis dispositionis &c. part. 7. recent. & coram
R. P. D.* Bichio *in causa Romana Fructuũ Do-
tis 23. Iunij 1642. §. Addebant. vers. quia decla-
ratio retrotrahitur ad diem contractus, & inesse
videtur actui declarato &c.*
150 Hinc quoque est, quamuis inuiolabile sit,
quod non retro, sed antea Leges respiciant.
*l cum Lex ff de leg & l. leges. 3. C. eod. titul. & l.
diuersus. C. mandat. auth. vt cum. de appell. co-
gnosc. in princ. coll. 8 & auth. de nupt. in princip.
cum alijs allegatis in causa* Spoletana *Successio-
nis 8. Martij 1638. coram bo. me. Card.* Verospio. *§. Non etiam. versic natura legis est proui-
dere, & dare formam præteritis, & non futuris
negotijs &c. & in causa Viterbien. Census* 18.
Februarij 1639 coram eodem Card. Verospio.
*§. Neque poterat. versic. contra naturã legis, quæ
forma dare solet futuris, & non præteritis nego-
tijs &c.* Et ratio est, quia Princeps sua lege
151 numquam præsumitur velle alteri præiudi-
cium inferre. *l 2. §. merito, & §. si quis à Princi-
pe. ff ne quid in flumine fiat. cum simil.* Si enim
Lex noua ad præterita traheretur, sæpe inno-
152 centes punirentur, contractus legitimi irri-
tarentur, & quamplurima alia incommoda
sequerentur, vt prudenter ratiocinatur *text.
in cap. cognoscentes. 2. ibi. rem, quæ culpa caret
153 ad damnũ vocari non debet &c. de constit.* Quæ
tamen cõclusio limitatur in casu nostro, quãdo
Lex procedit per viam declarationis legis iã
latæ, quia tunc talis declaratio extenditur
etiam ad præterita negotia, iuxta text. *in §. 1.
auth. de fil. ant. dotal. instrum. nat. et in auth. de
raptor. mul in fin. ibi tamquam si Lex nostra ab
initio, cum tali interpretatione promulgata fuis-
set &c. l. fin* C. *de pact. l penult. C. de vsur. l. fin.
C. de transact. cap. quoniam de simon. et cap. 2 de
indic.*

indie. Hinc quasi admiratus inquit *Bald. in*
155 *l. non dubium. col.2. C. de leg.* quod maioris
momenti est declaratio Legis, quàm ipsa lex
noua, quia declaratio comprehendit præte-
rita, & futura, Lex vrò noua, tantum futura,
& sæpius respondit Rota, & præsertim *coram*
Reuerendissimo D. Dnnozetto *Decano in causa*
Meleutana Antianitatis 26. Martij 1640. §.
Nec obstat. vers. cum illa praesserit per viam
declarationis visa fuerit comprehendere etiam
casus præteritos &c.

Nõne modo clarè patent, quæ dixi, scilicet,
156 eum ea sit natura declarationis, vt retrotra-
hatur, vsque ad initium, quare dum executo-
res testamentarij, mandante testatore post
mortem declarant eius dispositionem dubiã,
& incertam, perinde est, ac si ipse testator in
ipso testamento eam declarasset. Itaque Re-
157 uerenda Fabrica non habet vnde fundet in-
tentionem suam quoad executionem suorum
priuilegiorũ, quantum ad legata pia incerta;
Concedo, declarationem post eius quæsitum,
158 non admitti in eius præiudicium *Aretin. in*
l. si quis tutatione ambigua in fin. ff. de pact. Pur-
purat. *in l. adita nu. 98. C. de edend. Ægid.* Bel-
lam. *consil. 19 col. 2. cũ alijs relatis per Hieronym.*
Magon. *decis. Rotæ Lucen. 61. num. 14. vers. est*
satis intempestiua declaratio post acceptationem,
& ius tertio quæsitum &c.

159 Vnde cum post mortem testatoris stante
incertitudine personarum, quibus erat faciẽ-
da solutio legati pij, fuerit ius quæsitum Re-
uerendæ Fabricæ, nullatenus possunt execu-
160 tores testamentarij per eorum declaratio-
nem ius Fabricæ intrvertere. Quia respon-
161 deri potest, quando sumus super aliqua re
dubia, tunc admittitur declaratio, etiamsi ea
redundaret in præiudicium tertij quod enim
versemur in re dubia non est controuerten-
162 dum, ignoratur quippe cui sit facienda so-
lutio legati relicti, & ita prædictam iuris cõ-
clusionem limitauit *Magon. in annotat. ad d.*
decision. Lucens. 61. in litera D. vers. si autem de-
claratio esset, super aliqua re, seu super aliqua
verbo dubio, præiudicaret etiam tertio &c. & al-
legat *Hippolit. Riminald. consil. 399. numer. 16.*
163 Sicque quando declaratio versaret circa rẽ
claram, sicuti non est casus nõster, & tunc ea
non tollit ius quæsitum ex actu declarato.
Paul. de Castr. consil. 338. ad fin. lib. 1. Dec. *con-*
sil. 114. post num 5. et dixit Rota *coram sa. mem.*
Gregor. XV. *decis. 375 num. 10. vers. non versa-*
tur circa rem dubiam sed circa rem claram, quæ
non tollit ius quæsitum &c. Vnde quando dis-
164 positio est clara, non admittitur declaratio,
quæ tollat ius quæsitum, *vt benè pluribus re-*
latis demonstrat Surd *consil 192. num. 31. vers.*
quamuis declaratio soleat retrotrahi ad tempus
celebrati actus, tamen hoc procedit, quando actus
erat dubius, aliàs secus &c. Et subdit, quod tũc
165 non est propriè declaratio, sed noua dispo-
sitio, & non tollit ius quæsitum, nec præiudi-
cat. Imo *Ancharan. in consil. 398. Præmitto pro*
clariori. ad finem, probat quod declaratio
166 Principis dicentis suæ intentionis &c. non
præiudicat ei, cui erat iam ius quæsitum, quia
talis interpretatio est iniqua, contra ius, & per
consequens nulla, & allegat *text. in l. quoties.*
& in l. rescripta. C. de precib. Imperat. offerend.
167 & subdit, quod super statutis, legem iterum
statuere nõ est æquitatem in medium propo-
nere, sed præteritis calumniam inuenire. *l. 1.*
C. de decur. lib. 10. Rota penes Bellamer. *dec. 723.*
sub numer. 4. vers. tertia ratio. dicit, quod tales
168 declarationes sunt iniquæ, & ipso iure nul-
læ, & attribuendæ circumuentioni, importu-
nitati, aut errori, sequitur *Socin. consil. 260. In*
causa. num. 10. vol. 2. comprobat *Gabr. commun.*
opin. lib. 6. titul. de regul. iur. conclus. 3. numer. 62.
& seq. Videatur etiam *Dec. in cap. fin. num. 13.*
de Constitut. vbi ait, quod licet *Paul. Castren.*
& Dec. supra allegati, loquantur in rescripto,
vel in priuilegio, idem tamen videtur dicen-
169 dum in Lege, vel in Constitutione, vt non
trahatur ad præterita in alterius, cui fuit iam
ius quæsitum præiudicium, *& optimè id dedu-*
cit Francisc. Bec. consil. 3. à numer. 43. lib. primo,
170 vbi ait, si aliqua lex lata sit, in materia
feudali, cum certum sit, quod appellatione
feudi, non continetur emphyteusis, & nomen
171 feudi nihil commune habet cum nomine
emphyteusis, Consequens est si postea decla-
retur, sub nomine feudi legislatorem voluis-
se comprehendere etiam emphyteusim, ista
172 non poterit dici declaratio, sed potius no-
ua dispositio, quæ post ius quæsitum alicui,
non potest ei præiudicare.

Sed in hac conclusione amplius tecum in-
sistere, quoniam omnis amaritudo deuorata
173 remanet in casu nostro, tum quia sumus
in re dubia, tum quia per reseruationem fa-
ctam à testatore in ipso testamento, vt execu-
tores, seu alij declarent personas incertas, quæ
reseruatione stante in ipso actu, ea ponit fal-
174 cem ad radicẽ vt est casus in *l. Modestinus.*
ff. de solut. vbi illud dicitur fieri statim, licet
fiat ex interuallo, si à principio id fuit reser-
uatum fieri, idque tetigi *supra num. 70.* & ipse
testator videtur nominasse, seu declarasse
175 propriam voluntatem, dum de eius ordine
ad lucem deducitur, *vulgat. cap. qui per alium.*
de reg. iur. in 6. cum alijs supra à me allegatis
cap 82. num. 98.

Quibus sic stantibus, cum constet de vo-
luntate testatoris, non est quidquam aliud
quatenndum, sed illa, vt omnia iura strepitant
debitæ executioni demandanda venit. Non
enim venerabilis Fabricæ S. Petri, cuius pia
177 mens est vtile negotius agere pro defun-
ctis, dum eorum religiosas dispositiones exe-
qui curat, eum negligentes, & socordes exci-
tat hæredes, seu executores, vt vigilantes sint
178 circa onus eis impositum exequendi pias
defunctorum voluntates, neque diutius reli-
ea

cta differantur suffragia, putandum non est
velle se intromittere circa ea, quæ testator
mandauit diuidi inter pauperes CHRISTI
ad electionem executorum. Iura quippe stri-
ctè mandant, vt suprema elogia mortuorum
debitæ executioni, mandentur vt sæpius me-
mini, et infra latius dicam.

Neque d. venerabilis Fabrica habet in fa-
cultatibus, sibi per Summos Pōtifices largitis,
180 defunctorum voluntates violandi auctori-
tatem, neque in hoc dd. facultates, seu Con-
stitutiones aliam actionem ipsi tribuunt, *vt
considerauit* Rota *in causa Romana Fabricæ
26. Aprilis 1602. coram bon. mem.* Corduba
*§. Secundò quia idem. vers. facultatem Fabricæ
nō habent locū contra testatoris voluntatē &c.*
Vbi dicitur, quando testator disposuit, & vo-
181 luit neminem prorsus mortaliū posse quæ-
rere rationem ab executore testamentario de
gestis ab eo, tunc Fabrica non potest eam pe-
tere, quoad executionem legatorum piorum,
182 tantoque magis, quando testator ipsi hære-
di, vel executori legauit id totū, in quo mole-
stati, vel condemnari contingerit.

Quod fortè puto sine difficultate transire,
183 quando testator ordinasset, ne Episcopus,
vel Reuerenda Fabrica manus imponeret, &
in casu impositionis, non sit legatum pium
& habeatur, ac si non esset relictum, *vt sense-
runt* Vasquez *de succes. creat. quem sequēdo re-
fert.* Molfes. *in 2. part. summ. moral. tract. 33. cap.
3. num. 205.* Reg. de Pont. *consil. 37. nu 6. vol 2.
Io. Baptist. de* Thoro *in sum. priuileg. piar. caus.
priuileg. 239. in fin. vers. nisi testator dixerit, si
Episcopus. vel Reuerenda Fabrica imponat ma-
nus, non sit legatum pium &c.* Cœterum alia
184 ad hanc materiam spectantia scilicet priui-
legia Fabricæ non intrare contra mentem te-
statoris, si in casu negligentiæ executorum,
ipse aliter prouidit dicam *infra*.

Nec silebo alijs rationibus inuincibilem
reddere supra firmatam conclusionem, nem-
pe Fabricæ priuilegia, quoad legata incerta
non intrare, quando testator aliquid reliquit
distribuendū inter pauperes, vel ad alia ope-
ra pia ad electionem, vel nominationem ali-
cuius, & præsertim ex illo satis decantato
185 axiomate, videlicet, ea, quæ mox sunt factu-
ra, habentur pro factis *l. vestimentum ff. de
aur. & argent. legat. & est solemnis, & vulgatus
textus in l penultima ff. de milit. testamen. & in
l item legato. ff de legat. 3. & in l si quis eum sci-
ret, ff. de vsucapion.* Vnde satis certum, & indu-
186 bitatum interesse appellatur, quod de pro-
ximo constare potest *l. terminato. ff. de fructib.
et lit. expens. §. curare Instit. de action.* & facit
*glos. in cap. sæpe. in verb. effectum. de restitut.
187 spoliat.* Illud enim quod fieri debet de pro-
ximo, habetur ac si iam esset factum. *l. 1. §. sed
in eo, quem. ff. ad S. Consul. Syllcian.*

Hinc *ex glos. in l. 1. ff. de edend. notant. com-
muniter ibi DD. & præsertim Bart. num.* 8. exe-
188 cutionem sententiæ non liquidæ peti posse
vbicumque liquidatio fieri intēditur in exe-
cutione. Idem *Bart. in l. 1. in fin ff. de legat. 2. &
in l. 2. C. de sentent. q. sine cert. quant. profes. & ibi
etiam Bald. nec non sequitur* Roman. *in consil.
76. num. 5. vers. secundo est prætermittendum*
Socin. *Iun. consil. 136. n 3. vol. 2.* Cagnol. *in ru-
bric. C. de sentent. quæ pro eo quod, num. 5. Octa-
uian.* Cacher. *decis. Senatus Pedemant. 129. n.
14. vers. executio sententia non liquida peti po-
test, quando executio fieri intenditur in execu-
tione ipsius sententia &c.*

Congruit etiam *textus in l non tantum in
principio. ff. de excusat. tutor.* vbi deciditur, pu-
189 pillum proximum pubertati haberi pro pu-
bere, quantum ad hoc, vt non præstet excusa-
tionem suo tutori quoad alias tutelas susci-
piendas. Vnde per illum eundem textum ait
Bart. in l si quis. §. vltim. ff quod met. caus paria
190 esse aliquid esse proximè futurum, & iā esse
productum in esse. Sic quoque Basilica non
dum consecrata, proximè tamen consecrā-
da gaudet priuilegiis Ecclesiarum, ac si iam
191 esset consecrata, potissimum si ea auctorita-
te Romani Pontificis, aut Episcopi ædificata
iam esset *Felin. in cap. cum te. num. 16. vers. re-
sultabit ergo. de rescript. Marsil. in l. vnic. sub
num. 72. C. de rapt virg.* Ias. *in l. admonendi.
lect. prim. num. 57 ff. de reg. iur.* Vnde gaudebit
immunitate *cap. Ecclesia. extr. de immunit. Ec-
cles.* per quem textum notat *Panorm. ibi. in 3.
notab. & incip. vltim de Iud.* Quod baptiza-
192 tus, & mox baptizādus eodem vtuntur pri-
uilegio, & sic idem priuilegium debetur rei,
quæ est in fieri, & rei iam factæ, *vt habetur in
cap. Pisanis. extr. de restit spoliat.*

Hinc quoque est, appellatione vxoris, veni-
193 re etiam sponsam *l. lex Iulia. ff. de iure dot. l.
item apud Labeonem. §. sponsum. ff de iniur. cap.
discretionem. extr. de eo, qui cogn. consang. vxor.
sua. l. si vxor, §. Diuus & §. si minor. ff. de adul-
ter. l. non sine. C. de bon. q liber. l. assiduis. 52. C.
qui potior. in pign. habeat. & l. 2. §. si spōsus. C. de
priuileg. credit.* & huic conclusionis supradictā
rationem assignat *Hieronym.* à Laurent. *decis.
Auenoniens. 145. sub num. 17. vers appellatione
vxoris, venit sponsa, quia quod de proximo futu-
rum est, habetur iam pro facto l. qui se dicit. ff.
de iudic. l. Fulcinius. ff. quib ad libert proclamar.
non lic. cum alijs à me supra allegatis.*

Ex qua conclusione, nempè appellatione
vxoris venire sponsam post nuptialem bene-
194 dictionem, quamuis carnalis copula non sit
secuta, astraunt Doctores communem illam
conclusionem, si ea interim moriatur, mari-
tus, seu sponsus acquirit lucrum dotale, stante
195 statuto, quod maritus illo lucretur præmo-
riente vxore, qualis quæstio valde intricata
est, satisque ardua, adeo vt ea Imperatoria
decisione egere & pragmatica sanctione re-
196 statur *Mynsig. Obseru. Imper. centur. 6. obser.
78. in fin.* et licet *Salycet.* ab innumeris secutus

Digitized by Google

in l. cum in te num. 4. vers. faciunt hac ad quæ-
stionem &c. C. de donat. ante nupt. negatiuam
197 opinionem protegat, inter alias rationes
arguendo ab allusione vocabuli, quod argu-
mentum in iure est frequentissimum. *l. 2. §. ap-*
pellatio ita. ff. de reb. credit. l. tigurij ff. de verb. si-
gnif. cum simil.

Asserit enim Salycet; quod vxor dicitur,
198 quasi viri vsus, dato ergo eam non fuisse in
vsu viri non potest venire appellatione vxo-
ris. Sed fallitur *Salycet*, quia vxor non di-
citur ab vsu viri, sed ab vngendo tale nomen
199 deriuat, quia puellæ antiquitus (*vt Seruius.*
& Plinius referunt) vnguebant fores sponsi
oleo, seu, lupino adipe; vt inde malum omne
arcerent, ipseque vna cum viro faustè viuerēt,
200 vt aliunde ne longè à proposita materia di-
scendam ibique probabo contra *Salycet.* in
illo casu intrare supradictum statutum de lu-
201 cro dot's illamque esse veram opinionem,
eamque souere *Bart. in l. nihil interest num. 1.*
vers. facit ad quæstionem. quod statutum loquitur
ff. rer. amot. & Bald. aliique sibi contrarij, quos
suo loco referam. Quare modo ex hoc incidē-
ti ad principalem institutum redeundo, scili-
cet ad regulam quæ mox sunt futura haberi
pro factis cum similibus de quibus supra.

Faciunt etiam quæ notant Doctores *in*
l. fin. per illum textum. C. de compensat, quod li-
202 cet liquidi ad non liquidum compēsatio nō
admittatur. *l. si constat. C. eodem. l. si ambo ff. eo-*
dem tit. de compensat. cum requiratur, vt om-
nino clarum, & indubicatum sit creditum,
203 itaut de eo non possit aliquo modo cōtro-
uerti, nā creditū tunc dicitur clarū, certumq.
quando quippe prorsus nulla exceptione elidi
potest et si vel interuenerit confessio partis,
vel res iudicata. Rot *dec. 306. n. 48. part. 6 recēt.*

Et tamen hoc non obstante quādo de pro-
204 ximo liquidatio fieri posset, non est reijciē-
do conpensatio. *Abb. in cap. bona fidei, extr.*
de deposit. qui sentit de liquido, ad non li-
quidum compensationem fieri, & admit-
ti, non quando liquidum liquidatur intra
205 tantum tempus, quantum daretur pro ip-
sius executione, si super eo, processisset con-
demnatio, *& in hoc Abb. sequitur d. Petr. de An-*
char. & Imol. in d. cap. bona fidei. & tradit
Bart. *in l. aufertur. §. qui compensationem. ff. de*
iur. fisc. & refert, & sequitur *Felin. in cap. cum*
Ioannes Haremita. in fin. de fid. instrum. Socin.
in cap. 2. col. 10. vers. & si opponeretur quod de-
bitum non sit liquidum &c. de mutu. petit. &
consuluerunt *Paris. in consil. 122. num. 24. vers.*
de non liquido ad liquidum compensationem
admitti quando &c. part. 1. Alex. *in consil. 94.*
sub num. 3. lib. 4. Purpurat. *consil. 348. numer. 6.*
Socin. *sen. consil. 65 num. 3. lib. 4.* Curt. *Iun. cons.*
236. num. 23. et 24. lib. 3 Ann. *allegat. 80. num. 4.*
lib. 2. Intrigliol. *consil. 8. num. 3. Hector* Felic *al-*
legat. 26. sub num. 1. vers. compensatio non solum
admittitur de credito liquido, sed etiam de eo,
quod de proximo liquidari potest &c. Alex Trē-
racinq. *var. resol. lib. 3. titul. de cōpensat. resolut.*
1. num. 22. vers. de credito liquido ad non liqui-
dum non admittitur compensatio, limita tamen
nisi in continenti offerantur probationes &c. Af-
flict. *decis. 121. nu. 5.* vbi ex communi DD scho-
la refert exceptionem compensationis liquidę
206 posse opponi contra sententiam, et tunc
debitum dici liquidum quoties est in conti-
nenti liquidum, vel de proximo liquidan-
dum *cum alijs allegatis per Carol.* de Craff. *in*
tract. de exception. ad mater. statut. excludent.
omn. except. cap. 16. sub num. 56. vers. compensa-
tio potest opponi quando debitum est illiquidum,
si incōtinenti potest fieri liquidatio &c. & antea
per Sebastian. Medic. *in tractat. de compensat.*
part. 1. quæst. 13. num. 1. vers. aut liquidum non
est, & de proximo liquidare potest, et tunc intrat
compensatio &c. Ioachin. Scayn. *decis. Rota Bo-*
noniens. 79. sub num. 2. vers. admittitur ad com-
pensandum qui intra illud idem tempus quod da-
tur condemnatis ad soluendam potest creditum
liquidari, scilicet intra duos menses &c. Mar.
Mut *decis. Rota Lucen. 42. num. 20. vers. com-*
pensatio fit quando vterque est debitor, & credi-
tor, siue fuerit debitum liquidum, vel potuerit in
promptu liquidari &c. Hieronym. Magon. *decis.*
pariter Rotæ Sicilia. 1. numer. 34. vers. poterat li-
quidari &c. et latè ibi idem Magon. in annotat.
in littera. B. vers. compensatio datur, quoties debi-
tū nō liquidū est de proximo liquidādum &c.

Cuius conclusionis ea est ratio, quia incō-
207 tinenti, quæ fiunt videntur in esse actui. *l.*
lecta vers. dicebam. ff. si cert. petat. l. potent. C. *de*
pactis Bart. *in d. l. lecta num. 21. vbi Addentes in*
littera, d. alios DD. allegant. Ioann. *de Amic. cons.*
49. num. 3. Francisc. Viu *decis. Audient. Baren.*
107. num. 12. vbi plura *habes et latius per* Bel-
lon. *lib. 1. titul. de his q. in continenti fiunt. cap. 17.*
num. 2 Brun. à Sole *in cōpend. resolut. proposit.*
iur. in verb. incontinenti. Marsil. *in tractat. de*
Bannit. in eodem verb. in continenti num. 6.

208 Et in terminis compensationis, vt paria
sint debita esse liquida, vel breui tempore li-
danda, *est text. in l. aufertur. §. per compensa-*
tionem, et ibi Bart *ff. de iur. fisc.* Felin, *in cap. sub*
orta. col. 2. de re iudic. Alex. *consil. 94. sub num. 3.*
lib. 4. Osasch. *decis. 92. numer. 35. vers. capitula*
concernentia compensationem sunt admittenda
intra breue tempus verificanda &c. D. Regens
Hector Capyc. Latr. *decis. Neapolitan. 25. n. 37.*
vers. admitti compensationem, nec dicitur illi-
quidum quod de breui est liquidandum &c.

Quando enim infra breue tempus, vel de
209 proximo, aut incontinenti dicatur probatū
creditum illiquidum, ad hoc vt intret com-
pensatio, vide *Sebastian.* Medic. *in d. tractat. de*
compensat. part. 2. quæst. 24. vbi refert quatuor
opiniones, & vltima opinio est receptior, vt id
remittatur in arbitrio Iudicis, quia ea, quæ
210 consistunt in facto, non possunt sub certa le-
ge definiri. *l. mora. ff. de vsur.* & in puncto post

in

infinitos attestatur de veriori *Menoch. de arbitrar. lib. 2 centur. 2. cas. 7 num. 13 et adde.* Riminald. Iun. *consil.* 404. *num.* 43. *vers. illud tempus incontinenti est totum in arbitrio Iudicis cōstitutum &c. lib* 4. Cornazzan *decis.* 17. *nu.* 22. Turrett. *consil.* 49. *num.* 47. *lib* 2. vbi de communi attestatur *Ioann.* Brezeler. *in tractat. Baldum nihil ignorasse §.* 10 *num.* 44. *&* 50. vbi infert ad plura, *cum alijs relatis per Carol. de* Crass. *de exception. cap.* 7. *num.* 11. *vers. vt aliquid dicatur incontinenti probari remittitur arbitrio Iudici, & per Alex,* Trentacinq *var. resol. lib.* 3. *titul. de compensat. resolut.* 1. *sub. num.* 21. *vers. tempus hoc sit in Iudicis arbitrio &c.*

Quare Iudex longius, vel breuius tempus
211 assignabit excipienti aduersus sententias, probationes promptuarias, seu continenti faciendas, iuxta qualitates excipientium, & negotij, de quo obijcitur exceptio. *Mysing. obseruat Imperial. obseruat.* 4. *centur.* 6. *num.* 4. *&* 5. Bellag. *in specul. Princ rub.* 41. *§. Leges. num.* 17. *circa med vers. et de iure, lat.* Coler. *de process. execut part.* 4. *cap.* 2. *num.* 1. *& seqq.* Galles. *de obligat. Cameral. quæst* 3. *num.* 4. *in fin.* Anton. Niger *in tract. de except. aduers. rem iudic. cap.* 12 *§.* 2. *sub num.* 2. Quod enim facit ad propo-
212 situm nostrum, est, quod Iudex exceptiones, quæ contra sententias, offeruntur incontinenti probari, debet admittere, alias si procederet ad vlteriora daretur appellatio ad vtrumque effectum, quia reijciendo legitimas exce-
213 ptiones Iudex, dicitur excedere suas facultates *Contard. de moment. possess. limit.* 19. *n.* 6. *&* 23. Et vt sæpius dixi, quæ incontinēti fiunt videntur in esse actui facto. *l. lecta ff. si cert. pet.* & latè tractat. *Paul. Bellon. in tract. de potestat. eorum, quæ fiunt in continenti cap.* 113. *num.* 5. *et cap.* 188. *num.* 4. vbi etiam dicit, quod in fa-
214 ctis in continenti nō datur, seu admittitur, nec prius, nec posterius, quia simul facta, & inuicem inesse censetur, vnde factum in con-
215 tinenti post litem contestatam, censetur factum ante litis contestationem. Sicuti etiam dicimus, quod iuramentum paulò post sententiam præstitum, habetur perinde, ac si in pro-
216 latione illius præstitum fuisset, *vt post glos. in l. generaliter. in verb. diffinitiua. C. de reb. credit.* dixit *Rota in causa Romana Pecuniaria* 17. *Martij* 1645. *corā Eminentiss. D. Card.* Corrado *§. Quia vers. iuramētum paulò ante vel paulò post sententia &c.* & adducitur supradictum de cantatū axioma, quod ea, quæ in cōtinenti fiunt videntur in esse ipsi actui &c.

At modo supradicta applicando ad casum nostrum, est indubitatum, Venerabilem Fa-
217 bricam S. Petri, habere intentionem fundatam vigore suorum priuilegiorum, super omnibus legatis pijs incertis, sed quando testator reliquit aliquid distribuendum inter pauperes, vel inter loca pia ad electionem, vel arbitrio alicuius, cum mox personæ illæ incertæ,
218 vel loca illa pia per nominationem illius possint ad specificā certitudinem reduci, vnde tunc cessabunt dicta priuilegia, cum iuxta mentem testatoris statim lueret omnis incer-
219 titudo in oppositum, & sic intrant supradictæ Iuris regulæ, nēpe, de proximo accingendū haberi pro accincto, & quę mox sunt futura haberi pro factis. Illiquidumque reputari liquidum, quando facili negotio potest li-
220 quidari, alijsque de quibus dixi supra, & benè similium gratiarum Apostolicarū vigore, nempe cōcessionis legatorum piorum incertorum facta alicui, ratiocinatus est *Oldrad. in consil.* 61. *sub num.* 2. *vers. ista videntur aequalia &c.* cum semper Principum rescripta
221 ad proprios intellectus extendi debeant. *Clemen. circa. de elect. & in terminis similium gratiarum legatorum piorum incertorum. considerat Ludouic.* Roman. *consil.* 164. *number.* 3. *vers. certo certiùs est rescripta ad proprios intellectus &c.* Nam et gratiæ Principum à Iure
222 communi recipiunt interpretationem. *cap. Ecclesia nostra.* 57 *ibi qui iura tuetur. de elect. cū alijs allegatis à Rota in causa Lauden. Persionis.* 30. *Aprilis* 1635. *coram Reuerendiss.* Dunozetto *Decano et in causa Camerinen. Pesionis* 26. *Iun.* 1641. *coram bon. me. Card.* Panzirolo *§. Praeterea, vers. huiusmodi melius declaratio per S. D. N. facta videtur consona iuri communi &c. et in causa Meleuitana Antianitatis* 14. *Decem.* 1643 *coram R. P. D.* Vetospio *§. Sed ea sub-eptio, vers. inspecta dispositione Iuris, à qua gratia Apostolica recipere debet interpretationem &c.*

ARGVMENTVM.

Certa non tantùm ea dici valent, quæ in continenti possunt ad certitudinem deduci, sed etiam si negotium ita exposcat, dum ita non facilè, & incontinenti non possint certificari; dummodo tamen certum sit, illa esse verificāda. Cum pro certo etiam illud habeatur, quod licet incertum nunc sit, tamen dubium non est, quod certificetur. Nouitius religionem ingrediens an habeatur pro religioso, et cuius animo censeatur esse.

Legatum relictum pro construendo Monasterio, an dicatur incertum, ad hoc, vt intrent ampla priuilegia Fabricæ S. Petri de Vrbe circa legata pia incerta, & conclusio tamen est negatiua, cum potentia, quæ est facilè reducibilis ad actum habeatur pro ipso actu.

Incertitudo personæ, quando qualitas est certa, non impedit quod res certa non sit. In Facultatibus, et solicitudinibus Episcoporum, vt legata pia debita executioni mandentur, hodie successit Fabrica S. Petri de Vrbe, & intra quale tempus, Itaque ea diligentia, & zelus requisitus per Sacros Canones in hoc negotio, in Episcopis, transfusus dicendùm est in Ministros d. Fabricæ, piè ergo, & sancto ducti zelo, se gerant.

SVMMARIVM.

223 *Certa non solum dicuntur, quæ incontinenti possunt certificari, sed etiam, si non ita facile, et incontinenti.*

224 *Testator, si quid assignauerit Monasterio, in certo loco de eius pecunia ædificando, dicitur incertus talis locus, cum non sit in rerum natura.*

225 *Incerta, si ex futuro euentu, & competenti tempore possunt certificari, perinde est, ac si ab initio essent certa.*

226 *Potentia, quæ est facilis reducibilis ad actum, habetur pro ipso actu, et n.249.*

227 *Religionem ingrediens, quamuis non sit religiosus, tamen habetur pro tali.*

228 *in Nouitium manus violentas iniiciens incidit in excommunicationem cap. si quis suadente 17. quæst. 17.*

229 *Nouitium percutiens, vel inuadens perinde est ac si religiosum percuteret, cum sit ad religionem destinatus.*

230 *Nouitius gaudet priuilegio fori, cum habeatur tamquam professus. & n.231.*

232 *Nouitius gaudet priuilegio fori etiamsi prima tonsura non sit initiatus.*

233 *Nouitius à solo suo Prælato puniendus est etiam pro homicidio, & quouis alio graui delicto.*

234 *Quod procedit etiamsi delictum esset patratū extra claustrum.*

235 *Nouitij gaudent priuilegijs, & gratijs concessis ipsis religiosis professis, quidquid sit in odiosis n.236.*

236 *Nouitius intrans religionem præsumitur intrare, & eo animo esse, vt velit esse religiosus, nisi facto aliud doceat.*

237 *Nouitius non præsumitur absolute, quod voluerit mutare vitam, et n.239.*

238 *Verbum, absolutè, quid præsupponat.*
Qualitas præsupponit subiectum.

240 *Bona Nouitij decedentis intra annum Nouitiatus ad quem spectent.*

241 *in Religionem ingressus ante professionem, dicitur impropriùs.*

242 *Verba cum effectu sunt accipienda.*

243 *Alimenta si alicui relinquantur, donec priuideatur de beneficio, qualiter id intelligatur.*

244 *Bona ingressi Monasterium, quod acquirantur Monasterio, dum iura id disponunt, sunt intelligenda de verè ingressis per professionem.*

245 *Monasterium si quis tantum ingrediens, eius bona acquirerentur Monasterio, pauci certè secundum Bald. ad Monasteria accederent.*

246 *Nouitius durante anno professionis non dicitur verè ingressus monasteriū, & cum effectu. Habitus solus non facit Monachum.*

247 *Religionem ingressus, si post annum nouitiatus moriatur, an eius bona vadant ad Monasterium.*

249 *Nouitius, an condendo testamentum teneatur seruare solemnitates Iuris Canonici, vel Ciuilis.*

250 *Conditio, quæ omnino est exitura habetur pro pura, & pro tali censenda est.*

251 *Legatum relictum pro construendo Monasterio dicitur certum, et validum.*

252 *Et sic sensit Rota in terminis priuilegiorum Fabricæ S. Petri circa legata incerta et n.253. & 254.*

255 *Certum, id dicitur, non solum, quod proprio nomine appellatur, sed etiam nomine officij, vel alia designatione.*

256 *Certum, id etiam dicitur, cuius species, vel quantitas nomine proprio, vel digito demonstratur. & n.257, et 258.*

259 *Demonstratio est supernacua, quando de corpore constat.*

260 *Demonstrationes indubitabiles possunt fieri per qualitates, et inducitur certa cognitio, de eo, quod præsens non est.*

261 *Spurius potest institui hæres, si legitimabitur.*

262 *pro Certo illud habetur, quod licet incertum nunc sit, tamen dubium non est, quod certificetur.*

263 *Incertitudo personæ, quando qualitas est certa, non impeditur quin res pro certa habeatur.*

264 *Certus, quis potest esse alicui per literas, quamuis de facie omnino sit ignotus.*

265 *Legata pia incerta, quando ex ordine testatoris possunt ad certitudinem deduci, cessant priuilegia Fabricæ S. Petri de Vrbe.*

266 *Fabrica S. Petri de Vrbe, non habet in facultate imponendi manus in legatis pijs contra voluntatem testatoris.*

267 *Transactiones subsistentur, quando prætensiones sunt incertæ.*

268 *de Transactionis validitate perperam inquiritur, dum sumus in casu claro.*

269 *Ministri Fabricæ S. Petri dum veniunt contra mentem testantis, quid faciant.*

270 *Episcopi, in casibus à iure expressis in somni oculo tenentur pia testantiū elogia custodire.*

271 *Episcopi etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegati habent facultatem, quoq. contra exemptos, & sic compellere omnes ad adimplenda pia legata.*

272 *Episcopi, quando procedunt tamquam Sedis Apostolicæ delegati, cessat omnis exemptio.*

273 *Et possunt procedere etiam contra Ministros hæretica prauitatis.*

274 *Fabrica S. Petri de Vrbe hodie in facultatibus, et sollicitudinibus Episcoporum circa executionem legatorum piorum successit, & quādo, & n.275. et quale emolumentum ei assignetur nu.278. & seq.*

276 *Subrogatus debet sapere eamdem naturam rei, in cuius locum subrogatur.*

CAPVT LXXXIV.

COnclusio supra firmata, quod legata
pia non possint dici incerta, ad effectũ
vt intrent priuilegia concessa à diuersis Sum-
mis Põtificibus Venerabili Fabricę S. Petri de
Vrbe, circa legata pia incerta, quando per ip-
sum Testatorem fuit reseruata facultas execu-
tori testamentario, vel alteri personæ ea lega-
223 ta ad certitudinẽ per declarationem redu-
cere, nam ita de facili, vel incontinenti possunt
certa fieri. Quam cõclusionem amplia quoq.
procedere, etiamsi talia incerta non ita de
224 facili, vel incontinenti possint certificari, pu-
ta si testator certum quid assignauerit. Mona-
sterio, in certo loco, et de eius pecunia con-
stituendo, quia tunc licet incertum sit Mo-
nasterium, cui illa debentur, cum adhuc in re-
rum natura non sit; Nihilominus ex futuro
225 euentu, ac competenti tempore erit, et di-
cetur certum, vnde perinde est ac si ab initio
esset certum, vt constat ex superius regulis
226 Iuris adductis, quibus & aptius aliam no-
tabilem adde, scilicet, *Potentia, quæ est facile*
reducibilis ad actum habetur pro ipso acta, & id
probatur per textũ *in cap. religioso, 21 §. quam-*
uis. de sent. excomm. in 6. vbi dicitur, quod is.
227 qui Religionem ingreditur, licet non dum
sit religiosus, nec tacitè, nec expressè religionẽ
fuerit professus, pro vero religioso habendus
228 erit, adeo vt si quis in eum violentas manus
iniecerit, non euadit excommunicationis sen-
tentiam latam à *can. si quis suadente Diabolo.*
17 quæst. 4. perinde enim, innadens, & per-
229 cutiẽs eum peccat, ac si religiosum percus-
sisset, nimirum quod iam proxime religiosus
sit futurus, et ad religionem iamiam ample-
ctendam destinatus sit.
230 Quare, & fori priuilegio gaudet, vt resol-
uunt Hostien. *in cap statuimus in verb. post. de*
regular. Anchar. *consil 69 post num. 7. vers. in-*
fra annum probationis debet conueniri corã Iu-
dice Ecclesiastico &c. Ceuall. *cõm cõtra comm.*
opin. 897. n. 1025. vers. etiamsi Monachus non
sit professus, sed nouitius quia efficitur de foro
Ecclesiæ &c. solidè id tuetur per diuersas ratio-
nes *Nauar. in cons. 6 de for. competent* Molin.
de Iustit. et Iur. disputat. 39. plenè Crass. *de ef-*
fect. cleric. effect. 1. num. 178. optimè comprobat
Nauar de effect. cleric. quæst. 46. num. 3. vers.
videmus Nouitium gaudere priuilegio fori Ec-
231 *clesiastici &c.* itaut Nouitius habeatur tã-
quam professus *cap. 1. de stat. Monach.* latè *Re-*
buff. in prax. benefic. titul. de dispensat. cum regu-
lar. num. 25. quod procedit etiamsi Nouitius
232 prima tonsura nõ sit initiatus. *Azor. institut.*
moral lib. 12. cap. 3. quæst. 2. part. 1. Cened. *ca-*
nor. quæst. cap. 6. num. 91. Roderic. *quæst. regul.*
par. 5. quæst. 31. art. 31. vide *Barbos. in collectan.*
ad cap. nonnulli. 5. num. 3. vers. vnde etiã de sent.
excommun.

Ita vt à solo suo Prælato puniendus sit etiã
233 pro homicidio, et quouis graui alio delicto.
Abb. in cap. cum contingat. nu. 21. de ætat. &
qualit. Marsil. *in singul. 534. incip. Attende ad*
vnum, quod memoriæ semper habeas. nu. 4. vers.
quod dicitur de religioso procedit etiam in eo, qui
est in anno professionis &c. videatur Decian. *in*
tractat. criminal. lib. 4. cap. 9. à num. 24. cum alijs
allegatis per Ambros. *de Immunit. cap. 22. nu. 11.*
vers. Nouitij si ante professionem delinquant ab
Ecclesiastico tantum Iudice essent puniendi &c.
234 idque etiam ampliatur, licet delictum esset
patratum extra claustrum, *sicuti fuit. decisum*
in Curia Archiepiscopali Neapolitana, refert
Ricc. in decis. 121. part. 2. cum ibi allegatis, quem
sequitur *Giurb. cons. criminal. 15. sub num. 9.*
235 Gaudent ergo Nouitij priuilegio fori ex
causa de qua supra, & id cõprobãt alij *relati per*
Augustin. Barbos. de offic. et potest. Episcop. part.
2. allegat. 12. num. 37. et alijs gratijs, & abso-
lutionibus, quas latè prosequitur *Bartholom.*
de Vecch. in prax. obseruand. in admittend. ad
religion. stat. nouit. disput. 9. dub. 5. et seqq.
quidquid sit dicendum de oneribus, et odijs,
236 nec non casibus in religione à superiore
reseruatis, *et vide super hoc* Iacob. *de* Graff. *in*
appendic. ad lib. 1. decis. aur. cap. 7. num. 79. cap. 8.
num. 69. Fr. Emanuel. *quæst. regul. tom. 1. quæst.*
21. art. 11. Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 12.*
cap. 2. art. 10 Ioan. à Cruo *de stat. religion lib. 1.*
cap. 6. dubit. 10. conclus. 2. Lud. Coriolan. *de ca-*
sib. reseruat. part. 1. sect. 3. artic. 18. et Nouar, *in*
d. tractat. de for. competen. quæst. 63. à n. 12. to. 1.
Nouitius quippe intrans Religionem, præ-
237 sumitur intrare, & eo animo esse, vt velit es-
se religiosus, talis præsumitur à principio fuis-
se, et esse eius voluntas, nisi placuerit postea
redire ad seculum, et hoc probatur Primò *per*
text. in cap. is qui. 1. de regular. in 6. ibi, vt Ma-
nachus efficiatur. adde etiam *textũ in cap. quod*
DEI, ibi desiderans frugem melioris vitæ &c de
stat. Monachor. Secundò probatur per textum
in cap. statuimus. de regular. et transeunt ad re-
ligion. vbi dicitur, quod nouitius, non præsumi-
238 tur, quod voluerit absolutè mutare vitam;
Vnde præsupponitur, quod voluerit mutare
vitãm, sed non absolutè, talis enim qualitas,
de qua *in textu, ibi, absolutè*, non potest esse si-
ne subiecto, imo qualitas præsupponit subie-
ctum inesse. *cap. cum Marthæ de celebr. missar.*
239 quare dum textus dicit, quod nouitius non
præsumitur absolutè velle mutare vitam, præ-
supponit necessariò, quod velit mutare vitã,
licet non absolutè, quominus ad seculum re-
deat, quam materiam cum non pertineat ad
casum nostrum iam satis ad saturitatem per-
tractat. *Philipp. Franc. de disputat. potior. dub.*
3. à num. 13. vbi probare nititur bona nouitij
240 intra annum nouitiatus decedentis nisi cõ-
stiterit de eius voluntate nolle cum effectu
ingredi monasterium, ad Ecclesiam, et non ad
venientes ab intestato spectare.

Quam

Digitized by Google

Quam quidem conclusionem firmare noluit *Petr. de Anchar. in consil. 69. n. 9. vers. quid. quod debeat esse de bonis ingredientis Monasterium infra annum professionis &c.* Et sanè de supradicta opinione Franc. non parum dubitandum est, quia ante professionem dicitur
241 impropriùs ingressus, & non considerabilis, ac sine effectu. *vt post Andr. de Barulo tradit Bald. in l. si quãdo. C. de bon. vacant. lib. 10.* Andr. Sicul. *in cap. 2. col. 2. de testament.* Dum enim textus *in auth. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles.* de-
242 cernit vt bona ingressi monasterium, ei acquirantur; ista verba cum effectu sunt accipienda *l. 1. §. hac autem. ff. quod quisque iur. l. quoties. ff. qui satisdar. cog. l. aliud est capere ff. de verb. signif. l. si qui rem pignori le. 2. §. 1. si tu Titium ff. de fur. l. si non mortis §. fin. ff. de inoffic. testam. l. 1. §. hac verba. ff. quod quisque iur. & latè* comprobat *Decian. in consil. 9. num. 8. & seq. lib. 1.* vbi respondet, quod si alimenta relinquantur alicui donec sit prouisus de beneficio
243 Ecclesiastico, redditus vsque ad summam 500. ducatorum non dicitur prouisus, licèt ei sint collata beneficia illius valoris, cum reseruatione fructuũ, quia verba cum effectu omnino sunt intelligenda. Vnde persistendo in
244 casu, cum Lex disponat, quod bona ingressi Monasterium, eidem acquirantur id intelligendum venit de vere ingressis scilicet per professionem, & non simpliciter, quia, *vt ait Bald. in d. auth. ingressi. nu. 19.* sequeretur, quod quis intrando Ecclesiam causa orandi, vel visi-
245 tandi Monachum amicum, perderet bona, quod est absurdissimum cogitare, tunc sanè Ecclesiæ concursu viduæ semper essent. Idemque potest dici de ingressis causa probationis
246 regulæ Monasterij, quia ei non poterit succedere Monasterium, cum non dicuntur, cum effectu illi Monasterium ingressi, solus enim habitus non facit quem Religiosum, *cap. porrectum. de regular. cum simil.* quidquid tamen esset dicendum, quando ingressus religionem
247 post annum probationis, est mortuus.

An ex sola tacita professione bona illius spectent ad Monasterium, dubia est sanè quæstio, et affirmatiuè *tenuit Menoch. in consil. 146. nu. 12.* & refert *Rota in causa Romana Professionis 2. Decembris 1639. coram Reuerendiss.* Terraconen. *§. Tandẽ non obstare. vers. ea sola tacita professione spectare bona ad Monasteriũ secuta obitu post annum professionis &c.* An autem Nouitius possit condere testamentum, serua-
248 tis solemnitatibus Iuris Canonici, spretis illis Iuris Ciuilis, affirmatiuè propter supradictas rationes, quod Nouitij inter personas Ecclesiasticas computentur, & gaudeant priuilegio Fori &c. tenent *Sanrez. Tapia Molin. & Azor. relati per Sanchez. lib. 7 in Decal. cap. 3 n. 19.* & videatur *Vuadingus in tract. de controuers. disputat. 4. dub. 5. § 1. nu. 2.* Pelizar *in manual. regul. tom. 1. tractat. 2. cap. 7. quæst. 13.* & Castr. Palao *tom. 2. disput. 1. punct. 14. num. 2. et* [illegible]

R. P. Antonin. Dian *variar. resolut. moral. tom. 9. tractat. 8. miscell. resolut. 17. et an requirantur solemnitates Concilij Trident. sess. 25. cap. 16. vide decis. 556. n. 9. part. 4. recent. tom. 3.*

Nunc verò ad institutum nostrum redeundo, cum Testator relinquerit tot, ex quo possit construi Monasterium, et vt ad suum esse pos-
249 sit perduci, bene intrat supradicta regula, videlicet, Potentia, quæ est facilis reducibilis ad actum, habetur pro ipso actu. Quare incertitudo cum non possit considerari in his terminis, non intrabunt disposita, quoad relicta
250 incerta. Nam et conditio, quæ omnino est exitura, habetur pro pura, & talis censenda est. *l. si pupillus §. qui sub conditione. ff. de nouat. l. nam et si moriar & l. sequent. ff. de condition. indeb.* & sic silebunt priuilegia concessa venerabili Fabricæ S. Petri, cum loquantur de relictis incertis.

Quod enim legatum relictũ pro construẽ-
251 do Monasterio sit certum, et validum, tenent *Abb. in cap. nos quidem, nu. 2. de testament. et in cap. penultum. nu. 5 de eccles. edific.* Bart. *in l seruum. in fin. num. 4 ff. de aliment. legat.* atque in puncto ad effectum excludendi Fabricam
252 S. Petri, quæ prætendebat ad se spectare bona relicta monasterio ædificando, respondit *Rota in causa Sutrina Monasterij 29. Aprilis* 1598 *coram bo. me. Francisc.* Orano, *quæ deinde fuit confirmata sub die 8. Iunij eiusdem anni* 1598. *coram eodem.* Vbi vnanimiter Rota sensit in prædictis terminis nullam imaginariam
253 certitudinẽ intrare, eóq; magis in casu illo, in quo testator expressè nominauit Monasteriũ construendum, et esset Monialiũ sub regula S. Francisci vellet, ac designauit, vbi illud
254 construi vellet, ac personam cuiusdã puellæ expressit, quæ ingressura foret Monasteriũ.

Ex istis siquidem circumstantijs illud redditur certum, cum certum dicatur non solum
254 id, quod proprio nomine appellatur, sed etiã nomine officij, vel alia designatione demonstratur. *l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hered. instituend. l. vxor 2. ff. de liber. & posthum. l. si nominatim. ff. de condit. et demonstrat.* Paris. *consil. 110. num. 46. vers. nominatim dicitur fieri. lib. 3.* Placent. *de person. lib. action. titul. 3 num. 4.* vbi inquit, id esse certum cuius species, vel quan-
256 titas nomine proprio, vel digito demõstratur, siue aliquibus vocabulis, quæ vicẽ proprij nominis fungãtur, *vt in l. certum. ff. si cert. petat.* Quod hoc exemplo clarius euadet, Si quis pa-
257 ter habet vnicum filium nomine Petrum, et pater in testamento dicat. Ego exheredo Petrum filium meum, aut si dicat simpliciter, ego exheredo filium meum, in idem recincidunt ambæ locutiones, & pro eodem ambæ locutiones verificantur, nam facilè secunda propositio de Petro verificatur, quæ dicit, exhæredo filium meum, cum tantum vnicum filium Petrum habeat, facit *text. in l. 1. in fin. ff. de dot. prælegat.* vbi dicitur, quod superuacua-

neum est.

259 est demonstratio quando de corpore con-
stat, & rei demonstratæ frustra additur de-
monstratio.

Insuper per qualitates solent fieri indubi-
tabiles demonstrationes, et induci certa
260 cognitio de eo, quod præsens non est,
et est demonstratio intellectualis, quæ sufficit,
vt in l. 1. ff. de condit. & demonstrat. Hinc post
*Bald. Alex. & Aretin. in l. Gallus. § si eius qui.
ff. de liber. & posthum.* arguunt spurium posse
261 institui hæredem si legitimabitur, idemque
per supradictas rationes *tenet Marius Salo-
mon. in d. § si eius, qui. num. 15.* vbi etiam asse-
rit, vt supra dixi, illud haberi pro certo, quod
262 licet incertum nunc sit, tamen dubium nõ
est, quin aliquando certificetur allegat *text.
in l. quidam relegatus. ff. de reb. dub.* Sicque pa-
riter videmus, quod incertitudo personæ,
263 quando qualitas est certa, nõ impedit quin
res certa habeatur, & benè deducit *Bart. &
alij Scribentes in d. l. gallus. § si eius qui. ff. de lib.
& posthum.* Facit pariter quod quis potest
264 esse certus alicui per literas, quamuis eun-
dem de facie sit penitus ignotus illi. *ad text. in
l. octaui. ff. onde cognat. & ratiocinata est* Rota
*in causa Romana Societatis officij 31. Ianuarij
1629 coram bo. me. Card. Hieronym.* Verospio,
*est decis. 245. num. 19 vers. licet eundem de facie
non nosset, cum de illo potuerit esse certus, etiam
per literas &c part. 5 recent.*

Sed retẽtis terminis de quibus supra, quod
legata pia incerta, quando ex mente, et dispo-
sitione testatoris ad certitudinem deducun-
tur, tunc in eis non possit se intromittere vi-
265 gore suorum priuilegiorũ Venerabilis Fa-
brica S. Petri de Vrbe, cum ipsa nõ possit im-
ponere manus in legatis pijs contra volunta-
266 tem testatoris, nam id non habet in facul-
tatibus, *vt aduertit Rota in causa Romana Fa-
brica 26. Aprilis 1602. coram Corduba. & in
d. Sutrina Monasterij 29. Aprilis 1598. coram
Orano,* vbi etiam ad hoc fuit declarata nulla
transactio super similibus legatis incertis, ac
267 postea certificandis, inita, quia transactio
siquidem substinetur, quando, prætensiones
sunt ambiguæ, non autem, quando versamur
268 in casu claro. quo casu perperam inquiritur
de validitate transactionis. *iuxta l. 1. ff. de
transact. & l. sub prætextu. C. eodem. cum alijs
ibi allegatis*, et iterum pariter in puncto con-
tra Fabricam respondit *Rota coram bon. mem.
Card.* Caualer. *decis. 212. num. 2. vers. quia Fa-
brica in hoc relicto nullũ omnino ius potest præ-
tendere, cum nullum adesset probabile dubium,
aut iusta causa transigendi &c.* et in terminis,
quod Fabrica non habeat facultatem veniẽ-
di contra mentem testantis, pluries respondit
Carolus Maranta *eiusdem Fabricæ Aduocatus
in suis controuers. part. 1. respons. 20. numer. 18.
vers. Facultates Fabricæ locum non habent con-
tra Testatorum voluntatem &c. et respons. 32.
num. 26. vers. dictum etiam fuit aduersus* Fabri-
*cam ipsam haud posse venire contra defun-
cti voluntatem &c. et numer. 32. versic non po-
test Fabrica defunctorum prouertere voluntates,
cum hoc sibi per Summorũ Pontificum priuilegia
nõ concedatur &c.* nec non *ibidem nu. 29.* ze-
269 lanter admonet Ministros Fabricæ, vt at-
tendant quid faciunt, quia peccato se inficiũt,
dum contra Testatoris legem, supremo suo
elogio rebus suis dictam, faciunt. Absit enim,
vt ipsi dicantur piarum mentium destructo-
res, sed bene vigiles executores.

Sicuti dicimus de Episcopis, qui in casibus
à iure expressis, insomni oculo tenentur pia
270 testantium elogia custodire, debitæq; exe-
cutioni committere, & hoc non tantùm de
Iure communi, *iuxta textum in cap. nos qui-
dem. 3.* ibi, *tunc per te ædificetur, & cap. tua no-
bis 17.* ibi, *compellas. extr. de testament. § si quis
autem pro redẽptione. auth. de Ecclesiastic. titul.
§ si quis ad declinandum. § vbi autẽ. vers. si enim.
C. de Episcop. Cleric. cum alijs abundè relatis in
causa Calaritana Iuris visitandi 21. Maij 1649.
coram Eminentiss. D. Card.* Corrado. *§ Propte-
rea. vers. idemque ciuilibus quoque legibus recep-
tum est &c.*

Sed etiam tamquam Sedis Apostolicę dele-
gati habent talem facultatem, & adimplendi
271 onus eis iniunctum, vt habetur dispositum
per Sacrum Concilium *Tridentinum sess. 22. de
reformat. cap.* 8. Vnde Episcopi contra Laicos
quoscumque etiam exemptos (quidquid erat
ante dictum Concilium) possunt procedere
272 pro executione piarum voluntatum, cum
agant tamquam Delegati Sedis Apostolicæ,
nam tunc cessat omnis exemptio, itaque age-
re etiam possunt contra Ministros hæreticæ
273 prauitatis, sicut declarasse Sacram Congre-
gationem Concilij refert *Barbos. in d. cap. nos
quidem. 3. num. 8 de testament. & in tractat. de
offic. & potest. Episcop. allegat. 41. num. 13. et 14.
& ante eum dixerat Francisc* Leon. *in thesaur.
for. Ecclesiastic. part. 2. cap. 2. num. 82.*

Hodie vero in facultatibus, & solicitudini-
274 bus Episcoporum vocata fuit dicta Fabrica
S. Petri (intellige post annum, & hic in Vrbe
post quindecim menses,) ipsa enim post dictũ
tempus, vt cõstat ex pluribus, & vulgatis Cõ-
275 stitutionibus Summorum Pontificum, desti-
nata fuit executrix omnium piorum relicto-
rum, itaque ea diligentia, & zelus requisitus
per Sacros Canones ab Episcopis propter re-
276 gulam subrogatorum, volentem, quod sub-
rogatus debeat sapere eamdem naturam, &
regulari secundum naturam eius in cuius lo-
cum subrogatur. *iuxt l. si eum. § qui iniuriarũ.
vbi glos. Bart. et alij. ff. si quis caut. l. 1. § hæc actio
& ibi etiam* Bart. *ff. si quis test. lib esse ius su. l. 1.
C. de rei vxor. action. l. filia. § fin. ff. de condit. &
demonst. l. si donata. § si sponsus. vbi glos. ff. de
donat. int. vir. & vx. cap. 1. vbi* Bald. *de Vasall.
decrepit. ætat. l. pater inter filios. ff. de adim. legat.
l. si cum dotem. § vltim. ff. solut. matr. l. si & rem.*

ff. de

Digitized by Google

*ff. de petit. hared. l. Imperator. §. vltim. cum seq. ff.
de legat. 2. cum simil.* transfusus dicendum est
in Ministros Fabricæ, & sic sedulo curare de-
377 bent, vt secundùm voluntates defunctorũ
eorum piæ dispositiones neglectæ executioni
demandentur, & super tali diligentia assigna-
tur emolumentum dictæ Fabricæ, *vt extat
Bulla fel. re. Pij V. incip. Exigit est cõstitutio 97.
in Bullar. inter aliàs constitutiones eiusdem*
378 *Pontificis. tom. 2.* secundum temporis lapsum,
vel sanè anni ad quintã, vel medietatis trien-
nio expleto, *& aliàs latius, vt habetur in dicta
Bulla Pij V.* vbi etiam statuitur, quod Fabri-
ca non prius debet excipere suam portionem
379 quàm relicta ipsa pia executioni debitæ
demandari omnino curauerit, & generaliter
videatur, & declarat *Quaranta in summ. Bul-
lar. in verb. Fabrica S. Petri.* Ricc *in addit. ad
Tiraquell. de priuileg. pia caus. priuileg.* 150. *&
in suis resolut. cap. 374 part. 2.* Nouar. *in tract.
de priuileg. miserab. person. priuileg. 47. et in sum.
Bullar. titul. de legat. pijs. & latè agit* Ricc. *in
prax. variar. resolution. tom. primo. resolution.
374. cum multis seq.* Rouit *ad pragmatic. 1. ti-
tul. de legat. pijs nu. 2. Eliseus* Danza *in tractat.
de Pugn. Doctorum. & victor. Aduocator. tom. 1.
titul. 1. de legatis pijs. Io. Dominic.* Tasson. *in suis
controuers. Iurisdictional. pragmat. de Antefat.
vers. 3 obseruat. 3. Tribunal.* 38. *Carolus* Maràta
*in suis cõtrouersijs vtriusque Iur. ferè per totam
prim. partem, & videatur* Danza *d. tom. 1. tit. 1.
de legat. pijs, vbi à num. 17. vsque ad numer. 44.*
per extensum ponit multas instructiones, &
380 ordinationes omninò seruandas à ministris,
seu Commissarijs d. Fabricæ, editas ab Emi-
nentissimis DD. Cardinalibus præpositis Cõ-
gregationi dictæ Fabricæ. Faxit DEVS sicu-
ti illæ sanctissimæ sunt, tantoque tribunali di-
gnæ, ita ab eius Ministris eodem animi can-
381 dore, & puro zelo in executionẽ mittantur,
consultò enim agit, qui legibus obtemperat.
l. incivilem. C. de furt. & l. filia licet. ff. de collat.
Incidenter dicta hæc sufficiãt circa Tribunal
Fabricæ, quare persistendo in terminis no-
stris, tunc sine dubio facultates eiusdem Fa-
382 bricæ non intrant, quando nõ constaret de
negligentia executorum, vt latè dicam in se-
quenti capite.

ARGVMENTVM.

In curam, & sollicitudinem, vt pia testantium elogia, debito fini mittantur, & sic vt reuocentur à somno negligentes, socordesque eorum executores, hodie in locum Episcoporũ, idest post annum, & post quindecim menses in Vrbe, subrogata fuit Venerabilis Fabrica S. Petri de Vrbe, & eius facultas fundata manet in negligentia supradictorum executorũ.

Fabrica S. Petri, non potest se intromittere in executione legatorum piorum etiã data negligentia executorum testamentariorum, quando tamen ipse testator in tali casu, elegit alios executores in defectu negligentiæ illorum, sicuti nec in his terminis nihil possunt Episcopi, quia non secundum mentem Testatorum, sed contra se intromitterent, cum id Iura abhorreant.

Tutela legitima tunc intrat, quando nõ adest testamẽtaria, & semper tutor testamẽtarius præfertur legitimo, quod procedit etiam si ex pluribus tutoribus datis, vnus remaneret, & amplia, quòd si tutor testamẽtarius obtineat à Iudice se eximi à tutela, vel eum remoueat vti suspectum, nec tunc intrat tutela legitima, sed Iudex bene sibi visos potest eligere, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Executores legatorum piorum negligentes hodie loco Episcoporum excitantur ad eorum officium per Fabricam S. Petri de Vrbe.*
2 *in Negligentia executorum piarum dispositionum consistit fundamentum facultatum Fabricæ S. Petri de Vrbe.*
3 *Tutores testamentarij semper præferuntur omnibus alijs.*
4 *Tutores testamentarij, quando adsunt nunquam intrant legitimi, etiam si essent mater, vel auia.*
5 *Tutor testamentarius præfertur legitimo, etiã dato in testamento minus solemni, cum iste sit confirmandus.*
6 *Pater si filio dedit plures tutores simpliciter, tunc quantumuis ex eis remaneat vnus, tunc siles qualibet alia tutela. & nu. 7.*
8 *Tutores regulariter habent potestatem in solidum, & vsum potestatis quilibet de per se.*
9 *Tutores in solidum censentur constituti, quod procedit etiam stantibus clausulis complexiuis in constitutione eorum positis. & nu. 12.*
10 *Declara, nisi etiam concurrat prohibitio testatoris, ne vnus sine alio administrent.*
11 *Tutela testamentaria non expirat per mortem vnius ex contutoribus, sed durat in personam contutoris, etiamsi dati sint cum clausula simul.*
12 *Clausula complexiua, veluti coniunctim, simul &c posita in constitutione tutorũ, qualiter sint intelligenda.*
13 *Tutor quilibet ex pluribus potest agere, & respondere pro pupillo.*
14 *Tutor, si obtineat à Iudice, se eximi ab onere tutelæ, vel Iudex eum remoueat tamquam suspectum, tunc non est locus tutelæ legitimæ.*
15 *Iudex dum remouet tutores à tutela potest sibi bene visos eligere, exclusis agnatis.*
16 *Nam eodem Iudicis ministerio debet vtrumque fieri. & nu. 18. et 19.*
19 *Tutor deputatus à Iudice, in locum tutoris testamentarij, gaudet eisdem priuilegijs.*

20 *de*

30 *de Tutoribus, quod dicitur habet, etiam locū in executoribus testamentarijs.*

31 *Executores testamentarij sunt in duplici differentia, quamuis aliqui constituant plures alias species.*

22 *Executores testamentarij, qui sint. Et qui legitimi. num. 23.*

24 *Executoribus testamentarijs negligentibus, Iura subrogant executores legitimos.*

23 *Tutori legitimo numquam est locus quando adest testamentarius.*

26 *Executori testamentario legitimo numquam datur aditus, nisi constet de negligentia electi à testatore.*

27 *Episcopi nullatenus, nisi data negligentia executorum testamentariorum possunt apponere manus super executione legatorum piorū. & nu. 29. 31. & 32.*

28 *Dictio, tunc, temporis extremitatem designat.*

33 *Episcopus quod non nisi data negligentia executorum legatorum piorum possit se intromittere in executione, pluries fuit decisum:*

34 *Episcopi non possunt se intromittere in executione legatorum piorum etiam data negligētia executorum.*

35 *Quando testator in casu negligentia eorum elegit subexecutores, quod etiam intellige quo ad Fabricam S. Petri.*

36 *Testator potest euitare Episcopi, vel Fabricæ iurisdictionem à suo testamento in casu negligentia executorum. & quomodo.*

37 *Testatoris piam mentem, quoties adest aliquis, qui possit, vel velit exequi, numquam potest se intromittere Ordinarius.*

38 *Episcopus non se intromittit, in locum executorum piorum nolentium, vel morientium, vel non valentium exequi, dum remanet aliquis executor.*

39 *inter Executores testamentarios, dum testator id non prohibuit intrat ius accrescendi.*

41 *Executores testamentarij, quando plures sūt deputati à testatore, tunc vnus sine alio non procedit. & num. 42.*

43 *Executor testamentarius vnus si tantum citetur, processus est nullus.*
Executores testamentarij non censentur in solidum constituti.

44 *Episcopus circa executionem legatorum piorum non supplet, nisi negligentiam executorū, non autem aliorum casuum.*

45 *Episcopus tantum potest supplere negligentiam, & malitiam executorum dispositionum piarum, sed non casum fortuitum.*

45 *Episcopus, quod in causis pijs non possint se intromittere, quando adsunt designati à testatore ad id exequendum, est Sole clarius.*

46 *Et qui aliter sentiunt calumniantur.*

47 *in Executione legatorum piorum Fabrica Sancti Petri, non potest se intromittere, stante negligentia executorum, si in eo casu, testator elegit alios.*

48 *Quia hoc casu non secundum mentem testatoris se intromitteret, sed contra, quo casu nihil potest.*

49 *Testator, quoties adsunt testamentarij executores, numquam censetur voluisse, vt legitimi executores se intromittant.*

50 *Successio ab intestato, seu legitima, ex testatoris mente semper censetur recusata, quoties hæredes ab eo vocari possunt succedere.*

CAPVT LXXXV.

VENERABILIS Fabrica S. Petri de Vrbe non solùm habet ius super legatis pijs incertis, cum declarationibus de quibus latè diximus supra, sed etiam in locum Episcoporum hodie excitat à somno negligentiæ,
1 socordiæque hæredes, executores, cœterasq; personas, quibus à testatore demandatum fuit executio legatorum piorum, vt tetigimus in præcedenti capite. Quare in negligentia
2 eorum consistit fundamentum facultatum circa prædictam materiam dictæ Fabricæ, & sic dum negligitur pia mens testatorum executioni mitti, vt colligitur ex Constitutionibus Apostolicis ad eius fauorem emanatis, vt *in Constitutione Pij V. 96. incipit. Decet nos. §. 1. vers. Omnia et singula legata pia executioni hactenus non demandata &c. et in sequenti Cōstitut. eiusdem Pontificis 97 incipit. Exegit. §. 2. vers. ipsaque legata hæredum auaritia, seu aliàs executioni debita demandata non fuerunt &c.* et sic in alijs, considerauitque *Rota in causa Casenaten. Vocum 21. Aprilis 1636 coram Reuerendiss* D. Terracinen. *est decisio 122. sub nu. 2. vers. dictum fuit Sacram Cōgregationem* Fabri*ca ex amplissimis facultatibus* Pontificum *Romanorum esse executricem piarum voluntatum, et quatenus executores negligant executioni demandare pias dispositiones &c. part. 7. recent.* et prius pariter respondit *coram bo. me.* Corduba *in Romana* Fabrica *26. Aprilis 1602. §. Tertiò idem. vers. omnia contenta in testamento fuerint executioni demandata &c. et coram bon. mem.* Orano *in causa* Sutrina *Monasterij 29 Aprilis 1599. vers. nec alicuius momenti videbatur negligentia executorum, quasi debito tempore fabricā erigere neglexerint, quia præter quod testator non præfixerat terminum ad ædificandū, satis est, quod antequam ex his causis motum esset iudicium, constaret &c.*

Nec incongruum erit id confirmare exemplo tutorum, in quorū concursu semper præ-
3 feruntur testamentarij, et sic quatenus ipsi tutelam exerceneur, numqnam intrant legitimi tutores, etiamsi adesset mater, vel auia. *auth. matri, et auia. C. quand mult tut. offic. poss. §. ex his autem auth. de hæred. ab intest. cum alijs allegatis per Bald. in consil. 308 incip. Testator in testamento in princip. lib. 2. et per* Bart. *in singul. 71. incip. Nota.* vbi ait ad hoc esse notabilem

 textum,

textum, & cordi tenendum in l. si tutori. §. si
duobus ff. de tutor. et rat. distrah. cum alijs addu-
ctis per Borgn. in tractat. de tutor. & curator.
4 cap. 1. num. 2. & in terminis existentiæ matris,
vt nihilominus præferatur tutor testamenta-
rius consuluit Corn. in consil. 163. incip. Viso su-
præscripto statuto in princip. lib. 4 latè Schrader.
de feud. part. 4. sect. 6. num. 20. versic. tutor testa-
mentarius etiam matri, vel auiæ præfertur &c.
quod intellige verum quantumuis testator
tutorem assignauerit in testamento minus so-
5 lemni, qui tutor est confirmandus, & post cō-
firmationem excludit matrem Alex. in consil.
140. incip. Super testamento, num. 4. lib. 2. vbi de
communi cū pluribus alijs allegatis per Bal-
thass. Thomas. de tutor. & curat. cap. 3. numer. 2.
vers. etiamsi testamentarius datus in testamento
minus solemni, &c. & de magis communi, &
receptissima opinione testatur.

Extende prædictam conclusionem etiam
6 procedere, quando pater dedit plures tuto-
res filio, simpliciter, idest sine clausula, vt quis-
mo possit administrare sine alio, quia tunc li-
cet aliqui ex eis moriantur, etiamsi vnus tan-
7 tum remaneret, si tamen ille esset idoneus,
quælibet alia tutela silet. iuxta glos. in l. quoniam
dicis. 1. in verb. sponte. C. de testament. tutel. quā
glos. ibi sequuntur Bart. Salicet. & alij, opti-
misque fundamētis eam corroborat Barthol.
Socin. in consil. 193. incip. Circa primum. num. 1.
8 vol. 2. Tutores quippe regulariter loquendo
habent potestatem in solidum, et vsum pote-
statis quilibet de per se. l. decreto ff. de administ.
9 tut. cum insolidum censeantur constituti. ad
text. express. in l. si plures. 3. l. decreto 25. §. si duo-
bus ff. de administr. tutor. l. 1. C. si ex plur. tutor.
cum alijs allegatis per Rotam corā bo. me. Coc-
cino decis. 378. num. 7. vers. speciale est in tutore
& curatore, quod censeatur datus in solidū &c.
10 Quæ conclusio adeo certa est, vt ab ea nō est
recedendum per solas dictiones, et clausulas
complexiuas adhibitas in eorum destinatio-
ne, nisi vlterius concurrat etiam expressa pro-
hibitio, ne vnus absque alio administret. Spe-
culat. tit. de instrum. edit. num. 47. vers. vel di-
stinguit. Bart. communiter receptus cons. 147.
per tot. lib. 1. et sequuntur Capra cons. 54. num. 1.
ad fin. & num. 2. latè Castill decis. 116. per tot.

Itaque tutela testamentaria non expirat
11 per mortem vnius ex cōtutoribus, sed durat
in persona contutoris superstitis, etiamsi dati
sint tutores cum dictione, simul, vel cum alijs
verbis complexiuis, vnde tutor superstes po-
test solus administrare, nec est necessaria alio-
rum tutorum subrogatio, vt pluribus relatis
firmauit Rota coram bo. mem. Buratt. decis. 389.
per tot. & præsertim num 6. Nam vt benè per-
penditur coram Reuerendiss. Terraconen. in
causa Romana prætensæ Nullitatis, contractus
24. Aprilis 1643 §. Quo verò ad secundum &c.
prædictæ clausulæ complexiuæ adhibitæ in tu-
12 torum destinatione, nisi vlterius concurrat
etiam expressa prohibitio, ne vnus sine aliō
administret, tunc dictæ dictiones, cōiunctim,
simul, & similes, vel referuntur ad actum ip-
siusmet testatoris, nempe nominationis, vt vo-
luit Bart. d. consil. 147. numer. 2. vers. respondeo,
vel ad ipsam administrationē, vt scilicet diui-
datur inter plures nominatos, vt considerauit
Castill. d. decis. 116. num. 9. Stat ergo firmum,
quod tutores plures quando sunt pupillo cō-
stituti, quilibet de per se habet vsū potestatis,
quidquid esset dicendum si sint præsentes, &
discordātes in aliquo actu l. consilio ff. de curat.
furios. & differit Gratian. discept. forens. cap. 812.
13 num. 27. tom. 5. & in terminis, vt quilibet tu-
tor ex pluribus possit agere, & respondere
pro pupillo, nuper pluribus iuribus, & DD. re-
latis fouet D. Matth. Berlic. in suis conclusion.
practicabil. part. 1. tit. de tutor conclus. 16 à n. 17.

Denique amplia in tantum tutores testa-
14 mentarios excludere legitimos, vt si dicti tu-
tores testamentarij obtineant à Iudice tute-
læ onus non subire, vel Iudex eos remoueat
tamquam suspectos, vel alia de causa, tunc
15 nec etiam locus datur tutelæ legitimæ, sed
Iudex alios sibi bene visos poterit eligere ex-
clusis agnatis, vt probat text in § fin autem tu-
tela. Auth. de nupt. & apertius in l. si quis sub cō-
ditione ff. de testam. tutel. ibi, etsi semel ad testa-
mentarium tutorem deuoluta sit tutela, deinde
excusatus sit tutor testamentarius, adhuc dici-
mus in locum excusati alium dandum non ad
legitimum tutorem redire tutelam &c. similis
est textus in l. 3. §. quæri potest. ff. de legitim. tu-
tor. cum alijs ad satietatem relatis per Rotam
in causa Romana Tutelæ de Boncompagnis 24.
May. 1619 coram bon. mem. Francisc. Vbald.
decis. 116. numer. 2. vers. in locum tutoris testa-
mentarij remoti, vel remōti intrat datiuus, nec
legitimus &c. part. 4. recent. tom. 2. et deinde
in altera Romana tutelæ 5. Maij 1632. coram
bo. me. Pirouano quæ habetur pariter in recent.
decis. 123. num. 1. vers. quando excusatur tutor
testamētarius, est locus datiuo et nō legitimo &c.
16 part. 6. Vbi etiam sub nu. 4. dicitur, non ideo
hoc Iudici permitti, quia durent reliquiæ da-
tiuæ tutelæ, sed quia ad quē pertinet destru-
ctio, ad eundem pertinet institutio, Vnde eo-
17 dem Iudicis ministerio debet vtrumque fieri
Bald. in d. l. si quis sub conditione sub num. 2. ff. de
testament. tutel.

Ita quoque postea respondit Rota in causa
Romana Tutelæ 25. Maij 1641. coram bo. mem.
Card. Hieronym. Verospio. §. Pro cuius dubij de-
cisione. vers. non potuit eadem tutela deferri ad
agnatos &c. vbi plura ad hoc allegātur, et red-
ditur ratio, de qua per Bero. quæst. 66. num. 5.
18 Quia cum in remouendo tutore legitimè im-
pedito, vel suspecto, interuenerit factum Iu-
dicis, nunquam ille desijt esse tutor, antequā
à Iudice daretur alius tutor, qui cum subro-
19 gatus sit in locum tutoris remoti, præferri
debet omnibus alijs tutoribus legitimis: sicu-
ti ille

Digitized by Google

ri ille antea præferebatur, *camque rationem considerauit Gutierez. in tractat. de tutel. cap. 9. num. 21.* et de his hactenus.
Sicuti ergo dixi de tutoribus, ita quoque
20 asseri potest de executoribus legatorum pio-
rum, cum de iure isti non rarò æquiparêtur,
Et sunt in duplici differentia, alii qui à testa-
21 tore dantur, alii qui dantur à lege, quamuis
nonnulli potius subtiliter, quàm vtiliter plu-
res, et diuersas species assignent. Executo-
res dati à testatore dicuntur, qui à testato-
22 re relinquuntur in suo testamento dum eis
præcipit, vel rogat aliquid fieri, vel distribui,
vt probat text. in l nulli. C. de Episcop. & Cler. l. 3. 3. nec. ff de aliment. & cibar. legat. § si quis autem, & §. non autem. Auth. de Ecclesiastic. tit. col. 9. cap. Ioannes extra de testament. Executo-
23 res verò dati à lege dicuntur quando illi, qui
sunt dati à testatore sunt socordes, et ignaui
in executione sibi commissa, tunc lex propêsa,
vt pia testantium vota executioni mittantur,
substituit in tali casu Episcopos locorum, qui
24 tunc possunt se intromittere ad exequêdam
mentem piam restatoris, *l si quis ad declinandam. §. 1. C. de Episcop. & Cleric. & cap. nos quidem extra de testament.* In quorum loco hodie, vt dixi post annum successit Venerabilis Fabrica S. Petri.
25 Quemadmodum igitur in tutoribus numquam datur locus legitimo, donec tutelam
exercet testamentarius, ita executor legiti-
26 mus pij testamenti, perpetuo exclusus ërit,
donec de negligentia in hoc à iure determinata executor testamentarius non poterit reprehendi. Quod enim Episcopi nullatenus
nisi data negligentia executorum testamentariorum prohibiti sint apponere manus su-
27 per executione legatorum piorum haud difficilè id patenter probari potest, considerandus vtique *textus venit in d. cap. nos quidem. ibi, (tunc per te adificetur)* quæ dictio, *tunc*, sanè
28 temporis extremitatem denotat *l. Gallus in princip. & ibi glos. in verb. tunc. notat ac ibidem vniuersa Doctorũ turba. ff. de liber. & posthum.*
29 Scilicet, vt tunc, et non antea exequi Episcopus incipiat, cũ negligentes hæredes fuerint. *facit text. in l. 4. §. fin. vbi glos. & Bart ff de condit. & demonstrat. l. vxori. vsumfructum villæ. ff. de vsufruct. legat. l. lecta cum ibi not. ff si cert. petat. cum alijs copiosè relatis per* Brunor. à Sole. *in proposit. Iur. diction. Tunc. & per Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 65. numer. 1. et seq. et per* Barbos. *in tractat de diction. cap 354. et cap. 409.* Surd. *decis. Mantuan. 207. numer. 16. & latius idem dixit in consil. 236. num. 13. vol. 2.* Rota *in recent. decis. 144. num. 7. part. 1. et decis. 208. num. 2. vers. dictio illa, tunc denotat extremitatẽ temporis &c. part. 4. recent. tom. 2. et decis. 1614. n. 52. eiusd. part. tom. 3. et decis. 12. num. 50. part. 6.*
Quidquid dicendum esset, si constaret de mẽ-
30 te disponentis, *vt iam demonstraui in annotat. ad decis. 632. num. 107. part. 4. recent. tom. 3.*

In terminis verò nostris, vt Episcopus tan-
31 tum in casu negligentiæ, propter dictionem
illam, *tunc*, positam *in d. cap. nos quidem.* cum
denotet temporis extremitatem, non possit se
32 ingerere in executione legatorum piorũ ratiocinatur *Barbos. in tractat. de offic. & potestat. Episcop. allegat. 42. et in tractat. de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 27. num. 40. et 41.* cum ibi allegatis. Et declaratum fuit per Sacram Congre-
33 gationem Concilij Tridentini; Episcopum nõ
nisi data hæredũ, vel executorũ negligentia,
ad exequendum pias defunctorum volũtates
deuenire posse, *ad tex d. Concil. sess. 22. de reformat. cap 8. vt refert.* Gratian *discept. forens. cap. 481. nu. 23 et 24.* alia adducerem iura, & DD.
nisi id esset Sole ipso clarius, vt infra dicam, &
vlterius progrediendo.
Aduertendum quoque venit Episcopos, &
34 per consequens Fabricam, tunc neque in casu negligentiæ executoris testamentarij posse
se intromittere in executionem legatorum
piorum, quando in casu isto prouidit ipse testator dando alios subexecutores.
Nam & in tali casu potest testator euitare
35 Episcopi, seu Fabricæ iurisdictionem à suo
testamento, scilicet, vt dixi, in casu negligentiæ primi executoris, substituat alium, tunc
36 enim deuolutio non fit ad Episcopum, sed ad
substitutum. *vt respondit* Sanchez. *in opusc. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 55. numer. 17. et post* Bald. *in l. si fundum. §. Stichum. ff. de legat. 1.* firmat. Spin. *in specul. testam. glos. 28. nu. 41. in fin. vers. non potest Episcopus se intromittere, sed ille executor secundo loco nominatus &c. cum alijs allegatis per* Matienz. *lib. 5. recopilat. titul. 4. lib. 7. glos 2. num. 2 et lib 14. glos. 1. numer. 45. et nuper per* R. P. Antonin. Dian. *in suis moral. resolut. part. 8. tractat. 5. resolut. 56. versic. quando in casu negligentia executoris, testator substituit alium &c.*
Nam quotiescumque superest aliquis, qui
37 velit, & possit exequi voluntatem defuncti,
numquam Episcopus se intromittit, *et ista fuit doctrina Franchi. in cap. 2. §. fin. in 6. notabil. num. 4. de testam.* Vbi etiam subdit, Episcopos non succedere in locum executorum nolentium, vel morientium, seu non valentium
38 exequi, nec in locum talium potest alios subrogare, cum inter executores testamẽrarios,
dum testator id non prohibuerit, intret ius
accrescendi, *cap. religiosus. §. sanè. & ibi Ioan. Andr. in cap. vltim. & ibi Geminian. numer. 6. in fin. de testament. in 6.* & prædictam doctrinam *Franc.* sequuti sunt *Molin. disputat. 251 tract. de iustit. & iur.* Sanchez. *in consil moral. lib. 4. cap. 1. dub. 55. num. 7. & 8. vbi alios refert.* & in
terminis vt deficiente aliquo ex pluribus exe-
39 cutoribus testamentarijs, eorum ius accrescat alijs, & liberè ipsi possint exequi testamẽtum *per text. in d. cap. religiosus. §. sanè.* firmauit *Bart. in consil. 147. Factum est tale per tot. lib. 1. Angel. in l. Imperatores, 21. §. si magistratus.*

Aaaa 2 vers.

veri in text. ibi. ff. de appellat. Alex *in l. si mihi, et Titio.* 110 *in prin. nu.* 22 *ff de verb. obligat.* cum
alijs cumulatis *per Bellon. in tractat. de Iure accrescend. cap. 6. quæst. 27. num. 1. versic et constat ius accrescendi habere locum itaque cæteri poterunt executionis officium soli adimplere &c.* cum alijs pluribus relatis de veriori testatur
Gratian. discept. forens. cap. 522. *n.* 2. quibus adde *Ioseph. de Sess. decis. Aragon.* 51. *num. 1. tom. 1. & Bellacomb. tom. 2. commun. opinion. lib. 6. titul.* 41. *n.* 5 Quæ opinio procedit quantumuis
verum sit, quando omnes adsunt executores,
vnus sine alio testamentum exequi nõ possit
cap. fin. de testament. in 6. l. pluribus. ff. de procurat. & facit. in argument. text. in d. cap. religiosus. §. sanè vbi in casu speciali absentiæ &c.
42 vnum solum posse exequi testamentum in-
dulgetur. *vide Gregor. Lopez lib. 6. titul.* 10. *par.*
6. Capra *de executor. vltim. volunt. menb. 6. nu.*
179. Quare si vnus tantum citetur, processus
43 est nullus, quia non censentur in solidum cõ-
stituti, nisi aliud testator dixerit, *iuxta text. in cap. si duo. de procurat. in 6.* Bart. *in l. si plures. ff. de administrat. tutor. & ibi Bald.* Aretin. *in §. 1. in princip. Instit. de satisdat. tutor.* Peregrin. *consil.* 31. *n.* 26. *lib.* 2. *cum alijs allegatis per* Cancer, *variar. resolut. part. 1. titul. 7. num. 7. versic. executores non habens potestatem insolidum exequendi &c* adde Ricc. *collectan. decis.* 769. & *benè* Vincent. de Franch. *decis. Neapolit.* 622. *n.* 2. *vers. prædictis executoribus non erat data potestas in solum exequendi, quæ requiritur, vt vnus tantum possit &c.* Sed his non obstanti-
bus. Quo in casu, vt redeam in viam, Episco-
pus tamquam executor legitimus non potest
se intromittere, vt supra dixi.

Quarè sedulò ponderauit *Bald. in l. nulli. in fine. C. de Episcop. & Cleric.* quod Episcopus nõ
45 supplet, nisi negligentiam executorum, non
autem alium casum, absentiæ scilicet, mortis,
aut similium casuum fortuitorum, *idemq. notauit Bart. in d. l. nulli* vbi similiter ait, Episco-
pum tantum posse supplere negligentiam, &
45 malitiam executorum, sed casum fortuitum
supplere non valet *per text. in d. cap. fin. de testament. in 6. & Bald. et Bart.* referendo sequitur *Angel. Aretin. in suo practic. tractat. de testam. glos 97. sub num. 19. et consulens respondit* Riminald *sen. in consil.* 129. *num* 8. *vers. pluribus executoribus datis &c. lib. 1 adde etiam* Speculat. *in titul. de Instrument. edit. § nunc verò in verb. sed si alter ex duobus.* Felin. *in cap. Prudentiam.* 21. *col. ad med. nu.* 11. *extr. de offic. delegat.* Gratian. *discept. forens. cap.* 812. *nu.* 13. *tom. 5. et benè enucleat. Ioann. Iacob. à* Canib. *in tractat. de executor. vltim. volunt. in §. repetitis igitur à n.* 28. *et adde Baldass.* Thomat. *eodem tractat. de execut. testament. titul 11. cap. fi nu. 5. vers. altero executorum vita functo non potest Episcopus substituere alios, cum superstites id fideliter exequi possunt &c.* & sic dixit sæpius Rota, *& præsertim decis.* 121. *nu. 4. vers. deuolutio non fit ad Episcopum, sed ad consortes, qui per negligentiam eorum iure nominandi priuati non sunt &c part. 5 recent.* & dixi *in annotat. ad decis. 25. à n 9. & 10. part. 3. recent.*

Et proprius in terminis nostris concludit
Ioannes Iurisconsultus in suo compendios. tractat. de executor. vltim. volunt. titul. 2. de legitim. executor. vbi n. 5. inquit Sole clarius appa-
rere, quod Episcopus etiam in causis piis, non
46 est immediatus executor, dum alij sunt hære-
des, vel executores à testatore designati, sed
defectũ duntaxat supplet ingratiã testatoris,
videlicet. si aut non scripti per quos testator
voluerit executionem fieri, aut fuerint negli-
gentes, vel perfidi, et qui aliter tractant istam
publicam Episcoporum potestatem, hi palpi-
46 tando detrahunt eorum dignitati, et Iuris
canonici mentem calumniantur. & secundum
prædictam opinionem respondit *Rota in causa Romana* Nominationis Puellarũ 4. Nouẽbr.
1618, *coram bon. me. Pirouano*, vbi dicitur, quod
Testator eligendo subexecutores in casu ne-
gligentiæ executorum dirimit quæstionem,
ne Episcopus possit ipse subrogare executores
legitimos. ad exequendam piam mentem te-
stantis.

Puntualiter verò contra Venerabilem Fa-
bricam, vt ipsa se ingerere non debeat in
exequenda pia defuncti voluntate, etiam ne-
47 gligentibus prioribus executoribus, dum in
eorum defectu per testatorem dati sunt secũ-
di executores, per doctrinã *Franchi in d. cap. vltim. §. sanè. nu. 4. de testam* suprarelatam respondit Maranta *in controuers. sur part. 1. respons. 32. per tot. et præsertim num. 17. et 21.* & asseri-
tur, quod talis subrogatio est rationabilis, &
iusta, nec legibus obluctatur, & seruanda vtiq.
erit. ac sarcta in omnibus, et tecta habenda.
Nam si alias diceremus non secundum men-
48 tem testatoris se intromitteret, sed equidem
contra, quo casu Fabricæ vites sunt eneruatæ,
vt supra dixi. Quotiescumque enim superest
aliquis electus à testatore, qui velit, & possit
49 exequi eius voluntatem, censetur voluisse, vt
nemo alius se ingereret in tali executione.
Sicuti videmus in successione ab intestato,
quæ ex testatoris mente semper censetur re-
cusata quoties hæredes ab eo vocati in testa-
50 mento possunt hæreditatem adire. Tantoque
magis supradicta opinio in casu Venerabilis
Fabricæ amplectenda videtur, quia nullum
ius, nullamque actionem ei competit ad con-
sequenda sibi assignata emolumenta (idest
51 Quinta elapsò anno, Medietas verò triennio
transacto, et aliàs prout habetur in suis pri-
uilegijs,) nisi Executorum socordia, auaritia-
que data, vt satis clarum, dictumque iam est,

A R-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

in Piarum dispositionum executione Fabrica S.Petri de Vrbe, non valet se intromittere nisi data negligentia omnium executorum in testamento à pio Testatore relictorum cum quilibet rebus suis eam legem dare possit quam vult, dũmodo à legibus non reperiatur improbata, alias habet à Iure liberas habenas, quod multo magis locum habere id debet, & Iura Canonica summè exoptant quando agitur, vt hic de dispositionibus pijs, ne alias Christifideles, videndo eorum voluntates nõ seruatas, retrahãtur à bonis operibus.

Iura Canonica zelanter permittunt fundatoribus Iuriumpatronatus, vt in limine eorum fundationis, accedẽte consensu Ordinarij, possint apponere, quantas, et quales conditiones sibi benè visas, etiam contra ius, dummodo non sint imposibiles, vel turpes, vel contra naturã iurispatronatus, alias verò quascumq. vt dictum est possunt apponere, & referuntur nonnullæ conditiones contra ius, quæ possunt admitti, et si Episcopus recusaret eas admittere quid sit faciendum.

Papa quamuis posset omnia beneficia Iurispatronatus Laicorum, etiam Regum comprehendere sub reseruationibus Apostolicis recusat tamen id tamquam benignus Pater facere, ne Christifideles fortè retrahat ab his pijs operibus, cum ea pro sint ad salutem animarum, & ipse omnes homines tenetur derigere in viam salutis &c.

SVMMARIVM.

52 *in Executione legatorum piorum, Fabrica S. Petri, non se intromittit, nisi data negligentia omnium executorum in testamento nominatorum.*

53 *Executores legitimi, nisi in defectum executorum testamentariorum.*

54 *Legem quam quis vult, testator potest dare in rebus suis.*

55 *Arbitratu suo testator moderatur leges in suo testamento.*

56 *Voluntates defunctorum decet ad vngem seruari.*

57 *Voluntas testatoris, tunc eò magis venit adimplenda ad vnguem, si disposuerit ad pias causas.*

58 *Testator prospectando negligentiã primorum executorum in exequenda eius pia voluntate, si prouideat de alijs, tunc si Episcopus, vel Fabrica illis spretis, se intromitteret, id posset operare auersionem testatoris à tali opere pio.*

59 *à Pijs dispositionibus, ne homines retrahantur Iura Canonica id timendo, multa tollerant contra proprias sanctiones.*

60 *Missam pro defunctis, si testator mandet quotidie celebrari, seruandum est tale præceptum.*

61 *Sacerdos quidem, solitus singulis anni diebus celebrare Missam pro defunctis, cum fuerit suspensus ab Episcopo, quid euenerit ipsi Episcopo, ac statim illum restituit. & n. 62.*

62 *B. Thomas Cantuariensis Episcopus, cum suspendisset Sacerdotem, quia quotidie Missam de B VIRGINE celebrabat, quid ei acciderit. & num. 63. 64. et 66.*

67 *Iurispatronatus fundatores in limine fundationis possunt apponere quascumque conditiones sibi bene visas, etiam contra ius commune à num 68.*

69 *Iurispatronatus fundatores possunt apponere cõditionem, vt possint præsentari ad illud etiã illi, qui habent aliud beneficium in eadem Ecclesia.*

70 *Iurispatronatus fundator potest apponere cõditionem, vt prædecessor in beneficio possit sibi eligere successorem, etiam nulla secuta ordinarij institutione.*

71 *ex Priuilegio, vel consuetudine, id quod potest induci, multò fortius potest admitti ex voluntate fundatoris iurispatronatus in primæua eius fundatione.*

72 *Patronus an in limine fundationis possit apponere conditionem, vt habeat facultatem amouendi præsentatos.*

73 *Laicus potest donare Ecclesiæ præiudicium ea conditione, vt soluat collectas Laicis.*

74 *Patronus in limine fundationis, an possit apponere pactum, vt fructus beneficij vacantis vadant ad patronos, vel ad alios.*

75 *Fideles, ne retrahantur à fundatione Ecclesiarum, aliorumque similium operum piorum cauendum est.*

76 *Et ideo permittitur patronis, vt quascumque conditiones in iurispatronatus fundatione ponant.*

77 *in Rebus suis quilibet potest apponere legem quam vult.*

79 *Conditiones contra ius possunt apponi in fundatione Iurispatronatus quando in limine fundationis apponuntur, secus si post.*

80 *Conditiones patronus an possit imponere iurispatronatui, postquam illud est in esse deductum.*

81 *Declaratio alicuius rei, si fuerit reseruata in ipso actu, secuta declaratione, dicitur inesse dicto actui.*

82 *Conditiones contra ius, tunc admittuntur in limine fundationis Iurispatronatus.*

83 *Quando non sunt natura impossibiles, seu turpes, vel contra naturam Iurispatronatus, vel alias à iure non improbata.*

84 *Ordinarius tenetur consentire conditionibus appositis in limine fundationis iurispatronatus etiam si sint contra ius, & quare.*

85 *Et quatenus nollet consentire, quid sit faciendum.*

86 *Ordinarij consensus in approbatione conditionum apponendarum, in limine fundationis iuspa-*

iuspatronatus, licet illa sint contra ius, quare requiratur.

87 *Ordinarij consentiendo conditionibus appositis in limine fundationis Iurispatronatus, quamuis sint cōtra ius, nihil faciūt contra ipsum ius.*

88 *Quod procedit etiam si res ipsas Ecclesiasticas seruituti subijcerit. & an possint consentire in praeiudicium Papae circa reseruationes. n. 89.*

90 *Laicus fundando iuspatronatus, si disponat, quod in perpetuum spectet ad Ecclesiam, hoc casu intrant reseruationes Apostolicae, quamuis sit fundatum à laico.*

91 *Iuspatronatus, an sit Ecclesiasticum, vel laicale attenditur persona apud quam reperitur ius praesentandi.*

92 *Iuspatronatus spectans ad Ecclesiasticos cadit sub regulis reseruatorijs.*

93 *Ordinarius, licet consensit conditioni posita in limine fundationis iurispatronatus, quod iuspatronatus pertineat ad Ecclesiasticos, & tamen non cadat sub reseruationibus.*

94 *Nec super hoc putandum est fundatorem voluisse derogare facultatibus Romani Pōtificis.*

95 *Beneficia Iurispatronatus Laicorum, non cadunt sub reseruationibus non quia Papa nō possit, sed quia non vult, stante eius pietate.*

96 *Papa si vellet, posset omnia iurapatronatus laicalia comprehendere sub reseruationibus.*

97 *Papa si vellet posset derogare etiam Iurispatronatus Laicorum.*

98 *Iurispatronatus fundator, si roget Papam, vt sicuti non derogat iuripatronatus reseruato laicis, ita nec velit derogare reseruato Ecclesiasticis talis petitio videtur iusta. & nu. 113.*

99 *Papa in reseruationibus comprehendendo iuspatronatus reseruatum Ecclesiae, disponendo de eo, non videtur facere contra mentem fundatoris. & quare.*

100 *Papa est caput Ecclesiae vniuersalis, & Gubernator supremus, et bona, iuraque cuiuslibet Ecclesiae Orbis ad eius nutum manent.*

101 *Iuspatronatus relictum Ecclesiae, licet cadat sub reseruationibus, tamen id debet intelligi si intuitu ipsius Ecclesiae sit relictum, secus si cōtemplatione alterius, vt hic.*

102 *Iuspatronatus relictum Ecclesiae, quando non sit Ecclesiasticum.*

103 *Clerici regulares, quidquid acquirunt, Monasterio acquirunt.*

104 *Iuspatronatus Ecclesiasticum fundans censetur voluisse cadere sub reseruationibus, sed hoc procedit in dubio, secus si simus in claris. num. 105. & 106.*

107 *Iuspatronatus Laicorum, ex benignitate Papae non cadunt sub reseruationibus.*

108 *Expressum dicitur, quod ex verbis virtualiter inest.*

110. *Papa dum sua omnipotentia vtitur in beneficialibus absoluta, nemini facit iniuria.*

111 *Fundatoribus iurispatronatus, Papa vti benignus Pater, in rebus, quae ab eius libero arbitrio pendent, applaudit.*

Iuribuspatronatus Laicorum ideo Papa non deroget.

112 *Papa, quae benignitate alliciat personas ad fundationem Iurispatronatus, & similium operum piorum.*

113 *Opera pia prosunt ad salutem animae.*

114 *Papa, tamquam bonus Pastor debet curare, vt fideles per viam salutis ambulent.*

115 *Papa est Stella Polaris periculosa nauigationis Orthodoxae erga Caelum.*

116 *Papa, verbo, & exemplo, omnes tenetur ad promissas terras Caelestes deducere.*

117 *Papa, tàm Catholicos, tàm infideles, tàm haereticos tenetur in viam salutis dirigere.*

118 *Papa ex benignitate quoque non intendit comprehendere iurapatronatus partim laicalia, et Ecclesiastica sub reseruationibus. & quare.*

CAPVT LXXXVI.

IN executione dispositionum piarum Venerabilis Fabrica S. Petri de Vrbe, nullatenus poterit se intromittere, nisi data negligentia, seu socordia in omnibus executoribus
52 in testamento scriptis, eum nullum penitus eidem vertatur interesse, nec quoad zelum exequendae voluntatis testatoris, Quia executores legitimi, nisi in subsidium negligentiae
53 testamentariorum possunt se ingerere iuribus semper clamantibus testatorem posse dare rebus suis legem, quàm vult (dummodo nō
54 reprobatam) illamque suo arbitratu moderari. *§ si quis autem. vers. modis omnibus, quod praeceptum est per testatorem adimpleatur &c. auth. de hared. & falcid. collat. 1. & §. 1. vers. super vnam habemus intentionem, dispositiones morientium esse firmas. nisi apertè contraria sint legibus &c. auth. de interdict. à morientib. praestād. collat. 5.* cum alijs à me alibi adductis, *& praesertim in annotat. ad decis. 632. num. 9. vers. plena sunt omnia volumina Scribentium &c. & num. 149. part. 4 recent. tom. 3.* Decet enim de-
55 functorum voluntates ad vnguem seruari, & adimpleri. *l. in conditionibus. 19. ff. de condit. & demonstr. l. cum quaestio. 23. C. de legat. l. 1. ff. de constit. pecun.* & ratiocinatur Rota *coram Eminentiss. D. Cardin. Ottobono in causa Pisauren. Administrationis Montis 12. Iunij 1651. §. 2. vers. decet enim defunctorum voluntates ad vnguem seruari &c. & coram R. P. D.* Verospio *in causa Romana, seu Ianuen. Legati 1. Iulij 1652. §. 1. vers. in vltima voluntate testator rebus suis legem quamcumq; valeat imponere &c.*
Eòque libentins, dictam Iurium religionē
56 admittendam esse in casu nostro dicendum venit, quia versamur in dispositionibus pijs. Nam testator prospectando, ac praesupponendo primorum executorum negligentiam, se-
57 dulò prouidendo de alijs in locum negligentium, si tunc Episcopus, vel Fabrica primorū socordia data, vellet se ingerere reiectis executori-

Digitized by Google

cutoribus substitutis à testatore, id posset efficere, vt ipse testator sciendo in hoc eius præ-
58 cepta sperni, à tali dispositione animum auerteret, Cum, et aliàs compertum sit Iura Canonica in tantum timere, ne homines retra-
59 hantur à pijs dispositionibus, vt multoties ad hunc effectum nonnulla conniuentibus oculis contra proprias sanctiones permittant, tollerantque.

Hinc est, validum esse preceptum illud testatoris, qui mandauit quotidie celebrari sa-
60 crificium Missæ pro defunctis, aut alia deuotione priuata, vel particulari, veluti de Beata VIRGINE &c, vt pluribus rationibus fouet *Didac. Spin. in suo specul. testament glos. 3. titul. de Cappellan. à num. 55.* ibique refutat plures Doctores huic opinioni recalcitrantes. Addo mirabile illud, quod narrat *Petrus Caluniacensis Abbas*, de quodam Sacerdote, qui con-
61 sueuerat singulis diebus anni missam, pro defunctis celebrare, scilicet, *Requiem æternam*.

Qui eum de hoc accusatus esset apud suum Episcopum, suspendit eum ab officio, Cum au-
62 tem Episcopus in quadã solemnitate magna, iret ad matutinum, transiens per cœmeteriũ, visum est ei, quod omnes mortui qui erant in cœmeterio surgerent cõtra eum, sub illo scemate, cuius officij, quisque fuerat in Mundo, dicentes funesta voce, *Iste Episcopus nullas missas nobis dat, insuper Sacerdotem nostrum nobis abstulit, sed certè nisi emẽdauerit, morietur* Quare totus tremebundus non solum Sacerdotem absoluit, imo pro mortuis ipse deinde libenter celebrauit.

Legitur pariter in vita B. Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi, quod Sacerdos quidam
63 Misã de B. VIRGINE quotidie celebrabat; Qui accusatus Archiepiscopo Thomæ, ab eo vocatus, & tamquam idiota, & inscius ab officio suo suspenditur, Cũ verò dictus B. Thomas cilicium suum suere deberet, & sub lecto
64 illud abscondisset, vt ad sueudum horã captaret, B. VIRGO Sacerdoti suspenso apparuit dicens. Vade ad Archiepiscopum, eiq; dicas, quod *Illa ob cuius amorem Missas dicebas, eius cilicium, quod est in tali loco, consuit, & sectam rubeam, de quo illud consuit ibidem reliquit:*
65 *Illa igitur tibi mandat, quod interdictum, quale tibi fecerat, debeat relaxare.* Quod cum id B. Thomæ, Sacerdos annunciasset, ac vera esse inuenisset, à stupore non paruo captus fuit, et
66 interdictum relaxans, Sacerdotem hoc habere secretum præcepit. Plura alia similia exẽpla breuitatis ergo relinquo, ideo ad nos.

Videmus insuper ne fideles retrahãtur, imò alliciantur ad fundationes Iurispatronatus, iura permittere, (accedente consensu Ordinarij) eos in limine fundationis posse appo-
68 nere quascumque conditiones, sibi benè visas, etiam iuri communi contrarias. *cap. praterea el 2. de iurepatron. cap. quantò. de censibus. Concil. Tridentin. sess. 25. de reformat. cap. 9.* latè Lambertin. *in tractat. de Iurepatr. lib. 1. part 1. art. 1. quæst 9. per tot cum alijs copiosè relatis per* Gonzal. *ad regul. 8.* Cantellar. *glos. 5. à nu. 103. & per* Viuian. *de Iurepatr. cap. 8. lib. 2. et* Corradin. *in prax dispensat. lib. 4. cap. 1. nu. 8. et seq.* sensitque Rota *in Cæsaraugustana Capellania 16. Maij 1587. coram Cardin.* Seraph. *est inter eius impress. decis. 774. num 4. & in eadem causa 11. Martii 1588. coram bon. me. Bubal.* vbi fuit
69 apposita conditio per fundatorem, vt possent præsentari ad illud Iuspatronatus etiam illi, qui aliud beneficium haberent sub eodem tecto, videatur etiam *decis. 530. num. 2. versic. etiamsi iuri communi contraria sit &c. part. 1. recent. coram bo. me.* Buratt. *quæ inter eius impressas est decisio 21. sub num. 3.* Vbi dicitur
70 valere conditionem positam in limine fundationis, à patrono, vt prædecessor in beneficio eligat sibi successorem in eo, etiam nulla secuta Ordinarij institutione, quia id, quod
71 induci potest ex priuilegio, vel consuetudine multò fortius potest admitti ex voluntate fundatoris in primeua fundatione, cum ea sit validior consuetudine, vel priuilegio *Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. part. 1. quæst. 7. art. 27. num. 10. & artic. 29. nu. 2. circa fin. vers. certa ista theorica.*

An autem & quando patronus in limine
72 fundationis possit sibi reseruare facultatem amouendi à se præsentatos, videatur *Lambertin. de iurepatron. lib. 1. part. 1. quæst. 9. art. 2. numer. 14 15. & 16. & decis. in causa Toletana iuris nominandi 28. Ianuarij 1583. coram* Oriolen *& 27. Ianuarij 1584. coram bo. me.* Bubalo. *meminitque* Rota *coram bo. me.* Penia *dec. 203. num. 7. inter eius à me impress.* Scimus etiam
73 quod Laicus potest donare Ecclesię prędium ea conditione, vt soluat collectas Laicis, licet aliàs de iure non fuisset obligata soluere, *vt firmat* Anchar. *in consil. 217. num. 2. versic. est enim licitum cuicumque priuato donãti res suas Ecclesia &c.* cũ ibi allegatis, & sequitur *Ricc. decis. Cur. Archiepiscop. Neapol. 29. part. 2. nu. 9. vers. potest laicus donare prædium Ecclesiæ, ea conditione, vt soluat collectas Laicis &c.* Item potest apponere conditionem patronus in
74 limine eius fundationis, quod vacante beneficio fructus vadant ad patronos, vel ad tale Monasterium, aut pro reparanda Ecclesia. *Bero. consil. 5. vol. 1. vbi late.* Simon. de Præt. *de interpretat. vltim. volunt. lib 4. dub. 4. num. 172. Alia pacta vide apud* Lambert. *de iurepatr. lib. 1. part. 1. artic. 9. quæst. 3. num. 73.*

Addo generaliter decisiones in causa *Fanen.* Cappellaniæ *24. Iunij 1624. coram bo. me. Francisc.* Vbald. *& in Romana Iurispatronatus 31. Maij 1613. coram bo. me. Card.* Sacrato *impressa est apud Viuian de Iurepatr. par. 1. lib. 4. cap. 9. num. 56. & in* Regien. *Beneficij 10. Iunij 1636. coram* Reuerendiss. Terracinen. *est decisio 157. num. 7. part. 7. recent. & in Fanen. Beneficii 13. Ianuarii 1645. coram* Reuerendiss. Terraconen.

conon. et in Spoletana Canonicatus 3. Iulii eius-
dem anni 1645. coram eodem, et sæpius in aliis,
76 in quibus omnibus decisionibus Rota oculũ
habendo, ne fideles retrahuntur à fundatio-
ne Ecclesiarum , aliorumque similium operũ
77 piorum in Ecclesiæ, diuinique cultus præiu-
dicium admisit diuersas conditiones, patro-
nis benè visas in limine fundationis contra
78 dispositionem iuris cõmunis firmando quas-
cumque posse admitti, cum disponentes de
re sua à iure habeant liberas habenas circa
appositiones quarumcumque conditionum,
pactorumque. *l. legem. C. de pact. l. ea lege. C. de*
condit. ob caus. l. 2. & 3. C. de donat. quæ sub mod.
l. 1 §. 1. ff. de reb. cor.

Et in terminis est *text. in cap. verum. extr. de*
condit. apposit. cum aliis relatis per Rotam *coram*
bon. me. Coccino *in causa Toletana Iurispatro-*
natus est decis. 147. num. 8. vers. quas conditiones
potuit ille apponere &c. part. 5. recent. Animad-
uertendum tamen illud venit, quod tunc cõ-
ditiones contra ius appositæ per fundatores
79 iurispatronatus substinentur, quando illæ ap-
positæ in ipso limine fundationis reperiūtur,
aliàs enim si ex interuallo apponātur id per-
peram fit, etiamsi concurrat Episcopi consẽ-
sus vt post multos confirmat *Rot. decis. Curiæ*
Archiepiscop. Neapolit. 240. part. 3. nu. 6. in fin.
versic. secus est, post iuspatronatus in esse dedu-
ctum, quia tunc non potest aliqua pacta, vel cõ-
ditiones apponere &c. quidquid esset dicendũ,
80 si tales conditiones non essent contra ius *ex*
relatis per Viuian. *de iurepatronat. lib. 2. cap. 8.*
num. 10. vers. tamen ex interuallo patronus non
potest nouam legem, vel conditionem in beneficio
apponere &c tunc verò transiret quæstio sine
difficultate , quando in limine fundationis,
81 fuit reseruatum aliquid disponendi, et decla-
randi , et tunc vigore talis reseruationis in
ipso actu factæ perinde est , ac si in principio
fuissent ea apposita, per ea, quæ proximè dixi
in cap. 81. à num. 70. et in puncto respondit Ro-
ta in causa Toletana Iurispatronatus 21. Maii
1618. coram bo. me. Coccino. § Secundo. vers. cla-
rè sequitur, quod vigore reseruationis conditio-
nes apposita &c et coram Merlin. dec. 802. nu. 3.

Item intellige, quod conditiones contra
82 ius appositæ in limine fundationis per pa-
tronos tunc admittuntur, si non sint natura
impossibiles, seu turpes , vel contra substan-
83 tiam iurispatronatus, aut aliàs à iure expres-
sè improbatæ. Quibus cessantibus cœteræ
conditiones admittendæ veniunt per Ordi-
84 narios, qui in hoc consentire debent, et qui-
dem ex necessitate tenentur illas approbare,
nam hoc casu sunt loco Iudicis, *auth. statuimus*
vbi Bald. num. 2. C. de Episcop. & Cleric. Alex.
consil. 2. num. 79 lib. 1. Boer decis. 326. numer. 2.
Et si Episcopus denegaret consentire , potest
85 fundator recurrere ad Superiorem, qui eum
cogat ad consentiendum, vel si contumax sit,
ipse superior consentiat *Felin. in cap. cum Ve-*
nerabilis. nu. 33. vers. etsi Episcopus de except. per
doctrinam Innocent. *in cap. in Lateranensi. nu-*
mer. 5. de præbend. Prædictus enim consensus
Ordinarij in hoc casu, non videtur requisitus
pro libertate voluntatis ipsius Ordinarij, sed
86 vt dixi , tamquam Iudicis , scilicet , vt possit
videre an conditiones sint de improbatis à
iure, et sic an patiantur defectum impossibi-
litatis, vel turpitudinis &c. propterea si non
sint tales ex necessitate tenetur illas appro-
bare, cum vt dixi, sit loco Iudicis .

Nec Ordinarii putent consentiendo con-
87 ditionibus per patronos petitis contra ius
comune, aliquid contra ius moliri, cum id ef-
ficiant iuris permissu, *vt inquit Butr. in cap. cũ*
dilectus. num. 42. de consuetud. etiam res ipsas
88 Ecclesiasticas seruituti subiiciendo *Gemin. in*
cap. hoc consultissimo. §. contractus sub numer. 7.
vers. sed quare de reb. Eccles. non alienand. et in
89 terminis, vt possint consentire etiam in præ-
iudiciũ Papæ circa reseruationes beneficio-
rũ veluti si Patronus Laicus apponat eã con-
ditionẽ , vt Iurispatronatus dispositio spectet
ad Ecclesiam in perpetuum , tamquam laica-
90 le, licet aliàs hoc casu intrarent reseruatio-
nes Apostolicæ, non obstante fuisse Iuspatro-
natus fundatũ à laico, *vt traditur in cap. vnic.*
de Iurepatr. in 6. quia ad cognoscendum an
Iuspatronatus sit laicale , vel Ecclesiasticum ,
91 attenditur persona , apud quam est ius præ-
sentandi , *ex allegatis in causa Leodien. Paro-*
chialis 18. Decembris 1623. coram bo. me. Mer-
lino, *est decis. 87. la prima. num. 6 & deinde in*
causa Anagnina Beneficii 23. Iunii 1642. coram
eodem in fin. est decis. 896. num 10. versic. hodie
pertinet ad personas Ecclesiasticas præsenta-
tio &c. et latius *in eadẽ causa 30. Maii 1644.*
coram R. P. D. *Meltio.* vbi congeruntur aliæ
decisiones , et adde *decis. in causa Compostel-*
lana Parochialis 17. Iunii 1644. coram Eminen-
tissimo D. Card. Cecchino. *§. Neque ad effectum.*
versic. dignoscitur ex persona, penes quem est ius
92 *præsentandi*, et in puncto , vt Iurapatronatus
spectantia ad Ecclesiasticos cadant sub regu-
lis reseruatoriis , *plures DD. & decisiones ad-*
duxi supra cap. 56. num. 76.

Nihilominus si patronus apponat talem
conditionem , vt sit tamquam laicale Iuspa-
93 tronatus, Ordinarius licitè potest consenti-
re, et nec tunc intrabunt reseruationes Apo-
stolicæ, vt benè fuit consideratum in suprare-
latis decisionibus , *et præsertim in d. Romana*
Iurispatronatus coram Card. Sacrato, *& in di-*
cta Spoletana Canonicatus coram Reuerendiss.
Terraconen. *§. Nihilominus. vers. valuerit ap-*
ponere conditiones ad effectum excludendi reser-
uationes Apostolicas &c.

Nec putandum est, fundatorem voluisse
94 derogare facultatibus Romani Põtificis. quia
id non percutit potestatem eiusdem , sed be-
ne voluntatem , etenim Beneficia Iurispatro-
natus laicalis , non ideo cadunt sub reserua-
tionibus

95 tionibus Apostolicis, quia Papa non possit,
sed quia stante eius pietate causa de qua supra
non vult, si ipse enim vellet indifferenter om-
96 nia iurapatronatus posset comprehendere
sub reseruationibus, *vt considerauit Rota in*
causa Comaclen seu Ferrarien. Præpositura 15.
Decembris 1625. coram bo. me. Rembold. *est de-*
cis. 630. part. 4. recent. tom 3. num. 5. vers. si Papa
vellet, posset comprehendere &c. vbi etiam di-
97 citur si Papa vellet; posset derogare etiam
Iuribuspatronatus Regum.

Vnde si fundator rogasset Summum Pon-
98 tificem, vt sicuti non solet derogare iuripa-
tronatus reseruato Laicis, ita nec vellet dero-
gare reseruato personis Ecclesiasticis; Talis
petitio videtur digna exauditione, nam ideo
99 Papa in reseruationibus comprehendit ius-
patronatus reseruatum Ecclesię, quia videtur
reseruatum intuitu ipsius Ecclesiæ, ideoque
disponendo de eo, non videtur facere contra
voluntatem fundatoris, cum ipse sit caput Ec-
100 clesiæ Vniuersalis, & Gubernator supremus,
& bona, iuraque cuiuslibet Ecclesiæ Orbis ad
eius nutum manent, est enim Papa constitu-
tutus à DEO Dominus domus suæ, & Prin-
ceps omnis possessionis suæ, *prout abundè iam*
deduxi in annotat. ad decis. 2 à num. 186 versic.
Sol sicut se habet in planetis &c. part. 3. recent.

Aduerte, tunc Iuspatronatus relictum Ec-
101 clesiæ cadere sub reseruationibus, quando,
vt dixi intuitu Ecclesiæ fuit relictum, quia si
sit relictum Ecclesiæ, nõ ipsius contemplatio-
102 ne, sed alterius, veluti dum fuit assignatum
Clerico ipsiusmet intuitu, & hoc casu non erit
Ecclesiasticum. *Rota decis. 574. numer. 7. & 8.*
part. 1 diuers. & nuper in terminis clerici se-
cularis, quidquid esset dicendum, quoad cle-
103 ricos regulares, quia omnia acquirunt Mo-
nasterio ob votum paupertatis, *animaduersum*
fuit in causa Anagnina Beneficij 30. Maij 1644
coram R. P. D. Melzo. Sed loquendo, quando
iuspatronatus est relictum intuitu Ecclesiæ.
Nam, & hoc casu in dubio stat præsumptio,
104 quod fundator Iurispatronatus Ecclesiasti-
ci censeatur velle, vt illud remaneat sub libe-
ra dispositione Papæ, & sic cadat sub regula
reseruatoria mensium, *vt sæpè censuit Rota, et*
præsertim in d. causa Spoletana Canonicatus 3.
Iulij 1645. coram Reuerendiss. D. Terraconen.
§. Quandoquidem. vers. in dubio fundator iuris-
patronatus Ecclesiastici, censetur illud voluisse
cadere sub reseruatione &c.

Sed hoc procedit, vt dixi in ambiguis, secus
105 verò in claris, veluti dum fundator talis Iu-
rispatronatus in limine fundationis apponat
conditionem illam, de qua supra, scilicet quã-
uis eo casu Iuspatronatus sortiatur naturam
Ecclesiasticam, quia illud relinquit Ecclesiæ,
106 tamen desiderat, vt regulariter iuxta natu-
ram Iurispatronatus laicalis, ex qua condi-
tione benè colligitur eius intentionem esse,
107 ne illud cadat sub regulis reseruatorijs, pro-
ut ex solita benignitate Romanorum Ponti-
ficum, iuspatronatus laicale non cadit, *vt latè*
dixi supra cap. 55. à num. 80. Expressum quip-
108 pe dicitur, quod ex verbis virtualiter re-
sultat. *l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. &*
posthum. l. certum ff. de condit. & demonstr. § si
verò expressim. Auth. de hered. & Falcid. l. Præ-
tor. in princip. ff. de nou. oper. nunciat. l. fin. C. quod
cum eo. l. cum quid ff. si cert. pet. Bart. *& omnes. in*
l. 1. ff. de vulgar. & pupill. substitut. Afflict. de-
cis. Neapolitan. *3. num. 5. vers. quod tacitè inest*
habetur pro expresso &c Giurb. decis. Siciliæ. 45.
num. 2. vers. quia expressum etiam dicitur, quod
tacitè inest ex natura verbi &c. Surd. dec. Man-
tuana 254. *nu. 38. vers. expressum dicitur, quod*
sequitur à verbis expressis &c. Ossasch. *decis.* Pe-
demont. 142 *num. 11. vers. etsi non exprimatur,*
colligitur ex verbis &c. Gamma decis. Lusitanię
306. *sub num. 30 vers. expressum dicitur, quod*
virtualiter continetur in dispositione &c.

Qua igitur clara fundatoris intentione stã-
te, Romanus Pontifex cum ex præsumpta
109 fundantium, iuspatronatus Ecclesiasticum
includat in reseruationibus, ideoque si de cõ-
traria eorum intentione constet, Papa non
intendit eis contradicere, & licet nullos in-
110 iuria aliqua afficiat, dum sua omnipoten-
tia in beneficialibus absoluta vtitur *cap. 1. &*
cap. si à sede 31. de præbend. in 6 sect. Ioan. Mo-
nach. *vbi etiam* Prob. *in cap. si eo tempore num. 1.*
de election in 6. Bald. *in cap. 1. num. 1. de his qui*
feud. dar. poss. Archidiac *in cap cum de beneficio.*
num. 2. circa finem, de præbend. in 6. Cardin. de
Turrecremat. *in tractat. de Eccles. lib. 2 cap 52.*

Nihilominus pijs fundatoribus, tamquam
111 benignius pater in re, quæ ab eius libero
arbitrio pendet, intendit suauiter applaude-
re, & hac de causa renuit iurapatronatus lai-
corum comprehendere sub reseruationibus
Apostolicis, *vt consideraui supra d. cap. 55. n. 4.*
vers. ne retrahantur à fundatione &c. Quare vt
112 Pater Patrum hac benignitate filios alliciat
ad similia opera facienda, cum in honorem
DEI redundent, cuius ipse est Vicarius, &
113 etiam ad animarum salutem prosint, quarũ
Papa est constitutus à DEO, præcipuus pa-
114 stor, & sic tamquam bonus Pastor debet cu-
rare, vt per viam salutis omnes ambulent;
115 Ipseque, vt alibi dixi, est stella Polaris peri-
culosæ nauigationis Orthodoxæ erga Cœlum
ipse ex hoc periculoso Mundo Ægipti ad pro-
116 missas terras cælestes diligentibus DEVM,
verbo, & exemplo ducere omnes homines
tenetur, tàm infideles, tàm Catholicos, tàm
hæreticos, vt aduertit Bernardus Sanctus li-
bro 3. de considerat. ad Eugenium Papam, ibi,
117 *Curandum tibi summopere est, vt qui non sa-*
piunt, sapiant; Et qui sapiunt non desipiant, Et
qui desipuere, resipiscant. Nam *qui non sapiunt,*
sapiant sunt infideles, *& qui sapiunt non desi-*
piant, sunt Catholici, *& qui desipuere resipis-*
cant, sunt heretici. O formidabile pondus.

Ex supradictis ergo patet, nec Ordinarios
admittendo, nec patronos petendo iuspatro-
118 natus Ecclesiasticum non cadere sub reser-
uationibus Apostolicis, velle derogare pote-
stati Romani Pontificis, cum id non percutiat
eius potestatem, sed volūtatem, quæ satis be-
nigna, ac gratiosa dicitur, esse erga tales pios
fundatores, idque etiā palpamus in casu quo
119 iuspatronatus esset mixtum, & licet tunc de-
sumat naturam iurispatronatus Ecclesiastici
tamquam potentiorem, & nobiliorem, & per
consequens deberet cadere sub reseruationi-
bus Apostolicis, nihilominus Papa tunc in eo
120 regulariter non se ingerit, permittendo, vt
qualitas laicalis aliàs de ipsius voluntate exē-
pta ab eius reseruationibus qualitatem Ec-
clesiasticam, & iudicetur ac si iuspatronatus
in totum esset laicale, *vt deduxi supra cap. 59. à
num. 78.*

Prolixius sanè credebā quàm sermo in hoc
articulo processit, fertilis enim est materia,
121 ideoquè ea, quæ dixi, sufficiat summo digito
demonstrasse, suo quippe loco amplissimè do-
cebo. Et prosequi loquendo strictè, vnde di-
gressi sumus nēpe Venerabilē Fabricā S. Petri
nullatenus intrare, quoad executionē relicto-
rū ad pias causas iuxta eius priuilegia, nō data
negligentia executorum, vel subexecutorum
in specie in defectum primorum negligentiū
à testatore relictorum, quia nisi data omnium
negligentia, Fabrica contra dispositionem te-
122 statorum vellet se intromittere in execu-
tionē legatorum piorum, posset esse, vt multi
se retraherent, (sciendo eorum voluntates
spreturas esse) à salutiferis, pijsque dispositio-
nibus, ad quod euitandum iura Pontificia ad-
mittunt multa etiam cum vulneratione iuris
123 communis, propriarumque sanctionum, vt
piorum disponentium mens custodiatur, & sic
alliciant, & non retrahant homines ad piè
operandum, vt satis supra demonstraui, re-
liqua vide in capitibus seqq.

ARGVMENTVM.

In Legatorum piorum executione, quando se
intromitteret Fabrica S. Petri de Vrbe, ex eo,
quod exequutores testamentarij sunt negli-
gentes in illorum executione, si in casu illo
testator prouiderit de alijs sub exequutori-
bus, poterit repelli, tamquam agēs sine actio-
ne, cum ipsa non possit pretendere emolumē-
ta ad hoc ei à Summis Pontificis, destinata
nisi in casu negligentiæ eorum, qui ad talem
executionem testator vocauit, & cum ipsa sit
vocata sub tali conditione, vnde nisi ea verifi-
cata, nihil ponit in esse.

Agens sine actione procul à limine iudicij arcē-
dus est, & hoc potest facere Iudex ex officio,
quamuis id reus non petierit, imo licet libel-
lum exceptionis obtulerit, Iudex calumniosè
agentem non audire, & surda aure pertransire
potest, Exceptio, tua non interest, litem ipsam
perimit, cum sit exceptio litis finitæ.

In executione legatorum piorum tūc quippe po-
test se intromittere Fabrica S. Petri de Vrbe,
quamuis Testator prohibuerit, ne in illis se
intromitteret, data negligentia omnium exe-
cutorum, quia cum de isto casu non prouide-
rit Testator censetur eum reliquisse sub dispo-
sitione iuris communis, et sic erit locus exe-
quutoribus legitimis qui sunt Ordinarij, &
hodie loco eorum Fabrica S. Petri, et vide
etiam in sequenti cap.

SVMMARIVM.

124 *Executor testamentarius, quoties aliquis est, ipse, & non legitimus debet exequi piam mentem testantis, & num. 125.*

126 *Fabrica S. Petri de Vrbe, si vellet se intromittere in executione legatorum piorum, data negligentia primorum executorum, si adsint subexecutores à testatore electi, quomodo possit repelli.*

127 *Agens sine actione officio Iudicis potest repelli à limine iudicij.*

Exceptio tua non interest, in effectu importat actorem sine actione non posse agere.

128 *Exceptio tua non interest, litem ipsam perimit.*

Exceptio, tua non interest, est peremptoria, seu litis finita.

129 *Colonus non tenetur perseuerare, quando eius dominus defunctus est, & prædium alteri legauit.*

130 *Hæres non potest cogere colonum ad perseuerandum, quando defunctus prædium alicui reliquit, & quare.*

131 *Actio non datur, cessante interesse.*

132 *Legatarius non potest cogere colonum, ad perseuerandum in prædio, ei locato à defuncto, & quare.*

133 *Locator non potest cogere colonum ad perseuerandum, quando ipse prædium vendidit, & numer. 137.*

134 *Emptor prædij non potest cogere colonum ad perseuerandum in locatione, & quare.*

Actio personalis non transit in singularem successorem.

135 *Iudices sæpe coguntur suscipere inanes labores, & id vel auaritia partium, vel facilitate Aduocatorum.*

136 *Aduocati morem gerendo partibus, aliquando non curant amplecti veritatem.*

137 *Aduocati non nulli parabolani sunt, qui causæ victoriam, sicuti Medici sanitatem promittunt.*

138 *Medici non nulli circa inuentione medentur.*

Medici periti, prima excellentia est, penetrare causam mali.

139 *Scire est rem per causam cognoscere.*

140 *Litis finis, aliquando solet esse exordium alterius.*

Lites non sunt multiplicandæ.

141 *Lites ex litibus gigni graue, & perniciosũ est.*
142 *Lis cum sit fœminini generis facilè litem gignit, rarò abortum faciendo.*
Lites fœcundæ sunt. & qualibet habent in ventre aliam, & facilè parturiunt.
143 *in Iudicio nemo sine actione potest experiri, quod procedit, vt nec actio superueniens ei prosit, declara vt hic.*
144 *Exceptio tua non interest, non solum repellit ab agendo, sed etiam ab excipiendo.*
145 *Iudex potest calumniosè agentem non audire & surda aure pertransire.*
146 *Actor veniens ad iudicium sine armis, idest sine actione, Iudex etiam si reus id non petat potest ei imponere silentium et n. 156.*
147 *Iudex si videat actorem sine actione experiri, & id ex actis resultet eum debet ab agendo repellere, nemine petente. & n. 151.*
148 *Actorem agentem sine actione, Iudex debet à iudicio propellere. etiamsi reus dedisset libellũ.*
149 Iudex debet libellum contra veritatem dictatum dentibus lacerare.
153 *Iudex, si non repellat actorem venientem ad iudicium sine actione, si id ei constet ex actis tenetur parti in syndicatu, declara, vt n. 152.*
154 Interesse si quis non habeat in causa, & sic experiatur sine actione, et clauduntur fores iudiciales.
155 *Agens ad ea, quæ sua, non interest, numquã auditur in iudicio.*
156 *Agenti, cuilibet de Mundo, potest obijci sibi non competit ius agendi, quia tua non interest.*
157 *Fabrica S. Petri de Vrbe agens pro exequutione legatorum piorum eiusque emolumentis, non data negligentia subexecutorum testamentariorum qualiter replicari possit.*
158 *Emolumenta pro exequendis pia mente testatorum quando competant Venerabili Fabricæ S. Petri. et n. 159 et 161.*
161 Conditio nisi purificetur nihil ponit in esse.
162 *Ministri Fabricæ S. Petri, antequã ei acquirãtur emolumenta pro exequendis legatis pijs, quid docere debeant.*
165 *Legibus nihil est antiquius, quam in vniuersum curare, vt secundum legem defuncti omnia exequantur.*
166 *ad Hæreditatem, vel ad tutelam lex, vocando proximiores, quando testator non disponit putat procedere secundum voluntatem ipsius defuncti.*
167 *Affectionem ad suos propinquos quilibet præsumitur habere.*
Testantium pias voluntates, quando quis multò magis cauere debet, ne lædat.
168 *Emolumentum, non debet, quis consequi ex eo, quod non seruat.*
169 *Voluntatem defuncti, qui destruit, absit vt aliquid ei ex hoc consequatur. et n. 169.*
170 *Defunctorum voluntatem violare, sacrilegiũ putauit Aristoteles.*
171 *Testatoris honestũ præceptum spernens dicitur sibi testatoris odium prouocare.*
172 *Testator dicitur, iacturam pati, si vel in minimo eius voluntas non seruatur.*
173 *circa Executionẽ legatorum piorum, quando Fabrica S. Petri possit se intromittere tam secundum ius commune, cum sit subrogata in locũ Episcoporum, quàm secundum eius priuilegia.*
174 *in Executionem legatorum piorum, data negligentia omnium executorum à testatore relictorum tunc Fabrica S. Petri, se intromittere valet.*
175 *Excitando à somno eos, et canendo tubam diligentiæ.*
176 *in Executionem legatorum piorum Fabrica* S. Petri *se potest intromittere, data neglig̃ẽtia omnium executorum.*
177 *Fabricam S. Petri testator prohibens, vt se intromittat in executione legatorum piorum, stante negligentia executorum, hoc non obstãte potest se licitè intromittere & quare.*
178 *Testator, si iubeat, vt in relicto pio, non se intromittat Episcopus, nihilominus in casu negligentiæ executorum potest se intromittere eum casus iste negligentiæ fuerit omissus à testatore. & num. 170.*
180 *Episcopus secundum Concil. Tridentin. potest quæcumque Hospitalia, et Confraternitates Laicorum visitare, quibuscumque non obstantibus.*
181 *Episcopus potest cogere Officiales Hospitaliũ, vel Confraternitatum Laicorum, si debitores reperiantur ad soluendum.*
182 Rationes non censentur reddita, nisi restituatur reliquatum.
183 *Episcopus potest visitare Cõfraternitates Laicorum etiam in Ecclesijs Regularium exemptorum.*
184 *Episcopus potest compellere Ministros Confraternitatum Laicorum, etiam in Ecclesia* Regularium *exemptorum, existentium, ad reddenda computa, & rationes, & n. 285.*
185 *Episcopus non potest visitare altaria Confraternitatum Laicorum, intra Ecclesias* Regularium *exemptorum existentia.*
186 *Episcopus dum est in quasi possessione visitandi Confraternitates Laicorum intra Ecclesias* Regularium *exemptorũ, si ei clauduntur ostia Ecclesiæ quid ei sit licitum.*
187 *Hospitalia omnia, siue publica, siue priuata siue Ecclesiastica, siue Laicalia, tenentur reddere rationem Episcopo.*
188 *Hospitalia tunc non possunt visitari per Ordinarios, dum id fuit cautum in limine fundationis per fundatorem.*
189 *Ordinarius si cõsentiat fundatori Hospitalis, et hoc in limine fundationis, quod erit liberum à visitatione eius, validum hoc est, & nec ipse nec eius successores poterint visitare illud & num. 190.*
191 *Ordinarius, stante pacto inter ipsum, & fun-*

datorem, quod non visitabit Hospitale ab eo erectum, & qualiter id intelligatur.

192 *Sed secus in casu negligentia, quia tunc id poterit facere, tamquã in casu à testatore relicto.*

193 *Hospitalia omnia sunt sub protectione Ecclesia, & Episcopus debet ea ordinare ad casum destinatum.*

194 *in Locis pijs, vt tollatur omnis suspicio fraudis et vsurpationis, curandum est vt committatur cura vni, non semper sed variandum.*

195 *Ministri Locorum piorum non debent esse vltra triennium, et quid accidat ex frequenti mutatione. nu. 196.*

197 *Ministri locorum publicorum dum vident se perpetuos facilè vertunt se in tyrannidem.*

198 *Officiales perpetui sunt magis formidabiles, quam temporales,*

199 *Officiales publicos, an sit bonum mutare & nu. 200. & 201.*

202 *Ministri Hospitalium, vel aliorum locorum piorum non sunt mutandi, si id in fundatione fuit cautum per fundatores.*

203 *Quod intelligitur data diligentia, ministrorum, secus si socordia illorum adsit, quia Ordinarius poterit mutare.*

CAPVT LXXXVIII.

COnsiderandum illud quoque restat, ad
maiorem corroborationem eorum, quæ
in præcedenti capite diximus, quod Episco-
pus, & per consequens Venerabilis Fabrica
124 S. Petri de Vrbe non valet se intrommittere
in executione Legatorum piorum, quando
testator in testamento suo in casu negligẽtiæ,
socordiæque executorum testamentorum ip-
se prouidit de alijs executoribus, vnde data
125 negligentia primorum executorũ, tunc ipsa
non potest, se intromittere tamquam execu-
trix legitima, sed ad alios subexecutores te-
stamentarios fit deuolutio, quia quoties adest
aliquis executor à testatore electus, qui velit,
& possit essequi piam mentem testantis, sem-
per silebunt priuilegia d. aFbricæ, & maximè
propter rationem latè deductam in præcedẽ-
126 ti capite, Quare, si tunc ea se intromitteret,
sanè Iudicis etiam officio posset repelli à limi-
ne iudicij, tamquam sine actione experiens.
Cum satis perspicuum in iure sit, exceptionẽ,
tua non interest, in effectu importare, actorem
127 sine actione non agere, et proinde secundũ
legum dispositionem, non esse in iudicio au-
diendum. *l. 1. in princip. ff de appellat. recipien l.
si pupilli 6. §. videamus & ibi* Bart. et DD. *ff de
negot gest. l. si quis possessor. 31. §. sicut. ff. de petit.
hared. l. quoties. 9. §. item. si. ff de admin. tutor.
Bart. Alex. Ias. & DD. in l. si Titius. 9. ff de verb.
signif l. ex conuentione.* C. *de pact.* Rota *in causa Romana Pracodij. 10. Iunij 1622. coram
bo. me.* Coccin. *clt. decis. 406. n. 7. vers. interesse
non habens, non auditur part. 4. recent. tom. 2.*

Huiusque exceptionis, *tua non interest*, na-
128 tura est, litem ipsam perimere, cum sit ex-
ceptio peremptoria, seu litis finita. *l. loci cor-
pus. §. competit. ff. si seruit. vindic. l. posthumus.
§ si quis ex eis ff de inofficios. testam.* Dec. *consil.
302. num. 4. & 5.* Crauett. *consil. 182. numer. 8.
Francisc.* Becc. *consil. 72. nu. 1. vers. exceptio tua
non interest, dicitur litis finita, & impedit. litis
ingressum &c. Idem* Crauett. *consil. 195. nu. 7.*
Surd. *decis. Senatus Mantuani 52. num. 2.*

Vbi dicitur, sicuti Colonus nõ tenetur per-
129 seuerare quãdo Dominus rem alio legauit,
vt est textus expressus in l. qui fundum. ff locat.
& ratio est, quia ad continuandum cogi non
130 potest ab hærede Domini, cui se obligaue-
rat, nam ei non interest, quod perseueret, eo
quia defunctus trãstulit in alium dominium,
& per alienationem extinctum est omne eius
131 interesse, quo cessante, non datur actio, *iuri-
bus, de quibus supra*, nec legatarius potest eum
compellere, vt fundum colat, quia ipse non
132 succedit in ius defuncti, sed hæres, *vt ratio-
cinatur glos in d. l. quis fundum. in verb. cogi ibi
ab harede locatoris, de legatario non est dubitã-
dum &c* Ita non potest pariter colonus com-
pelli ad perseuerandum, quando Dominus
133 vendidit prædium, non à Domino, quia ex-
pirauit eius interesse, non ab emptore, quia
personalis actio non transit in singularem suc-
134 cessorem, *l. adhuc interest. et l omnes. §. si ha-
res. ff. de vsufruct. & in puncto dixit Rota corã
Card.* Caualer. *decis. 612. num. 8. ibi, in successo-
rem ex titulo particulari non transeunt actiones
personales &c.*

Nec sine causa *Surd. in decis. 52. in princip.*
135 conqueritur, quod frustratorios labores su-
scipere sæpè coguntur Iudices, et id vel par-
tium auaritiæ, vel petulantiæ, Aduocatorum
seu facilitati, vel superciliosæ arrogãtiæ ascri-
bendum est, qui partibus moremgerendo nõ
136 curant veritatem aliquãdo amplecti, Prout
exemplificat in casu supradicto coram Sena-
tu proposito, vbi clarum satis apparet, quod
dominus in illis terminis nullo modo poterat
137 admitti ad agendum contra colonum ad
perseuerandum, cum iam expirasset eius in-
teresse per venditionem &c. Caueant enim
partes, ne à promissionibus Aduocatorum
decipiantur, sunt enim nonnulli ex eis igna-
138 ri, & parabolani qui causæ victoriam
sicut Medici sanitatem, promittere audent,
Heu sicuti nonnulli Medici, cœca inuentione
139 medentur, ignorando causas mali infirmo-
rum, nam & alias prima excellentia periti
Medici, est causas malorum sedulò penetrare,
*iuxta praceptum Galen. 2. natur. fac. cap. 9. Ari-
stotel.* 10. *Meta cap. 1.* cum, & scire, sit rem per
causam cognoscere, tamen, vt dixi sicuti non-
nulli Medici in agnoscendis causis malorum
cœcutiunt, ita quoque potest dici de supradi-

ctis

Digitized by Google

ctis ignauis cauſidicis, in litibus cœcutiendo,
et tam facile victoriæ cauſam promittẽtibus
140 et multoties, ſi litem vnã terminent hoc eſt
cauſa, vt altera exordiatur, & ſic finis vnius
litis erit exordium alterius, & ita lites multi-
plicantur, *contra textum in l. properandum. 13.
C. de iudic. l. fin. ff pro ſuo. l. 2. C. de re iudic. l. cũ
quis. in fin. C. de reb. cred. l. fin. C. de except. rei
ind. l. 10. ibi. nullus erit litium finis. C. de trãsact.*
& graue eſt, et pernitioſum lites ex litibus gi-
141 gni. *l. terminato. 10. C. de fruct. & lit. expenſ.*

Sed proh lis cũ ſit generis fœminini facilè
litem parit, rarò abortũ faciendo, *& iure di-
xit Æneas Sylu. epiſtol. 72.* Lites eſſe fœcũdas,
142 & quamlibet habere in ventrem aliam, ac
credibile eſſe, quia fœmininum eſt nomen, li-
benter impregnari, et parturire alias lites.
Vt autem, quis id euitet, non ad ignauos Pro-
curatores, Aduocatoſq confugiat, ſed ad eos,
qui ſalem conſcientiæ, & ſcientiæ habent vt
vt dicebat Bald. At ad nos.

Intantum verum eſt neminem ſine actione
143 in iudicio agere, vel experiri poſſe, vt nec
ius ſuperueniens etiã pẽdente lite (quidquid
ſit dũ venit ei cauſa de præterito) patrocine-
tur *l. non poteſt. 23 & ibi Bart. Bald. Paul. Ca-
ſtrenſ. Angel. & alij. ff de re iudicat. cap. Abb ſa-
nè de ſentent. & re iudic in 6. Alberic. de Roſat.
& Salicet. in l. ſi rem. 9. §. fin ff. de pign. action.*
Alex *conſil. 85. num 7. lib. 7.* Guidopap. *ſingul.
796 incip. Si ius ſuperueniat actori poſt litem cõ-
teſtatam &c* Iaſ. *in §. ſupereſt. ſub n. 108. verſ.
actori ſi ius non competeret. non ſuffragatur, dũ
poſt litem conteſtatam ſuperuenit &c. Inſtit. de
action* Ludouic. Scharder. *in tract. de feud. part.
10. ſect. 18. nu. 76. verſic. ius ſuperueniens actori
pendente lite &c.*

144 Quinimo dicta exceptio, *tua non intereſt*, nõ
ſolum repellit ab agendo, ſed etiam ab exci-
piendo *d. l. 1. ff. quor appel non recip. l. ille à quo.
§. ſi de teſtamento. ff. ad. Trebell.* Dec. *in l. ſi ex
conuentione. num. 1. C. de pact.* Cephal. *in conſil.
833. num. 39 verſ. ad excipiendum non admitti-
tur, cuius non intereſt &c. optime* Petr. Barboſ.
in l. ſi alienam. 12 n. 18. ff ſolut. matrim Rota co-
ram ſan. me. Gregor XV *deciſ 396. num. 3. verſ.
exceptio, tua non intereſt, repellit ab agendo, &
excipiendo &c. & coram R P. D.* Queipo *in cau-
ſa Ariminen.* Nullitatis *obligationis. 4. Februar.
1632. eſt deciſ. 93. n. 7. verſ. exceptio tua non in-
tereſt, repellit ab agendo, et excipiendo &c part.
6. recent.* Adde dictum *Innocentij in cap. poſt
electionem. de conceſſ prabend. & ſequitur* Bald.
*in l. peremptorias. col. penult. C. ſentent. reſcind.
non poſſ.* & Natta *in conſil. 318. num. 1.* nempe
145 Iudicem poſſe calumnioſè excipiẽtem non
audire, & ſurda aure pertranſire, & ſic canere
illud Regij Vatis. *Ego autem tamquam ſurdus
non audiebam &c.*

Amplia iterum, in tantum actorem venien-
tem ad iudicium inermem, ideſt ſine actione,
146 repellendum eſſe, vt Iudex, etiam ſi reus id
non petierit ex officio valeat ei imponere ſi-
lentium facit, *l. mercalem. cum ibi notatis per*
Bald. C. *de condit. ob turp. cauſ. firmat.* Iacobin.
de S. Georg. *in l. lecta n. 13 ff. ſi cert pet. & in l.
vbi pactum. C de tranſact.* quibus in locis dicit,
147 quod ſi Iudex cognoſcat actorẽ, ſine actio-
ne experiri, & id ex actis reſultet, eum debere
ab agendo repellere, nemine id petente, etiã
ſi ipſe reus iam dediſſet libellum, aliàs ipſe
148 Iudex tenetur parti ad intereſſe, & ſequitur
Barthol à Caſſan. *conſil. 68. nu. 26. verſ ab agen-
do enim repellere debet, alias &c.*

Conuenit illud quod dicitur Iudicem de-
149 bere libellum contra veritatem dictatum
dentibus lacerare, *ſecundum Bart. & alios, in l.
1. ff. de offic acceſſor. &* Speculat. *in titul. de aſ-
ſeſſor. §. Officium circa princip. et in titul de li-
bell. concept. §. ſequitur. verſ. Iudex autem ſi vi-
derit libellum ineptum poteſt eum reijcere, ac dẽ-
tibus lacerare, vt imponat finem liti. &c.* Abb *in
cap. cũ inter de conſuetud in fin. & in cap. vltim.
de oblat. & in cap examinata. num. 21. de iudic.*

Nec eſt dubitandum Iudicem ex ſuo officio
150 actorem ſine actione experientem à iudi-
cio repellere poſſe iuxta celebrem *gloſ in l. vbi
pactum. 40 in verb. pœna. verſ. quia enim Iudex
interrogabit qua actione, vel obligatione eſt ei ob-
ligatus non poterit reſpondere, & ſic Iudex ab-
ſoluet aduerſarium &c. C. de tranſact* & id in-
151 tellige etiam verũ parte nõ petente, *vt con-
cludunt DD. in l 4. §. cum autem. ff de damn.
infect* Roman. *in conſil 142. nu. 4. verſ. attamen.
Iudex ex proprio officio repellere debet nulliter
agentem ſeu calumnioſè &c. cum alijs allegatis
ibi per Horat.* Mandos. *in addit in verb Officio.*

Sed loquendo quando nõ repellit actorem
152 à iudicio, conſtito ipſi ex actis non habere
actionem, tunc tenetur ipſe Iudex in ſindica-
tu, eo quia omiſit id adimplere, quod teneba-
tur facere. Quæ opinio abſque pugna tranſit,
153 ſtante petitione rei, vt actor à iudicio ar-
ceatur, quia experitur ſine actione. *ſicuti poſt
Caſtren. Iaſ. Patris. de Put. alioſque teſtit Anton.
de* Gamm. *deciſ. Senatus Luſitana* 106 *ſub n. 8.
verſ. magis aqua videtur opinio Pauli &c.*

Quilibet ergo procul à limine iudicij arcẽ-
154 dus venit, dum vult experiri ſine actione,
cum in cauſa non habeat intereſſe, quo non
dato, ceſſat omnis actio, Vnde reſerantur fo-
res iudiciales, denegata audientia, *l. ſi patroni.
§. qui fideicõmiſſum & ibi Angel & Alex. ff ad
Trebell l. ſed neq. legatarios cũ l. ſequẽt ff de con-
dit furtiu.* Surd. *cõſ. 435. n. 18 vbi poſt Tiraquel.*
inquit generale eſſe vt nemo audiatur ſine in-
tereſſe *Rota in cauſa Cornetana Bononien. 20.
Nouẽb. 1589. corã bo. me.* Comitul. *eſt deciſio. 86.
inter eius impreſſ n 4. verſ. proinde non audien-
dus, quia experitur ſine actione &c. & in cauſa
Bononien. Denegationis Audientia 24. Nouem-
bris. 1636. corã* Reuerendiſſ. *D.* Dunozetto *De-
cano eſt deciſ. 176 num. 9. verſ. meritò fuit ex-
pulſus à iudicio, cum agenti, ad id quod ſua non*

intereſt

interest audientia denegetur &c. part.7. recent.
cum ibi allegatis, Adde *Ludouic.* Bologn. *in ad-*
dit. ad consil. 26, *Ioan. de* Anan. *n.*12, vbi ait cui-
156 libet de Mundo obijci posse, tibi non com-
petit ius agendi, cum tua non intersit.
Quamobrem in casu nostro, cum Venera-
bilis Fabrica S. Petri aliquod interesse nõ ha-
157 beat ad assequenda sibi assignata emolumẽ-
ta, nisi in casu neglectæ executionis piæ volũ-
taris testatorum, ideoque non data dicta ne-
gligentia in executoribus testamentarijs, in-
re Iudicis quoque officio repelli debeat, tam-
quam sine actione experiens, & ita in puncto
158 contra Fabricam agentem non data negli-
gentia subexecutorum testamentariorum, in-
uictè fonet *Carol. Maranta in suis controuers.*
*Iuris vtriusque part.*1. *respons.* 32, *nu.* 28. *versic.*
officio Iudicis repelli debeat sine actione expe-
riens &c. & ibi latius.
Romanorum enim Pontificum, quod fuerit
mens non simpliciter penitus, cõdonare dicta
158 emolumenta Fabricæ, sed tantum in dicto
casu socordiæ, vel auaritiæ hæredum, aut exe-
cutorum testamentariorum, difficile non erit
id demonstrare, quia sumus in claris, cũ Con-
stitutio *fel. re. Pij V. edita de anno* 1569. *incip.*
Exigit. est in 2. *tom. Bullar. inter constitut. d.* Põ-
tific. Constitut. 97. ita loquitur in §. 1. ibi,
159 *Ipsa legata hæredum auaritia, seu aliàs, exe-*
cutioni debitæ demãdata non fuerunt &c. Quod
enim Pontifex loquatur non simpliciter, sed
sub conditione, qui sapit iudicet. Nã & aperti
190 Iuris est conditionem, antequam purifice-
tur, nihil ponere in esse.
Eoque clarius id siderescit, quia in eodem
§. subditur, ibi. *Si, & postquam iuxta teno-*
161 *rem priuilegiorum, & facultatum sibi con-*
cessarum, legata huiusmodi executioni debita de-
mandari fecerint. Quare in primis & ante
omnia Fabrica, seu eius Ministri opus est, vt
162 executioni demandent neglectas disponen-
tium voluntates, antequam commodũ emo-
lumentorum, scilicet, vel quintæ, vel medieta-
tis consequi valeant
Sed quomodo dicti Ministri poterint se in-
163 tromittere in executione neglectarum dis-
positionum piarum, non data dicta negligen-
tia in destinatis executoribus testamentariis,
aliisque subexecutoribus, in casu negligentiæ
164 primorũ specificè à testatore in eius supre-
mo elogio scriptis. Cum Fabrica sit legiti-
ma executrix piarum vltimarum dispositio-
num, et sic depulsa omni controuersia, perpe-
163 tuò manus habebit ligatas, dum non pote-
rit considerari negligentia in executoribus,
vel subexecutoribus testamentarijs, & hoc
vt dixi supra,
Exemplo tutorum, vel hæredum legitimo-
164 rum, qui nisi in subsidium, & quando est
desperata omnis spes, vt vocati in testamento
non sint successuri, tunc ipsi admittuntur, &
165 non aliàs, quia legibus nihil est antiquius,
cordiq; quam in vniuersũ curare, vt secundũ
mentem defuncti procedant. Ipsæque tantum
in subsidium disponendo, putant, & tunc so-
lum vocando eius proximiores ad tutelam,
vel hæreditatem procedere iuxta voluntatẽ
166 ipsius defuncti, propter affectionem, qua
quis suos præsumitur prosequi.
Præterea multò fortius supradicta proce-
dunt in terminis nostris Fabricæ, quia leges
nihil prætendunt propter admissionem hære-
dum, vel tutorum legitimorum, quando eos
subrogat in subsidium loco testamentariorũ;
At Fabrica, quæ ex sibi concessis priuilegiis,
obtinet supradicta emolumenta, eo magis ca-
uere debet, ne ledat pias testantium volun-
tates, quas certè offenderet, intromittendo
se, in casu negligentiæ primorum executorũ,
si ipse testator id præuideret, & nominauerit
167 alios executores in locum eorum, Vnde
ipsa spernendo talem dispositionem, & veniẽ-
do contra testatoris voluntatem, consequere-
168 tur emolumenta, idque quàm esset absur-
ditate plenum, quilibet animaduertere potest.
hinc clamat textus verè notabilis in l. si patroni
§ quod si prior, ibi, *Cur enim non videtur indi-*
169 *gnum, vt qui destituit supremas defuncti præ-*
ces, consequatur aliquid &c. ff. ad Senat. Con-
sult. Trebellian.
Aristoteles in suis problem. *cap.* 29 *quæst.* 7.
mortuorum mãdata violare sacrilegium pu-
170 rauit, & quod contraueniens voluntati de-
functi dicatur peccare. *tradit post* Philipp.
Franc. Ias. Paris. Decian. *in consil.* 39. *numer.* 3.
vers. si contraueniat voluntati defuncti dicitur
peccare &c. vol. 1. Vnde spernens honestum
171 testatoris preceptum sibi dicitur defuncti
odium prouocare, & sic ab omni commodo
hæreditario excludi debet. *auth. hoc amplius.*
C. de fideicom. l. si quis sepulchrum. §. Prætor ait.
vers. nihil aliquid. ff. de religios. & sumpt. fun.
Et iacturam dicitur facere testator, cum vel
172 in minimo eius voluntas nõ seruatur. *Bald.*
in cap. cum accessissent. de constitut. quem refert,
& sequitur Phœb. *de cis. Lusitan.* 100. *num.* 7.
Venerabilis Fabrica S. Petri, tunc piè, ac re-
173 ligiosè, tàm secundum dispositionem Iuris
communis, cum ipsa subrogata reperiatur
loco Episcoporum executorum piè relictorũ,
vt sæpè dixi, quàm secundum eius priuilegia,
facultatesque potest se ingerere quoad execu-
tionem legatorum piorum quando hæres, aut
174 proximus executor est negligens, & alij sub-
executores non sunt scripti, vel si sint scripti,
ipsi quoque argui possunt de negligentia, so-
cordiaque, *& bene aduertit* R. P. Anton. Dian.
in suis resolut. moral. part. 8. *tractat.* 5. *quæst.* 56.
in fin. ibi, *data negligentia executorum deuol-*
uitur ad Episcopum executionem testamenti,
quando testator in eo casu, de alio executore non
prouidit, secus verò si prouidit, tunc enim ad eũ,
& non ad Episcopum deuoluitur executio, nisi,
& is etiam esset negligens.

Quo

Digitized by Google

Quo ſtante Fabrica, ſeu ipſius Miniſtri, non
175 contra voluntatem defunctorum, ſed iuxta
eorum mentem, excitant à ſomno negligen-
tiæ ferè omnium rerum hoſti, ſedulò tubam
diligentiæ canendo, & ſimul operando, vt plè
diſpoſita à teſtatore, opere compleantur, &
176 iſte caſus negligentiæ cum fuerit omiſſus à
teſtatore (quamuis ipſe expreſsè prohibue-
rit, ne Fabrica ſe ingereret) remanet ſub diſ-
poſitione Iuris communis, quo caſu Iu-
177 ra legitimos executores conſtituerunt, qui
tunc ſe ingerunt. *cap. ſi verò. de iurepatr. gloſ. in
cap. 1. de offic. cuſtod. cap. ea quæ. de offic. Archid.*

Et in puncto relicti ad pias cauſas cum cō-
178 ditione, vt Epiſcopus non poſſit ſe intromit-
tere in eius executione, vt nihilominus in
caſu negligentiæ executorum, poſſit tamquā
executor piarū diſpoſitionum Epiſcopus ap-
ponere manus, cum caſus ille negligentiæ
179 fuerit omiſſus à teſtatore, *animaduertit Ro-
ta coram bo. me. Card.* Seraph. *deciſ.* 611. *num.* 6.
*verſ. nec obſtat, quod in his non poſſit ſe intro-
mittere Ordinarius &c.*

Hinc eſt licet Epiſcopus tamquam Sedis
180 Apoſtolicæ delegatus ex decreto Sacri Cō-
cilij Tridentini *ſeſſ.* 22. *cap.* 8. poſſit viſitare
Hoſpitalia, & Confraternitates Laicorum nō
obſtante quacumque conſuetudine imme-
181 morabili, aut priuilegio, vel ſtatuto in con-
trarium *faciunt etiam textus in cap. 1. §. deinde
vbi gloſ. in verb. pia loca de cenſib. in 6.* Silueſter
in verb. Hoſpitalia nu. 16. Abb. *in cap. ſopite.* 14.
num. 5. *de cenſib.* cum aliis. *vt per Gratian. di-
ſcept. forenſ.* 481. *nu.* 15. Ciarlin. *controuerſ.* 65.
nu. 3. Iordan. *elucubr. diuerſ. lib.* 7. *titul.* 9. *et* 24.
& quatenus reperiūtur debitores poſſunt per
182 ipſum Epiſcopum compelli ad ſoluendum,
cum nō cenſeantur redditæ rationes, niſi fiat
reſtitutio reliquorum, & ſoluantur debita
iuxta text. in l. cum ſeruis. verſ. nam non vtique.
& ibi *communiter DD. ff. de condit. et demōſtrat.
l. Africanus l. cum ſeruus ff. de condit. & demon-
ſtrat. l. ſi ita fuerit. §. quæſito ff. de manumiſſ. te-
ſtam. l. non ſolum. §. is, qui. ff. de liber. legat.* cum
alijs in puncto allegatis *per Rotā coram bo. me.*
Merlino *deciſ.* 473. *num.* 11. *ibi, redditio rationis
duo continet, exhibere computa, & reliqua red-
dere &c. part.* 1.

Quod procedit etiam ſi exiſtant Cōfrater-
183 nitates in Eccleſijs Regularium exemptorū,
prout pluries cenſuit Sacra Congregatio Cō-
cilii, *teſte Marco Antonio* Genuenſ. *in ſua
prax. Archiepiſcopal. Neapolitan. cap.* 21. *ſub nu-
mer.* 1. & ante eū affirmat *Gratian. d. deciſ.* 188.
num. 10. *verſ. etiam quod exiſtant intus Eccle-
ſias Regularium, vt pluries concluſum fuit per
Sacram Congregationem &c.* per quas fuit de-
claratum poſſe per Epiſcopum compelli tales
adminiſtratores ad reddendum computa, &
184 rationes, Non tamen poterit Epiſcopus vi-
ſitare altaria, ſeu ſacella Cōfraternitatum in-
tus Eccleſiam Regularium exemptorum exi-
ſtentia, vt reſcripſit *eadem Sacra Congregatio
Epiſcopo Imolen. de anno* 1622. his verbis.
*Epiſcopum poſſe viſitare Confraternitates perſo-
narum ſecularium in Eccleſijs Regularium ex-
emptorum exiſtentes, non autem earum Cappel-
las, vel altaria, quæ inter eaſdem Eccleſias con-
ſiſtūt &c.* vt refert *Ciarlin. in d. cap.* 65. *nu.* 10.
ſed ſecus eſt, vt dixi, in reddendis computis,
185 & rationibus non obſtantibus conſuetudi-
nibus, & priuilegijs, tamquam ſublatis *per
Concil. in d. cap.* 8. *ſeſſ.* 22. *de reformat.* habetur
etiam eiuſdem Concilij decretum ſeſſ. 7. *de refor-
mat. cap.* 15. *et ſeſſ.* 25. *de reformat. general. cap.* 8.
in quibus iuribus renouata eſt antiqua *Con-
cilij Vien. Clement. V. conſtitutio de qua in clem.
quia contingit. de religioſ. dom. vide S. Antonin.
in ſua ſumma* 3. *part. titul.* 11. *cap.* 2. *per totum.*

Et quando Ordinarius eſt in quaſi poſſeſ-
ſione viſitandi, ſi Regulares, vel alij renuant
illum intromittere, pro defenſione Iurium
186 ſuorum, & exſtimationis, ne vilipendatur,
ſi ei claudantur oſtia, licebit vim inferre, &
ipſa oſtia frangere, et ſic viſitationem perfi-
cere, inuocato etiam brachio ſeculari, ſi eo
indigebit. *Innocent. in cap.* 1. *verſic. item alia
ratione, vbi Abb. num.* 5. *de Immunit. Eccleſiaſt.
Fuſc. de viſitat. part.* 2. *cap.* 19. *num.* 1. Et in con-
tingētia facti, ita fuit obſeruatum in caſu re-
lato *per Io. Bapt. Ciarlin. cōtrou. lib.* 1. *d. cap.* 65.
num. 10. & ſi aliqua difficultas oritur, viſita-
bunt Ordinarij tamquam Apoſtolicæ Sedis
Delegati, *vt diſponitur in d. Concil. Tridentin.
ſeſſ.* 22. *de reformat. cap.* 8. latè *Eraſm. de Cochier.
de iuriſdiction. Ordinar. in exemptos part.* 1. *q.* 31.
num. 7. *& part.* 2. *quæſt.* 45. *num.* 77. *& nu.* 97.
& quod de omnibus locis pijs Epiſcopo red-
187 dendam eſſe rationem ab adminiſtratori-
bus, ſiue Hoſpitalia ſint publica, ſiue priuata,
ſiue Eccleſiaſtica aut laicalia, *refert deciſ. Ar-
mendar. ad recompilat. leg. Nauarr. lib.* 1. *tit.* 18.
leg. 7. *num.* 78. *& Auguſtin.* Barboſ. *de offic. &
poteſtat. Epiſcopi part.* 3. *allegat.* 75. *nu.* 78. cum
abunde relatis *per Rotam in cauſa Calaritana
Iuris viſitandi* 21. *Maij* 1649. *coram Eminen-
tiſſimo D. Card.* Corrado. *§ Propterea tenentur
executores piarum huiuſmodi diſpoſitionum ad-
miniſtrationis earum rationes ipſis Epiſcopis
reddere &c.*

Tamen hæc opinio inter cœteros caſus li-
mitatur, quando de tempore fundationis fuit
188 cautum, vt poſſint minime dicta loca viſi-
tari per Ordinarios, tunc enim Ordinarius
cauſa, *de qua latè dixi ſupra à nu.* 68. non po-
terit dicta loca viſitare vigore diſpoſitionis
dicti decreti *Concil. Tridentin. ſeſſ.* 22. *cap.* 8 *de
reformat.* cum per illud non tollantur ſimiles
fundationes, & benè aduertit *Rota corā ſa. me.
Gregor. XV. deciſ.* 4. *ſub numer.* 12. vbi dicitur,
quod ſi Epiſcopus in limine fundationis con-
189 ſentiat, quod Hoſpitale ſit liberum à viſita-
tione Epiſcopi, validum id erit, et nec poterit
ipſe, nec eius ſucceſſores viſitare talem lo-
cum

Digitized by Google

cum &c. et deinde fuit resolutum corā R.P.D.
Cerro in d. causa Leopolien. Administrationis
Hospitalis 27. Ianuarij 1645. & iterum die 15.
Maij eiusdem anni, vbi dicitur, quod regula
assistentiæ Iuris communis, quod Episcopus
190 possit visitare omnia loca pia, non attendi-
tur, quando aliter fuit cautum in ipsa erectio-
ne, et fundatione, cum erectionis, et funda-
tionis forma sit attendenda circa guberniū,
et administrationem. Idque sanè intelligi de-
bet, et hoc quippè facit ad propositum nostrū
vt data diligentia executorum talium operū
191 piorum, non possint Ordinarij, ne veniant
contra voluntatem piorum fundatorum, se
immiscere visitationi, correctioni, et admi-
nistrationi talium locorum, sed in casu negli-
192 gentiæ eorum executorum, seu administra-
torum, poterint se ingerere, tamquam in ca-
su à fundatoribus omisso iuxta dispositionem
cap. tua nobis. de iurepatronat. et sic sæpe fuit
resolutum in Sacra Congregatione Concilij
affirmante Gratian. discept. forens. cap 481. nu-
mer. 25. versic nisi in casu negligentia admini-
stratorum &c. atque ita etiam fuisse rescriptū
193 ad Archiepiscopum Messanen. per eandem
Sacram Congregationem refert Carol. de
Graff. in tractat. de effect. clericat. effect. 1. n. 610.
Rursus cōgruit quod dicitur in simili ma-
194 teria, nempe cum omnia Hospitalia sint sub
protectione Ecclesiæ. Abb. in cap. cum sit gene-
rale. num. 3. de for. competent. Et illa debet Epis-
copus ordinare ad vsum destinatum, et eorū
curam habere. clem. quia contingit. de religios.
domib. Inter cœtera tamen curare debet ad
195 effectum, vt in eis, alijsque locis pijs tolla-
tur omnis fraus, et vsurpationis suspicio, non
permittere quod semper vni, et eidem con-
cedatur administratio, sed variari de bono in
meliorem administratorem, vt tamen in qua-
libet persona non excedat triennium, vt ze-
lanter monuit Sacrū Concil. Tridentin. sess. 25.
de reform. cap. 8. circa finem. vers. ne gubernatio,
seu administratio dictorum locorum vni, & eidē
persona vltra triennium deinceps cōmittatur &c.
et vide Paul Fusc in tractat. de visitat. & regi-
min. Eccles. lib. 2. cap. 13. num. 16. vers. non de-
bet Episcopus permittere, vt semper vni &c. Quia
ex mutatione frequenti, vnus ad alterius bo-
196 nam æmulationem plurimum auxit, quod
non sic est in perpetuitate.
Nam et vt præstantissima omnium rerum
magistra, nempe experientia docet, quando
197 q. inistet videt se perpetuum facilius verti-
tur in tyrannidem, vt considerauit M. Anton.
Natta in consil. 50. num. 3. versic. quia in his,
qui se vident perpetuo mansuros in officio, vt plu-
rimum vertuntur in tyrannidem &c. ita pari-
ter ratiocinata est Rota in causa Romana Mu-
tui, seu Pecuniaria 14. Martij 1631. coram bon.
mem. Merlino est decisio 26. num. 31. vers. cum
videt se perpetuū facilius inducitur in tyranni
dē &c p. 6. rec. inter eius impress. est dec. 31. n. 606.
Vbi dicitur Officialem perpetuum esse ma-
gis formidabilem, quàm temporalem, qui est
198 remouendus breui tempore, et sindicatus
censura debet subire, vt insinuat. Salyc in lege
principalibus post Guill. de Cun. atque etiam Ias.
ibidem. num. 2. vers tamen posses respondere. Dec.
num. 2. versic. sed tantum in cōtrarium. ff. si cert.
petat. Quod tamen secus est in officiali perpe-
tuo. Quamuis nonnulli velint melius esse, vt
publici Officiales non mutentur, quia non
parcit populis breue regimen. secundum glos.
in cap. hinc est 16. q. 1. et videatur text. in l. præ-
tor. §. final ff. de vacat. & excusat. mun.
Et hoc est, quod Imp. Tiberius quibusdam
199 Principibus respondisse fertur, ei suadenti-
bus mutationem officialium. Vidi, inquit,
quemdam muscas vulneribus insidentes fu-
gare, quem ægrotus inculpauit dicens. Quo-
niam venturæ sunt sitibundæ, vt sugerēt, illæ
tantum, quia plenæ sunt locum occupabant,
quasi diceret. Consultius esse locupies reti-
nere Officiales, et plenè impinguatos, quàm
200 illis amotis de nouo tenues, et pauperes
ditare, et latè super hoc discutit, atq; sensit ex
nostris. Gul. de Benedict. in cap. Raynutius. in
verb duas habens filias. à numer. 40. versic. muta-
re Officiarios vergit in publicū detrimentum &c.
201 de testament. Sed persistendo in terminis Of-
ficialium locorum piorum, qui, vt disponit,
Concil. Trident. vltra triennium non debent
perdurare, sicuti dictum est.
Prædicta tamen mutatio in Hospitalibus
aliisque locis piis Ordinarius facere non po-
202 terit, quando in limine fundationis eorum,
aliud expressè fuerit cautum, quod non dero-
gatur per Concil. Trident. d. sess 25. de reformat.
cap. 8. vers. nisi aliter in fūdatione caueatur &c.
quod tamen intellige, et id facit ad casum
nostrum, non data negligentia electorū, aliàs
203 verò Ordinarius poterit exercere suam iu-
risdictionem, tamquam in casu à fundatori-
bus, seu testatoribus, sub dispositione Iuris
communis relicto, vt constat ex suprarelatis.

ARGVMENTVM.

Testator, quando prohibuit, ne in executione eius legatorum piorum, nullatenus se intromittat Episcopus, vel Venerabilis Fabrica Sancti Petri de Vrbe, eius mens, et causa finalis similis prohibitionis, alia non videtur esse, nisi magna fiducia, quàm habuit in hæredibus, vel executoribus testamētariis, quod omninò perfectè executioni essent demandaturi, eius piam voluntatem.

Quare data negligentia, seu auaritia eorum, et sic cum cessauerit causa finalis talis prohibitionis, respondendum omnino venit, quod tunc Ordinarius, vel Fabrica S. Petri possit eos excitare à somno non obstante tali præcepto. Ordinarius, vel Fabrica curando. vt

piæ

piæ dispositionis executioni mittantur, negotium vtile gerit, & pro defunctis, et pro hæredibus negligentibus, cum isti prouocent contra se diuinam vindictam.

Testator disponendo ad pias causas, censetur voluisse, vt ea executioni mitteretur, nam qui vult consequens censetur velle omne necessariũ antecedens. Papa conferens aliquid scienter indigno, censetur, illum dispensare, ad hoc vt illud possit cõsequi. Causa finali cessante omnia corrunt. Defunctorum memoria, et honor in quo consistat.

S V M M A R I V M.

204 *Testator, quando probibuit ne in executione legatorum piorum se intromittat Episcopus, vel Fabrica, quo casu nihilominus possit se ingerere. & nu. 205.*

206 *Testator, an præsumatur, vel voluisse, vt eius pia voluntas exequatur, vel potius ineptè negligatur. & nu. 208.*

207 *Incrassatus, & pinguatus quando quis est, recalcitrat.*

208 *Seminare in petra nemo præsumitur voluisse.*

210 *Testator, si aliquid noluisset, id certè non expressisset.*

211 *Viam eam nemo censetur voluisse eligere per quam eius intentio, & maximè pia submersa maneret.*

212 *Consequens qui vult censetur velle infallibiliter omne necessarium antecedens.*

213 *Consequens non potest stare sine antecedenti.*

214 *Testator, dum disposuit, vt aliquid piè fieret, necessariò dicendum est, velle, vt ad actum ipsum executionis id deduceret.*

215 *Factum aliquod volens, censetur velle etiam omne id per quod deuenitur ad illud.*

216 *Consequens qui vult, censetur velle antecedens, quod procedit etiam in materia stricta, & exorbitanti.*

217 *Iudex, si declaret, quem esse debitorem censetur eum condemnare ad soluendum debitum.*

218 *Iudex, si pronunciet, Titium furtum commisisse ex hoc censetur eum condemnare ad pœnam statuti punientis furtum.*

219 *Scripturam contra aduersarium facientem, si quis producat, eoque citato ad recognoscendã eam eli declaratione, quod aliàs declarabitur illam haberi pro recognita, si Iudex pronunciet, absque declaratione anid valeat.*

221 *Sententia, vt valeat, verba sunt etiam impropriandа, maximè stante clausula omni meliori modo.*

222 *Papa, si scienter conferat beneficium puero, vel aliàs inhabili, censetur cum eo dispensare, & habilem reddere. & nu. 223.*

224 *Papa, si aliquid concedat contra ius commune, censetur tollere omnia impedimenta, eo ipso, quod obstant.*

225 *Papa, si scienter donet aliquid infami, censetur cum eo dispensare.*

226 *Papa si scienter salutet excommunicatum censetur eum absoluere ab excommunicatione.*

227 *Seruus ad sacros ordines ordinatus, patiente Domino, censetur ei libertatem donare.*

228 *Testator probibens ne Episcopus, vel Fabrica S. Petri possit se intromittere in executione eius legatorum piorum, qualis sit causa finalis huius probibitionis.*

229 *Hæredes illi, qui negligunt, exequi piam mentem testantis, verè iniqui, & ingrati sunt. et num. 230.*

230 *Hæredes non exequentes piam mentem testatoris, qualiter fallant defunctum.*

231 *Defunctorum memoria perit cum sonitu.*

233 *Hæredes, qui negligunt adimplere mentem defuncti, cum cadauere sepeliunt omnem eius memoriam.*

234 *Causa finalis est fons, origo, & fundamentũ omnium rerum à qua omnia pendent.*

235 *Causa finali cessante, opus est, tamquam deficiente fundamento, omnia labefactentur.*

236 *Causa finalis est Regina omnium humanorũ actuum.*

Causa finalis est spiritus ipsius dispositionis, ima, & ipsa dispositio.

237 *Agens omnis, agit propter finem, & finis est, qui mouet agentem.*

238 *Finis, licet sit posterior in executione, est tamen primus in intentione.*

239 *Causa finalis magis est attendenda, quàm factum ipsum.*

240 *Causa finalis est illa, quæ totum fac, & omnia dominatur.*

241 *Testator, dum excludit Episcopum, vel Fabricam S. Petri, ne se intromittat in executionẽ legati pij, eius causa finalis est, suppositum, quod eius pia voluntas fuisset adimpleta per hæredem.*

242 *Finis dum non correspondet principio, corruit omne dispositum, intuitu ellius finis factum.*

243 *Testator, si de aliquo fuisset interrogatus, certum quid verisimiliter respondisset id seruandum venit.*

244 *in Executione legati pij, Fabrica S. Petri, se potest intromittere, non obstante probibitione testatoris, quando excitat socordes hæredes ad diligentiam,*

Cum tunc agat negotium vtile pro defuncto, & pro hærede.

245 *Hæredes negligentes piam mentem defunctorum exequi, certo, et manifesto periculo diuinæ vindictæ, se exponunt.*

246 *Testatoris piam mentem, quia quis neglexit adimplere, à diuina iustitia quomodo fuerit punitus, et testis oculatus fuit Petr. Rebuff. & num. 247. vsque ad 250.*

251 *Exempla diuersa, eorum hæredum, verè auarorum, qui neglexerunt piam mentem testantium, qui referant. & nu 252. et 253.*

254 *Defunctorum piam dispositionem negligere, iniuria quidem grauis est, & id agnouerunt ipsi etiam Gentiles. et num. 255.*

256 *Defunctorum honor, et memoria non consistit in lacrymis hæredum, sed in eorum supremæ voluntatis executionem.*
Actum agit, qui mortalium mortem deflet.
257 *Exequiarum solemnis pompa. & exquisita sepulchrorum magnificentia, sunt potius viuorum solatia, quam mortuorum refrigerium.*
258 *Morti proximus, nihil magis consolat, quàm si suprema eius voluntas obseruari speret, & vide sententiam Taciti num. 259.*
261 *Hæredibus non nullis cadauer defuncti impedimento est, et vellent statim expirata anima anxie illud trudere in sepulchrum.*

CAPVT LXXXIX.

APpendatur in statera voluntas testatoris, qui aliquid piè perficiendum per hæredes, vel executorea, mandauit et confisus in eorum diligentia, prohibuit ne Episcopus,
204 aut Fabrica, vt loquar in casu nostro, in illius executione se ingerat, quo stante, si reperiatur, quod hæredes, vel executores negligẽtia, vel auaritia ducti, spreto tali mandato procrastinent defuncti voluntatẽ adimplere, cum
205 iste casus ab eo fuerit omissus, & ideo dicẽdum venit reliquisse eum sub dispositione iuris communis, vt animaduerti supra, et sanè, vt dixi si appendatur eius voluntas in libramine, quid credimus eum magis oprare, voluntatem ne suam debitæ executioni demandari, et id sedulo procurare Fabricam in casu negligẽtię executorum ab ipsomet relictorũ,
206 aut verò eam despectui haberi, nulloque vmquam tempore executioni demandatam iri, et Fabricam, cooperando eum auaritia, negligentiaque executorum, de ea implenda, nec cogitare.

Heu quod improbara execrataq. hæredum
207 vel executorum negligentia, auaritiaque ac increpando eorum malignitatẽ; pessimãq. mentem, et præsertim hæredum, tamquam ab eo de proprijs substãtijs, et sudoribus ingrassatorum, & impinguatorum, ac deinde recalcitrantium. Certo certius ambobus manibus concederet. quod omnino cassata eius prohibitione, vt Fabrica non se intromitteret, ar-
208 dẽrius velle, et iubere, supremum eius pium elogium impleri magis, ex laudabili diligẽtia, quam adhibet Venerabilis Fabrica circa executionem legatorum piorum, quã neglectui, ac infidelitati hæredum citra perpetuo habitam iri.
209 Iure etiam replicaret defunctus, se non cogitasse in petra seminasse, dum expressit, ac scripsit eius piam mentem, rogauitq. vt executioni debitæ mitteretur, si enim id non vo-
210 luisset, non expressisset, nec executionem iussisset *ad textum in l. 2. & ibi glos. & DD. C. de condit. insert.* Bart. *& alij in l. 1 ff. de his q. pænom. & habetur in l. vltim. C. eodem titul. & in* *§. fin. Institut. de legat.* Paris. *in consil. 8. num. 26 vers. testator enim ideo &c. part. 3* Quis est, obscero, qui præsumatur eam elegisse viam per
211 quã eius iudicia de vento deseruiant, & sic eius mens, & præsertim pia submersa remanear. *l. 3 ff de testament. milit* Roman. *in consil. 179 sub num. 9 post med. vers. postquam hoc potuit &c. cum alijs relatis per Rotam in causa Rotam in causa* Romana *Fideicommissi de Zuccaris 26. Aprilis. 1638. coram* Reuerendissimo D. Dunozetto *Decano §. maximè ad hoc, vers. cum nemo præsumatur eligisse viam ad sua iudicia subuertenda &c. &c.*

Nec aliquis negabit, nisi penitus desipiat, qui vult consequens, censeatur quoque infal-
212 libiliter velle omne necessariũ antecedens, *iuxta l. illud dubitari ff de acq. hæredit. l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic cap. ex parte vbi Butr. Abb. & alij de sponsal. l. ad rem mobilem. ff. de procurat. l. ad rem mobilem. ff. de procurat. l. ad legatum ff eod. titul. cum alijs allegatis. per* Gomes. *variar. resolut. lib. 1. cap. 3. sub nu. 23. & per* Rotam *in causa* Romana *Fideicommissi de Cardellis. 19 Decembris. 1636. coram bo. me.* Buccabella *est decisio. 185. num. 6. part 7. recent* vbi
213 plures decisiones pleno calamo adducuntur Nam consequens siue antecedenti stare non potest. *l. sed & hæ §. præter ff. de procurat. l. si homo mortuus, ff de verb oblig at. l. apud antiquos. C. de furt. estque axioma satis decantatum.*

Ideoque dum testator disposuit aliquid fa-
214 ciendum, necessariò dicendum est, voluisse, vt ad actũ executionis deueniretur, sine quo aliquid non potest perfiei, & sic saltem implicitè voluisse omne id, per quod peruenitur
215 ad illud vnum, quod in testamẽto disposuit. *l. 1. §. fin ff. si vsufruct. petat. l. obligationem ferè §. placet. ff. de action. & obligat. l. fundum sub cõditione. §. 1. ff de legat. 1.* Surd. *consil. 91. num. 4. lib. 1. & consil. 201. n. 12. lib. 2.* Gratian. *discept. forens. cap. 852 nu. 27. tom. 5.*

Quæ conclusio procedit etiam in materia
216 stricti iuris, prout in sententia, dispensatione, & similibus *vt per Aym. in consil 79. num. 4. vers. etiam in sententia, qui vult antecedens &c. & consil. 174 num. 2. vers. procedit etiam in materia stricti iuris, vt qui vult consequens &c.* Hinc consuluit *Angel. in consil. 257. col. penult. vers. superest autem videre &c.* si Iudex decla-
217 rat quem esse debitorẽ in necessarium cõsequens censetur eum condemnare ad soluendum debitum, & si declarat bona esse hypotecata, censetur condemnare reum, ad eorum restitutionem, similiter si Iudex in sentẽ-
218 tia dicit Titius furtum commisit, ex hoc cẽsetur eum condemnare ad pœnam statuti pro furto. Crot *in repetit. l. Gallus. §. & quid. si tantum. ff. de liber & posthum.*

Hinc pariter est, vt si quis producat scri-
219 pturam contra aduersarium, & eo citato ad recognoscendũ eam, aliàs ad videndum declarari, & haberi pro recognita, & dari exequutionem,

tionem, si pars sit contumax, & Iudex dce
220 exequutionem non facta ea declaratione
expr ssa, quod habeatur pro recognita, vide-
tur hoc voluisse in necessarium antecedens *l.*
ad rē mobilem. ff de procurat. l. oratio ff. de sponf.
l. 2. ff de iurisdict. omn iudic. vbi Ias. & Curt. iun.
in princ. qui dicunt, hanc regulam esse gene-
221 ralem in omni materia, & maximè in sentē-
tia, cuius etiam verba impropriantur, vt sub-
stineatur *l. & puto. §. 1. ff famil. ercisc.* præser-
tim stante clausula omni meliori modo. *Alex.*
in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. obligat.

Et loquendo de dispensatione prout etiam
exemplificaui, est peregregia doctrina *Gem-*
mianin. cap. si eo tempore. n. 5. de rescript. in 6. vbi
222 ait, si Romanus Pōtifex sciens aliquem esse
infantem, cui conferatur beneficium, vel pue-
rum, atque ita inhabilem, & conferat illud,
censetur in necessariam consequentiam dis-
pensasse eum, habilemque reddidisse credi-
tur. Et apertius docuit *Bald. in l. impetrata nu.*
6. C sentent. rescind. non p ff quod si Papa con-
fert beneficium infanti coram se existenti. di-
223 citur eum dispensasse, habilemq. reddidis-
se. *& Bald* secuti sunt. *Imol in l quidā consule-*
bat. col. 2 ff de re iudic. & ibidem Alex. *num. 7.*
Andr. Sicul. *in cons. 25 col 3. vers. & facit. lib. 2.*
Rebuff *in prax. beneficiorū in titul de dispensat.*
num. 14. sensitque Rota *teste Bellamer. in decis.*
728 incip si existens quam decisionem, proba-
uit. Ioan. de Selu. *in tractat. de benefic. part. 3.*
quæst. 8. num. 42 & dixit. Rota *coram bon. mem.*
Merlino *decis. 403. num. 21. vers fueritque, con-*
cessum ex bonis indicijs puerilis ætatis, ex quibus
verbis Papa saltē tacitè dispensasse censetur &c.
part. 4 recent. tom. 2. est inter eius impress. decis.
40. numer. 21. & sic saius in alijs.

Hinc est etiam, si Romanus Pontifex conce-
224 dat aliquid contra ius commune, censetur
tollere omnia impedimēta eò ipso quod ob-
stant, *vt aduertit* Rota *coram Reuerendiss.* D.
Terracinen. *decis. 325. numer. 15. vers. eo ipso*
quod à Papa aliquid conceditur contra ius com-
mune &c. part. 5. recent Scimus etiam, si Prin-
ceps ex certa scientia donet infami, ex quo
225 vult donationem valere, censetur, eum eo
dispensare tacitè *Bald. consil. 446. Recolo me cō-*
suluisse. nu. 7. lib. 5 Insuper si Papa aliquando
scienter salutet excommunicatum, dicitur cū
226 absoluere ab excōmunicatione, *cap. si quan-*
do, cum ibi not. de sentent. ex commun. Oldrad.
consil. 331. n. 3. vers. iura, autem, vbi etiam ait,
post text. *in auth. si seruus C. de Episcop. &*
227 *Cleric* quod seruus ordinatus patiente Do-
mino censetur habilitatus, vt sit liber.

Sed ne penitus diuertam à proposita ma-
228 teria, subderet defunctus (qui disposuit ali-
quid piè faciēdum de bonis suis, ac simul pro-
hibuit Episcopum, vel Fabricam non posse in
eo legato manus apponere, atque postea hæ-
redes, vel executores testamentarij eius di-
spositionem exequi neglexerunt) causam fi-
nalem, propter quam motus ad faciendam
229 talem prohibitionem non aliam sanè fuis-
se, nisi magnam spem. fiduciamque inani-
ter contemplatam in meis hæredibus vel exe-
cutoribus, qui me sic proditoriè, ac suprema
230 elogia mea despexerunt, O viri ingrati, &
iniqui, coactus itaque vociferare vna cum pa-
231 tientissimo Iob, qui sic conquestus de eius
fictis amicis fuit, *Amici mei fefellerunt me in-*
star torrentis, qui raptim currit in conualli-
232 *bus &c.* possum etiam allegare illud psalm.
Perijt. memoria eorum cum sonitu &c. idest vix
233 cessatis signis funeris, memoriam suam
erga me, cum ipso cadauere sepelierunt.

234 At si verissimum est, causam finalem esse
fontem, originem, & fundamentum, à quo re-
gulantur omnia, & diriguntur, ita vt ea de
medio sublata, dispositio omnis cesset, atque
235 deficiat, & euanescat. *cap. & si CHRISTUS.*
26 prope fin. de iuretur. cap, cum cessante. 60. de
appellat l. illud 32. ff. ad l Aquil. l. adigere. 6. §.
quamuis. ff de iurepatronat. Cum causa finalis
236 dicatur Regina omnium rerum humanarū,
& anima, & spiritus ipsis dispositionis imo, &
ipsa dispositio, Cum omnis agens agat prop-
237 ter finem, & finis, est ille, qui mouet agen tē.
ad text. in l si pater, & l. cum apud. C. *de hered.*
instituend. et l eam quam. C. de fideicomm. me-
minitque Rota *coram Card.* Sacrat. *decis. 344.*
sub n. 3. ibi, omnis agens agit propter finem &c.
part. 4. recent. & bene dixit *Aristotel.* quod licet
238 finis sit posterior in executione, est tamen
primus in intentione, & hoc est, quod ver-
satur in omnium ore, Non pactum ipsum, sed
239 causam finalem, facti esse inspiciendam nam
secundū causa finalē (quæ illa est. quæ ex toto,
& funditus animū disponentis, informat) om-
240 nia accomodanda, et temperanda sunt. *l. cā-*
cellaueras. ff. de his, quæ in testam. del. glos. in l
legata inutiliter ff. de adimend. leg. latè Menoch
consil. 23. n. 18. & seq.

Id sine dubio venit etiam dicendum in ca-
su supradicto, quia est verisimile obiectum te-
241 statoris aliud non fuisse, dum exclusit Fabri-
cam, nisi suppositum finis executionis eius
piæ dispositionis, qua causa finali cessante, cū
finis non respondeat exordio, propter negli-
242 gentiam, vel auaritiam eorum, ad quos spe-
ctat executio, corruit omne dispositum intui-
tu illius finis factum, *prout ratiocinatus est*
Syluest. *in sua summ. in verb. testamentum 2.*
quæst. 8 sub num. 8 in fin. vers. si testator prohi-
buit &c par. 1. supplet sanè lex, vt omnes Do-
ctores vno calamo concludunt, id quod si co-
gitasset testator dixisset, vtique, ac disposuisset
243 et si id verū est in qualibet materia, multò
magis procedere dicēdū est in vltimis volūta-
tibus, vt supra tetigi, & alibi fusius declarabo.

Vnde sublata dicta prohibitione, Fabrica se-
244 cundū mente defuncti potest intromittere
se ad excitandos socordes hæredes, ne diutius
differatur executio piæ mentis testatoris, ita-

Digitized by Google

que negotium vtile gerit Fabrica, tam pro
245 defuncto testatore, quam pro negligenti hæ-
rede, dum operatur, vt impositum sibi onus à
defuncto exequatur.

Quali enim manifesto, & certo periculo se
supponant, prædicti socordes, & auari hæ-
redes, crebra exēpla diuinæ vindictæ id aper-
246 tè demonstrant, & ex nostris videatur Petr.
Rebuff. *in suis commentar. ad leges Galliæ. to. 1. titul. de sentent. prouisional. in præfat. numer.* 86.
numer. 87. commemorat ipsummet vidis-
se, & audiuisse de anno 1521. in mense Iulio,
seu circa, in Ciuitare Bliterensi quemdam
Notarium à præceptore Sacerdote, quem suis
pueris constituerat monitum, vt voluntatem
vxoris suæ defunctæ impleret alioquin reue-
247 latum noctu asserebat præceptor, quod ma-
le se haberent notarij res, & præceptor mo-
nuit præsenre ipso Rebuffo, vt illa completet,
quæ vxor sua iam defuncta disposuerat.

Quod facere Maritus non curauit, iterum
248 à spiritu vxoris monitus Sacerdos, vt illum
maritum Notarium exequi volūtatem vxo-
ris curatet, alioquin Notarius breui morere-
tur. Cui non credidit, imo eum irridebat, ideo
facto quodam ante decem dies vna nocte per
249 vmbram verberatus, in tantum fuit, quod
ante triduum dicens eidem Rebuffo, se dam-
natum, obijt, & sic ad inferos damnatus exti-
tit, & deinde sic ait Rebuff. Ego de his ocu-
larus sum testis, & quia vidi, testimonium per-
250 hibui, videtis in quantis malis positi sunt,
qui volūtates defunctorum non exequuntur,
sed bona illorum auarè retinent &c.

Alia similia exempla certè pauēda referun-
251 tur *à S. Antonino in eius summ. 3. part. titul.* 10
cap. 3. §. 12 & à Beato Turpino in sua Historia expeditionis Hispaniæ cap. 7. & ex nostris *Be-
nedict. in cap, Raynutius in verb. si absque. in 2. delegat. nu.* 108. *de testament. & per P. Valer. de different. vtriusque for. in verb. legatum dif-
ferent. prima à num.* 3. *et seq. at* Pelat. *Rub. in rubric. titul. de donat. inter vir, & vxor. §. 69. nu.*
19. *et* 20. qui omnes singularia, ac memorabi-
lia referunt exempla; atque miracula eorum,
252 qui propter non adimpletam defuncti vo-
luntatem à DEO optimo, maximis, æternisq;
supplicijs fuerunt infeliciter percussi Ex qui-
bus diuinis vultionibus, vt dixi, dilucidè ap-
paret, in quo miserabili statu reperiantur illi,
qui negligentia, aut nefaria auaritia ducti, nō
253 curant adimplere suprema, ac maximè pia
elogia mortuorum. Quare peregregie se gerit
Fabrica, dum tantam caliginem ab oculis,
eorum depelit, lucemque affert, ac operatur,
vt perfectè omnia disposita per piam mentē,
voluntatemque testatorū exequantur.

Inhumanitas quidem grauis est vilipen-
254 dere præcepra defunctorum, quoad disposi-
nem bonorum suorum idque ad viuum etiam
senserunt Æthinici, Hinc Romanus Orator
declamando in Senatu contra Verrem, depro-
255 briosè sic in eū inuexit. *Solutus inuentus es cui non satis fuerit corrigere voluntates viuorū, nisi etiam rescinderes mortuorū.* Defunctorum
honor, memoriaque non fictas desiderat la-
256 crymas, sed in supremæ voluntatis execu-
tione consistit, cum actum agat, qui mortem
mortalium deflect.

Non solemnis exequiarum pompa, non
non exquisita sepulchri magnificentia fidam,
257 ac securam amicitiæ memoriam conseruat
nam hæc potius sunt viuorum solatia, quàm
mortuorum refugium. Nihil magis ægrum
morti proximum consolatur, quam si suprema
258 eius mandata obseruari speret, & vltima vo-
luntatis cōmendationem pro affectu post mor-
tem coli confidat, vt maturè admonuit poli-
ticorum ille Historicorum Princeps, nempe
259 C. Tacitus lib. 2. annal. *Nō hoc præcipuum* (in-
quit) *amicorum munus est prosequi defunctum ignauo quæstu. sed quæ voluerit meminisse, quæ mandauerit, exequi &c.*

Quot verò sunt, qui dum lacrymas vi, seu
260 arte exprimunt (iuxta illud Terentianum,
vix vi vnam lacrymulam expressit) eorum
animus alio tēdit, hinc illud dictū vulgatum.
Leniebat dictis, at mens contraria putabat. Atq.
impddimento maximo sibi esse cadauer exi-
261 stimāt, cruciantque non potuisse statim exa-
lata testatoris anima, anxiè in illius bonis, ac
facultatibus itruere.

ARGVMENTVM.

Mortus flere, licet dum id piè, & religiosè fit à iure non sit improbatum. Itē ampla funeralia eis facere, item eisdem sumptuosa sepulchra erigere, & similia in eorum memoriā astruere. Ista tamen sunt consolationes viuorum, & nō mortuorum, nam illorum memoria, & honor tunc conseruatur, quando ea, quæ in supremis elogijs, & maximè, si sint ad pias causas disposita debitæ executioni, expulsa omni negligentia, & auatitia, debitæ executioni mittuntur.

Lacrymæ quamuis natura sua sint temperatæ tamen ex accidenti possunt esse, vel callidæ vel gelidæ, scilicet ex qua causa proueniant, cum mœroris, & lætitiæ illæ sunt communes, vide distinctiones.

Hæredes quanti mali possunt esse causa, dum improbè renuunt adimplere pias testantium voluntates, & maximè circa celebrationem Missarum, vltra quod ipsi peccant mortaliter, & tamquam infideles possunt excommunicari. Episcopi, vel Fabrica S. Petri de Vrbe, licitè, & iuste possunt se, intromittere in executione legatorum piorum, data negligentia hæredū spreta quauis prohibitione testatoris, vt illi non se intromitterent in dictis legatis, etiā in casu negligentiæ hæredum, & cum clausula annullatiua, quod aliàs non sint legata pia.

SVM-

SVMMARIVM.

262 *Mortuos flere non est improbum, dummodo fletus sit pius, & num. 263. et 264.*

265 *Lacryma mitigant doloris, & meroris acerbitatem.*
Lacrymis expletur dolor, et egeritur.

266 *Dolores interni respirant mediantibus lacrymis.*
Fletus arumnas leuat.

267 *Haredum lacryma an sint calida, vel frigida dubitandum est. scilicet an fluant ex latitia, vel dolore.*

268 *Lacryma tàm pro latitia, quàm pro moerore solent fluere.*

269 *Lacryma, qua ex latitia fluunt, sunt frigida. & qua ex mœrore, sunt calida, & qualiter id procedat vide num. 270. 271. 272.*

273 *Haredum lacryma, quando sunt callida, est bonum signum, quod sint exequuturi piam testantium mentem, secus si sint frigida. n. 274.*

275 *Amici bursales hodie ferè omnes sunt secundum Ripam.*
Amicorum verorum ferè semen amissum est.

276 Probibitionis causa, cessante, cessabis, & ipsa probibitio, & vide nu. 278. et 279.

280 *Testator, dum ordinauis vt pro subleuatione anima sua, sacrificia Missa offerantur, si ipse forte, reperiatur in Purgatorio, dum ea differuntur, quid id operetur. et declara vs n. 282.*

283 Pœnarum Purgatorij *atrocitas describi non potest, enim excedant omnem sensum humana mentis, & vide n. 286. et 287.*

284 *Mente, quando aliquid concipi non potest tacendum est.*

285 *Oculus noctua sicuti se babis ad Solem, sic se babet intellectus bumanus ad manifestissima natura.*

287 *Auditus, vbi non est, ibi non sunt effundenda verba.*

288 *Homo bestialis, est omnium aliarū bestiarum bestialissima.*

289 *Crudelitas pracibus non mouetur, imo magis obduratur.*
Crudelitas surda est, & simul insensata.

290 *Haredes, qui oblationes defunctorum retinēt, tamquam infideles ab Ecclesia sunt abijciēdi.*

291 *Haredes, retinentes oblationes defunctorum, vocantur infideles, quia sunt sine fide formata, qua per charitatem operatur.*

293 *Afflicto, quod sit super addenda afflictio, Iura perborrescunt id facere.*

294 *Furiosus si aliquem occiderit dissimulanda est pœna executio.*
Furiosus delinquens satis suo furore punitur.

295 *Pensio non est soluenda per eum, qui numquā babuit possessionem beneficij.*

296 *Dignitatem babens, si efficiatur cœcus, non debet ab ea amoueri, ne afflictio addatur afflicto.*

297 *Cœcus ad Magistratum non est eligendus.*

298 *Cœcus potest succedere patri baroni, vel babenti aliam dignitatem & num. 299.*

300 *Iudici, si superueniat cœcitas, non est remouēdus ab Officio, ne afflictio addatur afflicto.*

301 *Statuta, qua addunt afflictionem afflicto sunt strictè interpretanda, et nu. 303.*

302 *Odio vnius, quod alter possit grauari, hoc est iniquum. et iniustum.*

304 *Consanguinitas verò, et per gradus distinctio, dum sumus in odiosis, est probanda.*

305 *Bonis suis quis propter bellum fuerit spoliatus, deinceps non potest amplius insolidum conueniri à creditoribus.*

306 *Quale dictum, est aquum, & pium, & memoria tenendum. n. 307.*

308 *Testator non potest probibere, ne Episcopus se intromittat in dispositis per eum piè, quia stante negligentia haredum, licitè se intermittit. et num. 309. & 311.*

312 *Testator sicut si viueret, non posset se eximere à potestate Episcopi, ita non potest post mortem eximere à tali potestate baredem.*

313 *Testator eo ipso, quod disponit ad pias causas obligatur ad leges, qua de eis loquuntur,*

314 *de Bonis suis, disponendi, licet quis babeat amplissimam potestatem à Iure tamen qualiter id intelligatur.*

315 *Tutores, executores &c. testator non potest disponere, ne teneantur ad redditionem rationum, & quare.*

316 *Deteriores omnes sumus licentia.*
Reipublica interest, ne quis inuitetur ad delinquendum.

317 *Ius publicum nemo valet ladere.*

318 *à Rationibus reddentibus, si testator liberet tutorem, vel alium administratorem, id non intelligitur in totum, sed à scrupulosa tantū.*

320 *Episcopus stante negligentia executorum, quo ad disposita ad pias causas. potest se intromittere in eis, etiam stante clausula annullatiua, quod non sint legata pia. & num. 301.*

322 *Vasq. de success. creat, lib. 1. §. 7, num. 17. reprobatur. et num. 324.*

323 Probibitio, *quod Episcopus, vel Fabrica S. Petri, non se intromittat in legatis pijs, etiam in casu negligentia, est contra bonos mores, & vide num. 324. & 325.*

326 Hares, *vel executor dum est negligens in exequenda pia mēte testantiū mortaliter peccat.*

327 *Haredes retinentes pias testantium oblationes excommunicantur. num. 334.*

328 *Excommunicationis pœna prasupponit peccatum mortale.*

329 *Excommunicationē impositam à Canone generali, vel particulari, nemo incurrit nisi peccando mortaliter. amplia n. 330.*

331 *Excommunicatio est maxima pœna in Ecclesia DEI. nec maior reperitur.*

332 *Excommunicatio cum sit maxima pœna non debes imponi pro leuibus delictis.*

333 *Excommunicatus traditur Diabolo, & separatur à consortio fidelium.*

334 in

334 *in Excommunicatum Diabolus qualem habeas potestatem.*
434 *Malum grauissimum est versari inter homines, & eorum carere suffragijs.*
336 *Angelus DEI excommunicato non assistit ipsaq. animalia irrationabilia, rationabiliter eu abhorrent. & vide exemplum nu. 327. et seqq.*
342 *Pietatis vincula violare nihil est execratius.*
343 *Episcopus, spreto quoque præcepto testatoris in contrarium, iuste se intromittit, dum agitur de peccati materia.*

CAPVT XC.

DEtestari in totum nullatenus intendo ex proximè dictis, quod stultum sit mortuos flere, cum & alias improbum nō sit mor-
262 tuos plorare, quod tamen est intelligendū, quando planctus est ploratus pius, religiosus, ac misericordiæ plenus, similisque illi, de quo in act. Apostol. cap. 8. ibi, *Sepeliuerunt autem Stephanum viri timorosi, & fecerunt planctum magnum super eum.* Hæbrei item mortuos plorabant, prout videre est Genes. c. 27. in fin. vers. *Venient dies luctus patris mei, & cap. vltim.* Quod cernens Ioseph ruit super fa-
263 ciem patris flens, & deosculans eum &c. cū allijs locis sacræ Scripturæ adductis *per Quintilian. Mandos. in tractat. de ingratitud. cap. 127.* & optimus est textus *in can. vbicumque*, ibi, *pietatis namque affectu, & humanitatis intuitu mortuos lugere non prohibemur &c. 13. quæst. 2.* faciunt etiam textus *in l. 1.* ibi, *si qua mulier*
264 *nequaquam luctus, & l. sequenti C. de secund. nupt. & l. minime maiores. ff. de religios. et sumpt. funer.* eum nonnullis alijs similibus iuribus.

Lacrymæ quippe doloris, & mœroris acer-
265 bitatem mitigare solent, Vnde cecinit afflictus Poeta Ouidius dum procul à Patria, suisque manebat. *lib. 4 Tristi.*

Flequo meos casus, est quædam flere voluptas,
Expletur lacrymis, egeriturque dolor.

266 Dolores namq. interni respirant, mediantibus lacrymis, non secus ac ignis in cauernis terræ inclusus, eam excutit, ac commouet, vsquequo inueniat locum, vbi exalet. Fletus (inquit Stoicus Romanus) ærumnas leuat. Verumenimuerò multum dubitandum venit, vtrum dictæ hæredum lacrymæ sint cali-
267 dæ, vel frigidæ, scilicet an fluant ex lætitia, vel ex dolore, cum ex vtraque causa soleant emitti lacrymæ, vt satis in angulo est, ac scriptum reliquit Xenophontes in septimo rerum
268 Græcorum *Lætitiæ* (ait) *ac mœroris commune quiddam sunt lacrymæ.*

Differētia tamen inter istas duas lacrymarum emissiones, (*teste grauissimo viro*) ea est,
269 quia illæ, quæ ex lætitia fluunt, sunt frigidæ, & illæ quæ à mœrore procedunt sunt calidæ, scio quidem lacrymas natura sua esse tepidas,
270 & temperatas, sed ea differentia est per accidens, Quia gaudium spargendo per omnes partes corporis sanguinem, inflammat faciē, vnde tunc lacrymæ respectu caloris visua sunt
271 frigidæ. Sed tristitia quoniam sanguinem circa cor oppressum colligit, deserit faciem paulò minus, quam esanguem, gelidamque, & id operatur, vt lacrymæ afflictorum calidæ
272 sentiantur, sed quidquid sit de supradictis rationibus,

Illud tamen congruit ad propositum no-
273 strum, quando lacrymæ hæredum erunt calidæ, idest ex intimo, ac vero dolore proueniunt, & tunc bonum erit signum, quod hæres tamquam verus amicus, qui semper amat, etiam post mortem, disposita per testatorem, & maximè ad pias causas, sit opere completu-
274 rus. Quando verò lacrymæ sunt frigidæ, quodque ex effectu postea cognoscetur, & tunc pessimum est signum, quia cum fluant ex lætitia, gaudioque acquisitionis bonorum
275 defuncti, quare tamquam amicus bursalis, prout hodie ferè omnes sunt, *vt inquit Ripa in l. admonendi. nu. 177. ff. de iureiur.* vtriq. enim amissum est semen verorum amicorum.

Facile tenaciter inhærendo bonis acquisitis, & testatorem, eiusque mandata proditoriè aspernabitur, non obstante maxima fidu-
276 cia testatoris, erga eum habita, qui est, vt supra figuraui propter viuam spem fixam in eius hærede, vt omnia ad amussim esset impleturus, prohibuit ne legitimi executores, quales sunt hodie Ministri Reuerendæ Fabricæ S. Petri, in executione eius piæ voluntatis se intromitterent, Quare dum ille hæres est in-
277 fidelis, ac aliud cogitat, quàm sibi impositum onus adimplere, ideoque cessante causa prohibitionis, cessat & ipsa prohibitio.

Sed vt mortuos tādem quiescere sinam, sicut *inquit Imp. in l. nemo. 3. C. de episcopal. aud.* tantum eos reuocabo ad complendum suas quærulas voces, & funestas lamentationes, de quibus supra, & ad ardentius exoptandū, vt Fabrica manus in casu moræ suorum hæredum adiutrices, et simul executrices, apponat, et si ad prorsus oblitterandum tamquā incauti omnem prohibitionem ab eis positā in testamento, ne Fabrica in illo se ingereret, quando scilicet ipsi defuncti inferunt, vt sa-
278 crosancta, Incruentaque sacrificia Missæ pro eorum animabus Immortali DEO offerrerētut, et hæredes aut executores auaritia, vel socordia dediti in dies procrastinantur tale præceptum facto ipso adimplere, et interim testatores in atrocissimis pœnis Purgatorij manent propter socordiam hæredum, et declara, vt dixi supra *cap. 62. num. 92.*

Verum tamen est, dum defunctus testator ordinauit, vt suffragia pro subleuatione eius
279 animæ, et præsertim sacrificia missæ, vt dictum est, celebrentur, et tunc si ipse forsitan demoretur in Purgatorio, dum illa differuntur,

Digitized by Google

tur, differri quoque pœnarum solutionem,
exitumque ex illo loco certum est, *secund.*
S. Thom. in quodlib. 6. q. 8. art. 13. et B. Alber-
tum *Magnum in cōpend Theolog. veritat. lib. 7.*
cap. 4. in fin. & ibi quoque Porrect. *in addition.*
Nauarr. *in manual. cap. 25. num. 97. & in con-*
sil. 32. de pœn. & remiss. & ex nostris Cardin.
Turrecrem. *in repetition can. qui oblationes 13.*
quæst. 2. cū alijs copiosè relatis per Petr. Cened.
quæstion. canonic. cap. 31. num. 7. vers. ego autem,
& in suis Collectan. ad decret. quæst. 40. num. 7.
& per Petr Nauarr. *tom. 2. de restit. lib 4. cap 4.*
num 75. & per Martin Viuald. *in Candelabr.*
Eccles. tit. de Purgator. num. 16. & nuper in
terminis nostris per Reuerendissimum Carolum
Maranta *in suis controuers. vtriusque Iuris.*
respons. 7. num. 40. & seq & magis in puncto in
respons. 20. num. 87 part prim. Aduertendum
tamen est, defunctum existentem in purgato-
280 rio nullatenus pati detrimentum ob tardi-
tatem hæredum in operando, vt sacrificia
Missæ celebrentur, sed id venit, quia remediū
ei non adhibetur, dum suffragia differuntur,
ex quibus plurimū iuuaretur, *vt inquit Tur-*
recremat. in d. can. qui oblationes. sub numer. 3.
alijque supra relati in d. cap. 62. à nu. 108.

Sicque stantibus supradictis, vt dixi, quę ar-
dentia suspiria, quæ lugubres voces, qui quæ-
281 ruli singultus, quæ ardentes lacrymæ ex
oculis animarum Purgatorij debent erumpi,
dum sciunt facili negocio propitiatorio sacri-
ficio Missarum possent redimi, et ipsi id in su-
premo elogio ordinarunt, et tamen hæredes
eorum iniquissimi non curant tale præceptū
282 adimplere. Ex qua negligentia sequitur,
seu eam esse causam, quare iamiam diuina
facie non fruantur. Qualis pœna (quæ damni
vocatur) tàm magna est, vt dixerit Magnus
Pater S. Augustinus in Euchirid. ibi. *Absentia*
CHRISTI, quoad eius visionem omnibus pœnis
est intollerabilior.

Vellem, sed quomodo describere aliquan-
tisper atrocitatem pœnarum Purgatorij, nam
283 in ipso initio verba mihi deficiunt; Exce-
dit enim talis pœna omnem sensum humanæ
mētis, & sanè, id aptè exprimi nequit, etenim
dum mente aliquid concipi non valemus, ta-
284 cendum est, quia nostra capacitas ad id in-
firma est, Vnde dubio procul temerarius
essem, et candido indigerem elleboro, dum
285 verba facerem de eis, quæ non intelligo. Et
rectè dixit Aristoteles. *Sicut se habet oculus no-*
ctuæ ad Solem, sic se habet intellectus noster ad
manifestissima naturæ. Quod si naturalia tàm
lentè capimus, quid faciemus, si ea limites
naturæ excedant, prout sunt seuerissimæ pœ-
næ illę. Quare paucis me expediam, nā secun-
dum S. Augustinum, *Grauius est esse in purga-*
torio ad ictum oculi, quàm tota die in igne ma-
286 *ximo, & in graticula assari.* Quare notanter
dixit S. Cyrillus Alexandrinus. *Mallet quilibet*
viuentium vsque ad finem Mūdi omnibus simul
excruciari pœnis, quas omnes homines ab Adam
hucusque tulerunt, quàm vno die in Purgatorio
morari &c. vide text. can. qui in illud. 35 dist.

Pergerem nisi certo scirem lucernam in
meridie accendere, nam vt habetur in Ec-
287 clesiast. cap. 32. *Vbi non est auditus, nō effun-*
das sermonem, dum pietatem insinuo huius-
modi hominibus, qui æquo animo sufficien-
tes sunt ferre, vt sui benefactores tam dire
crucientur, et facili negotio possent eos ad-
iuuare, adimplendo disposita per eos, et tetrè
negant id facere! O crudelitas inaudita! O vi-
ri peiores bestijs. Scitè etenim dixit prudens
288 ille vir, Homo bestialis centies millies peior
est bestia, et sic bestia omniū bestiarū bestia-
lissima vocari poterit homo bestialis. Suprare-
lata enim crudelitas, et maximè adeo execrā-
289 da precibus non mouetur, imo magis ob-
duratur, cum surda sit crudelitas, et insensata.
Optimeq; monet notabilis textus *in cap. qui*
oblationes 13. quæst 2 vt tales iniquæ personæ,
290 tamquam infideles ab Ecclesia reijciantur,
ibi. *qui oblationes defunctorum retinent, vti in-*
fideles ab Ecclesia, sunt abijciendi &c. Vnde
291 textus vocat tales homines infideles, nec
durum id videatur, tum quia sunt sine fide
formata, quæ per charitatem operatur, *ex sen-*
tentia Paul. Apostol 5. Galat. vide plura, & pul-
chra *in notabili text. can charitas 82. distinct*

Heu dum vident animæ Purgatorij flumen
292 suffragiorum ad eorum beneficium nō cur-
rere, sed in totum aridum, siccumque esse, et
id prouenire ab eis, qui torrentes suffragio-
rum emittere deberent, durissime ex hac co-
gitatione torquentur. Romanorum Iura ve-
293 tant, ac perhorrescunt, vt afflictio addatur
afflicto. *l. nauis. § cum autem iactus*, ibi, *non de-*
bet duplici damno onerari, & collationis, et quod
res deteriores facta sunt &c ff. ad leg. Rhodiam
de iactu, et vide etiam textum *in l quid ergo.*
ff. eodem. & in l. penultim ff de dot. prælegat. &
in l. Diuus ff. de offic Præsid. Vbi statuitur si
294 quis verè furiosus sit, et aliquem occidat,
iudex debet dissimulare pœnæ executionem,
cum satis ille suo furore puniatur, vt latè dixi
supra *cap. 18. à nu. 534.* et sic afflictio non est
addenda afflicto, *alios textus* ad hoc adduxi
in annotat ad decis. 676 nu. 44 part 4. rec. tom. 3.
295 vbi dixi pensionem non esse soluendam
per eum, qui possessionem beneficij non ha-
buit, nec fructus percipit, ne afflictio afflicto
inhumaniter addatur.

Adde, si is, qui possidet dignitatem, vel
Magistratum, siue Ecclesiasticum, siue secula-
rem, efficiatur cœcus, vel aliud simile infor-
296 tunium ei accidat, non debet amoueri, ne
afflictio addatur afflicto, licet aliàs cœcus ad
297 Magistratus non possit aspirare, *iuxta textū*
in l. 1. §. casus. ff. de postuland. et congruit di-
ctum Bart *in l cœcum ff. de iudic.* scilicet cœcum
298 posse succedere patri baroni, vel habenti
aliquam iurisdictionem, licet de nouo ei talis
dignitas

Digitized by Google

dignitas conferri non posset, quasi satis sit,
quod fuerit habilis tempore quo habuit spē
299 succedendi, vnde superueniens cœcitas non
priuat eum illa spe. Et in terminis cœcitatis
superuenientis Iudici post eius electionem,
300 vt non debeat remoueri ab officio, nec afflictis addatur afflictio, *consultus respondit Abb. Panormit. in consil. 47. per tot. & præsertim. numer. 4. part. 1.*

Hinc est statutū, & quælibet dispositio ad-
301 dens afflictionem afflicto, prout est illa, vt offensus teneatur præstare cautionem de non offendendo iniuriantem, vel consanguinei
302 occisi teneantur, & grauātur præstare cautionem de nō offendendo occisorem, vel eius affines, cum id sit iniquum, & iniustum, vt vnus, odio alterius, & delicto prægrauetur. *can. si habetes. 23. quæst. 3. cap. fin. de his qui fiūt à maior part. capitul. l. si quis in suo. circa fin. C. de inofficios. testam.* Quare prædicta statuta cum
303 addāt afflicto afflictionem, strictè interpretationis quasi freno inter expressorum metas sunt coangustanda, *vt optimè aduertit Petrus Anchar. in consil. 52. incip. pro clariori decisione. num. 1. & 2. ac num. 7.* inquit consanguinita-
304 tem, hoc casu verè, & per gradus distinctos, & ex vtroque latere dilucidè venit probāda, cum alijs ibi adductis.

Sed relictis multis, quę ex dicta regula notabiliter inferre possem, tantum subdam, nēpe si quis fuerit spoliatus bonis suis propter
305 bellum, non potest deinceps in solidum cōueniri à creditoribus suis, *ita singulariter dixit Ioann. Fab. Institut. de actionib. § enim quo-*
306 *que* quale dictum secundum eum est pium, & æquum, illudque sequitur *Ioann. de Platea ibi. & Ias.* dicens hanc esse mirabilem decisionem, & notandam, quām tamen reliquit cogitandam pro qua facit dictum *Bald. in c. 1. in fin. titul. an agnat. vel fil. & in l. 2. C. de vectigal.* eamque conclusionem admisit *Hippolit. Marsil. in singular. 241. incip. Non debet, num. 1.*
307 vbi etiam monet id menti esse tenendum. *vide etiā Petr. Duend. in can. mulier. 15. quæst. 1. & in regul. 259. inc. p. Ætas, & sequitur Thomas Act. in tractat. de lud. scacch. quæst. 9. numer. 86. versicul. si quis spoliatus fuit bonis suis propter guerram nullatenus potest conueniri &c.*

Lōgo modo interuallo redeo ad inceptam materiam illam, vt quantumuis testator pro-
308 hibuerit, ne Venerabilis Fabrica se aliquo modo ingerat circa executionem legatorum piorum ab ipso testatore relictorum, talem prohibitionem non subsistere, stante negligentia hæredum, vel executorum testamen-
309 tariorum, si in casu talis negligentiæ ipse testator non prouiderit de alijs subexecutoribus, iuxta mentem suam.

Nam tunc spreta quauis stricta prohibitione Fabrica potest se ingerere ad excitandos
310 executores, & simul operare, vt pia volūtas testatoris effectuationem suam habeat. Sicut dicitur de Episcopo legitimo executore pia-
311 rum dispositionum, in cuius locum hodie succedit Fabrica, vt supra sæpius dixi, si testator expressè prohibuerit, vt se non intromittat in à se piè dispositis, ista prohibitio, quoad
312 compulsionem executorum non valet, quia sicut, si ipse testator viueret, non posset se eximere à potestate Episcopi, ita nec subtrahere potuit executores, *vt patet in cap. tua nobis. de testam.* ibique latè ratiocinatur *Abb. Panorm. & post eum Angel. in summa in verb. Testamentum. 2 sub num. 8. vers. Quartum si testator prohibuit expressè, quod Ordinarius &c.*

Eo enim ipso, quod testator disponit ad
313 pias causas obligatur legibus de materia illa loquentibus. *ad text. in l. nemo. ff. de legat. 1.* nam licet testator habeat amplissimam facultatem à Iure disponendi, quoquomodo intē-
314 dit, vt notum est, non tamen potest contra Legum præcepta disponere, vt ratiocinata est *Rota coram Reuerendiss. D.* Tertaconen. *in causa Fanen.* Commenda *27. Iunij 1639. §. Nec dicta* Constitutio. *vers. non propterea efficitur, vt contra legum præcepta Testator possit disponere &c.* Videmus enim, quod testator nō valet disponere, ne executores, tutores &c.
315 rationem reddere non teneantur, quia si id permitteretur, facile negotio daretur ansa, & occasio delinquendi, et furandi, & hoc contra *l. conueniri. ff. de pact. dotal. cum simil.* quia vt inquit bonus senex ille Terentianus

316 *Omnes deteriores sumus licentia.*

Et Reipublicæ interest, ne quis inuitetur ad delinquendum. *& in terminis est text. in l. quidam decedens ff. de administr. tutel. & in l. si ita vnus. §. illud. ff. de pact.* & ratio est, quia nemo
317 ius publicum lædere valet, *vt inquit text. in d. l. quidam decedens, & ibi glos. in verb. publicis.* & licet quando testator remittit redditionē
318 computorum, intelligitur de rigorosa, et scrupulosa redditione, vt non teneatur de leui, et leuissima culpa, *ad text. in l. Aurelio. §. Caius et in l. creditor. et in l. Aurelius. §. Meuia, & § filias. ff. de liberat. legat. et in l. si seruus. & in l. si quis rationes ff. eodem. & l. necessitatem. C. de fideicommiss. et l. cum tale. §. 1. ff. de condit. & demonstrat. cum alijs allegatis à Rota coram Reuerendiss. D. Decano in causa Faustina Bonorum, seu Hæreditatis* 26. Iunij 1640. *versic. intelligenda sunt de scrupulosa quadam inquisitione &c.* Vnde testator absolutè non potest talē redditionē remittere, quia ius ei resistit.

Quare cum non possit testator disponere,
319 leges non habere locum in suo testamento, itaque dicendum erit, non potuisse prohibere, ne Episcopus procedat ad exequutionem piarum dispositionum, et optimè id *firmatur per Spin. in specul. testam. et. part. 1. in rub. cap. 9. Tell.* Fernand. *ad Leges Taur. leg. 36. numer. 5.* Valenzuol. *consil. 53. nu. 29. & seq.* Molf. *ad consuetud. Neapol. tom. 1. part. 3. quæst. 10. & in*

& in 2. part. summ. tractat. 13. vltim. volunt. cap. 5. num 105. alios congerit Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg. 82. nu. 17.*

Et supradictā conclusionem multi ampliant
procedere, etiamsi in prohibitione Testato-
320 ris, ne Episcopus, vel Fabrica se intromit-
tant in executione legatorum piorum, appo-
suisset insuper clausulam annullatiuam, vide-
licet, quod eo ipso, quod Episcopus, vel Fa-
brica se intromittit pro exequutione disposi-
321 tio habeatur pro non facta, vel legatum nō
censeatur pium, vel alteri applicetur. & est
communis opinio, *vt per Rip. Fel. n Couarr.* &
alios ait *Vasq. de success. creat. lib. 1 §. 7 num 7.*
vbi dicit esse communem, licet ipse contrariū
322 probet, & latè propter hoc reprobatur
*à Ioann. Gutier. in solemn. repetit. d. cap nemo po-
test sub num 451. vers. licet Vasquez. ad versus
communes, & Doctorum receptissimas traditio-
nes, velit tenere contrarium &c ff. de legat. 1.*
et insuper attestatur, quod præterquam dicta
323 opinio Vasq est singularis contra communē,
non est vera Et *Gutier.* ample sequitur *Thom.
Pelliccion. illustr. quæst part. 1. quæst 23. §. Am-
plia super firmata, vers. licet ipse Vasq. contrariū
probet, sed malè, & meritò improbatur &c.*

Nā veritas est, quod conditio, ne Episco-
pus vel Fabrica se intromittat etiam in casu
324 negligentiæ hæredum, vel exequutorum.
iuxta text. in cap. nos quidem. de testam. dicitur
esse contra bonos mores, quia repugnat dis-
positioni iuris communis ciuilis. & Canonici,
quàm immutare testator non potest. *cap re-
quisiuisti. de testament. & d. l. nemo potest. ff de
legat. 1.* & in puris terminis nostris, quod in
325 tali casu possit se intromittere Fabrica Sā-
cti Petri, admittunt *Ricc. in prax. resolut. 527.
part. 3.* Reg. Rouit. *in pragmat. 5. de Legat. pijs.
num 5.* & Mols. *in comment. ad consuetud. Nea-
pol. quæst. 10 part 3. numer. 9.* qui fatetur, sic
quotidie practicari in Tribunali Reuerendæ
Fabricæ S. Petri, & quod ita fuerit practicatū,
& decisum in eodem Tribunali ad longum
refert *Ia. Mar. Nouar. in suis quæstion. forens.
lib. 1. quæst. 111. per tot.*

Conclusio enim prædicta eò libentius vi-
detur amplectenda, quia transit sine contro-
uersia, quod tàm hæres, quàm executor ex
326 dilatione, seu negligentia, & præsertim no-
tabili in exequenda pia voluntate testatoris
mortaliter peccat, quia iniustè infert defuncto
damnum non parum, si non faciat, quantum
potest, et sic oscitanter se gerat. Vnde terri-
327 bili excommunicationis vinculo necti iu-
re, sancteque possunt, & debent, *sicuti iubet
text. in can qui oblationes. vers. excōmunicentur
13. q. 2.* Excommunicationis enim pœna sup-
328 ponit peccatum mortale. *can. nemo Episco-
porum. 11. quæst 3. Summa Asten lib. 7. tit. etiā 7.
latè* Couarr. *in cap. alma mater. part. 1. §. 9 nu-
mer. 1. de sentent. excommunicat. post S. Thom. et
alios Theolog. in 4. sentent. distinct. 18.* & Cano-
nistæ id tractant. *in cap. 1. de iudic. in cap. à no-
bis, in cap. sacro. de sentent. excommun. & in cap.
Romana §. caueant eodem titul lib. 6.*

Et consequenter nemo incurrit excommu-
329 nicationem impositam à canone generali,
vel particulari, nisi peccando mortaliter quę
est regula consolationis plenissima, quàm tra-
didit *Palud. in 4 distinct. 18. quæst. 1. artic. 2.
Nauar. in manual. cap. 27. num 9* vbi ait idem
330 eadem ratione dicendum esse de excommu-
nicatione generali lata ab homine. Cū enim
hæc sit maxima pœna in Ecclesia DEI, nec ea
331 maior reperitur *cap corripiātur. 24. quæst. 1.
cap sacro ad med iuncta glos. in verb. pœnam. de
sentent. excommunic. et ibi notat Abb numer 7.
& in cap olim il. 2. num. 10. ad fin. de restitut.
Alphons. à Castr de pœna. lib. 1. cap 6. vers. quod
hactenus dictum est.*

Quare cum sit maxima pœna, non debet
332 imponi pro leuibus delictis. *d. cap corripian-
tur 24. quæst. 1. et latè traditur in summa Asten.
lib. 7 titul. 7. ibi, sed quia excommunicatio.* Tra-
333 ditur namque excommunicatus Diabolo,
& separatur à communione fidelium & à cor-
pore CHRISTI, vt probatur ex verbis *Apo-
stol. 1. ad Chorinth 5. tradere huiusmodi hominē
Satanæ, in interitum carnis. Et 1. Thimot. 1. quos
tradidit Satanæ, vt discant non blasphemare.
can qui peccat 23. quæst 4. can illud distinct. 45.
can. audi, vbi glos.* notabiliter dicit. quod Dia-
334 bolus habet in eo potestatem, quasi in pe-
core suo. *can omnis Christianus, et can. seq. 11.
quæst. 3.* Vbi aduertitur, nihil sic esse formi-
dandum à Christianis, quàm separari à cor-
pore CHRISTI, *can certum. 24. quæst 4.*

Grauissimum etenim malum est versari in-
335 ter homines, & hominum carere suffragijs,
inquit *textus in l. hi qui sanctam. C. de apostat.*
& patet ex latè traditis *per Couarr in d. cap. al-
ma mater part. 1 in princip num. 6. 7. & 8 de
sentent. excomm. lib 6. Nauarr. in summ. cap. 27.
numer. 17 et secundum Abb. Panorm. in rubric.*
336 *extra de sentent. excomm.* Nec Angelus DEI
excōmunicato assistit et asseritur *per Frācisc.
Viu. in Syl. comm. opin. cap 263. nu. 3 versic. nec
Angelus bonus ei assistit &c.*

Admirabiliora etiam addam, cum & ipsa
337 animalia irrationabilia rationabiliter præ-
dictos Diaboli asinos euitent, & inter cœte-
ra exempla, illud est mirabile. Narratur enim
quod cum Papa Gregorius IX ante Papatum
legatus Sedis Apostol. in Lōbardia esset. inue-
338 nit in quadam Ciuitate maiores compu-
gnantes, qui processum eius impediebant.
Cum altera pars staret ad arbitrium eius de
pace componenda, et altera contumax nol-
let consentire, atque excommunicasset Capi-
taneum illius dissentionis, qui solus pacem
impediebat.

Et cum iste excommunicationem contem-
339 neret, ciconiæ multæ, quæ nidificauerunt su-
per turres, et caminos illius domus, recesse-

runt, et nidos transtulerunt ad domus alte-
rius Capitanei, qui paratus erat stare sub mã-
340 dato prædicti Legati, quod videns ille con-
tumax humiliauit cor suum, ad absolutionem
procurandam, et ad voluntatem dicti Legati
faciendam. Quo absoluto dictæ Ciconiæ ni-
dos suos super domum illius reportauerunt.
quale exemplum refert Henric. Gran. German. in suo Specul exempl. distinct 7. in verb. excommunicatio exempl. 62.

His igitur sic firmatis, cum Sacri Canones
341 velint, et simul iubeant, vt habetur *in d. can.*
oblationes 13. quæst. 2. vt hæredes, vel executo-
res non adimplentes voluntatem piam de-
functi excommunicentur, et tamquam infi-
342 deles ab Ecclesia reijciantur, consequenter
dicendum est talem negligentiam esse maxi-
mum delictum, Violantur enim iura pietatis,
quo nihil execratius. *can. clerici. 13. quæst. 2.*
et iam sæpius dixi supra.

Quare potest Episcopus (spreto quocum-
que obice voluntatis contrariæ testatorum)
343 imo astrictus reperitur, vbi agitur de pecca-
ti materia (siue patrati, siue etiam patrandi)
operare, vt illud areeat, *iuxta textum in cap. nouit 13.* vbi *Innocent. communiter receptus. numer. 3. extr. de iudic. glos. in cap. ex literis 10 in verb. compellas. vbi* Abb. *nu. 10. de sponsal glos. fin in cap. cum sit generale. 8. de for. competent.* Perr. Matth. *in annotat. ad Guidopap. decis Gratianopolitan. 562. circa med.* ibi, *Causa verò omnes, in quibus. de peccato quæri potest etiam inter laicos potest Episcopus &c.* cum alijs per alios allegatos *per Barbos. in tractat de officio, & potest. Episcop part 3. allegat. 79 à numer. 6.* Atque hæc sufficiant circa prædictam materiam, quod legata pia omnino veniant executioni mittenda.

ARGVMENTVM.

Donatio, si sit facta vltra 500. solidos, absque insinuatione nullatenus tenet, quo ad excessum, et istius inualiditatis defectus prouenit ex causa consensus, qui de Iure naturali in omni contractu requiritur, et est necessarius. Iura præsupponũt donantem vltra summam permissam absque insinuatione, non habere animum deliberatum ad donandum, et ideo assignatur tale tempus ad deliberandum, donec sequatur insinuatio.

Insinuationis defectus, cum proueniat ex causa deliberatæ voluntatis, ideo post mortem donantis facta non tenet, veluti si donator in ipsa donatione constituerit procuratorem ad insinuandum, et iste post mortem donantis insinuauerit perperam agit, quod amplia etiamsi constitutus fuerit procurator irreuocabiliter, quia mandatum morte mandantis expirat,

Insinuatio cum sit quædam confirmatio donationis, ideo nisi fiat re integra non tenet, et res non potest dici integra, quando donãs est mortuus. Ratificatio contractus de quo tempore fieri debeat. Et non nulla deducuntur an solidi antiqui sint eiusdẽ valoris, quàm moderni, et quãti erat vncia antiqua, et quãlis moderna. & hodie iuxta computum antiquum donatio 500. solidorũ ad quam summã ascendat.

SVMMARIVM.

1 *Donatio vltra 500. solidos facta, quo ad excessum est nulla ipso iure, si absque insinuatione reperiatur facta.*

2 *ex Testamento imperfecto nihil debetur, etiã Imperatori.*

3 *Imperator, licet sit solutus legibus nihil tamen proprium Imperij est, quam legibus viuere secundum Alex. Imp.*

4 *ex Testamento imperfecto, sicuti nihil debetur, sic quoque ex imperfecta donatione.*

5 *Solidi accipiuntur pro aureis.*

6 *Vncia antiqua auri, an sit eadẽ, quàm vncia moderna dissentiunt DD. & in re tã antiqua, & rubigine plena, scrupulosè satis se inuoluunt & numer 7.*

8 *L. sancimus. C. de donat. loquens de insinuãda donatione vltra 500. aureos, de quibus aureis loquatur.*

9 *Aurei moderni, cum sint minoris ponderis, quàm antiqui, ideo qualiter sit facienda dinumeratio.*

10 *Aurei moderni, sunt reducendi ad pondus aurei legalis antiqui.*

11 *Donatio vsque ad aureos 700 & paulo plus hodie tenet sine insinuatione & nu. 24.*

12 *Solidi 500 de quibus in l. sãcimus. C de donat. constituunt aureos 700. nostri temporis.*

13 *Solidi tempore Iustiniani Imperatoris, qui tulit l. sancimus. C. de donat. erat sexta pars vnciæ, & quotquot constituebãt vnã librã.*

14 *Donatio, quod hodie teneat absque insinuatione si non excedat 800. aureos, multi DD. tenent, & alij etiam vltra tenent, sed falluntur. & nu. 15. & 16.*

17 *Iudex quidam de Monte Pulciano, reuocauit donationem factam vltra libras trecētas. quatenus excederet summam viginti quinque librarum, & num. 18.*

19 *Doctores nonnulli, inauditas sibi fabricant opiniones, & illis tenaciter inhærent.*

20 *Iudex quidam dum informaretur, cũ à somno captus fuisset, & cum esset excitatus a Notario, vt sententiam proferret, quid respondit.*

22 *Doctores etiam insignes nonnulli in præceptis monetalibus non solum abditis, sed etiam claris, errarunt. & nu. 23.*

25 *in Donatione vltra 500. aureos, lex fingit donatoris consensum abesse, donec non interuenerit insinuatio.*

26 *Donatio ante insinuationis interuentum, non potest considerari vt talis, nec aliquid posit inesse.*

27 *Dona-*

Digitized by Google

27 *Donatio, nisi à die, à quo insinuatur incipit habere suum effectum, & ad eam faciendam donator non potest cogi.*

28 *Donator ante insinuationem, potest rei donatas alteri donare, cum talis donatio pro non scripta habeatur.*
Donator, potest rem donatam absque insinuatione, vltra tamen excessum, à donatario repetere conditione sine causa.

29 *Donans, si ante insinuationem omnia sua bona obliget, sub tali obligatione, veniunt etiam bona donata, sed non insinuata.*

30 *Donatarius ante insinuationem non potest facere fructus suos rei donatae.*
Dominium rei donatae, vltra summam licitã, non dicitur translatum in donatarium, quamuis res tradita sit, & hoc ante insinuationem. numer. 30.

31 *Donatio sicuti ab initio est voluntaria, ita & eius insinuatio.*

32 *Insinuatio non potest fieri post mortem donãtis, & hoc quia à principio est nulla ex defectu consensus.*

33 *Donante mortuo, absque facta insinuatione tunc donatio vltra legitimam summam remanet prorsus inutilis.*

34 *Insinuatio debet fieri à donatore, aut saltem eo citato, & non contradicente.*

35 *Insinuatio donationis est in potestate donatoris, vnde eo mortuo fieri non potest.*

36 *Donator ante insinuationem, inuito donatario recedere potest à contractu donationis. limita numer. 37.*

38 *Donatarius si vendiderit, vel obligauerit rem donatam ante insinuationem, & donans moriatur ante insinuationem, omnia corruunt.*

39 *Donatio, si resoluatur, ex defectu insinuationis, omnia euanescunt, tamquam resoluta donatione ex defectu consensus.*

40 *de Accessorio in vanum quaeritur, quando principale non subsistit.*

41 *Donatio, quando est nulla ex defectu insinuationis, cum adsit defectus consensus, nihil operatur translatio dominij, vel possessionis.*

42 *Insinuatio post mortem donantis non potest fieri, etiamsi ipse constituerit procuratorem irreuocabilem ad insinuandum.*

43 *Negotijs suis, qui praeesse non vult, aut non potest, procuratorem ad hoc eligere valet.*

44 *Insinuatio facta per procuratorem post mortem donantis, qui eum constituit, non valet.*
Mandatum expirat regulariter per mortem mandantis.

45 *Mandatum factum alicui ad donandum ex causa remunerationis, intelligitur sublatum morte mandantis.*

46 *Insinuatio, est quadam confirmatio donationis, vt donans, donec ea non sequitur possit deliberare, an ea, ei expediat.*
Iteratio actus, ostendit mentis deliberationem. numer. 46.

47 *Actus geminatio solet operari ad ostendendã deliberatam voluntatem facientis.*

48 *Insinuatio, cum sit quaedam confirmatio donationis, ideo non potest fieri post mortem donantis.*

49 *Ratificatio de illo tẽpore fieri debet, quo actus potest expediri.*
Ratificatio non valet, si vnum extremorum sit inualidum. nu. 49.

50 *Ratificatio contractus, nullatenus fieri valet, mortuo vno ex contrahentibus.*

51 *Ratificatio, numquam operatur, quando res nõ sunt integra, & aliqua mutatio est facta.*

52 *Ratificatio, quando retrotrahatur vsque ad initium.*

53 *Legitimatio filiorum spuriorum absentium, licet non valeat, si tamen ratificetur tenet.*

54 *Sed si ea ratificatio fiat post mortem patris nõ tenet, cum res non sit integra.*

55 *Donatio facta absenti, si ea ratificetur per donatarium post mortem donantis, an valeat. & numer. 59.*

56 *per Donationem factam absenti, Notario stipulanti pro eo, nisi secuta ratificatione acquiritur ius reale, & actio hypotecaria donatario.*

57 *Iuramentum in donatione facta absenti non supplet defectum acceptationis requisita ad effectum acquisitionis iuris realis, & hypotecaria.*

58 *Donatio facta absenti debet ratificari ad effectum transmissionis.*

59 *Acceptatio donationis non retrahitur in praeiudicium eorum, quibus interim fuit ius quaesitum.*

CAPVT XCI.

CELEBRIS apertaq. est illa Iuris conclusio. quod donatio vltra quingẽtos soli-
1 lidos, absque insinuatione facta, quoad excessum, nulla est ipso iure, ac pro non scripta, et pro non intellecta habetur, vt est clarus text. *in l. sancimus ibi, si quid autem supra legitimam definitionem, fuerit donatum: hoc, quod superfluum est, tantummodo non valere, reliquam verò quantitatem, quae intra legis tramites constituta est in suo robore perdurare, quasi nullo alio adiecto, sed hoc pro non scripto, vel non intellecto esse credatur &c. C. de donat.* quod etiam habetur *in l. purè §. si donaui ff. de excep. & in §. 1. Institut. de donat.* & communiter comprobant. *Bart. Bald. Salicet.* cœteriq. scribentes super *d. l. sancimus*, et sicuti ex imper-
2 fecto testamenro nihil debetur, etiam Imperatori. *l. ex imperfecto. 3. ibi, nec Imperatorem vindicare posse &c. C. de testam.* quae lex. Imp. Alex. aureis literis esset conscribenda, dum sic
3 concludit, *Licet enim lex imperij solemnibus iuris Imperatorem soluerit, nihil tamen iam proprium imperij est, quàm legibus viuere &c.* O di-

gna vox, verèque dignissima Alexandri Imp.
iustissimi, et amantissimi, de quo pluries mē-
tionem feci, *& præsertim in discurs part. 4. re-
cent. tom. 1. à nu. 146. vers. salua Roma est, quia
saluus Alexander &c.* Sed ad nos. Dum igitur,
4 vt dixi, ex imperfecto testamento nihil debe-
tur, sic quoque ex imperfecta, seu vt dicitur in
d. l. sancimus, ex non scripta, & non intellecta
donatione, dicendum est, quod nihil, debetur,
scilicet vltra quingentos solidos. Solidos verò
5 accipimus pro aureis, *vt in §. fin. Instit. de
pœn. temer. litig & ibi glos.* quorum solidorum
septuaginta duo faciunt libram vnam auri, *vt
habemus in l. quoties. C. de suscept. & arcb. præ-
posit. lib. 10. & ibidem glos. & in l. fin ff. de in ius
vocand. vt in l. quicumque C. de seru fugit. glos. in
§. et iudicare. in verb. ad trecentos. in Auth. de
defens. Ciuit.* cum alijs relatis *per Guidopap.
decis. 325. in fin. vers. quare quantum 72. faciūt
libram &c.* & latius *in decis. 492. num. 2. vers
quot aurei faciant libram auri &c.*

6 Dissentiunt sanè scribentes, an vncia illa an-
tiqua par sit ponderi nostro. hodiernæ vnciæ,
nam *Budæus* parem esse affirmat, *in illo libello
de asse lib. 5.* & cōsentiunt *Alciat. lib. 3. dispūct.
cap. 9. & Leonard. Porc. de nummismat. ad med.*
Sunt alij allegati *per Couarr. de nummismat.
cap. 2. num. 5.* tem quidem magis scrupulosè
tractantes, quàm necesse est, in re tam vetusta,
7 & cariosa, rubigineque penè excessa, & in qua
satis est, si analogia siue proportio haud mul-
tùm dissona sit ab antiquo pondere, & tetigi
supra *cap. 19. num. 497.*

De quibus enim aureis intelligatur *text. in
d. l. sancimus fin. C. de donat. & in §. 1. Instit.*
8 eod. loquens de insinuanda donatione vltra
500. aureos, videatur *Angel. ibi, & Alexand. in
addit. ad Bart. in l. cum de indebito. §. fin ff. de
probat* Vtique cum hodie aurei nostri, quos
9 in vsu habemus sint minoris ponderis, debe-
bit fieri dinumeratio aureorum, iuxta pōdus
libræ ad rationem septuaginta duorum pro
qualibet libra. & sic aurei nostri erunt redu-
10 cendi ad pondus aurei legalis antiqui *prout
ponderant.* Bellon. *in consil 4. à numer. 5. &
consil. 72. à num. 21. Io.* Koppen *decis. 5. nu. 16.
et seq.* Bocer *in comment. de insinuat. cap. 3. nu.
65. edit. 2.* Bernard. Græueo *lib. 2. conclus. 39.
considerat. 2* Vurmsebm. *in pract. obseruat. titul.
49 de verb. signific. obseruat. 11.*

Quare hodie vsque ad aureos 700. & paulò
11 plus donatio valet sine insinuatione, vt firmat
*Natt. in consil. 28. num. 2. vers. vnde hodie. lib. 1.
et solidè Hieronym.* Magon. *decis. Florentin 65.
num. 39.* vbi in fine concludit, quod illi solidi
12 500 de quibus *in d. sancimus* conficiunt au-
reos 700. nostri temporis. Nam solidus tem-
pore Iustiniani Imperatoris, qui promulgauit
d. l. sancimus. erat sexta pars vnciæ, & per cō-
13 sequens 72. solidi conficiebant vnam libram
auri, hodie verò centum aurei, cum vt dixi,
sint diminuti concurrunt ad faciendam d.
libram auri, *et vide quæ iam dixi supra cap.
19. à numer. 499.*

Vnde 700. solidi, seu aurei sat sunt, vt dona-
ri possint sine insinuatione, *vt plures alij DD.*
consentiunt, & præsertim *Ioseph.* Ludouic *de-
cis. Perus. 66 numer. 9. versic. & sic hodie donatio
absque insinuatione valet vsque ad septingentos
aureos &c.* & ista est communis opinio, quam-
14 uis multi DD. maiorem calculum faciant, vt
latè *per Roland. in tractat. de statut. lucr. dotal.
quæst 53 in fin.* vbi dicit ex alijs, quod imo
valeret hodie donatio sine insinuatione vltra
15 octingentos aureos, ex quo nunc centum, &
septem constituunt libram vnam auri. imo
Dueñas in regul. 224. limitat. 19. in fin. dicit
16 quod hodie valet donatio etiam vltra mille
aureos, sed dubito prædictos DD. allucinatos
fuisse circa calculum, cum in id facilè erretur.

Curiosè sunt quidem hæc notanda, ne for-
tè alicui eueniat, pro vt illi Iudici de Monte
17 Pulciano, qui reuocauit quamdam donationē
factam vltra trecentas libras, quatenus exce-
debat summam vigintiquinque librarum de
quo mentionem facit *Io. Andr. in addition.* ad
Speculat. *in titul. de donat § porro. in vltima
Apostill. circa finem, vbi refert* Roffred. de illo
18 Iudice dicentem. quod non erat Iurista, licet
gustasset de brodio iuris. *idemque etiam refert*
Ciar. *in §. Donatio quæst. 15 sub nu. 1. vers. quod
nota, ne forte tibi eueniat, sicuti illi Iudici Mon-
tis* Pulciani *&c.* & ibi *Hierom. Giachiar. in ad-
dit. in verb Iurista*, inclamat, quod hodie repe-
19 riuntur Iuristæ, qui inauditas sibi fabricant
opiniones, atq. tenaciter illas contra ius ser-
uant. Expendi etiam hic potest lepida illa Iu-
20 dicis dormientis historia, qui cum informa-
retur, & à somno captus non parum dormis-
set & cum excitaretur à Notario, vt sententiā
diceret, semi somnis dixit, *Decolletur*, et cum
respondisset Notarius, Quomodo decolletur,
agitur de prato, at replicauit Iudex. *Defalce-
tur ergo.* Sed de his hactenus

Cœterum, qui plura desiderat scire circa
21 valorem hodiernum suprarelatorum solido-
rum consulat *Couarr. lib. 1. variar. quæst. cap.
11. num. 3. et cap. 6 num. 5. et de veter. numismat
collat. cap. 3. num. 3. & 4 et cap. 6 à n. 4.* Gregor.
lib 9. titul. 4. part. 5. in verb. d'oro Marienco *leg.
7. titul 10 glos. 6. n. 12 lib. 1. cap. 5. recop. &* Plac.
de delict. lib. 1. cap. 2. à num. 11. cum seq. Ioann.
Kitzell. *in tract. de Iure monetar. class. 1. theo-
rem. 5. & seq.* Ant. Fabr. *in tractat. de var. num-
mar solut. cap. 1. titul. de var. numm. æstimat. &
cap. 2. titul. de aureis conuent. æstimat.* Rener.
Budell. *in tract. de monet. et re nummar. cap. 1.
et seq.* vbi *num. 1.* ait.

Ad nauseam vsque fuisse expertum, doctos
22 etiam, & insignes viros non solum in præce-
ptis monetalibus, & ad abdita, & secreta hu-
ius artis spectātibus (quem errorem coniuen-
dum, & æquo animo ferendum esse ait) verū
in ijs etiam discutiendis, ac decidendis, quæ
ipso

ipso iure constant, & communi DD. suffragio,
23 sunt recepta, allucinatos fuisse. Videndus e
etiam *Ioannes Gutter. in tractat. de iurament.*
confirmat. part. 1. cap. 7. & Gregor. Lopez *l. 9.*
titul. 4 part. 5. apud quos indubitatum est, soli-
dum fuisse ponderis, & valoris nummi aurei,
alij verò variant.

Donatio ergo (vt ad initium reuertamur
24 excedens hodie summam septemcentorum
solidorum, vltra excessum non valet absq. in-
sinuatione, *ex iam allegatis supra num.* 1. eiusq.
nullitas pendet à magno illo defectu consen-
sus, quia lex fingit donatoris consensum
25 abesse, donec insinuatio superuenerit, vt be-
nè probatur per textum *in d. l. sancimus, ibi,*
pro non intellecto, quod aduertit *Bald. in eadem*
l. sub num. 7. vers. quia lex resistit consensui, siue
fingit abesse consensum &c. In effectu enim cū
præfatus insinuationis defectus, percutiat ip-
sum consensum in donante, ideoque donatio
26 ante illius interuentum non potest conside-
rari vti talis. nec aliquid ponit in esse, & sic
nisi à die, quo insinuatur, incipit habere suum
27 effectum, ad quam faciendam, seu perficien-
dam non potest cogi, vt dicam infra.

Imo poterit donans easdem res donatas
postea alteri donare, cum pro non scripta. &
pro non perfecta sit donatio ante insinuatio-
nem, & insuper rem traditā (intellige semper
28 vltra summam 700. solidorum) à primo do-
natario potest repetere conditione sine causa,
vt aiunt glos. & DD. in l. 1. ff. de donat. & in l.
contractus. C. de fid. instrum. & comprobat. *Re-*
buff. in tractat. de donat. insinuand. art. 1. glos. 6.
vers. imo poterit donans alteri donare, et etiam
repetere rem traditam &c. Surd. *in tractat. de*
aliment. titul 9. quaest. 42. num. 18. vers. quando
resoluitur donatio ob defectum insinuationis, ex-
tinguitur omnis obligatio. &c. sequitur Steph.
Gratian. *discept. forens. cap. 854. num. 36. vers.*
rem traditam primo donatario, repetere &c. &
subdit, si donans ante insinuationem obliget
29 omnia sua bona, sub tali obligatione veniunt
etiam bona donata, sed non insinuata. *et addo*
Ioseph. de Sess. *decis. Senatus* Aragon. *decis. 25. à*
num. 23. vers. poterit donans ante insinuationem
alteri donare &c. vbi etiam ait, quod donata-
rius ante insinuationem non facit fructus suos
rei donatæ, & quod nec per traditionem rei
30 dicitur translatum dominium, sed esse in pē-
denti, vsq. ad insinuationē. Omniū enim præ-
31 dictorū ratio est, quia sicut donatio ab initio
est voluntaria, ita et eius insinuatio, vt iā dixi.

Meritoque *post Bald.* respondit *Gabr. in*
consil. 158. n. 5 lib. 1. quod insinuatio non pos-
32 sit fieri post mortem donantis, & hoc, quia à
principio est nulla ex defectu consensus, quem
lex fingit abesse, vt dixi, donec superueniat
33 insinuatio, vnde mortuo qui donauit, rema-
net donatio vltra legitimam summam pror-
34 sus nulla, dum insinuatio à donatore, aut sal-
tem eo citato, vel non contradicente fieri de-
beat, cum in donatoris potestate sit insinua-
35 tio, sicque eo mortuo fieri non potest, imo ip-
sum solum, inuito donatario, discedere à con-
36 tractu non obscuri iuris est, posse. *l in hac. C.*
de donat. et est text. clarus *in l pure §. si donant.*
de dol. except. cum alijs allegatis per *Gabr. d. con-*
sil. 158. num. 2. vers. eoque mortuo &c. quibus
addo *Riminald. Iun. qui.* & alios congerit *in*
consil. 118. num. 92. vers. donatore mortuo non po-
test fieri insinuatio &c. lib. 2. & nuper dixit.
Petr. *Francisc. de* Tondut *in suis quaestion. et re-*
solut. ciuil. cap. 57. nu. 5. vers. secundum dispo-
sitionem iuris communis insinuatio fieri non po-
test post mortem donatoris &c. cum ibi allega-
tis, & addo Cyriac *controuers. forens. cap. 10. n.*
71. vers. insinuatio fieri non post mortem donā-
tis &c. Ioseph. Ludouic. *in suis commun. con-*
clus. cap. 17. §. Limitatur secundò: vers. insinua-
tionem debere fieri in vita donantis, nec sufficit
interuenisse mortis impedimentum &c. vbi etiā
37 limitat id non procedere, quando donans
fuisset protestatus, per se nō stetisse, quo minus
nō fuisset donatio insinuata, *et vide Alex. &*
Becc. ibi per eum allegatos, et nos persistendo
in regulis generalibus.

Hinc etiam est, si donatarius vendiderit
38 vel obligauerit rem donatam ante insinua-
tionem et donans moriatur ante factam insi-
nuationem, nulla est donatio, et sic etiam vē-
ditio, vel obligatio, quia resoluta donatione
39 ex dicta causa, omnia euanescunt, tamquam
ex insanabili defectu consensus, *vt in puncto*
notant Bart et Bald. in l. 2. C. de rescindend. ven-
dit. et facit. l. si domus. §. si fundum. ff. de legat. 1.
et l. vxor. C. de legat. l. lex vectigali. ff. de pignor.
Bald. et Alex. in l si res ff de legat. 1. Rebuff. *in*
d. tractat. de donat. insinuand. artic. 1. glos. 7. §.
Quintò. si donatarius illam rem donatam vendi-
derit ante insinuationē &c. Gratian. *d. cap. 854.*
n. 36. versic. si donatarius talem rem donatā &c.
& de accessorio in vanum, quæritur, quando
40 principale non substitit. *Bald et Imol. in l. 1. ff.*
de his, qui testam. delen. Socin. *consil. 2. num. 8. et*
9. lib. 3. Mascard. *de probat. conclus. 1317. nu 40.*
Menoch. *de præsumpt. quaest. 132. numer. 78. lib.*
3. et quaest. 68. numer. 12. et 13. lib. 1. et in pun-
41 cto, quod stante defectu insinuationis in
donatione, omnia corruant, tamquam nulla
ex defectu consensus, et hoc tàm quoad tran-
slationē dominij, quàm possessionis, *post Rebuf.*
Honded. Put. & alios dixit *Rota coram bo. mem.*
Durano *dec. 155. num. 24. versic. stante autem*
defectu insinuationis &c.

Amplia quoque prædictam opinionem, vt
42 procedat, etiam si donans constituerit aliquē
procuratorem irreuocabilem ad insinuandum
pro vt de iure potest constitui, cum inte-
grum cuique sit, qui suis negotijs interesse
43 non potest, aut non velit, per alios ea agere,
vel conuenire, *vt habetur in l. 1. §. vsus. 2. de pro-*
curat. cum simil. latè *Socin. in consil. 49. num. 9.*
lib. 1. tamen si talis insinuatio fuerit facta per
con-

Digitized by Google

constitutum procuratorem post mortem do-
nantis, perperam dicitur facta, cum regula-
44 riter mandatum expiret per mortem man-
dantis *l. si quidem donationi, et l. inter causas. in
princip. ff. mandat. l. mandatum. C. eodem titul. l.
vltim. ff. de solut.* Card. Mantic. *de tacit. et ambig.
conuent. lib. 7. titul. 23. nu. 1.* vbi etiam *num. 12.*
loquitur de mandato facto alicui ad donandū
ex causa remunerationis, quod licet sit fauo-
rabile tamen intelligitur solutū morte. *l. si qui-
dem. 8. vbi Bald. nu. 1. in 2. notabil. C. de action.
et obligat. Ias. in l. eius, qui in prouincia. §. place-
bat post princip. vers. in primis tamen ampliat.
ff. si cert. pet. cum alijs copiosè relatis per* Gab. *in
suis communi. conclus. titul. de procuratorib. conclus.
1. rub. Mandatum morte finitur à nu. 1.*

Etenim insinuatio est quædam cōfirmatio
46 donationis, vt donans inter donationem, et
insinuationem possit deliberare, an sibi expe-
diat donationem perficere, *iuxta text. in auth.
de appell. post princip. vers. liceat coll. 4.* iteratio
enim actus ostendit mentis perdurationem.
l. si adiofas. 1. C. de plus petition. sicut dicitur de
47 actu geminato, qui multum solet operari, ad
ostendendam deliberatam voluntatem alicu-
ius *secundum text. in l. Balista. ff. ad Trebell. cū
simil.* et in terminis donationis dixit *Rota co-
ram bon. mem.* Manzanedo *decis. 377. n. 3. vers.
geminatio multum solet operari &c. par. 5. recent.
tom. 2.* Ideoque vt dixi, cum insinuatio sit quæ-
48 dam confirmatio donationis, non potest fieri
post mortem donantis, quia de illo tempore
non potest ratificari.

Nam ratificatio de illo tēpore fieri debet,
49 quo actus potest expediri, aliàs si vnum ex-
tremorum deficiat, vel sit inhabile, non valet,
*vt est text. in l. bonorū. vbi Bart. Alberic. Angel.
et alij. ff. rē rat. haber. Rota coram bo. me.* Vbald.
*decis. 755. num. 3. vers. quia ratificatio nihil ope-
ratur, cum fieri debeat re integra &c. part. 2.
recent. et coram bo. me. Card.* Marquemont *dec.
159. numer. 4. vers. nec tempore ratificationis res
amplius non erat integra &c. part. 4. recent.*

Vtque contractus nullatenus poterit rati-
50 ficari, mortuo vno ex contrahentibus, quia
eo tempore contractus non potest fieri, *ita
Butr. in cap. fin. num. 7. de confess.* Socin. *Iun. in
consil. 77. num. 14. et seq. vol. 1. vbi post Alex.
Bart. et alios,* dicit quod ratificatio nunquam
51 operatur, quando res non sunt integræ, et
aliqua mutatio rei est facta. *arg. d. l. bonorum.
Alex. consil. 78. num. 10. vol. 5. vbi post* Bart. *in l.
si quis vxor §. si quis vxorem. ff. ad leg. Iul. de
adulter. et post alios per eum allegatos,* concludit.

Quod ratihabitio tunc trahitur retro, quā-
52 do res est integra, et in eo statu, in quo erat,
quando ab initio ille actus fuit gestus, qui ra-
tificatur aliàs non, et latè prosequitur plures
DD. adducendo *Osasc. decis.* Pedemont. *119. à
num. 27. vers. talis ratificatio debet fieri tempore
habili &c.* vbi probat, quod licet non valeat
53 legitimatio filiorū spuriorum facta ipsis ab-
sentibus, tamen validatur per eorum ratifica-
tionem quæ certè si non fuerit facta re inte-
gra, idest ante mortem patris nō validat actū
54 legitimationis &c. cum multis similibus ibi
adductis illudq. perpetuum regulariter est. vt
ratificatio re non integra, non suffragetur.

In terminis verò donationis, vt si fiat ab-
55 senti, et per Notarium nomine absentis ea
stipuletur, licet res donata remaneat in bonis
donantis, quousque absens id ratum habeat,
& secuta ratificatione transmittatur, cum, &
56 sine ea non acquiritur ius reale, neque actio
hypotecaria experibilis contra singularem
successorem Alciat. *in cap. cum contingat. nu.
331. in fin. et seq. de iureiur.* Couar. *in rub. de te-
stam. part. 3. num. 13.* Honded. *cons. 25. num. 44.
et 45. lib. 2.* Cephal. *cons. 440. n. 30. et seqq.* Imol.
cons. 76. num. 1. Bero *cons. 4. nu. 34. et 35. lib. 1.*
Ciriac *controuers. 322. n. 2. vers. cum mihi vero
cum seq. et alios refert* Anton. de Amat. *Panorm.
variar. resolut. tom. 1. resolut. 30. num. 6.* Rota
*decis. 683. num. 4. part. 1. diuers. et in recent. de-
cis. 142. nu. 6. part. 4. & coram fa. me.* Grog. XV.
*decis. 567. num. 3. et fuit dictum coram bon. mem.
Card.* Panzirolo *in causa Ariminen. Donatio.
22. Iunij 1640. & melius coram* R. P. *D.* Cerro
in causa Romana *Salmoni. 21. Iunij 1641. §.
Nec releuare. vers. non tamē acquiritur ius rea-
le &c.* vbi etiam subditur, quod nec hoc casu
57 suffragaretur interpositum iuramētum, quia
illud non supplet defectum acceptationis re-
quisitæ ad effectum acquisitionis iuris realis,
& dominij. *Abb. in cap. sicuti il. 3. n. 5. de iur. iur.*
Alciat. *in d. cap. cum contingat. num. 335. in fin.*
Guttier. *cons. 41. per tot.* Rota *decis. 27. num. 11.
et seq. part. 7. recent. et fuit responsum coram
R. P. D.* Bicho *in* Romana *Census. 25. Iunij
1640. §. Pariterque vers. neque per iuramentum
excluditur necessitas acceptationis &c.*

Verū si donator prius vita decedat, quàm
donatarius absens eam ratificet, tunc si illa
58 fieret, tamquam re non integra, nullatenus
suos operaretur effectus talis ratificatio, sicq.
ipsa donatio extingueretur, vt incogniti iuris
non est, satisque demonstrant innumeri DD.
relati *per* Cephal. *consil. 440. à num. 30. versic. si
donans prius vita decedat. &c. lib. 3.* & perpen-
dit *Surd. in consil. 60. num. 17. vers. non valebit
donatio si decedat donator antequàm dona-
tarius absens acceptauerit &c* & insuper as-
59 serit quod eius hæredes nec poterunt ratifi-
care, vel acceptare, *et plures DD. ad hoc addu-
cit,* ita quoque sensit *Rota coram bon. me.* Piro-
uano *in causa Narnien. Bonorum 1. Decembr.
1628. est dec. 217. n. 9. part. 5. recent.* vbi dicitur,
60 quod donatio facta absenti debet ratificari
ad effectum transmissionis, etiam si pro ipsa
Notarius fuerit stipulatus, quæ tamen ratifi-
catio non potest fieri post mortem donatarij
per eius hæredem, & ratio est iam supra rela-
ta, quia cum ratificatio fieri debeat re integra,
perperam fit post mortem alicuius ex cōtra-
hen-

hentibus, quod maximè pro cederet, quando talis donationis acceptatio, post ius alteri
61 acquisitum esset facta, quia non retrohitur in præiudicium tertij cui interim ius, & dominium fuit quæsitum *Alex. in leg. quod meo. num. 5. ff. de acquir. poss.* Dec *in l. contractus. ff. de regul iur.* Couar. *in rubric. de testam; 3. nu. 13. vers. est tamen necessaria. de testam.* Castr. *cons. 195. num. 3. part. 2,* Bero. *consil. 164. numm. 1. & seqq. præsertim. num. 6. lib.* 1. Purpurat. *cons. 366. num.* 58 Curt. Iun. *consil 74. num. 9. et consil. 76. num 6.* Menoch. *consil.* 858. *num.* 2. Bellon. *Iun. consil.* 38 *num.* 13. *& consil.* 69. *nu.* 47. Honded. *consil.* 25. *num.* 25. *et seq.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig lib. 3 titul. 48. nu. 17.* Rota *decis.* 124. *num.* 10 *post* Zacch. *de oblig. Cameral et coram bon mem. Card.* Seraph. *decis.* 472. *num* 6. & sedulò considerauit Rota *in d causa Romana, Saluiani 27. Iunij 1641, §. Nec minus, vers. nec acceptatio superueniens post factam alienationem suffragari potuit, quia nō præiudicat, nec retrotrahitur in præiudiciū tertij, cui interim ius, et dominium fuit acquisitū &c. corā R. P. D,* Cerro,

ARGVMENTVM.

Donatio facta vltra summam præscriptam à iure, in excessu est sic nulla, vt si moriatur donator antequam illa per insinuationem recipiat suam perfectionem, nō poterit post eius mortem procurator constitutus in ea, ad illā insinuandam, cōplere dictum actum insinuationis etiam si irreuocabiliter sit constitutus, cum mandatum morte expiret.

Donatione non insinuata, si donator moriatur, nemo poterit substinere, quod res sit integra, cum Iura interim habeant eam pro nō facta. & pro non scripta. Hæredis persona, quod representet personam defuncti, et sit vna, eademque persona cum eo, quando id habeat locum distinguitur.

Donator moriendo ante cōpletam solemnitatē insinuationis, quo ad summam excedentem, dicitur mori in ea voluntate conformi iuri cōmuni, nempe, quod interim censeatur pro nō scripta. Donans non potest inuitus cogi ad insinuandum donationem cum id stet in eius absoluta voluntate, & nemo potest cogi ad agendum, id quod habetur pro non scripto, et qua cautela vti possit, vt hoc casu donans non eludat donatarium.

SVMMARIVM.

60 *Insinuatio donotionis nullatenus bene fit post mortem donantis, licet ipse ad hoc dederit mādatum. et n. 67.*

61 *Mandatum, licet post mortem expiret tamen potest conferri post mortem, et durat, et n. 67.*

63 *Mandatum ad donandum fieri possit post mortem, ita potest fieri ad insinuandum post mortem.*

64 *Mandatum insinuandi donationem etiam post mortem donantis, maximè datum in eadē donatione, præsumitur processisse eadem facilitate qua fuit facta donatio.*

65 *Et ideo si illa non valeat, nec valebit dictum mandatum et n. 66.*

68 *Ratificatio debet fieri re integra ad effectū vt illa substineatur, aliàs est nulla.*

69 *Donatio post mortem donantis non dicitur res manere in eodem statu, et re integra.*

70 *Donatio, vltra debitam summam, non adhuc insinuata habitur pro non intellecta.*
Insinuatio respicit perfectum consensum donantis, eiusque perseuerantiam.

71 *Donatio, dum non est insinuata, si interim moriatur donans, non potest substineri, quod res sit integra, cum iura habeant eam pro non scripta.*

72 *Donatio dum non est insinuata, non dicitur perfecta, quod procedit etiā si res esset tradita, nec vllum dominium acquiritur donatario.*

73 *Dominiū non acquiritur ex actu nullo & imperfecto.*

74 *Donatio, quando est perfecta, et cum omnibus iuribus solemnitatibus facta per alteram non potest alterari.*

76 *Donatio prima præfertur secundæ, etiamsi sit effectuata per traditionem, quando in prima adest, constitutum, vel hypoteca.*

77 *Possessio nulla, nec dominium acquiritur per traditionem, quando actus est nullus & n. 78*

79 *Donatario acquiritur ius ex ipsa donatione.*

80 *Mandatum datum etiam post mortem ad insinuandum, si benè consideretur, non donatoris bona. sed hæredis insinuarentur. & n. 81.*

82 *Insinuationis defectus adeo obstat, vt mortuo donatore, non potest donatarius inuitis hæredibus obtinere insinuationem.*

83 *Quemadmodum non posset, inuito ipso donatore viuente.*

84 *Insinuationem ius petendi non transit ad hæredes donatarij.*

85 *Hæres representat personam defuncti.*

86 *Hæres, et defunctus sūt vna, et eadē persona.*

87 *Hæres tunc representat defunctum quando sumus in iure formato actiuè et passiuè.*

88 *Obligatio non mmutatur ex persona hæredis, et hoc procedit tam actiuè, quam passiuè.*

90 *Hæres tunc non representat defunctum, quādo non sumus in iure, iam formato de tempore eius mortis.*

91 *Ius non formatum, impossibile est vt possit transmitti ad hæredes.*

92 *Insinuatio si non interuenerit de tempore vitæ donantis dicitur minimè perfecta donatio.*

93 *Donator donec insinuatio non habuit suum plenarium effectum potest reuocare mandatū datum ad insinuandum, etiam post ipsius mortem collatum.*

94 *Donator, si obierit ante insinuationē dubitari*

poterit

Digitized by Google

poterit au reuocauerit mandatum datum ad insinuandum, et sic anse mutauerit.

95 *Hominis voluntas ambulatoria est vsque ad supremum vitæ spiritum.*

96 *Mandatum datū ab hærede alicui ad adeundam hæreditatem non est absolutum signum aditionis hæreditatis, et quare.*

97 *Mandatum datum ad adeundam hæreditatē, cum possit suspendi, pernecessè non arguit hæreditatis aditionem.*

98 *Mandati datio ad adeundam hæreditatem, est actus separabilis ab ipsa aditione*

99 *Hæreditas an adita dicatur, per mandatum datum ad eam adeundam est quæstio ardua,*

100 *Hæres tenetur stare contractui celebrato à testatore eo modo, ac si ipse testator.*

101 *Donator moriendo ante insinuationem donationis, censetur mori in ea voluntate, quæ est conformis iuri communi.*

102 *Donatio vltra præscriptam summam, ante insinuationem, habetur pro non scripta.*

103 *Donationis insinuatio facta per hæredem donatoris non valet, et sic multò magis per donatarium.*

104 *Insinuatio debet fieri per donatorem, sed ad hoc non potest cogi, cum consistat in eius voluntate. num. 118.*

105 *Insinuatio est actus voluntariæ iurisdictionis.*

107 *Actus voluntariæ iurisdictionis non fiunt in inuitum, cum possit pœnitere.*

108 *Donans satis dicitur nolle amplius insinuationem facere, quando renuit tali petitioni annuere.*

109 *Insinuatio donec non interuenit in donatione excedente summam, dicitur donatio in fieri.*

110 *ad Agendum id, quod habetur pro non scripto, & pro non facto, nemo cogi potest.*

111 *Contractus, quando non est completus, vtriq. parti licita est pœnitentia.*

112 *Donatio non insinuata, interim quo ad excessum, non potest dici perfect. valida, nec perfectè nulla, & quare.*

113 *Donatio interim dum non est insinuata competit donanti, quod non est insinuata*

114 *in Donantis potestate non debet esse eludere donatarium.*

115 *in Donantis potestate sicuti est à principio cōferre liberalitatem, ita in eius potestate manet insinuatio & n. 116. et 117.*

119 *in Donantis potestate ne sit eludere donatariū, non consentiendo insinuationi, cautela qualis, sit et num. 120 121. et 122.*

120 *Donans potest constituere procuratorem ad ipsam donationem insinuandam donatarium, & quatenus donans non reuocauerit mandatum dicitur consentire insinuationi.*

123 *Donatarius an possit reuocare mandatum datum donatario ad insinuandum.*

CAPVT XCII.

INsinuatio donationis, est adeo indubitatum, quod post mortem donatoris per-
60 peram fit, vt procedat, quamtumuis datum
sit mandatum alicui ad insinuandam donationem nam, tunere non integra, veluti post
mortem donatoris si fiat insinuatio nō teneat
61 sicuti dictum est supra, & amplia, etiam si illud expressè collatum sit post mortem quoq.
donantis, quod fieri posse non est dubitandū,
nam licet mandatū morte mandantis expi-
62 ret, vt dictum est, tamen si illud differtè post
mortem conferatur, durat etiam post mortē,
l si vero. § fin. et l seq ff. mandat. & *in l. mortis causa. § Titia. ff. de donat. caus. mort.* vbi decernitur, mandatum fieri posse ad donandum
63 post mortem, ergo eodem modo fieri potest
ad insinuandum facit *l vltim § similiq. modo. ibi nullo obstaculo. C. de donat. ante nupt.* tamē
in caso nostro aliud videtur firmandum, et
64 maximè si prædictum mandatum in eodem
instrumento donationis fuerit datum, Quia
eadem facilitate probabiliter videtur proces-
65 sisse, qua & donatio ipsa, & ideo non magis,
quàm ea donatio substineri potest. *arg l. doli. § diuersum. ff. de dol except.* & in specie mādati
66 ad insinuandum etiam post mortem donantis dati, respondit *Francisc. Becc. in consil. 66. num 28 vers mandatum datum ad insinuandū ea facilitate videtur processisse &c. lib. 1. Ioseph.* Ludouic *in suis commun conclus. cap. 17. § limitatur tertio. vers. non sufficere mandatum in contractu donationis factum ad insinuandam donationem etiam post mortem donatoris, quia ea facilitate &c.* & sequitur *Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 794. num. 23. vers. mandatum ad insinuandum videtur processisse ex eadem facilitate, qua, & donatio ipsa &c.*

Vlterius, & sic persistendo in terminis, nam
67 licet non negetur, mandatum posse durare
etiam post mortem mandantis, vt dixi, tamen
sicuti conclusum est supra de ratificatione, vt
fieri debeat re integra, aliàs nullius est robo-
68 ris, ita quoque asseuerādum veniat in terminis prædicti mandati, nam mandatum post
mortem collatum valere posset rebus in eo-
69 dem statu manentibus, at post mortem donantis, nec res in eodem statu, nec re integra
dici potest, Nam cum donatio interim pro
70 non scripta, et pro non intellecta habeatur,
vt inquit textus rotundus in l. sancimus. C. *de donat. et supra num. 1. deduxi,* donec non fuerit in-
71 sinuata, sicque eueniente, ante insinuationē,
morte donantis, vt dixi, non potest substineri,
quòd res sit integra, & perfecta cum insinuatio respiciat perfectum consensum donantis,
et deliberatum animum ad donandum eiusq.
perseuerantiam, vt bene ratiocinatur *Rota coram bo. me.* Manzaned. *decis. 456. nu. 2. versic. insi.*

insinuatio respicit perfectum consensum donantis &c. part.4.recent. tom.2. vbi etiam *num.4.*
dicitur, quod deficiente insinuatione, deficit
consensus donantis,& quod lex ita præsumit,
vt etiam dixi supra. Quare donatio non in-
sinuata imo non completa, & imperfecta erit
etiam si res esset tradita, nec vllum dominiũ
interim acquiritur donatario, tamquam ex
73 actu nullo,& imperfecto sicuti notũ est apud
Doctores. *et in puncto explicat Rebuff. de insi-*
nuand. donat. artic.1. glos.6. & iam tetigi, & fa-
cit in simili, quod dicimus quando est perfecta
donatio,& cũ omnibus solemnitatibus de iure
74 necessarijs est facta, tunc per alterã alterari, &
immutari non potest. *§ alia autem. Instit. de*
donat. l. perfecta. C. de donat. quæ sub mod. Ruin.
consil.172. à num.18. vsque ad finem lib.1. Rota
coram bon.mem.-Duran. *decis.84. num.16. cum*
seqq. & coram Reuerendiss. Terracinen *in causa*
Romana Donationis 15. Maij 1641. *§. Et tandẽ*
vers. prima donatio dum valida est, donator non
potest amplius disponere cum non possit per secun-
dam reuocare &c. et coram Reuerendiss. Duno-
zetto *Decano in causa Baren. Donationis 5.*
Aprilis 1647. *§. Atque ideo. vers. cum prima dona-*
tio solidè, & perfectè facta reuocari non possit
per secundam donationem &c.

Quæ conclusio procedit etiã si primo dona-
tori res donata, nõ fuerit tradita, sed secũdo,
75 nã licet ista secũda tamquã effectuata pertra-
ditionem præferri videatur primæ donationi,
tamquam carente traditione. *l. quoties, C. de rei*
vindic. et l. final. §. Lucius. ff. de donat. tamen id
nõ procedit, si in prima donatione adest clau-
76 sula, constituti, vel generalis hypoteca om-
nium bonorum, quia tunc vigore huius hy-
potecæ anterioris, nullum præiudicium in-
fertur primo donatario, qui non obstante sub-
secuta actuali traditione secũdo facta, ipse de-
bet præferri, vt in terminis tradunt *Ias. consil.*
244. aliàs 5. nu.21 & 22. lib.3. Socin. *Iun. consil.*
118. num.19. lib.2. Paris. *cons.69. num.156. cum*
seq. lib.3. Menoch. *consil.153. numer.65. et 66.*
Thesaur *Iun. quæst. forens. lib.4. quæst 64. nu.2.*
Gamm *decis.5.* Lusitan *130. numer 2. cum alijs*
relatis per Rotam *decis.539. sub num.6. part.4.*
recen. et coram Reuerendiss. Terracinen. *in cau-*
sa Romana Casalis. *11. Ianuarij* 1638. *cum*
pluribus ibi allegatis.

Quare non obstante tali reali traditione rei
77 donatæ facta donatario secundo, tamquam
ex actu nullo, et inualido, nullum dominium,
nullaque possessio, potest dici validè transla-
ta, nec præiudicat primo donatori, *vt optimè*
firmauit Rota *in causa Tudertina Donationis*
27 Iunij 1652. *§. Quia præter quod vers. primus*
donatarius, non obstante subsecuta actuali tradi-
tione secundo præferri debet &c. coram R.P.D.
Cerro, et in ipsis terminis nostris, quod nullũ
78 dominium nec possessio dicatur translata in
donatariũ ex donatione non insinuata, quam-
uis res sit tradita, post plures allegatos tradit

Mar Giurb. in suis obseruat. par.1. obseruat.37.
num.10. vers. ex actu nullo, nullum dominium,
nullaque possessio transfertur &c. qui pariter
79 subdit *post Canar. et* Rebuff. quod ex ipsa in-
sinuatione acquiritur ius donatario.

Firmis igitur his stantibus, aliud non re-
80 manet nisi concludere, prædictum mandatũ
ad insinuandum datum, executioni mandari
nõ posse post obitum donantis, cum alioqnin
81 si benè consideremus, non donatoris bona,
sed hæredis insinuarentur,& huc sensit *Aretin.*
in consil.123. num.1 vers. nec obstat præmissis,&
optimè *Becc. in d. consil.66 sub num.19. versic.*
non donatricis bonorum, sed hæredis insinuatio
fieret &c. Ioseph Ludonic. *d. conclus.17 §. Limi-*
tatur tertiò. vers. aliud esset insinuare bona hære-
dis, non autem bona donatoris &c. & Gratian. *d.*
cap 784. num 26. vers. alioquin non fieret &c.

Nam & vt passim concludunt DD. ferè om-
82 nes, defectus insinuationis adeo obstat, vt
mortuo donatore non possit donatarius inui-
tis hæredibus illius insinuationem obtinere,
quemadmodum non posset inuito ipso dona-
83 tore viuente, et iam præmissum est supra, et
latè videatur *Corn in consil.71. col.1. & 2. lib.2.*
& Peregr. consil.76. num.23. lib.1. vbi etiam
84 probat, quod ius petendi insinuationem non
transit ad hæredes donatarij.

Nec aliquis titubet, animaduertẽdo, quod
85 hæres donatoris repræsẽtet personam ipsius,
vnde tunc fieri poterit talis donatio ab eo,
qui prius donauit tamquam ab illo fiat, qui
personam eius repræsentat. Nam responde-
tur, non negando, quod hæres repræsentet
86 personam defuncti, quia hæres, & defunctus
sunt vna, & eadem persona repræsentatiuè.
l. hæres.22. ff. de vsucap. l. cœptam ff. eodem. l. hæ-
redem. l. qui in ius. & l. quæ plus commodi, ff. de
reg. iur cum simil. Magon. *decis. Lucen 75 nu.4.*
vers. vti hæres eius personam repræsentat. & latè
ibi *in annotat. in litera B. vbi abundè.* Sed ritè
87 considero, quod tunc hæres repræsentat de-
functi personam, quãdo sumus in iure actiuè,
& passiuè formato in personam eiusdem de-
functi,& tunc quo ad illud transfunditur. *l. eß*
à matre. ff. de rei vindic. & l.1. & 2. ff. de hæred.
action. hinc est, quod dicimus, obligationem,
88 seu conditionem obligationis, non immutari
ex persona hæredis. *l.2. § ex his. ff. de verb. oblig.*
vbi Bart. *numer.1.* notat hoc procedere tàm
actiuè, quàm passiuè, ibi, idem esse in hæredi-
89 bus promissoris, & in hæredibus stipulatoris
& satis deduxi *in annotat ad dec.460. nu.214.*
part.4. recent. tom.2. quem locum refert, & se-
quitur *Rota coram Reuerendiss. D.* Dunozetto
Decano in causa Reatina Castrorum 27 Fe-
bruarij 1651. *§. Non obstat. vers. Rubeus in an-*
notat ad decis.460. nu.214. &c.

Sed quando essemus in iure non creato
actiuè, vel passiuè tempore mortis in personã
90 defuncti, hæres non potest repræsentare de-
functum, quia penes defunctum numquam

tale Ius fuit, vnde impossibile est, quod eum
repræsentet in tali iure, quod non fuit in rerũ
natura. Meritò cum donationis insinuatio
nullatenus interuenerit de tempore vitæ do-
91 nantis, nulla ipso iure fuit, & pro non scripta,
nec donatem ad aliquam summam, vltra ex-
cessum, obligauerit, liquido apparet, quod si
hæres eo casu consentiret insinuationi, de no-
92 uo donaret, & esset quædam donatio noua,
& facta ab alio, quàm ab illo primo. *l. si ego. 10.*
§. 1 ff. de iur. dot. & sic illud mandatum datum
93 ad insinuandum post mortem donantis de-
nihilo deseruiet, vt constat ex supradictis. nec
id leuiter quidem dubitandum venit, Pote-
94 rat sanè donator donec insinuatio suam per-
fectionem nõ receperat, reuocare dictum mã-
datum etiam post mortem ipsius collatum,
cum poterat pœniteri, Vnde moriendo ante
95 dictum actum, verisimiliter potest dubitari,
an in eadem permansisset voluntate, cum am-
bulatoria sit hominis voluntas. *l. 4. ff. de adim.*
96 *legat. cum simil.* & cõgruit illa conclusio, quod
mandatum datum ab hærede alicui ad aden-
dam hæreditatem, non est per se signum de-
liberationis adeundi, quia interim in potesta-
te hæredis est suspendere voluntatem suam,
97 & sic cum prædicti mandati datio sit actus,
qui potest separari ab ipsa aditione, conse-
98 quenter non sufficit per se ad probandã adi-
tionem. *l. ei, qui ita. 13 ff. de cond. instit. l. Anti-*
stius. 62. ff de acquir. hæred. & notant DD. in
in vtroque text.

Quæstio tamen ista grauis est, & verè pen-
99 det ex circumstantijs facti, & verbis conten-
tis in mandato, an ex his colligi possit volũ-
tas mandantis conferendi ipsammet aditionẽ
in tempus aditionis faciendæ per procurato-
rem, nec ne. *ad text. in l. actus legitimi. 78. ff. de*
regul. iur. estque in his terminis optima deci-
sio. *in causa Romana, seu Vrbeuetana Pecu-*
niaria. 16. Martij 1646. coram Reuerendissimo
Terraconen. & alibi dicam. Et deinde, vt per-
sistam in terminis, si donator inuitus non te-
netur stare donationi non insinuatæ, cum id
100 sit in eius absoluto arbitrio, quare idem erit
dicendum de eius hærede, cum in iure sit
apertum, quod hæres tenetur stare contra-
ctui à testatore celebrato, eo modo, ac si ipse
testator. *l. hæreditas 62. ff de regul. iur l. rẽ alie-*
nam. 41. ff. de pign. act. l. seia. 73. ff. de euict. l. si ab
eo. 7. C. de liber. caus. l. filium. 31. ff. eodem. l. siue
certis. 17. ff. de duob. reis §. hæres Instit. de oblig.
ex quas contract. l. cum à matre 14 ff de rei vẽd.
cum alijs allegatis coram bon. me. Coccino *decis.*
27 num. 2. et seq & coram be. mem. Arguelles *in*
causa Ariminen. Pecuniaria 22. Iunij 1646.
§. Non tamquam hæres. versic. eo modo tenetur
hæres stare contractui, ac ipse testator &c.

Donator enim moriendo ante insinuatio-
101 nem donationis, censetur mori in ea volũ-
tate conformi iuri communi, quod donatio
nulla sit, & censeatur pro non scripta, quate-
102 nus summam quingentorum aureorum
transcendat. *prout concludit* Curt. *Iun. in con-*
sil. 224. num. 9. vbi fortius tenet *post Anton. de*
Canar in tractat. de insinuat. quæst. 29. quod
103 donatio talis facta per defunctum non pos-
sit insinuari per hæredem, & sic multò magis
per donatarium, *& sequitur Riminald. in dicto*
consil. 118 *num. 93. vers. non possit insinuari per*
hæredem &c. Indubitatum namque est, quod
insinuatio debet fieri à donatore. *l. in hac ibi,*
donator habeat liberam facultatem &c. C. *de*
donat. nec inuitus potest compelli per dona-
104 tarium ad insinuandam donationem iam
factam, quoniam id consistit in eius libera fa-
cultate, sicut ipsa donatio. *d. l. in hac. et est tex-*
tus in l. fin. C. *de donat. ante nupt.* Nec aliquis
in cõtrouersiã ponere audebit, quin insinua-
105 tio non sit actus voluntariæ iurisdictionis
glos in §. nulla. auth. de defens. Ciuit. Bald. in l.
illud. col. 2. vers. notandum. C. *de transact.* Ioan.
Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de Instrument.*
edit. § porro, vers. donatio. Sed actus voluntariæ
106 iurisdictionis, non fiunt in inuitum, sed tã-
tum qui sunt cõtentiosæ iurisdictionis, *l. actus,*
& ibi notatur. ff. de fer. & l. 2. C. *de offic. præfect.*
107 *Vrb.* Igitur insinuatio non potest fieri con-
tra donatorem inuitum, cum & interim pœ-
nitere possit, quia donatio vltra determinatã
summam absque insinuatione est ipso iure
nulla, & suspensa, vnde absque vlla reuoca-
108 tione sat est sola pœnitentia donantis, elici-
ta ex recusatione, seu renitentia perficiendæ
donationis, nam ante insinuationem donatio
109 est in fieri, & interim non est perfecta, neq;
completa, cum pro non scripta, & pro non in-
tellecta habeatur, vt supra dixi *ex d. l. sãcimus.*

Si ergo habetur pro non scripta, & pro nõ
intellecta, non potest quis cogi ad agendum,
110 quod non scriptum, & non factum est, *& de*
hoc est text. apertus in l. contractus. C. *de fid in-*
strument. & in l. fin. C. *de contrahend. empt. § in*
his. Instit. eodem, & notat Cyn. *in d. l. contractus.*
in 3. quæst nam sine insinuatione requisita à
iure non potest dici donatio completa, vel ab-
111 soluta, vnde nullũ ius ex ea donatarius po-
test consequi, & quælibet partium potest à
contractu liberè recedere, vt ex dictis iuribus
patet, et sicut rectè sensit *Hieronym. Magon.*
112 *decis. Florent. 65. nu. 47.* Donatio nõ insinua-
ta interim quoad excessum, non potest dici
perfectè, et absolutè valida, nec perfectè, et
113 absolute nulla, cum id pendeat à futuro
euentu insinuationis, et interim competit
exceptio ipsi donanti, quod donatio non fuit
insinuata.

Nec iuuat replicare, absurdum esse, quod
114 sit in potestate donantis eludere donata-
rium, quia respondetur, cum à principio stet
in potestate donantis cõferre liberalitatem,
115 quæ vsque ad quingentos aureos valet, et
quod est vltra non valet, nisi insinuetur, igi-
tur non inconuenit, si disponatur, quod non
valeat,

116 valeat, nisi insinuetur ab ipso donatore, vt
fraudis suspicio cesset, ex parte verò donata-
rij fraudis suspicio cessat, nam in fraudem
ipsius donationem factam fuisse non est dicē-
117 dum, et ideo decet, quod donatoris, et non
donatarij consensus, requiratur, sicque nisi
118 ille interueniat, nihil dicitur actum, et cum
iste sit actus voluntarius ad id nō potest cogi,
vt post Corn. in consil. 221. *lib* 1, ratiocinatur
Alex. Trentaeinque variar. resolut. vol. 1. *lib.* 3.
titul. de donat. resolut. 5. *num.* 3. *vers. nec obstat
illa ratio, quod sit in potestate donatoris eludere
donatarium &c.*

Quare vt hoc euitetur, et ne sit in potesta-
te donantis post donationem non consentiē-
119 do insinuationi eam in oppositum ducere,
solet communiter in instrumento donationū
apponi facultas, per quam conceditur dona-
tarijs mandatum à donatore, vt possit eas in-
sinuare facere, *vt animaduertit* Cancer. *va-
riar. resolut. part.* 1. *cap.* 8. *titul. de donat nu.* 18.
vers. communiter in instrum. ctis donationū &c.
et adde *Gutierez de iurament cōfirmat. cap.* 7.
numer. 14. vbi ait, donationis insinuationem
posse fieri per donatarium, cui in instrumen-
120 to donationis, donator dedit mandatum, et
facultatem coram Iudice comparendi, et do-
nationem insinuandi &c. Quando igitur per
DD. asseritur, quod insinuatio possit fieri per
solum donatarium, intelligendum est, quate-
121 nus in hoc habeat mandatum à donante,
nam tunc non est dubitandum de hac pote-
state, & sat eo casu erit, quod donans non cō-
tradicat, ne dum permittat, quasi cessante
122 contradictione, censeatur donans perseue-
rare in prima opinione donandi, ideo solus
donatarius tunc potest instare, vt donatio
123 insinuetur, & sanè si donator noluisset, vt
donatio perficeretur, certè reuocasset manda-
tū datum ad insinuandum, vt satis notum est,
& videatur Bald. Cephal. Aretin. Rimin*ald.
Sen. & alij relati per Gratian. discept. forens. cap.*
231. *n.* 46. *vers. apparet, et de dicta facultate &c.*

ARGVMENTVM.

Insinuatio donationis, cum fuerit à Iure intro-
ducta, non tantum in fauorem donatoris, ve-
rum etiam in fauorem Reipublicæ ne fiant
clandestinæ fraudes, & falsitates per callidos
donatarios anxiè rem alienam cupientes, &
ne donatores inconsultò bonis suis se spoliēt,
ideo cum solum non agatur de eius commo-
do, sed mixto non potest tali solemnitati re-
nunciari per donantem.

Insinuationi donationis, dum Iura resistunt, ne
possit per donantē renunciari expressè, multo
minus id facere poterit tacitè, veluti si in in-
strumento donationis, ponatur, quod ea fit
propter merita donatarij, quo casu non solet
donatio insinuari, & sic actum esset de insi-
nuatione, sed vt id euitetur, tali assertioni me-
ritorum non est standum, sed probanda ve-
niunt, vt effugiatur insinuatio, nisi merita es-
sent notoria.

Insinuatio donationis, quando fit, licet non pos-
sit impediri ne ea admirratur per Iudicem cū
ea non fuerit introducta ad tollendam homi-
nibus libertatem donandi, tamen quando ex
circumstantijs facti prudens, & oculatus Iu-
dex potest animaduertere, quod facile in tali
donatione interuenit dolus, fraus, vel metus,
quid facere debeat.

SVMMARIVM.

124 *Donatio excedens* 300. *solidos, est adeo neces-
sariò insinuanda, vt tali solemnitati non pos-
sit renunciari.*

125 *Solemnitatem aliquam, quando Lex induxit
pro forma, vt actus sit validus, ei non potest
renunciari.*

156 *Legi probibitiuæ non potest renunciari.*

127 *Donans qua facilitate inducitur ad donandū
eadem induceretur ad renunciandum insinua-
tioni, & ideo non tenet talis renunciatio.*

128 *Insinuatio donationis est inuenta ad euitan-
das fraudes.*

129 *Insinuationi quod possit renunciari per donā-
tem, nonnulli DD. substinent, sed falluntur,
& fatentur contrariam opinionem esse verio-
rem. & num.* 130.

131 *Donationis insinuatio non solum in fauorem
donantis est introducta, sed etiam ne fiant
clandestinæ fraudes.*

132 *Insinuationis donationis renunciatio, tunc
multo magis inualida est, quando in ipso in-
strumento donationis est facta.*

133 *Insinuationi donationis, quod non possit renū-
ciari est opinia, quæ habet paucos contradi-
ctores.*

134 *Insinuatio donationis in odium recipientium
clandestinas donationes, & ne quis prodiga-
liter abutatur substantia sua inuenta est.*

135 *Insinuationi donationis sicuti expressè non
potest renunciari, ita multo minus tacitè.*

136 *Insinuatio non requiritur, quando donatio
fit ob benemerita.*

137 *Meritorum assertio sola non sufficit, vt do-
natio dicatur remuneratoria, ad effectum vt
non egeat insinuatione.*

138 *Meritorum assertio debet probari per donata-
rium, vt ea dicatur valida sine insinuatione.*

139 *Merita, quando essent notoria, tunc non sunt
necessè probanda, vt donatio valeat sine insi-
nuatione.*

140 *de Insinuatione actum esset, si donatio præsu-
meretur ex meritis facta ex sola assertione
donantis.*

141 *Probibito vno, omnia alia per quæ, ad illud
deuenitur, probibita dicuntur.*

142 *Notarij ex quodam vsu, seu abusu solent in*

Digitized by Google

omnibus donationibus apponere verba, ob merita &c.

143 *Et qualiter dicta verba soleant accipi.*

144 *Donatio ob causam licet nõ requirat insinuationem, debet tamen excludi liberalitas, & induci necessitas in donante.*

145 *Insinuatio donationis quare fuit introducta.*

146 *Donationes efficiunt, vt quis facilè depauperetur.*

147 *Insinuationis frenum ideo leges inuenerunt, vt magnarum donationum impetum refrenarent.*

148 *Iudex, quando ex circumstantijs facti, suspicatur quod in donatione interuenerit fraus, vel dolus.*

149 *Tunc ante admissionem insinuationis quid facere debeat & nu. 150. & 151.*

152 *Insinuatio donationis non fuit introducta, vt tollatur hominibus libertas donandi pro suo libito.*

153 *Iudex, dum insinuatur donatio coram eo, non potest impedire eam, dum libera voluntas donantis non controuertitur.*

154 *Insinuatio, quando fit, nulla causæ cognitio requiritur, nec Iudicis decretum.*

155 *Insinuatio est actus meræ voluntariæ iurisdictionis, & non contentiosæ.*

156 *ad Insinuationem donationis, quid tantum sit necessarium.*

157 *Iudex assistendo insinuationi donationis debet inquirere statum, & conditionem donantis, et qua causa mouetur ad donandum.*

158 *Iudex prudens præter dolum, & liberam voluntatem, aliud curiosè non requirit dum coram eo fit insinuatio.*

159 *Iudex non potest sine causa impedire insinuationem, & si id faciat, facit litem suam, & in quo condemnetur.*

161 *Iudicis sola præsentia non sufficit in insinuatione, sed debet constare de eius mandato, vt ponatur donatio apud acta.*

162 *Notarius non potest ponere in actis donationem, nisi de mandato Iudicis.*

163 *Insinuatio, si fieret coram Notario. & testibus, non esset valida, quia requiritur Iudex.*

164 *coram Iudice, ea, quæ fiunt metus, & dolus abesse præsumitur.*

CAPVT XCIII.

INdubitatum, certumque est, donationem
excedentem summam 500. solidorum esse
124 necessariò insinuandam, vt tali solemnitati
renunciari non possit per donantem, & esto
quod in instrumento donationis illi renuncie-
tur, tamen inualida est donatio quoad exces-
125 sum, & hoc ea viua ratione, quia legi indu-
centi solemnitatem aliquam pro forma, vt
actus sit validus, non potest renunciari, *argu-
ment. leg nemo potest. ff. de legat.* 1. talis enim
126 est *d. l. sancimus, C. de donat.* de qua loquimur,
& cum sit prohibitiua, nec pariter potest re-
nunciari, *vt in rubric. ne fideiuss. dot. dentur,
& ibi glos. ordinar. & communiter Doctores.*
Insuper non ne etiam aduertimus eadem fa-
127 cilitate, fraude, & errore, quo quis inducitur
ad donandum, induceretur quoque ad renũ-
ciandum, vnde non debet valere. *argument.
text. in l. si mulier. la 2.* C. *ad Velleian. eti simil.*
& sedulò deduxit *Gomes. variar. resolut. tom. 2.
cap. 4. de donat. num. 7. vers. nec huic insinuationi
potest renunciari &c.* Molin *de iustit. & iur.
tom. 2. de contract. disputat* 278 *§. Insinuationi,
legitimè, quæ illam exigit, vt donatio valida sit,
renunciari non potest per donantem &c* & benè
128 *ex text. in l. data* C. *de donat.* vbi ad falsitates
vitandas solemnitas insinuationis requiritur
comprobat *Fernand. Vasq. de successión. lib. 1.
§ 5 sub num. 2. vers. vnde, quoad fœdissimum
falsitatis delictum euitandum desideratur, id
principaliter interest* Reipublicæ, *& consequen-
ter per partes remitti non potest &c.*
Sunt pauci, qui contrariam opinionem de-
129 fendunt, tamen si id conetur magna aucto-
ritate subuertere *Guid. de Suza*, quem refert
Alberic. in l. illud. num. 7. C. *de sacrosanct. Eccles.*
130 nihilominus ingenuè communem opinionẽ
sequitur, dicens putare eam esse veriorem,
quàm etiam sequitur pluribus relatis *Tira-
quell. in l. si vnquam in præfation. nu. 143. vers.
legibus loquentibus de insinuatione donationum
simpliciter renunciari non potest &c.* ibique ad
nauseam vsque DD. allegat. & addo *Gratian.
discept. forens. cap. 474. num 7. vers. ita vt nec so-
lemnitati insinuationis possit renunciari &c.
tom. 3.* vbi ait, cum insinuatio sit inducta non
solum in fauorem donantis, sed etiam aliorũ,
131 ne fraudes clandestinæ fiant in alterius præ-
iudicium, & considerauit *Giurb. d. obseruat. 37.
num. 2. vers. fuit enim insinuatio inuenta, vt
fraudibus obuiemus &c. cum ibi allegatis*, & sen-
sit *Rota decis. 498. num. 158. vers. insinuatio in
donatione requiritur, ad euitandas fraudes &c.
part. 5. recent. tom. 2.* adde R. P. *Antonin Dian.
in suis moralib. resolut. part 8. tract. 6 titul. de
donat. resolut. 46 vers. in bonum* Reipublicæ, *ra-
tio insinuationis est, ne homines metu, vel fraude,
aut inconsulta temeritate impulsi &c.*
Hac igitur de causa, cum fauor publicus
in solemnitate insinuationis adsit, ideoque
ei renunciari non potest. *id quoque firmauit
idem* Gratian. *cap. 854 numer. 38. versicul. ita
vt non possit insinuationi donationis renunciari
&c. et testatur de communi opinione. tom. 5.*
Gall. *in tractat. de except. success. titul. 4. except. 2.
part. 2. num. 26. vers. cui insinuationi non potest,
132 nec renunciari per partes &c.* & amplia mul-
to magis procedere, si renunciatio reperiatur
facta in eodem instrumẽto donationis. *Ioann.
Guter. in d. solemni repetition. in l. nemo potest. d.
num. 339 vers. legibus requirentibus insinuatio-
nem donantis non potest renunciari &c.* & te-
133 statur eam opinionem esse communiter, re-

ceptam

ceptam, & paucos esse, qui contradicant, Idẽ-
que asserit Rebuff. in tractat. de donat. insinuãd.
art. 1 glos. 1. num. 41. vers. non potest renunciari
legi disponenti insinuationem esse faciẽdam &c.
eamque expendit rationem, quia insinuatio
134 non est introducta in fauorem donantium,
sed in odium recipientium clãdestinas dona-
tiones, & ne quis prodigaliter sua substantia
abutatur, ergo &c. Gregor. in sintagm. Iur.
part. 3. lib. 28. cap. 13. Andreas Fachin. lib. 3. con-
trouers. 83. Molin. de Iustitia, & Iur. tractat. 2.
disput. 278. nu. 1. Fontanell. in tract. de pact. nup-
tial. clausul. 4 glos. 29. nu. 11. ad fin. Mat. Cultell.
in tract. de donat. caus. matrim. tract. 2. discurs. 1.
spec. 4. nu. 4 vers. ne donationes huiusmodi tam
imprudenter fiant &c. Anton. de Canar. in tract.
de Insinuat. quaest. 29. num. 47. vbi latè, & in
fine testatur, communem esse Doctorum opi-
nionem, legi insinuationis renunciari non
possit, et latè comprobat Tiraquell. in l. si vn-
quam. in praefat. num. 143. vers. legibus loquenti-
bus simpliciter renunciari non potest &c. C. de
reuocand. donat. et adde Ceuall. commun. cõtra
commun. quaest. 322. num. 16. vers. est communis
opinio. quod non valeat talis renunciatio &c.

Ita pariter sensit Guidopap. decis. Gratienop.
350. num. 1. vers. non possit renunciari iuri, quod
introduxit insinuationem &c. & Capyc. decis.
Neapolitan. 203. num. 10. vers. nam insinuationi
partes renunciare non possunt &c. vbi etiam
135 subditur, quod sicuti insinuationi renũciari
expresè non potest, ideo multò minus tacitè
veluti si dicatur facta donatio ob benemerita,
136 nam licet non requiratur insinuatio in tali
donatione, iuxta text. in l. Aquilius (aliàs Ati-
lius) Regulus. ff. de donat. & ibi glos. in verb. nõ
meram. & in l. si pater. §. vltim. ff. eodem, & in l.
hoc iure. §. vltim. ff. eodem. et intellige iuxta tex.
in cap. relatum 2. ibi, aliqua iuxta seruitij meri-
tum conferantur &c. extra de test.

Tamen dicta merita, aliunde quàm per as-
137 sertionem partium probanda veniunt, vnde
debent esse vera, et non ficta, aut asserta. l. etiã
§. ex praeterita. ff. de manumiss. vindic. itaque
meritorum probatio est necessaria donatario,
vt post Bald. et alios concludit Rebuff. in tra-
ctat. de insinuand. donat. d. art. 1 glos. 1 num. 23.
vers. benemerita tamen debent esse vera &c. vbi
138 etiam dicit, quod nec probarentur merita
per instrumentum etiam insinuatum, quam-
uis dissentiat Bald in cap. edoceri. num. 7. de re-
script. quidquid esset dicendum quando me-
139 rita essent notoria, quia tunc nõ egent pro-
batione. Ias. in cons. 227. sub num. 37. vers. etsi
diceretur, quod ista benemerita nõ apparent &c.
lib. 2. et dixit Rota coram bo. me. Coccino in cau-
sa Forosempronien. Emphyteusis 16. Iunij 1636.
§. Secundo quia. vers. quorum quidem meritorũ
probatio nõ est necessaria, quia sunt notoria &c.

Coeterum, vt dicebam, regulariter loquen-
140 do dicta merita aliunde, quàm per assertio-
nem partium sunt probanda, nam aliter actũ
esset de insinuatione, non enim cõcedendum
est per obliquum, quod directo fieri non pos-
set, contra textum in cap. cum quid vna. de re-
gul. iur. in 6. & in l. scire oportet. §. 1. ff. de tut. et
141 curat. dat. ab his. et prohibito vno, omnia
alia per quae ad illud peruenitur, prohibita
dicuntur. text. est in cap. praeterea. de offic. Iud.
& in l. eos. in fin. C. de vsur. cum simil. maxi-
142 meque quia dicta verba, ob merita &c. ex
quodam Notariorum vsu, seu abusu solent
apponi in instrumentis donantium, & intel-
143 liguntur de meritis obsequialibus, non cõ-
pensatiuis, & aequiualentibus, nam vt rectè
dixit Rota coram Card. Caualer. decis. 354. nu-
mer. 7. donatio ob causam, licet non requirat
144 insinuationem, debet tamen excludi libe-
ralitas, et induci necessitas in donante.

Introducta quippe est insinuatio, tum vt
145 maturius homines considerent quid faciũt,
cum super hoc adire debeant Iudicem, eius-
modi maioris momenti donationes efficiant,
146 nec facile qualibet animi leuitate depaupe-
rentur, et sic vt consultò, non raptim, sed tem-
poris intercedente mora, de actu donandi
deliberent, Leges enim ideo insinuationis
147 frenum inuenerunt, vt magnarum donatio-
num impetum refrenarent, facit l. si pater a?
ibi, impetu quodam immensa liberalitatis profu-
dit &c. C. de offic. donat. Tum etiam ne in do-
148 nationibus interueniat fraus, et dolus, et ne
vi, aut metu fiant, quorũ praesumptio cessat,
si Iudici manifestentur, atque in acta redigã-
tur, vt in l. data. §. si quidem. C. de donat. apertè
innuitur, et dixi supra.

Vnde animaduertendum est, cum haec po-
strema ratio, sit praecipua, quare insinuatio
149 fuit introducta, sanè quando ex circumstan-
tijs suspicio aliqua esset, in donatione fraudẽ,
vim aut metum interuenisse, teneretur tunc
Iudex non prius donationem pro insinuata
150 habere, quàm, et donantem sub interiurãdo
interrogare an vi, metu, vel fraude, ad ita do-
nandum fuerit inductus, et donatarium simi-
liter interrogare, num per se, vel per alios, ad
151 similiter donandum eum induxisset, vel aliã
inquisitionem, maiorem, si ita viderit expe-
dire, Iudex facere debet, vt post Guterr. de
Gab. Monteros. disserit Ludou. Molin. de Cõtra-
ctib. tractat. 2. disputat. 278. §. Vtrum autem.
vers. quando ex circumstantijs suspicio aliqua
esset in donatione &c. et Anton. de Canar. in
d. tractat. de insinuat. quaest. 10. num. 22. versic.
aut insinuationi contradictum est, puta per con-
iunctos donantis, puta, quod dicunt donationem
fuisse factam dolosè, vel facilitate, vel metu, aut
calore iracundiae &c.

Coeterum regulariter loquendo cum insi-
152 nuatio non fuerit introducta ad tollendam
hominibus libertatem donandi pro suo arbi-
tratu, Iudex non potest quidquam facere aut
153 dicere, vt possit impedire talẽ donationem,
dum de libera voluntate donantis non con-
trouer-

trouertitur, *prout aſſerit* Gomeſ. *variar. reſo-*
154 *lut. tom. 2. cap. 4. num. 6.* vbi ait, hoc caſu, nul-
lam cauſæ cognitionem requiri, nec Iudicis
licentiam, aut decretum, nec aliam iudicia-
155 riam ſolemnitatem, quia eſt actus merè vo-
luntariæ iuriſdictionis, et non contentioſæ *ad*
text. in l. data. in l donatio, & in l. in donatione,
& in l. donatione. C. de donat. Sufficit ergo, vt
donator, vel alius de eius mandato compa-
156 reat coram Iudice loci, & hoc quocumque
tempore poſt donationem, Et voluntatem
ſuam eidem manifeſtet, ſe velle in actis redi-
gere donationem ab eo factam Titio amico
ſuo, eiuſque mentem eſſe, vt ille talem rem
habeat, Tunc enim, quia vt dixi, inſinuatio-
nem iura requirunt, ne cui, dolo, aut fraude
157 donationes fiant, & ne inconſultò ſe bonis
ſuis priuent donatores.

Poterit Iudex inquirere an donatio ſit li-
bera, quis ſit ſtatus donatoris, quæ cauſa do-
nandi, vt ſi dolus, vel iniuria interuenerit, aut
egeſtas inde donatori immineat, illa impedia-
tur, quibus ceſſantibus, ſcilicet quod adſit li-
158 bera voluntas, & abſit dolus, aliud prudens
Iudex non debet inquirere, cum donationē
non poſſit impedire, nam ea eſt in libera diſ-
159 poſitione donantis, & non ipſius Iudicis,
dum per illam non læditur, niſi ipſe donans.
Admitto, quod Iudex poteſt impedire inſi-
nuationem, ſed facit litem ſuam, & in duplum
damnum paſſo reſarcire compellitur, alijſque
pœnis ſubditur, *vt in §. Et hoc prouenit. auth.*
vt nulli Iudic. collat 9. intellige tamen ſi im-
160 pediat ſine iuſta cauſa, & latè *Anton.* Canar.
d. tractat. de inſinuat. part. 1. quæſt. 10. nu. 19.

Verumenimuero ſola quidem præſentia
ipſius Iudicis nō ſufficeret ad donationem in-
161 ſinuandam, ſed inſuper neceſsè eſt, quod de
voluntate Iudicis appareat, quod donationē
apud acta referri, atque ita inſinuari eam vo-
luit, & mandauit, Et ita firmant *Bocer. in com-*
ment titul de inſinuat cap. 3. à num. 56. Harm.
Piſtor. *lib 3. quæſt. 9. num. 15* Harpr. *in addit. ad*
Clar §. Donatio. quæſt. 17. in litera g. verſ ſola
161 *præſentia Iudicis non ſufficit &c.* Vnde rectè
dicit *Bald. in l. illud 16. ſub num. 9. verſ. intelli-*
ge tamen. C. de ſacroſanct. Eccleſ. quod Nota-
rius non debet ponere in actis donationem,
niſi de mandato Iudicis, non propria auctori-
tate, quia talem auctoritatē non habent Ta-
163 belliones, ſed Iudices, quare, ſi inſinuatio
fieret coram Notario, & teſtibus, ſine Iudice,
ſufficiens nō eſſet ad validitatem donationis,
ita tradit *Alberic in l. 3. §. cauſa cognita. nu. 4.*
ff. de bon poſſeſſ. Iaſ. *in l fin. nu. 13. C. qui admitt.*
qui ad hoc refert Cin. *Bald. Imol. Caſtren. &*
Alex. alioſque congerit Gall. *de exception. ſucceſſ.*
titul 4. except 3. part. 2. num 56. verſ. ſi inſinua-
tio fiat coram Notario, & teſtibus &c. & adde
Guidopap. deciſ. 325. num. 2. verſ. fiat inſinuatio
coram Iudice, quia in his, quæ coram eo fiūt, me-
tus, & dolus abeſſe præſumitur &c.

ARGVMENTVM.

Donationem, ſi quis faciat, quæ in totum exce-
dat ſummam 500. ſolidorum, & apponat clau-
ſulam in inſtrumento donationis, quod inten-
dit plures donationes non excedentes pro
ſingulis, ſummam 500. ſolidorū, an talis cau-
tela ad nihil iuuabit pro euitanda inſinuatio-
ne, & negatiuè reſpondetur, et tamquam fal-
lax cautela reijcitur.

Donatio facta alicui diuerſis temporibus, ſi om-
nia ſimul excedant ſummam 500. ſolidorum,
an tunc ſit neceſſaria inſinuatio, et quid ſi ſit
facta diuerſis perſonis. Inſinuatio an requi-
ratur, necne in donatione excedente ſummā
500. ſolidorum, necnon, non habetur ratio
donatoriorum, ſed donantis.

Donationis inſinuatio ſemper debet interueni-
re, quando intrat motiuum, ne Ciues depau-
perentur propter donationes, cum Reipubli-
cæ interſit, ne quis ſubſtantia ſua abutatur.
Ciuium ruina vertitur in maximam perniciē
Reipublicæ, et ideo litiū terminatio dicitur
fauorabilis, quia familiæ in eis conſumuntur.

SVMMARIVM.

146 *Inſinuatio non tantum requiritur, ſi donatio*
excedat 500 aureos, ſed etiam ſi fuerit dictum
tot eſſe donationes, quot ſunt bona donata &
nu. 165. 166. & 171.
166 *in Fraudem legis ea, quæ fiunt, vel apponun-*
tur in inſtrumentis, non valent.
167 *Verba, quod præualeant menti, & fictio ve-*
ritati, abſurdum eſt, id dicere.
168 *in Donatione, ſi nominentur plures res, et ve-*
rè eſſent plures, tamen, quo ad inſinuationem
cenſetur vna donatio, & quare nu. 169.
172 *Eccleſiæ bona, ſi tradantur in Emphyteuſim*
cum pacto, vt finitis vitis per quas tradi licet,
incipiat per alias vitas ex nouo contractu, an
id ſit validum.
173 *Machinationes, quæ fiunt in fraudem legis,*
non poſſunt habere ſubſiſtentiam. & nu. 174.
175 *Stipulationes tot eſſe dicuntur, quot ſunt res*
ſtipulatæ.
176 *Donationes tot eſſe dicuntur, quot ſunt in di-*
cta donatione capitula, & res donatæ declara
vt hic. & nu 177.
178 *Summa certa, quando pluribus ſimul dona-*
tur, quæ excedat ſummam 500. ſolidorum, nō
tenet ſine inſinuatione, licet portio vniuſquiſ-
que non aſcēdat ad 500. ſolidos. nu. 180. et 181.
179 *Inſinuatio an requiratur, nec ne in donatione*
non habetur ratio donatoriorum, ſed donātis.
182 *Donatio facta alicui diuerſis tēporibus ſi om-*
nia ſimul excedant ſummam 500 ſolidorum,
an requiratur inſinuatio, vide diſtinctionem.
num. 183. & 190.
184 *Inſinuatio donationis ſemper interpōdā intrat*
motiuum

motiuum, ne subditi depauperentur propter donationes.

185 *Republica interest, ne sua re, quis male vtatur.*

186 *in Litium terminatione versatur summus fauor Reipublicæ.*
Ciuium potentia minuitur per diuturnitatem litium.

187 Ciuium *ruina vertitur in maximam perniciē* Reipublicæ.

188 *Familia, quod consumentur in expensis, & iurgijs, id prouenit ex diuturnitate litium.*

189 *Litigantium bursa, semper debet stare aperta.* *Chyragra litigãtis, est podragra procuratoris.*

191 *L. sancimus, §. si quis autem.* C. *de donat. qualiter intelligatur et num. 192.*

193 *Insinuationis defectus an tollatur per iuramētum, est quæstio ingens, & sinuosa.*

194 *Cæsare, &* Põpeio *dissentientibus Marc.* Tull. *dixit, nesciens quem sequi. Quem fugiam noui, ad quem fugiam non noui.*

195 *Insinuatio donationis an suppleatur ex iuramento, est quæstio in qua Doctores diuersimodè sentiunt.*

196 *Rota* Romana *in nodosis iuris quæstionibus, stante opinionum diuersitate, non ad numerū Doctorum, sed ad iura, et rationes respicit.*

198 *Francisc. Redanasc. in consil. 19 nu. 41. lib. 1. studio bene dicendi, quid dixerit. de auctore, & quid possit asseri, quod ei acciderit. nu. 169.*

201 *Bart. mouit quæstionem, an insinuatio donationis suppleatur per iuramentum, sed fecit, vt dicitur, sicut Sol Martij.*

202 *Salicet, postquam valde euoluit, et reuoluit eandem quæstionem, eam indecisam reliquit. Aretin si quoque fecit, sicuti multi alij. num. 203. & seq.*

CAPVT XCIV.

SOlemnitas insinuationis donationis non
solum est necessaria quando res donata
164 excedit 500. solidos verum etiam si sint plu-
res res ad quæ addita sit illa clausula, quod tot
sint donationes, quod sunt iugera terræ, vel
quot sunt res donatæ, quasi dicta clausula sup-
pleat insinuationis defectum, quia satis notū
165 est, si res donatæ excedant dictam summam,
nihil prædicta clausula operatur, tamquam
in fraudem legis resistētis tali actui apposita.
vt tenet Speculat. in titul. de donat. vers. quod si aliquis, vbi ait, talem cautelam esse commu-
166 niter damnatam, cum in fraudem legis ea
dicatur inuēta, *et sequitur Bald. in l. illud. vers. sexto quæritur.* C. *de sacrosanct. Eccles.* et facit
in argument. *text. in l si mulier. la 2. C. ad Velleian. et in l. quemadmodum. C. de agric. et censit. lib. 11.* absurdum enim esset, quod verba præ-
ualeant menti, & fictio veritati, *contra iura in l. si forte ff. de pecul castrens. l. filio. ff. de liber. et post. ib. cap. commissa. §. porro. de elect. cum concordantibu.* imo etiam si plures res nominen-
168 tur in donatione, ita, quod verè essent plu-
res donationes secundum dispositionem text.
in l. scire debemus. ff de verb. oblig at.

Tamen, quoad insinuationem, censetur vna
169 donatio, ex eo, quod eodem tempore facta
est. *text. notabilis habetur in l. sancimus. §. fin. autem. et l 1. C. de donat.* et ibi notat, et commen-
dat *Bart. cum multis alijs per Gomes. variar. resolut. tom. 2. cap. 4 num. 7. relatis,* et hanc esse
communem opinionem latè attestatur *Canar. in tractat. de insinuat. part. 2. quæst. 25. num. 42. et seq. et idem sentiunt* Molin. *de instit. tom. 2. tractat. 2. disput. 278. §. Dubium est, vers. dicat, se tot facere donationes &c.* Clar. *in §. donatio quæst. 17. num. 4.* vbi ait, si aliquis fecerit do-
171 nationem, quæ in totum excedebat summā
500 solidorum, sed in instrumento apposuit
clausulam, quod volebat censeri plures dona-
tiones non excedentes pro singulis summam
quinquagentorum solidorum, talis cautela ni-
hil iuuabit ad euitādam Insinuationem, quia
nihilominus talis donatio non valebit *& idē sensit* Roman *in consil. 26. num 2. versic. si vno, eodemque tempore plurium rerum, quæ inuicem cumulata &c. & in consil. 305. num. 3. versic. tamen co respectu, vt requiratur insinuatio, censetur vnica donatio &c. et ibi* Mandos *in addit in litter. B.* plures Doctores concordantes addu-
cit, eamque sententiam post *Alex. in l. si fil. o. familias col. fin. vers. quod aut talis donatio. ff. solut. matrimon* testatur communiter esse recep-
tam. Et ita consulens pariter respondit *Riminald. Iun. in consil. 118. num. 40. vers. hoc amplius etiamsi in instrumento diceretur tot esse donationes, quot sunt summa &c.* et affirmat hanc
esse communem opinionem.

Corroborari sanè potest hæc conclusio *per text. in auth. de non alienat §. quod autem dictum est. vers. neque illud.* vbi, si res Ecclesiæ in
172 emphyteusim tradatur cum pacto, vt finitis
vitis, per quas tradi licet, incipiat per alias vi-
tas ex nouo contractu simul ab initio facto,
irritus redditur nouus contractus, tamquam
173 machinatio in fraudem legis introducta.
Eadem autem ratio est de prolongatione tē-
poris, multiplicatione contractuum, et de
174 multiplicatione summæ per partitas distin-
ctas, donationes simul factas, *et animaduertit* Gamus. *decis. Lusitan. 110. num. 34.* vbi dicitur,
175 quod licet tot sint stipulationes, quot sunt
res, *text. est l scire debemus, cum similib ff. de verb. obligat.* et dixit *Rota coram bon. me.* Mot-
mano *decis. 311. num. 5. vers. tot esse donationes, quot in dicta donatione sunt capitula, vel res intra contenta &c part. 7. recent.*

176 Tamen id procederet, quando ex hoc fie-
ret fraus legi. Vnde fit, vt si aliquis donet plu-
res res, quarum æstimatio simul iuncta exce-
177 dere summam 500. ducatorum aureorum,
non erunt tot stipulationes, seu donationes,
quot res, vt dicitur *in d. decis.* Gamm. 110. n. 34.

& ad

Digitized by Google

& ad hoc ibi plura allegantur, & iterum fuit
decisum in eodem Senatu *apud eund. Gamm.*
decis. 381. num. 5. versic. non idem dicetur in do-
nationibus, quæ vno, eodemque tempore imo in
vna, & eadem scriptura facta sunt &c. et ita
fuisse iudicatum in Prætorio Pinciano. *post*
Gabr. Monet. *testatur Ludouic. Molin. de in-*
stit. tom. 2. tractat. 2. d. disput. 278. *§. Dubium*
est. et ibi insuper potestatur, prædictam esse
communem Doctorum sententiam.

Pari ratione idem firmandum est, quan-
do pluribus simul certa summa donatur, quæ
excedit quidem solidos quingentos, attamen
portio, quæ ex ea summa ad vnumquemque
donatariorum spectat, ad solidos quingentos
non pertingit, quoniam in exigenda insinua-
tione, quando summa quingētos solidos exce-
179 dit, non habetur ratio donatoriorum, sed
donantis, ne temere, & quolibet animi motu,
aut vi, dolo, metu depauperetur, eaque de
causa, quando tempus est vnum, et actus do-
nandi vnus, exigitur insinuatio, quamuis do-
180 natarij sint multi, et donatio ex parte eorū
sit etiam multiplex, itaq. aliquid singulis pro
rata detrahendum est vsque ad eam quanti-
tatem ad quam non requiritur insinuatio. *vt*
firmat Gamm. *d. decis.* 381 *sub n. 5. versic. quan-*
do vna donatur pluribus personis &c.

Vbi etiam ait, propter supradictam ratio-
nem idem procedere, quando plures res eo-
181 dem tempore ab eodem donatore multis
donantur, quæ simul excedunt summam, quā
sine insinuatione fas est donare, ea verò, quæ
singulis donantur, ad eam summam non per-
tingunt, et subiungit ità à Senatoribus in Lu-
sitania fuisse iudicatum, *& sequitur* Molin. *de*
de inst. d. disputat. 278. §. Bart. vers. quando plu-
res res eodem tempore &c. & nuper R.P. Antun.
Dian. *in suis resolut moral. part. 8. tractat. de do-*
nat. resolut. 48. vbi post *Azorium, Less. & Clar.*
sic firmat. & in fine plures alios videndos in
hoc puncto allegat, illud tantum addam, vt si
quando diuersis temporibus, quis absque in-
sinuatione donat vni, et eidem plura, esto om-
nia simul excedant 500. solidos, si tamen
182 quæ singulis donationibus sunt donata eam
summam non excedant validæ sunt donatio-
nes omnes, nam sic definitū reperio *in l. san-*
cimus § si quis autem. C. *de donat.* quare &c. si
tamen cōstaret diuersas illas donationes fuis-
183 se factas in fradem legum insinuationem
requirentium, aliud videtur firmandum, vt
apparet *ex relatis per* Anton. Canar. *d. tractat.*
de insinuat. quæst. 26, num. 44. vers. quod si in
fraudem legis diuersa donationes, diuersis tem-
poribus &c. Thom Ferrat. *caut.* 33. *Donatio ex-*
cedens num. 1 cum alijs allegatis *per Gratian.*
discept. forens. cap. 355. num. 1. versic. si in instru-
mento conuentum fuerit quod tot sint dona-
tiones &c.

Animaduerto enim non cessare illud mo-
184 tiuum, quare iura requirunt insinuationē,
scilicet, quia conuenit in benè ordinata Re-
publica, vt dixi, ne subditi depauperentur, &
prodigaliter vtantur substantia sua. *argument.*
text. in auth. vt Iudic. sine quoquo suffrag. §. con-
siderauimus, ibi, et imperium fiscus abundauit,
vtens subditis locupletibus. et text. in § sed, et ma-
185 *ior, ibi expedit enim Reipublicæ ne sua re, quis*
male vtatur. Instit. qui sunt sui, vel alien. iur.
Pro vt etiam dixi in materia terminationis
litium, *in discurs. part. 7 recent. à num.* 131. in
quorum terminatione, summus Reipublicæ
186 fauor continetur, dum per diuturnitatem
litium potentia Ciuium diminuitur, quorum
187 ruina, vertitur in maximum detrimentum,
et perniciem Reipublicæ, *vt ratiocinata est*
Rota coram bon. mem. Card. Sacrato *decis.* 481.
num. 8. part. 1. recent.

Lites enim sunt causa, vt familiæ consumē-
188 tur in expēsis, & iurgijs. *& latius exaggeraui*
in prædicto loc. & adde bursam litigantium sē-
per apertam stare oportere, quia Chyragra
est non dare, et Chyragra litigantis, Podra-
gra est Procuratoris, cęterorumq. Causidicorū
188 reliqua vide in supra relato loco, & in alijs lo-
cis exprobando litiumhorrorem supra dixi, *vt*
habes in cap. 64. num. 9.

Sed persistendo nos, in terminis, cum Rei-
publicæ intersit ne subditi immodica libera-
litate sese donationibus exhauriant, ideo ea-
190 dem ratio militat, quando siue quis simul
magnam facit donationem, siue diuersis tem-
poribus, vnde ius idem statui posse videtur,
dum apparere poterit animus donantis frau-
dandi leges, & adhoc potest allegari *text. in*
l. contra. ff. de leg. & Senatus consult. & in l. si li-
bertus in fin ff. de iurepatr. Nec obstat. text. *in*
d. l. sancimus. §. si quis autem. vbi sancitur, Di-
191 uersitatem temporum pluralitatem dona-
tionum inducere, vnde nisi vnaquaque de per
se excedat 500. solidos, insinuatione non est
opus, quia respondetur prædictum §. lo-
qui, de his, quæ non fiunt in fraudem insinua-
192 tionis aliàs nō cessat. & sic sensit *Simon. Vi-*
cent. in d. §. si quis relatus à Io. Andr. in addit. ad
Speculat. titul. de donat. num. 3. in verb. quod
dicitur.

Nec illud prætereundum puto, in terminis
insinuationis, vtrum insinuationis donationis
macula abstergatur potenti virtute iuramen-
193 ti, heu, quod quæstio ista non parum Docto-
rum ingenia fatigauerit, ac extorserit, à fron-
te enim habet lupos, à tergo præcipitium,
quamobrem an opinioni negatiuæ, vel affir-
194 matiuæ adhæream vix discernere valeo, et
possum asserere, quod Cæsare, & Pompeio dis-
195 sentientibus dixit Marcus Tullius apud Plu-
tarch. *in apopht. Quem fugiam noui, ad quem*
fugiam non noui, itaque philosophandum mi-
hi erit, possem modo hic longum, et quidem
valdè cathalogum Doctorum adducere, eorū
scilicet, qui affirmatiuam opinionem substi-
nent, & alium illorum, qui negatiuā tuentur.

& ef-

196 et essent veluti duæ formidabiles acies, acri-
ter inter se pugnantes, sed quia bella sunt vi-
tanda, ideo tam magnam congeriem perso-
narum facere reformido, itaque melius erit
pugnare rationibus, sequẽdo laudabilem sty-
lum Rotæ Romanæ, qui in sinuosis, & nodoxis
197 Iuris quæstionibus, stante opinionum diuer-
sitate, non ad numerum Doctorum, sed ad Iu-
ra, et rationes respicit, *vt animaduerti pluribus relatis in annotat ad decis.* 460. *num.* 18. *versic. longe abest à maiestate Rota Romana &c part.* 4 *tom.* 3.

Quem locũ ad hoc adduxit *rec. mem Francisc*, Redenasch *in consil.* 29. *num.* 41. *lib.* 1. vbi
198 vt satisfaceret eius benigne menti extollen-
di etiam immeritos, sic ait ibi, *ex quo factum est, vt Rota Romana ex laudabili stylo in ancipitibus quæstionibus Iuris, stante opinionum diuersitate non ad multitudinem Doctorum, sed ad rationes, & iura respiciat, vt animaduertit Paulus Rubeus ingeniosissimus Iurisconsultus Romanus, et de nostra Iurisprudentia benè meritus in annotat, ad decis.* 460. *&c.* Puto enim
quod ei euenerit, quod accidit illis militibus,
198 qui de ordine Regis Saulis sedulò quære-
bant capere *Dauid* de nocte, *vt habetur in sacra scriptura* Reg 1. *cap.* 19. et cum vxori
Dauid secretò id nunciatum esset, eum per fe-
199 nestrã dimisit, et statuã posuit in lecto eius,
eamque cooperuit, & peruentis militibus ad
cubile, dum tutò putabant iam Dauid cap-
200 tum esse, disiectis linteis, non sine magno
rubore, non Dauid, sed statuam inuenerunt, *et latius vt habetur in d cap* 19.

Sed iam persistendo in terminis circa per-
plexam quæstionem, an per iuramentum di-
catur suppletum defectui insinuationi dona-
tionis, Video enim Bart *in l. Modestinus. nu.* 11. *ff. de donat.* tamquã Solem, vt dicimus, Martij,
mouentem quidem hanc quæstionem, sed ni-
201 hil resoluentem. *Salicet, in l. si quis pro redemptione num* 5. C. *eod. titul. de donat.* postquam
pro vtriusque opinionis iudicio, induxit ar-
202 gumenta, ignorando, quorsum se vertere,
cautè subiungit, cogitandum relinquo, et di-
cit Angel. *Aretin. in § alia. nu* 9. *Institut. de donat* quod cum hæc quæstio ei de facto occu-
risset, non fuit ausus super ea consulere ex al-
203 tera enim parte solida perspiciebat funda-
menta, ex altera verò debiliora, sed iuramen-
tum maximè timebat, et id cõmemorat *Bertrand consil.* 30. *Ex casu. col.* 2. *vers. et reuera. vol.* 3. *in nou. et antea aduertis in consil.* 206. *Ex mihi exhibitis. sub n.* 9. *vol* 1. *in nou.* vbi pariter
eiusdem dicti meminit, ibique tamen ob rei
204 difficultatem; dubium indecisum relinquit.
Ioan. Guter. in solemni repetit. l. nemo potest. nu. 340. *vers. sed vtrum cum iuramento insinuationi &c. ff. de legat.* 1. asserit prædictam quæstio-
205 nem indecisam manere, cum adhuc lis super
ea sub Iudice sit. *Cancer. var. resolut. part.* 1. *cap.* 8. *titul. de donat num.* 3. quæstionem arduam
hanc esse ait.

206 Prout quoque eamdem quæstionem arduã
nuncupauit Rota *coram bon. mem. Cocino in causa Romana Donationis* 13. *Iunij* 1631. *à me relata in part.* 5. *recent. decis.* 58. *num.* 52. *versic. ardua est quæstio an stante iuramento, requiratur, insinuatio* &c et sanè, vt ingenuè fatetur *Iul. Clar. in §. Donatio quæst* 18. *num.* 1. in hoc
articulo adeo magnam esse cõtrouersiam Do-
ctorum, vt vix discerni possit, quæ opinio sit
207 magis communis, & *Seraph. in tractat. de priuileg. iurament. priuileg.* 74. *sub num.* 4. fate-
tur prædictam controuersiam habere quam-
plurimas difficultates, ita vt vix animi iune-
num conquiescant. Innumeri enim sunt hinc
inde DD. et qui partem negatiuam tenent, &
qui affirmatiuam, et qui vtuntur distinctione,
et plerique hanc, & pleriq. aliam communem
prædicant.

ARGVMENTVM.

Donatio quæ excedit summam 500 solidorum, si non fuerit insinuata, vltra dictum excessum, cũ remaneat nulla, et pro nõ scripta, et quidẽ inualida ex magno defectu consensus ideoq. quatenus reperiatur etiam facta cum iuramẽto, illud non poterit operari, vt talis donatio in totum substineatur, quia non reperit quid confirmare, et addere robur religionis, cum non possit confirmari id non habuit adhuc suã perfectionẽ. Nam & donatio excessiua ab insinuatione recipit suum esse.

Iuramentum induit se natura eius contractus super quo imponitur, ita vt si ille sit validus, illud quoque eiusdem validitatem sequendo tamquam potens accessorium quærit eiusdẽ validitatem roborare, et vim addere, sed si contractus super quo imponitur, est nullus, veluti si sit simulatus, et tũc tamquam pictus, & dealbatus non habeat subsistentiam, remanet nullum cum eodem contractu.

SVMMARIVM.

208 *Donatio vbi reperitur facta vltra excessum 500. solidorum absque insinuatione, in eo præsumitur abesse consensus donantis.*

209 *Donatio facta absque insinuatione, vltra excessum est adeo nulla, vt ex ea nõ oriatur obligatio, nec naturalis, nec ciuilis.*

210 *Donãs absque insinuatione, si vltra excessum non vult seruare fidem, Iudex Ecclesiasticus non potest eum cogere ad obseruationẽ, ratione peccati, stante iuramento.*

211 *Iuramenti absolutio non est petenda quoties datur de defectu consensus in contractu facto.*

212 *Iuramentum in contractu appositum, non validat eum, si consensus in præstitus totaliter à iure anullatur.*

213 *Iuramentum nõ supplet consensum, vbi ille non adest.*

214 *Consensus vbi deficit, ibi iuramentum non obest.*

215 *Iuramentum sequitur naturam contractus, vbi apponitur.*

216 *Actus super quo appositum est iuramentum si corruat, corruit etiam ipsum iuramentum.*

217 *Iuramentum comparatur natura planetæ Mercurij, qui secundum naturam planetarum in quorum domo reperitur, assumit naturam.*

218 *Contractus simulatus, cum dicatur depictus, & figuratus, nullo modo firmatur iuramento. & num.219.*

210 *Contractus simulatus, quia dicitur pictus, quare si in eo apponatur iuramentum assertorium, siue promissorium non attenditur.*

221 *Iuramentum, si apponatur in cõtractu, in quo nulla est substantia, tunc iuramentum nihil operatur.*

222 *Iuramenta quæ carent consensu, non sunt obligatoria & nu.224.*

225 *Iuramentum non confirmat, quod non reperit confirmabile. & nu.227.*

226 *Iuramentum licet suppleat defectum solemnitatum non tamen supplet substantiam, & consensum.*

228 *Iuramentum non auget dispositiones, quibus adijcitur, sed tantum addit religionis vinculum.*

229 *Iuramentum, quatenus quis vellit, vt augeat obligationem, qualiter id intelligatur.*

230 *Iuramenti natura, dum est fortius aliquid ligare, non poterit ligare, quod non est.*

232 *Insinuatio donationis vltra excessum, requiritur pro forma, & consummatione actus donationis & nu.233. et 235.*

234 *L. sancimus § fin. C. de donat. vltra prohibitionem ne fiãt donationes vltra 500. solidos absq; insinuatione apponit etiam decretum irritans.*

237 *Actus factus forma non seruata, actus corruit. Forma, nec partium consensu potest remitti.*

238 *Obligatio, nec naturalis, nec ciuilis ex cõtractu, quæ peccat in forma, oritur.*

241 *Insinuatio, quod non suppleatur per iuramẽtum est opinio vera, alias actum esset de insinuationibus.*

242 *Legibus obedire omnes tenentur. Legis virtus est imperare.*

243 *Legis imperium vanum esset, si eius transgressio esset in manu subditorum posita.*

244 *Legis vera deffinitio, quæ sit.*

245 *Insinuationis defectus, quod nullatenus per interpositionem iuramenti, tollatur est opinio apud plures Doctores indubitata, vt nu. 246. 247. & 248.*

CAPVT XCV.

INsinuationis donationis excedentis summam 500. solidorum defectus, quod nullatenus tollatur per iuramentum in ipsa donatione appositum, sunt plures Doctores, qui hoc indubitanter tenent, & quidem adducũt rationes penitus nõ improbabiles, et Primò,
208 quia vbi donatio reperitur facta vltra summã legalem in id, quod superest, lex remouet, seu fingit abesse consensũ donantis, *iuxta tex. in d. l. sancimus*, ibi, *pro non scripto, & pro non intellecto &c. C. de donat.* et dixi supra, et vsq;
209 adeo ab initio cõsensus intelligitur abfuisse, vt in tali excessu, nec naturalis, nec ciuilis obligatio dicatur oriri, ita quod Iudex Eccle-
210 siasticus adiri non possit ratione peccati, ex eo, quod donans fidem præstitam non seruet, *vt declarat Bald in d. l. sancimus sub numer. 1. vers. nota. quod hoc est adeo verum &c. & post Roman.* ponderat *Vital. de Camban. in tractat. de clausul. titul. an leg. insinuat. requirent. poss. renunc sub num. 16. vers. ex donatione non insinuata, non oritur neque naturalis, neque ciuilis obligatio &c.* Hieronym. Magon. *decis. Florentin 65. num. 55. vers. nec ciuilem, nec naturalem obligationem oriri, ita vt Iudex Ecclesiasticus adiri nõ possit &c.* et Peregr. *decis. Patauin. 91. num 5. vers. adeout nec in superfluo oriatur naturalis obligatio &c.*

Et sic nec hoc casu petenda est absolutio,
211 quæ generaliter loquendo non dicitur necessaria, quoties datur defectus consensus in contractu facto, *vt inquit Bald. in l. nec patronis. ante num. 6. vers. in his etiam. C de oper. libert* et benè Socin *iun. consil. 48. sub num. 30. vers. secundo principaliter. & num seq. lib 1.* nec non sequitur *Rota coram bo. mem V bald decis. 367 num 3. vers. dicitur dari de defectu consensus, quo casu non obstare iuramentum, nec esse necessariam absolutionem &c. part 4. recent.*

Ergo iuramẽtum non validat talem dona-
212 tionem, ex quo consensus in eo præstitus à lege totaliter annullatur, vt apertè patet *ex*
213 *d. l. sancimus.* vbi enim non adest consensus, iuramentũ nullatenus illum supplet *cap quintauallis. 23. de iureiur l fin. C. de non numerat. pecun.* vbi namque deficit consensus, ibi iura-
214 mentum non obstat. *cap quemadmodum 25. de iureiurand. cum simil.* & satis vulgata est il-
215 la iuris regula, quod iuramentum sequitur naturam contractus, cui apponitur, & ab eo regulatur. *d. l. fin.* & communiter ibi Scribentes, sicque si corruat actus super quo, illud ap-
216 ponitur, corruit quoque, & ipsum iuramentum, vti sequens illius naturam, nã satis apertum est, & constat *ex relatis à Rota in causa Bononien Dotis 5. Martij 1618. § Menus releuat. vers. cum confessio reprobetur à statuto corruit etiam iuramentum desuper interpositũ &c.*

coram

coram Cardin. Panzitolo, *cum alijs infra allegandis.*

Vnde dicere possumus, quod iuramentum
217 possit comparari Planetæ Mercurij, qui accipit naturam domus earum Planetarum, in qua ipse reperitur, & sic potest asseri de natura iuramenti. Præterea videmus, cum con-
218 tractus simulatus dicatur figuratus, seu depictus. *l. ab Anastasio. C. mandat.* vbi Bald *in 4. notab.* & caret omni spiritu. *Paris. consil. 54. num. 26. & seq. lib. 1. Socin. consil. 56 numer. 14. lib. 1. & consil. 264 num. 4. lib. 2. Ias. consil. 170.*
219 *nu. 3. lib. 2.* nullo modo cõfirmatur iuramento, *vt patet ex pluribus relatis per Card. Mãtic. de tacit. & ambig. conuent lib. 21. titul 8. nu. 55. & seq. vers. contractus simulatus non habet cõsensum &c.* & latius discutit *Seraph. de priuileg. iurament priuileg. 59. à num. 9. vers. iuramentum non potest facere verum, quod est falsum &c.* & deduxi *in annotat. ad decis. 9. num. 26. vers. iuramentum non potest facere subsistere, id quod in rei veritate non est &c part. 3. recent,* & pluries respondit Rota, & præsertim *coram Reuerendiss. Terracinen. decis. 55. num 15. vers. cum sit simulata, & omnino præsumpta, iuramento non confirmatur &c. part. 6 recent. & coram Card. Panzirolo decis. 11. num. 20. part. 7. recent.*

Vbi dicitur, ob eam rationem, quia contra-
220 ctus simulatus dicitur pictus, siue iuramentum fuerit assertorium, siue promissorium nõ attenditur, quoniam cum vtrumque accedat
221 ad contractum, cuius nulla est substantia, iuramenta prædicta sequentia eamdem na-
222 turam retinent, & sic consensu carent, vnde non sunt obligatoria, *& coram eodem Cardin. Pãzirolo in causa Mediolanen. Cancncatus 17. Iunij 1641. § Minus releuat. vers. sed cum versemur in actu nullo, eo corruente, corruit etiam iuramentum &c. & coram R.P.D. Bichio in causa Romana Donationis 16. Martij 1643. §. Nam semper. vers. non obstante iuramento renunciationi apposito, quia non operatur vltra voluntatem &c.*

Ergo, dum donatio legitimam summam
223 excedit, reputatur ex defectu insinuationis à iure nulla, cum habeat eam pro non scripta, & pro non intellecta, sequitur in illa abesse consensum, vnde iuramentum quatenus
224 interponatur, nihil confirmare poterit, nam eo casu donatio deficit in substãtialibus, imò cum à iure totaliter annulletur, apertum est,
225 quod iuramentum non confirmat, vbi non reperit aliquid confirmabile. *l. fin. ff. qui satisdar. cogan. d. l. fin. C. de non numerat. pecun.* Surd. *consil. 37. num. 9.* vbi affirmat post plures DD. ibi relatos, quod licet iuramentum suppleat
226 defectum solemnitatum, nõ tamen supplet defectum substantiæ, & consensus, nam omniũ dispositionum substantia est consensus, eoque
227 deficiẽte omnis dispositio est ipso iure nulla, nec confirmari potest iuramento, ex quo id quod nullum est, non est confirmabile. Nam iuramenti natura nullatenus est augere dis-
228 positiones, quibus adijcitur, sed eis tantum intra limites suos manentibus, addit religionis vinculum, & quatenus aliqui DD. prætẽdant substinere, quod iuramentum augeat
229 obligationes, tamen id intelligendum est non extensiuè, sed tantum intensiuè. vt iam deduxi *in annotat. ad decis. 523. à num 44. vers. iuramentum non auget obligationem &c. par. 4. recent. tom. 3.* Quare dum virtus iuramenti
230 tantum sit, fortius ligare dispositiones, & obligationes, certè id quod nullum est, & maximè ex defectu consensus, quomodo fortius
231 poterit stringere, has enim monstruositates iura admittere minimè possunt, & faciunt à me tradita *in annotat. ad d. dec. 9. in litera D. num. 28. vers. nec Omnipotens ipse DEVS potest ea, quæ implicant contradictionem &c. part. 3. recentior.*

Secundò pro corroboratione dictę conclu-
232 sionis, quod iuramentum non supplet defectum insinuationis, potens illa etiam ratio expenditur, quia talis solemnitas pro forma donationis desideratur ad eius perfectionem
233 & consumationem, vt clarè patet ex dicta *leg. sancimus. §. fin. C. de donat.* vbi postquam lex disposuit, donationis insinuationem esse
234 faciẽdam, vltra etiam processit cum decreto irritanti. ibi, *& aliter minimè conualescere, & in l. illud.* ibi *vers. non aliter valeat nisi actis intimata fuerit &c. G. de sacrosanct. Eccles.* & quod per decretũ irritãs inducatur forma, *vt dixi in ann. ad dec 542. n. 70 par. 4. rec. t. 3.* ac in
235 specie, quod ista solemnitas insinuationis sit de forma substãtiali donationis, cõprobarunt, *Bald. in l. comparationes, C. de fid. instrum.* Dec. *consil. 538 in fin. & in cap. consuluit. nu. 7. vers. & ad facit. ff. de offic. delegat.* Gozad. *consil. 38. col penult. in fin.* Gratian. *discept. forens. cap. 531. num. 96. vers. ista solemnitas insinuationis est de*
236 *forma substantiali &c.* et hæc est ratio, quare insinuationi renunciari non potest, *vt patet ex allegatis supra num. 142.*

Quare dum insinuatio apparet de forma, superest asserere, per interuentum iuramenti
237 suppleri minimè posse, cum regula sit generalis, quod actus factus forma non seruata, est omnino nullus, *vt in l. Iulianus,* ibi, *nam mutata forma prope interire substantiam rei, Marcellus scribit &c. ff. ad exhibend.* itaque nec per consensum partium potest remitti. *ex adductis per Surd. decis. 268. num. 8. & 9.* vbi firma-
238 tur, quod obligatio nec ciuilis, nec naturalis oritur ex actu, qui peccat in forma, licet partium consensu fuerit omissa, *& latè iam tradidi in annotat. ad decis. 542. à num. 58. vsq; ad 70. vbi abunde part. 4. recent tom. 3. & supra cap. 30. à num. 526.* Atque in puncto videatur *Fernand. Vasq. in tractat. de success. lib. 1. §. 5 sub numer. 4.*

Vbi post plures DD. ibi allegatos, attesta-
239 tur, quod solemnitas insinuationis pro for-

ma in donatione requiritur ad eius perfectio-
240 nem, et consummationem, ita vt per iura-
mentum nullatenus poterit suppleri, *vt tenet Bart. & communiter DD. in l. 1. §. si quis ita ff. de verb. obligat.* et subdit, quod prædicta con-
241 clusio est adeo vera, vt oriosa, et vana esset, cura, prouisio, et solicitudo legis, si per interuentum iuramenti, ab eius dispositione possent homines discedere, *contra text. in l. 2. ff. de legib. & in cap. si quis. 2. ibi qui non obedierit*
242 *Principi &c de maior. et obedient.* vbi legibus obedire, et parere iubemus. Et cum virtus legis sit imperare, vt in *l. virtus. ff. de legib.* certè vanum esset imperium, cuius transgressio
243 in manu esset subditorum, Nam legis vera deffinitio alia non est, nisi, quod sit ordinatio,
244 et præceptio rationis, in bonum commune, ab eo, qui curam Reipublicæ gerit, promulgata, et benè differit ad satietatem *Augustin. Morl. in sua Empor. Iur. part. 1. titul. 1. de legib. à num. 14.*

Propter has, et similes rationes, quas bre-
245 uitatis ergo non refero, multi DD. inuictè tenent, nullatenus per iuramentum suppleri defectum insinuationis in donatione excedēte legitimam summam, *& præsertim* Bald. *in l. illud. 16. num. 24 vers. quæro an ratione iuramenti valeat donatio sine insinuatione, breuiter dico, quod non &c. C. de sacrosanct. Eccles. ibiq; Addentes in litera A. concordantes DD.* eam opinionem sequentes connectunt, plures verò alios adducit plena manu *Mandos. in addition. ad Roman. in consil. 12. in litera B. vers. & sic donatio non insinuata iuramento non firmatur &c.* Àddo *Anton.* Gabr *titul. de donat. conclus. 1. sub num. 72. vers. contrarium tamen tenet Bald &c.* vbi pariter aliam DD cateruã
246 allegat, et testatur de communi opinione, sicuti pariter scribit *Cros. in repetition. l. omnia potest. num. 44. ff. de legat. 1.*

Vbi ait, quod secundum hanc partem cō-
247 suleret, et iudicaret, et conatur demonstrare quod *Bart.* hanc eamdem senserit, et plures etiam adducit *Petr. Duen. in reg. 224. in verb. donatio. in 5. limitation.* vbi hanc opinionem veriorem dicit, et de vera, et communi cōclusione scribit *Fernand. Vasq in d. tractat. de success. lib. 1. § 5. num. 3 vers. procedit etiamsi renunciatio fuisset iurata &c.* et post *Castren.* de veriori opinione testatur *Roland. in consil. 19. num. 15. vers. non obstat si dicatur quod defectus insinuationis tollatur iuramento, qui contrarium concludit Bald. &c. lib. 1.* vbi etiam allegatur *Angel. in consil. 59. Quia filio. in fin.* vbi dicit se ita consuluisse in Ciuitate Castelli, cum Baldo
248 eius germano, et vide alios allegatos *per Seraph. in tractat. de priuileg. iurament. 74. sub numer. 4. vers. contra tamen partem,* vbi refert plures, qui testantur de communi, et adde *Ceuall. commun. contra commun. cap. 222. sub num. 23. vers. an per iuramentum in donatione appositum suppleatur defectus insinuationis, & non suppleri &c.* Contrariam tamen partem esse veriorem concludam in sequenti capite, cum suis declarationibus.

ARGVMENTVM.

Iuramentum, quod non sit potens ad tollendum defectum insinuationis in donatione excedēte 500. solidos, fuit iam communis retroactis temporibus opinio, hodie verò contraria assumpsit vires, et sic nunc tàm in Scholis, quàm in Palatijs communiter amplectitur, et irrefragabiliter est tenēda fauore Religionis, et melius est offendere Leges Ciuiles, quàm DEVM.

Periurij crimen maximum est, graue scelus, et peccatum mortale. Periurius punitur excisione linguæ Periurius est infamis infamia iuris, et facti, et repellitur à limine iudicij, et si est clericus priuitur beneficijs, et efficitur inhabilis ad alia acquirenda.

in Donatione excedente summam 500. solidorũ absque insinuatione, licet iura fenriãt quoad excessum non adesse consensum donantis tamen ista est fictio Iuris Ciuilis, quæ non est valens ad tollēda periuria, Insinuatio an principaliter dicatur inducta à Iure, fauore publico, vel priuato, et præualet opinio, fauore priuato principaliter fuisse introductam, et secundariò fauore publico, et sic intrant vires iuramenti.

SVMMARIVM.

249 *Iuramentum, quod non suppleat defectum insinuationis, retroactis temporibus fuit communis.*

250 *Iuramentum supplet requisitum insinuationis, et hodie est verior opinio.*

251 *Iuramentum vbi adest in donatione, non requiritur insinuatio, quæ opinio est retinenda fauore religionis.*

252 *Iuramentum quatuor concurrentibus requisitis, est omnino seruandum.*

253 *Primum, quod sine dispendio salutis æternæ possit obseruari.*

254 *Secundum, quod non sit contra publicam vtilitatem principaliter.*

255 *Tertium, quod non tendat in præiudicium tertij.*

256 *Quartum, quod non sit contra bonos mores Canonicos.*

257 *Donationes vltra 500. solidos, quod insinuentur iustis de causis ius Ciuile sanxit.*

258 *Leges Ciuiles sanctius est negligere, quàm violare iuramentum DEO præstitum, et numer 259.*

260 *Periurium est grande scelus, graue peccatum, et quidem mortale etiam in re leui.*

Periurium est grauius peccatum, quàm crimen homicidij, et adulterij.

261 *Per-*

Digitized by Google

261 *Periurius punitur abscissione linguæ.*
262 *Periurius est infamis infamia iuris, et infamis infamia facti.*
263 *Periurus à limine iudicij procul arcetur cum tanquam infamis à nemine sit audiendus.*
264 *Periurus Clericus suo beneficio potest priuari, & est in habilis ad alia obtinenda.*
266 *Asserere aliquid parum est, et non respondere contrarijs.*
267 *Donatio supra 500. solidos, dum non est insinuata, dicitur ab ea dissentire donans, quoad excessum.*
Consensus non suppletur per iuramentum.
268 *Consensus donantis vltra 500. solidos absque insinuatione, quod absit vltra excessum, est fictio Iuris ciuilis cum veritas sit in contrarium.*
269 *Iuramentum supplet defectus solemnitatum.*
270 *Iuramentum in defectu insinuationis donationis vltra legitimam summam, non extra consensum, sed secundum cõsensum operatur.*
271 *Donatio vltra 500. solidos, donec nõ insinuetur, quod remaneat in suspenso, et pro non scripto habeatur, ista est tantum fictio Iuris ciuilis.*
272 *de Donantis consensu satis dicitur constare, licet non sit insinuata donatio, dum excedit legitimam summam, ex ipsamet donatione.*
274 *de Periurio, quando agitur, non est attendenda fictio Iuris ciuilis.*
Iuramentum est res spiritualis.
275 *ad Iuramentum Lex Ciuilis non extendit suam fictionem, & potestatem.*
Iuramentum, cum sit res spiritualis, super eo, Lex Ciuilis quidquam non potest statuere.
276 *in Iuramenti materia, in vtroque foro est seruandum ius Canonicum.*
277 *Princeps Laicus non potest aliquid statuere in materia iuramenti, tam directè, quàm indirectè.*
278 *Iuramentum non potest supplere defectum insinuationis, quia ista est de forma substantiali donationis. & an id sit verum.*
279 *Insinuatio est solemnitas accidentalis principaliter inducta ob fauorem priuatorum, & secundariò in fauorem publicum. & nu. 284.*
280 *ad Iuramentum infringendum, non est considerabilis fauor publicus secundarius.*
282 *Insinuatio non est de iure publico quidquid, et male sensit Fabr. in suo Codice.*
284 *Iuramentum supplet defectum insinuationis, quia non est ea de iure publico.*
285 *Iuramentum, quod suppleat defectũ insinuationis, est opinio ab omnibus canonizata. & numer. 286.*

CAPVT XCVI.

INsinuationis requisitum in donatione excedente summã 500 solidorum, quod per iuramentum non possit dici suppletũ, seu sublatum, iam deduxi in præcedenti capite, & sane rationes adductæ per Doctores, qui eam
249 tenent penitus non videntur respuendæ, nã
ea, vt animaduertere valui, retroactis temporibus fuit communis opinio Doctorum, quod
iuramentum non suppleret defectum insinua-
250 tionis, hodie tamen contraria robur non
leue sumpsit, & iam Doctores vtriusq; scholæ
communiter amplectuntur, eamque vti ve-
251 riorem, & communiorem prædico, saltem
id irrefragabiliter tenendum est, militante
magno fauore Religionis.

Ratio quippe fundamentalis prædictæ cõ-
252 munis opinionis ea est, ni fallor, quia de
iure Canonico, iuramentum quatuor cõcur-
253 rentibus omninò seruandũ est. Primò, quod
possit obseruari sine interitu salutis æternæ.
cap. cũ contingat. ext. de iureiur. Secundò quod
254 non sit contra publicam vtilitatem principaliter, licet secundario sic. *cap. si diligenti. de
for. competent. l. 1. ff. solut. matrimon.* Tertiò,
255 quod non tendat in alterius præiudicium,
quia tunc contineret vinculum iniquitatis.
cap 2. de pact. in 6. Quartò, & vltimò quod nõ
256 sit contra bonos mores, secundum ius Canonicum. *cap. non est obligatorium. de regul.
iur. in 6.* Quæ requisita sine dubio adsunt in
casu nostro, *vt ex iam dictis* & infra dicendis
liquidò patebit.

Concedo quidem iustis de caussis, ius Ciui-
257 le sãxisse, donationes vltra legitimam summam factas esse insinuandas, sed non tantum
faciendis, quanti religio D E I. Quare alterũ
ex duobus dicendum est, vel seruandas esse
258 leges ciuiles, & violandum iuramentum
DEO præstitum, vel iuramentum obseruandum (cum non simus in materia, quæ concernat peccatum mortale) & eas leges neligen-
259 das, At quis non videt, nisi penitus cecutiat,
iustius esse, leges negligere, quàm benignum
DEVM nostrum periurio offendere.

Maximum quidem ex crimen periurij, gra-
260 ue scelus, peccatum mortale etiam in re leuissima. *cap. fin. 22. quæst 1.* estque maius homicidio, *secundum S. Thom. in quolib. art. 18.*
& adulterio. *Couar in cap. quamuis part. 1. § 7.
num. 1. de pact. in 6.* Mancin. *in tractat. de iurament. part. 3. in prinsip. nu. 4.* Menoch *de arbitr.
iud lib. 2. centur. 4. cas. 319. num. 2.* Tiber. Decian *in tractat crimin lib. 6. cap. 9. nu. 7.* Seraph.
*de priuileg. iurament priuileg. 174 sub numer. 2.
vers. quod maximum est crimen &c.* & optimè
plures DD. congerens *ibi in addition.* Martin.
Benekend. *num. 3. 4. & seq.* Vnde non mirum,
261 quod punitur periurius excisione linguæ,
secundum Cuiac. *lib. 7. obseruat 17. circa fin.* Decian. *d. lib 6. cap. 13. nu. 32.* Serzer. *in tractat. de
iurament lib. 1. cap. 27. num. 13.*
262 Hinc est etiam quod periurius fit infamis
infamia facti, & iuris. *can. infamis. 6. quæst. 1.
l. si quis maior. 41. & ibi DD. C. de transact.*
Bart. *in l aut facta. 41. in princ. ff de pæn.* Farinac. *cons. 30. num. 24. lib. 1.* Iul. Clar. *lib. 5. recept.
sentent.*

Google

fentent.§ fin in verb.periur nu.3.& ibi Baiard.
in addition. dicit esse communem opinionem.
Hinc est, quod à limine iudicij arcetur, cũ tã-
quam infamis à nemine sit adiendus, *vt notãt*
Doctores in d.l. si quis, & affirmat *Paris.in cõsil*
43.num.24 vers.eo magis cum sit periurius, &
infamis &c Afflict. *decis.30.numer.5.vers. ipse*
erat &c. Rota *coram bon mem.* Pirouano, *de-*
cis.515.n.29. vers. tamquam periurios à limine
iudicij repellendos &c. part. 5. recent. Hinc est
etiam, quod clericus periurius suo beneficio
364 potest priuari, & est inhabilis ad alia benefi-
cia obtinenda. *cap. ex parte, & ibi Abb. num. 3.*
Felin 2. & Dec. *num.2. de rescript.* Rota *coram*
bon mem Merlino *decis.46.num.15. versic. per-*
iurium impediret collationem beneficiorum &c.

Et vt libentius quis prædictam opinionem
365 affirmatiuam amplectetur, vt iuramentum
suppleat insinuationem quæram satisfacere
rationibus supra deductis contrariæ sententiæ,
quantumuis primo aspectu videantur satis vr-
gere, nam, vt inquit *Bald.in notabili suo consil.*
schismatis col penult. quod habetur in lectura. C,
si quis aliquem test. probib. parum est aliquid asse-
366 rere, et non respondere contrarijs, & sic quã-
tum ad primum caput, scilicet, quando dona-
367 tio est supra legitimam sumam, quoad exces-
sum donec insinuetur, qui consensus nullate-
nus potest suppleri per iuramentum &c. cum
alijs supra relatis, nam respondetur negan-
do id esse verum, quia etiam in superfluo
supra legitimam summam non deest consen-
368 sus donantis, imo expressè interuenit; sed
lex ciuilis ob solemnitatis omissæ defectum
ex sui potestate vult, et statuit pro non scrip-
369 to habero, quod scriptũ est, cum autem iura-
mentum auctoritate canonis suppleat defectũ
solemnitatum omissarum iuxta *text. in Auth.*
sacramentum puberũ C. si aduers. vendit. Alex.
consil.21.num.17. & consil.53.numer.6 lib.3, &
post *Io. Andr. Vuesenb.* Gabr. *Federic de Sen.*
Abb. Socin. Paris. Franc. Marc. Cancher. Mãtin.
& alios affirmat *Martin. Beneken. in addit. ad*
Seraph de priuileg. iurament. priuileg. 61. num. 8.
vers iuramentum supplet omnia solemnia &c.
Et ista est vera opinio *vt testatur* Rota *coram*
Sanctissimo D.N. decis.145.num.2. vers. stante
iuramẽto in contractu apposito &c. part.4 recent.
cum alijs allegatis *in causa Anconitana Nulli-*
tatis Concordiæ 16. Aprilis 1646. *coram bo. me.*
Arguilles *§. Denique. vers. iuramentum potens*
est substinere contractum celebratum absque
solemnitatibus iuris communis &c.
370 Idcirco opponi non potest, quod iuramentũ
sit extra consensum, immo operatur secundũ
consensum. Quinimo cum insinuatio possit fie-
371 ri post donationem, vt infra dicam, et vsu
receptum est, potest quidem dici, quod inte-
rim ante insinuationem, id quod supra legiti-
mam summam donatum fuit, remaneat in su-
378 spenso, & sic pro non scripto habeatur per
quamdam fictionem, prout sedulò ponderauit
Rota Patauina penes Peregrin decis.91. sub n.17.
vers. in superfluo supra legitimam summam non
deest consensus donantis &c. Quare dum in casu
nostro non potest in rei veritate defectus cõ-
273 sensus considerari, nã de eo dicitur constare
per donationem iam factam, non est attẽden-
da fictio iuris Ciuilis, dum agitur de effugiẽ-
274 do periurio, & infringendo iuramẽto, maxi-
mè cum iuramentum sit res spiritualis. *cap.*
fin. de for competent. in 6. cap. nouit de iudic. cap.
venerabilem. de elect. et can. vltum. 22. quæst 2.

Sicque lex ciuilis ad illud suam potestatem,
275 vel fictionem non extendit, nec super eo
quidquam statuere potest, iuxta ea quæ habẽ-
tur, & notantur, *in cap. Ecclesia S. MARIÆ.*
de constitut. & in cap. fin. de reb. Eccles. non
alienand, Alexand. *Istẽ in consil.18. col.2. & 3.*
vol. 6. & est communis opinio, *vt per Gratian. lib. 1*
respons 41. num. 15. & respons. 47. à n.2. Seraph.
de priuileg. iurament. priuileg 74. à num. 26. vers.
Lex ciuilis ad iuramentum suam potestatem non
extendit, & est communis opinio &c. Indubita-
tumque ac palam est, ius Canonicum in ma-
276 teria iuramenti, tam in foro poli, seu Eccle-
siastico, quàm in foro fori, seu politio obser-
uari, etiam si ius Canonicum contradicat iuri
Cæsareo. *cap. licet. 2. de iureiurand. in 6. Afflict.*
decis. Neapolitan. 322 num. 5. versic. in materia
ria iuramenti standum est iuri Canonico *&c.*
Borgn Caualc. *decis Florentin. 9. num. 40. versic.*
in materia iuramenti attenditur ius Canonicum,
et non ius Ciuile &c. cum alijs allegatis *per Ro-*
tam coram bon. mem. Coccin *decis. 58. num. 28.*
vers. ita vt etiamsi ageretur in terris Imperij es-
set seruandum ius Canonicum *in materia iura-*
menti &c. part 6, recent. & hoc procedit tam di-
rectè, quàm indirectè *Bero. consil. 176. nu. 59.*
277 *lib. 1. et post eum, Imol. Anchar. Federic. de*
Sen. aliosque respondit Rota *coram eodem* Coc-
cino *decis. 812. num. 18. vers. quia statutum*
Laicale non potest infringere iuramenti vires. ne-
que directè, neq. indirectè &c. part. 4. recent. to. 2.
& fuit dictum in causa Neapolitana Pensionis
23. Iunij 1642. §. ob eamdem causam. vers. super
iuramento Princeps Laicus directè, vel indirectè
statuere nõ potest &c coram R.P.D. Bicho, & in
puncto iuramenti interpositi in donatione re-
quirente insinuationem, *firmauit Peregr. decis.*
Patauin 91. num. 17. vers. est quæstio iuramenti
iura ciuilia non sunt exequenda &c. cum alijs
ibi allegatis.

Loquendo nunc de secunda ratione addu-
cta supra *nu. 233.* nempe insinuationis defectũ
ideo non posse suppleri per iuramentum, quia
278 talis solemnitas est de forma substãtiali do-
nationis, ideo &c. Nam respondetur, nullate-
nus admittendo insinuationem esse de forma
substantiali donationis, nam est solemnitas
279 accidentalis à iure ciuili positiuo inducta
principaliter in fauorem priuatorum, licèt se-
cundariò ob publicam vtilitatem *Alex. consil.*
167. num. 14. lib. 7. post Imol. in cap. cum contin-
gat.

Google

gat. in 10. & vltim quaest. de iureiur. Socin. *con-*
sil. 77. num. 8 vers. non obstat. quintum. lib. prim.
Curt, Iun *consil. 34. num. 2. ad medium, vers aut*
vero voluntas. &c. quare iuramento acceden-
te potest renuntiari tali fauori, seu solemnita-
280 ti, dum in casu non factæ insinuationis con-
sideratur fauor publicus secundariò, nō prin-
cipaliter, eum ad infringendum iuramentum
281 nullatenus sit considerabilis vtilitas secun-
daria. *Socin in specie consil. 77. num. 16. vsque*
ad num 19 lib. 1. post *Bort. in l. si quis pro eo, in*
3. cas ff. de fideiuss.

Et quamuis multi DD. tenuant pugnare
pro validitate dictæ opinionis, tamen consultò
id non faciunt prout, inter alios DD: annume-
ratur Anton. *Fabr. in suo* Codic. *lib. 8. titul. 38. de*
insinuand. donat. diffinit. 1. & 5. vbi parum fun-
datè tener, insinuationē esse de iure publico,
282 nam meritò in hoc reprehenditur *à Fonta-*
nell de pact. nuptial. claus. 4. glos. 29. numer. 11.
vbi dicit, quod non modicus fuit lapsus in hoc
Fabri, quia magis communis, & receptior est
opinio, quod insinuatio sit quædam solemni-
tas iuris respiciens principaliter priuatam do-
nantium vtilitatem, ne domesticis fraudibus,
283 præserrim coniunctarum personarum, pro-
digaliter donando suis bonis priuentur, licet
secundariò, & in consequentiam, in hoc etiam
ius sit publicum, ne quis re sua abutatur. *d. l.*
data. C. de donat. Eamdem Fabr. exprobationē
refert, et sequitur D. *Regens Hector* Capyc.
Latr. decis. Neapolit. 156. num. 30. vers. non mo-
dicum fuit lapsus in hoc Faber &c lib. 2. & sub-
284 dit, quod ideo non mirum, si iuramentum
suppleat defectum insinuationis. *nam vt pro-*
bat Rip. *lib 3. respons. rubric. de reuocand. donat.*
cap 3. col. 3. & cap. 11. in fin.

Suprarelata opinio est verissima, et ab om-
285 nibus ferè canonizata, et refert, et sequitur
Gratian *discept forens cap. 531 sub nu. 95. vers*
in casu non facta insinuationis consideratur fa-
uor publicus secundariò, & nō principaliter &c.
Gaill. *obseruat. Imperial. lib. 2. obseruat. 39. n. 18*
vers. non conceditur. quod insinuationis necessi-
tas principaliter vtilitatem publicam concernat,
sed tantum in cōsequentiam, & secundariò &c.
vnde concludit, tali iuri priuato, scilicet insi-
286 nuationi per donatores posse iuramento
validè renunciari, et ita pariter sensit Guido-
pap. decis. 350. num. 2. vers. contractus non valet
ratione publicæ vtilitatis secundario &c. Marc.
Anton. Peregr. *decis. 91. num. 13. vers. solemni-*
tas insinuationis non publico fauore principali-
ter. sed priuatorum &c.

ARGVMENTVM.

Insinuatio donationis excedentis summam 500. aureorū, quod ea nō sit de substantia, & forma ipsius donationis, satis deducitur ex eo, quia non est necesse, vt fiat in ipsomet contractu donationis, cum sufficiat quod postea interueniat, cum alias non posset illa interuenire, quia forma in ipsa conceptione actus debet interuenire, nam, et ipsa dat formam contractui.

Insinuatio donationis an spatio 30. annorum præsumatur interuenisse, & affirmatiua opinio præualet, dummodo tamen cum dicto tempore concurrat obseruantia, idest effectuatio ipsius donationis, vt donatarius sit in possessione rerum donatarum.

Insinuatio, cum scripturam de necessitate requirat, quā apud acta debet reponi, quo casu quando scriptura debet interuenire, tunc non admittitur probatio præsumptiua, sed debet exhiberi ipsa scriptura, et sic debet constare de veritate, quando ex ipsa donatione apparet, quod insinuatio non interuenit, et vide solutionem in seq. capite.

SVMMARIVM.

287 *Insinuatio donationis non requiritur in ipso actu donationis.*
288 *Forma est inseparabilis ab ipso actu.*
289 *post Actum, si aliquid debeat interuenire, id non potest vocari forma.*
290 *Forma est illa, quæ dat esse rei.*
Forma, si in ipsa conceptione actus non interueniat, annullat ipsum actum,
291 *Solemnitas, quæ post actum potest interuenire, non dicitur formalis, sed accidentalis, et vide num. 292.*
293 *Insinuatio longè post donationem validè fieri potest.*
294 *Insinuatio in ipsa donatione, & post ipsam, & omninò separatè ab ipsa donatione fieri potest.*
295 *Insinuatio manu alterius Notarij, quàm qui donationem stipulauit potest perfici.*
296 *Insinuatio non est de forma substantiali donationis, sed propriè est confirmatio.*
297 *Confirmatio post actum regulariter fit.*
298 *Insinuatio donationis spatio 30. annorum præsumitur interuenisse et n. 304.*
Forma substantialis actus. spatio 30. annorum non præsumitur interuenisse.
299 *Bald. reprobatur, dum sensit, insinuationem non præsumi interuenisse spatio 30. annorum.*
300 *Insinuatio donationis, vt spatio 30. annorum præsumatur, requiritur quoque obseruantia.*
301 *Insinuatio non ex solo tempore 30. annorum præsumitur interuenisse, nisi etiam concurrat possessio, & patientia, et 302.*
303 *Insinuatio donationis præsumi non potest, si donatio non reperiatur effectuata, et donatarius in possessione.*
305 *Insinuatio debet fieri in scriptis.*
306 *Insinuationis donationis deffinitio vera, qualis sit, et nu. 307. et 308.*
309 *Definitio omnis in iure est periculosa, cum difficile sit in iure explicare quidditatem, & essentiam rerum.*

310 Vbi-

310 *Philosophi, quare veras definitiones tradere soleant.*

311 *Insinuatio donationis, quod fieri debeat in scriptis non est dubitandum, et quare.*

312 *Insinuatio donationis realiter est facienda apud acta, et non sufficit mandatum procura ad insinuandum.*

313 *Actus, si fieri debeat in scriptis tunc non admittitur probatio præsumptiua, sed debet exhiberi scriptura.*

314 *Scripturam, quando actus desiderat, tunc solemnitas ex cursu temporis non præsumitur.*

315 *Rota reijcit petitionem remissoriæ, quando aliquid per scripturam probandum est.*

316 *Insinuatio, vti scripturā requirens, ex diuturnitate temporis, præsumi nequit interuenisse.*

317 *Solemnitas illa ex diuturnitate temporis, tunc non potest præsumi, quando negatiua probatur ex inspectione ipsius scripturæ, et nu. 321.*

318 *Veritas, vbi apparet, cessant tenebræ præsumptionum.*

319 *Præsumptio omnis cessat quando constat de veritate.*

320 *Notorium præsumptionis cedit notorio veritatis.*

322 *Præsumptio solum procedit in casu dubio, non autem in claris.*

323 *Probatio euidens melius est, quam aperta præsumptio.*

Præsumptio succumbit sub graui pondere manifestæ probationis.

324 *Præsumptio in arbitrio Iudicis est, sed veritas probata, cōcludit de necessitate Iudici et parti.*

326 *Præsumptio oriens ex antiquitate temporis, euanescit stante euidentia facti in contrariū.*

327 *Papa si faciat actum de sui natura præiudicialem, non est necessaria derogatio regulæ de iuris quæsito non toll.*

328 *Murus positus inter duo Curtilia licet præsumatur communis, id tamen non procedit, quādo veritas in contrarium apparet.*

330 *Præsumptio est quidam animi motus, per quē cogimur apparentiam sequi, donec contrariū probetur.*

331 *Veritas est basis, & fundamentū Iustitiæ.*

332 *Fundamentum resultans ex temporum antiquitate, est leue, fragile & debile.*

333 *Tempore, qui se defendit dicitur vti circumuentione.*

CAPVT XCVII.

INsinuationis solemnitas in donatione, quod non sit de eius forma substantiali ex
287 multis patet, sed ratio illa non parum stringit, quia si esset talis, adhiberi deberet in ipso actu, cum noti iuris sit, formam esse insepara-
288 bilem ab ipso actu, iuxta text. in *l. Iulianus. § si quis rem ff. ad exhibend. l. si quis legato. ff. de auth. tutor. §. penult. Instit. eodem titul.* Quare si post actum aliquid debet adhiberi, & obser-
289 uari, id nullatenus poterit vocari forma, seu solemnitas formalis, quoniam post actum formatum interuenit, cum forma sit illa, quæ dat esse rei, & et si in ipsa conceptione actus
290 non interueniat, annullat à principio, quare dum post actum, vt dixi, potest interuenire, nō solemnitas formalis, sed effectualis, seu acci-
291 dentalis nuncupatur. ita optimè explicat *Bald. in l. 2. vers. & sciat C quand. prouocat. non est necess.* in hæc verba *Et sciat, quod illa est forma, quæ tendit ad esse rei, & aduenit rei existenti in potentia, & dat primum, & principale esse rei, Accidentales autem formæ, seu quædam obseruantia postea superueniunt &c.* & idem quoq. sensit *Angel. de Vbald. in consil. 36. incip. Pro decisione quæsitorum. num. 2. vers. post actū nullam imaginor posse appellari solemnitatem formalē &c.* Menoch. *consil. 134. n. 34. vers. nullo modo propriè potest dici forma, cum illa sit, quæ in ipso actu adhiberi debet &c. lib. 2.* & nuper ratiocinatus est *Petr. Francisc. de Tondut. in suis quæst. & resolut. ciuil cap 55. num. 16. vers quando enim aliqua solemnitas debet adhiberi post contractum non dicitur solemnitas formalis &c.* vbi etiam me citat *in annotat. ad decis. 542, n. 82. part. 4, recent tom. 3.* vbi asserui, quod intimatio, seu registratio non est de forma substantiali, sed accidentali, si post actum per-
292 fectum est facienda, intra quindecim dies, vel aliud tempus, post actum.

Quare ex supradictis deuorata remanet omnis amaritudo in casu nostro, dum insinuatio necessariò non requiritur in ipso actu, ex quo
293 longè post donationem interuenire validè potest, *l. final. § similique modo. C. de donat. ante nupt.* cum alijs allegatis à Magon. *decis. Florentin. 65. num. 43. versic. insinuatio non requiritur in ipso actu donationis, sed sufficit, quod postea vsque ad 30. annos adhibeatur &c.* & dixit *Rota coram bon. mem.* Pirouano *decis. 676. n. 3. part. 1. recent*, vbi dicitur, quod donationis insinuatio potest fieri contemporaneè cum ipso instru-
294 mento donationis, et etiam post actum, & secundum praxim Curiæ separatum omninò ab ipso actu donationis], & iterum firmauit Rota *coram* S. *D. N. Innocentio X. decis. 385. num. 5. versic. et possint fieri ex interuallo &c. part. 2 recent.* (& licet ibi dicta decisio ascribatur *bon. mem. Manzanedo, tamen est per errorem vt bene patet, ex Diarijs Rotæ*) *& coram bon. mem.* Remboldo *decis. 121. num 8. vers. actus insinuationis potest superuenire post actum præstiti consensus &c. eadem part. 4. recent. tom. 2.*

Facit etiam, quod insinuatio manu alterius
295 Notarij, quam, qui donationem stipulauit, potest perfici, cum isti actus sint diuersi, et diuerso tempore fieri possint. *d. l fin. § penult. C. de donat. ante nupt* aduertitque Rota *d. decis. 385. sub numer. 5. vers. manu alterius Notarij &c part. 2. recent. et latius comprobat. Anton.* Canar *de insinuat. part. 1. quæst. 50. numer. 49. vers. instrumentum manu vnius notarij, et insinuatio manu alterius &c. cum ibi allegatis.* Ex qui-

Digitized by Google

quibus rationibus moti, omninò firmant Do-
296 ctores, insinuationem non esse de forma
forma substantiali donationis, imo esse pro-
priè confirmationem, aiunt, quæ regulariter
297 post actum solet fieri, et ideo si donatio esset
ab initio nulla non posset confirmari, *l. quod ab initio, & quæ ibi not. Dec. & Cagnol. de regul. iur.* et tetigi supra, et in puncto compro-
barunt Cacialup. *inter consil. Socin. 77. col. penult. nu. 13. vers. nec obstat octauum argumentum. lib. 3.* vbi ait, quod insinuatio non est so-
298 lemnitas probatoria, vel formalis, quinimo
non est propriè solemnitas, sed est quædam
confirmatio, quod etiam voluit *Corn. in consil. 186. ante numer. 17. lib. 1.* Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg. 73. num. 69. vers. insinuatio non est propriè solemnitas &c.* et Gratian. *discept. forens. cap. 531. numer. 96. vers. insinuatio non est solemnitas probatoria, vel formalis &c.*

Probari etiam potest ex eo, insinuationem non esse de forma substantiali, vel formali, sed accidentali, seu extrinseca donationis, quia
299 ob lapsum triginta annorum illa interue-
nisse præsumitur, nam si aliter esset antiquitas temporis non releuaret. *Gabr. de præsumpt. conclus. 1. num. 59. vers. ex quo infertur, quod donatio præsumitur insinuata &c.* et reprobat Bald. contrarium sentientem, et ita animaduertit *Gall. de except. testament. titul. 4. excep. 2. part. 2. num. 53. vers. donatio defectu insinuationis non est nulla si insinuatio esset præscripta spatio 30. annorum &c.* et sic sæpius respondit *Rota, et præsertim penes* Put. *decis. 122. numer. 1. versic. erant lapsi triginta anni, quod præsumebatur insinuata &c. lib. 2. in nou. et coram* Cardin. Caualer. *decis. 575. num. 11. versic. per quã omnis solemnitas, et insinuatio præsumitur &c. & coram Card* Seraph. *decis 742. nu. 4. vers. quod dicitur de insinuatione, tollitur ex cursu triginta annorum ante litem &c. et coram bon. mem.* Gypsio *in causa Bononien. donationis 21. Octobris 1585. §. Et in omnem euentum. vers. cũ ante motam litem quadraginta ferè anni lapsi sint, hæsitari nequit pro ipsa insinuatione præsumenda &c. et coram Card.* Sacrato. *in causa Narnien. Bonorum 26. Februarij 1616. à me relata in recent. decis. 682. numer 18. versic. videbatur posse præsumi insinuatio ex lapsu triginta annorum &c. part. 4. tom. 3. et coram R. P. D.* Peutingero *in causa Beneuentana Manutentionis 9. Iunij 1649. et recentius coram R. P. D.* Albergato *in causa Casenaten. Bonorũ 15. May 1651. §. Nec obstat prætẽns. versic. cessatque difficultas ob lapsum 30. et amplius annorum, quo insinuatio vti solemnitas extrinseca interuenisse præsumitur &c.*

Quam conclusionem veram intellige, con-
300 currente quoque simul obseruantia, quia
tota vis talis præsumptionis, non est in spatio
longi temporis triginta annorum, sed etiam
301 in possessione, et patientia *Gabr.* qui testatur
de communi. *consil. 36. num. 52. lib. 1. vers. licet dum concurrit possessio, et patientia &c.* Surd. *decis. 231. num. 19. versic. et pari reperitur iuxta eam in possessione &c. cum alijs allegatis per* Gratian. *discept. forens. cap. 474. numer. 14. versic. videlicet tota vis non sit in spatio longi tem-*
302 *poris &c.* qui loquitur in terminis præsump-
tionis insinuationis, et post Mascard. testatur de veriori opinione, *et animaduertit Rota corã Card.* Caualer. *decis. 354. num. 6.* vbi dicitur,
303 quod præsumi non potest insinuatio, defi-
ciente obseruãtia subsecuta, nempe effectuatione donationis, et possessione donatarij, *& idem fuit firmatum coram Card.* Sacrato *d. decis 682. numer. 19. versic. vltra lapsum temporis requiritur etiam obseruantia donationis &c. et coram bo. me.* Coccino *decis. 301. num. 3. versic. non sufficit cursus temporis, nisi etiam adsit obseruantia &c. et decis. 364. num. 6. versic. quia cessat obseruantia, quæ cum cursu temporis requiritur &c.*

Difficultas aliqua videtur inesse circa ad-
304 missionem prædictæ opinionis, vt stante ob-
seruantia, & cursu longissimi temporis, scilicet 30. annorum, præsumatur interuenisse insinuatio in donatione, & dubium stat in eo,
305 quia insinuatio debet fieri in scriptis, nam
insinuatio nihil aliud est, nisi præcedentis do-
306 nationis in scripturã redactæ, apud compe-
tentem Iudicem facta publicatio, & eius au-
307 ctoritate in publica monumenta facta re-
dactio, vt perpetuò, & facilius sit veritatis probatio. *ad text in l. in hac. C. de donat. et in auth. vt fratrum filij §. illud col. 9. de defens. ciuitat. Et sic insinuationem definiunt Speculat. & alij relati per Anton.* Canar. *in tractat. de insinuat. p. 1. quæst. 1. per tot.* quamuis plures DD. contra prædictam insinuationem reclament, *cum & secundum Bart in l. Modestinus. num. 1. ff. de*
308 *donat.* insinuatio aliud non sit, quàm facere
donationem in scriptis coram Iudice, idque probatur *per text. in l. donatio. in fin. et l. donationibus, et l. sancimus. C. de donat. cum simi lib.*
309 sed in hoc non insistam, quia omnis defini-
tio in iure iudicatur periculosa, *vulgat. l. omnis definitio ff. de regul. iur.*

Cum difficile sit in iure explicare quiditatem, & essentiã rei, Philosophi verò, tutã dif-
310 finitionem tradere solent. nam isti perscru-
tantur quiditatem, & essentiam rei definitæ. Sat mihi in hoc puncto erit firmare, insinuationem esse faciendam in scriptis, quia dum
311 oportet eam in actis redigere, vt patet ex
iuribus supra allegatis, apud acta, minimè poterit redigi, nisi scriptura interuenerit, quia aliter non foret in actis scripta. Hinc dixit *Rota coram Card.* Caualer. *decis. 393. numer. 3.* quod insinuatio est faciẽda apud acta, & rea-
312 liter, nec ad hoc sat est mandatum ad insi-
nuandum, *et coram bo. me.* Pirouano *decis. 671. nu. 2. vers. insinuationis omissio eo ipso probatur quod de ea instrumentum non facit mentionem &c. part. 1. recent.*

Quare dum insinuatio opus est, vt in scrip-
tis fiat, et actus, qui fieri debet in scriptis non
præsumitur, cum hoc casu non admittatur
probatio præsumptiua, sed per solam scriptu-
ram, ad notata in l. sciendum ff. de verb obligat.
et asserunt Roman. in l. sciendum in fin. et ibidē
Ias num. 27, Alex. nu. 12. vers. secundo limitant.
ff eodem titul. de verb. obligat. Innocent. in cap.
super his, col. penult. versic quando autem. et ibi
etiam Io. Andr. col. 4. versic dicit etiam &c. ext.
de accusat. Abb. in cap sicut nu. 22. et ibi Felin.
col penult. versic. fallit secundo &c. ext de re iu-
dic. Brun. Alciat. et alij relati per Menoch. de
præsumption lib. 3. præsumption. 122. numer. 27.
versic. quādo lex requirit actum fieri cum certa
solemnitate in scriptis ad finem probationis, tunc
non sufficit præsumptio iuris, sed requiritur ipsa
scriptura &c. adde Gabr de præsūpt. conclus. 1.
314 numer. 60. versic. limita quando actus requirit
scripturam, quia tunc solemnitas non præsumi-
tur ex diuturnitate temporis &c. et ibi addu-
cit Cassan. Felin. Ruin. et alios, quibus annecti
potest Tiraquell. de præscript. §. 1 glos. 4. nu. 72.
versic. in alijs actibus in quibus requiritur scrip-
tura, solemnitas non præsumitur ex tempore. sed
opus est eam probare per scripturam &c. et be-
ne deducit Surd. in consil. 28. num. 108 vers. nō
præsumi ex temporis diuturnitate, quod solemni-
tates interuenerint, quādo actus talis solemnita-
tis requirit scripturam &c. et sedulò pondera-
uit Rota coram bo. me Buratto decis. 723. nu 8.
versic. quo casu non admittitur probatio presūp-
tiua, sed per solam scripturam &c. part. 2 recēt.
inter eius impress. est decis. 120. nu. 15. necnon
315 congruit hic stylus Rotæ, dum reijcere solet
petitionem remissoriæ, quando aliquid per
scripturam probandum venit, et sic passim
seruatur, limita tamen, et declarā. vt aduerti
in annotat. ad decis. 607. num. 50. part. 5. recent.
tom. 2. At ad nos.

Consequenter asseuerandum venit, nulla-
tenus insinuationem vti scripturam requirē-
316 tem, diuturnitate temporis præsumi posse
interuenisse, ad cuius sententiæ corroboratio-
nem considerandum etiam est, quod ex tem-
poris cursu non præsumitur solemnitas, quan-
317 do talis negatiua probatur ex inspectione
ipsius scripturæ, & sic ex ipsa scriptura appa-
ret talem solemnitatem ad aliquem actum
318 requisitum, non interuenisse, quasi tunc nō
attendatur præsumptio, sed veritas, cui tam-
quam muro inespugnabili omnia cedunt, sa-
319 tisque vulgatum est, quod cessat omnis præ-
sumptio, vbi cōstat de veritate. l. final. ff. quod
met. caus. l. nuptura. in fin. ff. de iur. dot. l. eum de
indebito. §. 1. ff. de probat. cap. is qui fidem. de
sponsal. can. quicumque 80. distinct. & vide quæ
dixi supra cap. 30. à num. 519. vers. lucerna corā
Sole non lucet &c.

Hinc quoque dicimus, quod notoriū præ-
320 sumptionis, cædit notorio probationis, vt
post Felin. respondit Neuizan. in cons. 47. nu. 40
& in consil. 81. nu. 24. & in terminis præsump-
tionis interuentus solemnitatum, resultantis
ex antiquitate temporis, vt ea penitus eua-
321 nescat, dum apparet ex inspectione instru-
menti eas non interuenisse, etiamsi intercef-
serit tempus, cuius initij memoria non extet
322 in contrarium. quia solum præsumptio pro-
cedit in casu dubio, & non in claris, consule-
runt Roland in cons. 2. numer. 13. vers. illa præ-
sumptio, quæ oritur ex antiquitate temporis pur-
gatur, & tollitur per exemplum exhibitū &c.
lib. 1. Cephal. cons 238. num. 16. vers. cum ex eius
scripturæ inspectione constet non interuenisse
solemnitates omnes, nihil considerandum, quod
scriptura satis videatur antiqua &c. lib 1. Natta
in consil. 162. num. 29 vers. quando ex ipsa facie
instrumenti constat solemnitas non interuenisse,
cessat regula, quod ex diuturnitate tēporis præ-
sumitur solemnitas extrinseca &c. lib. 1. cū alijs
copiosè allegatis per Surd. cons. 28. nu. 110. vers.
ex cursu temporis non præsumitur solemnitas in-
teruenisse, quando ex ipsa scriptura constat de
veritate &c. & copiosius per Mascard. de pro-
bat. conclus. 1316. num. 33. vers. si producatur in-
strumentum, vel acta iudicij in quibus apparet
solemnitatem non interuenisse, tunc præsumptio,
quæ oritur ex antiquitate temporis, eliditur &c.
Vnde consultò dicimus, melius esse euidentē
323 probationem, quàm apertam præsumptio-
nem, cum ista recipiat probationem in cōtra-
rium, tritumque esse, quod præsumptio succū-
bit manifestæ probationi, Nam præsumptio
324 in arbitrio Iudicis est, sed veritas probata
concludit de necessitate Iudici, & partibus.
Bald. in cons. 364. num. 2. vol. 3.

Id benè deduxit Rota coram bo mem. Piro-
uano decis. 534. num. 25. ver. ex decursu tempo-
ris centum annorum, & vltra præsumitur om-
nes solemnitates interuenisse &c. part 4. recent.
325 tom. 3. vbi dicitur, quantumuis verum sit ex
diuturnitate longissimi temporis præsumatur
omnia solemnia interuenisse, tamen id non
procedit, quando ex ipsa euidentia facti con-
326 trariū apparet, quia tunc præsumptio oriens
ex antiquitate temporis, euanescit & idem
fuit dictum coram Card. Sacrato decis. 57. nu-
mer. 14 vers. non est locus dubitationi &c. eadē
part. 4 tom. 2. vbi dicitur, si Papa faciat actum
327 de sui natura præiudicialem, tunc non est
necessaria derogatio regulæ de iure quæsito
non tollend. quæ non habet locum, vbi rei
euidentia est in contrarium. adde decis. 253.
numer. 31. vers. hoc procedit in dubio &c. part. 7.
recent. vbi dicitur, licet verum sit, murum
328 positum inter duo curtilia esse communem
ad Bart. in l. inter quos ff. de damn. infect. tamen
id procedit, quādo sumus in dubio, ideo aliud
329 est dicendum, dum contrarium probatur,
& est celebris in hoc decisio Cameralis in causa
Romana Eleuationis Muri, 27. Nouemb. 1637.
coram bo. me. Matthaeo, quàm retuli in 7. part. re-
cent. decis. 253. & vide à nu. 30. Quoties enim
veritas

Digitized by Google

veritas apparet, cedit præsumptioni. *l.fin.ff. quod met.cauſ.l.nuptura.in fin ff.de iur.dot.*

Cum præsumptio nihil aliud sit, nisi quidã
330 motus animi, per quem cogimur apparentiam sequi, donec contrarium probetur, *secũdum Bald per illum textũ in l.prima. C.si seru. exportan.vend.* & tritum est, quod præsumptio
331 cessat, si veritas in oppositum ostendatur, cũ ea sit basis, & fundamentum Iustitiæ *vt constat ex pluribus relatis per Giurb dec.Sicilia 94. num.18. verſ.insudarunt namque legislatores, vt veritas in lucem veniat &c.*

Supra relata eò magis intrant in terminis de quibus agimus, nempe præsumptionis re-
332 sultantis ex diuturnitate temporis, cum tale fundamentum de temporis antiquitate le-
333 ue, & fragile sit, vnde, & qui tempore se defendit, vti, dicimus, circumuentione, *vt late iam deduxi in annotat. ad decis.20. à num. 15. verſ. qui se defendit tempore &c. part.3. recent.* Supradictæ enim regulæ, an procedant in casu nostro, nempe præsumptionis interuentus insinuationis in donatione excedente summã 500. solidorum videbimus in seq. capite.

ARGVMENTVM.

Insinuationis donationis defectus quando apparet, ex ipso instrumento donationis, tunc sanè nõ videtur esse locus præsumptioni, quod talis insinuatio potuerit interuenire, cum sit aperta satis conclusio illa, quod probatio, quæ fit per euidentiam facti, superat omnes alias probationes.

Actus, quando debet fieri in scriptis, non præsumitur, quod fuerit factus, nisi ostendatur scriptura, Forma, & solemnitas substantialis alicuius actus non præsumitur ex ipso cursu temporis, & quare. Quantitas rerum leuioribus probationibus docetur, quando constat de essentia, seu qualitate actus.

De insinuatione donationis probanda, quando agitur, dum apparet de ipsa donatione, tunc admittuntur leuiores probationes pro illius iustificatione.

SVMMARIVM.

334 *Præsumptio cessat, vbi constare debet de veritate.*
335 *ex Facti euidentia, quando aliquid apparet, cessat præsumptio.*
336 *Insinuatio donationis, quod fuerit facta, id constare debet ex lectura ipsius instrumenti donationis & num. 338.*
Probatio nulla maior est, quàm ea, quæ fit per euidentiam facti.
337 *Visum alterius quærere, vbi habemus proprium dementi a est.*
339 *Actus, quando debet fieri in scriptis, non præsumitur factus, nisi scriptura ostendatur.*
340 *de Insinuatione donationis, quando agitur, non tractatur de substantia ipsius actus, sed solum de solemnitate intrinseca.*
342 *Actus substantia non præsumitur ex diuturnitate temporis. & num. 350.*
343 *de Contractu aliquo inter quosdam celebrato, si fiat mentio in instrumento, quocumque temporis tractu, non præsumitur ille contractus. & num. 344 & 345.*
346 *Solemnitatum interuentus præsumptio non militat in solemnitate substantiali, ipsius actus.*
347 *Tituli iustitia nullatenus præsumitur ex antiquitate temporis.*
348 *Forma, & solemnitas substantialis numquã præsumitur, quia id esset præsumere ipsum factum, et non solemnitates facti.*
349 *Mandatum ad vendendum, emendum, compromittendum, vel ad similia, non præsumitur ex antiquitate temporis etiã 100. annorũ.*
350 *de Actus substantia. quando non agitur, sed de qualitate, tunc leuioribus probationibus, de ea docetur.*
351 *ad Consequentis positionem, necessariò debet dari positio antecedens.*
352 *de Mutuo, si testis deponat, sed non de quantitate rei mutuatæ, poterit ex coniecturis doceri de quantitate.*
353 *Mutuum, si quis probauerit, sed non quantitatem, potest petere, vt sibi deferatur iuramẽtum. declara vt num. 354.*
356 *Debitor, si quis probetur, si ipse non vult exprimere quantitatem dicitur in dolo. declara vt num. 357 et seq.*
361 *Quantitas rerum furto subtractarum probatur iuramento Domini, prius probato tamen furto.*
362 *de Actus substantia, quando non agitur, sed eius qualitate probanda, admittuntur tunc etiam sola coniectura.*
363 *de Insinuatione probanda in donatione. quãdo agitur, quare leuioribus probationibus possit de ea doceri.*
365 *Insinuatio in donatione præsumitur interuenisse stante spatio 30. annorum.*
368 *Solemnitas, tunc ex spatio 30. annorum non præsumitur, quando de ea est conficienda scriptura, & declara vt hic.*
369 *Scriptura, quando requiritur ad probandum actum, tunc non admittuntur præsumptiones, sed ipsa scriptura debet exhiberi.*
Scriptura, quando non requiritur ad essentiã actus, tunc dato actu, præsumitur eius solemnitas, ex cursu temporis. et nu 381. & 382.
370 *Scriptura in sententia requiritur.*
Sententia, dum constat, quod fuit lata, eius solemnitas præsumitur,
371 *Sententia amissa potest etiam probari testibus, licet illa ad sui essentiam requirat scripturam & num. 372. et 373.*

Digitized by Google

CAPVT XCVIII.

Solemnitates in contractibus requisitæ, licet stante spatio 30. annorũ, præsuman-
334 tur interueniſſe, tamẽ prædicta præsumptio cessat, quando aliqua solemnitas in scriptis erat redigenda, quia tunc id debet constare per ipsam scripturam, vt satis latè iam dixi in præcedenti capite, & nunc persistendo in pũcto casus insinuationis, nempe tũc multò ma-
335 gis cessare præsumptionem interuẽtus illius per lapsum 30. annorum, quando ex euidentia facti, scilicet ex inspectione scripturarum appareret talis negatiua. Crot. *in l. sciendum. num. 16. de verb. obligat.* Cephal. *in conf. 171. sub num. 6. vers. vbicumque ex scriptura inspectione non constat de solemnitate, illa non præsumitur &c. & latè* Surd. *in conf. 18. num. 110. vers. ex cursu temporis non præsumitur solemnitas, quando ex scriptura apparet eam non interueniſſe &c.* & in puncto insinuationis pluribus alijs relatis ratiocinatus est, *Gratian. discep forens. cap. 474 nu. 16. vers. tali negatiua probatur ex inspectione scripturarum &c.* & dixit *Rota coram bo. me.* Pirouano *decis. 671. sub numer. 2. part. 1. recent.* vbi asseritur insinuationem non esse in donatione factã, ex lectura instrumenti colligi poſſe. Nulla enim est maior proba-
336 tio, quàm ea, quæ fit per rei euidentiam. *ad text. in l. emptorem. in princip. ff de action. empt. & notat* Innocent. *in cap proposuisti de probat. cum alijs allegatis per* Afflict. *decis. 107. num. 6. vers. nulla maior est probatio, quàm rei euidentia &c. & per* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 4. glos. 1. num. 36.* & optimè ratiocinatur Rota coram bon. me. Card. Panzirolo *in causa Sancti Angeli Longobardorũ 16. Aprilis 1641. § Tertiò. vers. probatio vti facta per euidẽtiam rei, Iudex non habet plus credere dictis testium, quàm*
337 *ipse poſſit suo visu &c.* & subdit etiam, quod quærere visum alterius, vbi poſſimus habere propriũ, dementia est, & cõcluditur, quod maior probatio est ea, quæ fit per euidẽtiã facti.

Sed supradictis minimè refragantibus non puto esse recedendum ab opinione iam firmata supra *à num. 298* scilicet, insinuationem præsumi interueniſſe stante lapsu 30. annorũ, non obstante, quod quando in aliquo
338 actu necessaria est scriptura, vt est casus noster, non admittatur probatio præsumptiua, sed vera requiritur, per ipsam scilicet scriptu-
339 ram, ex eo quia, actus qui debet fieri in scriptis non præsumitur, cum alijs supra adductis *à num. 313.* Respondetur enim non negando veritatem dictæ conclusionis, sed solũ
340 speculando hoc casu non agi de probatione substantiæ actus cum iam de donatione ipsa dicatur constare, sed solum dubitatur, dũ ea tamen excedat legitimam summam, an
341 fuerit, nec ne insinuata, & sic non de illius substantia controuertitur, sed de eiusdem solemnitate extrinseca, qualis est insinuatio, vt iam probaui supra num. 294.

Recepti iuris quippe est, licet ex diuturni-
342 tate temporis non præsumatur actus substantia, *ex adductis per Alex. in conf. 50. incip. In causa. n. 7. vers. sed de aliqua substantia &c. lib. 5.* vbi inquit, si in instrumento aliquo fiat
343 mentio de contractu inter aliquos celebrato, quocumq; temporis cursu non præsumetur ille contractus, & subdit Alex. quod ista præsumptio absit à seculo. & vide ibi *Addentem in littera I. in verb. substantia*, vbi allegat *Dec. in conf. 442. num. 22. vers. secus vbi non apparet de substantia actus &c. lib. 1.* & inſuper asserit prædictũ conf. in graui causa allegaſſe,
344 vbi apparebat donationem factam absenti Notario non stipulante, & post longum tempus à morte donantis, donatarius allegabat, quod ex lapsu temporis, præsumitur tempore debito acceptaſſe, sed male, quia ad minus
345 ipsa substantia, & fundamentum intentionis debet clarè probari, & quia verisimile est, stipulationem, quæ alioquin non solet omitti, ideo fuisse omiſſam quia donator forsitan noluit, & sic quod voluit actũ remanere in fieri, *& præ. er ibi allegatos, adde Idem Alex. in l. qui in aliena, §. 1. ff de acquirend. hæredit.*

Vbi dicit præsumptionem interuentus so-
346 lemnitatis, non militare in solemnitate substantiali ipsius actus, quæ respicit iustitiam
347 tituli, quia non præsumitur ex antiquitate temporis. *Osasc. decis. Pedemont. 173. numer. 4. vers. secus in solemnitate substantiali, & quæ respicit iustitiam tituli, quia tunc non præsumitur ex diuturnitate &c. vbique plures alios DD. allegat, & post Brun. in tractat. de form. et solemn. col. 4. vers. vndecimo est ammaduertendum*

dum &c. affetit formam, seu solemnitatem
348 substantialem numquam præsumi, quia sic
esset præsumere ipsum factum, non solemnita-
res facti. addo Surd. decis. Mantuan. 231. nu 8.
vers. non præsumitur substantia principalis actus
ex antiquitate, vel cursu temporis &c. & discu-
tit Mascard de probation tom. 3. conclus. 1316.
num. 18. vers. secus quo ad ipsum actum, quia nō
præsumitur ex antiquitate &c. Hippolyt. de
Marsil. in singul. 323. numer. 2. vers. tene menti
349 perpetuo, vbi ait, mandatum ad vendēdum,
emendum, compromittendum, vel ad similia
non præsumitur ex diuturnitate temporis,
etiam ex cursu centum annorum, nisi probe-
350 tur, ibique multa adducit, & ratio est, quia
tunc agitur de substantia actus, & præter ab
eo allegatos addo Menoch. de præsumpt. lib. 3.
præsumpt. 133. numer. 77. vers. substantia actus
temporis cursu non præsumitur &c. vbi alios
etiam congerit, sicuti etiam facit Gratian di-
scept. forens. cap. 474. numer. 17. vers. antiquitas
temporis nihil operatur, dum agitur de substan-
tia actus &c.

Attamen, vt dixi, vbi agitur non de substā-
tia actus, sed de qualitate, tunc facilius, ac le-
uioribus probationibus de ea docetur, cap.
per tuas ext. de probat. l. solet ff. de aliment. et cib.
legat. l. si ita scripsero ff. de condit. et demonstrat.
351 cum ad positionem consequentis, neces-
sariò dari debet positio antecedentis. l. illud,
ff de acquir. hered. Hinc voluit Bart. in l. admo-
nendi. num. 9 versic. quæro, quid si testis deficiat,
352 ff. de iureiur. si testis deponat de mutuo, sed
non de quantitate rei mutuaræ, poterit ex
coniecturis super quantitate iudicari, puta si
probaretur per testes, quod ille petierit mu-
tuò decem, Imo plus, voluit Rayn. de Flor. in
l. 1. ff. de in litem iurand.

353 Quod si fuit probatum debitum ex causa
mutui, sed non quantitas, ex quo est fundata
intentio creditoris in debito, poterit quan-
titas probari eiusdem iuramento, quale dictū
multum extollunt Cepoll. Dec. Lancellott. &
alij relati per Natt. in consil. 101. num. 3. versic.
quod si probatum fuerit debitum ex causa mu-
tui &c. eamdemque conclusionem non parū
magnificat Hippolyt. de Marsil. singul. 322. in-
cip. Iuramentum in supplementum, vbi ait, si fa-
cta est probatio, quod ego tibi mutuaui pecu-
354 niam, non tamen est probata quātitas, cer-
tè hoc casu potero petere, quod mihi defera-
tur iuramentum de quantitate, et stabitur in
hoc iuramento meo, et post adductos plures
DD idem sentientes, sic in fine ait, Tene mēti,
quia est singulare verbum in practica, et
multi dicerent contrarium prima fronte,
355 Idem postea sensit pariter Surd. in cons. 94.
num. 17. versic. creditor habet intentionem fun-
datam super credita, probabitur quantitas per
eius iuramētum &c. vbi etiam abundè plures
DD. citantur, et sic quoque iudicauit Senatus
Pedemont. decis. 96. num. 3. versic. probato debito
super quantitate statur iuramēto creditoris &c.
vbi in fine asseritur, quod Senatus auctorita-
tibus, et rationibus plurium DD. ibi numer. 3.
356 allegatorum, ita iudicauit, attento etiam
præsumpto dolo debitoris, qui noluit expri-
mere quantitatem debiti, et inspecta qualita-
te creditoris viri probi. Et insuper respon-
357 detur ad rationem illam adduci solitam per
fautores contrariæ opinionis, dum conside-
rant, si hoc casu detur locus iuramento sup-
pletiuo, aperitur ianua iurandi in immensū,
quod est absurdum &c.

Quia, vt dixi, respondetur, Iudicem posse
358 refrenare talem summā habita ratione per-
sonarum, & subiectæ materiæ, vt in simili ca-
su voluit Corn. in cons. 318. in fin. vol 4. Cautè
igitur procedant in his casibus Iudices, et
359 maxime, quando agitur de magno præiu-
dicio, quia boni Iudices non debent tantum
ad vnam speciem probationis applicare ani-
360 mum, sed ex sententia animi sui existimare
eos oportet, quid aut credant, aut parum
probatum sibi opinentur, vt inquit text. in
l. 3. in princip. vers. tu magis scire potes. ff. de test.
et in l. ob carmen §. fin. eodem titul. nec non in
puncto ratiocinatus est Seraph de priuileg. iu-
rament. priuileg 39. num. 2. versic. quia boni Iu-
dices &c et vide ibi Martin. Beneken. in addit.
in princip. vbi inter cœtera ait, quantitatem
361 rerū furto subtractarum iuramento domi-
ni posse probari. ex ibi allegatis, quod intellige
tamen, quando furtum iam fuit probatum.

Semper enim intrat suprarelatum Iuris
axioma, quod quando non agitur, de substan-
362 tia actus, sed de eius qualitate, seu quantita-
te, tūc leuiores probationes admittuntur, qui-
nimo sufficiunt præsumptiuæ, imo solæ conie-
cturæ, vt constat ex pluribus relatis per Surd.
d. cons. 94. à num. 26. & seqq. vers & sufficiunt
præsūptiuæ probationes, imo sola coniectura &c.
& sic sæpius respondit Rota, & præsertim corā
sa. me. Gregor XV. decis. 468. num. 10. vers. qua-
litas facilius probatur, quàm substantia &c. &
coram Card. Sacrato decis 548. num. 4. vers. cir-
cumstantia facti facilius probatur quàm ipsa
rei substantia &c part. 3. recent. & coram bo. m. e.
Merlino decis. 403. nu. 10. vers. qualitas facilius
probatur, et præsumitur etiam ex leuioribus pro-
bationibus, et coniecturis &c part. 4. recent to. 2.
et coram bon. mem. Vbald decis. 237. num. 7. vers.
cum constet de substantia grani ad probandam
quantitatem debent admitti leuiores probationes
&c. eadem part. 4. tom 2. ibique Rota restatur,
ità sæpè fuisse decisum, et deinde ita etiam fuit
dictum coram Card. Vbald. decis. 87. nu. 13. vers.
ad probandum postea quantitatem sufficiunt
tantū præsumptiones, & coniecturæ &c. part. 6.
recent et coram Reuerendiss. D. Terraconen in
causa Vercellen. Decimarum 31. Maij 1647. §.
Quibus stantibus, vers. nam constante substantia
rei. quantitas contentatur leuioribus probatio-
bus &c. cum alijs ibi allegatis.

Quare

Quarè nunc persistendo in casu nostro, cum
clarum sit, dum agitur, de probanda insinua-
363 tione in donatione excedente legitimam
summam, non tractetur de probanda ipsa do-
natione, sed solùm de docenda illius solemni-
tate, & qualitate, nec ea insinuatio est de for-
364 ma substantiali ipsius donationis, sed accidẽ-
tali, seu extrinseca, vt docui *supra à nu.287.*
ideoque mirum videri non debet, si leuiori-
bus, seu præsumptiuis probationibus de ea
365 doceri possit, et sic ex lapsu 30. annorum
præsumendum est, quod in contractu dona-
tionis interuenerit, *vt benè constat ex relatis*
supra à nu.298. Nec pariter obstat altera op-
positio de qua supra *nu.311.* dum cõsideratur
insinuatio, vti scripturam requirens, & sic non
366 est præsumenda, sed per ipsam scripturam
probanda venit, ita vt gratis allegetur præsũ-
ptio oriens ex diuturnitate temporis.

Respondetur enim talem cõclusionem sibi
367 vsurpare locum, quando scriptura requiri-
tur ad effectum probandi actum ipsum, nam
368 tunc non admittuntur præsumptiones, sed
scriptura est necessaria. Secùs autem, quando
requiritur ad inductionem, seu essentiam
actus, quia tunc dato actu, præsumitur eius so-
369 lemnitas, ad instar sententiæ, in qua requi-
ritur scriptura, *iuxta text. in cap. & si sententia.*
5 ibi, postquam scripta fuerit. ext. de sentent. &
re iudic. & in l. hac lege 2. ibi, scriptasque ex li-
bello partibus legant. & l. statutis, 3. ibi cum
scripta nõ esset, nec nomen quidem sententiæ ha-
bere mereatur. C. de sentent. ex breuic. recitand. et
tradunt Bart. *in l. 1. § fin. num. 2. ff. de hered. in-*
stituend. Marant. *in prax. par. 6. titul. de sentent.*
num. 16 vers. super illa nullitate sententiæ, quæ
non fertur in scriptis &c. cum ibi allegatis, adde
Menoch *de arbitrar. iudic. quæst. 60 à num 4.*
370 Et tamen data sententia præsumitur eius
solemnitas, *vt inquit Abb. in cap. sicut nobis 16.*
col. fin. vers. vel tertiò scriptura de sentent. & re
iudic. quem sequitur *Felin. ibidem circa finem*
vers. signa responsionẽ Abbatis, *& insuper* Felin.
in eodem loco, citat nobilem decisionẽ Rot. *in nou.*
de sentent. & re iudicat. decis. 19 vbi firmatur,
371 sententiam etiam amissam testibus proba-
ri posse, licet illa ad sui essentiam requirat
scripturam, *& videatur ibidem* Add. *in verb.*
probari per testes, & subdit ibi Felin. *in d. cap.*
sicut num. 10. in octaua declaratione, versic. nec
sequitur. Quare nõ sequitur illa conclusio, ali-
quid debet fieri in scriptis, ergo non poterit
372 probari testibus, dat exemplum in appella-
tione, & sententia quæ non possunt in esse de-
duci absque scriptura, & tamen si scripturæ
fuerint factæ, testibus probari possunt, *vt cla-*
re per eum, & plures DD. ad hoc citat. & benè
id deducit *Sebastian* Vant *in tractat. de nullit.*
titul. de nullitat. ex defectu process. &c. num 77
vbi etiam magnificat prædictam *decisionem*
16. in nou. de sentent. & re iudic.

Et in dubiè tenet, licet de substantia sentẽ-
373 tiæ sit vt feratur in scriptis, tamen post quã
lata fuerit, poterit per testes probare, Itaque
sufficit, quod tales testes, se eam legi audiuisse
374 deponant, licet illam non viderint, quia so-
lemnitas scripturæ tali casu præsumetur, *per*
text. in d. cap. sicut, prout præsumeretur, *vt ait*
Bald. in l. sciendum in fin. ff. de verb. obligat. si No-
tarius dixisset, lata, lecta, ac sententialiter pro-
375 mulgata quod tamen intellige verum, quã-
do sententia transiuisset in rem iudicatã, quia
376 tunc ob authoritatem iudicati solemnitas
illius præsumitur *d. cap. sicut. ibi, propter autho-*
ritatem iudiciariam, & in cap. cum inter. 13. ibi,
quæ præsumitur rite &c. de sentent. et re iudic. et
in cap. bonæ. 23. ibi, & pro his, quæ acta sunt à
Iudice præsumitur &c. de elect. & latè discutit
Sigism. Scacc. *de appellat. quæst. 17. nu. 65. et seq.*
377 Nam sententia, quæ transiuit in iudicatum
habetur pro veritate, & facit ius inter partes,
nec vllam admittit in contrarium probatio-
nem, *l. res iudicata. ff. de reg. iur. l. 1. ff. de re iudic.*
cum alijs relatis per Rotam *coram bon. mem.*
Motmanno *decis. 60. nu. 4. vers. pro veritate*
habetur part 6. recent. Et stante cursu longissi-
mi temporis pro ea præsumendum est etiam
378 sine actis, & hoc tam, quoad iustitiã, quàm
quo ad validitatem *ex allegatis per Rotam corã*
Card. Mantic *decis. 296. num. 6. vers. quia cum*
sententia sit antiqua pro ea præsumitur etiam
sine actis, tàm quoad iustitiam quàm, quò ad so-
lemnitatem &c. et coram Card. Caualer. *decis.*
22. num. 5. vers. sententia, cum sit antiqua, vl-
tra 30. annos probant etiam sine processu &c. et
coram bon. mem. Coccino *decis. 1. num. 2. versic.*
pro illa præsumendũ est etiam sine actis &c. part.
6. recent. & coram Eminentiss. D. Card. Otto-
bono *in causa Ariminen. fructuum Census 1ò*
Aprilis 1647. et corã Reuerendiss. D. Terracon.
in causa Vercellen. Decimarum 31 Maij 1647.
§. 1. vers. quæ sententia cum sit antiquissima
probat etiam sine actis, etiam contra tertiũ &c.

Arguo nunc ad casum nostrum, scriptura
in insinuatione donationis requiritur ad eius
379 essentiam, nõ enim esset insinuatio, nisi scri-
ptura esset in actis publicis, igitur dato etiam
quod pro essentia fuerit scripta, poterit per
testes probari, ac etiam præsumi ex lapsu lon-
gissimi tẽporis, *vt firmaui supra nu. 298. et seq.*
quod satis clarè probatur *ex l. donationibus. C.*
de donat. vbi dicitur in donationibus, quæ in
380 actis insinuantur, non esse necessarium vici-
nos, vel alios testes adhibere, nam superfluum
est priuatum testimonium, cum publica mo-
numenta sufficiunt, ecce textus non negat, nec
reprobat testes tanquam insufficientes, et in-
habiles ad huiusmodi probationẽ, sed inquit
eos non esse necessarios, postquam enim est
381 facta scriptura insinuationis, facilè per eam
potest probari, sed non tollitur quin etiam
possit probari per testes, vel præsumptionem
ex diuturnitate tanti temporis causatam,
pro ut in puncto optimè ratiocinatus est Cephal.
in

in consil. 171.*num* 37.*vers. quando scriptura requiritur ad effectum probandi actum &c.*

Eamdemq. opinionem admisit *Apostill. ad*
*Put.decis.*132.*num.* 1.*lib.* 2.*in nou.* in decisione
384 enim, vt iam dixi firmatum fuit, insinuatio.
nem ex lapsu triginta annorum præsumi, et
subdit ibi Apostill. quod articulus ille iterum
fuit propositus in Rota, et iterum fuit resolu-
385 tum insinuationem præsumi, ex ibidem al-
legaris, et deinde sic quoque fuit responsum
*corā bo.me.Card.*Seraph.*dec.*742.*n.*3.*vers.quod*
dicitur de insinuatione, tollitur ex cursu 30.*an-*
norū ante litē, ex quo præsumūtur omnes solem-
nitates à iure requisita inter venisse &c. Vnde
opinio eorum DD. qui tenēt, quod vbi requi
386 ritur scriptura, solemniras non præsumitur
procedit quādo scriptura, requiritur ad proba
tionē, non autē ad essentiam. Item quando vel
nullum tēpus interuenit, vel si interuenit, non
tamen est tēpus 30 annorum, quale tempus
387 omninò requiritur in præsumenda insinua-
tione *vt constat ex pluribus relatis per Anton.de*
Canar. *in tractat. de insinuat. part.* 1. *quæst.* 3.
*num.*7.*et seq.*

Est generalis regula, prædictum tēpus 30.
388 annorum necessarium esse in præsumendis
solemnitatibus extrinsecis, quæ requirūt scri-
pturam. *ad text. in cap. peruenit. et ibi communi-*
ter scribentes. ext. de empt. & vendit. Ruin. *in*
*consil.*70.*num.*9.*vers. tractatur de præsumenda*
solemnitate principaliter, requiritur tunc spatiū
30.*annorum &c. lib.*1. et plenè tractat *Menoc.*
*de præsumpt. lib.*3.*præsumpt.*136.*per tot.* et in
puncto insinuationis, fuit resolutum *in Rota*
coram bon. mem Buratt.*decis.*110.*num.*18.*vers.*
quod tempus triginta annorum generaliter re-
quiritur in præsumendis solemnitatibus extrin-
secis, quæ requirūt scripturam &c. et deciditur
cum in casu illius donationis non essent tran-
389 sacti 30. anni nullatenus præsumi poterat
interuenisse insinuationem. Et quando inci-
piat currere tale tempus, vide *apud Put.d. de-*
*cis.*132.*in fine, lib.*2.

ARGVMENTVM.

Insinuatio donationis, quod præsumatur interuenisse stante spatio 30. annorum est opinio adeo clara, vt nullatenus obnubiletur, ex eo, quia non reperiatur in instrumento donationis apposita, nam cum possit fieri etiam postea, ex hoc non probatur talis negatiua.

Negatiua, tunc probatur ex inspectione instrumenti, quando affirmatiua de necessitate debet probari ex ipso instrumento, sicuti è contra dicitur, vbi affirmatiua, aliter probari potest, quam per certam scriptura, & tunc negatiua non probatur concludenter ex inspectione eiusdem, cum possit adesse in aliqua alia.

Decretū irritans positū in l. sancimus, et in l. illud C. de donat. in terminis quod donatio facta 500. vltra solidos non teneat, si nō sit insinuata, an per illud dicatur inducta forma, ad effectum vt insinuatio, tamquam de forma ipsius donationis, ex tractu temporis, non possit præsumi interuenisse.

SVMMARIVM.

390 *Insinuatio quod præsumatur interuenisse in donatione spatio* 30.*annorum, est opinio irrefragabilis.*

392 *Veritas semper vincit præsumptionem.*

393 *Veritas est filia temporis.*

494 *Solemnitas aliqua, dum debet interuenire in ipso actu, & in instrumento, et ea non reperitur, et tunc negatiua satis dicitur probata.*

395 *ex Instrumenti inspectione probatur negatiua, quando affirmatiua de necessitate debet probari ex ipso instrumento.*

396 *ex Testamenti inspectione probatur an aliquid sit relictum* Titio.

397 *in Actis, si non legatur citatio, probatur negatiua, quod ea non fuit facta*

399 *Solemnitas aliqua, si potest interuenire ante, vel post ipsum actum, tunc non probatur negatiua, ex inspectione scripturæ ipsius actus.*

400 *Solemnitas dum potest interuenire separatim ab ipso instrumento, tunc stante antiquitate temporis præsumitur interuenisse, et quare numer.*401.

402 *Affirmatiua, vbi probari potest aliter, quàm per certam scripturam, tunc negatiua non probatur concludenter ex inspectione eiusdem.*

403 *Opinio illa, quæ concordat opiniones DD. inter se dissentientes debet amplecti.*

404 *Insinuatio potest interuenire etiam post donationem, et num.*405.

406 *Ex decreto irritanti dicitur inducta forma.*

407 *ad Formam probandam non admittitur probatio præsumptiua.*

408 *Actus annullatiuus est signum formæ.*

409 *Insinuatio an sit de forma substantiali, vel accidentali donationis.*

410 *Decreti irritantis robur licet valde potens sit tamen non potest immutare naturam actus super quo, apponitur.*

411 *Decretum irritans sequitur naturam actus super quo imponitur.*

412 *Decretum irritans appositum in dispositione nulla, corruit tamquam accessorium, sicuti ipsa dispositio corruit.*

413 *Decretum irritans nihil operatur, dum dubitatur an, intret dispositio principalis, cum illud sit accessorium.*

414 *Decretum irritans tamquam accessorium non potest aliquid ad infringendam naturam principalis dispositionis.*

415 *Decretum irritans, quod possit inducere formā, id est intelligendum de forma accidentali, sed non substantiali. et num.*417.

416 *Forma alia est accidētalis, et alia substātialis.*

418 *Forma, quam inducit decretum irritans, famulatur dispositioni principali.*

419 *De.*

419 *Decretum irritans, cum sit accessorium dispo-*
sitioni cui adijcitur ideo ei quis potest renun-
ciare, si talis sit natura principalis dispositionis.
420 *Insinuationis donationis natura non dicitur*
immutata, ex decreto irritanti, posito in l. san-
cimus, & l. illud. C. de donat.
421 *Insinuatio, cum non sit de forma substantiali*
donationis, præsumi potest interuenisse spatio
30. annorum.

CAPVT XCIX.

Conclusio illa satis celebris, de qua latè
diximus supra, quod insinuatio dona-
tionis excedentis legitimam summam, vtique
præsumatur interuenisse spatio 30. annorum
390 vt magis irrefragabilis reddatur, respon-
dere putaui valido motiuo illi contrario, de
quo supra *nu.* 305. nempe si ex lectura instru-
391 menti donationis appareat nõ interuenisse
insinuationem, nullo modo ex cursu cuiusuis
temporis potest præsumi illam interuenisse,
392 cum per rei euidentiam habeamus verita-
tem, quæ semper vincit præsumptionem, et
maximè ex tempore resultantem, cum & ve-
393 ritas filia tẽporis dicatur. Tamen satis vali-
da distinctione poterit satisfieri tali obiectio-
ni, aut enim aliqua solemnitas debet interue-
394 nire in ipso actu, et tũc si in instrumento cõ-
tractus de ea non appareat, et hoc casu nulla-
tenus cursu temporis poterit præsumi, nam
negatiua tunc probatur ex inspectione in-
395 strumenti, quando affirmatiua de necessitate
debet probari ex illo instrumento. *secundum*
Bart. in l. fin. C. de reb. credit. vbi dicit, quod ex
lectura testamenti probatur, quod Titio nihil
396 est relictum, si eo inspecto. nihil ei legatum
reperiatur, *et dicit idem* Bart. *in l. bi, qui ad ci-*
uilia. col. 2. in fin. C. de appellat.

Quod si in actis non legatur citatio, proba-
397 bitur ex illorũ inspectione, aliquem non fuis-
se citatum *adtextum in cap. quoniam contra.*
vbi DD. ff. de probat. Afflict. decis. 107. *numer.* 5.
vers. ex facie instrumenti apparet, quod non in-
terfuit citatio &c. Rot. *decis.* 64. *num.* 2. *vers. ex*
inspectione actorum apparet, quod Monachi non
fuerunt citati &c. part. 2. diuers. et coram bon.
mem. Pirouano *decis.* 411. *num.* 1. *vers. defectus ci-*
tationis probatur eo ipso, quod facta reuolutione
processus non reperitur in actis &c. par. 1. recent.
et coram Card. Sacrato *decis.* 419. *num.* 1. *versic.*
citationis defectus probatur ex reuolutione acto-
rum &c. part. 3. recent. & sic sæpius Latè videa-
tur *Herculan. in tractat. quis teneatur probar.*
negat. num. 167. *et num.* 176. qui plures casus
cains ad hoc adducit, et in puncto optimè
398 animaduertit R.P.D. Ferentill, *in annotat. ad*
dec. Buratt. 120. *in littera G. n.* 41. *vers. solemni-*
tas debet interuenire in ipso actu, et tunc in in-
strumento de ea non fit mentio, cursus temporis
non sufficit ad præsumendum eam &c.

Aut verò solemnitas aliqua potest interue-
nire ante, vel post ipsum actum, sicut est casus
399 noster, insinuationis, scilicet, in donatione
excedente legitimam summam, et tunc quia
talis solemnitas potest interuenire separatim
400 ab ipso instrumento, negatiua non erit per
inspectionem ipsius instrumenti probata, quia
non probat nisi de tempore, quo illud factum
est, ideoque quatenus non legatur in instru-
401 mento, præsumitur tamen propter antiqui-
tatem temporis interuenisse, quia potuit post
contractum adhiberi, dum separatim ab ipso
402 actu potuit expediri, itaque vbi affirmatiua
potest probari aliter, quàm per certam scrip-
turam, negatiua non probatur concludenter
ex inspectione eiusdem, *ita declarant* Bald. *in*
l. fin. num. 7. vers. nam quando. ergo. C. de reb. dub.
& alij relati per Rotam decis. 502. *num.* 8. *vers.*
negatiua non probatur concludenter ex inspectio-
ne scripturæ &c. part. 1. recent. & adde Surd. *in*
consil. 28. *num.* 16. *vers. solemnitas est talis, quæ*
potuit adhiberi ante, vel post contractum &c. &
& subdit, quod hæc opinio, seu distinctio sem-
403 per ei placuit, quia est rationalis, et est te-
nenda tamquam concordans contrarios DD.
opiniones, et in puncto insinuationis, vt ne-
gatiua illius nequaquam probetur, licet ex
lectura instrumenti donationis, appareat non
404 interuenisse quia ea potest etiam post dona-
tionem ipsam adhiberi, et sic præsumi possit
interuenisse stante cursu 30. annorum *optimè*
ratiocinatus Cephal. *in consil.* 170. *nu.* 23. *vers.*
per instrumenti donationis inspectionem non pro-
batur negatiua, quod insinuatio non fuerit fa-
cta &c. et in consil. 171. *nu.* 40. *versic. solemnitas*
potest interuenire separatim ab instrumẽto, quia
præsumitur licet in d. instrumento non continea-
tur &c. et in supradictis terminis procedit do-
ctrina R*oland. et aliorum, ab ipso allegatorum,*
in consil. 99 *num.* 33. *et* 34. *vers. non sequitur, de*
solemnitatibus non dicitur in instrumento, ergo
non interuenerunt &c. lib. 2.

Demum non resistit, huic nostræ conclusio-
405 ni, quod ex lapsu 30. annorum præsumatur
interuenisse insinuatio, si consideremus ipsam
insinuationem, vti solemnitatem formalem,
saltem ex eo, & animaduerti supra *num.* 232.
quia *text. in l. sancimus. C. de donat. & in l. illud*
C. de sacrosanct. Eccles. disponunt, vt donatio-
nes excedentes legitimam summam insinuẽ-
406 tur, & vltra procedunt annullãdo donatio-
nes aliter factas, Vnde ex tali decreto irritãti
censetur inducta forma, *vt dixit Rota coram*
bo. me. Pirouano *decis.* 277. *num.* 13. *vers. ex pœ-*
na nullitatis colligitur forma &c. part. 6. *recent.*
& pleno calamo plures DD. & decisiones de-
duxi *in annotat. ad decis.* 342. *num.* 70. *vers. fa-*
teri etiam inuitis dentibus quilibet debet, quia
in eo adest clausula annullatiua, cum decreto
irritanti, ex quibus inducitur forma &c. Qua-
407 re eum forma omnino probari debeat ad
validitatem actus, quo casu sat non est pro-
batio

Digitized by Google

batio præsumptiua, ex cursu temporis resultans &c. Pro responsione enim animaduerto, actum annullatinum esse signum formæ, &
408 sic solemnitatis formalis, sed difficultas stat, vtrum solemnitas ista sit substantialis, vel accidentalis, quod enim insinuationis solemnitas non sit solemnitas substantialis, benè probatur ex eo, quod iam dixi supra à *num.287.*
409 quia potest interuenire post actum, vnde non potest dici de illius substantia, cum donatio possit sine ea concipi, *cum alijs, vt in d. loc.*

Decretum verò irritans, quantumuis mirabilis virtutis ad roborãdum actum super quo
410 imponitur, sit, multaq; operetur circa illius annullationem, non tamen est tantæ potentiæ, vt possit confundere naturam dispositio-
411 nis eius, super qua imponitur, sed illam sequitur. Prob. ad Monach. *in cap. tibi, numer. 21. de rescript. in 6. cum alijs allegatis per Gabr. de claus. conclus. 3. num. 82. & per re.me* Theodosium Rubeum *Patrem meum tom. 2. Singular. Rot. Roman. part. 4. circa clausul. ex Rot. Rom. claus. 258. num. 21. vers. decretum irritans tamquam accessorium &c.* adde *Cassador. decis. 10. num. 4. de regul.* Cancell. *Rota coram Card.* Sacrato *decis. 44. num. 5. part. 3. recent.* vbi dicitur
412 quod decretum irritans appositũ in dispositione nulla, corruit tamquam accessorium, sicut corruit dispositio, *& idem fuit dictum coram eodem decis. 523. num. 3. vers. cum decretũ irritans sit accessorium &c. eadem part. 3. recent.*
413 Quare decretum irritans nihil operatur, dũ dubitatur an intret dispositio principalis, cũ illud sit accessorium, vt aduertit *Rota coram Reuerendiss.* Terracinen. *decis. 103. nu. 27. vers. nihil operatur decretum irritans &c par. 7. recẽt. & coram Reuerendiss.* Terraconen. *in causa Perusina Spolij 18. Iunij 1642. §. Quo vero versic. nec dictum decretum irritans potest anaullare processum, nec claudere os Iudici, vel parti &c. & ita sæpe sæpius fuit decisum in Rota,* itaque
414 decretum irritans tamquam accessorium non poterit alterare naturam principalis dispositionis.

Quare aut errant, qui contrarium firmare
415 intendunt, aut verò intelligendi veniunt, vt quatenus decretum irritans inducat formam, id verum sit de forma non substantiali, sed accidentali, *vt distinguit Bald. in l. 2. nu. 6. vers. & scias. C. quand. prouocar. non sit necess.* & tradit *Brun. in tractat. de form. sub rub. Quotuplex est form. & solemnit.* vbi distinguit formã
416 substantialem, ab accidentali, *& benè considerauit* Menoch. *in consil. 134. nu. 35. vers. cum clausula annullatiua non possit immutare naturam actus, cui apponitur &c.* & postea subdit,
417 quod qui dicunt ex decreto irritanti induci formam, vel errant, vel forma accidentalis est nuncupanda. Et quod forma, quàm inducit
418 decretum irritans famuletur dispositioni principali, inquit *glos. in cap. significantibus. de offic. delegat.* Put. *decis. 253. num. 4. lib. 1. & decis. 213. lib. 2. & fuit dictum coram R. P. D.* Bichio. *in causa Romana Vineæ 23. Iunij 1642. §. Qua conclusio. vers. formamque quam inducit decretum irritans famulatur dispositioni principali &c.* Vbi etiam asseritur, cum decretum
419 irritans sit accessorium dispositioni, cui adijcitur habet in vẽtre eamdem conditionem in dispositione facta fauore priuato, tacitè sub intellectam, nempe, si impetrans vti velit. *Couar. in cap. quamuis pactum. part. 2. §. 2. num. 6. de pact. in 6. & pract. quæst. cap. 9. nu. 7* Gomes. *in regul. de triennal. quæst. 49. numer. 11. & 12.* Gonz *super regul* 8. *Cancell. glos. 67. numer. 52. & 53.* Gratian *discept. forens. 516. nu. 8.* Rom. *cons. 330. num. 13.* Rebuff. *cons. 16. num. 3. & 4.* Caputaq. *decis. 249. part. 1.* Put *decis. 8. num 2. lib. 2.* Crescent. *decis. 4. sub nu. 3. de priuil. Card.* Caual. *decis. 404. num. 4.*

Ex supradictis ergo concludi potest, insi-
420 nuationis naturam non fuisse immutatam, ex decreto irritanti, *de quo in d. l. sancimus. & in d. l. illud.* & sic cum illa non sit de forma
421 substantiali donationis, rectè præsumi potest interuenisse ex cursu 30. annorum, quale tempus sat est, ad præsumendam solemnitatẽ extrinsecam, vt supra dictum est,

ARGVMENTVM.

Defectus insinuationis donationis excedentis summam 500. solidorum an dicatur sanatus per iuramentum, & tunc verè opinio affirmatiua absque controuersia transit, quando in specie solemnitati insinuationis fuit renũciatum, quidquid sit, si in genere fuerit iuratum non contrauenire donationi.

Statutum, si disponat, quod iuramentum in cõtractibus habeatur pro apposito, & tunc licet tale iuramentum parturiat effectum ciuilem, quo ad homines, non inducit tamen sacramẽtum, & religionem iuramenti formalis erga DEVM, nec transgrediens efficitur periurius.

Donatio facta Ecclesiæ, vel aliàs ad pias causas, si excedat 500. solidos verum insinuanda veniat, & quamuis multi DD. quærant satis colloratè demõstrare, quod talis donatio inclusa etiam sit sub dispositionibus requirẽtibus insinuationem, tamen falluntur, cum veritas satis apparenter militet in contrarium, et adducuntur rationes satis apparentes.

SVMMARIVM.

421 *Renunciari, an possit validè legibus loquentibus de insinuatione per iuramentum.*
422 *Insinuationis donationis defectus, quod tollatur iuramẽto est opinio irrefragabilis, cui assistit innumera caterua DD. & vide nu. 423. 424. 425. & seq.*
426 *Iuramentum, quod suppleat defectum insinuationis, tenent diuersa Orbis Tribunalia,*

& sic tenet Camera Imperialis. numer. 427. & Rota Romana, num. 428.

419 *Iuramentum, quod suppleat defectum insinuationis est opinio verior, & communior. & num. 430*

431 *Insinuatio quod suppleatur per iuramentum, tunc id transit sine pugna, quando in specie renunciatum est tali solemnitati.*

435 *Insinuationis donationis defectus an dicatur sublatus per simplex iuramentum positum in donatione de non contraueniendo.*

436 *Donans non obstante clausula generali iuramenti, potest dare de defectu insinuationis donationis. et num. 437.*

438 *Iuramentum generale, tunc multo minus supplet defectum insinuationis donationis, dū ex forma statuti iuramentum habetur pro apposito. & nu. 439.*

439 *Clausula iuramenti, licet pariat effectum ciuilem iuramenti, erga homines, non tamen parit erga DEVM.*

440 *Iuramentum habitum pro praestito cum verè non dicatur praestitum, eius transgressor non dicitur periurius.*

Absolutio iuramenti, non est petenda, si verè non fuit iuratum, dum tantum fingitur iuramentum.

441 *Insinuationi, quando fuit renunciatum iuramento, in specie, quid id operetur.*

442 *Insinuationi donationis, quando fuit renunciatum per iuramentum in specie, tunc sine dubio, illa suppletur per iuramentum.*

443 *Insinuationis defectus, tunc suppletur per iuramentum, quando agitur inter donantem, et donatarium, sed secus in praeiudicium tertij.*

444 *Iuramenti natura est, quod effectum non producat respectu tertij.*

445 *Vltima debent correspondere primis.*

446 *Donatio ad pias causas, si excedat 500. solidos, an requirat insinuationem.*

447 *Insinuatio, quod requiratur in donatione ad pias causas excedente 500. solidos multi DD. firmiter tenent, sed reijciuntur.*

448 *Insinuatio, quod non requiratur in donatione excedente 500. solidos, si sit ad pias causas, est opinio, quae in vanum ponitur in controuersiam.*

449 *Insinuatio donationis, cum sit inuentio iuris Ciuilis, non attenditur in donationibus pijs.*

450 *ad Finem spiritualem salutis animae, ea, quae spectant non attenditur in eis ius ciuile.*

451 *ad Donationes pias faciendas sine insinuatione Ius Ciuile non potest apponere manus.*

452 *Insinuationem Ius Ciuile ideo requirit in donationibus, quia suspicatur de aliqua fraude, quae suspicio cessat in donationibus pijs.*

453 *Insinuatio ideo adhibetur in donationibus, vt compescantur effrenatae donationes.*

454 *in Donationibus ad pias causas potest quis facere de omnibus bonis suis, nec subiecta erunt insinuationibus. & quare.*

455 *Personam suam, dum quis potest vouere alicui monasterio, ergo multo magis omnia eius bona.*

456 *in Donationibus pijs, cum non possit considerari aliqua prodigalitas, ideo non requiritur insinuatio.*

457 *ad Pias causas, quando aliquid donatur optima mensura, quae sit.*

458 *Donatio ad pias causas facta, quod valeat sine insinuatione. est opinio verior, & communior, vt plures DD testantur.*

460 *Insinuatio, si requireretur in donationibus ad pias causas esset contra praeceptum Euangelicum, quod opera charitatis occultè fiant.*

461 *Eleemosynam, quando quis facit, non debet canere tuba.*

462 *Eleemosyna quando fit, sinistra non debet scire, quid faciat dextera, & qualiter id intelligatur.*

463 *Donationes ad pias causas. si essent insinuandae, facile dum illa publicatur coram Iudice, alijsque personis, facile quis sentiret vanaegloriae fumum.*

464 *Opera pia non praeconizanda sunt, cum tubis armorum, inscriptionum &c.*

465 *Arma imponere in operibus pijs, quādo ex hoc non perdatur meritum. & nu. 467.*

468 *Meritum perdit, qui facit aliquod opus pium, & insignia apponit.*

469 *Constantinus Imperator, quamuis plura templa sacra Romae, & in Orbe Romano aedificauerit, nullibi tamen sui memoria reperitur. & num. 471.*

471 *Ecclesiam, vel Capellam fundans, si ibi apponat nomen, siue arma, perdit meritum.*

472 *Ecclesiam, vel Capellam fundans, si reseruet iuspatronatus sibi, suisque perdit meritum.*

473 *Fundans, vel dotans Ecclesiam, vel Capellā, nullo sibi reseruato iurepatronatus, an argui possit illud remisisse, et quare.*

476 *Iuspatronatus fundans absque reseruatione praesentationis, nihilominus et debetur. & ex effectu id cognoscitur. & nu. 475. & 476.*

477 *Fundans Ecclesiam, vel Cappellam plus promeretur apud DEVM. si nō reseruauerit sibi iuspatronatus, quàm si reseruauerit. et n. 473.*

478 *Ecclesiam, vel Capellam fundans, & dotans ex quo arguatur nō habuisse animum, sibi ratione maioris boni reseruare iuspatronatus.*

Iurispatronatus acquisitioni, quae rationes, siue causae, videantur contrariae. & nu. 478.

479 *Anima deuota occultat bona sua, vt laudes non audiat, et surda ad hoc est, vt aspis.*

480 *Laudibus quis incantatur, vt mala sua non videat, & de bonis operibus se extollat.*

481 *in India extremis partibus adsūt homines sine ore, corpore toto hirsuto, solo halitu viuentes.*

482 *Et isti aequiparantur vanagloriae cupidis. & numer. 483.*

484 *Eleemosynam ad pompam facientes potius demerentur, quàm merentur.*

485 *Munus absconditum extinguit iras, & donū in sinu indignationem maximam.*

486 Opera

Google

486 *Opera pia, sunt tamquam tuta via, quæ ducit ad Cœlum.*

487 *Vanagloriæ malignis tentationibus magnanimi est resistendum.*

488 *Israeliti, dum reedificabant Templum Hierosolymitanum, timore Samaritanorum, eis insidiantium quid faciebant.*

489 *Opera pia, ne sentiant fumum vanagloriæ, quid sit faciendum.*

490 *Occasio vanagloriæ omnis est tollenda.*

491 *Miracula multa, licet CHRISTVS fecerit, liberando tot personas à malo, nullus tamen eorum voluit in sua sequela. & num.492. & quare num.494.*

495 *Stultitia humana non risu, sed amaro fletu digna.*

496 *Memoria ambitiosa in operibus pÿs non est, quærenda, & quare.*

497 *Laudari velle, vbi quis non est permansurus, & cruciari, vbi in æternum erit, stultitia summa est.*

498 *Præmium bonorum operum per vanangloriã factorum facientes, iam receperunt.*

499 *Humana cuncta fumus, vmbra, vanitas, & scena imago. & vno verbo, nihil, præter amare DEVM.*

500 *Sublunaria omnia tenui filo pendent, & vanitas vanitatis, & omnia vanitas.*

CAPVT C.

TEmpus iam est canere tubam receptui,
& sic liber; ac expeditus de supradictis
obstaculis, reassumo perplexam illam, ac satis
inuolutam controuersiam, an iuramento pos-
421 sit renũciari validè insinuationi, seu legibus
de ea loquentibus, & iam secundum tutiorem
& communiorem opinionem, saltem fauore
religionis affirmatiuam firmaui sententiam,
vt habetur supra *à num.*250. quare nunc præ-
ter rationes iam supra adductas, quæram eam
circumuallare, & magis tutiorem reddere
422 assistentia, & auctoritate irrefragabili nu-
merosæ, ac inuitæ cateruæ Doctorum, atque
Decisionum diuersorum Supremorum Orbis
Tribunalium, Recuso tamen hic annectere
tres, aut quatuor integras columnas Docto-
rum, quorum mirabilis est numerus, qui præ-
423 dictæ opinioni opitulantur, cum id potius
laboriosum, quàm vtile existimem, ideoque
sat erit adducere plures, qui dictam congeriẽ
conscripserunt, Vnde videatur *Horat. Mandos. in addition. ad Roman. cons.26. in litera C. verb. Iuramento. vers. alÿ verò, & quidem prioribus plures tenent insinuationis defectum iuramento suppleri &c.* ibique ad nauseam vsque
adducit DD, sicuti etiam fecit Tiraquell. *ad leg. si vmquam. in præfation. num.*147. *vers. iuramento renunciari legibus loquẽtibus de insinuatione &c. C. de reuocand. donat.* ibiq; *integras columnas DD. ad hoc adducit,* ita pariter se gessit
Gabr. Rom. in suis commun. conclus. lib.3. titul. de donation. conclus.1. nu.72. vers. iuramentum supplet defectum insinuationis &c. vbi ad sa-
tietatem quoque. Alios DD. vide *apud* Sera-
phin. *de privileg. iurament. privileg.73. num.4. vers. si in huiusmodi donatione interuenit iuramentum, substinetur absque insinuatione &c. ibiq;* Martin. Beneck. *in addition. ad num.3. vers. donatio iurata, etiam vltra quingentos solidos, valet in totum licet nõ sit insinuata &c.* moreq;
solito affluentes DD. adducit, inter quos plu-
res de communi, & magis communi testãtur,
sicuti etiam fecit Virg. Boccat, *in Constitution. March. glos.5. nu.6.* vbi refert omnes ferè Do-
ctores pro, & contra, & de magis communi
testatur, *& adde* Ceuall. *commun. contra commun. quæst.22. sub num.13. vers. donationem iuratam non egere insinuatione &c.* vbi hãc opi-
424 nionem affirmatiuam retinet tamquam ve-
riorem, & cõmuniorem, plenè pariter videa-
tur *apud Gratian. discept. forens. cap.531. nu.94. vers. nam tunc per iuramentum renunciatio insinuationis confirmatur &c.* vbi copiosè plures
DD. allegantur, & affirmatur, prædictam esse
magis communem opinionem, ac veriorem
tàm Legistarum, quàm Canonistarum. Sicuti
etiam attestatur *Fontanell. de pact. nuptial. claus.4. glos.29. à num.5.* vbi plura, & benè de-
clarat hanc materiam. adde *Cancer. variar. resolut part.1. cap.8. titul de donat. à num.5.* vbi
affirmat licet ardua sit quæstio, tamen veritas
425 est, quod iuramentum supplet defectum in-
sinuationis, & ad hoc plena manu plures ce-
lebres DD. adducit,

Nec deest auctoritas Supremorum Orbis
426 Tribunalium in practica dictam opinionẽ
comprobantium, *& præsertim* in Rota Mace-
raten. *penes Thomat. decis.68. num.45. vers. tollitur omnis defectus insinuationis iuncto maximè iuramento &c.* in Rota Perusina *apud Ioseph. Ludouis. decis.66. num.2. vers. virtute iuramenti non opus est alia insinuatione &c. & testatur de magis communi opinione, ita pariter iudicauit* Rota Patauina, *teste Marc. Anton. Peregr. decis.91. num.7. vers. stante iuramento &c. vbi affirmat. hanc esse communem conclusionem Canonistarum, ac Legistarum &c* & in Rota Flo-
rentina, *vt scribit Hieronym. Magon. decis.74. num.22. vers. mediante iuramento, per quod suppletur insinuatio &c. & testatur de magis communi opinione, sic quoque fuit firmatum* in Se-
natu Grationopolitano, *vt affirmat Guido-pap. decis.350. num.2. vers. vbi interuenit iuramentum valet, & tenet renunciatio insinuationis &c. necnon* in Senatu Neapolitano, *penes Anton. Capyc. decis.159. num.31. vers. quando iuramentum est interpositum in donatione non obstat defectus insinuationis &c. et iterum in eodem* Senatu Neapolitano *fuit decisum teste D. Regente Hectore* Capyc. *Latr. decis.156. numer.19. vers. iuramentum supplet defectum insinuationis &c, lib.2. & affirmatur, verissimam*

esse præd ctã conclusionem in iure &c. *Idem fuit*
iudicatũ in Rota Bononien. *penes Cas. Barz.*
decis.25.nu.49.& 53. vbi dicitur, quod pro ea
opinione fuit iudicatũ, *& idem tenet* Senatus
Cathaloniæ, *vt per Ludouic à Peguer dec. 150.*
vol.1. et testatur Fontanell. de pact. naptial.
claus.4.glos.29 num.6. vers defectus insinuatio-
nis suppletur per iuramentum, & est opinio ap-
probata à nostro egregio Senatu &c.

Eamdemque sententiam approbauit Ca-
427 mera Imperialis, affirmante *Andr. Gaill. in*
suis obseruat. Imperial. lib.2 obseruat.39.nu.12.
vers.valere donationem cum iuramento absque
insinuatione &c. vbi etiã affirmat, quod om-
nes DD. eam opinionem attestantur commu-
nem, & simul respondet contrariis. Demum
428 sic sæpè, sæpius resolutum fuit in Supremo
Rotæ Romanæ Auditorio, *& præsertim penes*
Caputaquen. *decis.286.numer.1. vers.donatio*
iurata non eget insinuatione, quia iuramentum
illam supplet &c. & asseritur hanc esse com-
munem opinionem. *idemque fuit decisum corã*
*bo.mem.Card.*Seraph.*decis.472.num.14.vers.sic*
regulam esse, quod iuramentum suppleat defe-
ctum insinuationis &c. & corã eodem decis.801.
num.5.vers.obiectum insinuationis non obstare,
stante iuramento &c. et iterum coram eodem
decis.1184.num.14.vers.defectus allegatus insi-
nuationis Rota censuit suppleri iuramento &c.
& affirmatur, ita sæpè fuisse in Rota decisum
et deinde idem fuit firmatum coram sanct. mem.
Gregor.XV. *decis.391.num.5. vers.non obstat*
defectus insinuationis, stante illius iuramẽto &c.
et ibi Beltramin. *in annotation. in litera B n.10.*
fidem facit Rotam pluries tenuisse prædictã
opinionem, & ad hoc plures decisiones cumu-
lat, & deinde sic quoque fuit *admissum coram*
*bo.me.*Buratt.*decis.76.num.12.vers.indubitan-*
ter suppletur, quando insinuationi fuit renun-
ciatum cum iuramento &c. & testatur de rece-
ptissima sententia, & alias decisiones, qui vi-
dere desiderat, habentur relatæ *per R. P. D.*
Ferentillum *in annotat. ad eumdem Buratt.de-*
cis.924.num.28. vers.insinuatio non requiritur
stante iuramento &c. vbi ait, veritatem esse
429 iuramentum supplere defectum insinuatio-
nis, & testatur de communi, & magis cõmuni,
et quod sæpissimè sic resolutum fuisse in Rota,
amplè attestatum habetur coram bo. me. Cocci-
no, *in decis.58.nu.53.vers.stante iuramento non*
requiritur insinuatio &c. par.6.recent. vbi etiã
testatur de veritate huius opinionis, & post
430 relatas plures decisiones, in fine fidem fa-
cit, sic sæpissimè fuisse decisũ *in Rota.* Et quod
præfatam opinionem Rota semper sequatur,
*fuit dictum coram bo mem.*Pitonano *decis.578.*
nu.3.vers.defectus insinuationis non obstat stan-
te iuramento &c, & deinde sic quoque fuit iu-
dicatum *coram bon.me.*Arguelles *in causa An-*
conitana Dotis 17.Iunij 1647.§.et licet insinua-
tio. vers. suppletur iuramento &c. et recentius
*coram R.P.D.*Albergato *in causa Cæsenaten.*
Bonorum 15.Maij 1651. §.Nec obstat præten-
sus insinuationis defectus. vers.iuramento, quod
tam suppletur &c ibiq. alia decisiones allegãtur.

Indubitanter quidem, & absque vlla con-
trouersia transit prædicta opinio, in casu quo
specialiter fuit renunciatum insinuationi, quo
casu ferè nullus est, qui dubitet, *vt animaduer-*
tit Clar. *in §.donatio quæst.18. num.2.* vbi ait,
tunc sine dubio insinuationem suppleri iura-
431 mẽto, quando in specie fuit insinuationi eo
mediante renunciatum, & quod casus iste ca-
reat dubitatione, testatur *cum ibi allegatis*
Gabr. *lib.3.titul.de donat. conclus.2. numer.73.*
vers.quando esset solemniter renunciatum insi-
nuationi. & postea super illa iuratum &c. &
comprobat *Plot in consil 79 num.6.vers.iura-*
mentum simplex non supplet defectum insinua-
tionis &c. & affirmat, prædictam esse commu-
432 nem opinionem, et quod sit tàm Legistarũ,
quàm Canonistarum receptam cõclusionem,
attestantur *Corn.in cons.69.num.16. vers.quã-*
do non est renunciatum specificè cum iuramento
videtur magis communis opinio et legistarum, et
Canonistarũ, quod iuramentum non valeat &c.
et Menoch. *consil 451.num.28.vers.hanc esse re-*
ceptam opinionem, Legistarum, et Canonista-
rum &c. vbi ait, tunc iuramentum tollere
defectum insinuationis, quando donans ipse
433 in specie renunciauit insinuationi adhibito
iuramento, & sic tenent plures alij allegati
per Magon. d decis.Florentin.64. num.23.vers.
nisi specificè renunciatum sit cum iuramento in-
sinuationi, et iuribus de insinuatione loquenti-
bus &c. Et supradicta opinio, quod eo casu
434 sine pugna transeat, testatur *Rota coram bo.*
*mem.*Buratt. *d.decis.76. nu.12 vers.indubitan-*
ter suppletur, quando insinuationi in specie fuit
renunciatum cum iuramento &c. ibique plures
DD. allegantur.

Verum dubium ingens est, quando tantũ
absque alia renunciatione insinuationis, in-
teruenit simplex iuramentum, illud sit potens
435 ad tollendum defectũ prædictæ insinuatio-
nis, in donatione excedente legitimam sum-
mam, et audacter muniens non improbabili-
bus rationibus negatiuam partem tuetur ad
longum *Phan. de Phanucijs in tractat. de inuen-*
tar. quæst.7. à num.187. vsque ad nu.195. est in
magn.tractatib.tom.8 part.2.fol.317. vbi etiam
subdit, quod ita sentẽtiauit cũ Rota Senense,
quod donans non obstante clausula generali
iuramenti, potest dicere de nullitate dona-
tionis ob defectum insinuationis quæ senten-
436 tia fuit postea confirmata per Rotã Floren-
tinam, eamdemque opinionem, quod solùm
iuramentum de non contraueniendo nõ suf-
ficiat, nisi renunciatũ sit legibus de insinua-
437 tione loquẽtibus, quia in tali specie loquitur
primus assertor dictæ opinionis, quod iura-
mento possit renunciari insinuationi, qui fuit
Io. Andr. in addit. ad Speculat. in titul. de instru-
ment edit. §.porro. in vltim. addit. plures DD.
tenue-

ten:ierunt, eamque moderarunt, qui recen-
sentur *per Marc. Anton. Peregrin. decis. Patauin.
91. num. 8. vers. plerique teneant, solum iuramen-
tum de non contraueniendo donationi, non suffi-
cere, nisi sit renunciatum in specie &c.* aliosque
refert Gratian. *discept. forens. cap. 531. num. 34.
versic. specialiter sit renunciandum &c.* et ita
sensit D. Regens Capyc. Latr. *decis. Neapolitan.
156. nu. 24. vers. qua tamen dubia quæstio pro-
cedit in eo, quando simpliciter in donatione appo-
nitur iuramentum &c.* Scio multos DD. con-
trarium sensisse, scilicet per iuramentum ge-
nerale de non cōtraueniendo donationi sup-
438 pleatur defectus insinuationis, et præsertim
id fouet *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos.
29. nu. 25. cum pluribus ibi relatis*, et in eandē
opinionem videtur inclinatum per Rotam, vt
apparet *in causa Camerinen. Donationis 4. Maij
1640. coram bo. me.* Pirouano. *§. Neque etiam
obstat. vers. ex vi iuramenti in eadem donatione
appositi per donatorem de non contraueniendo
sanatur defectus insinuationis &c.* et ibi aliæ
decisiones allegantur.

Sine scrupulo tamen supra relatam nega-
tiuam conclusionem admitterem, quādo tale
439 simplex, ac generale iuramentum non esset
corporale, sed ex forma alicuius statuti, iura-
mentum in contractibus pro adiecto habere-
tur, quia tunc quantumuis pariat effectum
440 ciuilem iuramenti erga homines, nō tamen
inducit sacramentum, et religionē iuramenti
formalis erga DEVM, adeout transgressor
dicatur periurius, et sic nulla opus est abso-
lutione, *ex traditis per* Natt. *consil. 479. nu. 12.
versic. habet omnes vires iuramenti præter reatū
periurij &c. et cons. 480. numer. 24.* Port. Imol.
consil. 19. num. 37. in fin. Surd. *consil. 154. num. 2.
et dec. 108. sub nu. 4.* Cyriac. *controuers. cap. 232.
nu. 32. et cap. 322. num. 35. part. 2.* et respondit
Rota coram re. me. Merlino *decis. 26. numer. 49.
versic. clausula iuramenti parit quidem effectum
ciuilem erga homines, sed non inducit Sacramē-
tum erga DEVM, adeout transgressor sit periu-
rius, et sic nulla opus est absolutione &c. part. 6.
rec. inter eius impress. est decisio 49. num. 306.*

Cæterum quoque animaduertendum ve-
nit, quod defectus insinuationis suppletur per
441 iuramentum speciale, si agatur inter dona-
torem, & donatarium, sed secus erit, dum age-
retur de præiudicio tertij, quia talis donatio
442 excedens quingentos aureos, licet iurata,
in excessu non valebit in præiudicium tertij,
vt puta creditorum donatoris, Cum extra
omnem aleam sit, quod quando contractus
infirmatur ob fauorem tertij, numquam vigo-
443 re iuramenti contrahentium, in tertij detri-
mentum confirmatur, cum, & hæc sit natura
iuramenti, quod effectum non producat res-
pectu tertij. Quod optimè probatur *ex text.
in cap. cum contingat 28. in fin. de iureiur.* & in
puncto casus nostri bene deducit *Cancer. va-
riar. resolut. part. 1. cap. 8. de donat. sub numer. 5.
vers. bene conclusionem intellige in præiudiciū
donantis, nō autem in præiudicium tertij, veluti
creditorum &c.* & latè id probat, & pluribus
rationibus, & auctoritatibus tuetur *D. Regens
Capyc. Latr. decis. Neapolit. 156. à num. 25. vers.
renunciatio insinuationis cum iuramento, non
potest donationem validam facere, nisi inter do-
nantem, & donatarium non autem respectu cre-
ditorum &c.* et pariter in terminis insinuatio-
nis donationis, vt stante iuramento non dica-
444 tur talis defectus sanatus in præiudicium
tertij, respondit *Rota decis. 382. num. 13. vers.
dictum iuramentum nihil operatur in præiudi-
cium tertij &c. part. 5. recent.* et fuit resolutum
*coram bo. me. Arguelles in d. causa Anconitana
Dotis 27. Iunij 1647. §. & licet. vers. insinuatio
non suppleretur per renunciationem factam cū
iuramēto, quo ad creditores &c.* Plures alias li-
mitationes ad dictam regulam possem addu-
cere, sed quia fini propero alibi eas reseruo.

Asseuerandum illud tantum mihi est, cum
in magna parte huius voluminis tractetur de
445 dispositionibus ad pias causas ordinatis,
ideoque vt vltima correspondeant primis, et
medijs, curiosè inquiram, an donationes, quę
446 fiunt ad pias causas, quatenus excedant sū-
mam 500. solidorum, validæ sint absque alia
insinuatione, militantibus tot earum priuile-
gijs, et prærogatiuis, de quibus latè diximus
447 supra. Sunt multi quidem, qui affirmatiuā
opinionem tuentur, et quidem adsunt quam-
plures, quos *refert Tiraquell. de priuileg. pia
caus. priuileg. 127. in princip. & adde* Anton.
Gabr. *de donat. conclus. 1. sub num. 26. vers. con-
trarium,* vbi alios refert, et ad hoc multum
insudauit *Rimnald. in §. 1. à num. 96. Instit.
de donat.* vbi prius relata communi opinione
affirmatiua, contrariam pro veriori firmat,
quod omnino requiratur insinuatio in dona-
tione facta Ecclesiæ vltra excessum. vt ibi latè
videre potes, et adde Bocer. *in tract. de donat.
cap. 3. num. 90.* vbi ipse sic asserit, *Hallucinan-
tur quidem interpretes communiter affirmantes
indistinctè, quod valeat donatio collata in Ec-
clesiam, vel alias pias causas insinuationem re-
puat &c.* Hallucinatur sane ipse, quia eius opi-
nio apparet erronea, et vti talis potest redar-
gui *ex text. in l. illud. 19. C. de sacrosanct. Eccles.
& in l. si quis argent. 35. §. vltim. in verb. tanto-
que magis. C. de donat.* et videatur *Molfes. in
summ. Theologic. aliàs de contract. tract. 12. c. 17.
num. 31. & seq.* vbi benè respondit obiectioni
eorum inhiantium contra Ecclesiam, et ad
longum eorumdem argumenta retorquēdo
bene eosdem refutat *celebris, & doctus R. P.
Diana in suis resolut. moral. part. 8. tractat. 6. re-
solut. 49. vbi vide.*

Quamobrem, quidquid supra relati, DD.
tenentes opinionem affirmatiuam dicant, cō-
448 trouersiam non puto faciendam, an hoc ca-
su insinuatio requiratur, cum rationes pro ne-
gatiua opinione, quod nullatenus in dona-
tioni-

Digitized by Google

tionibus pijs requiratur insinuatio, nullo modo possint offuscari. Et sanè illa generalis est,
449 quod cum insinuatio sit inuenta per Ius Ciuile, *vt per l. sancimus.* C. *de donat. cum simil.* quæ pro non scriptis habentur, quoad dispositiones ad pias causas, vt sępè sæpius dixi supra & præsertim cap 1. *nu.* 27. Quare cū in his quæ ad finem spiritualem salutis animæ, et ad pie-
451 tatem spectant Leges Imperiales non habēt locum cum ea pertineant ad potestatem spiritualem, et Ecclesiasticam ergo habentur pro non latis, vt dixi, ad constituendum terminum ad dictas donationes faciendas.

Alia verò ratio est specialis, quia cum insinuatio reperta fuerit, vt obuietur fraudibus,
452 quæ occultè fieri possent in fraudem creditorum, vt tetigi supra *nu.* 134. Fraudes autem cessant, dum aliquid disponitur ad pias causas, seu Ecclesiæ aliquid donatur, cum sit Iustitiæ, & veritatis cultrix. *cap.* 1. *de alienat feud. & cō. siderans supra cap.* 1. *à num.* 68. et in specie animaduertit *Genuens. de Eccles. vicenar.* 10. *quæst.* 296. *sub num.* 3. *vers. cessante ratione legis quæ insinuationem requirit ad remouendas fraudes, fraus enim cessat in Ecclesia &c.* Altera verò causa quare insinuatio fuit inuenta est, vt
453 compesceret effrenatæ donationes, & ne homines profusis donationibus facilè se perdant, deueniendo ad extrema paupertatem, & alias vt dixi supra *num.* 131.

Quæ quidem consideratio non procedit in
454 terminis donationis ad pias causas, in quibus donans sequitur salubre monitum Saluatoris Nostri, dicentis apud Marc cap. 10. *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in Cœlo, pro vt egregiè ratiocinata est* Rota *coram Reuerend. D.* Dunozetto *Decano in causa Baren. Donationis* 5. *Aprilis* 1647. *§. Minus releuat*, vbi firmatur, quod valet donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum licet nihil fuerit reseruatum causa testandi, ea-
455 ratione, quia cum liceat vnicuique personā suam vouere Ecclesiæ, multò magis ei licere, omnia bona sua præsentia, & futura donare & deinde subdit Rota, ibi, *confert illud Euangelij, si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus &c.*

Quare cum in istis terminis non possit cōsiderari prodigalitas, nec quod quis abutatur
456 substantia sua, mediantibus effreuatis donationibus, vana est omnis insinuatio dum, & in eis donationibus non consideratur excessus Quoniam in hac materia, vt inquit Imperator *in Auth. vnam intētionem. § si minus agi-*
458 *tur, collat.* 1. *titul.* 1. optima mensura donatarum rerum est immensitas, Quod enim ista opinio, sit verior, & communior attestatur
458 præter relatos, *per Tiraquell. dicit priuileg.* 124. adducti *per Clar. in §. donatio, quæst.* 17. *sub num.* 1. *vers. tenendum est, quod valet donatio facta Ecclesiæ absq; insinuatione &c.* & sub-

dit, quod ita cōmuniter tenetur. *Card.* Mantic. *de tacit. et ambig. cōuent. lib.* 13. *titul.* 28. *cū alijs, copiosè adductis per* Nouar. *de priuil. miserabil. pers. priu.* 66 *nu* 4. *vers. cæterū omissa hac pilea &c.* & testatur prædictam opinionē esse communi calculo laudatam, et addo Thesaur. *quæst. forens. cap.* 8. *num.* 9. *versic. in donatione facta Ecclesiæ &c. Cas.* Caluin. *in tractat. de Æquitate lib.* 2. *cap.* 105. *num.* 21. *vers. donatio cum fuerit facta fauore Ecclesiæ, necessaria non erat insinuatio &c.* & pleno calamo multos adducit DD, sicuti etiam postea fecit *Leoncill. in tract. de priuileg. paupert. part.* 2. *priuileg.* 51. *num.* 4. vbi refutata contraria opinione, hanc nostrā negatiuam vti communiorem, et veriorem amplectitur *& subnecto Reuerendiss. D.* Sperel. *Episcop. Eugubin. in suis decis. Fori Ecclesiast. decis.* 10. *num* 15. *vers in donatione facta Ecclesiæ, non est necessaria insinuatio à iure requisita &c. & ita fuit determinatum in Senatu Pe-*
459 *demontano, vt testatur Fabr. in suo Codic. titul. de donat. resolut.* 12. *in princip. vers. donatio pia causa facta valet, etiam si non sit insinuata &c.* & sæpius respondit Rota, *& præsertim in recent. decis.* 458 *num* 6. *vers. insinuationem nō requiri in donatione facta Ecclesiæ &c. part.* 2. *et cum alijs allegatis corā Reuerendiss.* D. Dunozetto Decano *in d. causa Baren Donationis* 5. *Aprilis* 1647. *§. Minus releuat. vers. nullā, quæ in ea donatione ad pias causas requiri insinuationem &c.*

Tandem pro coronide præsentis conclusionis, & voluminis illud imponam, aliam ad-
460 ducendo rationem. quare insinuatio in donatione ad pias causas facta, quantumuis excedat legitimam summam non requiratur, & ea est, quia in his terminis insinuatio apparet contra præceptum diuinum, de quo in Euan-
461 gelio apud Matth. 6. ibi, *Te autem faciente eleemosyna, noli tuba canere, sed nesciat. sinistra tua, quid faciat dextera tua &c.* super quo loco S. Augustinus *serm.* 60 *de tēpor.* inquit, hoc loco dexterā significare amorē DEI, & sinistrā vanā gloriā, *Nesciat, ait, sinistra tua, quod faciat*
462 *dextera tua, idest, quod facit amor DEI, nō corrūpat vanitas, et cupiditas gloriæ humanæ* Hinc scripsit Magnus ille Præsul Romanus, & verè Maximus, Gregorius I. *in homil. super Matth. cap.* 21. *Sæpe, ait, vos fratres carissimi admonui praua opera fugere, & Mundi inquinamenta deuitare, sed hodierna die Sancti Euangelij lectione, compellor dicere, vt, et bona opera, quæ agitis magna cautela, timeatis, ne per hoc quod à vobis bene agitur appetitus laudis subrepat, & quod foris ostenditur, intus à mercede euacuetur &c.* Propter supradictam ergo potentem rationem, sanè dicendum est insinuationem
463 ad dispositæ ad pias causas, esse contra præceptum Euangelium, de quo supra, nam dum palam piè disposita coram Iudice, alijsq. personis, quasi tuba canerentur, & apud acta insinuarentur, tūc donator facili negotio pessimum

Digitized by Google

simum vanagloriæ fumum sentiret, et sic euacuaretur omne meritum.

Sed si vera sunt supradicta prout sunt verissima. Vnde prouenit quæso inuentio, seu
465 chimera illa nostrorum temporum, incongrua Euangello, incognita Sanctis, & exosa Cœlo, idest præconizandi eleemosynas, atq; opera pia, cum tubis armorum, tropheorum, & inscriptionum in marmoribus, & metallis insculptorum, Non tamen me latet, prætendi
466 nescio, quem zelum, proprio exemplo alios mouendi, quod quidem id non est damnandū, quando armorum, vel inscriptionum appositio non fit ex iactantia, vel inani gloria, secus,
467 si ad alium finem, quia in hoc est attendenda intentio piè facientis, sed id prorsus ad DEI iudicium spectat, qui solus iudicat, de occultis *cau. erubescāt in fin. 32. distinct. glos. 1. in can. si omnia 6. quæst. 1.*

Verùmtamen regulariter loquēdo, nam & be-
468 nè scimus, quod opus pium facientes, et imponentes eorum insignia, perdunt meritū cum iam receperint mercedē suam, vt ex nostris considerant. *Cassan. in cathal. Glor. Mūdi. p. 1. consid. 13. in fin. vers. aduerte tamen, quod ponentes arma sua in Ecclesijs, quas faciunt aut in ornamētis, quæ donant Ecclesijs perdunt meritum &c.* et Thom. Act. *in tract. de Lud. Scacch. quæst. 10. principal. nu. 45. vers. plures hac tempestate Sacella DEO dedicant, vanagloriam quærunt, ideaq; sæpe ex hac sola inscriptione nominis perdunt meritū &c.* et ratiocinata est *Rota in causa Gerunden. Sacristiæ 15. Maij 1634. coram Reuer̄diss. D. Dunozetto Decano §. Non obstat. vers. ne testator perdat meritum, prævt præditur, quando in opere pio apponuntur insignia &c. cum alijs ibi allegatis.*

Constantinus Romanorum Imperator, verè Magnus, cum tam celebres præclarasque memorias in honorem DEI, ac Sanctorum tū
469 Romæ, cum in alijs pluribus Romani Orbis erexerit locis, in nullis tamen modestissimus Imperator sui nominis, memoriæque titulum
470 insculpsisse reperitur, quin contēpsisse, quod alij tantopere affectant à solo DEO retributionem, expectando, *idque ponderauit Card. Baron. in Annall. Ecclesiast. tom. 3. ad annum 324. numer. 116.* & post eum ex nostris adducit *Loter. in tractat. de re benefic. tom. 2. lib. 2. quæst. 7. num. 9. vers. Magnus Cōstantinus &c.*

Vbi etiam *num. 7.* arguendo à fortiori, ait
471 si Ecclesiam, vel Capellam fundans, ibi apponat nomen propriū, siue arma, siue insignia perdit meritum apud DEVM vt notum est, et dixi iam supra *nu. 468.* idque multò magis
472 erit dicendum, si Ecclesiam, vel Capellā fundans, & dotans sibi, suisq; reseruauerit iuspatronatus, hic enim mercedem suam videtur recipere in hoc mundo.

Quare tales Fundatores, dum non sibi reseruarunt iuspatronatus, argui potest illud
473 remisisse ratione maioris boni, cum sit indubitatū, quod plus promereatur apud DEVM fundans Ecclesiam, vel Capellam, easque dotans, nullo reseruato patronatu, q uàm reseruato. Quæstio tamen ista, an fundans Ecclesiā, vel capellam, aut beneficium nullo sibi reseruato iurepatronatus, an illud ad eum spectet,
474 et conclusio affirmatiua prævalet, itaut fundatori quæratur patronatus absque expressa reseruatione, et quamuis de hoc dubitauerit *Calderin. in cons. 5. ad fin. de iurepatron.* & negatiuam sententiam probauerit *Paul. de Citad. in tractat. de iurepatr. in 3. part. in 2. caus. sub nu. 13. vers. sed contra hanc opinionem*, Tamen supradicta affirmatiua est verissima, & iam canonizata apparet, *vt constat ex latè deductis per Lambertin. de iurepatr. lib. 1. par. 1 quæst. 2. art. 4. à nu. 1. & à num. 12* refutat argumenta, quæ in contrarium facere videntur, id etiam defendit *Garz. de benefic. part. 5. cap. 9. nu. 62.* Azor. *instit. moral. tom. 2. lib. 6 c. 19. in 9 quæst. cum alijs allegatis, per* Loter. *in eodem tractat. de benefic. d. quæst. 7. num. 4.* vbi testatur de verissima, & communissima sententia, *& adde* Viu. *de iurepatr. lib. 1. cap. 2. à num. 50. vers. dummodo expressè illud non remiserit &c.* & sic passim respondit Rota, et præsertim *decis. 5. de iurepatron. in antiq. et decis. 517. nu. 2. vers. etiam sine expressa fundatoris reseruatione, part. 1 recent. cū alijs adductis in causa Calaritana Capellæ 19. Februarij 1644. coram R. P. D. Bichio. §. Quamuis. vers. etiam absque alia speciali reseruatione iurispatronatus, dummodo expressè non remittatur, quia à Canone conceditur reseruatio vt homines &c.*

Verumenimuero, cū simus in materia præsumptiua, rem statim ab effectu iudicabimus, vt si in prima prouisione de beneficio, facta
475 à primæua illius erectione fundator præsētauerit, et ad eius præsentationem Episcopus prouiderit, satis hinc colligitur declarata præexistens voluntas fundatoris sibi tale ius reseruandi, obseruantia enim subsecuta, bene indicat, quid gestum fit. *l. si de interpretatione. ff. de legib. & in his terminis procedit decis. 676. num. 2. part. 2. recent.* Ex diuerso autem indagabimus, & sic loquar in casu nostro, fundatorem erga Diuinum Numen liberaliorem
476 fuisse mentis, si passus sit beneficium prouideri, absque aliqua sua prouisione, *vt benè declarat Lābertin. de iurepatr. d. art. 4. sub nu. 19. vers. & bene verum &c.* et Loter. *d. cap. 7. numer. 11. vers. si passus sit beneficiū prouideri absq; alia sua præsentatione &c.* Quod fortè transiret sine cōtrouersia, si ex verbis fundationis,
477 posset etiam voluntas hæc generosi, pij, ac liberalis animi argui, veluti, *si professus esset fundator in ipso actu, moueri intuitu eleemosynæ, aut spei retributionis æternæ, et pro redemptione peccatorum suorum, parentum &c.* Istæ
478 enim causæ videntur directò contrariæ, acquisitioni Iurispatronatus. *Crescent. decis. 1. num. 3. de iurepatr.* et censuit *Rota in Albanen.*

Petora-

Prioratus 26. Nouemb. 1588. coram bon. mem.
Orano. *est decis.564.numer.7. vers.et eo magis,*
ex quo fundatorem nunquam babuisse intentio-
nem &c part.4.diuers. de qua materia alibi fu-
sius loquar, cum hic non sit locus.

Quamobrem, dum opera bona fiunt non
est canendũ tuba, sicuti Hippocrytæ faciunt,
vt DEVS, qui videt in abscõdito retribuat
eis, nam vt inquit *Riccardus Victorinus in*
479 *Cantic.part.2.cap.29.* Occultat bona sua,
anima deuota, vt laudes non audiat, surda ad
hæc sicut Aspis obturans aures suas, ne audiat
480 voces incantationum, Incantatur enim lau-
dibus anima, vt mala sua non videat, et de
bonis operibus fallaciter se extollat.

Narrat Plinius *lib.7.natur.histor cap.2.pro-*
pè fin. ad extremos fines Indiæ Assomorum
gẽtem degere sine ore, corpore toto hirtam
481 vestiti frondium languine, halitu tantum
viuentem, et odore, quàm naribus trahunt,
Sic et studiosi vanagloriæ, os nullum habent,
quo DEO laudes debitas pẽdeant à veri ho-
482 noris ornamentis inuestes sunt, nec quid-
quam habent præter frondes, hoc est huma-
narum laudum quisquilias, halitu tantum vi-
483 uunt, aura scilicet vanægloriæ, quàm auri-
bus trahunt, cum ore careant, et numquam
cenent lautius, quàm dum laudantur.

Sicque omnino est fugienda vanagloria.
atque in terminis facientis eleemosynam ad
484 pompam, vt non mereatur, sed potius, de-
mereatur, ex nostris tractãt *Io Andr.in cap.1.*
de collus.detegen ad fin.Stephan.de Caet.in repe-
tit.can ad hemina 30.quæst.1.nu.475 vers.vnde
qui facit eleemosynam, vel substinet martyrium
ad pompam demeretur &c. Concludo hoc re-
quisitum cum sententia Sapient. in prouerb.
485 cap.21. *Munus,* inquit, *absconditum extin-*
guit iras, & donum in sinu, indignationem ma-
ximam &c.

Et si in præludio præsentis voluminis in
486 quantũ potui excitaui omnes ad opera pia
peragenda, tamquã tuta via, quæ ducit in Cæ-
lum, et hic pro fine subiungam, vt quæso ma-
lignis vanagloriæ tentationibus magna vi
487 resistatur, Et operetur, sicuti fecerũt Israeliti
in reedificando Templum Hierosolymitanũ,
qui timore Samaritanorum eis insidiantium,
vna manu ædificabant, et altera strictum gla-
dium tenebant, vt inimicos terrerent, et of-
488 fenderent, quãdo opus erat. Audiamus ver-
ba ipsa sacrorum annalium 2.*Esdr. cap.4.* ibi,
Vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat
gladium. Ita, et quilibet Christifidelis vna
manu debet opera pia facere, altera verò te-
489 nere arma resistendi vanagloriæ acutis tẽ-
tationibus, nam et secundum Valer. Maxim.
490 *Nulla tãta est humilitas, quæ dulcedine gloriæ*
non capiatur. Quare attendendum venit, vt
omnis occasio vanagloriæ tollatur.

Discendum est à Saluatore Nostro, euitare
491 vanagloriã, quot enim miracula ipse ope-
ratus est, quot infirmos sananit, quot claudos
curauit, quot cæcos illuminauit, quot mor-
tuos ad vitam restituit, et tamen nullos ex
492 eis voluit in sua sequela, ideoq; et à se sem-
per abdicabat. *Vade in pace.* Luc.cap.7. *Surge,*
& tolle grabatum tuum, & ambula. Ioan.c.5.
Et dedit illi matri suæ. Luc.cap. 7. *Soluite eum,*
& sinite abire. Ioann.cap.11. Imo apud *Marc.*
cap 5. Quidã, qui à CHRISTO liberatus fuit
493 à dæmone, qui valde eũ vexabat, supplici-
ter ab eo petijt admissum esse ad eius consor-
tium, sed renuit, ibi, *Non admisit eum, sed ait*
illi, Vade in domum tuam &c. Et quare id au-
diamus S. Ambrosium super d. loc. *Cur,* ait,
494 *nõ recipitur liberatus, sed domum redire iube-*
tur nisi, vt iactantiæ causa vitetur, & fidelibus
daret exemplum.

Reliquum tantum est, vt consideretur stul-
495 titia humana, non risu, sed amaro fletu di-
gnam, quod enim proderit alicui, hic in hac
lacrymarum valle, tam anxiè ambitiosam in
496 operibus pijs memoriam quærere, si intra
paucos dies ab ea migrauerit in æternum
497 numquam rediturus, *Et ibi erit cruciabi-*
tur, vt ibi non laudabitur, O quam dolorosa
erit expectantibus præmium bonorum ope-
rum ab ALTISSIMO, responsio illa, Recepi-
498 stis mercedam vestram. O dementia, quo-
usque ludis in humanis? Transit namque
figura huius Mundi, Humana cuncta, fumus,
vmbra, vanitas, & scenæ imago, & verbo, vt
absoluam, vno, Nihil, præter amare IESVM
CHRISTVM Dominum nostrum.

Sub cuius glorioso NOMIME finis sit im-
499 positus huic volumini resolutiorũ legaliũ,
& si fortè aliquid in eo boni dixi, eidem sit
GLORIA, HONOR, ET LAVS Omne enim
datũ optimum ab eo venit, Nam ipse est vita
viuentiũ, spes morientium, salus, & requies
omnium ad eum peruenientium, & omnium
Christifideiium principium, & finis.

Cæterum, præter amare DEVM, vt mox
500 dixi, omnia sublunaria tenui filo pendent,
et optimè edoctus ab ipsa experientia Sapiẽ-
tissimus Rex ille Salamon, cum abundè om-
nia pretiosiora humana gustasset, tandem
nauseatus exclamauit, *vt habetur in Eccle-*
siast.cap.1.

VANITAS VANITATVM, ET OMNIA VANITAS.

INDEX
RERVM, ET MATERIARVM LOCVPLETISSIMVS RESOLVTIONVM PRACTICABILIVM IN PRAESENTI VOLVMINE CONTENTARVM
ALPHABETICO TRAMITE DIGESTVS.

A

Digitized by Google

con-

AFFECTIO.

AGENS.

Alexan-

ANI-

ANIMA.

ANIMVS.

ARBITRIVM.

Digitized by Google

B

C

CANONICI.

CAPITVLVM.

APTATORIA DISPOSITIO.

Kkkk 2 Causi-

CHRI-

COMPENSATIO.

CONDITIO.

CON-

CONFESSIO.

Con-

C O N F E S S I O,

Con-

CONVERSATIO.

CREDITOR.

Decla-

in

Digitized by Google

D I V E S.

Diui-

Digitized by Google

Digitized by Google

E

E L E C T I O.

E L E E M O S Y N A.

Episco-

E R R O R.

E X C E P T I O.

E X C O M M V N I C A T V S.

Excom-

EXEMPLVM.

EXPRESSIO.

F

FABRICA S. PETRI DE VRBE.

Factum

FATVITAS.

FATVVS.

FAVOR.

FOEMINA.

Fidem

Filii

Fraudi-

FVRIOSVS.

Furiosi,

HÆRES

H Æ R E S.

de

Homi-

ILLEGITIMI.

IMMISSIO.

INCERTITVDO.

Indu-

Insi-

In-

Insti-

INSTRVMENTVM.

Instru-

Iudex

Digitized by Google

IVDICIVM.

IVRAMENTVM.

Iura-

I V S.

Iuris

IVSPATRONATVS.

procedit

Lacry-

Digitized by Google

Lega-

LEGITIMA.

Legiti-

Legibus

L I B E R T A S.

L I B E R I.

Libe-

M

Malum

Meretrix

Digitized by Google

Nomi-

OBLI-

Digitized by Google

O

P

Palam

pro

causæ

PIETAS.

Digitized by Google

PRIVILEGIVM.

PRO-

P R O H I B I T I O.

Q

QVALITAS.

R

RATIO.

Digitized by Google

S E N E S.

Yyyy Sene.

sentatio

Statu-

Subscri-

T

Testamentum quando dicatur perfectum, vel imperfectum.

Testa-

De testamento condito coram Parocho, & duobus testibus.

De Testamento nuncupatiuo.

Testa-

De Testamento nutu facto.

De Testamento coram Iudice, vel apud acta confecto.

De Testamento condito in Ecclesia.

De Testamento Militis.

De Teftamento furiofi.

De Teftamento condito coram Principe.

De Teftamento inter liberos.

De Testamento per relationem ad cedulam .

De Testamento pio .

Testa-

T E S T A T O R.

 dum

Testator

Testes deponentes super furore.

Testes quoad Testamenta

Testium

TREBELLIANICA.

T V T O R.

V

Vendens

Verba

VIR

Volun-

INDEX DECLARATIONVM

Circa varia Capitula, Iuris Canonici, circa Leges Cæsareas, circa diuersos Doctores &c.

Circa Ius Canonicum.

ad

Digitized by Google

L. iube-

Circa Statuta.

Statu-

Circa Decisiones.

Circa Doctores.

A

B

Digitized by Google

Glos.

GLORIA IN EXCELSIS DEO,
ET IN TERRA PAX.

REGESTVM

✻ a b c d A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.


Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii KKK Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii KKKK Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr Sſſſ Tttt Vuuu Xxxx Yyyy Zzzz.

Aaaaa Bbbbb Ccccc.

Omnes ſunt Duerniones, præter a, & Ccccc qui ſunt Terniones.



ROMÆ, Typis Hæredum Franciſci Corbelletti, M. DC. LIV.

Superiorum permiſſu.

Sumptibus Ioannis Baptiſtæ, & Ioſephi Corui Bibliopol.

Google

Digitized by Google

B 79.

Digitized by Google

Digitized by Google